BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
44 - F
5

8.44.F.5.

IACOBI NACLANTI
CLVGIENSIS EPISCOPI
OPERVM
TOMVS PRIMVS.

id eſt

Enarrationes in D. Pauli epiſtolas ad Epheſios & Romanos, atque vnà digreſſiones quędam, quibus Chriſtianæ religionis & pietas, & præcipua ſacramenta ac dogmata declarantur confirmanturque.

Sacræ ſcripturæ Medulla, qua Chriſti eiusq; Eccleſiæ myſteria in veteri olim lege varijs typis concionibusq; abdita explicantur.

Tractatus item decem & octo, in quibus varia inſignium & difficilium rerum argumenta tractantur, ad noſtri temporis mores vtiles admodum & neceſſarij: quorum titulum ſequens pagella indicat.

Omnia nunc ex ſacræ paginæ fonte eruta, & ad piæ atque Orthodoxæ fidei veritatem conſcripta.

VENETIIS APVD IVNTAS. M D LXVII.

IN EPISTOLA AD EPHE.

DIGRESSIONES.

1 De Nomine Ieſu. fol. 3. A
2 De Varia acceptione fidei, in diuinis literis. folio. 8. H
3 De Catholica fide. 10. F
4 De prædeſtinatione, An ſui manifeſtationem requirat. 26. H
5 An prædeſtinati agnoſcant aliquando eſſe ſe ſe de numero prædeſtinatorum. 28. F
6 De prædeſtinatione Chriſti. 30. G
7 De ordine, quo de rebus ab æterno definitum eſt apud Deum. Et quo pacto, non exiſtente primi parẽtis delicto: homo aſſumptus eſſet a verbo. 37. C
8 Digreſſionis reliquum, de prædeſtinatione Chriſti. 40. E
9 In qua oſtenditur omnia condita fuiſſe per Chriſtum, apud Deum, vi diuini decreti, humana natura veſtitum. 41. B
10 Quòd prædeſtinatio liberum in prædeſtinatis non tollit arbitrium. Item, Quid ex ſcripturis ſentiendum videtur de reprobis. folio. [illegible]
11 De Iuſtificatione, qua & euadimus, & iudicio diuino decernimur, iuſti. 58. E
12 De Fructu ac merito operum, membrorum Chriſti. 83. C
13 De Oratione & interceſſione ſanctorum pro nobis in [illegible] 88. H
14 De Teſtamento nouo & veteri, & de eorum differentia. [illegible]
15 De lege Decalogi, quo pacto ſit abrogata, vel non abrogata per Chriſtum. 111. B
16 De Communione Sanctorum. 135. D

IN EPISTOLA AD ROM.

TRACTATIONES.

1 Quando Petrus Romam acceſſit, & quot annis in illa cathedrã pontificiã tenuit. 175. D
2 De veſtigio ac imagine ſacratiſſimæ Trinitatis. 196. H
3 De recto imaginũ vſu in Eccleſia Dei. 202. H
4 De peccato originis quid ſit, quomodo transfundatur, & qui illius fruct⁹ et pene. 254. G
5 De prædeſtinatione, ac reprobatione hominum. 283. B

TRACTATIONES.

1 De exiſtentia, exiſtendiq; modo Chriſti corporis in ſacramento. 523. B
2 De Communione corporis & ſanguinis Chriſti nobis præcepta. 529. B
3 De ſummo Sacerdotio Chriſti. 538. E
4 De Auguſtiſſimo Regno Chriſti. 553. D
5 De Ierarchia Eccleſiaſtica. 564. E
6 De Epiſcoporum inſtitutione. 568. G
7 De Primatu Petri. 573. D
8 De Authoritate Papæ & Concilij. 580. G
9 De Actis Cõcilij approbãdis per Papã. 587. A
10 De Sacroſanctis Indulgentijs. 596. E
11 De Epiſcoporum reſidentia. 610. E
12 De Epiſcoporum reſidentia. 624. G
13 De Iure Diuino ex D. Thoma. 629. C
14 De Sacramento Matrimonij. 632. E
15 De Fauſtiſſimo Miſſæ Sacrificio. [illegible]
16 De Irritandis Clandeſtinis. 649. C
17 De Quibuſdam Quæſtionibus circa Atteſtatios. [illegible]
18 De Quadã q̃ſtione circa mortẽ pietatis. 654. G

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO D. N. PIO QVINTO, Pontifici Maximo.

Jacobus Naclantus Clugienſis Epiſcopus, Fœlicitatem perpetuam.

CVM Fœliciſſime Pontifex, Tum ætas, tum virium imbecillitas, haud temere, vrgere me valeant, ad colligendum (vt inquiunt) ſarcinas, cogendumque meam, & ſi pertenuem, ſupellectilem: non ab re duxi, ſi pauca, quæ iuxta creditum mihi talentum, dudum ad Dei gloriam, ac nonnullorum amicorum ſolatium edideram, cum ijs, quæ & modo edenda paraueram, in vno, vel altero cogerentur volumine: non ea quidem duntaxat ratione, vt forent magis commoda, quibus non eſſent ingrata; ſed & ea potiſſimum, vt tandem vnà omnia, non minus quàm antea ſingula, Apoſtolicæ præſentarentur Sedi, Summoque in ea Antiſtiti, penes quem, tantum eſt, Orthodoxæ eruditionis iudicium conſtantiſſimum: vt inde abſolutam, ac prorſus indubiam nanciſcantur cenſuram. Ergo hac, tum pia, tum iuſta motus ratione, non immeritò, quin & optimo iure, hos qualeſcunque labores, lucubrationes, vigilias, pijs ęquiſſimisq; Tuæ Sanctitatis ſubijcio pedibus: vt ſub illis, ſuum (vt par eſt) ſortiantur examen, & robur.

Quanquàm nec renuo, & hæc tuæ à me offerri Beatitudini, in pignus illius quam ei debeo meritiſſimæ ſeruitutis: idq; haud ſimplici ratione. Siquidem (præter id, quòd ſupremus es omnium Pater, Paſtor, & Princeps, cui pro inſigni, iugique ſolicitudine, vigilantia, prudentia, moderatione, inſigniter, ac indeſinenter incumbere, & inſeruire vniuerſa tenetur Eccleſia) compertiſſimum eſt, quanta me, ob eximiam, qua polles, animi ingenuitatem, præſtantiam, magnitudinem, complexus ſemper fueris dilectione, ac foueris, quo nunquàm non ardes, paterno affectu. Quæ etſi à tua profecta ſunt benignitatis amplitudine: non vereor tamen, ꝙ

& ea, nonnullo potuerit excitare pacto; quòd & Ego in Dominicana, cuius te peculiarem agnoſcimus, ac ſuſpicimus Patrem, ſum educatus familia, ac eodem in Gymnaſio, ſubque eiſmet præceptoribus, quo tempore Theologicis vacandum fuerat literis, vnà mihi conceſſum eſt (et ſi non multo tempore) verſari degereque: quod & non raro, ſolet igniculos, nedum excitare, ſed & accendere beneuolentiæ.

Et licet totum opus, Tuæ (vt præmiſi) dedicatum ſit Sanctitati, duę tamen in eo Enarrationes ſunt (quas antequàm in Summum prouecta eſſet apicem, eidem tunc Reuerendiſſimæ ac Illuſtriſſimę Dominationi offerendas deſtinaueram, pręſcripſeramq́;) peculiariter tuo addictæ nomini; quas & peculiares teſtes eſſe velim, antiquæ meæ erga illam debitæ obſeruantiæ, necnon promptiſſimæ ſeruitutis: Pręter id, quòd ſicut quæ in eis excutiuntur res ſunt perarduæ, & hac tempeſtate maximè neceſſariæ: ita & optimo factum eſt iure, vt prudentiſſimo, inculpatiſſimoquè examinarentur calculo, & ſanctiſſimo, tunc temporis cum eximio fungebaris inquiſitionis munere, ponderarentur excuterenturq́; iudicio. Sunt autem de exiſtentia exiſtendique modo, quo CHRISTI corpus continetur in Euchariſtia: Et quo pacto ſub útraque ſpecie, communio ab eodem fidelibus demandata eſt. Ergo Pijſſime Pater, non impij filij, pro ea, quæ in Te eſt, præſtantiſſima pietate, et ſi exiguum, præſens non dedigneris munus: & eo cum, me & ſi minimum, inter tuos filios, vt deditiſſimum ſemper habeas. Cui & totius pietatis fons, Deus Opt. Max. ſemper faueat, ob ſecundetq́;.

AVTHOR ENARRATIONVM LECTORI.

De duobus Lectorem monitum velim, Alterum eſt: quòd et ſi Paulus prius Epiſtolam ſcripſit ad Romanos: quia tamen nos, prius enarrauimus eam, quæ ſcripta eſt, ad Epheſios; haud iniuria, ſi huic primus datus eſt locus. Et miſſo, quòd (licet utraque eximijs referta ſit ſacramentis,) arcana quæ reſerantur Epheſiis, altioribus explicari videntur initijs, ac ſecretioribus, vereq́; è tertio cœlo allatis exprimi reuelationibus: conſtat quòd hanc enarrando, plurima ſunt excuſſa tractataq́; illi, quæ ad Romanos eſt, maximè neceſſaria: quæ tamen, ne repetitione grauaretur Lector, ad illam non erant reuocanda accerſcendaq́; Ergo nullum debuit iudicari piaculum, ſi (vel eam ob rationem) exordium ab hac impreſſor auſpicatus eſt.

Reliquum eſt: quòd et ſi Enarrationes hæ, dedicatoria non ſunt deſtitutæ Epiſtola (Siquidem eas ad Julium tertium dedimus, Pontificem maximum) quia tamen in illa, noſtra pro virili, excuſſus eſt Petri primatus, ac præſtantia, præeminentiaq́; Sedis Apoſtolicæ, viſum fuit aliquando Typographis, eam excuſsionem, ijs quæ aliàs de Auctoritate Papæ & Concilij, Et quibus Acta œcumenicæ Synodi oſtendimis exigere approbationem Papæ (nam congenea ſunt argumenta, & ex Petri primatu reliqua ſunt profecta) addere, ac non temere, vt videtur, adiungere. Nec tranſeo, quòd monebant aliqui, nec (vt videtur abſurdè) enarrationes, quas tum ad Epheſios, tum ad Romanos inter enarrandum, ſub digreſsionum titulis fecimus, ea cogendas in parte, quæ peculiarium, inſignium difficultatum tractationes continet; vt quæ non ſunt minus peculiares, minusue inſignes: At nos conſultius forè credidimus, ſi ſuis relinquerentur locis, vbi nec temere fuerunt inſerta.

Verùm ne prorſus; quod monebant reputetur neglectum, earum alijs cum Tractationibus, peculiari parte coactis, ſuo loco ponetur Elenchus: & in Epiſtolarum exordijs; antequàm incipiant enarrari monebimus, quibus ſingulæ requirendæ ſint locis, quibusq́; paginis: vt nemini non ſint in promptu.

FRATER PETRVS FRATINVS DE FLORENTIA ORD. PRÆD. SAC. THEO. BACCALAVREVS LECTORI CANDIDO ET ERVDITO.

HAbes candide & erudite Lector, opera, quæcunq; iam pridem impreſſa fuère, & quæ nunc primùm in lucem prodeunt, illius Reuerendiſsimi Patris & Domini, IACOBI NACLANTI Clugienſis Epiſcopi, ex ord. Prædicatorum aſſumpti; ſummi ac præclariſſimi huius tempeſtatis, tum Theologi, tum Philoſophi; in communem & doctorum, & catholicorum vtilitatem edita: Quòd ſi, iuxta prouerbium, omnia noua placent, placebunt iſta, mihi crede, quàm maximè. Nam & quæ prius fuerant impreſſioni tradita, tot ſcatebant mendis, tot erroribus erant, non dicam reſperſa, ſed obſcurata, vt tantum operæ ac laboris, ijs emendandis, ac etiam alicubi locupletandis inſumpſerit, ꝙ quaſi nouum quendam fœtũ enixus, iure videri poſſit. Reliqua verò, non eo tantum noua ſunt, quòd nunquàm hactenus impreſſa fuere, ſed & quia inſolita ac nouo modo tractata, diſcuſſa & reſoluta: Nam de eruditione, doctrina, ingenio tanti Patris non eſt quod dicam; cum iam toti Chriſtianæ Eccleſiæ (ne dicam orbi) ſole clarius innotuerit. Quis enim neſciat illum in Concilio Tridentino inter tot præclariſſimos Patres, doctiſſimos Theologos, Sanctiſſimos Præſules, ac mundi lumina, quaſi luciferũ quendàm inter micantes ſtellas, per tot annos enituiſſe? Multos certè tum doctrina, tum pietate, habet æquales: Sed ipſe multis ſuperior (abſit inuidia dicto) nullum habet ſuperiorem. Legant qui volunt, ac relegant (nam ſpero decies repetita placebunt) legant inquam docti & candidi, & penes illos iudiciũ eſto. Fateor, quandoquè eſt ſubobſcurus, præſertim cum frequentiſſimus ſit in hyperbatis: quod quidem, ex eius ingenij fœcunditate naſcitur. Nam dum conceptus & varij & multiplices, comprimunt (vt ſic dixerim) ac perurgent ſeſe, quo citius in lucem prodeant) fit ſæpe ſæpius, vt non niſi longo circuitu, ad ſuum oratio, ordinem redigatur. Verùm huic malo non ſatis graui, Lectoris erudita attentio, facilè mederi, ac ſuccurrere valet. At id quod maximè refert, habes hìc, & ſummam eruditionem, nec minorem pietatem. Nam cum in primo Tomo (eius enim opera in duos diſſecta ſunt) habeas expoſitionem in Paulum, primò ad Epheſios, deinde ad Romanos, (cuius ordinis et ſi præpoſteri, neceſſariò tamen commutati, reddit ipſe pro ſe rationem) ſubinde de ope ſex dierũ ſubſequitur (medullã ipſe inſcripſit) multis cum aliis opuſculis: Cur autem inter tot Pauli epiſtolas, Chriſtiana pietate & eruditione refertas, has duas ad Epheſios inquàm, & ad Romanos ſelegerit, eam puto fuiſſe rationem; quòd hæ maximè ac ſingulariter, præcipua noſtræ religionis dogmata, & ea quidem difficillima, (vt etiam Apoſtolorum Princeps ſentire videtur) ſummam eruditionem, & veram pietatem complecti & in ſe cõtinere

tinere

tinere videntur. Cumq; hic Vir doctiſſimus, pro ingenij ſui acumine, nunquam difficultates vitare conſueuerit, quin potius illas vltro, (quaſi & nodum in ſcirpo) quærere, non mirum ſi has potiſſimum enarrandas ſuſcepit, tum vt difficilia elucidaret, tum vt maximè ab hæreticorum calumnijs, dogmata noſtræ religionis, ab iis malè intellecta, vindicaret. Er quod expoſitionem attinet, tria obſeruat. Textum exponit, immo, vt verius dicam, Paulum ipſum, in omnibus ſeſe declarantem inducit, ita vt cæteræ, quas ſcripſit Epiſtolæ, nil aliud quàm quoddam harum commentum, eſſe videantur. Deinde, in qualibet illarum ſectione, obſeruationes, omni obſeruatione meritò obſeruandas apponit: in quibus, o Deum immortalem, quis zelus, quis ſpiritus, quę denique pietas? Nam ſicut in illa, intellectum illuminat, eruditionem promouet, & ſenſum, vt ſcripturam intelligas, aperit, ita in his, affectum in Deum excitat, accendit, inflammat, & quaſi quibuſdam ſtimulis, ad pietatem, ad bonos mores, Deiq; cultum in ſpiritu & veritate, compellit & vrget. Interim, quod medium eſt, digreſſionibus quibuſdam (vt dicebamus) inſectatur hæreticos, euertens, ac validiſſimè conuellens, quæcunq; illorum placita, pro quibus, miſeri hactenus digladiantur. Digladiatur inquàm hæretici: nam Catholici, Columnę & firmamento veritatis (quod eſt Eccleſia) conſtanter innixi, ſua vt ſolidiſſima, facilè tuentur; quæ illi toto malignitatis ſpiritu demoliri nituntur: Vt qui Dei iuſtitiā ignorantes (ea eſt vt Eccleſiam audiamus) ſuam ſtatuere volunt. In his ergo habes de fide, iuſtificatione, operum merito, Sanctorū cultu, & interuentione, de arbitrij libertate, de imaginum vſu & veneratione, de peccato originali (quod vocant) & hoc genus multis: Vt interim omittam quæ habes in opuſculis (ea eſt vltima pars primi Tomi) de Primatu Romani Pontificis (id quod illos miſerè torquet) de Sacrificio Miſſæ, de Indulgentijs, & his ſimilibus; quę ſinceram pietatem & fidem tanti Patris, & (vt verè dixerim) catholiciſſimi, luce clarius manifeſtant. Habuit ſemper Eccleſia et habebit vſque in finem, Paſtores & Doctores, in opus miniſterij, ad conſummationem ſanctorum, & ad ædificationem corporis ſui, ſibi a Chriſto traditos, quorum copia, nec in præſenti ætate, illam vidimus deſtitutam; aliàs quomodo Chriſti Tunica, vnitas ſcilicet Catholicæ Romanæq; Eccleſiæ, indiſciſſa maneret; præſertim inter tot corroſores, vel, vt verius dicam, laceratores? Hos gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, accinctos, neceſſe eſt ſtare ſemper in pręlio, pro domo Domini, quæ eſt Eccleſia. Stant pleriq; fateor, dum viuūt, & vita & verbo pugnantes cōtra Allophilos; Hęreticos ſcilicet, quærentes hæreditatē Chriſti, euertere, diſſipare, deſtruere. At ſtabit hic Reuerendiſſimus Pater, cum multis alijs, etiam vita functus, ac velut alter Sampſon; plures philiſtæos, hęreticos inquam (occidet mortuus, quàm fecerit viuens, perſeuerate gladio verbi Dei, per miniſteriū ipſius, in illorum necem interirumq; euaginato: Er ſi autem paratus ſemper fuit, de ea, quæ in ſe eſt, fide doctrinaq;, omni poſcenti ſe reddere rationem: Etſi nunquā, peritioris, ac rectius ſentiētis, iudicio cedere recuſauit; omnia tamen, cenſuræ ſacroſanctę Romanę Eccleſię (quā lydiū in huiuſmodi

habemus

habemus lapidem) & ſubmiſit ſemper & nunc demum ſubmittit; in cæteris, ſuos Momos æquo laturus animo. Sed redeamus. In opere ſex dierum, verè quaſi Aquila grandis, in libanum auolans, tulit cedri medullam. Nam quicquid in illis creatum eſt, & quicquid in ſex ætatibus, quæ eis reſpondent; vel a Patriarchis geſtum, vel a Prophetis prædictum, vel a Moſe mandatum eſt, id totum ad Chriſtum euangelizandum, & geſtum, & dictum, & præceptum eſſe declarat: vt meritò cognoſcere & cum Paulo dicere poſſis, Verè finem legis Chriſtum eſſe, per quem, in quo, & ad quem, dies & tempora facta ſunt. In hoc autem opere, quantum laboris, lectionis, ſtudij & ingenij adhibuerit, non niſi qui legit & intelligit, dicere valet: habes enim in illo non tam aptiſſimam allegoriam, de Chriſto, quàm claram, vt ſic loquar, hiſtoriam. In Theorematibus denique & alijs quatuor quæſtionibus (nam hæc in ſecundum reiecimus tomum) habes quicquid doctrinæ & eruditionis, ex huiuſmodi hauriri valet; tam clarè, tam acutè, tam ſolidè, pertractatum & abſolutum, vt a Summis Theologis, & Philoſophis, in hoc genere, nil vltra deſideres. Dicerem plura in laudem, huius Doctiſſimi & Reuerendiſſimi Patris, ſi non adhuc in humanis ageret: Noui enim eiuſmodi Encomia, quàm ægreferat. Sed laudant eum in portis opera eius: Quæ vt quàm emendatiſſima prodirent, nos pro virili curauimus. Sed quis tam Linceus, quis tam Argus, vt omnia impreſſorum mõſtra, valeat euitare, vel in tantis eorum tenebris, nihil offendat, nuſquam incurrat? Interim amice Lector, Theſaurum hunc parui emitto, & diu fruere, alia nec minora, nec diſſimilia, ſi vita illi comes fuerit, propediem accepturus.

Vale fœlix, & pro candore tuo, omnia boni conſule.

NVLLVS LEGAT CÆCVS.

INDEX IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

Nequid tibi deſit amice lector, quo commodè ex huius primi Thomi Theſauro haurire poſſis noua & vetera, ſingulos ſingularum illius quatuor partium appoſuimus indices, & eos ni fallor, ſatis copioſos. Et quia ſatis faciles ſunt, quorum ordo percipiatur, nil addendum duximus; niſi quod ſi plures literæ, & plures numeri, circa id quod quærebas, ſe cõſequũtur; aduertas, id in ſingulis illorum tractari locis, vel ex toto vel ex parte.

INDEX PRINCIPALIVM
Digreſsionum, quas hoc in opere libuit interferere, ad errantium lucem, & piorum conſolationem.

1 *DIGRESSIO de Nomine IESV, quòd ſit propriiſsimũ Deo. fol. 3. A, & ſequẽtibus.*
2 *Digreſsio, de varia acceptione fidei, in diuinis literis. 8. H. & ſequenti.*
3 *Digreſsio, de catholica, vera, & Chriſtiana fide. In qua eius diffinitio ex epiſtola ad Hebræos expenditur, & maxima cum perſpicuitate, natura ac vis fidei aperitur. 10. F*
4 *Digreſsio, de prædeſtinatione, An ſui manifeſtationem requirat. 26. H*
5 *Digreſsio, An prædeſtinati agnoſcant aliquando eſſe ſe ſe de numero pdeſtinatorũ. Et quo pacto illud cõtingat. 28. F*
6 *Digreſsio, de pdeſtinatione Chriſti. In qua expenduntur verba Pauli ap Ro. Qui pdeſtinatus eſt filius Dei. &c. 30 G*
7 *Digreſsio, de ordine ac rõne, quibus de rebus ab æterno diffinitum eſt apud Deũ. Et quo pacto, nõ exiſtente primo parentis delicto. homo aſſumptus eſſet a verbo. 37 C*
8 *Digreſsio, vel potius digreſsionis coliquum, de prædeſtinatione Chriſti, ex illiſmet verbis Pauli ad Romanos: ſicut et promiſſum eſt, in priori illorum declaratione. 40. E*
9 *Digreſsio: in qua oſtenditur ex inſignioribus ſcripturæ locis, omnia condita fuiſſe per Chriſtum, & ob id, per verbum quidem, quod ſecunda eſt in Trinitate perſona: ſed prius [illegible] ei, humana natura veſtitum. 41. B*
10 *Digreſsio, Quòd prædeſtinatio liberum in prædeſtinatis non tollit arbitrium, ſed fouet & promouet. Item, Quid ex ſcripturis ſentiendum videtur de reprobis, cum illarum difficultatum reſolutione, quæ non ſolum multos perturbant ſed cruciant. 51. A*
11 *Digreſsio, de iuſtificatione, qua & euadimus, & iudicio diuino decernimur, iuſti. Vbi & præclara multa tractantur, & maxime de Fide, Operibus, Satisfactione, Vocatione, Pœnitẽtia, & Peccato in ſpiritũ ſctũm. 58. F*
12 *Digreſsio, de Fructu ac merito operum membrorum Chriſti. 83. C*
13 *Digreſsio, de oratione & interceſsione ſanctorum pro nobis in Patria. 88. H*
14 *Digreſsio, de Teſtamento nouo & veteri, & de eorum differentia & diſtinctione. 106. E*
15 *Digreſsio, de lege Decalogi, quo pacto ſit abrogata, vel non abrogata per Chriſtum. 111. B*
16 *Digreſsio, de communione ſanctorum. 135. D*

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM, quæ videntur præcipuæ,

De litera A,

ABSTRACTVM in ſcripturis, non raro ponitur pro concreto. folio. 43. D. & 135. B. Et in ſeparatis a materia ſunt penitus idem. 42. H
Adamus, non ſimplici ſacramento formatus, quo ad corpus, & quo ad animam. 39. C. Quomodo in eo mentis celſitudo proceſsit ex habitualis gratia, & quomodo ex dono originalis iuſtitiæ. 70. E. Quomodo cognouit Chriſtum in principio, & quomodo non cognouit. 49. B
Adamus non ignorauit teſtamentum nouum, immo & poſteros de illo inſtruxit: cui etſi tẽporalia bona ſunt repromiſſa, ſub illis tamẽ, & ſpũalia ſunt inuoluta. 108. H. et 109. A B
Adamus Dei decreto, tentationi expoſitus, labi permiſſus, & ditioni Sathanæ traditus. 39. C. Qui ſi non peccaſſet, Chriſto medico, nobis opus non fuiſſet. 40. E. Cuius & condemnatio ac maledictio, etiam noſtra extitit condemnatio & maledictio. 57. C
Adoptio noſtra, maximè in Dei gloriam cedit. 80. H. Semper eſt habenda præ oculis. 56. H. Et non raro in quibus eſt, veſtigium pietatis refert. 51. G
Adoptionis ſpiritus, nemini niſi Chriſti interuentu conceſſus, et poſt lapſum, imbecillitate circumdatis. 34. H. Immo & per peccatũ primi hoĩs adoptioni facti eramus inhabiles. 49. C
Aduocati partes, ante tribunal iudicis. 70. G
Aeternitas quid ſit ex diffinitione Boetij. 45. A
Afflictiones voluntariæ pro peccatis, rite à fidelibus aſſumuntur. 61. C
Amaritudinẽ animi ſequitur furor, et hũc ſequitur ira. 144. H
Ambulare in peccatis, & ambulare in illis iuxta ſeculum huius mundi, quid ſit. 100. E
Amoris proprij vis & procacitas. 29. A
Angelis creati ſunt a Deo, cum mundo corporeo: illis mundi creditæ eſt prouincia, & ſinguli officia aliqua diſtributa. 39. A. 89. C. Qui & ob id ſortiti ſunt nomina non obſcura, licet ab illis, non perpetuò poſſidenda. 44. H
Angeli omnes initio ſuæ creationis, fuerunt proximi ſuæ fœlicitati: & forte eis conceſſa eſt viſio diuinæ eſſentiæ, ſicut creditum eſt, de Moſe, & Apoſtolo. 27. A
Angelis à principio ſunt arcana multa detecta, tum de natura aſſumenda à Verbo: tum de hominibus adoptandis in filios Dei. 27. B. Tametſi illis detecta nõ ſunt penitus. 79. B. Nec ſingulos ex prædeſtinatis agnouere: niſi forte beati, & poſtquam ſunt facti beati. 27. B
Angeli, ſiue cur ſpiritus dicantur, & ſimiles flammæ ignis. Et quomodo adorauerunt Chriſtum in reſurrectione: in nouiſsimo die, nouo modo illum adoraturi. 145. C
Angeli etſi electorum miniſterijs deputati. 39. C. Sunt tamẽ

in idem Chriſti corpus acterſiendi cùm eis: ſunt & Dei filij nuncupati, non ſolum miniſterio verbi, ſed munere adoptionis. 30.F. Quomodo ſint inferiores electis, & quomodo concorpores illis in Chriſto. 97.C. Quomodo per Eccleſiam ſint edocti, & Eccleſia ſit edocta per eos. 119.C

Anima hominis non eſt ex ſemine, ſicut anima bruti, ſed deforis accedit: Cuius & ſuprema pars, dicta eſt mens, & ſpiritus, & qua ratione. 31.B. Quo pacto, in reſurrectione regignenda ſecundum ſpiritum, quomodo corpus non viuificabit vt anima, ſed vt ſpiritus. 33.B. Et quòd non inſolito ſcripturæ tropo, non rarò auditur pro vita. 130.E

Animarum curam agentibus, nil omittendum, quod illorum ſaluti conducat. 159.C

Apoſtolatus præſtantia. 2 E. Scopus. 6.H. Et onus. 114.G

Apoſtolorũ nomenclationes inſignes. 2. E. Quo in eccleſia moderatione extiterũt pares. 2.H. Quando ordinati ſint ſacerdotes, & quãdo peccatorũ iudices. 63.A. Quòd oẽs fuerũt eccleſiæ fundamentum, ſed maximè Petrus. 115.C. Et quòd quicquid habuere tãdotis, habuerũt à Chriſto, ĩ cuius manu erant non ſecus ac molares aſinæ in manu Sampſonis. 4.F

Aquæ ſpiritualis lauacrum. 151.C

Arrhabonis & charactêris diſcrimen. 83.B

Arcana diuinæ mentis, quomodo perſcrutari liceat. 37.D. Et quibus modis conuenienter deſegantur electis. 79.A

Argumẽtum poſitũ in diffinitione fidei quid ſit: & quid arguere in Apoſtolo, & Euangeliſta. 13.C

Armatura Dei, multis modis intelligi põt. 157.C. Et quid in ea Baltheus, Thorax, Calcei, Scutũ, Galea, et Gladius. 158.F

Artem hyſtrionicam exercere, vel ex profeſſo dare operam iocis, Chriſtianis abſurda res eſt. 146.E

Aſſumptio hominis à verbo, nonnulla eſt ampliatio generationis diuinæ. 21.B

Auaritia cur idolorum ſeruitus. 146.E. Et quomodo improbata, vel non improbata à gentibus. 145.C

Auaritia ſumpta pro inexplebili cupiditate, non nunquam dicitur de voluptatibus carnis. 141.C

Augmentum membrorum Chriſti in illo, quo pacto omnibus & ſingulis eſt commune. 135.A

B

BAPTISMVS ſimplex & multiplex. 130.G. Quo verbo potiſſimum regenerandi, vim habet. 151.C. Cur in nomine Chriſti collatus eiuſdem cenſetur formæ cum collato in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. 47.B. Qualis illius ſponſio, ſtipulatio, & profeſſio. 8.E. 86.G. Cur iterari non poteſt. 63.B.C. Et quomodo per ipſum remittatur peccatum tum originale tum actuale. 61.C

Benedicimur mirum in modum à Deo Patre, non ſolum vt exiſtentes in Chriſto, ſed vt illo exiſtente in eo. 22.G. In quo & benedicti, non poſſumus coram Deo non eſſe ſancti. 24.H

Benedictiones mundi, legis, & ſpiritus quo diſtinguantur. 21.D

Benedictionis & electionis diuinæ diſcrimen. 23.B. Quis finis proximus benedictionis noſtræ. 24.H

Benedictio Dei, etſi in nobis ex tempore recepta eſt, in Deo tamen, ſicut & gratia æterna eſt. 23.A

Benedictio quam nobis Chriſtus meritò ſuæ paſſionis obtinuit, in quibus conſiſtit. 22.H

Beneficia à Deo accepta per Chriſtum. 10.G. Quo pacto in Deũ ſunt reducenda per eum. 19.A

Benefaciendum quidem eſt omnibus, ſed electis maximè. 88.F

Bona nobis à Deo legata, duabus ſunt claſſib⁹ diſtributa. 108.H

Bona noſtra, & quo ad initium, & quo ad conſummationem, accepta ferenda Deo per Chriſtum. 56.H

Bona quæ facimus, & ſi magis Chriſti, poſſunt tamen & noſtra nuncupari. 136.F

Bonorum in medium expoſitio, ſeu communicatio, maximum eſt communicantibus lucrum. 137.B

C

CAPITIS voce, denotata ſunt plura, quæ conueniunt Chriſto, vt eſt caput eccleſiæ. 97.D. 98.E

Capitis Chriſti & membrorum eius, admirabile glutẽ. 150.G. Et multis titulis explicatum. 35.A

Character in diuinis, & eſſentialis, & perſonalis ſubſiſtẽtia eſſe poteſt. 42.H. Et quo ſit proprium verbo. Et quomodo poſſit dici de Chriſto, etiam ſecundum quòd homo. 82.H

Character, quo per ſpiritum promiſſionis obſignati ſumus, quonam pacto, arrhabo appellatus ſit ab Apoſtolo. 83.A

Charitas Dei erga nos, baſis eſt totius Chriſtianiſmi: Et quæ illius longitudo, latitudo, ſublimitas, & profunditas. 122.F

Charitas Dei & Chriſti erga nos: omnem noſtram cognitionem excedit. 22.G

Charitas, ex ſui natura res cõmunicatiua eſt. 137.C. Et in via ſemper augeri poteſt. 135.B. Cuius propenſio eſt in omnibus pijs. 137.A. Et quæ illius officia. 138.F

Caro quid in ſcripturis frequenter. 31.B. Aliquãdo pro natura corrupta, & nonnunquã pro Iſraele carnali. 102.E. Et ſimiliter pro corpore noſtro, & quomodo tunc diligenda ac fouẽda. 153.B. Et tandem etiam pro vxore, vel coniuge. 50.E

Caro vna & non duæ in coniugio quomodo intelligatur. 154.F. Et quomodo in fornicatione. 49.D

Carnis incommoda, quomodo ſint à Deo. 32.G. Et cur diſcruciant ſanctos. 17.C

Carnis deſideria, deſideria ſunt erroris. 142.F. Et eius affectus, cur in his qui ſunt ſine Chriſto, dicti ſint voluntates. 103.A

Cœli ſunt veluti veſtimentũ inferioris mundi, ſunt & veluti veſtimentum Chriſti, poſtquam ſe recepit intra eos. 46.F

Cœli in extremo die, trãſibunt, nõ à ſubſtantia, ſed à ſtatu præſenti: & per hoc à motu, influxu, & õi imperfectione. ibi.G

Cognoſcere in ſcripturis, aliquando eſt approbare. 49.B. Aliquando etiam experiri. 119.D

Cognitio diuinæ clementiæ & noſtræ calamitatis maximè expetenda eſt. 93.A

Communio, quid ſit in literis ſacris: Et quòd collecta diſtribuenda egenis dicebantur communiones. 135.D. 136.E

Communio ſanctorum, quomodo intelligatur: Et quòd communicanda ſunt bona ſpiritualia multis de cauſis. 136.E.F

Comprehendere pertinet, tum ad cognitionem, tum ad aſſequutionem. 122.F

Cõciliũ generale eitè collectũ, quid ſit: Et ex quibus cõſtet. 99.A

Conditionales veræ, ſunt neceſſariæ, etiam ſi illarũ partes ſint impoſſibiles. 52.E

Conſilium, admonitio, perſuaſio, libertatem arbitrij, non tollunt, ſed promouent: præſertim cum ſunt de rebus honeſtis. 52.G

Cõſeſſus Chriſti et mẽbrorũ ei⁹, ad dexterã Dei, quid ſit. 97.A

Cor eſt domicilium Chriſti: quod multis modis inhabitat, cui & mirificè eſt affectus. 121.D

Cor origo creditur ſenſuum, ſed ſine controuerſia, origo eſt deſiderij, & non rarò ſumitur pro voluntate. 71.C

Corpora noſtra in reſurrectione, quo pacto erunt ſpiritualia. 33.C

Corpus Chriſti myſticum debet, & numero, & integritate eſſe perfectum. 133.C

Corpus Chriſti myſticũ, in Chriſto totũ auget, & totũ augetur: Et quo ſingulæ augentur vel non augentur partes. 135.D

Creatura, ſine ſibi congrua operatione, non ſolum finem propriũ non aſſequitur, ſed nec in ſeipſa conſiſtit. 124.H

Creaturæ ſicut per Chriſtum ſunt conditæ, ita & per Chriſtum ſunt reparatæ. 26.E

Credere in Chriſtum quid ſit. 49.C. Et quomodo fides ſit in Chriſto Ieſu. 88.E

Credere pro actu fidei Chriſtianæ, præſtantius eſt habitu, etiam fidei infuſæ: Quod licet non rarò ſit à ſpiritu ſancto, nunquam tamen eſt, niſi acquieſcentibus nobis. 14.H

Credenda de filio, quæ ſint: Et quòd nobis reuelantur à Patre: Et credenda de Patre, quæ ſint: Et quod nobis reuelantur à Filio. 10.F.G. Et vtraq; ſuggeruntur ac perſuadentur nobis, à Spiritu ſancto. 11.C

Credentes vere, quibus donis ditentur à Chriſto. 87.B. Et quòd non paucis diuexationibus exercentur. 12.G. Quòd ob id à ſpe euangelij ſe dimoueri non patiuntur. 86.G

CHRISTI nomen ab vnctione, nomen eſt dignitatis, tum regalis, tum ſacerdotalis, Et orbis reſtauratori dicatum. 5.C

Chriſtus nomen eſt Diuinæ perſonæ, ſed naturam noſtram induta. 80.G.37.B

Chriſtus lux totius mundi. 146.H. Immo & lux vnica cuiuſlibet creaturæ. Et lux quæ Dei vita eſt in nobis. 140.G

Chriſtus vt homo, quid habuit ex conceptione, & quid ex obedientia patris. 127.B

Chriſtus à tota trinitate prædeſtinatus eſt filius Dei. 40.G. Et hoc in robore & poteſtate verbi. 141.A. Et in forma Dei, non eſt prædeſtinatus ſed genitus. Et vt homo; gratia eſt filius Dei. 40.G.H

Chriſtus author naturæ & gratiæ. 48.E. Quo pacto in principio erat in vniuerſo. 49.A

Chriſtus ſua paſſione, non ſolum gloriam adeptus eſt ſui corporis naturalis, ſed myſtici. 21.H. Cuius & nos membra facti, de hoc mundo ſumus aſſumpti, immo & ſuprà hunc mundum euecti. 49.D

Chriſtus etſi nunquam non fuit auguſtiſſimum templũ Dei, immo & ſancta ſanctorum: non immeritò tamen potuit ſe vermem dicere, & opprobrium hominum appellare. 127.C

Chriſtus non ſolum eminet nobis vt caput, ſed per ſpiritum habitat in nobis vt anima. 129.B. Et vt caput, ſine membris eſſe non poteſt. 22.H

Chriſtus in nobis quodam pacto patitur & affligitur. 61.B. Electos auguſtius moderatur poſt redemptionem, quàm moderatus eſſet ſine redemptione. 45.D

Chriſti ſpiritus & ſi alius à ſpiritu ſancto non eſt, tamen, Chriſti ſpiritus dicitur. 219.B. Qui & ſpiritus eſt perfectionis, & excellentiæ. 65.C

Chriſti eſt, miniſtros ſibi deligere, ſingulis mera diſtribuere, & ad illa idoneos facere. 131.D. Immo & vnicuiq; certum & peculiare donum concedere, vt planè de quolibet dici poſſit. Non eſt inuentus ſimilis illi. 130.H

Chriſtus cur dictus eſt filius hominis. 32.H.40.F. Cur factus ex muliere. 34.F. Quomodo filius Dauidis ſecundum carnẽ: & quid ex illo habuit ſecundum animam. 31.B.C

Chriſtus è ſpiritu ſancto, cuius opificio, ſuum formatum eſt corpus, in vterò natus ſanctus. Et quomodo fœmina mox virum circundedit. 31.D

Chriſtus quo pacto homo ſit undiq; nouus. Et ſolus conditus ſecundum Deum, in iuſtitia & ſanctitate. 143.A.B

Chriſti Sicut & membrorum eius, duplex natiuitas, carnalis, & ſpiritualis: Et quæ in illo ſit vtraq;. 30.H

Chriſtus hæres omnium inſtitutus. 42.G. Rex & ſacerdos perpetuò conſecratus, ut ſingula ſua pro uoluntate, ſeruet, moderetur, ſanctificet. 43.C

Chriſtus ſicut noſtrarum maledictionum quodam modo factus eſt conſors, ita & nos ſuarum benedictionũ ſumus facti participes. 25.D. Et quo pacto à Deo in illo benedicti ſimus eadem benedictione cum eo. 22.G.26.F

Chriſtus nobiſcum manẽs uſq; ad conſummationem ſæculi, quid operetur in nobis. 152.G

Chriſtus mediator prædeſtinationis noſtræ. 34.G. Cuius interuentu, delectus eſt hominum cœtus, quem Deus illi dono dedit & multis titulis exornauit. 37.B.& ſeq.

Chriſtus electos ſibi donatos à patre noluit habere in ſeruos, ſed amicos, fratres, & membra. 38.H

Chriſtus nobis datus, & pro nobis expoſitus: Quid pro nobis factus ſit, & quæ pro nobis effecerit. 10.G

Chriſtus non ſolum noſter medicus, & ſaluator, ſed nuncius & apoſtolus. 6.H. Vt nobis annũciaret voluntatẽ patris. 4.E. 42.F. Cuius & doctrina, nunquam ocioſa eſt. 149.A

Chriſtus totus, & quo pacto benedictus à Deo 22.G. Et quòd illius benedictio, fuit benedictio & noſtra. 57.C

Chriſtus eccleſiæ caput: Et quomodo illi uidet, audit, guſtat, adorat &c. 98.E. Et quo pacto illam potiſſimum ſanctificauit. 151.B

Chriſtus angularis lapis nedum iudæorum & gentium, ſed cœleſtium & terrenorum. 79.C

Chriſti obedientia apud Patrem, cum obtulit ſeſe pro nobis, in ſacrificium crucis, maximè fuit efficacia. 34.G. Et eius mors tantæ uirtutis, ut & mors ſit per illam occiſa. 68.E

Chriſtus omnibus momordit infernum, lucem effudit, legem, & euangelium inuulgari uoluit, ut nemo, ſi uelit, ſalutem non recipiat. 4.F

Chriſtus quo pacto, iuſtitia, ſanctitas, pax, & redemptio noſtra: & quomodo iuſtitia, ſanctitas, pax, & redemptio reputemur in eo. 110.E.F

Chriſti diuitiæ multis modis inueſtigabiles: et eius gratia, ſapiẽtia, ſciã, meritũ, poteſtas, & gloria infinita. 119.A.B

Chriſtus non modo conſecat ſuis membris, ſed ſingulis utilitate conſummatis. 133.D. Quibus & miro mõ perficit. 98.F.G. In quo illa quodam pacto, ad perſonalem illius ſubſiſtentiam eleuantur. 113.D

Chriſti ſatisfactio duplex, in corpore ſcilicet naturali, & in corpore myſtico: & qua ratione utraq; exigatur a Deo. 67.B

Chriſtus in corpore naturali, pro nobis ſatisfecit, et quaſi ex debito. nec tãtũ in cõi, ſed pro ſingulis, præſertim electis. impiũ tamen eſt aſſere nos ſatisfacere nõ debere. 66.F.G.H

Chriſti & membrorum eius collatio, cum uite & palmitibus, diligenter excuſſa. 83.D.84.E

Chriſtus acquiſiuit nobis cœleſtem hæreditatem, ſed non dormientibus nobis, cuius & arrhabo dici in præſenti forſitan poteſt. 83.A.B

Chriſti beneficij, hac in uita non fruimur niſi primitijs. 62.E.F

Chriſto uita, in qua reſurrexit quomodo nobis hac in peregrinatione conceditur, & quæ illa ſit, quæ nobis nunc abſcondita eſt, cum illo in Deo: & quæ illa cuius modo habemus pignus & primitias. 61.D

Chriſtum induimus, tum baptiſmo, tum imitatione. 148.F Quo induti Dei iudicium non formidamus 75.D

Chriſtum oportuit amare iuſtitiam, & odiſſe iniquitatem, ut ungeretur Rex, & ſacerdos à Deo. 45.C

Chriſtus quõ fundamentũ apoſtolorum & prophetarum. 115.B

Chriſtus fundator terræ, & totius orbis. 46.E. Et quod per illum omnia condita, tum in cœlo, tum in terra. 42.F

Chriſtus etſi rerum omnium dominus, hominum tamen maximè, & qua ratione. 18.G

Chriſtus audiendus poſt Moſen, hoc eſt, poſt legem euangelium.

lium.75.C. Cuius ſpũs in nobis ſpiritus eſt libertatis.33.D. Fidei & Veritatis. 15.D

Chriſti mors ex intentione ſpiritus eius, eſt ordinata pro nobis, Vt hoc pacto noſtra expientur peccata.60.H. Quare in illius cruce ſalus noſtra & Vita. 41.D. Et in eadem omnes maledictiones noſtræ extinctæ. 59.A

Chriſtus in reſurrectione, in ſtatum regenitus eſt ſecundum ſpiritum.34.E. Immo regeneratus Verè eſt filius Dei. 42.E. Et manifeſtatus Dei filius in uirtute.33.A. Et quæ illa Virtus per quam Dei filius manifeſtatus eſt. 41.A

Chriſtus triumphantium more, ſe recepit in cœlum.132.E. Et illo aſcendente, adimpleta ſunt omnia. Et coaſſumpta eius membra cum eo.94.H. Super principatus poteſtates &c. Vt ſedeant cum eo ad dexteram Dei. 97.A

Chriſtus interpellat Patrem pro nobis in ſanctis, & ſancti in Chriſto: Et quomodo Chriſtus & ſancti, Vnus, ſint interpellator Vel plures. 89.A.B

Chriſtus quomodo poſt diẽ iudicij, ab Angelis proprijs miniſterijs reſignatis, oĩa cõſeruaturus & moderaturus ſit.97.B C

Chriſtiani olim dicebantur fratres.148.F. Omnes ſunt conſecrati Deo, & intra eccleſiæ templum admiſſi. 16.E

Creſcere in nobis, decreſcere eſt in Chriſto. In quo tamẽ creſcendum eſt per omnia: Et quo pacto. 134.H

Cruciari de admiſſo peccato, eſt quoq; non electis commune, ſed ad ſalutem pœnitere, omnibus non contingit. 75.A

Cupiditas ſemper habẽdi, quando ab homine attracta ſit.143.E

D

DEITAS & ſi ſingularis, & ſubſiſtens in ſe, communis tamẽ eſt tribus perſonis ad quas coarctatur, tanquã ad determinationes illius. 42.H

Deus Vnde dictus eſt Deus.10.H. Et quid Dei nomine ab omnibus eſt acceptum. 6.E

Dei nomine etiam Trinitas intelligitur. Immo & pro Trinitate non rarò in ſcripturis habetur. 6.F.18.E

Dei nomina ſunt infinita, ſed decem Videntur principalia. 3.B

Deus actus eſt purus & ſimplex, nullam in ſe mutationem, Vel compoſitionem patiens. 36.E.37.B

Deus Vnus eſt in ſubſtantia, & trinus in perſonis.6.F. In quo & quicquid eſt, Deus eſt. 23.D

Deus etſi Deus eſt oĩum, maximè tamen Deus eſt Chriſti.45.D Immo ſic Deus eſt Chriſti, Vt nulli Verè ſit Deus niſi in Chriſto. 91.B

Deum quantum referat habere in Deũ, ex illius Verbis animaduertere licet. 92.G

Deum habere pro Deo, ſatis non eſt, ſed opus eſt, & illum habere pro patre. 71.D

Deum nemo verè cognouit, niſi in Chriſto.41.D. Vnde & ante eius aduentum, dictus eſt Deus abſconditus, & lucem habens inacceſſam. 123.A

Deum accedentes, quæ decent, ſolum præſtolari fas eſt. 18.H

Dei actio, quâ in Chriſto ſumus ſuſcitati, quando Vltimum ſortietur effectum. 94.H.96.E

Dei ardor erga electos.18.G.28.H. Et clementia & dignatio erga omnes homines. 25.D

Dei non tanta liberalitas in iuſtificatione pœnitentiæ quanta in iuſtificatione baptiſmi. 67.D.68.E

Dei benedictiones quales. 21. C. Et quòd licet eius benedictio (ſicut & gratia) in illo ab æterno ſit, in nobis tamen, non niſi ex tempore recepta eſt. 23.A

Deus non ſolum nos benedicit exiſtentes in Chriſto, ſed & ipſe cum nos benedicit, exiſtit in eo. 22.F.G

Deus nos non benedicit in Chriſto, niſi primum iuſtificet nos in eo: nec iuſtificat nos in eo, niſi primum nos ſine peccato deprehendat in illo. 57.C.D

Deus quot modis benedicatur à nobis.20.F. Et cur à Paulo benedictus ſit ſub nomine Dei, & ſub nomine patris. 20.H

Deo omne bonum quod facimus, debemus ferre acceptũ.106.G. Illi nos & noſtra committere.25.D. Et ſine intermiſſione, gratias agere. 25.B

Deus cognitus eſt, à Gentibus potiſſimum ex ſapiẽtia, à Iudæis ex poteſtate, ſed a Chriſtianis ex dilectione. 122.H

Dei concio in creaturis cõdẽdis, & oraculis manifeſtãdis. 80.E

Deus non condemnauit nos in Adamo, nec maledixit, niſi poſtquam in illo peccatores conuicit. 57.C

Dei decretorum ſimplicitas ac multiplicitas quo pacto ſe habeant: Et quomodo ſint in mente diuina. 29.D

Dei decretum Primum fuit de condendo homine ſed in ſtatu ſpirituali, & in eo ſtatu aſſumendo ab Vnigenito ſuo. Secundũ de electorum catu: Tertium de Vniuerſo in ſtatu immutabili & incorruptibili: Quartum de Adamo in animam Viuentem, & mundo mutationi ac corruptioni obnoxio: Quintum de exponendo Adam tentationi Sathanæ: Sextum de carne aſſumenda à Verbo. a 37.D. Vſq; ad 39.D

Deus diligit omnia, omnibus benefacit: Et in damnatis etiam ſua miſericordia lucet. 55.D.56.E

Deus & Pater dilectione ſua, nos per Chriſtũ reuocauit in gratiam. Et id tribus de cauſis. 25.D

Dei dilectio in Iudæos, erat debita, non ſolum ex charitatis proprietate, ſed ex iuſtitiæ ratione. 104.E

Dei maxima diſpenſatio, Vt homo a Verbo aſſumeretur paſſibilis. 50.G

Deum dare Velle, & perficere quomodo intelligatur. 83.D

Deus non iudicat bis peccatum, quomodo intelligitur: Et cur Voluit peccatorum Vltionem, exundare in Chriſto. 67.C

Deus etſi diues eſt in ſapientia, poteſtate, &c. maximè tamẽ diues eſt in miſericordia.103.D. Qui & ditat nos, nedum donis ſpiritualibus ſed & temporalibus. 25.C

Deus tam etſi dona ſua non proijcit, illa tamen gratis largitur: Et illa maximè, in quibus maximè liberalis eſt, & quæ illa ſint. 91.D

Deus non modo dona ſua coronat in nobis, ſed illa promouet, & fauore proſequitur.113.B. Et cum illa ditat, tunc nos locupletat. 92.E

Dei dona nobis collata, in nobis longè illuſtriora ſunt, donis Chriſti coniuncta. 72.F

Deus cur nos eligendo, dicatur fuiſſe in Chriſto.24.F. Et quomodo eſt in electis, quibus & ſuperintẽdit non ſolũ Vt Deus, ſed Veluti Pater. 130.G.H

Deus æmulandus à nobis, & præſertim in dilectione. 149.C. Et miſericordia, & pietate. 86.F

Deo beatorũ, gloriæ patri.91.C. Cõgruit omnis gloria.57.A. Quæ et per gratiam, potiſſimũ nobis apparet illuſtris.104.G

Dei libertas in creaturis condendis. 37.A. Et in condonandis peccatis. 44.F

Dei oculis nihil ab æterno non præſens, nulla res futura, ſed omnia executioni tradita. 95.B

Dei operationes ad extra, toti ſunt Trinitati communes. 6.G

Deus non ſolum à nobis operationes requirit, ſed & ab omnibus rebus. 59.A

Deo placuit peccata noſtra, & exuberantiſſimè, & pluribus ablutionibus diluis. 44.E.F

Deo placuit peccati occaſione, multa & mira opera facere. 23.C.39.C

Deus ad perficiẽdos ſcõs, cur hoĩes Voluit adiutores habere.132.H

Deus

Deus & Chriſtus, toto à nobis pectore redamandi. 124.E
Deo regeneramur in filios per illius voluntatem, per ſemẽ euangelij, gratia, & ſpiritus ſancti. 18.F.50.F
Deus ſi remanſiſſet offenſus, nihil per Chriſtum nobis acceſſiſſet lucri. 114.E
Deus non pauca ſacramenta fidei, ad noſtram frugem occultari voluit. 123.D. *Et quo pacto illa perſcrutari fas eſt.* 37.D
Dei volũtas eſt, vt credamus in Chriſtum. 101.B. *Et quomodo velit oẽs ſaluari, & ad veritatis agnitionẽ peruenire.* 56.E
Dei verbum genitum per actum ſimpliciſſimum ac naturaliſſimum intellectus, præuenientem omnem actum voluntatis, electionem, deliberationem, decretum. 30.F.G.40.G
Dei verbum refertur ad perſonam patris, non ſolum ſub ratione verbi, ſed & ſub ratione filij. 42.G
Dei verbum prius apud Deum definitum eſt hõ, quàm homines adoptati ſint in filios Dei & id, duobus habet modis intelligi: Et cur hominem aſſumpſit paſſibilem. 37.A B C. *Et quòd per aſſumptionem carnis, diuinũ eſt iudicium emollitum, & Dei thronus facilis redditus eſt acceſſu.* 3.C
Diuinæ ſapientiæ diſpoſitio in multis difficultatibus habenda præ oculis. 90.E
Diuinæ ſimplicitati ac perfectioni nullum fit præiudicium, ſi noſtro pro captu, in illa multiplicitatẽ aliquam ponimus, et diuerſarũ rõnũ ordinẽ aſſignamus. 37.B.29.D.23.D.24.E
Diabolus & Prothoplaſtes, quo a principio cognouerũt, vel non cognouerunt Chriſtum. 49.B
Dilectio euangelica, nulli eſt anguſta, ſed omnibus ampla. 88.F
Diſcrimẽ delicti & pcti. 100.F. *Lapſus & prolapſus.* 64.E. *Et ſanctorum & fidelium.* 8.H
Diſciplina in ſcripturis multis modis inuenitur accepta. 156.F
Doctrina morũ traditur nõ vt ſciamus, ſed vt boni ſimus. 138.E
Doctorũ conſenſus de inuocatione & oratione ſanctorum. 90.H
Domini nomen ab Apoſtolo communiter attribuitur Chriſto, & qua ratione. 18.G
Domini tẽporales, quales præſtare debẽt ſe erga ſeruos. 157.A

E

ECCLESIA *Certiſſima eſt, tum de interceſſione ſanctorũ, tum de notitia precũ noſtrarum apud eos.* 90.G
Eccleſia corpus eſt & plenitudo Chriſti, & Chriſtus caput & plenitudo eccleſiæ. 98.F
Eccleſiæ ædificatio opus eſt Chriſti, ſubſeruientibus tamen miniſtris, at non in virtute propria, ſed a Deo accepta. 133.A. *Et auctio ædificationis, in quibus conſiſtit.* 115.D
Eccleſiæ ædificatio ex latere Chriſti, pulchrè confertur cum ædificatione Euæ ex latere Adæ. 153.C. *Et quo pacto, os euaſerit de Chriſti oſſe, & caro de illius carne.* ibi.B
Eccleſia electos aliquando ſolum includit, aliquando bonos & malos. 98.E. *Et hæc eſt, quam debemus cõſulere.* ibi.G.H. *Et eius doctrinã vt ſanctã et inculpatã ſemper habere.* 151.C
Eccleſia glorioſa, & in cœleſti patria, & in præſenti peregrinatione: Et quibus rebus, hic maxime rutilet. 152.E
Eccleſia os eſt catholicæ veritatis, quo Deus ſua patefacit arcana, nedum hominibus ſed etiam Angelis. 67.A.119.C
Eccleſia præſenti peregrinatione, quo pacto ſit ſancta, inculpata, & ab omni errore immunis. 99.B.152.G.H
Eccleſiæ poteſtas, quo pacto inueniatur in ea. 152.H. *Et cur præter Pontificem Chriſtum, ei dati ſunt alij Pontifices & Paſtores.* 98.H.& 99.A
Eccleſia quæ eſt in Chriſto Ieſu, ĩpẽſiſſimè à Deo dilecta. 123.C. *In quo maximè eſt inculpata & ſancta.* 152.H
Eccleſiæ totius, vnus eſt ſpiritus, qui ſingulis membris adeſt, & prout opus eſt prouidet. 136.G
Electio quid ſit, & vt recta ſit, quid requirat. 23.D. *Et quòd in Deo quædam eſt ad tempus & quædam abſolute.* 24.E
Electio etſi nunquam eſt, ſine oſtenſione intellectus, multis tamen modis contingit. 64.H
Eligere & prædeſtinare ſunt quidem per voluntatem Dei, ſed toti Trinitati communem. 6.G
Electorum benedictiones ſpirituales, hic inchoãtur, & in ſupercœleſtibus perficiuntur. 21.D
Electi quo pacto, & quibus modis benedicantur à Deo. 21.C. *Et quod benedicuntur in gratiam Chriſti.* 24.F. *Et benedicuntur in Chriſto, & per Chriſtum. Et ſicut per Chriſtum ſunt prædeſtinati, ita & per Chriſtum, ad prædeſtinatorum benedictionem reſtituti.* 25.D
Electorum cognominationes illuſtres. 121.B. *Et nomenclationes variæ.* 19.C.35.A. *Conatus aſſidui.* 96.G. *Clamores frequentes.* 85.A. *Qui & corde & ore, nunquam non benedicunt Deum & Patrem.* 20.G
Electi non minus connexi ſunt Chriſto per ſpiritum quàm connecterentur Adæ per carnem. 95.A. *Immo inter illos eſt mirum & multiplex gluten.* 19.B. *Quandoquidem & illos Chriſtus tanta charitate complectitur, vt noluerit illos habere in ſeruos, ſed amicos, fratres, & membra.* 38.H.et 35.A
Electi cum ſint veluti epiſtola Chriſti, non immeritò ſunt obſignati. 82.F. *Nec immeritò illis non deeſt Sapiẽtia & Prudentia ſpiritus, pro menſura fidei, qualitate membri, & ratione ætatis in Chriſto.* 78.H
Electi ſumus non ſolum in filios Dei, ſed in primogenitos & ſacerdotes. 72.E. *Immo vt & filij Dei ſimus quodam pacto natura.* 19.B. *Tametſi etiam dici poſſumus filij Chriſti, & ſolida ratione.* 34.H
Electi etſi fratres ſunt Chriſti; ille tamen eſt dominus. 21.B. *Et cùm ſit Primogenitus inter eos, in quem ſunt & prædeſtinati, non perurgentur immeritò, vt illum æmulentur.* 35.B
Electi ad hæreditatem reuocantur in Chriſto, quam amiſerant in Adamo. 80.F. *Quam tamen ſine bonis operibus non aſſequuntur.* 83.C. *Immo & illa ex meritis, non ſecus ac mercedem præſtolantur.* 84.F
Electos noſſe Deum, Deum eſſe domini noſtri, & Patrem ſempiternæ gloriæ noſtræ, maximi momenti res eſt. 92.G. *Ad cuius imitationem, & ipſi Deum, ſuum Deũ appellat.* 91.B
Electi occurrent Chriſto in nouiſſimo die, magno miniſtrorum gaudio. 133.B. *Et quanquàm dum hic viuerent multis modis dicerentur ſancti.* 7.D. *Tunc tamen ſtatum ingrediuntur maximæ ſanctitatis.* 34.E
Electorum nulli deeſt plenitudo ſpiritus pro qualitate membri. 23.D. *Qui non modo charactẽrem recipiunt, ſed arrhabonem.* 82.G. *Immo & ipſius ſpiritus opificio, mirum in modum inſeruntur Chriſto.* 60.F
Electi, ante tribunal Dei non ſe peccatores detrectant, ſed inſtant ſuffragatum iri per Chriſtum. 77.A. *Quorum & lapſus aliquando ſunt graues. Tametſi cum in peccatis ſunt frequentes ſtimulos ſentiunt.* 51.C.D
Epheſus Metropolis minoris Aſiæ, In qua ſicut materiale templum inſigne, conſtructum eſt Multimammia, ita euangelizante Apoſtolo, templum longè auguſtius ædificatum eſt Chriſto ex lapidibus viuis, et libri ſuperſtitioſi cõbuſti. 8.F G
Epheſiorum multorum profectus, qui & veſci poterant ſolido cibo. 19.D
Epheſijs gloriãdũ erat in p̃ſſuris Apoſtoli, & qua rõne. 120.H
Epiſcoporum quale ſit munus. 7.B
Epiſtolæ inſcriptio, habet rationem proœmij, & quæ ſunt Pauli, à ſpiritu ſancto ſunt. 1.B

Epiſtola ad Hebræos, cur Pauli nomine non eſt inſcripta. 1.D
Epiſtolæ ad Ro. & epiſtola ad Epheſios propria themata. 20.F
Epiſtola ad Epheſios, vt aliquibus placet, continet ea difficilia intellectu, de quibus Apoſtolus Petrus. 20.E
Eſſe apud Deum, quid ſignificet. 47.A
Eſſe idem ipſe, proprium eſt ipſi Deo, cõmunicatur tamen quodam pacto, omnibus beatis, & maximè Chriſto. 46.F
Euangelium quid ſit. 75.C. Quid contineat. 114.G. In quo totus cardo. 40.E. Quæ prima eius origo. 46.H. Quo renouatum. 48.E. Immo locupletius reſtitutum. ibi.F
Euangeliũ eſt organũ Dei, & vehiculum ſpiritus ſancti. 118.G Eſt verbum veritatis, omnibus auſcultandum. 81.D Immo vis & efficacia Chriſti. 44.E. Quod rectè præmiſſa pœnitentia prædicatur. 75.C. Sicut & omnibus per Apoſtolos donatos omnium gentium linguis abſq; perſonarum reſpectu reuelatur. 30.A
Exaltari ad dexteram Dei, etſi commune eſt Chriſto et electis, diſcrimen tamen remanet membrorum & capitis. 97.C
Excæcatio mentis fit à Deo & Sathana, ſed mõ diuerſo. 141.B
Ex meritis fideles non tumẽt, ſed potius ſeipſos deiiciunt. 84.H

P

FIDES in ſcripturis tribus modis accepta, Pro dictorum conſtantia, Pro fiducia vel confidentia, Et pro perſuaſione, & quibus congruat, & vnde dicta iuxta quemlibet modum. 8.H.9.A.B.C. Tralatione: à fide, primo modo deſcendit, & definitur à Paulo Heb. xi. 12.H. & 8.H
Fidei diffinitio ex Epiſtola ad Hebræos expenditur, & vis & natura Chriſtianæ fidei aperitur. à 9. vſq; ad. 16
Fides, hoc eſt, chriſtiana perſuaſio, in ſeipſa ſumpta, quo pacto ſubſtantia dicta ſit ab Apoſtolo. 11.D. Et quanta eius ſoliditas ac firmitudo. 12.G
Fides Chriſtiana quomodo annectatur Spei, Charitati, Spiritus ſancti dona, & virtutes infuſæ. 11.D
Fides in ordine ad credentes, & quæ credenda ſunt, quo pacto ſubſtantia ſit. 12.F
Fides nedum ſperãtiũ, ſiue (ſi mauis) credẽtium, ſubſtãtia, fundamẽtũ, & robur: ſed virtutũ & operationũ ſanctarũ. 12.G
Fides etſi reuelatorum omnium in diuinis literis ſubſtantia eſt, maximè tamen promiſſorum à Deo. 12.H. Quandoquidem eorum inchoatio, & participatio, eorum pars, pignus, & primitia eſt. 13.B
Fides eſt ſubſtantia, verè eſt elegantiſsimus tropus. Nec idem ſonat hypoſtaſis, & argumentum, tametſi hoc inferatur ex illa. 13.C D
Fidei, totius diffinitionis, breuis, ſed clariſsima explicatio. 14.E
Fides acquiſita & fides infuſa, quomodo diſtinguatur: Et quòd infuſa donum eſt Dei, & non ex operibus noſtris. 105 B
Fides in multis inanis & ſtulta. 124.G. Quomodo reperiatur in reprobis. 60.E. Et quo in Sathana & damnatis. 12.E
Fidei Chriſtianæ perſuaſio, quo pacto generetur in nobis. 87.D. Et quòd non minus, quàm reliqua eius dona, in nobis per ſpiritum ſanctum ſuſcipitur. 60.F.105.A B
Fides Chriſtiana diuerſos patitur gradus. 130.G. Pugna frequenter exponitur, & multis hoſtibus impetitur. 12.F
Fides viua, fides eſt formata, & charitate ſuffulta. 12.E. Electis, ſi abſolutè loquimur munus peculiare. 59.D. Diuinæ benedictionis ſignum infallibile. 87.B. Semper ferax, & ſanctis operibus grauida. 88.F.14.E
Fides viua, ſumi poteſt, pro actu & pro habitu. Et pro actu habitum præeunte, & ſubſequente: Et quòd omnibus his modis ſit viua. 14.G
Fidei viuæ, primus in vitam reditus, quæ ratione ſubſcribitur, & cur iuſtificatio eidem maximè tribuatur. 15.A
Fidei viuæ actus quo iuſtificamur quis ſit, an ſimplex vel multiplex: quomodo à ſpiritu ſancto & nobis. 15.C. Quòd ſacramenta concernit, & quæ, & quo. 59.B.70.H. Et quo pacto illo valeamus vel nõ valeamus dici formaliter iuſti. 73.A
Fidei encomia. 10.E. Vis & energia. 60.E. Effectus mirabiles. 13.B. Et firmitas ac conſtantia incredibilis. 11.D
Fides viua, quo pacto dicatur in Chriſto. 88.E. Quomodo nos illi deſponſat. 60.E, Et in illum transfert. ibi.F
Fideles veri nõ alliciuntur præſentibus. Multis exercentur aduerſitatibus. 12.G.H. Conficiunt unũ corpus, & quodammodo naturale. 136.F. Et in mediũ ſua facilè cõferũt. 136.G.H
Fiducia robur eſt ſpei. 120.G. Semper habenda in Deum. 9.B. Et unde potiſsimum in oratione. 124.E
Filiatio naturalis Dei, quomodo per prædeſtinationem communicata eſt homini aſſumpto à uerbo. 30.G
Filius Dei maxima gloria ſui patris. 91.C. Quòd ſerui formã ſuſcepit, ut fieret inferior nobis. 126.H
Filius Dei pluribus modis à patre ĩtroductus eſt ĩ mũdũ. 45.A
Filij Dei non orti ex ſanguinibus. 49.D. Nec ex ſola uolũtate parentũ. Sed ex Deo nati ſunt, & quo pacto. 50.E.F.18.F
Filij Dei non ſunt ſub lege quo intelligatur. 111.D.112.E
Fornicatio à gentibus non reputabatur peccatum. 145.D
Fornicantium communiter finis, dum commiſcentur. 49.D

G

GAVDENDVM de donis proximo collatis non ſecus ac de proprijs. 106.F
Gentes, quę nõ ſolũ lõgè erãt à Deo. 21.D. Sed ſine Deo. 107.D. Nec ſolum in cogitationibus inſigniter uanæ. 140.E. Sed in moribus inſigniter impiæ. 2.F. Et à ſe, & à Deo, omni immunditiæ traditæ. 141.D. Factæ ſunt Iſraelitæ in ſpiritu. 81.C. Et promiſsione. 107.C. Vocatæ ad cœleſtem hæreditatem. 81.B. Refectæ ad imaginem Dei. 105.C. Et non caſu à Deo benedictæ in Chriſto. 21.D
Gentiũ ſalus, cur gratiæ potiſsimũ ſit aſcripta. 105.A. Et curã conuerſionis illarum ſacramentum, retroactis ſæculis occultatum. 117.A
Gloria in ſcripturis, multis modis accepta. 36.G. 91.B. Et quæ de rebus humanis ſit fluxa, & de diuinis ſit conſtans. 91.C
Glorificare Deum in corpore, & quæ ſunt Dei in ſpiritu, quomodo intelligatur. 85.B
Gluten & methamorphoſis, inter Chriſtum & mẽbra. 95.A
Gratia multis modis, vt pro beneuolentia, pro dono temporali & ſpirituali, pro beneficio, & maximè pro beneficio Chriſti, pro munere apoſtolico, pro gratiarum actione, pro comitate & ſuauitate loquendi. 16.F.G.H.117.D
Gratia eſt flagitanda à Deo. 19.C. Quomodo ſumatur in ſalutatione Apoſtoli. 17.C. Quomodo & ſupra modum gratificas, ſicut & peccatũ ſupra modum peccans. 77.D. Et quòd gratia & pace cumulus bonorum omnium explicatur. 1.C
Gratiæ habitualis & ſacramentalis diſcrimen. 70.H. Cur in iuſtificatione, donum iuſtitiæ, habitualis gratia non conceditur. 70.E. Et quòd gratia ſacramentalis in vtraq; iuſtificatione donum iuſtitiæ rectiſsimè definitur. 70.H
Gratiæ gratis datæ, ſunt ad profectum eccleſiæ. 131.C
Gratificare & gratificari quid ſint. 36.H

H

HEBRAEI quem ritum in ſcribendo ſeruare ſint ſoliti. 20.E. Quòd non rarò, in, vſurpant pro, per. 22.E. Quòd à tẽpore Salomonis libros nõie authoris inſcribũt. 1.D. Et cur illis ſint annumerati vernaculi & proſelyti cum Iſraelitis. 53.D

Hæreticorum (qui & Sirenæ ſunt Sathanæ.134.F.) impietates in ſanctos. 88.H.90.E. Præſumptio de inani ac præſtigioſa fide.124.G. Temeritas in abijciendis meritis. 84.E. Perfidia in ſacramento pœnitentiæ.62.H. Et inſcitia, tum in ſecludendis ſatisfactionibus noſtris. 65.D. Tum in confundenda iuſtificatione pœnitentiæ & baptiſmi. 63.A

Hæreticorum Achilles, Si Chriſtus ſatisfecit pro me, cur ſatisfacio? quam maximè imbecillis. 67.D

Hodie, etſi aliquando æternitatem deſignat, ad mentem tamē Dauidis, diem denotat reſurrectionis Chriſti. 44.H

Homo aliter comparatur homini, quam membrum corpori, & ciuis Reipub. 136.H

Hō creaturarū oīum sūma, et finis: Et maxiē hō Chriſtus. 38.F

Hominis corpus, quo pacto formetur in vtero matris, & non niſi opificio Dei: Et communi lege concurrente ſemine viri, immo virilis ſeminis ſpiritu. 31.C

Homo diuiditur in Externū & internum: Et hic aliquando dicitur Chriſtus, aliquādo mens noſtra. Et quis iſtius interioris ſenſus.92.H. In nouum & veterem, Ille eſt Chriſtus, Iſte Adamus: Ille induēdus, Iſte deponēdus: Et quo pacto.143.A. In regenitum, & non regenitum, Illius quanta fœlicitas, et iſtius quanta calamitas. 116.E

Hō omnis factus eſt in Prothoplaſte naturaliter mendax. 82.E. In quo euaſimus impij, Dei iudicio condemnati. 76.H. Et mortui. 14. H. Sed Dei clementia reſtituti, longè aliter quàm concipi poßit. 79.B

Homo in peccato exiſtens, etſi non valet per ſeipſum reſurgere, valet tamen, illum vocante Deo non obſurdeſcere. 147.D

Homines peccati occaſione ſuborti, perinde ac monſtra in mundo, etſi iure ceſſerint in regnum Sathanæ, non puto tamen omnes tartaro includendos, ſed illorū non paucos, regno Chriſti annumerandos. 53.B C D

Homines potituri ſunt angelicis priuilegijs, ſicut & Angeli illorum adoptione. 30.E

Hominum ſtatus, animalis & ſpiritualis, Sed hic per ſe intentus, & ille ad tempus introductus. 37.D

Hominum vita, pugna continua, & quidem grauis, & contra potentißimos hoſtes. 157.B

Honor exhibendus parentibus, in obedientia potißimum demonſtratur. 155.D

Hortus deliciarū forte nō lōgè fuit a terra promißionis. 109.B

Humanæ īperfectiones vrget; vt ſupportemus nos inuicē. 128.G

Humanæ reparationis negocium, quaſi iure quodam pertinebat ad Chriſtum. 26.E

Humilitas vera à Chriſto, tum exemplo, tum verbo eſt tradita: Et verißimè in illo inuenta 127.C

Humilitati maximè proprium eſt & eſſentiale, nos ſponte ſubijcere Deo, ab illo ſolum præſtolari bona.125. C. Lapſus proprios ſeuerius punire, & ſegnitiem in vſu donorum Dei deteſtari. 126.F

Humilitatis indicium ſeipſum diſcutere, Dei liberalitatem in ſe aduertere.125.D. Dona ſua, cum chariſmatibus aliorum conferre, ſeipſum cū impijs & flagitioſis cōparare.126.F.G. Et licet veram exigat exiſtimationem, alios vere ſuperiores credere. 127.A

I

IESVS nomen Hebræum, Auguſtißimū inter nomina Seruatoris, Deo peculiarißimum, & nemini niſi noſtro redemptori conceſſum. 3.A.4.H

Ieſus nomen Tetragrammaton, vt ex ſcripturis conuincitur: & myſterio multiplici Penthagrammaton. 3.B.C.& ſeq.

Ieſus nominis œncomia. 4.per totum. Quo pacto illud venerari debemus: Quomodo cum pronunciatur non niſi à ſpiritu ſancto proficiſcitur: Quo mens erigēda cùm recolitur: & quo pacto, illo omnia auſpicanda ſunt. 5.A

Impij nonnunquam ſtupidi, & ſine ſenſu proprij mali. 141.C

Immunditia gentibus, nonnunquam res extitit perſuaſa. 145.D

Inculpati in dilectione, potißimum erimus ſuper cœlos. 24.H

Indulgentiarum theſaurus ex quibus conſtet, 138.E

Initiati non veſcuntur ſolido cibo. 139.C

Iniuria quomodo condonanda. 145.A

Intellectus & voluntas, quo pacto ſe habeant in perſuaſione fidei. 11.B

Ioannis Baptiſtæ miniſterium quale. 48.G

Iram Dei reuelari de cœlo, quid ſit. 74.G

Ira definitio. 9. C. Aliquando tolerari poteſt. 144. E. Nonnunquam pro animi exacerbatione accipitur. 156.E

Iſraelitæ ſecundum promißionem, etiam in lumbis Iſrael ſunt ſperantes in Chriſto: & quæ illorum ſint notæ. 80.H.81.A

Iubileum Piorum continuum. 85.C

Iudæorum populus, peculiari opificio factus á Deo, nec quidem ad ocium, ſed ad opus, & quale. 106.E

Iudæi religioſé, nomen non proferunt iehouah, ſed id munus eſt ſacerdotis, & tantum in ſanctuario. 3.B

Iudæi etſi multis titulis illuſtrati.80.H. Et gentibus antepoſiti.104.F. Sēper tamen fuerunt duræ ceruicis.101.B. Sēper tumidi de ſua lege.111.A. Semper reclamantes cōuerſioni ac prædeſtinationi gentiū.117.A. Et tamen ſine Chriſto, legi non parent, nec ſatisfaciunt.101.D. Et gentes ſunt Iſraelitæ in ſpiritu & promißione.81. B. Immo & qui ex Iudæis, rebenedicti in Chriſto, non erant meliores gentibus.101.D. Ergo non ſolum facti ſunt, propter euangeliū inimici Deo, cui erant charißimi propter patres. 104.E. Sed loco principis Chriſti, traditi ſunt principi Sathanæ. 101.R

Iuſtitia, in materia iuſtificationis, non eſt iuſtitia philoſophica, ſed Chriſtiana, & in ſcripturis dicta eſt iuſtitia Dei, Chriſti, & fidei, & qua ratione.59.A.B. Et eſt qualitas animæ, qua ſumus & dicimur formaliter per inhærentiam iuſti. Diuerſimode à Theologis declaratur. Et iuxta authoris ſententiam definitur. 69.A B C D

Iuſtitia donum iuxta authoris determinationem res eſt ſimplicißima, nec aliud quam gratia Dei, at non habitualis, ſed ſacramentalis, 70. F. Et duo complectitur, ſcilicet excluſionem peccati & nouam ac innocentißimam vitam, tametſi neutrum in præſenti perfectè conſequimur. 59.C

Iuſtificare & iuſtificari, quid ſint Doctoribus, & quid literis ſacris: quo pacto (etſi videntur diſcrepare) miro modo conſentiunt. 58.E

Iuſtificare (vt frequentius) in ſcripturis, eſt iuſtum aliquē per ſententiam definire. Et iuſtificari vti iuſtum decerni, ſicut condemnare & condemnari (quæ illis è regione ponuntur) ſunt impium per ſententiam definire ac definiri: Sed apud Doctores, iuſtificare, eſt iuſtum facere, & iuſtificari iuſtum fieri. Quod ſcripturæ non renuunt, ſed vti notorium præſupponunt & includunt. 58.F.59.B

Iuſtificationes ſunt duæ, altera poteſt appellari baptiſmi, reliqua pœnitentiæ, & qua ratione.60.H. Collatio ambarum ad inuicem.65.D. De illa diffusè tractatur, à fol. 58. H. vſque ad 61.D. De iſta, à fol.61.D.vſq; ad 68.F.

Iuſtificationis qua diuina ſententia iuſti decernimur, ordo, modus & reſolutio. 75.D

Iuſtificatis, quo pacto primi hominis iuſtitia ſit reſtituta.71. B. Quo pacto dici poteſt pietas cum religione. 71.D

Iuſtificatorum vita Chriſti ſpiritu excitata in donorum profuſione,

ſtione, & exercitio ſanctarum operationum conſiſtit. 62.F
Iuſti quo pacto euadamus in Chriſto. 73.A. Quomodo iuſtitia eius ſit non ſolum in eis, ſed & ſuper eos. 72.G. Et quomodo in illo iuſti facti, iuſti illius decernimur tribunali. 76.F
Iuſti quo pacto denominari poſſumus per inexiſtentem ſpiritum Chriſti in nobis. 69.A. Et quomodo per illum duplex iuſtitia in nobis excipit, communicata ſcilicet & infuſa. 61.A
Iuſto in ſcripturis ferè ſemper opponitur impius, quod & probatur ex pluribus locis. 71.D

L

LEX etſi multis dicitur à delectu, melius tamen dicitur quia ligat. 111.C
Lex uetus ancilla, ſed noua mater ingenua: Illa teſtamẽtũ cõfirmatũ ſanguine aĩaliũ; hæc cõfirmatũ ſãguine Chriſti. 108.F
Lex vetus in quot partes diſtincta, quot præcepta continẽs: Abrogata non tantum in cerimonijs, ſed in omni parte, quomodo appellata in ſcripturis. 111.A B C. Illius officium & cõminationes. 108.F. Pollicitationes. 112.G H. Ceſſauit adueniente Chriſto, & in Cruce extincta. 114.F
Lex decalogi quid ſit in Apoſtolo. 112.F. Quod omnes mores includit. 111.B. Quod duo in ſe continet ſed in altero euacuatur. 111.D. Non eſt enaruata ex parte doctrinæ, ſed imperij. 112.E. Nobiſcum ſuboritur, ſed per peccatum non leuiter labefactatur. 112.G. Gratiam non præſtat, ſed requirit: Ex ſe poteſt occidere, ſed ex ſe non poteſt viuificare. 113.B. Eſt in ſe quidem ſancta, ſed in nobis, per carnem inuenitur infirma. 102.G
Libertas ſeruituti opponitur, & qua ratione. 52.F
Liberi arbitrij definitio: Qui illius actus proprij: Quod pertinet ad intellectum & voluntatem: Et ab vtroq; dependet: Quod ad illud non pertinet poſſe peccare. 52.E
Liberum arbitrium non tollunt conſilia, admonitiones, perſuaſiones, ſed promouent: Et licet perſuaſione ſecluſa, ſit pariter ad exequendum, & non exequendum propenſum, illa tamen incluſa, ad exequendum eſt determinatum. 52.G.H
Liber vitæ eleganti tropo, prædeſtinationem ſignificat. 35.D. Et quid ſit de illo deleri. 36.F
Litera, Scin, in Tetragrãmato, nota eſt humanitatis aſſumptæ: Quo pacto ad pacẽ, ſalutẽ, & vnctionẽ pertinet: Quõ figuratur, Quid ſignificet, Cur in medio Tetragrãmato poſita. 3.C.D
Literæ Tetragrammati, quatuor mundi partes deſignant: Et ritè ſupputatæ, vt à Cabaliſtis, numerum conficiunt ſeptuaginta duo, iuxta mundi partes & linguas: Et quomodo hæc myſterio aſſumptionis congruant. 4.G
Longanimitatis diſcrimen à Patientia: Quod illius officium, Et quæ eius frequentiſſimæ voces. 128.F
Lux mediũ eſt, quo cognoſcimus, et res quã cognoſcimus. 147.C
Lux vera in Chriſto. 48.H. Et quomodo lux eſt hominum, & maximè electorum. 47.D
Lucis fructus idem ſunt, quod fructus ſpiritus, Et quomodo optima ſunt atteſtatio beneplaciti Dei. 147.A

M

MACVLA media inter culpam & pœnam. 77.D
Magis aduerbium, non ſemper vim habet comparatiuam. 146.E.147.A
Mãdata quæ nobis obſeruãda ſunt, vt ingrediamur ad vitã. 113.B
Manſuetudo, à Paulo pro mititate poſita, & diſcrimen non ſolum inter hac, ſed inter hac & Clementiam. 127.D
Maria ex ſemine Dauid per Nathan, quadraginta & duabus generationibus medijs. 32.B
Matrimoniũ Chriſti & Eccleſiæ, matrimoniũ eſt ſpũale. 60.F Sed excellentiſſimum. 154.G
Matrimonium contrahentibus, quid habendũ præoculis. 151.A
Quod non ritè contrahitur niſi inter duos. 154.F
Matrimoniũ apud fideles, indubitatiſſimè ſacramẽtũ eſt. 115.A
Vnde ſacramenti nomen obtinet, & cur magnum dicitur ſacramentum. 154.H. Quòd vnum eſt ex ſeptem eximijs ſacramentis: Et quod res per illud ſignificata res excellentiſſima eſt. 154.F
Membrorum Chriſti & Adami, mira collatio. 22.G. Chriſti membra non ſunt agreſtia. 115.A. Sunt Deo maximè chara. 36.H. Ad inuicem indolent. 90.F. Et omnia dicunt communia. 88.F
Mendacium quodcunq; ſit, execrandum eſt. Et nunquam quavis ratione poteſt admitti. 143.D
Mens noſtra ſpiritus eſt. 142.G. Cuius partes, memoria, intellectus, voluntas. Licet & aliquando ad intellectum reſtringatur: Et illa quomodo in Protoplaſte facta ſit curua. 71.B. Et in quibus (cum ad ſui excitationem loquitur) locutio ſua conſiſtit. 148.H
Meriti vox, non eſt aliena ſcripturis, ſed meriti res, eſt in illis euidenter expreſſa. 84.H.85.A
Meritum noſtrum ſubſcribitur Chriſto & nobis, nec detrahit merito Chriſti, ſed illuſtrat. 84.E F G
Merentium animus & diſpoſitio. Et quòd pij ex meritis ſuis non tument, ſed potius ſeipſos deijciunt. 84.H
Miniſtri ad quid, in Eccleſia Dei. 132.G. Et miniſtri publicæ functionis, ſanctè orant pro multis in particulari: Et pro quibus maximè. 88.G
Mititas, indiuiduus humilitatis comes: Et mitis addit ad manſuetum. Et nedum eſt ſimilis Chriſto, ſed Deo. 128.E & F
Mors animæ & mors peccati. 14.H. Et quod morte, animæ nihil eſt deploratius. 99.C
Mors quo pacto, Chriſti morte eſt interfecta, & per eandem peccatum extinctum. 96.E
Mortui & reſuſcitati cum Chriſto, quomodo fideles dici poſſunt. 95.C. Quibus & mortificandum eſt iugiter, quod in illis remanet vetuſtatis. 59.D
Motus & terminus motus, quodam pacto ſunt idem. 9.C
Mundus à Deo veluti ædificium fabrefactus. 24.G. Et quomodo factus per Chriſtum. 47.C
Mundus qui Chriſtum non cognouit, qualis eſt. 49.A B
Mundi ſapientia, palpabiles tenebræ: Quæ & apud Deum, eſt ſtultitia & maxima ignorantia. 140.E
Myſteriũ et ſacramẽtũ, nõ rarò ĩ ſacris literis cõfunduntur. 154.H

N

NATVRA, per gratiã nõ deſtruitur, ſed perficitur. 137.A
Natura tale, eſt ſimpliciter, & maximè tale. 103.C
Niues, grandines, et tonitrua, ĩ qua aeris generẽtur parte. 101.A
Notitia ſuprema, quæ de Deo haberi naturaliter poteſt. 140.H
Nouati hæreſis. 62.H. Et quomodo extorquet verba Pauli ad Hebræos. 63.C

O

OBEDIENDVM quidem parentibus, ſed magis cœleſti Patri. 160.F. Et non modo parẽtibus ſecundum carnem, ſed & ſecundum ſpiritum. 155.C. Et præcellẽtibus p̄tatibus, ſed Chriſto maximè, cui oĩs eſt data p̄tas. 159.B
Obiurgationes crebræ, nonnunquam reddunt homines magis obſtinatos. 156.F
Obſecrare quid ſit. 125.A
Obſignare propriè ſumptum, quid ſit, Et quod obſignamur à ſpiritu ſancto, ſed poſtquam credidimus. 82.F G H
Oculi mentis multiplices. Et oculi fides erga Deum & Chriſtum. 92.A B

Occultiſſimè

Occultiſsimè facta, etiam manifeſta ſunt: Et quibus, & qua ratione. 147.B

Offerre nos debemus Deo, pro aliorū errate, & quo pacto. 145.C

Odij capitalis vis, & cur homicid.um facit. 65.A

Omnium nomine, nō ſolum aliquando accipiuntur homines ſed electi. 44.E

Opera noſtra, poſſunt multis modis expendi. Et quid habeant, vt ex nobis īfirmis, et quid vt ex nobis īcolumitati reſtitutis. 83.D

Opera noſtra antequam regeneremur per Chriſtum communiter qualia ſint. 105.C

Opera ex nobis, alijs regulis exiguntur à Deo, vt coram illo ſint accepta, quam iudicij et rationis humanæ. 105.D| Nec opus quoq; eſt ſimpliciter bonum, niſi ex integra bonitate. 147.A

Opus à nobis factum, ex cōſilio & fauore Dei, multo eſt præſtantius, quā factū ſolū ex cōſilio & prudētia noſtra, ſicut et logè execrabilius eſt, op⁹ factū ex fauore et cōſilio Sathanæ. 100.F

Opera quo pacto ad iuſtificationē faciāt. à 73.B| vſq; ad 76.F

Operum excutiendorum pro iuſtificatione, tres claſſes, præcedentium, concitantium, ſubſequentium: quæ illæ ſint, & quō ad iuſtificationē ſe habeant, Et quod in præcedentibus eſt potiſsimū pondus. Et ſunt in duas partes diſtincta. 83.C.D| Et multa in adultis ſunt neceſſaria, et quæ. 76.E| ſed potiſsimū quæ à Deo præparata ſunt, vt ambulemus in eis. 105.D

Opiniones variæ de nomine Pauli, quo ad impoſitionem, deriuationem, & interpretationem. 1.C

Opiniones diuerſæ de nomine IESV. 2.H

Orare & obſeruare in ſpiritu quid ſit: Et quod in oratione inſtantia opus eſt, & vigilia. 158.G

Ordo & diſpoſitio rerum omnium, quæ in tempore fiūt, ab æterno præexiſtunt in Deo. 23.A

Ordo qualis, communi curſu, in uocatione noſtra, & quæ verbi, efficacia, quo vocamur ad pœnitentiam. 74.F| Et quomodo abſolute vocamur ad Chriſtum. 10.F

P

PAPA ſummam poteſtatē habet in Eccleſia Dei. 99.A| illi ſubeſt cura diſpenſandi theſauros cæleſtes Eccleſiæ. 137.D| & 138.E| Et quæcunq; traduntur ab eo, nō ſecus ſunt accipienda ac ſi traderentur à Petro. 95.B

Pars naturaliter plus afficitur toti quam ſibi. 137.A

Paruulis inſunt quæ deteſtemur, & quæ complectamur. 134.E

Paſtores debent eſſe doctores. 132.G| illos decet inculpatiſsima vitā. 99.A| Et cum boni ſunt, non verentur ſubire pro ouibus, crucē & mortem. 123.D| Et cum ſunt mali, non ſunt ſua poteſtate priuati: audiendi ergo & non imitandi. 99.B

Patris in diuinis, proprium eſt glorificare filium, & filij honorare patrem, Et Spiritus ſancti amborū arcana, electis ſuggerere. 11.C

Patri appropriatur, prædeſtinare, Verbo nos luce perfundere, Et ſpiritui ſancto, charitate corda noſtra ſuccendere. ibi.A

Pater reuelat credenda de Chriſto & vrget ad ea. Et filius reuelat credenda de Patre & ad illa nos ſtimulat. Et Spūs ſanctus ea ſuggerit, omnia tamē ſunt à tota Trinitate. 11.A.B

Pater Chriſti, & Pater Verbi, quomodo diſtinguantur. 20.H| Et quòd eadem generatione, pater eſt verbi, et Chriſti. 21.A

Pater idem prorſus noſtri & Chriſti. 19.A| Qui nos non ſolum habet in filios, ſed in primogenitos. 72.E

Pater cæleſtis, qua electos alloquatur voce. 28.H| Et vnde in illos ſuæ benedictionis vbertas deſcendit. 21.D

Pauli nomen, quando impoſitum, Vnde deductum, Quomodo interpretatum. 1.C| Epiſtolis cur præſcriptum. ibi| Et quid inde in noſtram ſtrugem acceptum. 7.A

Pauli progenies. 1.D| Perfidia ante conuerſionem. 102.E| Humilitas poſt conuerſionem. 1.D| Vocatio ex meritis non ſuis ſed Chriſti. 5.D| Excellentia in apoſtolatu. 2.H| Munus difficile. 2.F| Functio pro Chriſto. 6.H| Strenuitas in functione. 2.G| 107.A.C| Reuelatio de myſterijs non accepta ab homine. 118.E| Doctrina, primum de fide, deinde de moribus. 124.H| Conſuetudo, in ſcribendo iux: à ritum hebræum. 20.E| in diuidendis Epiſtolis. 123.B| in vocando fideles ſanctos. 7.C| in benedicendo Deum in Epiſtolarū exordijs. 20.G| Affectus erga Chriſtum, vt non modo ab illo diſſolui non poſſit. Sed & transformetur in eum. in vincula demum coniectus gentium occaſione non ceſſabat euangelizare. 117.C. 125.B

Peccatum abſolutè quid ſit. 74.F

Peccatum Adæ orbem infecit, & qua ratione. 52.H| 53.A B

Peccati & delicti diſcrimen. 100.E| item lapſus & prolapſus differentia. 64.E

Peccatum quomodo nullam ſit ſubſiſtentia. 54.F| Quo pacto interfectum à Chriſto. 77.C| Cur cubet in foribus. 76.H| Et quod licet ſit voluntariū, nunquam tamē eſt ſine pœna. 77.C

Peccatum continet tria, culpam, maculam, pœnam. 77.D| Et quomodo ſine ſanguine Redemptoris à renatis depulſa. 60.H| Et quod duplex eſt peccati expiatio, & duplex nouitas vitæ. 71.A

Peccatum in Spiritum ſanctum quid ſit. Qualis blaſfemia, & quomodo irremiſsibile. 64.E| Quomodo ex certa malitia. ibid. G| Et quomodo illud præcedat clara notitia Chriſti. 65.D

Peccatum in Spiritum ſanctum fuit in Lucifero & in alijs non paucis, & eſt in multis ex hæreticis. 63.B

Peccatores & reprobi, quomodo dici valeant membra Chriſti. 144.E| Quomodo peccando Tyrannum ſibi pariunt, & qui illius ſatellites. 77.B| Quo pacto ſub illo exiſtentes non ſolum ſunt elongati à Deo, Sed & à ſe: quoniam etſi omnia conuertant ad ſe, nihil tamen diligunt minus quam ſe. 109.D

Pœnitentia vera donum eſt Dei, & Chriſtum induendo perficitur, & vt ſit ſalutaris, ex Apoſtolo, certos exigit comites. 75.B.C

Pœnitentia quæ eſt ſacramentum, ex tribus partibus conſtat, idem ſubit cum illo iudicium. 63.B| illi olim detraxit Nouatus, & tempore præſenti Lutherus. 62.H

Pœnitentes noſtræ tempeſtatis, vt plurimum frigidi. 74.H

Perſuaſio actiue ſumitur, & paſsiue, quæ non ſit ſtupida. Et aliter ſit in ſcientia, & aliter in fide. 9.C.D

Petrus Apoſtolus quomodo excedat alios. 2.H

Pietas quid ſit propriè ſumpta. 71.D| Et quæ ſit reſpectu patris cæleſtis, ſupernæ ciuitatis, ſanctorum ciuium, & domeſticorum Dei. Quomodo habet dici iuſtitia, non ſolum iudicio ſapientum, ſed ſcripturarum vſu. 72.E| Et quæ illius breuiſsima ſumma. 129.A

Pij quid potiſsimum flagitandum. 86.F| Quòd contendēdum iugiter, ut ſicut ſunt membra Chriſti ſacerdotis, ita & mēbra ſint illius auguſtiſsimi ſacrificij, pro nobis ī cruce. Et quæ illorum oblationes iuges. 72.F

Prædeſtinare quid ſit Apoſtolo, imo et latinorū præcipuis. 26.F

Prædeſtinationes multæ diſtingui poſſunt ī Deo, ſed una eſt præcipua, de qua Apoſtolus loquitur. 29.D| 30.E

Prædeſtinatio, de qua ſermo, cedit maximè in gloriā Dei. 35.C| Eximium eſt ſuæ beneuolentiæ teſtimonium. 29.C| Quanta ſit efficacia quanta firmitudinis, & quos habuerit teſtes. 26.H| 27.A| Quo pacto poſſit dici tranſmiſsio, quemadmodum dicitur à Diuo Thoma. 27.G| Et quomodo

alia ſit à prædeſtinatione Angelorum. 30. E| Et alia à prædeſtinatione Chriſti. ibidem. F

Prædeſtinatio de qua ſermo, etſi abditiſſima eſt ex parte cauſæ, quantum tamen eſt ex ſe abditiſſima non eſt ex parte effectuũ. Qui licet, ob tenebras carnis in præſenti non luceãt, in patria tamen maximè emicant. 29. C. Et nunc quoq; accedẽte diuinæ reuelationis fauore, nõ mediocriter fulgẽt. 28. H

Prædeſtinationis de qua ſermo, potiores tractantur difficultates, & ſoluuntur præcipuæ obiectiones. 28. H| Oſtenditurq; quòd non tollit libertatem arbitrij. 52. G| Et quòd licet infallibiles ſint rerum euentus ex prædeſtinatione, ſemper tamen quod ex noſtra voluntate progreditur, non niſi liberè ac voluntariè proficiſcitur. ibi. H

Prædeſtinati quidam ad tempus, & quidam abſolutè, Et horũ Deum non pœnitet, nec obliuiſcitur. 36. E

Prædeſtinati ſunt ſimul ex iudæis & gentibus. 81. B| Et prædeſtinati ſunt ambo in dilectione Dei. 25. A| Et per Chriſtum. 34. H| Et in Chriſtum. 35. B| Et ſecundùm beneplacitum Chriſti. ibi. C

Prædeſtinatorum multa ſunt notulæ: in quibus emicant ſcintillulæ quædam, quibus etſi non ſemper ſuis oculis fulgent, fulgent tamen ſemper oculis Dei, & angelorum ſanctorũ. 27. C

Prædeſtinati, quo pacto poſſint agnoſcere ſe eſſe prædeſtinatos, declaratur diffusè. 28. F. G| Et nihilominus illis ſemper ſatagendum eſt, bonis operibus certam ſibi reddere perſuaſionem, de prædeſtinatione. 29. A| Et adeptionem hæreditatis nobis factam per Chriſtum. 83. B

Propheta minus, nõ rarò minus dicitur interpretationis. 118. F

Proportio inter Chriſtum, & Eccleſiam, & virum & coniugem. 151. A

Propoſiti et iudicij differentia. 80. G| Et quòd Dei propoſitum, illius eſt deliberatio. 79. B

Prudentia tres partes, & quæ. 23. D| Et prudentia ſpiritus quid ſit. 78. F

Pugna carnis, & ſanguinis, etſi in ſanctis eſt imminuta. Pugna tamen Sathanæ in illis ſemper ſæuior eſt. 157. D

R

RECAPITVLARE, etſi nonnunquã eſt ad caput reducere, propriè tamẽ eſt ſummatim recolligere. 79. D

Recapitulatio per Chriſtum inchoata eſt in incarnatione Verbi, abſoluenda in conſummatione mundi. Et recapitulata omnia, ſicut & condita, ſunt in eo, quod dupliciter intelligitur. 80. E

Rectitudo in ſcripturis, formalis eſt effectus iuſtitiæ. 70. E| Et cur maximè attributa ſit cordi. 71. C| Et quo pacto in primo parente ex gratia & iuſtitia dimanauit. 70. E

Redemptio, dicitur reſpectu pœnæ, & remiſſio reſpectu culpæ. 77. D| Item Redemptio dici poteſt à condemnatione, & remiſſio à quotidianis lapſibus. 78. E| Et quis redemptionis noſtræ dies. 144. H

Reges, quare vngendi ſunt. 5. B

Regnum Dei, quid ſit. 74. F| Et quòd multos habet miniſtrantium ordines. 130. F

Religionis ritus externi, impiè ab hæreticis improbati. 121. A

Renouari volentes, exerceri debent in fide, ſpe, & dilectione: et renouatis ſtudendum eſt, vt magis renouẽtur in dies. 143. A

Reprobi, Adam non peccante, nati nõ eſſent: Vt monſtra ſuper acceſſerunt alij, nec ſecus ac ſentes & uepres terrænaſcentibus. 53. B| Quare & ſi ſunt creati à Deo, nec penitus deſtituti ſalute. 54. F. Immo & ab eo uocati ſufficienti uocatione. ibidem Nec à Chriſti membris prorſus excluſi. 144. E| Nihilominus in ſcripturis, filij appellantur Sathanæ, et alijs non paucis execrandis uocibus. 53. B| 54. F

Reſurrectio à mortuis regeneratio eſt. 33. D| Et illius ſacramentum (quo Chriſtus reſurrexit) non immeritò inculcatur nobis, & qua ratione. 94. G

Reſurrectio qua renati in præſenti uita potiuntur, non modo pignus, ſed & ſemẽ illius reſurrectionis eſt, qua potituri ſumus in patria. Et in quibus conſiſtat. 95. D| 96. G

S

SACERDOTES, qua ratione unguntur. 5. B

Sacramẽta oĩa, è latere Chriſti, et baptiſmus maximè. 151. B

Sacramẽtorũ in utraq; lege diſcrimẽ, quo ad iuſtificationẽ. 59. B Et quæ nouæ legis ſacramentorum præſtantia. 65. D

Sacramentum in uoto ad iuſtificationem concurrens quomodo audiendum. 70. G H

Sacramenta quæ imprimunt charactêrem quæ ſint. 82. G

Saluatur nullus inuitus, ſed omnes ſaluantur ſpontanei. 54. G

Salutationes ſacræ, etſi in ſcripturis ſunt uariæ: illa tamen, qua uſus fuit Apoſtolus, aptiſſima eſt. 17. D

Sanctificare eſt purificare, conſecrare, & rem inuiolabilem reddere: unde & ſanctum dicitur multis modis, ut mundum conſecratum & firmum. 7. C D

Sanctum tribus modis dictum, in epiſtolis Pauli, & poſtremo modo, frequentius in ſcripturis. 8. E| Et quid ſit ſanctum & immaculatum eſſe, in conſpectu Dei. 24. G

Sanctus nemo uere eſt, niſi in Chriſto. 15 C| Inter quos tantum eſt gluten, ut non modo nuſquam non ſint ſimul. 89. A| Sed omnia ducant quodam pacto communia: Appellationes, officia &c. 19. B C| Immo ſancti ita ſunt Chriſto connexi ut illi facti ſint quodãmodo neceſſarij. 22. H| Immo illum implent, eius paſſiones abſoluũt, & orationes extẽdunt. 89. C D

Sanctos in cœlo orare pro nobis, efficaciter demonſtratur. Declaraturq; quo pacto, Deum pro nobis interpellent in Chriſto, & Chriſtus pro nobis interpellet in eis: Quomodo hac in re, utrorumq; diſtincta uel nõ diſtincta munera & officia. 89. A B

Sancti ſicut in patria interpellant pro nobis, non quia pro nobis ſatis non ſit interpellatio Chriſti, ſed alia ratione. Ita & nos, illos prouocare debemus, ut uelint interpellare pro nobis, nõ quia illi, in hoc nõ ſint sẽper aſſidui, ſed alia rõne. 90. E F

Sancti in patria fulgebunt gloria Chriſti. 23. A| Nec deſtituti ſunt gratijs gratis datis, aut uarijs oneribus & officijs: Immo & quilibet donatus eſt aliquo peculiari dono, quo nobis peculiariter fauere poſſit. 89. C

Sanctos qui negant in cœlis orare pro nobis, detrahunt communioni ſanctorum: Et qui detrectant illos cognoſcere petitiones noſtras, detrahunt illorum fœlicitati: Et Eccleſiæ ſacroſanctæ doctrinæ. 90. F. G

Sanctorum qui in uia ſunt, pij erga Deum affectus frequẽtes petitiones. Et confidentia erga cœleſtem Patrem. 18. F| Et qua ratione ſentiant ſeſe, omnibus inferiores. 119. A

Sanctorum bona ſpiritualia: Eccleſiæ toti communia: à quibus & qua ratione diſpenſentur membris. 137. C D

Sanguinis Chriſti mira efficacia. 110. E

Sapiẽtia q̃ in Deo eſt, et ſi inuariabilis eſt ĩ ſe, fuit tamẽ in effectibus, multiuaria eſt. 120. E| Cuius & diſpoſitio, mirabilis maximè demonſtratur, iuxta præfinitionem ſæculorum. ibi. G

Sapiẽtia ſpiritus quid ſit. 78. E| Et quo pacto à ſapiẽtia ſpũs diſtinguatur, quo non ſolũ cognoſcimus diuina, ſed patimur. 92. F

Sapientia & Prudentia ſpiritus quales. 78. G| Quõ perficiunt intellectum ſpeculatiuum & praticum. 93. A| Et quanta earum copia fuerit in Apoſtolis. 78. F

Sapiẽtia et Prudẽtia mũdi, quõ inanes ſũt ad iuſtitiã corã Deo. 73. B| Et quõ mũdi ſapiẽtia maxĩa apud Deũ ſtultitia ſit. 140. G H

Sapientes

Sapientes in ſcripturis, qui ſint. 148.F
Sapientum mundi figmenta, vt inſigne aliquod poſſent enuncia re de Deo. 141.A
Sathanas cur in ſcripturis dictus eſt princeps. Et quando princi patu priuatus: eius poteſtas quanta ſit & in quos. eius domicilium, aer nimboſus, & ventis agitatus, in quo & caliginis catenis vincitur. 100.G.H|101.A
Sathanas non dominatur niſi impijs, & ſolum ad tempus huius vita. 101.C
Sathanas etſi ad tempus habet diuexare fideles, opportunũ tamen tempus, ad tentãdum illos obſeruat. 158.E| *Cui ocium, & accidia aditum maximé parant.* 144.F
Sathanæ illuſiones, qua ratione facilè deprehendi poßint. 29.B
Satisfaciendum à nobis Deo, pro peccatis, et ſi fuit ſatisfactum à Chriſto. Qui & poſſumus non ſolum ſatisfacere, ſed & quodam pacto ſuperexcedere. 61.B
Satisfactio Chriſti abſoluta, & quæ quotidie conſummatur: Et cur illam Deus voluit vndiq; exundare in Chriſto. 67.B
Satisfactio cur à nobis exacta eſt. 66.H| *Et quod noſtræ ſatisfactionis, & maximé ſacramentalis, vis eſt, ſatisfactionem Chriſti nobis efficaciter applicare, & illam nobis miro modo coniungere.* 68.E
Scientiæ nominis falſi, quales. 110.H
Scientia ſanctorum in hac vita, quæ ſit: Quanta præſtantia: & quas illis notitias conferat, & ſcire proprié quid ſit. 93.B C
Scriptura ſacra, Dei ſapientia eſt multiformis, & in Chriſto iuxta ſæculorum præfinitionem diſtributa. 120.F
Sedere in dextera Dei, quid ſit, & quàm præclarum, & maximé ſedere in dextera Dei in excelſis. 44.G
Seminis nomine, nonnunquàm proſapia intelligitur. 31.A
Semine ex polluto, polluitur regulariter proles. 31.D
Sermo mutilus, emphaſim habet. 99.C
Sermo ſpurcus execrandus à fidelibus. 144 F
Sermonis Dei auditu, non modo fides gignitur, ſed & gratia condonatur. 144.G
Serpentis mos ſpiritualiter imitandus. 78.G
Seruator multis typis in ſcripturis expreſſus, & multis nominibus appellatus. 2.H
Seruator nobis momordit infernum, legem mandidit, dilucidè Dei voluntatem detexit, & euangelium Deiq; iuſtitiam ex inuolucro ſanctarum literarum extraxit. 3.D|4.E F
Seruorum genera diuerſa. 156.G
Serui, Chriſtum in heris agnoſcant. 156.H
Somnus mortalis & venialis peccati. 147.D
Spes ſanctorum non confundet, Et qua ratione. 94.E
Spei affectus ad futura, ſed fidei etiam eſt ad præſentia. 85.B
Sperandarum rerum, in diffinitione fidei, & actiué & paßiué intelligi debet. 12.F
Sperata in præſenti, longo tranſcenduntur interuallo, ab iis quæ poßidebuntur in patria. 94.E F
Spiritus ſanctus duplex in Chriſto. 65.A
Spũs ſctũs etſi intraneus eſt iuſtificatis, nõ tamẽ inhæret. 68.H
Spiritum Chriſti (qui ſpũs eſt libertatis & dilectionis. 111.D|) *habere, eſt Chriſtum habere.* 60.G| *Et quod illius officium, in membrorum auctione corporis myſtici..* 135.C
Spiritus ſanctus, cur dictus ſit ſpiritus Chriſti. 129.C| *Quid ſit illum contriſtare.* 144.G| *In confirmatione confertur ad robur.* 121.C| *Quomodo dicatur arrhabo.* 83.A| *Quæ illius vis in conuerſione impij.* 74.G| *Et quale, & quotuplex opus in iuſtificatione.* 72.H|73.A
Spiritus ſcũs, nõ eſt character hypoſtaſis, ſed hypoſtaſium. 43.A| *Multa habet epitheta, & quæ, & Cur dictus ſpiritus promißionis.* 82.F| *Cur & reuelationis.* 92.F
Stipula inanes, & igni tradenda. 134.F
Subſtantiæ proprietates. 11.D
Succeſſus fœlix in ſanctis, qualis ſit. 17.D| *Et ille eſt ſemper expetendus, qui in illis eſt, quæ ad Deum ſunt.* 19.D
Superiores nobis alios, quo pacto arbitrari debemus, idq; quibus rationibus. 126.E F

T

TACTVS ſpiritualis Chriſti allatiuus eſt lucis. 148.E
Tempus quid ſit ſecundũ Philoſophos. 46.F| *Res eſt pcioſa.* 148.F| *Et plures illius plenitudines ſunt ĩ ſcripturis.* 79.C
Tenebræ multis modis in diuinis literis. 240.F
Teſtamentum cur ſic appellatum: Eius diffinitio iuxta legis peritos. Et iuxta literas ſacras. Et extenſio eius ad chirographũ hæreditarium, & ad ſanguinem confirmatorium. 108.F
Teſtamentum, nouum & vetus: Vnde talis appellatio: hoc confirmatum eſt ſanguine animalium, illud ſanguine Chriſti. 108.G.H| *Hoc renouatum tempore Moyſi, illud Abrahæ adeo patefactum, vt anté illum nemini magis videatur detectum: Et promißionis terra illi ac Patribus, eius in typum repromiſſa.* 109.B C
Timor Dei, veneratio eius eſt in ſcripturis. 149.B
Tribunal humanum, ſæpe deprauatum, fucatum, et fallax, | *Sed diuinum eſt æquum verum & ſacroſanctum.* 58.G
Trinitatis arcanum & ſi ſubodoratum Philoſophis, etſi nõ ignotum patribus & prophetis, Chriſtianis tamen eſt maximé patefactum. 6.F
Trinitas dicitur Pater noſter multis modis, & maximè creatione, natura vicinitate, adoptione, & regeneratione. 18.E| *Et quod Prima trinitatis perſona quodam pacto Pater noſter poteſt dici natura.* 19.B C
Tribus perſonis diuinis omnia condita ſunt, tametſi rerum conditio ſubſcripta eſt filio Dei. 41.B| *Cui appropriata eſt poſt definitionem aſſumptionis humanæ.* 41.C
Triſtitia ſæculi, & triſtitia ſecundum Deum, quæ ſint. 75.B

V

VANITAS quid apud Salomonem, & quid apud Philoſophos. 140.E
Verbum in ſcripturis, nonnunquã ſignificat rem arcanam, & ſacramentis refertam: & quo pacto ſumitur in initio euangelij D. Ioannis. 46.G| *Et quo pacto cõmuniter apud Theologos.* 51.A
Verbum in initio Euangelij D. Ioannis, nomen eſt Chriſti Ieſu. Et qũo ab æterno verbum apud Deum eſt homo, & per hoc æquale & non æquale patri. 47.A.B| *Et quomodo intelligitur quòd verbum factum eſt caro.* 46.G
Verbum apud Deum eſſe hominem, quo pacto præcedat decretum permißionis peccati, imo & creationis mundi. Tametſi non præcedit verbum eſſe paßibilem hominẽ & per hoc nec decretum renouationis mundi. a 37.A| vſq; ad 38.E
Verbum imperij diuini, etſi verbum nõ eſt perſonale, verbo tamen appropriatur perſonali. 41.B
Verbum extrinſecus auditum non ſufficit, niſi intrinſecus ſpiritus loquatur ad cor. 142.E| *Et quæ illius ſit vis, & maximè in opportuna vocatione.* 74.G
Veritatis plenitudo quid ſit. 50.H
Veritatem aduerſus, nihil conſtituitur ſolidè. 146.G
Veritas pro conſtantia euangelij, & pro fide ſtipulationis baptiſmi. 134.G
Vexatio præbet intellectum. 75.A
Videre, aliquando eſt quouis ſenſu percipere. 13.D
Viri officia, erga coniugem. 150.H

Vita Dei quid ſit.140.G| Et quid vita abſolutè. 47.C
Vita noſtra, quæ modo abſcondita eſt, cum Chriſto in Deo, quæ ſit: Et q̃ illa cuius nūc primitias et pignus habemus.62.E.F| Et quòd nobis vita ducenda ſit, non diſsimilis vitæ ciuium, qui in cœlis ſunt. 106.F
Vita animalis, quomodo in reſurrectione deficiet. 33.D
Vita quæ eſt in Chriſto, lux eſt hominum, & maximè electorum. Et vita æterna, per illum omnibus eſt expoſita. 47.D
Vitis & palmites, conferuntur, cum Chriſto & membris. Et quòd illa alio modo operatur in palmite, quam Chriſtus in membro. 83.D|84.E
Vngere Hebræis eſt, vel Regem conſtituere vel ſacerdotio conſecrare. 5.B
Vnctio Chriſti & membrorum eius.46.E| Et quòd non modo ipſe à ſpiritu ſancto eſt unctus, ſed delibutus. 5.C
Vnitas ſpiritus in Paulo quid ſit.129.D| Et quo pacto ex pluribus unitatibus conſletur. 130 E
Vocare, in ſcripturis multis modis acceptum: Et ut ad iuſtificationem concurrit, eſt excitare: Et quo pacto, & quibus modis contingat. 73.C D
Vocantur omnes à Deo, boni & mali, electi & reprobi: nec modo uocantur, ſed quodammodo compelluntur. 54.F
Vocatio, de neceſsitate iuſtificationem præcedit: qualis ſit in electis, quibus conditionibus fiat: Et quando illis eſt maximè efficax. 73.C D
Vocatio Dei nunquam eſt fruſtra, & quibus maxima efficaciæ.93.D| Cur non omnibus efficax, duplex dicendi modus, & ambo annotatione digni. 54.G
Voluntas Dei multiplex, ut permittens, aſpirans, prædeſtinans, &c.5.D| Item. Signi & beneplaciti.35.D| Et beneplaciti, quibus expedit ut manifeſtetur. 148.H
Voluntas aliquando dicitur concupiſcentia uoluntaria: Et quòd uoluntati carnis cogitationes ſufficiunt. 103.A B
Vxoris & uiri gluten indiſſolubile. 154.E
Vxorum pluralitas, excluſa eſt ab Apoſtolo. 155.B
Vxor, uiri cura commiſſa: A uiro protegenda, & ſaluanda, illi ut Domino ſubijcienda, & in omni re.150.F| Etſi ſubditur uiro, uir tamen dominari non debet uxori.150.G| Sed illam diligere ſicut proprium corpus. 152.H
Vxori timor uiri eſt neceſſarius, ut conſeruetur uiri dilectio erga eam. 155.B

INDEX IN EPISTOLAM
AD ROMANOS.

INDEX TRACTATIONVM SVB
digreſsionum titulo, quas ex textus occaſione, viſum eſt interſerere: quę & hac tempeſtate, non modo ſunt opportunę ſed neceſſarię.

1 *TRACTATIO, quando & quomodo Petrus Romam acceſsit, cathedram pontificiam fixit, & quot annis in illa permanſit.* 175.D|& ſequen,
2 *Tractatio, de ueſtigio ac imagine ſacratiſsimæ trinitatis.* 198.H
3 *Tractatio, de recto imaginum uſu in Eccleſia Dei.* 202.H
4 *Tractatio, de peccato originis quid ſit, quomodo transfundatur, & quis illius fructus & pœna.* 254.G
5 *Tractatio, de prædeſtinatione, ac reprobatione hoīum.* 283.B

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM
quę videntur præcipuę,

De litera A,

ABRAHAM multiplici ratione circumciſus.242.F| Cur illi mutatū eſt nomē.243.A| Vnde multarum gentium pater. 243.C
Abrahā ſeruauit legē, & ceremonias.240.E| Et tamen ex fide, & non ex operibus iuſtificatus eſt, & quomodo fides illi reputata ſit ad iuſtitiā. 240.F
*Abraham hæſitauerit necnè in promiſsione Iſaac.243.C| Et q̄ūo promiſsionis eius uerbū, illi gignēdi uim cōtulerit.*282.F
Abrahæ promiſsio mundi facta, per Chriſtum fuerat adimplenda. 242.H
Actio humana, ſuam habet ſubſtantiam, & ſua accidentia, & quæ ſit ritè inſtituta in genere moris. 216.F
Acceptio perſonarum, uitium eſt iniuſtitiæ. 214.H
Adamus typus Chriſti, ſed modo diuerſo. 252.H
Adamus natura omnium pater, & rector. Et in eo poteſtas fuit mouere nos pro arbitrio, & qua ratione.257.B|et 258.E
Adamo peccante, quomodo & nos compeccauimus.258.F| Et quo pacto illo moriente ſimus omnes mortui. 253.A
Adamus non fuit ſeductus, nec præcepti oblitus.256.H| Cuius peccatum, & priuatio, & inobedientia fuit. 257.A
Adami peccatum, qua ratione transferatur in poſteros.257.B| Et quòd iure ex illo progeniti dicuntur impij. 258.G
Adami transgreſsione, multa ſunt contenta peccata. 254.E
Aduocati, mediatoris, ac propitiatoris partes, & dīa. 232.H
Amor proprius procax, & fons omnis abominationis coram Deo: inſidiatur operibus bonis, quibus & ſemper ſe admiſcere conatur. 225.A
*Amicitia humana & diuinæ diſcrimen.179.C|288.E| Et humana quidē eſt īperfecta, tametſi magna ſit efficacia.*183.D
Anathema quid græcis. 280.H
Animi ægritudo, & pugna contraria, quomodo naturalis, & quomodo ad originis labem pertinens. 258.H
*Apoſtolus cur calumniabatur, cū efferebat gratiā Chriſti.*259.D
Apoſtoli uberius locupletati primitiis ſp̄us, quâm alij.137.A| Nec ſolum pro ſemet gratifica gratia ſunt profuſi, ſed & quodam pacto, etiam pro nobis. 172.G
*Apoſtoli, cur uirtute īduti ex alto, et uariis donati linguis.*230.H
Quomodo fundarunt Eccleſiam.172.G| Cur diuerſis diſparitis prouinciis.176.F| Et quomodo euāgelizabant pro Chriſto.173.D| Et prima eorum Synodus. 179.A
Apoſtolica uox inſuperabilis efficacia.174.E| Et quis illius proximus finis.172.G| Et fructus. 184.F
Appetitus ſenſilis, undecim paſsiones præcipua, & quæ, & quòd ſex ſunt in concupiſcibili, et quinq; in iraſcibili. 258.H
Aquila, ſicut & Paulus, artis erat ſcenofactoriæ. 315.A
Arbor bona & mala, quomodo poſsint uel non poſsint, bona & mala facere. 220.E
Arca Moſis, ex quibus, ac quomodo fabrefacta & circūlata, quæ illius ſymetria ex omni parte, et quæ cōtinebat ex ſententia Pauli. 232.H
Arca Moſis myſticè interpretatur, ac ſingula quæ ad illā pertinebant exponuntur. a 232.H|uſq; ad 235.D
Arca Typus electorum, cur ex lignis Sethim, eius ſymetria in longitudine, latitudine, & altitudine. 233.A B
Arca cur obducta auro internè & externè, quid illius protendebat corona, quid quatuor anguli, et totidē annuli. 234.E F
Arca cur humeris ſacerdotum necta, & quid uectes continuè in annulis, lignei quidem ſed auro obducti: qua ratione

continet mãna, Aaronis virgam, & thuribulum aureum, cur aſtant Cherubini, & cur duo, qui & propitiatorium tenent, & non ſine ratione obumbrant. 234.G H
Arcana iudæis credita cur multis vmbris occluſa. 229.B
Arcus fœderis, Chriſtus, & qua ratione. 236.G
Arma lucis, opera gratiæ. 307.C
Auxilium Dei, peculiare & commune. 228.F
Auxilium Dei triplex, ſicut & tres noſtrarum operationum claſſes. 221.B
Auaritia, non ſimplici modo ſumpta. 207.D

B

BABYLON aliquando dicta eſt Roma. 184.G
Baptiſmus præclarius iuſtitiæ ſignũ quã circũciſio. 244.G| Quæ illius vis, & profeſſio. 276.E| Et quis effectus eius in nobis. 260.F
Baptiſmo tincti, inſerti ſunt Chriſto vt oliuæ pingui. 260.G| Peccato ſunt mortui. 244.H| Quin & mortuos profitẽtur ſeſe, imo et ſepultos peccato, ut viuãt oĩ vitæ iuſtitiæ. 260.F
Baptiſmo nõ ſolum euadimus Chriſti mortis & reſurrectionis participes. 261.A| ſed & illi conſeq. inſerimur vt & ſimul inſeramur Dei verbo, & tali pacto quòd & aſſumamur quodammodo ad participium diuinæ perſonæ. 260.H
Baptiſmus ſponſio ac ſtipulatio, quæ & ſemper debet eſſe præ oculis. 276.F
Baptizatus cur generet originali infectum. 258.G
Baptizari in Chriſtum, quid ſit. 260.E
Barbari ac Græci qui ſint. 184.G
Benedicendum, & non maledicendum fideli. 303.B
Beneficiorum quibus affecti ſunt iudæi & gentes mira collatio. 224.H
Bonitas & ſeueritas Dei ſemper habenda præ oculis. 294.H
Bonitas in creaturis inſita, quomodo ad veſtigium pertinet Trinitatis, & quam referat in diuinis perſonam. 199.B
Bonus aliquis tribus dicitur modis, natura, voluntate, & virtute. 219.D
Bona futura, quo potiſſimum iure ſpectent ad nos. 189.D

C

CAI à Paulo baptizati continua hoſpitalitas. 316.E
Charitas Dei et Chriſti in nos, ſuperat oẽm ſenſum. 250.H Et illius vis & robur in electos. 229.A
Charitas primus eſt ſancti ſpiritus fructus. 248.H| Et in præſenti a nobis abſolui poteſt ex parte proximi, ſed non ex parte Dei. 233.D
Charitate Deũ tenemur diligere, non mõ ſemper, ſed & ad ſemper, & ſi poſtremum raro in hac vita contingat. 233.D
Charitate tenemur proximum ædificare, & illius imbecillitati ſuccurrere. 310.G
Carnis nomine nonnũquam, & iure, intelligitur homo. 219.B| 229.A| Non rarò vetuſtas in nobis inuenta. 258.H
Carnis affectus in renatis, ſi velint non obſunt. 268.F| Et quomodo mortificandi ſunt. 277.D| & 278.E
Caro cur Deo rebellis. 265.D| Quæ appetitiones eius, & quomodo gratia reprimendæ ſunt. 225.D
Carnis ingenium. 182.F| 297.D| Quæ illius amentia, & maximè in iudicandis aliis. 213.B
Cœli figurarum numerus ac diſtributio. 202.D
Cenchrea portus vel oppidum apud Corinthum. 315.A
Cibus natura eſt mundus, ſed quo pacto. 220.H| Quomodo in os intrans coinquinat vel non coinquinat hominem, & eorum delectus eſt ſacroſanctus. 309.A
Claudij anno quarto ingens fames in Ieruſalem. 178.G| Qui et annis regnauit tredecim & menſibus octo. 177.D
Circunciſio & lex potiſſimum ponderantur à Deo cum ſunt in corde. 223.A| Quæ & maximo iudicio maximoq; emolumento ſunt inſtitutæ à Deo. 226.E
Circunciſio cordis diligenter expenditur. 225.A| Et circunciſio ſpiritualis in quibus conſiſtit, quæ in Abrahamo, ſignum ſpiritualis extitit paternitatis in eo. 242.F| Et ad quid inſtituta, & quãdo & quibus, & quomodo cõducebat. 223.A
Conciliatio Pauli & Iacobi de fide & operibus in iuſtificatione. 241.A
Concupiſcentia carnis, quid ſit abſolutè, & quid vt organum & effectus peccati. 262.G| Et quõo nõ ſine peccato. 259.A| Et quomodo accipienda in originali labe. 258.H
Cognoſcere, nonnunquam eſt approbare ac diligere, in diuinis literis. 228.F
Communionis ſanctorum uis & efficacia. 183.A
Confirmationis ritus quid moneat. 301.A
Conſcientia naturaliter reclamat mendacio. 280.G| Eius atteſtatio eſt mille teſtium, & qui illi innititur rectè ſuimet iudicem agit. 217.B
Contritio baſis totius eſt pœnitentia. 211.C
Cordi Deus ualde afficiĩ, ac de illo multis modis diſponit. 263.B Quare à nobis exhibendum eſt et omni tempore. 251.A
Cor durum & incontritum quale. 211.C| Quomodo circuncidendum a nobis. 225.A
Cor nullo uero potitur ſolatio, niſi ĩ Deo, uel illi coniunctũ. 300.H| 301.A
Corpus Chriſti, & naturale, & myſticum, templum eſt auguſtiſſimum Dei. 270.G
Corpus noſtrum, in præſenti cur mortuum dictum ſit ab Apoſtolo. 270.F| Et quomodo illi neganda non ſunt neceſſaria, ſicut nec domeſtico ſeruo. 270.H
Corpus peccati nos circunſtans & detinens, quid ſit in Apoſtolo. 225.B
Creatura nomen pluribus modis in ſcripturis acceptũ. 272.G Omnis eſt inſtituta ad opus. 223.D| Omnis uelit nolit Deo ſubiecta. 229.A| Et omnis ingemiſcit propter corruptionem. 273.A
Credere quomodo opus Dei. 241.B. Quomodo imputetur ad iuſtitiam. 241.C| Et quomodo aliquando diſtinguitur, credere Deo, & in Deum. 244.F| Et aliquando non diſtinguitur & præſertim hebræis. 240.F
Credendum nobis ex toto pectore, idq; optimo iure. 191.B| Credendum & cum Abramo, & eo pacto quo credidit ille. Et credendum non ſolum Deo, ſed & in Deum. 244.E F
Credenda a nobis duplici inueniuntur claſſe, quædam quæ ſola tenenda ſunt fide, quædam quæ & reuinci ualent naturali lumine. 233.D
Credit nemo efficaciter, niſi diuino præuentus fauore. 241.C
Credentes in Abrami filios repromiſſi. 242.G
Chriſtus æmulandus, tum in humilitate, tũ in procuranda proximorum ſalute. 172.E| 191.C
Chriſto nihil congruit quod non ſit præclarum. 174.F| Qui & eſt maximè fortis, & maximè imbecillis. 185.D
Chriſtus non ſemel in mũdum introductus à patre. 173.D| Quomodo prædeſtinatus a Deo. 171.B| Et quales eius copiæ & theſauri. 186.E
Chriſti crucifixi mira poteſtas. 186.G| Et illius beneficiũ quæ complectitur. ibi| Quomodo nobis donatus a patre, & omnia illius bona pariter elargita nobis cum eo. 181.D
Chriſtus donum dici poteſt ſpirituale, & qua ratione. ibi| Patribus frequenter promiſſus, multis modis olim adũbratus, ſed nobis opportune, omni uelo detectus. 188.F

Chriſtus

Chriſtus à mundi principio nobis vt mediator, aduocatus, & propitiator datus à Deo, & horum beneficiorum diſcrimen. 232.H

Chriſtus nobis ex vtroq; teſtamento ſuggeritur, & finis legis, & oraculorum & totius Eccleſiæ caput. 235.A B| *Cuius & crux ſacroſancta & eius vis maxime ingens.* 190.G

Chriſti mors virtutis immenſa. 236.H| *Illius mortis ac reſurrectionis finis.* 244.E| *Et ingēs eius vis & efficacia.* 262.E

Chriſti beneficio, vita reſtituta eſt longè praſtantior, quàm fit, quam in primo amiſimus genitore. 253.C| *Qui & eſt Deus verus.* 281.C| *Et omnium finis & opifex.* 283.C

Chriſti nominum opus maxime infinitum. 250. H| *Quin & eius opera vndiq; miris referta.* 260. H| *Cuius gratia & beneficium eximit nos à lege, peccato, & morte.* 247.C

Chriſtus à qua infirmitate ſanat electos. 249.A| *Quanta illius beneficij nis.* 247.B| *Quō largitor internæ pacis.* 247.D| *Et ſi illius munus inertibus non ſuccurrit.* 268.F

Chriſtus finis totius legis. 289. B| *Author legis ſpiritus vitæ.* 291.D| *Cui ſi foneamur gratia nihil inuenit difficile.* ibi| *Cui & in omnibus conformari debemus.* 301.C

Chriſti mira humilitas. 303.C| *Cur errata noſtra ſuſcepit.* 311.D| *Eius in nos dilectio infinita.* 235. C| *Et illius progreſſus in gratia & dilectione.* 235.A

Chriſti ardor in electos. 274. E| *Quomodo potiantur eo, eiusq; diteſcant ſpiritu.* 277.D| *Pro captu, officio, & vocatione, vt membra ſub capite.* 260.G

Chriſtus mirè propitiatorio adumbratus. Tametſi et multis vmbris in lege occluſus, & parabolis in Euangelio deſignatus. 235.C

Chriſti ſub vmbra, nihil diuinis oculis ſordidū. 242.E| *In quo & gloriari, & illum palā confiteri oībus debitum.* 290.F

Chriſti mēbra decet, religioſis honeſtare ſe titulis. 175.B| *Quibus completur perficiturq;.* 260.G| *Cuius & doctrinam, ſuis non aſſequuntur viribus.* 263.B

Chriſtianorum nomē ortum Antiochiæ. 178.G| *Chriſtiani omnes fratres.* 202.H| *Et qua inuicem beneuolentia diligendi.* 306.F

Cultus rationalis Dei, in quibus conſiſtat. 300.H

Cupiditatibus proprijs derelinqui tradiuè, maximè execrabile eſt. 209.A

D

DAMNATI etſi continuè vexantur, non tamen cōſumuntur: etſi ſibi iugiter videtur mori, et aſſiduis verſantur in mortibus, non tamen moriuntur, immo nec mori poſſibile eſt. 213.A

Deum vt Deum colere quid ſit, & quid illum venerari in ſpiritu. 180.F| *Et quod illum venerari ut Deum, & ut patrem idem non eſt.* 195.D

Deus etſi nunquam non eſt mirabilis, in recapitulandis tamen rebus in Chriſto mirabiliſſimus eſt. 186. F| *Et præſertim in reparatione hominis, in qua nedum extitit mirabiliſſimus, ſed gratiarum profuſiſſimus.* 253.B

Deus, etſi Deus eſt omnibus, maximè tamen electis. 179. D| *Quos etſi multis potuit ſaluare modis, placuit tamen ut ſaluarentur fide.* 191.A

Deus etſi in ſe ſummè uiſibilis, nobis tamen & meritò maximè inuiſibilis eſt, quin & eius plurima, etiam angelis inuiſibilia ſunt. 197.D| *Vnde & ſuprema, quam de illo habemus notitia, eſt quòd omnem intellectum excedit.* 201. C D

Dei nomine quid omnes accipimus. 201. C| *Quòd profuſiſſimum eſt bonorum omniū pelagus.* 201.D| *Qui nil æque ardet quàm benefacere nobis.* 290.F| *Propterea nihil illi accep, tius, quàm ut miſericordiam flagitemus ab eo.* 288.G

Deus qui glorioſiſſimus eſt in ſe, quomodo ab omnibus glorificetur creaturis. Et cur maxime glorificandus à nobis. 208.F| *Quomodo illi Chriſtoq; procumbendum eſt ſemper.* 209.A

Deus noſtrorum operum author principalis, qui & facit conditiones potiores in eis. 221.A| *Qui & largitur nobis nedum operari, ſed & ſubſiſtere.* ibidem| *Quin & eo non opitulante nihil non pollutum dimanaret à nobis.* 218.H

Deus non ponderat legem, ſine obſeruantia legis, nec circunciſionem carnis, ſine circunciſione cordis. 222. H| *Qui & multis nos facit, & iuſta noſtra damnationi ſuccurrit.* 236. H| *Qui & omnia ardet promouetq;.* 237.D

Deum noſtrum eſſe Deum, diligentius penès nos retinēdum expendendumq;. 239. A| *Ipſumq; non ſolum agnoſcentes ut Deum, ſed ut & clementiſſimum patrem.* 250. E| *Cui & omnia accepta ferenda ſunt, illiq; ſoli omnis honor & gloria impendenda eſt* 238.H

Deus non ſimplici, ſed multiplici modo eſt in Chriſto, in quo & nobis miro modo ſuccurrit. 235.D| *Qui & eadem qua Chriſtum diligit dilectione, & nos illius diligit membra.* 250.F

Deus eximie iuſtus & miſericors. 223.B| *Qui & tanta eſt bonitatis, ut nunquam permitteret aliquod malum, niſi & foret tantæ uirtutis, quòd malum uertere poſſet in bonū.* 230.F

Deus omnia facit, ſumma ſapientia & iuſtitia, etſi multa quæ facit, noſtrum captum excedunt. 223.D| *Cuius & uoluntas erga nos ſemper bona, beneplacens & perfecta.* 301.D

Dei eximia incomprehenſibiliſq; charitas erga nos, tametſi intolerabilis eſt ingratitudo noſtra erga illum. 275. D| *Qui tamen omni ſtudio eſt diligendus à nobis.* 278.F

Deus nemini debet. 285.A| & 296.G| *Et longè meliori iure diſponit de nobis, quam figulus diſponat de luto.* 286.E| *Cui & iuſtiſſimum eſt diuitias ſuas, pro ſua libertate diſpenſare.* 288.F.G

Deus quo pacto excipiendus & ſeruandus à nobis. 250.G| *Et quæ exigit, quomodo omni ſunt præſtanda uirili.* 224.F| *Et quo pacto illi iugiter ſeruiendum eſt.* 302.H

Dei conſilium de lapſu ac reparatiòne hominis. 283.D| *Et cur ſuccurrere placuit, precium exponendo pro nobis.* 232.F| *Cuius & propoſitum non niſi ex liberrima ſemper uoluntate progreditur.* 282.H

Dei & Chriſti charitas, erga nos, ſuper omnem ſenſum. 250.H| *Vnde & in nos ſunt ſummè munifici.* 264.F| *Et ſi illorum muneribus ſemper impares ſimus.* 300.E

Deus quomodo author uel non author peccati. 257.B| *Quomodo nos conuertat ſuper tribus ſceleribus.* 214. E| *Quomodo etſi nihil adeo execretur ut peccatū, incredibilis tamen benignitatis, eſt in peccatores.* 213.D| *Cuius & bonitas & patientia, ad reſipiſcendum nos nunquàm non prouocat.* 211.B

Deū nihil poteſt à pollicitis dimouere, imo nec remorari. 226.G| *Quin & eo fit nobis illuſtrior, quò in pollicitationibus inuenitur conſtantior.* 227.A| *Quæ & potiſſimum pertinere habent ad Chriſtum.* 188.F

Deus etiam dum inhonoratur, nobis illuſtris efficitur. 207.A| *Cuius & nomen diuinis blaſphematur, ob ſceleſtos Chriſtianos, quàm olim ob perditos iudæos.* 224.G| *Tametſi nulla re dehoneſtetur magis, quàm cum non obtēperatur ſibi.* 222.F

Deum agnoſcentes, & tamen ex hoc non proficientes, immani ſunt afficiendi ſupplicio. 197.B| *Et qualis eius notitia extitit apud iudæos, & qualis inuenta eſt apud gentes.* 195. B.D

Dei ira, quomodo in ſcripturis audita. Et quomodo reuelet ur è cælo. 194.H

Deus ex effectibus multis modis illuſtris. 236. G| *Et præſertim*

tim in condonandis peccatis, unde & miſericordiam illi Dauid maximè vrget. 226.H
Dei virtus infinita conuincitur. 201.B| Et eius iudicium in retaliandis ſceleribus ſapientium mundi æquiſſimum demonſtratur. 207.B
Deus etſi profuſus extitit in plenitudine gentium, profuſiſſimus tamen exiſtet in plenitudine iudæorum. 294.E
Deum odire quempiam quid ſit, quomodoq; contingat. 283.A| Et quo pacto aliquem tradere valeat in peccatum. 205.C
Dei natura & radix, & abſolutio oīum perfectionū eſt. 199.C| In qua tamen infinitus eſt in nos bonitatis oceanus. 269.A
Deus ſeſe potiſſimum amat & intelligit. 199.C. Et quomodo intelligēdo & amādo, filiū gignit & S. ſpiritū ſpirat. 200.E
Deus intelligendo ſe, loquitur ſibi, & eius locutio eſt filij generatio, ſicut & amando ſe ſpirat, quæ ſpiratio eſt ſpiritus ſancti proceſſio. 199.D
Deo vt ſummo ſapienti ingentes habendæ ſunt gratiæ. 316.H
Dierum ac ciborum delectus, in Eccleſia ſacroſanctus. 309.A
Dilectio mutua qualis 308.E| Qua eius excellentia. 307.D
Dilectio à Moſe & Chriſto præcepta, fortè quòd non ſunt vnius rationis. 217.A| Quandoquidem illa forsàn non tranſcendit humanam. 307.B| Hæc non plenè abſoluitur in præſenti vita. 217.A
Docentis & exhortantis diſcrimen. 302.G

E

ECCLESIA Chriſti cur Romana vocata. 302.E| Quòd ſuprema eius authoritas eſt penès ſummum Pontificem. 306.E
Eccleſia quomodo grauidetur, ac filios Chriſto pariat. 265.A| Quomodo in triplici inuenta ſtatu. 223.B
Eccleſia & maximè electorum, non modo eſt regnum ſed regēs, immo & regina eſt nedum mundi, nedum regni cœleſtis, ſed & interioris. 234.F
Eccleſiæ ordo ierarchicus. 306.E| Et illius miniſtri pro ſingulis tenentur orare. 183.C
Electi multis modis ſegregantur a reprobis. 170.F| Colliguntur ex qualibet mundi parte. 173.A| Et illis omnia cooperantur in bonum. 230.G|248.G
Electi Deo miro modo affines. 195.B| Quos & eximia vocatione ac dilectione proſequitur. 175.A| Et licet deſtituantur aliquando gratia, non deſtituuntur tamē mediatore, per quem reuocentur ad eam. 248.E
Electorum eſt in tribulationibus gloriari, & in ſingens illis cadunt ærumnæ. 248.F| Etſi nihil pendantur à mūdo. 271.B| Aduerſus tamen eos, nihil præualere poteſt. 274.H
Electorum numerus, numerus eſt ſacratiſſimus. 223.C| Et cur ſeptennario deſignatus. 297.A| Qua conformitate conformandi Chriſto. 274.G| Quomodo ad naturalem euehendi filiationem eius. 287.A
Electorum cœtus, iure occultus. 296.H| Quæ illorum propria certitudo. 275.B| Quod continuum ſtudium. 297.B| Cur virorum nomine inſinuati. 193.A| Et maximè circa Deū & Chriſtum. 225.A
Electi ſumus in Chriſti gratiam. 283.C| Quibus vrgeamur ſtimulis. 214.F.G| Et quomodo inaccuſabiles Deo. 275.A
Electorum typus iacob, & reproborum Eſau. 283.B| Quorum & quidā ex eadē luti maſſa, non iniuria ſunt accepti. 284.E
Eleemoſina à Paulo procurata. 313.B
Epiſtola ad Rom. etſi non eſt primum edita, iure tamen eſt primum locum ſortita. 167.B| Quæ potiſſimum vrgeat & quot ac quibus partibus conſtituta. ibidem. & 194.E
Epiſtolis cur inſcriptiones præpoſitæ, quæ & non rarò ſunt loco prœmij. 167.B
Eſau cur debuit ſeruire iacob. 238.E
Eſſe ī quauis creatura repertū, radius eſt naturæ diuinæ. 198.H
Euangeliū quid ſignificet. 169.D| Quæ illius ſumma. 171.A| Quomodo vis efficaciſſima Dei. 184.H| Quomodo ſpiritus, vita & gratia Dei. 187.B| Et eſt veluti arbor replenda à nobis ſuis fructibus. 313.A
Euangelium non ſecus ac lex duobus accipitur modis. 185.C| Aliquando acceptum eſt pro Chriſto, qui præcipuè continetur in eo. ibi.D| Quin & eius prædicatio eſt Chriſti crucifixi. 184.H| Quæ pdicatio nōnulla oblatio ē ſacrificij. 312.H
Euangelium ſi nō ſaluaret, euangeliū nō foret. 185.A| Et eius ſalus, ſalus eſt a peccatis. 186.H| Quare et maximè ab oībus eſt pēdēdū. 171.C| Cur & oībus ſit æque expoſitū. 185.B
Euangelici verbi fructus, ſiue ſit ſcriptū, ſiue prolatum. 185.C

F

FIDES in qua parte ſit intellectus, quomodo pendet à voluntate, quomodo reddit intellectum captiuum, eius adhærentia & obedientia qualet. 173.B C
Fides eſt donū Dei, ſed tēpore opportuno cōceſſum nobis. 176.E| cum eſt viua non eſt ſine charitate. 182.H| Medium eſt ad conſequendam iuſtitiam. 189.B| Qua & placuit Deo ſaluare nos, & ſi id potuit alijs modis. 191.A
Fides baſis eſt cuiuslibet gratuiti beneficij, & cum eſt viua, omnem complectitur perfectionem. 180.E| Roborat legem tam etſi non extenditur lex ultra ioannē. 238.F| Et partim eſt reſpectu præſentiū, & partim reſpectu futuri. 189.B
Fides Dei veracitati innititur. 189.C| Sanguine fulcitur Chriſti. 238.F| Et gratia Dei. 243.A| Eius cardo eſt reſurrectio Chriſti. 243.D. In quē et tēdēs, inanis eſſe nō pōt. 288.F
Fides eſt ex auditu, ſed quomodo. 291.A| Quibus & ad illā compellamur modis. 172.H| Quòd aliquando inuenitur parua & magna, aliquando infirma & fortis. 308.E| Qualibet tamen adhæſionem firmam requirit. 233.C
Fides moralis & Theologica. 182.H| fides in fidem, quō accipienda, q̄ & ad ſalutem eſt neceſſaria. 189.A| Et eſt qua ab impietate recedimus, et in iuſtitia locupletamur. 240.H
Fideles decet ſe Chriſti exēplo, deijcere. 171.D| De ſe humiliter loqui, quin & ſe ſeruos inutiles dicere. 170.E| Mutuò ſe fruātur in domino. 180.H| Et oī uirili tendunt ad brauiū. 174 G
Fidelium ſtudium ex notitia Dei. 197.B| Annituntur omni uirili ut Deus ſit in eis. 212.F| Eorū petitio opportuna, quin & continua. 230.F| Et quæ illorum ingia ſacrificia. 183.B
Fidelium opera etiam ſi ſint ſine gratia Dei, diuino ponderantur tribunali. 217.D| Quō quæ legis ſunt poſſint facere naturaliter. 217.C| Et quō omnis illis nauanda opera, ut iuſtificatur peccatum, & obediatur iuſtitiæ. 261.B
Fideles periculo ſuam attrectant imbecillitatem. 285.A| Eorum ſpes non abijcit opera ſancta. 244.H| Quid illis reuerſandum in dies. 277.A| Et continuum eorum ſtudium, ut ſaluentur proximi. 183.D| Et demum omnia ſalutaria & proſpera illis in Chriſto. 239.C
Fidendum non eſt in homine, ſed & longè minus in ſeſe. 230.F
Filius imago patris. 257.C| Et totū quod eſt ſui patris eſt. 281.D| Et tamen non portabit iniquitatem eius, ſed quō intelligatur. 257.C| Conſequuntur tamen & non rarò qualitates eius, & maximè ex parte corporis. ibidem.
Filij Dei multis euadimus modis. 271.B| Et promiſſionis filij, idem quòd filij uidētur Dei. 282.E| Tametſi et in lege multi dicti ſint Dei filij qui non diſtabant à ſeruis. 271.C| Qui et ſuper hæreditate ius habeant. 272.F
Fomes in iuſtificatis relictus, ſemper aliquid ſuggerit, quod,

ſine conſenſu, non nocet, peccatum dicitur ab Apoſtolo, & non imputatur exiſtentibus in Chriſto. 242. E| Præſertim cum mortificatur ab eis. 238. G| Quibus & ad exercitium relictus eſt. 259. A
Finis mortis, & reſurrectionis Chriſti. 244. E
Fornicatio, gentibus non habebatur peccatum. 222. E
Fratres ſunt, qui in Chriſto regeniti ſunt. 260. E

G

GENERATIONIS organum quid, in interiori homine. 225. C
Gentes non ex promiſſione, ſed ex miſericordia a Deo aſſumptæ. 312. F| Quomodo & quando permiſſæ vt ſuis progrederentur vijs. 286. H| Et cum peccauerunt, non peccauerūt ſine lege naturæ. 216. A| Et earum ſapientium ſcelus, tribus membris diſſectum. 205. D
Gentes quomodo Deum venerari valuerunt vt patrem. 195. D| Quō ex iudæorū incredulitate ſaluatæ. 292. G| 293. D| Quō in primogenitorū cętum aſſumptæ. 173. A| Quomodo illarum accipienda ſit plenitudo. 295. B| Earum & iudæorum collatio. 224. H| Tametſi earum grex videretur immundus & iudæorum ſanctus. 169. B C
Gloria in ſcripturis multis modis accepta. 222. F| 231. C| Et Dei gloria & ſemper & vbiquè inſiſtendum. 288. F| In quo vt in Deo gloriari quid ſit. 250. E| Et an gloriari aliquando in hominibus iuſtum ſit. 176. E
Gratia et pace, totius fœlicitatis cōprehēſus eſt cumulus. 167. C
Gratia formaliter iuſtificās, gratia eſt ſacramento accepta, & quō cauſa effectiua formaliſq; iuſtificationis noſtræ. 232. E| Quam & omnes in baptiſmo recepimus. 172. E| In qua & verè conſiſtitur, & in qualibet aliare nutatur. 249. A
Gratia gratifica quid ſit. 233. C| Quomodo idem vel non idem cum iuſtitiæ dono. 252. H| Quomodo naturam non deſtruit ſed perficit. 306. F| Qua & donati quō quæ legis ſunt naturaliter operari dicuntur. 217. C| Cuius & copia fuit in apoſtolis. 172. F| Et quomodo valuit impartiri a Paulo. 181. B
Gratiæ gratis datæ, in frugem totius cedunt Eccleſiæ, immo & ſunt cuiuis fideli communes. 172. F
Gratiæ ab omnibus reddendæ Deo, ſed à fidelibus maximè, idq; per Chriſtum. 179. D| 183. A
Gratitudinis munus quale, & quæ complectitur. 183. B
Gratuita conferuntur ſine acceptione perſonæ. 223. C
Græci & Barbari qui ſint. 184. G

H

HÆRETICORVM tēporis noſtri temeritas. 177. A| Et illorum prodigioſum dogma. 179. B| Et communis curſu omnes hæretici ſuo ſeruiunt ventri. 315. D| Et eorum ſermo inſanabilis. 228. G
Homo bulla ac vapor ad modicum parens, & quàm aliter iudicetur à ſapientia carnis, & ſapientia Dei. 288. H
Homo quid verè ſit, ſi rectè diſcutitur. 211. A| Et quid illius appellatione frequenter intelligitur in ſcripturis. 209. D| Et cur natura mendax, vel fallax. 226. H
Homo ſibi ipſi dimiſſus diſtractionem patitur cordis. 206. E| Et in ſenſum reprobum datus, pelagus omnium efficitur iniquitatum. 209. B
Homo quomodo per peccatum venditus, & quo precio recuperatus. 232. E| Et quō iuſto Dei iudicio, nōnunquam non ſolum priuatur his quæ habet, ſed quæ videtur habere. 238. H
Homo in ſuis naturalibus, quō attingere valeat ad inuiſibilia Dei, & ad illius gloriam aliquid operari. 219. A| Et poſt corruptionem naturæ, præſtare poſſit opus virtutis ſine gratia Dei. 216. F. G
Homo natura ciuis eſt politiæ humanæ, & per beneficium Chriſti, ciuis factus eſt politiæ cœleſtis. 216. G| per cuius gratiam maximè ſit illuſtris, & eius operationes ordinis conſtituuntur diuini. 216. E. F
Homo multa tenetur præſtare, quæ ſunt ſupra facultatem ſuæ naturæ. 216. H| Qui regenitus ſpiritu, ſit modo quopiam ſpiritus, quo vult ſpirans, quod carnalis quidem neſcit, cum ignoret, vnde veniat & quo uadat. 219. C| in moralibus, trifariam bonus & malus. ibi. D| Cuius ſunt & actiones liberæ, uel ſi manis humanę, & quæ accidentia. 216. F| Cuius & uita qualis ante legem. 260. E
Hominum capita Adamus & Chriſtus, ſed non una met ratione. 253. A| Quomodo omnes contenti in prothoplaſte, quō ex illo procedunt, ac duplici uinculo illi ſunt colligati. 257. C| Et quomodo myſticum eius efficiunt corpus. 258. E
Homo ex parte animæ, imago eſt Trinitatis, & ex parte corporis ſimulachrum eſt huius mūdi: & cum hoc omnium eſt miſeriarum aceruus, quarum & multæ ei ſunt cum reliquis creaturis communes, & multæ illi peculiares. 255. A. B
Hominis multa incommoda ex parte mentis: aſſiduaq; pugna ex parte animi. 255. B| Quæ etſi remanet in renatis, longe tamen diſtat a non regenitis. 267. B| Et corruptibilis natura ex parte corporis. 254. H
Homo etſi natura præſtātiſſimus. 255. A| Etſi omnium finis, & præſertim aſſumptus à uerbo. 274. E| Vndiq; tamen eſt oppreſſus ærumnis, quibus tamen inſigniter à principio conſultum erat à Deo. 255. D
Homo primus, ſi in puris cōditus fuiſſet naturalibus, filios procreaſſet infirmos, & iuſtitia nudos. 257. D| Et natura contrarijs conſtantes appetitibus. 255. C
Homo Chriſtus quomodo infitus uerbo Dei. 260. G| Et carnalis quomodo dicatur in carne. 265. A
Hominis & præſertim regeniti deteſtanda ſocordia. 275. D| Et intolerabilis ferè in omnibus negligentia. 276. G
Homo internus & externus, & quæ utriuſq; partes. 225. B| & 262. G.
Homines quomodo ſub Adę intentione comprehenſi. 258. F| Et quomodo recti & immortales ab initio. 255. A
Hominis primi, Sathanę, & ſapientium mundi, iuſta ac proportionalis ſui peccati pœna. 206. F
Hominis renati non rarò execranda ſocordia. 191. D| Et communis multorum ſtoliditas: & deploranda eorum conditio, quos non tedet corporis huius mortis. 277. B
Honor gloriæ comes & maximè apud Deum. 212. E
Hoſtia Deo ſancta, beneplacens & perfecta, quæ ſit. 300. H
Hoſtia q̄ ſpecies ſit ſacrificij, & quō ſumpta, a Paulo. 300. F

I

IACOB an peccauerit, mentituſuè fuerit dicens ſe Eſau, dum prandium obtulit patri. 227. D
Idola ſunt reuera mendacia. 206. H
Idololatria non uno modo contingit. 208. H| Et illius conuenientiſſima pœna. 207. A
Ignorantiæ uulnus, quod incommodum afferat. 216. E
Imaginum impia ſublatio. 203. A| Cum & fuerint uſus etiā apoſtolorum tempore. ibidem| Et in Eccleſia multiplici ratione ritè ſunt poſitę: quibus & qui detrahunt ſemper habiti ſunt hæretici. 203. C
Imagines poſſunt trifariam diſcuti: & in templo poſitę, cenſentur aliquid eius. 203. D| Quas & ritè adorant fideles, & ea adoratione qua & prothotypon contentum in eis. 284. F
Imago ut imago diligenter excuſſa, quę etſi plura complectitur, potius tamē quod īcludit, prothotypō eſt. 203. D| et 204. E

Imagines

Imagines longè diuerſo modo adorantur à fidelibus quàm adorarentur à gentibus. 204.F.G| Et quo ſenſu quaue ratione verè ſint adorandæ. 204.F
Impij quomodo Dei hoſtes. 249.D
Impius & impietas quomodo dicantur, & nonnunquam ad infidelitatem pertinent. 249.A
In, nonnunquam vſurpatum pro per. 232.F
Infidelis non peccat, in quouis opere ſuo. 219.A
Infidelibus ac peccatoribus, quomodo nihil eſt mundum. 221.C D
Infirmitas frequens degentium in præſenti vita. 182.F
Iniuſtitiæ & impietatis diſcrimen. 195.A
Infirmorum nonnunquam indiſcretus zelus. 308.H
Iniquitatis vox omne complectitur crimen. 207.C| & 263.C
Intellectus & voluntatis defectus, ex peccato. 196.G
Ionathæ perſpicacia, & multorum hebræorum philoſophãdi ſtudium in diuinis literis. 200.H
Iſaac, non modo Chriſti typus, ſed & membrorum eius, verum non eadem ratione. 282.F
Iſrael nomen quid ſonet ſuggeratq;. 281.A| Quòd Chriſtus gloria eſt Iſraelis. ibidem| Tametſi hoc in tempore pauci forſitan ſeligantur. 284.F
Iudæ tribus, dux aliarum tribuum. 221.D
Iudæi non temere à confeſſione, nomen ſunt nacti, nec ſine ratione ſunt circumciſi. 226.F
Iudæi & Græci quomodo comprehenſi ſub lege. 228.H| Et quo illi ſibi videbantur ſancti, & hos reputabant immundos. 243.B| Quomodo illi ſua ex malitia obcæcati ſint. 287 D| Et merito mentis alienatione percuſſi. 293.B
Iudæi cõtentioſiſſimi, & maximè pro tuenda lege. 212.H| Qui tamẽ nec lege, nec circũſione præferẽdi erãt gẽtibus. 214.H| Quin & eorũ immania erant ſacrilegia, & q illa ſint. 223.B
Iudæorum lapſus, non caſu, à Deo permiſſus. 294. H| Qui & tandem de manu Sathanæ eripiendi erunt a Chriſto. 295.C| Qui & mirè erant inſtituti a Deo. 222. F| Et donati eximijs priuilegijs. 280.E
Iudæi in ſpiritu, & in carne. 237. D| Quomodo carnales reiecti, & eorum loco gentes ſubrogatæ. 210.F
Iudæorum grex quomodo mundus & immundus. 169. D| Cur expreſſi nomine hominis. 210.E| Cur acrius plectendi quàm gentes. 209.C
Iudæorum progreſſus in operibus vnde. 209.D| Vnde & illorum ſupercilium. 210. H| Et vnde intolerabilis arrogantia. 210.E| Et maxima ingratitudo. 195.C
Ius, quo operi reddenda merces, quale ſit. 241.B
Iudicare alios de malo, multiplici ratione cauendum: tametſi alios iudicare ſumus prompti, & in noſtris quam maximè inconſiderati. 213.B
Iudicium vt rectè proficiſcatur à nobis, quid opus habeat. 213.C
Iudicium Dei vniuerſale & particulare, & quomodo vtrunq; aliter expectetur à reprobis & electis. 211.C| Quid excutiendum in eis, & qui in eo teſtes, & aduocati. 217.B
Iudicem ſeipſum ſumet rectè agit, qui conſcientiæ atteſtationibus nititur. 217.A| Quem cum oportet in alios ſumere pœnam, æquũ eſt, quòd & illã ſumere in ſe demonſtret. 286.F. Etſi quando mala id fieret intentione, poteſt nihilominus probari a Deo. 305.D
Iuſtificari quid ſit, & quo multi iuſtificentur ad tẽpus. 237.B
Iuſtificatio omnibus indiſcriminatim expoſita. ibi| Quo aſſequenda ſit fide. 237.C| Quæ illius origo & acceptio. 235.A| Et cur in hoc, opus eſt propitiatione Chriſti. 236.F
Iuſtificare, ſcificare, redimere, opera ſunt ĩfinitæ virtutis. 187.A
Iuſtificatio amplior eſt quam condemnatio. 253.D| Duo cõplectitur, expiationem peccati, & nouitatẽ vitæ. 247.A| Quæ nec commenſuratur merito, ſed liberalitati Dei, cum iuſtificatur quis. 241.B
Iuſtitia non raro pro bonitate ſumpta. 187.C| Et pro Dei bonitate accepta, in euangelio fulget. ibidem| Sumitur & pro veracitate. 188.E| Et pro illo etiam munere, quo impartimur ab eo, per gratiam & beneficium Chriſti. Ibidem. H
Iuſtitia Dei multis modis: quædam eſt vltrix, & quædam eſt ſaluans, & quæ eſt illa quæ per fidem contingit nobis Chriſti Ieſu. 230.H
Iuſtitia baptiſmi & pœnitentiæ, & earum diſcrimen, & quomodo vtraq; neceſſaria. 231.B C D| Primitias noſtræ complectitur fœlicitatis. 241.D
Iuſtitia fidei omnibus neceſſaria. 230. H| Portio eſt iuſtitiæ Chriſti. 287.C| Hæſitationem non patitur in his quæ ſpectant ad fidem. 289.D| Et iudæis potuit eſſe peruia ex ſcripturis. 289.A
Iuſtitiæ plurimæ partes, & quæ. 306.F| Et legalis, qui illam habet, bonum omnifariam facit. 187.D
Iuſtitia noſtra, quo vt pannus menſtruatæ. 218. F.G| Et iuſtitia patriæ indubiè omnibus abſoluta numeris. 263.B
Iuſtitiæ originalis munus, cur hoc nomen nactum, & qui illius effectus. 255.D
Iuſtitia origi. quomodo nectebatur gratiæ, & quomodo diſtincta erat ab ea: etſi erat habitus non tamen potuit aſſuefactione acquiri. 256.E
Iuſtitia origi. & gratia plantabantur in eſſentia animæ, & ab hac poterat ad tempus diuelli, quin & in Eua eſt de facto diuulſa. 256.F
Iuſtitia origi. data fuit primis parentibus transfundenda in poſteros: & data fuit cum gratia, ſpiritus ſancti donis, & virtutibus infuſis. 254.H
Iuſtitiæ origi. fructus in primis hominibus: et quomodo illius vmbram pertenuem gerit iuſtitia methaphorica, de qua loquuntur philoſophi. Ibidem. 236.E
Iuſtitiæ orig. priuatio, quo pacto habet rationem culpæ, quomodo extitit voluntaria, Adæ & nobis. 256. F| Et quomodo habet rationem pœnæ. 257.A
Iuſtitia origi. & ſimplex, & multiplex, ſimiliter & priuatio eius. Ibidem.
Iuſtus quis Dei iudicio & abſolutè. 189.D
Iuſtus quomodo pendet ex his quę ſunt mundi. 190.F| Quòd viua eſt lex operis iuſti, ſicut legẽ ſeruãs operis legitimi. 217.A| Et quo pacto differt à bono. 249.G
Iuſti quo dum hic ſunt, ſub peccato venundati ſunt. 267.A
Iuſtificati ex iis operis, & ex gratia Dei, diſcrimen. 215.C.D

L

LIBER ſcripturę ſacrę ſcriptus intus & foris. 229.C
Lex Moſis etſi ut comprehendebat iudicia ac ceremonias propria erat iudęis, mores tamen communes eſſe debebãt & gentibus. 237.C| & 215.D| Et quomodo naturaliter ſeruari a gentibus potuit ſine Chriſto. 215.D
Lex euangelij lex eſt fidei, ſpei, & charitatis ſpiritu ſcripta in cordibus noſtris. 216. H| Dicitur & lex ſpiritus uitę, à Paulo. 268.F| & 291. D
Lex Moſis media quodam pacto inter legem naturę, & ſpiritus uitę. 217.A| Quam ſatis non erat audire ſed oportebat & opera pręſtare. 215.B
Lex tum Moſis, tum Chriſti, non abſoluebatur ſine dilectione Dei & proximi, ſed non eodem modo. 217.A
Lex Moſis quo tempore ualida, quo ęgrota, quo mortua, & quo ſepulturę tradita. 222.G

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Lex erat ſpũalis & internas refrenabat concupiſcẽtias. 223.A
Lex morum velut ſpeculum eſt, ſed euangelium longè praſtantius longeq́ lucidius. 224.E
Lex & circuncisio conſultò ſingulariterq́ inſtituta a Deo. 226.E
Legis officium quale. 229.B| Quomodo non conferebat, ſed efficiebat, non ſeruantibus eam. 221.B
Legis opera quomodo ad iuſtificationem diſponunt. 229.A| Et quomodo factores legis erant iuſtificandi. 215.C
Lex naturæ in præſenti eſt ſuo munere functa, pertinebat enim ad mundi infantiam, lex Moſis quoq; in præſenti completur & pertinet ad pedagogiam, ſed lex gratiæ non prorſus in præſenti abſoluitur & pertinet ad virilitatem. 233.B
Lex Moſis, naturalis, & fidei, & quæ ſingula. 237.A| Et Moſis quomodo ſtatuatur fide. 238.E| Et cur illa operabatur iram. 243.A| Cur appellaretur litera. 265.C| Et peccatũ quæ ſub ratione detexit. 266.E
Lex quo pacto ſpiritualis erat. 266.H| Et cur ea lata homo ſit mortuus. ibi.F| In quo illius conſiſtebat iuſtificatio. 269.C| Et quomodo eximia arcanaq; continebat de Chriſto. 221.C
Lex in Cruce Chriſti ſublata: & præſertim in vi coactionis, quã exercebat in ſubditos. 264.H| Et quanto tempore legalia poſt Chriſti mortem tolerata ſint. 308.F
Legis mandata, triplici claſſe contenta. 266.G| Et quomodo vt ſeruaretur, opus erat gratia Dei. 289.D| Quam & ſeruantes, viuere habebant in ea. ibidem.
Leges quatuor ponit apoſtolus: & quod ſit diſcrimen membrorũ legis & peccati, & quomodo membrorum lex captiuat ſub lege peccati. 267.D|268.E
Lex Dei eius voluntas eſt. 285.C D
Locutio omnis alicuius expreſſiua eſt verbi. 199.D
Loth, quo pacto potuit filias virgines ſtupro exponere, ſine offenſa Dei. 227.D

M

MALIGNITATIS nõie quid apoſtolus uelit. 207.D
Malus aliquis dicitur tribus modis, natura, uoluntate, aſſuefactione. 219.D
Malum in bonum ſæpe conuerti, non ex ipſius ui, ſed ex omnipotentia Dei. 227.B
Malum an liceat aliquando facere: quando nefas non eſt ſuadere: et quomodo maioris collatũ, habet rationem boni. 227.C D
Mendacium cum ſit natura prauum, nunquam ualet admitti. 230.G
Membrorum Chriſti affectus. 301.D| Eorum munera iuxta onera ſingulis deputata. 302.G
Mens noſtra mirum Trinitatis exemplum, & non ſimplex diuinitatis typus. 199.C| Et homo internus aliquando Apoſtolo. 267.C
Menſam altaris accedentium, quæ debet eſſe intentio. 304.G
Meriti ratio, unde ſit, etiam reſpectu æternæ fœlicitatis. 216.H
Merces non ſemper æqua labori. 168.H
Miſſam audientes quomodo habere debent ſeſe. 303.G
Mitiitas nedum propria Chriſto, ſed Deo, & quid ad eam potiſſimum ſpectet. 304.G H
Moralia legis omnibus communia. 237.D
Mors quõ ſit uel non ſit a Deo. 251.C| Quõ pœna et effectus peccati. 259.C| Et mortis corpus ex quibus conficitur. 268.E
Moſes quomodo prophetarum primus. 291.B
Motor primus apud Philoſophum infiniti uigoris. 201.B
Mulier in pœnam uiri poteſtati tradita. 264.G
Mundus nihil pendit electos. 275.B| Qui tamen longè melior factus ex morte Chriſti. 294.E
Mundi exordium cur Deo plurali numero attributum. 198.H| Cuius quando, & quæ maxima opulentia. 294.G

N

NATIVITAS ex utero & in utero. 282.G
Natum ex carne, quõ aliud non ſit quam caro. 219.A B.
Nemo uerè uincitur qui bellum non ſuſcipit. 304.H
Neronis opera Roma cremata, ſed Chriſtianis impoſitum, unde & cauſam quæſiuit illos occidere. 177.C
Numerus electorum, numerus ſacratiſſimus eſt. 223.C
Nuptiæ cibiq;, quo ſenſu à Paulo ſint damnati. 309.A

O

OPERATIONES humanæ quas uocant indifferentes, etſi ex fine ualent effici bona, quæ tamen natura ſunt mala, nullo fine poſſunt effici bona. 230.F
Opera legis et ſi nõ iuſtificãt, ad iuſtificationẽ diſponũt. 229.A| Et diſcrimẽ ſit inter morales iudiciales et ceremoniæ. 231.D
Operum noſtrorum tres claſſes, & quomodo egent ſingulæ opitulatione Dei: Quorum deteriores partes, ex nobis, ſicut & potiores à Deo. 221.B
Operum retributio in iudicio Dei, non ſit iuxta quãtitatem abſolutam, ſed proportionalem. 211.D| Vnde & bonis, uita retribuetur æterna. 212.F
Opera quæ iuſtificationem præcedunt, cum ſunt bona, ad iuſtificationem diſponunt, & maxime cum fides adeſt. 215.C
Opera noſtra unde rationem ſortiuntur meriti, et maximè æternæ uitæ. 216.H| Et cur illis reddenda merces ultra condignum. 241.B
Opera fidelium, etiam ſi ſint ſine gratia, diuino ponderãda ſunt tribunali. 217.D| Et Ethnicorum iuxta legis canones facta, locum habent in iudicio Dei. 218.E
Opus ex fide non profectum, quõ peccatum eſt, ex intentione apoſtoli. 219.A| Et ad hoc quòd opus ſit bonum, a quocunq; proceſſerit, neceſſe eſt, ut nihil ei deſit ut Diony, dixit. 220.G
Opus á rebus auferre nitentes, ut earum eſſentias auferant neceſſarium eſt. 231.D
Oratio eſt decentiũ petitio. 180.H| Orãdũ eſt omni tpe. 303.A Et orare petereuè prout nobis opus eſt, quõ nos effugiat. 273.C
Orationum eclipſes, Paulo non inſolitæ. 251.D
Oracula Dei iudæis credita, maxima illis ſunt firmitudine credita: quæ & illos potiſſimum reddiderũt illuſtres, & ea maximè in quibus erant promiſſiones de Chriſto. 226.F.G
Omnibus Chriſto, illius gratia omnia ſunt ſecunda. 292.H

P

PASSIONIS Chriſti uis non modo omnibus ſufficit, ſed & omnibus proficit. 274.H
Paſtores non habent peccatores negligere. 170.F| A quibus et dominis grex paſcẽdus eſt, nõ modo uerbo, ſed & eleemoſina corporali. 314.E| Et demum quod illis propriũ onus. 183.C
Patres antiqui cur ſe profiterentur peregrinos. 195.B
Paulus i Eccleſia uas inſigne: Chriſti ſeruus multiplici ratione. 168.E F| Quæ illius merces, ac ſapia. ibi.G| Quæ uocatio: & obedientia. 169.B| Cur & quãdo reſtitit Petro. 178.H| Quando Romam perductus: & præſentem dictauit epiſtolam. 179.A| Quomodo in illo ſpiritus Chriſti, & omnis ex parte arderet, gloria Dei. 180.G| Quæ illius prædicationes aſſiduæ. Ibidem| Quæ & profeſſio ac inculcatio. 182.E| Et demum quo pacto cuperet anathematizari à Chriſto. 280.H
Pharaoni gratia eſt ſubtracta optimo iure, & non temere eſt exercitatus â Deo, ſed ad gloriam eius. 280.H
Peccatum quomodo intellectum offendit & uoluntatẽ. 156.G| Quomodo Dei iudicio eſt pœna peccanti. 205.D|

Et quæ illi annexæ ſunt pœnæ. ibidem| Qua ratione eſſe poſſit à Deo, & quomodo non ſimplicem voluntatis inordinationem continet. Ibidem.C

Peccatum tranſgreſſio eſt legis diuinæ. 215.A| Cui ſubiecti, magno diroq; tyranno ſunt ſubiecti. 228.E| Quare & hominem inglorium reddit, & maximè apud Deũ. 231.C| Cuius expiatio, nõ fit niſi ex gratia Dei, et beneficio Chriſti. 237.A

Peccatum tantę eſt turpitudinis, vt etiam ab eo liberati afficiantur pudore. 263.D| Maculat animam, & venereũ maximè. ibidem| Q̃uo nos circumſtet, ac internum hominem, vti carcere cogat. 225.B| Et præter id quòd ſerenitatem turbat conſcientię. 251.C| Contra nos craſſatur aſſiduè. 268.H

Peccatũ qua occaſione auctũ, ac ſupra modũ peccans. 266.E H| Sed quomodo per Chriſtum de peccato damnatum in carne. 269.B| Cuius & occaſione reprobi nati ſunt, tametſi eorũ aliqui qui ex prõ sũt orti, nõ ſint ſecludẽdi a cælo. 283.D

Peccatum complectitur tria, & ſingula per Chriſtum deleta ſunt. 187.A| Et quàm differenter expietur in baptiſmo, et in pœnitentia ſacramento. 241, D| Quis eius ſtatus ante legem. 252.H| Et quæ paſſiones eius. 265.B

Peccatum Adæ multas pullulare fecit animæ vepres, & quæ illæ ſint. 236.H| Quomodo illo omnes ſumus mortui. 253.A| Quomodo mors per illud mundum totum infecit. 251.C| Et demum, quomodo occaſione ex lege accepta ſuam exacuit vim. 254.E

Peccatum orginale complectitur duo priuationem iuſtitiæ, & effrenitatem cõcupiſcentiæ. 254.G| Quomodo illa priuatio ſit pœna & culpa. 257.A| Quomodo vt in me ſit, opus non eſt, vt à mea profectũ ſit volũtate. 258.E| Quæ illius uulnera & quot, et tandẽ qui illius effectus et pœnę. 258.H|259.A B

Peccati origi. veſtigium inuenitur etiam in regenitis. 265.C| Et conandum ne regnet in hoc mortali corpore. 262.F| In quo & multa infortunia affert. 272.H

Peccati tyrannus quę. 254.F| Quòd eius corpus, quod nos circunſtat deſtruendum à nobis. 261.C

Peccatores qui, ex vſu ſcripturę. 249.D| Quomodo illis ſtatuta vel non ſtatuta reſipiſcendi meta. 214.E| Quomodo illis nihil ſit mundum. 220.H

Pedum pulchritudo in prædicatoribus. 290.H

Pœna quid ſit, & quomodo contingere poſſit ſine culpa. 283.B

Pœnitentia impiorum ſera. 228.H

Petrus ſecundo anno Claudij Romam acceſſit & quidem iuſſus à Deo, 176.H. E qua & primam ſcripſit Epiſtolã, & martyrium, Neronis quartodecimo adeptus eſt. 177.C

Petrum fuiſſe Romæ, non modo tota teſtatur antiquitas, ſed & vniuerſus orbis. 177.B| Quam & acceſſit poſt fundatã Eccleſiam Antiochiæ, quam annis ſeptem tenuit: & quo pacto annis vigintiquinque Romæ reſedit. 178.E F

Petri geſta a reſurrectione Domini, vſq; ad martyrium ſuum, quando Roma diſceſſit, & Ieroſolimæ concilium congregauit, & quando exiuit rurſum & Chriſtum obuium habuit. 177.D|178.H

Perplexio ſi quando contingit in agendis, accidit non ex natura rei, ſed ex hebetudine noſtra. 227.D

Philoſophi non iniuria creatura mundi, ficut & iudęi creatura Dei: quo pacto conſpectis quæ creata ſunt, tradem potuerũt attingere. 198.F G

Philoſophorum labores vt aliquid perciperẽt de diuinis. 220.G| Et quid tandem agnouerunt de Deo. 201.C

Poteſtati quouſq; parendum. 305.A| Et ſpirituali quàm maximè. 306.E| Quòd ſunt variæ, & quæ præcellentes: & quis cuiuslibet ſinis. 305.A B

Prædeſtinationis ſacramentum, cur multos exturbat. 223.B| Eius diſcrimen à propoſito et deliberatione. 282.G| Et qualis illius apud Deum inſtitutio. 296.F

Prædeſtinationis ſermo difficilis, & per hoc variè à diuerſis tractatur. 283.C

Prædeſtinatus eſt electorum cætus, antequam permiſſa ſit primi hominis culpa. 284.F| Cui nonnulli quo pacto ſunt additi. Ibidem.G

Prædeſtinati & præſciti qui ſint. 274.F

Prēmium operibus redditur vltra condignum ex liberalitate Dei. 241.D

Priuatio quæ formaliter diffinitur peccatum, vt habet rationẽ pœnæ eſt à Deo, vt autem culpa, eſt à nobis. 257.A

Proponere nonnunquam eſt definire, nonnunquam ob oculos conſtituere. 232.G

Propitiatorij ſacramentum quàm diligenter excuſſum. 235.B C

Prouidentia Dei, ſuis medijs executioni mandanda. 226.H

Proximus quis, & quomodo diligendus. 306.H| Et quomodo eius dilectio, expletio eſt totius decalogi. 307.A

Prudentia carnis & ſpiritus, q̃uo diſſentiant inter ſe. 269.C

Q

QVERELAE plurimorum impiæ. 285.D

R

RATIONALIS Dei cultus, q̃uo intelligatur. 300.H

Redemptio noſtra ita eſt peracta a Chriſto, vt & preciũ perſeueret in eo: nec prodeſt niſi accedentibus illum. 232.F

Regnum Dei multis modis, & aliquando ſacra appellatur ſcriptura. 222.E| Aliquando donum quod eſt intra nos. 310.F

Regnum Dei quomodo promouendum, petendumq; vt promoueatur à Deo. 311.B

Religionis ſplendore plures falſò hallucinati. 182.G

Reparationis noſtræ decretum, ſemper reuelatum: nec angelis à principio occluſum, & ſi non plenè detectum, cuius oracula a principio mundi vſq; ad Ioannem. 170.G.H

Reprobi peccati occaſione ſuborti. 283.D| Ac non ſecus ac mõſtra ſuccreuerunt in mundo. 284.G| Et nõ incommodè vaſa dicti ſunt iræ. 286.F| Qui & in reſurrectione licet corpus ſortientur duraturum ſemper, erit tamen ærumnis multis obnoxium. 233.B

Rerſurrectio Chriſti fidei noſtræ baſis & cardo. 243.D

Ritus ab Eccleſia introducti, ritus ſunt rationales. 301.A

Roma qui primum euangeliZarunt. 315.C|Et 176.G| Quomodo in Chriſti Eccleſiam ſit euecta, ſummo pontificatus definita, & Eccleſia Romana Eccleſia vniuerſalis ſit. 175.B D

Romà Neronis opera cremata: quod tamen reijcere volunt infideles. 177.C

Romanus Pontifex, eiuſdem authoritatis cum Petro ſuper omnem Eccleſiam, vt Chriſti Vicarius. 177.B

Romanorum vocatio inſignis, ſicut & per inſignes facta eſt Apoſtolos. 174.E

Romani quomodo totius orbis domini. 180.E

S

SACRIS literis & maximè euangelicis iugiter incumbendum. 171.C

Salus euangelica in quibus cõſiſtat 286.H| Et cur nobis in præſenti propinquior. 307.B

Salutis ſpiritum communi curſu acquirimus ex timore. 214.G

Sacerdotum omnis in lege noua. 304.F| Et quòd in miſſis cum Chriſto capite, offerant & eius membra. Ibidem.

Sancta ſanctorum quando & quomodo patefacta. 229.C

Sanctis ſtudendum eſt, vt ſegregentur ab immundis. 170.F| Et quo pacto, illis omnia cooperentur in bonum. 273.D

Sanctorum ciuilitate donatis, naturaliſsimum eſt operari ſecundum eam. 217.C
Sapere ad ſobrietatem quid ſit. 302.F
Sapientia eſt diuinarum rerum notitia. 221.D
Sapientia carnis mira deliria. 227.B
Sapientum mundi lapſus, nõ diſsimilis lapſui Sathanæ. 202.F| *Qui & fuit ex nimio amore ſui.* 201.D| *Quõ eorum impietas inexcuſabilis.* ibidem| *Et eorum deliria & ſtultitia & præſertim in cultu Dei.* 202.E| *Et quomodo ac quo pacto euaſerunt reprobi.* 207.C
Sathanas cur tanto ſtudio à diuino auocet cultu. 196.F| *Cur dicitur ſupra pectus progredi & puluere veſci: & cur brutorum explicetur voce ac ſimilitudine.* 206.G
Satisfactio noſtra, cur a Deo profecta, & cur in Chriſto exhibita. 188.H
Scriptura ſacra & profanæ diſcrimẽ. 171.A| *Quõ ſacra ſeptẽ eſt ſignata ſigillis: & qui illi ſint.* 229.D| *Quæ & in Deo aliqua exprimit multitudinem, & vbi & quam.* 200.H| *Et demum quomodo incumbendum ei.* 297.B| *Cuius contenta, quinque explicantur claſsibus.* 313.D
Sęculum quid Apoſtolo, & qui illi conformes. 301.B
Semen nobis a Deo relictum, apoſtoli, ac ſacra pagina. 287.C
Seminare in carne quid ſit, & quot modis contingat. 219.C
Serpens æneus in deſerto, quomodo adoratus. 204.H
Seruus eſt organum domini, per quod operatur, illius accedente conſenſu, & totũ quod eſt, ſui domini eſt. 167.D| 168.E
Simplices in malo, & prudentes in bono qui ſint. 316.G
Spes etſi diuina innititur gratia, non tamen floccipendit opera noſtra. 244.H| 245.A| *Quomodo ſurgat ex probatione: & cur nõ confundat.* 248.G| *Et quõ de viſis vel nõ viſis.* 273.B
Spes humana euanida & fallax. 248.E
Spiratio comes indiſſociabilis dilectionis patris & filij: Et quomodo per illam, tertia in diuinis conſtituatur perſona. 200.E
Spiritus ſancti dona, & illorum prouentus. 182.F| *Atteſtatio qua vnà atteſtat cũ ſpũ noſtro, quòd ſumus filij Dei.* 272.E| *Quõ illius fauor & auxilium nobis contingit: quomodo nos gemere facit.* 273.C D
Spiritus Sancti primum officium in eo quem habitat, mortificare carnem. 270.E| *Secundum, viuificare mentem.* Ibid.F
Spiritus Chriſti quõ habitat in ſanctis. 270.E| *Quomodo perfundit eius membra.* ibidem| *Et quomodo agat ea.* 271.A
Spiritus legis ſpiritus timoris, ſed euangelij eſt ſpiritus charitatis immo adoptionis filiorum. 271.B
Spiritus noſtri atteſtatio, quòd filij Dei ſumus, imbecillis eſt. 272.E
Spiritus aliquando pro mente in Apoſtolo. 270.F
Spiritualibus, ſpiritualia impartienda ſunt, ſed quo pacto. 182.F
Stulti verè, qui ſe Chriſto non credunt. 311.A

T

TIBERIVS certior factus de Chriſto, volebat, vt Romæ conſecraretur Deus, & Chriſtianis fauit. 176.G
Tempus mundi ante legem, iuxta communẽ computum, bis mille quingentorum, & ferè quinquaginta annorum. 252.F
Teſtamentum non rarò pro fœdere in ſcripturis. 281.B
Teſtamentum vetus & nouum mutuò ſe reſpiciunt, ac Chriſtũ nobis mirificẽ ſuggerunt. 235.A
Teſtimonium internum quòd filij Dei ſumus, quomodo expendendum eſt. 271.D
Timor Dei, religionis origo. 228.G| *Et communis methodus ad hauriendum ſpiritum ſalutis.* 214.G
Tributi à vectigali diſcrimen. 305.D
Trinitatis ſacramentũ olfeciſſe videntur gentes, id quod efficaciter demonſtratur. 197.D| 198.E| *Cuius & veſtigiũ multiplex in rebus creatis.* 199.B| *Et imago in aĩa noſtra.* 200.F
Trinitatis arcanum apud fideles non ſemper æqualiter agnitum. 200.F.G
Triſtitię & doloris diſcrimen. 280.G

V

VASA in gloriam præparata à Deo, quæ ſint. 286.G
Verbo Dei incumbendum, & maximè ſacerdoti. 292.E| *Et quomodo non expleri non poteſt.* 281.D| *Et quomodo intelligitur quòd abbreuiatum eſt in iuſtitia.* 287.B
Veritas Dei a pluribus et diuerſis modis iniuſtè detẽta. 136.H| & 208.H| *Et quàm ſit magnum facinus: & quòd magis eſt perpetratum a iudæis quam gentibus.* 210.G
Veritati diuinę proprium eſt hoĩes ad religionem vrgere. 196.B
Veritas & vnitas quæ conſequuntur eſſe, quomodo ad veſtigiũ pertinent trinitatis. 199.A
Vię Dei quare inueſtigabiles. 296.G
Vindicta non ſumenda, ex offenſis. 303.D
Virtutis triplex ſtatus. 221.B| *Eius opus quomodo ſit naturæ ſanę: quomodo eius ſemina ſunt a natura, et in aliquibus quędam magis efficacia.* 219.D| *Quomodo omnes virtutes ſint connexę.* 220.F| *Et humanę quomodo nonnullam patiuntur imperfectionem.* 216.F| *Et demum quomodo earum actus egent non ſolum voluntate, ſed animi propenſione ac delectatione.* 220.G
Vis diuinę gratię, & beneficij Chriſti. 247.B
Viuere, intelligere, frui, quomodo tribus attribuuntur perſonis. 198.E
Vita ęterna, quęrenda operibus bonis, quibus & vti merces reddenda eſt. 212.F
Vita futura, uita angelica. 181.D| *Et vita ſalutis, uita ſimpliciter.* 189.D
Vitæ nouitas portio expectatę fœlicitatis. 247.B| *Et imitatrix eorum uitę qui ſurrexerunt à mortuis.* 262.H
Vita noſtra peregrinatio eſt. 308.E
Vitæ huius anguſtię etſi ualent ad expiationem peccati, & meritum ęternę uitę, non ſunt tamen illi ęquales ſiue condigna. 272.F
Vita naturæ expetibilis, ſed magis uita gratię, & maximè uita glorię. 192.G| & 261.D
Vocatio interna & ſancta. 274.G
Vocatio ex diuino propoſito, ſemper ſuũ ſortitur effectũ. 295.D
Vocatio præſertim inſignis, munus eſt Chriſti quo non donamur ſtertentes, ſed moliantes. 174.F.G
Vocatio Dei quomodo ſe extendat ad omnes. 223.B
Voluntas proximum eſt principium operandi probè, potiſsimum ſancti ſpiritus receptaculum, in qua & reſidet charitas & quæ non iniuria eſt nomen cordis adepta: & non rarò ex concupiſcentiæ coniunctione à recta recedit. 225.C.D
Voluntas ſigni & beneplaciti. 301.D
Voluntas plena, impoſsibilium eſſe non poteſt. 281.A
Voluntatis uulnus ex originali culpa, grauius eſt uulneribus alijs. 259.C
Volendum currendumq́ nobis, ſed in Deum reijciendum nomet. 285.B
Vulnera originalis peccati, quæ & quot, quid cuiq; proprium, & quid omnibus eſt commune. 259.B

Indcis in Epiſtolam ad Romanos.
Finis.

INDEX IN SACRAE SCRIPTVRAE MEDVLLAM.

INDEX CAPITVM AC MATERIERVM.

PRAELVDIA.

QVOD Chriſtus auctor eſt legis, quod Moſes cum illo eximiam familiaritatem habuit: & quòd ab eo praeclara noſtra ſalutis ſacramenta edoctus eſt. Cap. 1. fol. 322. F

Quod licet ſcriptura ſacra, Chriſtum, tum in ſe, tum in membris, occludat, potiſſimum tamē lex Moſis. In qua, nec iota, nec apex, ſine myſterio eſt. Subditur, & ordo, et inſtitutum, quod hoc in opere ſeruandum eſt. Cap. 2. 328. F

Quod mundus, per Chriſtum à Deo eſt creatus, & ſex dierum compendio, meritò abſolutus. Cap. 3. 330. G

De mundi duratione, quotq́ ab exordio ad Chriſtum interceſſerint anni, & quot inde ad iudicium valeant conijci: vbi, & nonnulla inſeruntur de ratione anni, & plura de poſtremis diebus. Cap. 4. 333. A

Quot ſint mundi aetates, quota vniuſcuiuſq́ periodus, et quae earum inſinuationes, & typi. Cap. 5. 339. B

Quid Dei Euangelium de Chriſto, & quòd qualibet in aetatē fuit, cum aliquo praedicationis genere, tum aliquibus myſticis geſtis, vel arcanis explicatum typis. Cap. 6. 342. E

DISCVSSIONES.

QVOD in prima mundi aetate, fluxerunt anni nongenti octoginta ſeptem: & quòd in hoc, non eſt inhaerendum Graecis, ſed Hebraeis. 345. B

Quo pacto, per quos, quibusq́ verbis, et typis: in prima ſit Euangelizatum aetate. 347. A

Euangelici excutiunt typi, de quibus in praecedēti capite. 350. H

SECVNDA AETAS.

QVOD in ſecunda mundi aetate, Sexcenti, & Septuaginta anni interceſſerunt, vt Hebraea veritas continet. 364. H

Quo pacto, per quos, quibusq́ verbis, & typis, in ſecūda ſit Euangelizatum aetate. 365. C

Quorum arcanorum typi, Noemus, & Arca. 366. F

TERTIA AETAS.

QVOD in tertia mundi aetate, anni interceſſerunt octingenti quinquaginta, & duo. 368. G

Quo pacto, per quos, quibusq́ verbis, & typis in tertia ſit Euangelizatum aetate. 373. A

Euangelici excutiuntur typi, qui in tertia inſtituti erant aetate. 391. A

QVARTA AETAS.

QVOD in quarta mundi aetate, quadringenti, & octoginta interceſſerunt anni, prout omnes ex ſcripturis fatemur. 429. C

Quo pacto, per quos, quibusue verbis, & typis, quarta in aetate, Euangelizatum ſit. 432. F

Euangelici excutiuntur typi, qui in quarta inſtituti erant aetate. 443. B

QVINTA AETAS.

QVOD in quinta mundi aetate, anni interceſſerunt quadringenti, & octo. 448. G

Quo pacto, per quos, quibusq́ verbis, & typis quinta in aetate Euangelizatum eſt. 451. A

Euangelici quintae aetatis typi. 451. C

SEXTA AETAS.

QVOD in ſexta mundi aetate, anni fluxerunt ſexcenti, triginta nouem. 454. E

Quo pacto, per quos, quibusq́ verbis, & typis, in ſexta ſit Euangelizatum aetate. 464. G

Euangelici excutiuntur typi, qui in ſexta inſtituti erant mundi aetate. 467. C

SEX MVNDI DIES.

SEX dierum, fabrefactionis mundi, & eorum excuſſio, & quae facta ſunt prima mundi die. 475. A

Arcanorū nōnulla, quę in primo recondebant mundi die. 481. D

Quae in ſecunda mundi ſunt facta die. 484. G

Arcana ex ijs, quae in ſecunda facta ſunt mundi die. 485. B

Quae in tertia facta ſunt mundi die. 486. F

Arcana ex ijs, quę in tertia facta ſunt die. 487. B

Quae in quarta facta ſunt mundi die. 488. H

Arcana, ex quarta die. 489. B

Quae in quinto facta ſunt mundi die. 490. F

Arcana, ex ijs, quę in quinta facta ſunt die. 491. B

Quae in ſexta producta ſunt, mundi die. 492. G

Arcana, ex hac die. 499. C

Prima portio, ex ſecundo capite. 503. B

Sacramentum, quod hac ex portione recipitur. 504. E

Secunda portio, ex eodem capite. 504. H

Sacramentum, quod ex hac portione ſumitur. 505. C

Tertia portio, ex eodem capite. 506. H

Huius portionis arcana. 508. E

Quarta portio, ex eodem capite. 510. G

Pręſentis portionis ſacramenta. 512. E

Prima portio, ex tertio capite. 515. C

Secunda portio, ex tertio capite. 516. E

Tertia portio, ex tertio capite. 516. G

Quarta portio ex tertio capite. 517. A

Quinta portio, ex tertio capite. 517. D

Nonnulla huius capitis ſacramenta. 518. F

INDEX RERVM MEMORABILIVM Quae in ſacrae ſcripturae Medulla continentur.

De litera A.

AARONIS in quarta mūdi aetate, Typus extitit luminare minus, quarta die creatū. fol. 489. C

Aaron & eius veſtimenta quorum fuerint typi. 442. B C D| Ipſius ſuperhumerale. 444. E| Cum Moyſe mittitur ad Pharaonem. 425. A| Illius ſacertium & pontificatus, figura fuit Sacerdotij & Pontificatus Chriſti. 443. C

Abel electos, Cainus vero reprobos figurauit. 351. C| & 357. A

Abelis, & Caini hiſtoria, & mira quae continet ſacramenta, à 350. D vſq́ ad 353| Illius nomen quid ſignificet. 351. A

Abel & Cainus, Chriſti, et Antichriſti typū geſſerunt. 359. D

Abraham offerens Melchiſedech panem, & vinum, Euchariſtię ſacramentum velauit. 393. C| Iure illi mutatum eſt nomen. 377. C

Abrahę filij, alter de Ancilla, reliquus de Libera, quid pręſeferant.

ferant. 398.G| Non immeritò ſignum poſtulat diuinæ promiſſionis. 377.D
Abrahæ à patria egreſſio, ſeparationem à Synagoga monſtrauit. 376.H
Abrahæ fides in ſecunda concione extollitur. 377.C| Cur illi credita circumciſio. 394.F
Abrahæ ſacrificium de trima vitula, quid portẽderit. 376.F| & 378.E
Abrahę fides probata eſt immolatione Iſaaci. 383.A| Vidẽs tres, cur vnum adorauit. 359.D
Abrahæ filiorũ hiſtoria, pulcherrimè exponitͬ myſticè. 398.G|H
Abram in ignem iniectum reputatur vt fabula. 370.F
Actio diuina licet ex natura ſit æterna & immanens, tamẽ ſecundum effectum, ex tempore eſt. 475.D| & 476.E
Actiones noſtræ, quid requirant, vt Deo ſint gratæ. 408.E
Actio & contemplatio Chriſtianæ Philoſophiæ, non ſe excludunt. 413.A| Illi ad bene agẽdum, ſex conditiones ſunt neceſſariæ. 412.H
Adam fugiens à voce Dei quid figuratè exprimat. 518.H
Adam & Eua, num ſexta vel ſeptima die creati. 498.G.H
Adam, quomodo typus fuerit Chriſti. 335.D| Et ſecundi geſſit imaginem. 501.A
Adam duplex factus à Deo, internus, ſ. et externus. 493.C D
Adam quomodo factus in animam viuẽtem. 505.C| Ad quid translatus in Paradiſum. 507.D
Adam ſecundus, de cælo cæleſtis fuit. 501.A B
Adæ ſopor, mors eſt Chriſti. 413.A
Aduocati & propitiatoris diſcrimen. 349.D
Agar ancilla cum filio eijcitur, & quare. 399.D
Agar ancilla Abrahæ, Lex eſt Moyſi, & teſtamentum vetus. 399.B
Agni comeſtio, fruitio eſt Chriſti. 428.F
Agni Paſchalis typus excutitur. à 427.D| vſq; ad 429.A
Agnus paſchalis nocte, comedendus. 428.F| Cuius ſanguine, poſtes liniendi. Ibi.H
Agricolæ Eccleſiæ qui ſint. 391.C
Alexandri Magni benignitas in Hebræos. 500.E
Altare ſuper quo ponebantur animalia, Symbolum fuit Crucis. 378.H| Primum erectum fuit ab Abram. 376.E
Altare Tabernaculi lateritium, quid ſignificauerit. 434.F
Amor Dei in Iacob, & odium in Eſau, quomodo intelligantur. 354.H
Angeli in productione cæli Empyrei comprehenſi. 478.E.F| Nec illorum creatio, alias præceſſit creaturas. Ibidem.
Angelis beatis, duplex ineſt cognitio, matutina & veſpertina. 452.G| Qua ratione facti ſunt concorporei noſtri in Chriſto. 353.D| & 502.G| Cælorũ nomine iure appellati. 482.F
Angeli boni in primo & in ſecundo motu mentis Deo adhæſerunt, mali autem in primo tantum, ſed in ſecundo apoſtatarunt. 482.F
Angeli beati, multa per Eccleſiam edocti. 375.B| Malorum lapſum permiſit Deus, ſed non fecit. 482.G| Illis arcanum incarnationis à Deo reuelatum. 501.A
Angelus teſtamenti & magni conſilij, Iſraeli promittitur & iubetur audiri. 433.A B
Angeli, quomodo reparati ſunt morte Chriſti. 373.C| Cur alas habent apud Iſaiam, quibus volant & velant caput & pedes. à 452.G| vſq; ad 453.C
Angelus, ſacris in literis, quãdoq; Chriſtum ſignificat. 323.A
Anima hominis ex multis ſymbolis, præſefert imaginem Trinitatis. 493.C
Anima Chriſti, quomodo mortua. 379.C
Anima inſpirata fuit à Deo, non de materia educta. 505.A| Et homini largitur eſſe. ibi.D
Animalia, ob peccatum Adæ, ſæua facta ſunt. 493.A B| Et cur ad illũ adducta. 511.B| Illi non peccanti paruiſſet. 496.F
Animalia quatuor ex Daniele expenduntur. à 472.F| vſq; ad 473. per totum.
Animalia in holocauſtum oblata, cuius conditionis eſſe debebant, & quid demonſtrent. 433.C
Animalia quatuor ex Ezechiele, exponuntur. 467.D| Cur plena oculis. 468.E
Animalia ex putri materia, nõ fuerũt in arcã recepta. 492.H
Anima vegetatiuæ, nouem operationes propriæ. 495.C
Animæ viuentis nomine quid intelligatur, cum dicitur producant, &c. animã viuentem. 490.G
Anni primæ ætatis, quot fuere. 345.B
Anni à Chriſto vſque ad iudicium an tot intercedant, quot ab Adam ad diluuium, qui fuerunt 1656. 336.E| Sed conijci, ſciri autem non poſſunt. 337.A
Anni hebdomadarum ſunt ſolares. 459.D
Anni inter mundi exordium, & Chriſtum, quot interceſſerint variæ Cronographorum ſñiæ, & quod fuerunt 4020. 334.F
Annorum tabula iuxta ſcripturam reformanda. 371.B| Illorum varia ſupputatio, ab 369. ad 373. per totum. & multa de his. 431. per totum.
Anni quantitas apud antiquos, diuerſa fuit, & ex quot conſtabat diebus. 333.B C D
Anni dinaſtici, Emboliſmici, Luſtrici, & Biſſextiles. 381.C
Anni iubileici, qua ratione correſpõdẽt annis naturalibus Chriſti. 335.C| Septimus quietis & gratiæ. 341.C
Anni à pollicitationibus factis Abramo, vſque ad exitum de Aegypto 400. connumerantur. 372.F| A captiuitate, ad reditum in Ieruſalem 70. præciſè. 455.C
Antichriſtus, quomodo ſeſe prodiderit, uel nõ prodiderit. 337.D
Antichriſti & Chriſti mira antitheſis. 359.D| 360.E F G| Illo exploſo reſpirabit Eccleſia. 338.G
Apoſtaſia, Antichriſto proxima eſt. 337.C
Apoſtoli, Agni & Oues, Sponſa & Sponſi filij. 402.H| Intus & foris mortificati. 422.G| Nomine Seraphin expreſſi. 453.B C
Apoſtoli & Prophetæ, nubibus cõparati. 375.C| Et etiam Seraphinis quàm optimè. 453.B C| Tribus annis cum dimidio laborarunt in populo Iudæorum. 463.A| Illorum conſenſus in fide & euangelio. 453.B C| & 468.F| Quomodo, ter concinunt Chriſto ſanctus. 453.C
Aqua & manna in deſerto, euangelicæ ſapientiæ umbra fuere. 429.B| Et aqua diluuij, ſacramenti baptiſmi. 368.E
Aqua cur totam non cooperiat terram. 486.F G| Nec idẽ habeat centrum cum ea. Ibidem.
Aquarum nomine homines intelliguntur. 485.D| Et quæ ſub cælo impios, & quæ ſuper cælos electos ſignificant. 487.C
Aquarum omnium una ſphæra. 486.F| Illarum congregationes, quomodo myſticè appellentur maria. 488.G.H
Aquilo, ſedes Sathanæ dicitur. 375.C
Arbor interdicta uel ficus uel ſimilis fuit. 516.G
Arbor ſcientiæ boni, & mali, quid. 508.H. Cur homini interdicta. 507.C| Quomodo & Chriſto interdicta. 510.E
Arbores ſteriles p̃ peccatũ inuectæ ut ſpinæ et tribuli. 490.H
Arca cur non ingreditur Ierico. 344.E| Cur à ſeptem circumgeſtatur ſacerdotibus. Ibi.F| Cur in ſabbato ſepties circumgeſtata, & cur milites illam circumſtabant. Ibi.G H
Arcana Dei, cur ſint hominibus obtecta & Sathanæ, abſcondita. 321.A

Arcus

Arcus Dei, Chriſtus eſt, quo ſuas iacit ſagittas. 374.H
Aries in ſacrificijs, Chriſtum deſignauit. 379.A
Ars eſt recta ratio factibilium. 493.B
Aſinæ pullus viti alligatus, quid ſignificet. 389.C
Aſſuerus alias Cābyſes vel Artaſſerxes, inimicus pietatis, et & eis religiosus. 457.C| Templū readificari vetuit. 460.F
Aſperſio ſanguinis, cōtra tabernaculum, quid ſignificet. 436.G
Aues in ſacrificijs Angelos deſignarunt. 374.E
Aues quinta die creatæ, Prophetarū geſſerunt imaginē. 492.F
Aues duæ in ſacrificio Abrahæ, duas naturas figurauerunt in Chriſto. 379.B| Vel animam, & corpus eiuſdem. ibi.C
Aues infeſtantes ſacrificata cadauera ab Abram, dæmones ſignauere. 379.D
Auguſtini ſnīa de paruulis decedentibus, ſine baptiſmo. 470.F

B

BABYLON tandem excidenda. 454. H| Sed quæ nā Babylon myſtice, funditus euertenda. 448.E F
Balami propheta diſcutitur. à 437.C| vſq. ad 443. A| Illius maledictio impeditur à Deo. 437.B C
Baptiſmus conſtitutus eſt per verbum Chriſti. 304. E| In noīe eius collatus, cur idem habetur, cum collato in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. 453.A B| & 501.B| Illius vis & efficacia. 446.H
Benedictio Dei, ab homine non poteſt in maledictionem conuerti. 438 F| Immo ipſius benedicere eſt benefacere. 491.A
Benedictione repletus eſt mundus per Chriſtum: ſed in fine complenda. 408 G| Quando & Iſrael illam conſequetur. 410.F
Benedictio aīaliū munus eſt fœcunditatis. 491.A| & 499.A
Benedictio, qua Iacob benedixit Iſaac, eſt qua Deus benedixit gentes in Chriſto. 408.G| & 409.A B
Biblioteca inſignis prope templum conſtructa. 454.G
Binarius infamis habitus à nonnullis ſed iniuria. 485.A
Biſſextus Cæſaris, vſq. ad Auguſtum malé ſeruatus. 333.B
Bonum quid ſit & eius conditiones. 481.B| Idem eſt, quod perfectum. 485.B

C

CALCANEVM in corpore naturali, & in corpore Chriſti myſtico quid ſit. 348.E F
Cambyſes religionis hoſtis. 457.D| Quot annis regnauit. 499.D
Caimus deridens Neemum dormientem, Iudæorum, Chriſtum in Cruce ridentium typus fuit. 352.E
Caini interfectores, ideſt populi Iudaici, quomodo ſeptempliciter ſint puniti. 359.C
Caini, & Abelis hiſtoria, et miraq̄ cōtinet ſacramēta. 350.H
Chanaam cuius typum gerebat. 377.B
Caro noſtra ex peccato ſenſibus obducta. 366.G
Caro Chriſti, nubibus aſſimilatur. 323.C
Carnis effrenitas in peccatum, & vis naturæ. 509.A
Carnalium hominum falſa, exiſtimatio. 360.E| Et varia excuſatio. 519.D
Cœli ſupremi, fuerunt primo die producti, inferiores ſecūdo extenſi. 503.G
Cœlum ſydereum totum vnum corpus cum reliquis, iuxta aliquos. 481.A| Tectum non ineptè vocatur, cum ſit ſuper omnes. 440.E
Cœli quando verè diſtillauerunt manna. 504.G
Cœlum tertiū ad quod raptus eſt Paulus fuit Empyreū. 324.H| Illius proprietates. 438.G
Cœlorum & terræ nomine extrema tanguntur vniuerſi, & nū vnum vel plures creati ſint in principio. 477.A| & 597.C
Centrum terræ, centrū eſt mundi, aquarū verò aliud. 486.F G.
Cherubini & flammeus gladius, ad quid poſiti ad cuſtodiam uiæ, ligni uitæ. 518.E F
Chriſtus, uerum ſacrificium, ac uera hoſtia fuit. 360.E F| Naturalis & myſticus multis ſymbolis adumbratus. 329.C
Chriſtus & Antichriſtus, quomodo ſint fratres. 359. D| Ille Deiparæ ſemen, hic Sathanæ. 447.D
Chriſtus naſcitur in Domo Leuì. 422.F
Chriſtus illuſtrior fuit in cruce, quám alibi. 397.C| Illius celſitudo, tum ut Deus, tum ut homo. 325.C
Chriſtus, ſemper nouus eſt, & membra eius ſemper in nouitate degunt. 340.G
Chriſtus arcus & Iris & pulchrè exponitur. 374. G.H| 375. per totum| Requies & iuſtitia omnium. 366.F
Chriſtus, nunquam fomitem habuit, tamē ei interdicitur arbor ſub mortis interminatione. 510.F
Chriſtus non in ſe ſeneſcit, ſed in nobis. 405. B C| Leoni aſſimilatur. 387.D
Chriſtus Euangelizatus fuit ab Iſaia, quum eum de Virgine naſciturum prædixit. 451.B
Chriſtus pro Angelis & hominibus oblatus, ſed alia & alia ratione. 373.C| & 374.E| Spiritu ſancto delibutus ut eſſet ſanctus ſanctorum. 461.D| 443.C| Vitulo optimè adumbratus. 433.C| Modo Sol, modo Stella nuncupatus. 440. H| Factus pars uniuerſi, ex tempore. 466.G H| Non tamen, totus poteſt dici ſimpliciter creatus. 501.D
Chriſtus, quomodo ſe obtulit porta tabernaculi. 434. E| Et regnum adeptus eſt per paſſionem. 441. B
Chriſtus, arctam tabernaculi portam, amplam reddidit, & ſe oſtiarium fecit. 434.F| Cui multiplex locus aſſignari poteſt peculiaris. 324.F
Chriſtus, quomodo ſit ſacrificatus ad latus dextrum altaris tabernaculi. 434.G| Et quō occiſus ab initio mundi. 350.E
Chriſtus, quomodo fructus terræ & puluis. 506.F
Chriſtus, biſariā in lege cōtinetur, ut mediator et caput. 329.B| Cur filius dilectionis dicitur. 417.C
Chriſti natiuitatis locus, á Michæa Euangelizatur in quarta mundi ætate. Illius fuga in Aegyptum ab Oſea. miracula ab Iſaia, paſſiones & flagella á Dauide. 451. A B| Illius fauor pro nobis apud patrē. 375.D| A quibus oneribus erat homines redempturus. 365.C
Chriſtus quotidie patitur. 373.B| 514.G| Illius ſanguis magis clamat quám ſanguis Abelis. 362.E| Sicut in Dauide, ita & in Iuda notatus. 387.B| Pater omnium electorum, ſicut Adam, omnium hominum. 392.E| Per paſſionem, regnum adeptus. 441.B| Illius cum Eccleſia unamet imbecillitas, unamet fortitudo. 514. F| Leoni, Sampſoni, Dauidi aſſimilatus. 513.D
Chriſti faciem uidere, quid. 326.H| 327 A| Et ipſe cur dicitur facies Dei. 501 B| Et facies anima Chriſti dicitur. 506.F
Chriſti carne, caro noſtra mūdata eſt. 366.G H| Ipſe baptizat, & Eccleſia lauat. 512.F
Chriſti cōceptio, quoto anno fuerit facta ab urbe cōdita. 458.H| 459.A B| Mira corporis eius formatio. 506.E| Officium illius apud patrem. 349.D
Chriſtus quomodo reliquit patrem & matrem, ut adhæreret Eccleſiæ. 515.B
Chriſti iuſtitia ultrix & ſaluās. 366.E| Per illum auctus electorum numerus. 385.D| & 417.B
Chriſtus ut mediator, & ut caput, in lege multipliciter adumbratus. 329.C D| Illius ſacramenta in ſex dierum operibus congeſta. ibidem| Prædicare cœpit, annum natus ferè trigeſimū à cōceptione. 334.G| Illius beneficio in meliorem ſortē ſumus euecti. 342.H| Merito nō eſt paſſus in angulo. 361.D|

Illius

illius reſurrectio, pondus humanę ſalutis. 363.A

Christus Dei imago præſertim poſt reſurrectionem. 363. B| In Cælum aſſumptus, auxit dilectionem in beatis. 373.D| illius oculi pulchriores vino, rubicundiores ebore. 390.G

Christus gigas & puer. 422. H| Cur dicitur filius dilectionis. 417.C| Ipſe iuſtitia noſtra. 461.C

Christus licet in natiuitate regnum acceperit &c. nō niſi tamē poſt reſurrectionem: illius poſſeſsionem ſumpſit. 472.E F| extrema illius imbecillitas. 514 E

Christus caput Eccleſiæ in vtroq; illius ſtatu. 438. E| Et pars vniuerſi factus eſt. 466.G| Ad quid poſitus in Eccleſia à Deo. 509.C

Christi locus peculiaris & pacificus. 324 F G| Actiua & cōtemplatiua vita in illo. 506.F G

Christi principatus, principatui reſpondet Adami. 501.B C

Christi aduentu. perfecti facti ſunt cæli i. Angeli. 502.H| Eccleſia illuſtrata & iuſtificata. 466.H

Cibus prothoparentibus & poſteris aſsignatus à Deo. 496.H

Cinis vitulę aſperſus, Euangelium eſt, per totum orbem vulgatum. 437.B

Circuncisionis typus, baptiſmi nr̄i figura excutitur. 393.D| Et vtriuſq; conuenientia. 394.E F| Cur in membro fiebat virili, & cur Abramo credita. ibid.E

Cineres vitulæ ſeruati, pro aqua luſtrali quid ſignificēt. 437.A

Cæli qui & quot prima die producti. 477.A| Etiam ignis et ether, cæli appellati ſunt. ibi. B| Et interiores quomodo prima die, ibi.D| quomodo ſolidiores ęre dicantur. 481.A

Cælibatus in mundi exordio importunus, non tamen illi detrahitur. 510.H

Cognomina Principum quandoq; magis illuſtria, quàm nomina. 458.F G

Cognitio dum hic ſumus fit aſsimilatione, non autem in patria cognitio Dei. 494.G

Computatio annorum ſcrupulis plena. 372.E

Conciliorum legitimorum conſtantia. 399.A

Concio quarta Dei, in deſerto, typica tamen. 435.A

Concio de Chriſto inuocando, in nomine Iehouah. 349.B

Concio prima Dei in deſerto ad populum Iudæorum. 432. F

Concio Dei in deſerto ſecunda. 433.A| Et concio in pænam lata ſerpentis, & eius interpretatio. 347.B

Concio tertia Dei in deſerto, ſed typica. 433.C

Concio Iacobi, in benedictione Iudę. 387.A

Concio quinta Dei in Deſerto, pariter ſymbolica. 436.E

Cōcio ſexta, ſeptīa, & octaua, quas habuit Deus, ponimē. 437. B

Concio de Chriſto omnium iudice. 350.G

Concio prima Abrahę facta expenditur. 376.H

Conciones Dei, Abrami tēpore factę, & exacte diſcuſſę. 370.E

Contemplatio rectè fieri nequit, niſi fuerit ope charitatis adiuta. 415.A

Contemplationis gradus, quibus datur Chriſtum agnoſci, varij ſunt, quibus inſigniter donati Paulus & Moſes. 326.E

Contēplationis comites. 413. B|Nec multa eſt fœcūditatis. ibi.C

Contemplatio & actio Chriſtianæ ſapientię, quomodo, ſeptennio ſeruitutis acquiritur. 414.H

Conuertere corda patrum in filios, & filiorum in patres quid ſit. 467.A B

Corpus Chriſti naturale, & myſticum, templum Dei. 452.F

Corpus Chriſti mirè formatum. 506. E| Myſticum multis ſymbolis congruit corpori naturali. 335. B

Corpus noſtrum ad inſtar Arcæ Tabernaculi & templi Salomonis. 495.C

Corpus humanum ſimulachrum eſt mundi. 495.A|& ſeq.

Coſta Adami an ſuperflua fuerit. 511.A

Creatio quomodo ſit vel non ſit æterna in Deo. 475.D|et 476.E| Cur illi attributa ſub nomine Elhoim, & non alio. 476.F G| Et quomodo ſit opus infinitę virtutis. Ibid. H

Creata ſunt omnia ſimul, ſed non perfectè extenſa. 477.C| Etiā Angeli. Ibid.D| Et quomodo ſimul. 331.B

Creare quid ſit propriè. 477.A| Et quid quandoq;. 491.A

Crux Chriſti, vniuerſum orbem illuſtriſsimum reddidit. 452.E| Semper euangelium comitatur. 397.C

Crux Chriſti multis typis adumbrata. 384. F| In ea gaudent electi. ibi.G

Cyrus Rex Perſarum regnat annos 30. & à Thamiri occiditur. 457.C| Humani ſanguinis ſitientiſsimus. ibidē| Mandat templum readificari. 456.G H

D

DANIELIS prophetia de hebdomadibus, declaratur, ab 460.H|vſq; ad 463.D

Darius quomodo regnum obtinuit. 457.C

Deambulatio Dei, hortū perambulantis, et vox eius quid 518.F

Dei nomen plurale, ſacroſanctam refert trinitatem. 475.A

Dei conciones Iſaacco, & Iacobo. 386.F

Dei eſſentiam an viderint Paulus & Moſes. 327.A

Dei conſilium de aſſumenda tum natura, tum carne humana. 342.G

Dei multa nomina, ſed pręcipuum Tetragrāmatō. 349. B| Quod maximè conuenit Ieſu, vna locupletatum litera. Ibi.C| Illius dicere duplex, internum & externum. 480.G

Deus quo pacto ad noſtras operationes concurrat. 355. A B| In quibus ſacramentis voluit potiſsimum contineri. 375. A| Omnia copulat, & omnibus copulatur. 422.E

Deo maximè conuenit eſſe conſtantem & firmum. 438. H| Condendo tamen naturā non ſubdit, natura legibus. 479.C| Nec eius opera, ad regulas arctanda philoſophia. 477.D

Dei concio ad Abramum, pro immolatione filij. 382.H| Ipſius beneplacitum in productione mundi. 331. C| Illum ſeptimo die compleſſe opus ſuum, quid ſit. 498.E

Deus, in Prothoplaſte adumbratur. 352.D| Cur furorum tardus. 326.G

Deum ſuſcitare Chriſtum, & Chriſtum ſe ipſum ſuſcitare non contradicit. 388.G

Deus ī prima rerū creatione, nō ſeruauit ordinē naturę. 498.G

Dei concio, & fœdus, cum Noemo. 374.F

Dei concio expenditur de ſemine mulieris. 347.C| Illius et Chriſti in nos mira charitas. 342.F

De ortu Seth, & q̄ per ipſum adūbrata ſunt ſacramēta. 362.A

Deſertum, per quod ambulauerunt Hebrai, paſsiones crucis ſunt. 429.B

Deſperatio fideli neceſſaria quę ſit. 363.D

Deus cur mundando non ſemper mundet. 326.G

Diem iudicij, nec ſcripturæ teſtimonio, nec ratione humana ſcire poſſumus. 335.A B

Dies & anni quos præſtat ad memoriam reuocare. 490.F

Dies Sabbati, cur commutatus in Dominicam. 499.C

Dies in ſacris literis quandoque pro tempore ponitur. 331.C

Dies, in creatione, num à veſpera, vel à mane inceperit. 481.C

Die quarta, quid factum ſit. 488.H

Die ſecunda, quid actū ſit, et cur de ea ſola nō ſit ſcriptum, vidit Deus, etc. nec illi benedixerit. 484.H|et 485.A|& 486.E

Difficultates circa tempus à licētia ędificandi templi ad Chriſti conceptionem. 459.C D

Difficultates in ſupputatione ſextę ætatis nō vulgares. 454.G| & ſequenti.

Diffidentia

Diffidentia ſui maximè Deo placet. 350.F

Diluuij aqua, & ignis iudicij, proportionale ſymbolum habent. 335.D

Diluuium quot anni praeceſſerunt à translatione Enoch. 364.H.

Diluuium nocuit terra, & ob cataclyſmum à primaeua diſpoſitione deſtituta fuit. 487.B| *Et imaginem habet conflagrationis poſtrema.* 335.D

Diſcrimen inter cauſam, rationem cauſandi & conditionem ſine qua non. 354.G

Doctrina Chriſti niſi ſit admixta fides, ad ſalutem non prodeſt. 321.C.

Domus Dei quid ſit. 452.E

Ducatus de Iuda, vſque ad Machabaeos durauit. 388.H

E

ECCLESIA, in Raab nuncios Ioſue excipiente, expreſſa eſt. 447.A

Eccleſia, à Chriſto plantata tanquã vitis. 391. A| *Illius ortus et deſpõſatio.* 402.E| *Tota ſpectbat ad ſemẽ Abrami.* 378.E| *Sponſa Chriſti & Dei filia.* 403.A| *Cui ſpecialiter illuſtranda redimenda &c. venit Chriſtus.* 466.H

Eccleſia, terra fœcunda dicitur, Synagoga vero ſterilis. 362.F

Eccleſia, quomodo ex coſta Chriſti formata. 513.C

Eccleſiam qui fideles illam conſtituãt abſolutè. 401.D| *Etiam ex barbaris ſacroſancta.* 424.E

Eccleſia, cur aedificata ex imbecillitate Chriſti, non ex fortitudine tantùm. 514.E

Eccleſia ex gentibus quomodo nigra. 424.E & F

Eccleſia militans nonnulla triumphantis imago. 439.D| & 440.E| *Illius exultatio adducto Chriſto.* 466.F| *Paradiſi typus, multis alijs adumbrati.* 508.E| *Quod traxit a Chriſto, manet in ea vt fundamentum, quod proficit, conſurgit in ędificium.* 514.F| *Quomodo ex vno oſſe & ex portione carnis Chriſti ſit aedificata.* 514.E| *Illius fortitudo ex parte ſpiritus, & imbecillitas ex parte carnis.* ibid. H| *Cuius amore Chriſtus reliquit patrem & matrem.* 515.B

Eccleſia poſt reſurrectionẽ Chriſti, Virago dici meruit. 515.B C

Eccleſia cenſura in omnibus eſt amplexanda. 332.E

Effrenitas peccati, & vis natura in carne. 509.A

Electis Dei, munus Chriſti, nunquam fuit pœnitus occultatum. 328.D| & 329.A.

Electis ſeruiunt omnia. 409.A| *In illis eſt verus Dei cultus.* 439.B| *Ad imitationem Chriſti reſuſcitandi.* ibi.D

Electorum numerus per Chriſtum ampliatus. 385.D| & 386.E

Electi filij legitimi et reprobi velut ſpurij. 353.A| *Vtriq; a Deo, ſed non vno modo.* 352.F| *Quomodo illorum numero ſit additio.* 353.D| *Cur ouibus comparati.* 357.B| *Ad proſapiam pertinent Chriſti.* 363.B| *Tres illorum ordines in Eccleſia.* 367.A| *Illos nõ permittit Deus tentari ſupra vires.* 379.D| *Stellis & arenis comparati.* 386.E| *Quid tandem offerunt Deo.* 393.B

Electi lapidibus precioſis, notati. 445.B| *Illorum reſuſcitatio ad imitationem Chriſti.* 439.D| *Externis notis, quandoq; manifeſtãtur à Deo.* 484.E| *In duas claſſes diſtincti Angelorum & hominum.* 502.H| *In duas diuiſi partes dum hic degunt.* 508.F

Elia oraculum de duratione mundi. 336.F

Enoch, & Elias, num viui ſint: & an Elias ſit in Paradiſo terreſtri. 488.E F

Enos figura gentium fuit. 364.F

Eſau, populus eſt Iſraeliticus, Iacob verò gentilem deſignat. 404.F & H

Eſau, in benedictione praeuentus à Iacob, Hebręus eſt populus, a Gentili in fide praeuentus. 409.C

Etas in primis Patribus ad generandum apta. 347.A

Etas mundi quinta, ex quadringentis, & octo annis conſtituta. 448.G

Etas ſeptima perpetui iubilei. 503.B| *Merito tempori aſſignata eſt gratia.* 340.H| *Quarta iuuentae reſpondet hominis myſtici.* 432.F

Etas ſexta mundi, quot cõplexa eſt annos. à 454.E| *vſq; ad* 465

Etates ſeptem hominis myſtici, quae ſint, & adumbrantur in multis. 340.G H| 341.A B C

Etates mundi, quot, earũq; periodi: Patrũ varia ſentẽtia. 339.B

Eua, quomodo ſexta, & ſeptima die ſit facta. 498.F

Euangelium Chriſti, fons eſt Iacob. 411.C| *Quãdo deuolutum ad gentes.* 381.A

Euangelium, per quos, quibus verbis, & typis, ſit in quinta aetate vulgatum. 451.A| *Ad gentes iure eſt deuolutũ.* 418.H| *Ad Iudaeos reuerſurum.* 412.E| & 410.G

Euangelium fœlix nunciũ. 342.F| *Sine quo nulla ſalus.* 406.F| *Qua in ſcripturis illius potiſſimum nomen obtineãt.* 343.A

Euangelium, in qualibet eſt promulgatum aetate. 343.C| *Et in hac aetate acceſſit ad Antipodas.* 423.B| *Illius profectus.* 447.B

Euangelium in quinta mundi aetàte, quomodo, & quibus typis promulgatum. 451.C. & ſeq.

Euangelium a quibus in ſecunda ętate fuerit praedicatũ. 365.C

Euangelium Lucae, in Chriſti Genealogia, num deficiat. 369.C

Euangelium in prima aetate, quomodo ſit manifeſtatũ. 347.A| *Et qua parte detectum.* 349.A

Euangelium quomodo ſit in quarta aetate promulgatum. 432.F

Euangelici excutiuntur typi, qui in ſexta inſtituti erant mundi aetate. 467.C

Euangeliſta quatuor, in quatuor Ezechielis animalibus adumbrati: & cur pleni oculis. 466.C D| & 467.per totum.

Euſebius ſibimet inconſtans, in ſupputandis annis. 456.H| *Difficultates quę ex illo ſunt, ſoluuntur.* 457.C

Exploratores à Ioſue miſſi, Apoſtolorũ vmbra fuerũt. 446.H

Exploratores Ioſue, montana petentes, progreſſum verbi Dei expreſſerunt. 447.B

Ezechielis animalia Typica declarãtur. 467. & 468.per totũ.

Ezechielis vaticinium de oſſibus. 469. & 470.per totum.

F

FACERE in ſcripturis nonnunquam eſt offerre. 357.A *Faciẽ Chriſti videre quid ſit.* 326.D| & 327.A| *Ad cuius contemplationem, nõ niſi per tribulationes peruenitur.* ibi. B

Facies nobiliſſima pars hominis. 327.A

Facies noĩe quid, cũ dicitur, inſpirauit in faciem eius. 506.F G

Facta in Chriſto, tribus rationibus dicuntur valde bona. 502.G

Famulus Abrahae, Ioan. Bapt. fuit figura. 401.A| & ſeq.

Filiorum generationis, quo ordinem intendendum. 498.G

Fideles quo pacto laudent Chriſtum frequenter. 387.C. *Quo ſperant ſunt in duplici ordine.* 445.D

Fideles Chriſti inſident humeris. 444.E| *Omnia ſpernere propter ipſum debent.* 364.E| *Illi ſoli fidere.* Ibi.| *Qua illis deſperõ neceſſaria.* 364.E| *In Chr̃o ſperãt, de ſe deſperãt.* Ibi. F

Fideles plantis aſſimilati. 508.E

Fides ſine gratia, non eſt Deo accepta. 489.C| *Eadem, in praecedentibus & ſequentibus Chriſtum.* 378.H

Fides & gratia, quomodo ſint dona communia. 355.C

Firmamenti nomine in creatione mundi, quid. 484.F| *Quid myſticè & arcanè ſignificet.* 485.C

Flagitia hominum primae aetatis. 483.A B

Fluuius ex horto dimanans quid, & de illo indiſſoluta quaeſtio.

ſtlio.507.C| Quid myſtice ſignificet. 409.B
Fons Iacob, Euangelium Chriſti eſt. 411.C
Fratres Iacob, qui ſint.387.B C| Et qui verè noſtri. 377.A
Furnus ardens ab Abramo per quietem viſus, quid. 380.G

G

GENTILES *ante euangelium, non cognoſcebant ſe eſſe homines. 363.C| In primogenitum Dei tranſlati ſunt.* 405.A.427.C
Gentes per euangelium adoptauerunt ſibi Chriſtum. 422.H| Vana & ante & poſt conuerſionem.352.E| Multa paſſa ob inuidiam Iudæorum. 358.H
Gentes deſignantur in filio prodigo iuniori. 363.D
*Gladius & ignis in ſacrificio Abrami, quid protēderit.*384.H
Gratia non tollit naturam, ſed malos affectus.404.G| Et illā perficit.503.A| Sine illa nemo non ſuccumbit in præſenti pugna. 514.H
Gratia, gratis data, etiam peccatori conceditur. 322.E
Græcorum opinio de duratione primæ ætatis. 345.D
Græca interpretatio quæ habetur, qualis ſit. 346.G

H

HABITVS, *& priuatio, diuerſa ratione ſe præcedunt, & ſequuntur.* 479.C
Hæreticorum mores & ingenium.419.C| Occiſores magis ſui quàm aliorum. Ibi.A| Variæ illorum ſectæ. Ibi.D
Hæreſes vnde ortę. 398.F
Hæretici Euangelij peruerſores, & falſi Prophetæ. 419.C
Hoſtia Deo accepta, quæ ſint. 433.A
Hebdomada vltima, quando incœpit. 462.H
Hebdomadæ, quando incœperunt: & quādo ſortitæ ſunt finem. 460.E F G H
Hebdomadæ cur à Daniele in tres diſtinctę ſint partes. 463.C
Hebdomadarum anni, num fuerint ſolares, an Lunares. 459.D
Hebdomadarum Danielis arcanum diſcutitur.461.A| & ſeq. Quando finis illarum accipiendus. 460.G| Cur à Daniele in tres partes diuiſæ ſint. 463.C D| & 464.E
Hebræorum nomen ab Heber deriuatum.376.H| Illorum faſtus & ſupercilium. 352.F
Hebræi ſpolijs Aegyptiorum ditati, ſunt ſaluati per Chriſtum, ſpiritualibus donis præditi. 429.A| Quando conuertendi ad Chriſtum, & quid ſonus in illorum conuerſione præſagiat. 470.H
Henoch adumbrauit Chriſtum. 364.F
Heſter hiſtorię tempus. 463.D| & 499.D
Hœdus in ſcripturis, vmbram retinet Chriſti. 407.B
Holocauſtum, ſacrificij Chriſti figura extitit. 433.C
Homo factus fuit à Deo in ſtatu virili.487.A| Sibi eſt hoſtis capitalis. 364.E
Homo, quomodo mūdum repræſentet.494.H| Cur minor mundus dicatur. 494.G H| & ſeq.
Homine non peccante animalia non fuiſſent ſæua. 493.C| Ipſius & noſtra miſerāda conditio, poſt culpā admiſſam. 512.F
Homo cur bis dicitur, factus ad imaginem Dei. 496.G
Homo internus ſecundum imaginem, externus ſecundùm ſimilitudinem &c.493.C| Et externus non ſimilitudo ſed velut ſimilitudo. 494.F
Homo natura, arbor nuncupatur inuerſa.323.A| Et iure dicitur puluis & cinis. 505.A
Homo myſticus & naturalis, ſuas habet ætates ſed nō ſeneſcit: & quæ illius periodi. 340.F G
Homo externus iuxta Pytag. mundi ſymbolum: & pulchre declaratur.495.A B C D| In illo omnes motiones. 496.E
Hortus voluptatis tertia die a Deo productus. 487.A
Hortus delitiarum quis nam verè, & quis cultor eius. 504.H
Hortus voluptatis fuit, vbi terra nunc eſt promiſſionis. 487.D| poſt peccatum non fuit neceſſarius, ideo deletus. 488.E
Hoſtię Deo accepta, quæ ſint. 433.A

I

IACOB *lenitas, humilitas eſt Gentiliū.*404.H| et 407.A
*Iacob, et Eſau hiſtoria in omnibus explicatur.*404.F| et ſeq.
Iacob, & filiorum eius matrimonium, tractatur. 405.A
Iacob, hœdum offerens patri pro Eſau, quid. 407.D| & 408.E
Iacob Euangelizauit Iudæ in benedictione. 387.A
Iacob verba ad Iudā, de Chriſto exponūtur. â 387.B ad 390.H| *Illius lucta cum Angelo, a quo benedicitur, quid ſignificet.* 416.F| *Illius receſſus a Labano & eo inſalutato, exponitur.*425.B| *Illius ſeruitus pro Rachele, quid ſignificet iuxta Auguſtinum.* 414.H
Idiomata quando communia Deo & homini Chriſto, & quando propria. 385.B
Iehouah, nomen proprijſſimum Deo, variè expreſſum, 505.C D
Ieremiæ prophetia, de Rachel plorante, & de nouo fœdere cum domo Iacob, exponitur, et de Eccleſia latitudine, figurata in turri Ananehel. 464.H| & 465.A B C
Ierichò figura mundi huius.446.H| Figurat & regnum peccati, funditus tandem euertendum. 343.D|344.E|448.E
Ieruſalem ſubuerſio a Daniele prædicta.462.F G| Ad finem vſque ſæculi duratura. Ibidem| & 463.C| Facta per Titum & Veſpaſianum. 462.G
Ignis, Deo maximè congruit.323.A| In rubo, diuinitatem in humanitate figurauit. Ibi.B
Ignis quo pacto locum habuit in ſacrificio Chriſti. 360.G| *Et in ſacrificio vitula pro inuidia vel charitate accipi poteſt.* 436.H
Imaginis ratio, tantū verbo conuenit in diuinis, et quare. 501.A
Ilice mambrè, Crux Chriſti expreſſa. 395.A
In, præpoſitio, apud Hebræos idem, quod per. 478.H
Indulget Deus malis propter bonos, et filijs ꝓpter patres. 489.D
Incarnatio Verbi facta tempore opportuno. 340.H
Indumentum ex pellibus, primis parentibus à Deo datum quomodo ſit factum. 518.E
Iniquitas mundo, quoddam adiecit hominum genus. 441.D
*In Principio, ꝑticula primi Gen. quadrupliciter exponit.*478.G
Intellectus facies eſt animæ, ex quo eius illucet vis, & eſt duplex, practicus & ſpeculatiuus.483.A| Et vterque tenebroſus in hominibus primæ ætatis. Ibid.B
Ioannis vita & officium. 401.A| Illius collatio cum ſeruo Abrami.402.H| Illius prædicatio. 403.D. *Illius ſtudiū in ſpiritu Elię.* 467.B
Ioſue, Arcę, ac Ierichò typi exercentur. 343.D|344.E F G H
Ioſue quædam facta typica exponuntur. 446.F
Ioſeph, fuit typus Chriſti, in omnibus. â 416.G. vſque ad 421.B
*Ioſeph fictio ī ſupputādis annis et multiplicādis regibus.*456.E
Ioſue, quot annos præfuerit Hebræorum populo, non eſt omnino certum.429.D| Saluatoris fuit imago. 446.F
Ira Dei, non ſe extendit niſi ad quartam generationem. 362.H
Iris in nubibus, Chriſtum ſignauit. 374.G H|375.A B
Iridis colores, quomodo fuerint in Chriſto. 375.A
Iſaac ſacrificandus figura extitit Chriſti. 383.C
Iſaac verba ad Eſau, ad venandū miſſum, explicant. 406.F G
Iſaac ob amorem Rebeccæ, obitum obliuiſcitur matris, & quid ſibi vult hoc. 403.D.404.E
Iſaacci peregrinatio, laborum Chriſti ſignum fuit. 381.A B.
Iſaac ex promiſſione natus, populus eſt Euangelicus, ex libera coniuge ortus. 399.D

Iſaac matrimonium, & eius typus tractatur. 400.F
Iſaac ſacrificium, miſticè declaratur. 383.C D| et 384. per totū.
Iſmael ex Agar & Abrano natus, Hebræorum eſt populus, ſecundum carnem natus non ex promiſſione. 399.C
Iſraelitæ quot fuere annis in Aegypto ſeruientes. 371.B
Iubileum legis, typus extitit iubilei gratiæ. 335.A
Iudas Scariothis quomodo fuit vir pacis. 441.A
Iudæorum faſtus & ſupercilium. 352.F
Iudæi, maledictū Caim ſunt aſſequuti. 362.F| *Nihil illis proſunt Neomeniæ, & ſolemnitates.* Ibi. G| *Qui tandem ſaluandi ex illis.* 446.G
Iudæi poſſunt à Chriſtianis occidi, hoc tamen prohibet Deus. 362.G| *Cur modo derelicti.* 420.G
Iudæi, quomodo proſunt fidelibus. 359. C| *Quomodo peccatum illis cubet in foribus.* 359.C| *Illorū inuidia in gētes.* 357.C| *In illos quandoq; blandè, quandoq; duri.* 358.F| *Propria excæcati malitia.* 396.F| *Illorum in Chriſtum odium & ſæuitia.* 418.G| *De notitia Dei ſuperciloſi.* 424.H| & 425.A| *Oſſibus aridis comparati.* 470.G
Iudices, & rectores Hebræi populi in quarta ætate quot fuerint. 429.D| & 430. per totum.
Iudith factum quo tempore contigerit. 457.C
Iudicium extremum ex quibus coniectari poteſt. 337.B C D
Iudicium mundi, de electis. 434.G
Iupiter, quintę præfuit diei, & quid ex hoc. 491.B

L

L*APIS lydius cenſura Eccleſiæ.* 322.E
Lapis in ſcripturis Chriſtū ſignificat. 386.G H| et 387. A| *Exciſus de monte ſine manibus typum Chriſti geſſit.* 472.E
Legem fuiſſe in manu mediatoris, exponitur. 322.G| *Illius & ſacerdotij vinculum indiſſolubile.* 322.F
Legis Chriſti pſtātia, reſpectu legis naturæ & Moſaicæ. 378.G
Legitimorum & ſpuriorum diſcrimen. 354.E| *Definitio ſalutis conſequendę ab eis.* Ibi.F
Leuari in ſcripturis eſt peccatum dimitti. 351.B| & 358.E
Lex vetus in famulis, & aſino Abrahæ adumbrata fuit, & quomodo. 384.H
Lex pcepta negatiua. 365. *affirmatiua.* 248. *cōtinebat.* 327.D| *Quo ad mores nunquam antiquata.* 410.E
Lex, bis mille annis duratura erat, vaticinio Heliæ. 361.A
Lex, Euangelio promulgato lethalis effecta eſt. 358.G
Lex à nullo patrum impleta eſt ſine gratia, & ſine fide. 410.E| *Sed à ſolo Chriſto vſq; ad apicem.* 370.G
Lex, de Patre legali ante Moſen fuit in vſu. 369.D
Lex Moſis, non Moſis eſt ſed Dei. 322.H| *In qua potiſſimum Chriſtus reconditus.* 329.B| *Quomodo ordinata per Angelos.* 322.F| *Quo pacto deleuit legem naturæ.* 336.F| *Herbis cultura fructificantibus comparata, ſicut lex noua, fructiferis plantis.* 502.F
Lex ſpiritus vitæ quæ ſit. 354. F| *Nunquam defuit uniuerſo ſicut nec euangelium.* 399.B| *Scripta in cordibus non in tabulis.* 465.B
Lia domi reſidens actiuę uitæ officium exprimit. 414.G H
Liæ filij, numero ſex, actiones uitæ actiuę ſunt. 412.G
Liæ famula, quid deſignet, ex qua nati ſūt duo filij Iacob. 413.A
Lignum uitæ in terreſtri Paradiſo, quid myſtice. 408.G| *Qua ratione ſenio conſuleret.* 507.B
Lignorū ſtrues ī holocauſto, patibulū exprimebat crucis. 435.A
Literę ſacræ omnibus expoſitæ & ſi non omnibus utiles. 502.F
Leo in ſcripturis propter generoſitatem & alia, ſymbolum eſt Ieſu Chriſti. 387.D| 440.F
Locare filiam nuptui, ad patrem, naturaliter ſpectat. 512.E
Locus Chriſti pacificus, ſolitarius, deſertus. 324.G| *In quo cū electis delitiatur.* Ibi.H
Locutio Dei, interna, & externa eſſe poteſt. 480.G
Lot è Sodomis erutus, fidelium turbam ſignat. 394.F
Loti hiſtoria ad Chriſtum pulcherrimè applicata. à 394. G| uſq; ad 398.F
Lot filias vinum propinaſſe patri non in Segor, ſed in monte, non uacat myſterio. 397.B
Lot uxor in ſtatuam ſalis conuerſa, quid. 396.H
Lot filiæ, cū patre ebrie cōcūbētes, cuius figurā geſſerint. 397.A
Lucis à tenebris diuiſio, quid ſit ad literā. 481.B| *Et quid iuxta arcanum.* 484.E
Lucis corporalis, mira uirtus. 480.H| *Illi per ſe ipſum Deus nomen impoſuit.* 481.C
Ludi ſeu delitiæ Chriſti cum electis. 416.F
Luminaria in quarta die creata, unde lucem ſunt conſequuta: & in quos uſus. 489.A
Luminaria in quarta mundi ætate, Moſes & Aaron extiterunt. 489.D
Lumen cœli, influentias cœleſtes immittit ad nos. 489.A
Lumen mentis noſtræ, per peccatum tenebroſum. 331.D
Luna, domina fuit ſecundę diei: & figurā gerit Eccleſiæ. 485.C
Luna, quando nam, maximè ſplendet. 428.E
Lux in primo Die, Regenerationis iuſtitia, fides, & gratia fuit. 483.C.D
Lux à Deo in prima die creata, utrū extiterit ſolis, uel ab ea diſtincta. 480.H
Lux Saluatoris maximè in ſexta ætate emicuit. 500.G

M

M*AGORVM fraudes, umbra fuerunt fraudum Iudaicarum.* à 425.C| ad 427.D
Malè acta ortum habent in tenebris & finem in luce. 484.E
Mali etiam bonis proſunt. 500.H
Malachię prophetia de utroq; aduētu Chriſti declarat. 467.A
Manna in deſerto, euangelium figurauit. 429.B
Mare, mundi figuram gerit. 491.D
Mars præfuit tertiæ diei, & quid ex hoc ſit ſequutum. 487.B
Matrimoniū inter Adā & Euā, ſeptimo factū eſt die. 498.E
Matrimonium, à cohabitatione parentum, non à reuerentia, eorum filios ſubmouet. 343.B
Mediator quis, in cuius manu lex ordinata eſt. 322.G
Megaſtenes perſa, in ſupputatione annorum, diſſentit, à ſcriptura ſacra. 456 E
Melchiſedec, quomodo figura fuit Chriſti. 392.G
Membra Chriſti, deiecta & contempta. 506.E
Mens, non trahitur ex potentia materia. 496. G| *Trinitatis ſymbolum.* 494.E| *Deforis uenit, euocanda in reſurrectione, à quatuor plagis.* 471.A| *Illius eleuatio in qua noſcimus, an ſimus in corpore.* 325.A
Mercurius diei quartæ præfuit: & eſt Planeta facūdus. 489.B
Miracula Chriſti prænunciata ab Iſaia: & eius generatio diuina à Dauid Euangelizata fuit. 451.A B
Miſſa ſacramentum & ſacrificium, in qua charitas Chriſti exprimitur. 435.D
Mittendus vox, variè interpretatur. 389.A
Mixtorum & contemplatiuorum conditiones. 413.A B
Monarchia quatuor mundi principales, quatuor animalibus figurata apud Danielem & apud Ezechielem &c. declarantur. 472.G H| & 473. per totum.
Mons vbi ſacrificandus Iſaac, Moria vocabatur. 383. D| *Figura fuit montis Caluarij.* 386.H
Mortuorum ſuſcitatio maximum miraculum. 440.G| *In eadem*

dem

dem numero carne futura. 469.G

Mors neceſſaria & electa à Chriſto. 510.F

Mors Chriſti, ſopor immiſſus Adamo. 513.A

Moſes cur nudis plantis, ad rubum accedere iuſſus. 424.G| *Aegyptium occidens quid.* 423.A| *Inſigne Chriſti adeptus eſt cognitionem, non tamen facialem.* 326.H| *Cum Aaron fratre, mittitur ad Pharaonem.* 425.A

Moſes quomodo typum geſſit Chriſti. 421.D| *A quo & legē accepit.* 323.C| *Illius cum Chriſto audacia.* 324.E| *Sacramentorum legis notitiam edoctus.* 328.E| *Non tamen gloriam quam Chriſtus in reſurrectione aſſecutus eſt, mēte percepit.* 327.B| *Illius manus leproſa, & ſana, quid.* 390.H| *Illius hiſtoria narratur quo ad omnia.* 422.23.24. *per totum.*

Moſes & Aaron in quarta mundi ætate, reſpondent duobus luminaribus, quarta die creatis. 489.D

Motus & tempus conſequuntur ſe inuicem. 477.A

Motus cœli initium ab Ariete. 482.E

Muli, & ſi qua naſcuntur ex diuerſis nō fuerunt producti in prima rerum inſtitutione. 492.H

Mulier typus Eccleſiæ, & quomodo inimica Sathanæ. 348.F

Mulierem ad virum adduci quid ſit. 511.B| *Illius & viri mēs eiuſdem naturæ.* 496.G

Mulieres tum ſacræ, tum prophanæ in ſexta mundi ætate claræ. 550.E

Mundus à Deo per Chriſtum creatus ex nihilo, tam iuxta lumē naturæ, quàm ex lumine ſacrarum literarum. 330.G H| *Quomodo creatus in tempore an in inſtanti.* 332.E F| *Quàm miro artificio creatus.* 476.H| *Cur tantum ſex diebus, nec pluribus, nec paucioribus.* 331.D

Mundus, quomodo ſexta & ſeptima die abſolutus. 498.E| *Cur mari aſſimilatus.* 491.D| *Illius decurſus expreſſus diuerſis vocibus.* 342.A| *Illius finis, porta anguli aſſimilatus.* 466.E| *Quo pacto Dei gerat ſimilitudinem.* 484.G| *Num melior fieri potuerit.* 497.B

Munera Abelis cur Deus reſpexit & non Caini. 357.C

N

NATVRA *noſtra cur in Chriſto, peccatorum aculeis exarmificata.* 323.B

Nembrottus cur venator robuſtus coram Domino. 471.C

Noe, per vnum ferè annum manſit in arca: præco iuſtitiæ Chriſti fuit. 365.A

Noe Chriſti, Arca vero Eccleſiæ typum geſſit. 366.F| & 367. *per totum.*

Nomina ſubſtantiua in diuinis, licet non multiplicētur, adiectiua tamen multiplicari non inconueniet. 476.E

Nomina Dei præſtantiſſima ſunt decem. 475.B

Nomen Ieſu, quando cœptum eſt inuocari. 364.F

Notitia de Deo clara, nulli contigit ſine Chriſto. 427.B

Notitia Chriſti aucta per incrementa temporum. 321.D

Nubes, induendæ carnis inditium fuit. 323.C

Nubes in ſacra ſcriptura, quid ſignificent. 365.B C| *In quibus Chriſtus apparuit.* 375.A

Nuditatem ſuam homo agnoſcens, ſine gratia, fruſtra remedia quærit. 519.A

Numerus binarius apud nōnullos īfamis eſt, ſed refellunt. 485.A

O

OBLATIONES *inſignes non fuerunt ſine verbo etiā euangelico.* 373.A

Oblatio Abelis maiori facta eſt fide. 351.A

Oculi primorum parentum, quō aperti ſunt poſt peccatū. 516.F

Omnia per Chriſtum in meliorem ſortem euecta. 502.G

Opinio cuiuſdam Rabini, de creatione lucis. 481.A| *Et ponentium angelos creatos & cœlos ante alia, refellitur.* 478.E F

Opum ſpiritualium, mira vis. 411.C

Opus ſuum à Deo factum non vt ſit in otio, ſed vt operationi incumbat. 459.B| *Quid importet opus ſuum.* 498.F

Oracula de Chriſti diuinitate ac diuina illius generatione. 451.A

Oraculi Zachariæ, verus ſenſus. 456.G

Ordines clericorum octo in Eccleſia. 367.D

Ordo vniuerſi exercitui comparatus. 497.D

Oſſa arida Ezechielis, generalem reſurrectionem, & poſtremā Iudæorum conuerſionem adumbrant. à 469.A| ad 471.A| *Illa poſt redditum ſpiritum ſtare in pedes, quid ſit.* 470.F

P

PANIS *& vinum quomodo & quando à Chriſto oblatum.* 392.G

Papa ſummus princeps & ſacerdos. 319.C| *Cui pietas maximè neceſſaria.* 320.E| *Vrbis & orbis Dominus.* ibi.F

Paradiſus ſiue hortus, à Chriſto, quando cultus fuit. 509.C| *Locus fuit, vbi eſt terra promiſſionis.* 487.C D| *Quo pacto fuerit à principio.* 507.A B| *Eccleſiæ geſſit imaginem & in multis adumbratus.* 508.E

Partes aliquotæ, quæ ſunt & dicuntur. 332.E

Paſſio Chriſti extra portam quid contulit nobis. 361.D

Pater Chriſti, pater eſt omnium electorum. 383.A| *Ingēs amor eius in nos.* ibidem. D| & 483.C

Pater cœleſtis quomodo ſeneſcit. 430.H| *Cur antiquo dierum aſſimilatur.* 474.F

Pauli vocatio ſingularis. 356.H| *Cur ad dextram Petri ponitur in diplomatibus.* 421.A

Peccato proprium & inordinare omnia & ſtimulare concupiſcentias. 497.A

Peccatum primi parentis, ademit virtutem terræ & vbertatem. 487.A| *Alijs ab ipſo morais.* 497.A

Pecudū mactatio in lege veteri, electos adūbrauit boīes. 374.B

Peccatum, grauiſſimum eſt, ideo talento plumbeo comparatum. 323.C| *Quid ſit illud cubare in foribus.* 351.B

Peregrinatio Chriſti in ſuis membris, quādiu durabit. 381.B

Perfuſi luce Chriſti lux appellantur. 483.D

Perſonæ diuinæ tres iudices appellari poſſunt. 475.C| *Sed an ab æterno Domini, uel iudicis, uel creatoris nomine?* ibidem| *Si in iis nominis ſubſtantiuis, tres iudices &c. dici nō poſſunt. ſi in iis adiectiuis, puta tres iudicantes &c. illis rectè congruit.* 476.B

Petra cur inſiſtendum. 325.B| *Vel in illam aſcendēdum.* ibi.C| *Quæ illius foramina.* ibi.D

Pharaonis filia, gentium umbra fuit, quæ ſibi Chriſtum adoptarunt. 422.E

Philonis errores in ſupputatione temporum. 449.B C D

Piſces animalia imperfecta &c. nunquam offerendi in ſacrificio. quinta creati die, quibus hominibus reſpondeant. 491.C| *Quid ſignificent.* 501.C

Plagæ decem Aegypti expenduntur. à 425.C| uſq; ad 427.D

Pontificis iudicio omnis interpretatio eſt ſubijcienda. 322.E F

Pontifex noſter Chriſtus dicitur, & quare. 350.B

Poſteriora Dei quæ ſunt. 327.G

Præcepta legis uitæ quid ſint. 508.G

Præcipitus contemplantium ardor. 413.D| *Illorum infirmitas.* 414.E

Prædicatio Chriſti quoto ætatis ſuæ anno inceperit. 334.C D| 335.A B

Prædicatoribus euangelij, quæ ſunt neceſſaria. 424.H

Præuaricationes per Chriſtum ſananda, quæ nam. 461.B

Primi motus & ſi moleſti fidelibus, non ſunt in hominis poteſtate.

ſtate. 414.F| Non damnant nec animam necant. 461.E
Principes, ut nomina, ita & cognomina, ſolent habere propria. 458.F G
Priuilegia carnis Chriſti inſignia. 457.C
Productio rerum, cur attributa Deo, ſub Verbo, creauit, & non fecit &c. 475.D|& 476.E
Progreſſus Iſrael ad terram Chanaam, Typus electorum ad regnum cœleſte fuit. 380.G
Prophetę plurimi Chriſti vitã & mores in quarta mundi ætate, euangelizarunt. 451.A B| Multi fuerunt in regno Iudæ & Iſrael. 492.F
Propheta & Apoſtoli, nubibus & columbis ſimiles. 375.C| Sine perſonarum acceptione prædicabant. 453.C
Propitiatoris & aduocati diſcrimen. 349.D|& 350.E
Prothoplaſtes indutos fuiſſe pellibus, quid ſit. 518.E
Prothoplaſtes pœnitentiam egit, gratiam per Chriſtum conſecutus. 483.D| Ante peccatum fidem habuit Chriſti. 482.E
Prudentia carnis & ſpiritus quid ſint. 467.B|& 508.G
Ptolemęi impietas & Antiochi, in Ieruſalẽ & templũ. 500.G
Pugna diu deſtitui, dum peregrinamur, non conuenit. 339.A
Pullus aſinæ gentes adumbrauit. 389.C
Puluere veſci Sathanam omnibus diebus ſuis quid ſit. 517.C
Pulueris tropo, extrema Chriſti denotatur mendicitas. 506.F
Puteus Iacob, Chriſtum & Euangelium eius ſignauit. 411.C D

Q

QVATVOR monarchię mundi. 442.G
Quatuor flumina Paradiſi, quid ſignificent. 509.C
Quando, & quibus rationibus, quę noſtrũ excedunt captum, attentare permittitur. 332.E
Quantitas anni ex ſcripturis euidenter accepta 333.C| Et qua ratione complectitur dies 365. Ibi.D

R

RAHAB, nuncios Ioſue excipiens, Eccleſiæ typum geſſit. 447.A
Rachel, cur abſtulit idola patris, & quis typus in his. 415.C
Rachel, & Lia, Labanis filiæ, actiua ſunt, & contemplatiua vita. 412.F
Rachel, vitam contemplatiuam deſignat, & quę ſint contemplationis proprietates. 412.F
Rachel, cur non multos genuerit filios. 412.F|& 413.A C
Rachelis famula, quid importet. 414.E
Riui Aegypti, Talmud, & Cabala ſunt. 425.D|& 426.E
Rebecca ſolicita eſt pro ſalute Iacob, & quid hoc. 410.G
Rebecca Vxor Iſaac, Eccleſię typus fuit. 402.G
Rebecca, refocillãs camelos, & famulũ Abrahæ, quid. 403.A
Rebecca, Iacob ſuadens, ut à patre benedictionem accipiat, Eccleſia eſt, gentes ad fidem impellens. 407.A
Rebeccæ ſterilitas, typus eſt Apoſtolorum ante miſſionem ſpiritus ſancti. 404.E
Reges, quos habuerint Iſraelitæ, a Salomone, uſq; ad Ioachin. 448.G H| 449.A B
Regnum Babylonis cur in capite denotatur aureo ſtatuæ Danielis, Perſicum in pectore, Macedonicum in ventre, Romanum in tibiis. 471.B C
Regnum cœli, regnum Chriſti eſt, & eſt intra nos. 471.D
Regnum peccati, Ierico denotatum. 343.D|& 344. per totum.
Regnum Romanorum percuſſum. 472.E
Reprobi quo pacto aut qua occaſione instituti à Deo. 352.C| Quomodo excluſi à regno. Ibi.D
Reprobis etſi imponantur nomina à Chriſto, cito tamen illa obliuiſcitur. 512.H|513.A
Requies Dei, intermiſſio extitit operis. 498.H|& 499.A B
Reſurrectio mortuorum, baſis Chriſtianæ fidei, in propria carne futura, & ſemper celebris. 469.B C| In qua Deus operatur ſubito, ordinem tamen naturę ſeruat. Ibi.D
Robur in Chriſto coniunctum infirmitati. 513.C
Roma quot annis ante Chriſtũ fuit ędificata. 458.H|et 459.A| Ceſſit tandem Chriſti Vicario. 472.F
Romana monarchia, ſimilis ſęuiſſimæ beſtiæ, decem habuit ſub ſe Regna vel prouincias. 473.C D
Rotę cur iuxta quatuor animalia apud Ezechielem, & cur animalia feruntur quo & rota. 468 G H
Rubus Moſi, virga cõuerſa in colubrum, manus in ſinum coniecta, facta leproſa quid. 390.H
Rubus uiſus a Moſe Hebræum figurat populum. 424.G| Quare non comburebatur, myſtica ratio. 323.B

S

SACERDOTES primas partes habebant in Republica, & à Communibus exempti. 319.A
Sacra ſcriptura ſignum repręſentat illud, ſuper Cainũm à Domino poſitum. 362.G H
Sacra ſcriptura, Chriſtum occludit. 328.F G| Illius uis & robur. 391.B
Sacra ſcriptura omnis, ex ore Dei proficiſcitur. 330.G| Non immeritò aquæ comparata. 425.C
Sacrificium animalium, quomodo per omnia correſponderit ſacrificio Chriſti. 433.D|434.E
Sacrificia antiqua poſt Chriſtum, Deo odio habita. 361.B| Quæ uiſionem acceperant illius ſacrificio. 463.B
Sacrificium altaris plura continet ſupra captum noſtrũ. 428.F| Et Euchariſticum eſt, & expiatorium. 435.D
Sacrificium Abrahę de uitula trima exenditur. 378.E
Sacrificium et oblatio defecerunt in dimidio ultimæ hebdomadæ. 463.A
Sacramentum coniugij Chriſti cum Eccleſia diſcutitur. 512.F
Salomonis tempore nullum extitit bellum, ideo Rex pacificus eſt appellatus, & dies ſexti, pro quinta die illi optimè quadrat. 451.B| Ab inchoato templo annis præfuit 37. 448.G
Sanctificaſſe Deum ſabbatum quid ſit. 499.A
Sanguinis oblatio à ſacerdote facta, quid deſignauit. 434.H
Sanguis in bonam & in malam partem. 425.D
Sanguis Martyrum, quomodo ſit ab Eccleſia receptus. 359.B
Sancti unde gloriantur in anguſtijs. 515.A
Sancti rite uirgultis comparantur & herbis uirẽtibus. 504.F| Illorum reliquiæ merito uenerandæ. 359.B
Sanctificare multipliciter accipitur. 499.A
Sapientia quomodo & legitima, et ſuppoſititię coniugis Dei, rationem induat. 353.B
Sapientia mundana & cœleſtis. 410.H| Huius ſunt duę partes. 411.B| Adumbrata in Rachel & Lia. 412.F
Sapientia & ars, licet Trinitati communes, appropriantur tamen uerbo uel filio. 478.H
Sara uxor Abrahæ typus eſt utriuſq; Eccleſiæ. 398.H
Sathanas in Chriſti infirmitatibus, & paſſionibus eſt hallucinatus. 475.B| Vt qui doctore caret interno. 321.D| Et cur permiſſus ad tempus debacchari. 472.F
Sathanas, ad decipiendum mulierem, uſus eſt ſerpentis corpore. 515.C D| Illius ſuperbia & præſumptio. 321.C| Illius caput quando contritum à Chriſto. 347.D
Sathanas ob ſuperbiam indignus cœleſtibus ſecretis. 321.B
Scala à Iacob uiſa, crucem nobis oſtendit. 386.G| Per illã aſcenſus, & deſcenſus quid. 411.B
Sceptrum de Iuda, in Ioachime defecit. 388.H
Scriptura ſancta, aquæ aſſimilatur currenti. 425.C D

Scriptura

Scriptura ſacra, velamen quoddam eſt Chriſti. 329. A| Immo eius veſtigium & detectio. 328.G
Scrupulus in ſupputatione horum annorum, ſiue in modo dicendi. 372.G H
Secunda die facta, quare non pronuntientur bona à Deo. 485.B
Sedium nomine, uel beatorum animæ in cælis, uel prouidum conſultum q; iudicium denotatur. 474.F
Semen Eccleſiæ ſunt electi: Sathanæ autem reprobi. 348.H
Senarius numerus in ſacra ſcriptura, eſt myſterij plenus, et perfectus. 332.E
Septem mũdi ætates, in ſacris literis, variè adumbratæ. 341.B
Seraphin ſicut & Angeli nomen, commune omnibus angelicis ſpiritibus. 452.F
Serpens æneus, Chriſti figura fuit. 437.B
Serpens qua lingua ſit uſus, cum muliere loquendo. 515.D
Serpentis maledictio diſcutitur. 517.A B
Serpens, quomodo ſit alloquutus mulierem. 514.H
Senſus, & motus, præcipua vitæ argumenta ſunt. 490.G
Septuaginta interpretes multis nominibus ſuſpiciendi. 346.G
Sex dierũ opificium ponitur: ac eorum arcana excutitur. 475.B
Sex dies, ſex mundi ætates. 344.E| Quorum variæ ſunt ſententiæ. 331.A
Sex chyliades durationis illius. 332.F
Sexta mundi die, quæ producta ſint. 492.G H
Sex dies creationis, ſex præſagiunt mũdi ætates. 504.E| & ſeq.
Seth, vultu, & facie referebat Adam pãtrem eius. 363.A
Similæ ſacrificium figura fuit ſacrificij Chriſti, & quot modis fiebat. 435. per totum.
Sodoma & Lothi typus. 394.F
Sodomitæ Lothi domum circundantes, Iudæorum figura fuerunt Chriſtum circundantium. 395.D| & 396.E
Sodoma, Sinagogam expreſſit. 394.G
Sol dominatus eſt in mundi exordio. 481.D| Suum curſum quoto agat tẽpore. 333.B| Cum ſit multo maior tota terra, quare non illuminat totum vniuerſum. 481.C
Solium ab Iſaia viſum, quid. 451.D| & 452.E
Solonis & Platonis diuerſa ſñia de annis climatericis. 339.D
Sopor Abrahæ ad veſperam, ipſum inuadens, quid. 380.E
Spinæ & Tribuli, cur a terra producti. 496.H
Spiraculum vitæ, quomodo ſpiratum in faciem Chriſti. 506.F
Spiritus in Ezechiele, cur à quatuor ventis euocandus ad oſſa arida. 470.E
Spiritus quo afflati ſunt Prophetæ, præcipuè intendebat, myſteria Chriſti, & eius Eccleſiæ. 438.E
Spiritus vitę, anima verbi. 495.C| Spiritus Alchumiſtarum quid. 480.E
Spiritus nomine, qui ſuper aquas ferebatur, quid intelligendum variæ ſententiæ. 479.D| & 480.E F
Spiritu ſancto afflati hõies, Euangelium pãdere ſtudẽt. 403.D
Spiritus qui ferebatur ſuper aquas, quid. 479.D| & 480.E F
Spiritum domini ferri ſuper aquas, quid. 483.B C
Statua à Nabucdonoſor viſę typus excutitur. 471.B
Stella ex Iacob, cur oriunda, cum Dauidi, & Abrahæ fuerit promiſſa. 440.H| 441.A
Stella ex Iacob, quid. 440.G
Stellę quarta die creatæ, quibus reſpondeant in quarta mundi ætate. 489.C D| & 490.E F
Stola & pallium Chriſti. 390.E
Stultum gloriari de maioribus, quorũ nõ æmuleris uitã. 426.H
Succeſſus tum in hebræis tum in gentibus, in ſexta ętate. 500.E
Superhumeralis Aaron figura exprimitur, quo ad omnes eius partes. 444. per totum.
Symbolum Chriſti, ignis & rubus. 323.A| Qui non comburebatur. ibi.C
Symbolum ſacrificij, tum in Cruce peracti, tum in cœna inſtituti & præcepti à Chriſto. 435.B
Symetria arcæ: cum Symetria Eccleſię conſentit. 366.H| Et cũ ſymetria corporis noſtri. 367.C
Synagoga peccatum, peccato aſſimilatur Sodomæ. 394.G| Terra eſt ſterilis. 362.F| In Vr adumbrata. 377.A

T

TABERNACVLVM cælum ſignificabat, porta vero eius, tribunal diuini iudicij. 434.E
Templum ædificari cœptum anno quarto Salomonis. 429.C| Ab Herode, non reędificatum ſed ornatum. 458.E
Templa conſecrantur in Dei gloriam & in noſtrum prouentum. 499.B
Templũ in ſacris literis, corpus Chriſti myſticũ ſignificat. 452.F
Templum ab Iſaia viſum, quid. 451.D| & 452.E F
Tempus reędificati templi, ſcopulos patitur. 456.H
Tempus breuiandũ in fine mundi, quomodo intelligitur. 337.A| Oraculis prætaxatum, completũ in aduentu Chriſti. 360.H
Tempus hiſtoriæ Heſter. 463.D
Tenebræ, num pręceſſerint lucẽ in creatione. 479.B C| Et tenebrę ſuper faciem Abyſſi quid. 483.A
Terra, quę ſanguinem Abel ſuſcepit, tum Eccleſia, tum Synagoga, tum Promiſſionis intelligitur, ſed diuerſimode. 362.F
Terra in ſcripturis pro hominibus pręſertim peccatoribus accipitur. 482.G H
Terræ inanitas quanto durauit tempore. 479.A| Illuſtris facta Chriſti morte. 453.D| Et ante peccatum venuſtior erat & vberior. 487.A
Tertium cælum ad quod raptus fuit Apoſtolus, cælum empyreum fuit. 325.A
Teſtamentum nouum, quare ſibi iure vendicat nomen euangelij. 343.B| Illius firmitas & pręſtantia. 465.B
Thronus ex igne in Daniele, tremendum denotat iudicĩ. 474.F
Thronus Chriſti, vel iudiciariam poteſtatem vel Crucem denotat. 451.D| et 452.E| Vel igneus tremendũ iudicĩ. 474.G
Torcular vineæ & turris quid. 391.B
Tres perſonæ, dici poſſunt tres iudices. 475.C| Et tres deitatem habentes, ſed non tres Dij. 476.F
Trinitas in Chriſto nedum repræſentata, ſed & quodam modo contenta. 502.A B
Turris domi & gratię Chriſtus. 465.D| & 466.E
Typi multi ex verbis Iſaiæ & ex viſione, cap. 6. quæ exponuntur. à 451.D| vſq; ad 454.E
Typus expenditur ſtatuę, ex Daniele propheta. 471.B| Et Ezechielis à quibus interpretatur. ibi. A| Item quatuor animalium ex Daniele. à 472.G| vſq; ad 474. per totum| Et Ezechielis item, quatuor animalium. 467.C
Typus qui in hiſtoria eſt Ioſeph excutitur. 416.G
Typus Chriſti in Melchiſedec, & Abrahamo. 392.G
Tyrannidis initium, in tertia mundi ætate. 487.B
Tyranni Cetis & draconibus figurati. 492.E

V

VATICINIVM Enoch, de vtroq; Cataclyſmo, duabus inſculptum columnis. 486.E
Vegetatiuę partis, operationes nouem. 495.D
Velle rectè noſtrũ, & ſi ſit à Deo, non tamẽ nobis inuitis. 356.E

Venti

Venti quatuor apud Danielẽ, quatuor ſignauere tyrãnides. 472.G
Venus ſexta præfuit diei, & eius benignitas. 499.C
Ver & aliæ temporum viciſſitudines in homine. 496.E
Verbi miſſio, eius eſt incarnatio. 418.F
Verbum noſtram natura aſſumere, & carnem fieri ualde differunt. 328.G
Verba exodi ſanè interpretatus eſt Paulus. 372.E
Veſpera & mane fuit dies unus, egregiè exponitur moraliter. 484.E F
Veſte pellicea quo pacto egemus. 520.G
Vetus ſcriptura, ſignum poſitũ in hebræorum facie. 362.C D
Victoria Chriſti & Eccleſiæ. 502.E
Videre & non uidere in ſcripturis, dicitur multipliciter. 405.C
Videre Dei, quandoq; eſt periculo comprobare. 481.B
Videre faciem Dei quid ſit. 326.H
Vim terra quo verbo Deus indiderit. 486.H
Vinea Noe, Chriſtum & Eccleſiam perpulchrè demonſtrat. 391.B C D
Vir & Vxor una caro. 511.D| Et quomodo uir abſoluitur à Patre & matre ut relinquat &c. ibi.C
Viri celebres in ſexta ætate, qui fuerint. 500.G H
Virga Moſis, in colubrum uerſa, colubros deuorauit Magorum, & quid hoc. Crucem adumbrauit & quomodo. 425.B
Virga Moſi ſerpentes deuorans, Crux Chriſti eſt, ſapientes ſæculi reuincens. 390.H
Vis natura & effrenitas peccati in carne. 509.A
Vis & efficacia gratiæ & chariſmatum Chriſti. 514.G H
Vis & natura ipſius lunæ. 485.B C
Vis & energia linguæ ſanctæ. 503.C D
Vitula triennis, typum geſſit Eccleſię. 378.F
Vitulę rubeę ſacrificium typicè declaratur. 436.D| Quę humanitatem figurauit Chriſti. ibi.E
Vitę actiuæ actiones, ſex ſunt. 412.G
Vita vel uitarum Spiritus in Chriſto, in magna copia. 506.G
Vitia ſeptem capitalia. 448.F
Vnio Chriſti & Eccleſiæ. 502.E
Vocati cur non omnes auſcultent, & an uocatio ſingulorum paris ſit uirtutis. 355.D|356.E
Vocauit Deus Adam non ob aliud quàm ut delictum agnoſceret & reſipiſceret. 516.H|& 519.B
Voces decem quibus Chriſti perfectio declaratur, inter quas Iehouah bis repetita. 326.F G
Voces Vrim, & Tummim, quid arcanè ſignificent. 445.C
Volucres cœli quid ſignificent. 501.C
Volatilium cœli cur mentio in quinta die. 490.H
Voluptatis hortus tertia mundi die productus. 487.A
Vox Dei uocantis Cainum quid innuat. 361.D|& 362.E
Vox Dei, & ſi terret, mulcet. 516.H
Vox Dei terrens peccatori opportuna. 519.B
Vox Dei ad Adamum, myſtice, euangelica uox eſt. 518.G
Vox nota eſt paſſionis animę. 228.F
Vox ſanguinis Chriſti, magis uociferatur quàm ſanguinis Abelis. 362.E F
Vſus luminarium cœli in quos ſunt conſtituta. 488.H. 489.A

Z

ZACHARIAE uaticinium de regno Chriſti diſcutitur. 466.F| Et authoritas de tempore aduentus eius expenditur. 456.G

Indicis in ſacræ ſcripturæ Medullam Finis.

INDEX PRÆCIPVARVM

Sententiarum, & rerum quæ videntur maiori annotatione dignæ, in tractationes Theologales.

De litera A,

ACCIDENTIA omnia in ſacramento, etſi uelent corpus Chriſti, non tamen niſi media quantitate. 524.F
Accidentia panis in ſacro myſticè ſanctorum ſocietatem ſignificant. 523.C| Et illius ſacratiſſimi panis ſunt ſignum, qui eſt panis uiuus. 524.H| Et illis motis & ſumptis, mouetur & ſumitur corpus Chriſti. 527.D
Acta in matrimonio, ut porrectio annuli, complexus etc. non uidentur multis, materia etiam proxima ſacramenti, ſed ceremonia opportuna. 638.G H
Acta Concilij Nicęni confirmantur à Silueſtro. 593.D| Calcedonenſis a Leone. 594.E| Conſtantinopolitani ſecundi a Leone. ibi.F| Nicęni ſecundi ab Adriano primo. ibidem| Conſtantien. â Martino quinto. ibi.G
Adamus typus exactiſſimus Chriſti, & in quibus illum adumbrauit. 555.D|& 556.E
Adamo Reuelatus Angelorum lapſus. 556.G| Item incarnationis myſterium. ibi.F| Et ſacramentum terreſtris Paradiſi. ibidem.E
Adæ lapſus etſi præcognitus à Deo, permiſſus nihilominus fuit & propter quid. 557.B C
Adamus multa mala ĩuexit, ſicut Chriſtus multa bona. 558.G
Agni in ſinu & ulnis portantur à Chriſto, oues autem in humeris, & quid ſit in ſinum leuari. 563.A B
Agni & oues unius natura ſunt, & qui oues, qui agni. 562.G
Anathema eſt ſiquis dixerit communionem ſub utraq; ſpecie, fidelibus & maximè paruulis, neceſſariã ad ſalutem 535.C
Animas in Purgatorio per indulgentias releuari, nemo niſi impius negare audeat. 607.B
Antiquitas non eſt damnanda ſi in quibuſdam locis morem cõmunicandi ſub utraq; ſpecie ſeruauit. 535.C
Anthiteſis mira inter Chriſtum et Adamum. 557.D. 558.E F
Apoſtoli in Cœna communicarunt ſub utraq; ſpecie, ut Paſtores &c. & confectores huius ſacramenti. 536.G H
Apoſtolis alijs à Petro, licet impartita ſit plenitudo poteſtatis, non tamen ut Petro. 627.A B
Apoſtoli cęteri á Petro, non ſunt dicti Paſtores totius Eccleſiæ ſed Vicarij. 579.B| Et á Petro Vicarij inſtituti creduntur. ibidem.C
Apoſtoli & populus ſpontaneus & fidelium duces. 543.C| Illis Euangeliũ creditum, & quaſi Ros, in eos effuſũ. ibi.D| Multis modis illuſtres. 544.E|548.E| Quibus uerbis initiati ſunt ſacerdotes. 545.D|& 546.E| Poſt reſurrectionem in mundum â Chriſto miſſi legati. 559.B
Apoſtoli an ualuerĩt, per leges uniuerſales Eccleſiæ proſpicere: & an haberent ius in inuicem. 579.C D
Aſcendens in altum, loquendo de Chriſto, dedit dona hominibus, quomodo intelligitur. 569.C

B

BAPTIZARE quilibet, poteſt, etiam hæreticus: non tamen miniſter, ratione qua miniſter, gratiam aut ſpiritum ſanctum confert. 614.E
Baptizati nedum Chriſtũ induunt ſed & illi inſeruntur. 534.F

Beati in Patria reficiuntur carne & ſanguine Chriſti, quibus dixit, diſpono uobis ut edatis. &c. 532.G| Quorum corpora, ſi erunt ſpiritualia in patria, multo magis & mentes. ibi.H

Beatorum corpora, etiam Chriſti, in Cœlo fertè circunſcribentur corpore non aereo, ſed aeri perſimili, &c. 527.A

Bona per Chriſtum & mala per Adamum inuecta. 558.G

Brachium Chriſti, euangelium ſacroſanctum &c. qui tunc fortiſſimus factus eſt, quando maximè infirmus fuit in morte. 562.H| Per quam & principatum adeptus eſt. 544.F G

C

CAPITIS officia propria quæ ſint. 617.A

Caput ſeiunctum a corpore, monſtrum horrendum, ergo et Epiſcopus, ſeiunctus a ſua Eccleſia. 628.F

Cardinales non eligunt Papam, ſed electũ a Chriſto illi offerunt. 582.E

Caro uel corpus coniugum, unum eſt non ſimpliciter, ſed quo ad genitales partes. 633.C

Carnalis homo a qua carne dicatur, iuxta Paulum. 533.C D

Chriſtus etſi ſatisfecit pro omnibus in corpore ſuo naturali, uult tamen Deus ut ſatisfiat ſibi pro commiſſis, etiam in corpore myſtico, & propter quid &c. 600.E F| Cuius ſacerdotium ſpirituale commune eſt omnibus membris. 550.E

Chriſtus licet ſit præcipuus diſpenſator indulgentiarum &c. nihilominus & Prælati, huius ſunt diſpenſationis miniſtri, ex authoritate impartita. 604.E

Chriſtus licet omnia poſſit, non tamen omnia poſſe, alijs communicauit. 606.G

Chriſtus omnia moderatur, ſed maximè electos. 553.D

Chriſtus altaris ſacramentum inſtituit, & eius oblationem, & probatur authoritate ſanctorum. 644.H

Chriſtus in Natiuitate, factus eſt Rex & Sacerdos, ſed poſſeſſione non niſi poſt mortem ſimpliciter potitus eſt. 646.E| & 559.A B| Qui nam ſunt illum vane prędicantes. 613.C

Chriſtus ante reſurrectione, ſicut Regem, ita & Sacerdotem ſe oſtendere voluit. 646.F

Chriſtus Apoſtolos ſacerdotes inſtituens in cœna, non niſi vt offerrent inſtituit. 447.A

Chriſti corpus, ſicut integrum aſſumptum, ita & integrum continetur in ſacramento altaris. 523.C| In quo eſt per modum ſubſtantiæ. 524.E| Et idem eſt in exiſtentia, ſiue in ſacramento, ſiue in cœlo. 527.D| Quod & perfectiſſimum fuit, præſertim propè paſſionis tempus. 523.A| & 524.E

Chriſtus quotidie per miniſtros offert Deo, corpus ſuum & ſanguinem. 546.H| Ingreſſus ſancta ſanctorum ſeptimo menſe & ſeptima die. 551.D| Non per ſanguinem hircinum etc. ſed proprium. 552.F| Veſtimentis ſanctis indutus. ibi.H| Et in cœna ſacrificauit, offerẽdo panem conſecratum. 545.D

Chriſtus in ſe peccata noſtra ſuſcepit. 558.H|559.A| Cuius ſanguis diuina ſatisfacit iuſtitiæ. 560.H| In quo idem pontificatus & ſacerdotium. 538.H

Chriſtus per ſpiritum ſanctum ſe ipſum obtulit, ideſt per ſuam voluntatem ſanctam. 548.F| Quo modo Liturgos ſit ſanctorum, qui ſunt in patria. 546.F| Illius extrema exinanitio. 557.D

Chriſtus ſacerdos factus poſt reſurrectionem, quomodo ſedet à dextris Dei. 540.F G H| Medius inter vtrunq; populum regnat. 541.B| Sed non eodem modo. ibi.C| Dies roboris eius, dies reſurrectionis. 542.E| & 543.A| Natus in ſplendoribus ſancti ſanctorum. ibi.F| Et illo die verè Deo renatus. ibi| Et per mortẽ principatum adeptus Eccleſia. Nec antè amplexibus ſponſa potitus. 544.F G

Chriſtus ſe habet ad Eccleſiam, vt caput ad membra, vt ſponſus ad ſponſam, vt Epiſcopus ad Eccleſiam & vt paſtor ad oues & agnos. 562.E| Per quem euadimus non tantum adoptiui, ſed quaſi naturales filij Dei. 561.A

Chriſto veſtiti ſecuri adimus tribunal diuinum. 560.G

Chriſtus per fidem & dilectionem in nobis habitat. 611. A| Quid illi vnicé charũ. 615.A| Illius dilectionis vera teſtimonia. ibi.D

Chriſti et beatorum corpora, an circunſcribẽtur in cœlo. 527.A

Chriſtus non ſolum Theſauros gratiæ & iuſtitiæ, ſed ſe ipſum expoſuit in ſacramento vt delitiemur ſuauius. Et hoc ex immenſa in nos charitate. 529.C D

Chriſtus præcepit Communionem, quando orſus eſt ab illis verbis, Operamini cibum qui non perit. 531.E

Chriſtus dicendo Paſce oues meas, vnitatem Epiſcopatus commendauit, licet numeroſitate Epiſcoporũ diffuſam. 626.F G

Claues mortis & Inferni ſoli Chriſto abſolutè data ſunt: Petro autem ut uicario. 609.C

Claues Petri ad uiatores abſolutè, abſolutè extenduntur: ad uiatores autem ſecundum quid, ut ad eos qui ſunt in Purgatorio, extenduntur ſecundum quid. ibidem.

Claues non clauis &c. promiſſa Petro, quid ſignificent. 575.D| Et quæ ſint illa, quibus aperit Regnum beatum. 576.E H.

Claues quas habet Eccleſia uacans, quales quales ſunt non confert illas Papa. 582.E

Collatio inter poteſtatem ſeu authoritatem Papæ & Concilij. 583.B

Commendæ non ſunt de iure diuino, ſed inſtitutæ ex plenitudine Eccleſiaſticæ poteſtatis. 622.G| & 623.B| Quæ differentia inter eas quę modo fiunt, & quæ olim fiebant. ibi.F| Et circa illas multorum pium deſiderium. 623.C

Commendatarius quomodo tenetur proſpicere Eccleſiæ commendatę. 622.H| Nec propter hoc tenetur reſidere. 623.A

Communio, cum de Euchariſtia loquimur, non actiuè ſed paſſiuè accipitur. 529.B C

Communicãs Spiritualiter debet etiam quandoq; communicare ſacramentaliter. 530.G

Concionari poteſt Epiſcopus per alium, ſemper tamen concionibus intereſſe, & qua ratione. 617.D| & 618.E

Concilio Sardicenſi, prohibentur Epiſcopi, à ſuis Eccleſiis abeſſe ultra tres hebdomadas. 625.D

Concilium unde dictum. 582.G H| Et comparatio eius cum poteſtate Papæ. 583.B| Et quæ decernit ſupremum non obtinent robur uſquequo confirmentur per Papam. 591.C

Concilio intereſſentibus adeſt Spiritus ſanctus, ſed ĩ ijs quæ ſunt fidei non adeſt infallibiliter niſi ſummo Pontifici. 595.C

Concupiſcentia in renatis & non renatis differentia. 533.B C

Confeſſarius cum iniungit pœnam, tunc etiam diuinum iudicium iniungit, quas olim iniungebat Eccleſia, quibus poſtmodum per indulgentias ſatisfit. 598.G

Coniugalis copula uel Societas, non debent iniri uiolenter aut temere. 634.F| Et eſt ſacra triplici ratione. 635.A| Eſt indiſſolubilis ſimpliciter, quia non niſi ex urgenti cauſa ſolui poteſt. ibidem.B

Conſecrationes miniſtrorum ſacramenti ordinis, ſemper fuit in Eccleſia. 567.B| Et ſi aliqua ſumpta à Synagoga, non tamen eadem ratione. ibi.C

Conſenſus ad matrimonium requiſitus, tres debet habere conditiones. 650.F| Et præcedit, ut habet rationem contractus rationem ſacramenti, natura & tempore & quomodo. ibi.H| & 651.A

Conſilia etſi continentur in ſcriptura, non tamen propriè ſunt de iure diuino, quia non præcepta. 630.G

Contrahentes

Contrahentes non eſt neceſſe cõſentire in copulam carnalem explicitè, ſic enim uirginitati præiudicaretur. 635.D

Copula carnalis perficitur matrimonium, tum in ratione coniugij, tum in ratione ſacramenti. 636.G

Corpus Chriſti non ſolum ut tabernaculum & templum Dei, ſed etiam ut propitiaterium eſt: & quia Dei & hominis nõ mirum ſi ſanctiſſimum. 524.E F

Corporis glorioſi priuilegia & dotes inſignes. 526.G

Corpus Chriſti glorioſum, ut in cœlo, propria nõ deſtituitur quãtitate, & ideo non põt eſſe ſimul in pluribus locis. 526.G H| *Et idem eſt in exiſtentia, ſiue in cœlo, ſiue ſub ſpeciebus in ſacramento.* 527.C| *Et eſt in pluribus locis, ut in ſacramento, non ut radij Solis in pluribus ſpeculis, ſed potius, ut Deus eſt in rebus.* 528.E| *Et hoc habet, ex participatione eſſe diuini, non tantum perſonalis.* Ibi.F| *Non tamen ut circumſcribitur in cœlo, poteſt eſſe in pluribus locis.* 527.A

Corpus Chriſti myſticum, ſicut quo ad uitam animalem indiget cibo corporali, ita & quo ad uitam ſpiritualem, indiget cibo ſpirituali. 531.A

Corpus Chriſti & ſanguis etſi ſint in ſacramento, pro ut fuerunt pro nobis in cruce tradita, non tamen ibi ſunt modo paſſibili. 532.H

Corpus & ſanguis Chriſti ſumpta in ſacramento, ſunt uelut ſeminarium ad immortalitatem carnis noſtræ. 532.H| *Et in triduo mortis fuit uerus Deus.* 528.F

Corpus ſine capite &c. monſtruoſum: ergo & Eccleſia ſine Epiſcopo. 628.F

Corporum expoſitio in matrimonio, habet rationem doni, immo commutatiuæ iuſtitiæ. 633.D

Creatura quomodo per peccatum infecta. 554.E

Credere, ut refertur ad ſacramentum, quid ſit. 530.E| *Et quid importet.* 531.C

Cupiditas libertatis, & propriæ excellentiæ, quantum ualeant. 557.B

D

DECRETA per ſummum Pontificem, ad interpretandum uel deducendum, quæ ſunt iuris diuini, fiunt iuris diuini. quę uerò ſtatuit ad mores pertinentia & diſciplinam, ſunt iuris canonici. 631.B C

Dæmonum poteſtas quanta & qualis. 653.D| 654.E| *Ipſi dæmum cum impijs & reprobis ſub Chriſti pedibus redigendi.* 541.A

Dæmones non ſemper aſtringuntur per incantationes, licet alliciantur, niſi fortè ex ſuperioris imperio. 654.E |*Nec præſtare ſæpius poſſunt, quæ petuntur ab eis.* Ibi F

Dæmones exorciZati etiam ſecũdum ritum Eccleſiæ, licet ſemper torqueantur, non tamen ſemper expelluntur: & quare. 654.H

Deus in ſcripturis ſæpe pro tota Trinitate. 611.B| *Ipſi propriè conuenit uiuere ſicut & eſſe. Item & generare.* 573.D

Deus cur iuret per ſemetipſum. 559.A| *Cuius dicere eſt facere.* 540.G

Determinata per concilium, ad hoc ut ſortiantur robur, neceſſariò confirmanda eſſe à Papa, probatur ex tali fundamento. 587.B

Diaconi & ſi in actis inſtituti leguntur ad menſas, non propter hoc prohibentur à miniſterijs altaris. 568.E

Dic Eccleſiæ &c. quem ſenſum habeat, iuxta Domini uerbum. 583.D| & 584.E

Dies reſurrectionis Chriſti, dies roboris eius. 543.A| *Quomodo tunc renatus in ſplendoribus ſanctorum.* Ibi.B

Differentia inter uitam carnalem & ſpiritualem declaratur. 533.B| *Item inter concupiſcentiam renatorum & non renatorum.* Ibi.C

Differentia quæ ſit inter manducare & bibere ſpiritualiter abſolutè &c. & ut relata ad ſpecies panis & uini. 530.E

Diſpoſitio in recipiente indulgentias, conſtat ex fide & gratia. Etſi uoluntas propenſa ſatisfaciendi, multum conferat, non tamen neceſſariò requiritur. 601.A

Diſpenſatio gratiæ ſacramentalis, non niſi per illorum ſit collationem, per miniſtros ipſorum factam. 604.H

Diuitiæ multiplices Reipublicę Chriſtianæ, et quę ſint. 603.A

Doctorum ſacrorum uſa diuerſa &c. ad inueſtigandum fundamentum indulgentiarum. 605.D

E

ECCLESIA cur petit ut oblatio quæ ſit in altari, ſit Deo rata. 549.C

Eccleſia Sponſa, Corpus, Domus, & Templum Chriſti. 610.G| *Cuius augmentum ſemper ab intrinſeco.* 614.E F

Eccleſia Chriſti, duplici regitur Principatu, & Politico & Ierarchico. 564.F| *Cuius authores, Deus maximè & Chriſtus.* 611.C

Eccleſia etſi in conſecratione ordinis aliquid aſſumit ſimile Synagogę, non tamen eàdem ratione. 567.C

Eccleſia ſicut Chriſtum caput ſuum & ſponſum agnoſcit, ita & Papam, licet non eodem modo. 627.D| & 628.E

Eccleſia à miniſtris ſacris, non ſolum exigit caſtitatem, ſed uotum illius. 642.F G

Eccleſiæ ouile, fideles oues, & ſummus Pontifex Paſtor, cur dicuntur. 575.D| 576.E| *Et ſi ouile, iuſta ratione ad tempus deſtitui poteſt proprio Paſtore.* 620.E

Eccleſia non ſemper reſtringitur ad cętum uniuerſalem. 583.D| *Et quòd quid ſit communi definitione.* 559.B

Eccleſia ſimilis eſt ciuitati cœleſti nõ terrenę. 553.D| & 589.B| *illius ędificatio non eſt opus Hominis ſed Dei.* 574.G| *Similis, Horto, Vineæ, campo &c.* 611.C

Edere & bibere neceſſarium ad ſalutem etiam infantibus, eſt credere in Chriſtum ut cibum & potum. 531.C D

Edere ſpirituali & interno eſu &c. Si non maximè conferret ad uitam ſpiritus, non ſic inculcaret Chriſtus, niſi manducaueritis. &c. 534.F G

Electis Chriſtus à Patre EuangeliZatus, & ipſi tracti ad eum. 560.E F

Electis Chriſtus aſſiſtit ut murus & antemurale: nec propter hoc, non uigilandum Epiſcopis. 619.B

Enoc tranſlatus ſeptima generatione, & Elias ſeptima uitæ periodo. 551.D

Epiſcoporum munus in regendis populis. 612.F| *Quo pacto illos geſtare debent in corde.* Ibi. F| *Quæ illis unicè ſacramenta commiſſa.* 613.A| *Vt conferre ordinem ſacrum.* 614.E| *Miniſtros Eccleſiæ conſecrare.* 612.H| *Illorum graue onus, & cur in Eccleſia poſiti.* 610.G| *illorum præcipuum onus.* 611.A| & 615.D| & 616.E.

Epiſcopi etſi ędificantes, non tamen ædificij authores. 611.B| *Sed præparando materiam.* Ibi.C| *Et præparatam exhibendo.* Ibi.D| *Immo ſunt quodammodo architecti.* 613.A B| *Nec ſatis illos eſſe Doctores, ſed oportet prædicare.* 610.H| *Qui ſi quandoq; excuſantur, à publica prædicatione, nunquã tamen à priuata.* 618.F| *Et quæ ab illis exiguntur, & communiter ab Epiſcopis proprijs.* Ibi.G| *Vitam pro ouibus quando, & quam ponere debent.* 616.H

Epiſcopi etſi miniſtri, non tamen in Eccleſia poſiti, ut ſibi miniſtrent. 616.E| *Cum potiſſimum propter electos inſtituti ſint.* 619.B| *Et cum totum negocium illorum, ſalus ſit animarum.*

animarum.ibi.A| Et illorum verba magis efficacia quàm mercennarij.617.C| Ideo verbo paſcere debent. 618.F

Epiſcopi munus,cum ſit perſonale.618. E F| Ideo neceſſe eſt illum reſidere in ſua Eccleſia. Ibi.E| & 619.A| Et reſidere aſsiduè.618.H| & 619.A C| & 628. F G| Et quæ ad hoc illos vrgeat potiſsimum ratio.624.G| Et ſi nõ reſederint in ſtatu ſunt æternæ damnationis.628.G| Licet in quibuſdã caſibus excuſentur, ab aſsidua reſidentia. 620. per totum| Nec ſatis eſt oues facie agnoſcere. 616.G

Epiſcopi munus propriũ,fieri non poteſt per ſubſtitutũ.625.A B

Epiſcopus factus ſecretarius Papæ, quid agere debet. 621. B| Cum nonnunquàm apud illum degat, ſine Eccleſiæ ſua iniuria. ibi.D| Quid ſi fiat Cardinalis. 622.E

Epiſcoporum conſecratio, non fictitia res eſt, ſed ſemper fuit in Eccleſia ab Apoſtolorum tempore.567.B| Et à Chriſto ſunt inſtituti ad opus non ad ocium. 624.H| Illorum cura, à cura dependet,diuino iure,ſummi Pontificis. 621.D

Epiſcopatus & ſacerdotium & ſi quãdoq; videãtur confundi, non propter hoc non ſunt diſtincti ordines,ſed quia olim nulli vngebãtur in ſacerdotes, qui non et in Epõs. 567.D|568.E

Epiſcopatus,munus neceſſarium in Eccleſia & à Chriſto profectum.568.H| Nec inſtitutum vt ſit in aere.ibi. Et in Petro voluit vt eſſet cum omni plenitudine poteſtatis,utpote in ſupremo Vicario.569. C| Et ideo in eo & Roma.Pontifice, vt in fonte,in alijs autem vt in riuulis. 570.E

Epiſcopatus, Sacerdotium, Diaconatus,& Subdiaconatus, cur ordines ſacri. 567.D

Epiſcopatus nomẽ eſt operis, ſuperintẽdendi ſcilicet et paſcendi, & duplici innititur poteſtate, ordinis ſcilicet & iuriſditionis. 570.G| Cur quandoq; videtur confundi cum ſacerdotio. 567.D

Epĩ à Chriſto ſunt inſtituti.624.H|Et quo ad ordinis, et quo ad iuriſditionis poteſtatem, pendent à Chriſto & à Papa, ſed diuerſimode. 571. D| Et ita dati ſunt Eccleſiæ, vt ſint ſub Petro. 572.E| Et cur certo tempore tenentur viſitare limina apoſtolorum. 621.H

Epiſcopi in conſecratione epiſcopali, poteſtatem accipiunt ius dicendi in foro Eccleſiaſtico, non minus quam ſacerdos in conſecratione ſacerdotali, in foro pœnitentiali. 573.A

Epiſcopus neſciens docere publicè, indignè id onus ſuſtinet, nec excuſatur à priuatè docendo &c.arguendo &c.625.C| Nec ab aſsidua reſidentia, vel ex infœlicitate temporum, vel ex Principum uiolentia. 629.A| Et cum ſit pater pauperũ, temporaliter paſcere debet.617.A| Et id per alium facere poteſt: at ſpiritualiter non niſi per ſe ipſum.ibi.C| Et exẽplo Pauli põt petere à diuitibus, vt habeat vnde tribuat. Ibi.B

Epiſcopo vt ſponſo relinquenda ſunt omnia,& Eccleſiæ ſuę tanquam ſponſę adhęrendum. 628.E

Epiſcopi habent ſemper eandem authoritatem,reſpectu ſuarum Eccleſiarum,ſed non totius Eccleſiæ.588.G H| Et in Concilijs diffiniendi poteſtatẽ habent ex liberalitate Papæ. Ibidẽ.

Eſſe aliquid in ſcripturis quid ſit. 613.C D

Eſſe filium Dei viis communicatur per Chriſtum, cæteris mẽbris ſuis. 574.E

Eſt licet quãdoq; idem ſit, quod ſignificat: naturaliter tamẽ exprimit eſſe &c. prę ſertim in verbis conſecrationis. 525.B

Eſus,& potus ſpiritualis Chriſti,fit per fidem formatã. 529.D| In quo conuenimus cum antiquis patribus, & cũ beatis: Secus autem de eſu relato ad ſacramentum. 530.F

Etiã beati in patria reficiẽtur carne & ſanguine Chriſti.532.G

Euchariſtia nedum eſt expiatorium ſacrificium, ſed & pacificum.644.E| Eſt & maximũ ſacramentum & auguſtiſsimum,quia non ſolum gratiam conſert vt cætera, ſed Dominum gratiæ. 524.H

Euchariſtia non omnibus eſt præcepta ſub vtraque ſpecie, nec propterea ſequitur: ergo aliquibus eſt præcepta.535.A| Sed bene ſequitur aliquibus non eſt præcepta, ſicut nec aliquibus interdicta. ibidem.

Euchariſtia,licet omnia ſacramenta efficiant quod ſignificant, ſub vna tantum ſpecie plus efficit quàm ſignificat. 537.B

Euangelij ac legis, promulgationis differentia. 543.A| Illud niua fide receceptum, obſequentiſsimos Deo & Chriſto facit. ibidem.

Euangelizare priuatim oĩbus licet, non autẽ publicè.&c.568.F

Euangelium indiget approbatione Petri, non propter ſe, ſed propter nos.576.H| Illius pondus reſurrectio Chriſti. 544.E

Eugenius quartus, reuocando tranſlationem Concilij Baſilẽſis, non propter hoc approbat decreta per illud. 586.H

Expreſſa in ſcripturis & neceſſariò ex illis deducta, pertinẽtia, ad fides, morum, & ſacramentorum ſubſtantiam ſimpliciter ſunt de iure diuino. 630.G H

Extra onus proprium non eſt, fratrem pro fratre, & membrum pro membro eſſe ſolicitum. 603.D

F

FACERE in ſcripturis ſanctis, quandoque eſt offerre. 646.H

Fideles per ſacramenta ritè ſuſcepta, inſeruntur, vel altius in Chriſto radicantur, ſed cruento vel cruore perfuſo. 605.A

Fides neceſſaria in ſummo Pontifice, in qua Petrus nunquàm defecit. 575.A

Fides quo pacto à Deo ſit & à miniſtris. 613.D

Frangitur, quod ait Paulus dixiſſe Chriſtũ in vltima cœna etc. quid propriè ſignificet. 525.D

G

GELASIVS excommunicauit communicantes ſub altera tantum ſpecie, quia ibi ſecus erat conſuetudo &c. ſed non ſic Corinthi. 536 F

Genitale membrum, iuxta Auguſtinum, vocat Paulus, corpus. 633.D

Gloria filiorum Dei & ſi in futuro reuelanda eſt, etiam in præſenti illius primitiæ non deſunt. 561.A

Gratia ſacramentalis proximè expellit culpã, vt cum per illud confertur gratia: vel culpæ reliquias, ut cum per illud augetur. 604.H

Gratia gratifica, non eſt idem quod charitas, ſed ab ea indiſſolubilis. Ibidem.

Gratia quam Paulus datam aſſerit Timotheo.2.cap.1. Et ſi intelligatur de munere epiſcopali, presbyterali &c. poteſt etiam intelligi de gratia gratifica, quam confert quodlibet ſacramentum. 566.F

H

HAERETICORVM contra indulgẽtias, rationes, & ſolutiones illarum. 598.H|599.per totum.

Hæretici, impiè in uerbis conſecrationis detorquent eſt, id eſt ſignificat. 525.C

Homo ab effreni concupiſcentia, pręſertim cum obedit illius affectibus, uocatur carnalis. 533.D

Hominum cętus ab æterno electus à Deo. 555.B

Hoſtia in cruce oblata, ſpiritualiſsima fuit. 551. B| Et quomodo pro noſtris & ſuis peccatis. 552.G

I

IERARCHIA uel ſacer Principatus duplex, externus & internus, uterq; neceſſarius in Eccleſia, & quid ſit internus. 564.G

Ieroſolymis

Ieroſolymis & alibi, etiam tempore Tertulliani cõmunicabant ſub altera tantum ſpecie &c. 536.F
Immolatio in ſacrificia altaris, ad quid ſit. 525.C| Quomodo perfectum. ibidem.D
Incapax abſolutionis à culpa incapax eſt abſolutionis à pœna. 609.B
Indulgentia quid ſit, & ſonat abſolutionem, ſed magis remiſſionem. 596.H| Et eſt remiſſio non culpæ ſed pœnæ. ibidẽ| & 597.A Non æternæ ſed temporalis pro ſatisfactione debita. ibidem| Debitę inquam in foro pœnitentię. ibidẽ.C| Remittit enim pœnitẽtias vel actu iniunctas, vt in confeſſis, vel proximè iniungendas vt in contritis. ibidem.D| Quo fundamento ſit inſtituta. 602.H| & 603.A
Indulgentijs etſi redimer à pœnis iniunctis, ſatius tamen eſt etiam illas perſoluere. 599.B C
Indulgentiæ ut verę ac rectæ ſint, tria requirunt & quæ ſint illa. 600.G H| Illarũ uſus antiquiſſimus in Eccleſia etiam à tempore Pauli. 606.H| 607.A| An omnibus, & quantum & quomodo proſint. 609.D
Indulgentia per modum indulgentię, quid ſit. 607.C| Per illam eximimur à pœna non per uiam irritationis, ſed recompenſationis. ibidem.D
Indulgentia per modum ſuffragij, eſt quæ non redimendo iuridicè, ſed impetrando miſericorditer, liberat animas de purgatorio. 608.F G
Incarnatio uerbi opportuno tempore facta. 558.G
Infantibus præcipitur credere, habitu quidem abſolutè, actu uero pro loco & tempore, cum ſit præceptum affirmatiuum. 531.C
Integrum Chriſti corpus in ſacramẽto, quõ intelligatur. 523.C.D
Iuramẽtum quo pacto licitum, licet à Chriſto prohibitum &c. immo cur quandoq; neceſſarium. 539.B
Ius dicere eſt actus poteſtatem habentis, non tantum habitu, ſed de facto. 571.B
Ius idem eſt quod iuſtum, & complectitur æquum neceſſariò. 629.C| Et confunditur cum lege, licet ſit aliquod diſcrimen inter ea. Ibidem.
Ius non dicitur diuinum obiectiuè, ſed effectiuè, quia à Deo promulgatum. 629.D

L

LAICI, id eſt non conſtituti in ſacris poſſunt conferre indulgẽtias, cũ munus ſit Iuriſdictionis, nõ ordinis. 601.A
Layci puta paterfamilias, & ſi prædicet, rem agit ex genere ſacram, ſed non ſacrè, id eſt quaſi ex officio &c. 571.A| Quandoq; permiſſi ſunt à Paulo publicè de ſcripturis loqui, ſed ex ſpeciali ratione. Ibidem.
Leges interpretari non omnibus licet. 623.C
Lex tandiu ligat, quam diu illi utuntur legi. 628.E
Lex à ligando rectius dicitur, & leges Pontificis ligant ubique terrarum, quas condendi, diſpenſandi, antiquãdi, ſupremam habet poteſtatem, &c. 578.E F| Vel ab eligendo ut Cicero ait. 629.C
Lex euangelij, à pœnitente ſatisfactionem poſtulat, quæ fit etiã per indulgentias. 602.E F
Lignum uitæ, arbor ſciendi bonum & malum, & aliæ arbores Paradiſi, quid. 556.E F
Loqui in diuinis, eſſentiale & notionale, illud (quod ſæpe eſt facere) appropriatur, Patri. 540.G

M

MANDUCARE & bibere ſpirituale, ut ſit, nil aliud eſt, quàm credere. 530.E| Et frequentiſſimum eſt omnibus pijs. ibidem.F
Maducare et bibere &c. utpotè affirmatiuè pręceptum à Chriſto, non niſi, quando, ubi, quomodo &c. oportet, debet executioni mandari. 646.G H
Martinus quintus approbando acta Concilij Conſtantien. non approbauit, quo ad poteſtatem illius in Papam. 585.C
Matrimonium ut ſit uirtuoſum quæ & quot requirat. 636.E| Et eius conſenſus quot conditiones requirat. 637.D|638.E
Matrimonium Chriſti & Eccleſię in prothoparentibus adumbratum. 544.G H|557.A
Matrimonij natura, eſt naturæ ligaminis arcti, conſtantis, & ualidi. 632.H| Et eius copula eſt duplex, coniugalis & carnalis. 633.A
Matrimonium conſtituitur formaliter per copulã coniugalem, quæ eſt ſocietatis cuiuſdam, eximiæ. 633.A| & 634.F G| Et qualis ſit illa ſocietas. 633.A
Matrimonium contractum tãtum, ſubeſt poteſtati Papæ, ſed ad ædificationem Eccleſiæ. 635.C
Matrimonium triplici lege dirigendum eſt &c. 637.A B| Et quomodo iuxta unamquanq;. ibi.B.& D
Matrimonium contrahentes, non eſt neceſſarium, ut conſentiãt abſolutè in copulam carnalem: & ſic non repugnat Virginitati. 635.D|& 636.E
Matrimonium fit per mutuũ conſenſum, ritè pręſtitũ, corã Deo & foro Eccleſiaſtico. 638.E| & 650.E| Ideo clandeſtinum, non eſt matrimonium &c. Ibidem| Et illud potuit prohibere Eccleſia, ita ut factũ, ſit nullum. 651.B| Et irritare, licet ei ſit annexum ſacramentum. ibi.D| & 652.E| Quia cedit in multorum perniciem. 651.C D| Et uſq; ad Concilium Tridentinũ non fuit legitimũ, ſed toleratum. 652.E| Et ex tũc licet ſint ibi uerba & conſenſus, non tamen eſt ibi uera materia, & uera forma. &c. Sed apparens. 652.H| Illius conſenſus quas conditiones neceſſario requirat. 637.D|638.E
Matrimonium ut ſacramentum ex quibus conſtet ut ex materia & forma. 638.G| Quid ſacrum ſignificet. ibi.H| Et eſſe ſacramentum demonſtratur ex uerbis Apoſtoli, & quomodo. ibidem|& 639.B| Et confert gratiam. ibidẽ. et C| Illud impedientia, ſunt cognatio, ordo, Monacatus. 640.G| Ideo interdictum promouendis ad ſacros ordines, non iure naturæ, aut Euangelico, ſed Eccleſiaſtico. 641.D| Interdictum etiam Monachis. 642.F G
Matrimonium præſertim conſummatum, niſi ob diſparitatem cultus diſſolui non poteſt. 639.C D
Matrimonium in primo gradu eſt ſecundum ſe malum, & ideo nunquàm diſpenſatũ in ſacris literis. 640.H| In cæteris gradibus à primo aliquo modo eſt diſpenſabile. 641.C
Miniſtri non eſt habere miniſtrum, aliter procederetur in infinitum. 625.A
Miſſa nomen uel ex hebręa lingua, uel ex latina lingua, trahitur, & quid ſignificet. 643.A
Miſſa latinis, idem quod liturgia græcis, & quid illa comprehendatur ibidem.B
Miſſa, quod ſit ſacrificium pro peccatis etiam ex parte oblationis. 550.E| Nec ſine ſanguinis effuſione fiat. ibi.G| Immo in ea, multiplex ſacrificium. 547.A
Miſſa licet in prioribus ſuis partibus, puta Epiſtola, Euangelio, orationibus, laudibus &c. ſacrificium dici poſſet. 643.C| Eſt tamen uerè ſacrificium nedum Euchariſticum, ſed & propitiatorium. 547.B C
Miniſtri nouę legis, non ſimplici commiſſione, ſed ſacris ceremonijs conſecrantur. 567.A
Mons Pietatis, ex ſe mutuat gratis, & ſi pro miniſtris aliquid accipiat. 655.B

Monti Pietatis mutuantes, quomodo poſſunt vel nō poſſunt aliquid vltra ſortem accipere. 656. F| *Cui vt conſulatur, tria habenda pr a oculis.* ibid.G H
Multa ex natura ſua indifferentia, pracepta poſtmodum vel prohibita, boni vel mali induunt rationem. 629.D
Mundus cur non factus ab aterno. 555. B| *Et quomodo alius in aduentu Chriſti exortus eſt.* 552.F G
Munus quo Deo & Chriſto viuimus, cur Spiritus dicat. 534.F
Mutatio non eſt in Deo ſed in rebus. 539.C D
Mutuatio in quo differat a venditione, & quid de ratione illius ſperari poßit. 655.B C
Mutuantem ſeruare ſe indemnem, dupliciter cōtingit. 655.C D
Mutui cauſa ſolitum dimittere lucrum, tribus modis accidit. Ibidem| & 656.E

N

NECESSARIVM *Principatum ierarchicum in Eccleſia, omnes aſſerūt, ſed non pariter intelligūt.* 564.G
Neceſſarium Principatum externum ad mores humanos dirigendos, fatentur etiam Philoſophi. 565.A
Neceſſarium eſt, vt in corpore myſtico, aliqua membra ſubſint & aliqua praſint. Ibidem.B
Noſſe aliquem ex nomine, in ſcripturis quid ſit. 616.G
Non poteſt quis ſacris initiari, à non habente ſacrum miniſterium. 567.B
Nubere in Chriſto, ſeu iuxta euāgelicam legem, quid ſit. 637.B
Nubere etſi in remedium ſit concupiſcentia &c. non eſt tamen ad explendam libidinem. 637.C

O

OBIECTIONES *dicentium indulgentias dari, non ſolum pro pœnis actu inflictis, ſed etiam infligendis abſolutè.* 597.D
Obiectiones contra Theſaurum indulgentiarū, quatenus ex ſanctorum pœnis ſatiſfactorijs conſtat, & ſolutiones. 603.C D
Obiectiones hareticorum contra ſacrificium Miſſa, & ſolutiones. 647.A B
Obiectiones quinque contra Cōmunionem, ſub vna tantum ſpecie. 535.D| et 536.E| *Solutiōes illarū.* 536.F G H| et 537.A B
Obiectiones tres hareticorum contra externam ierarchiam Eccleſiaſticam. 565.C
Obiectiones contra neceßitatem reſidentia Epiſcoporum & ſolutiones. 626.per totum.
Obiectiones contra indiſſolubilitatem matrimonij. 640.E| *Et ſolutiones.* Ibidem.
Obiectiones contra irritabilitatem matrimonij clandeſtini & ſolutiones. 652.per totum.
Obiectiones quinque contra poteſtatem Papa, & earum ſolutio. &c. a 583.C| vſq. ad 586.H
Oblatio Euchariſtia & à Chriſto inſtituta, & à Paulo exercita eſt cum ceremonijs, vt verum ſacrificium. 644.G H| *Et qua fit in altari eſt neceſſaria, licet qua facta eſt in Cruce fuerit ſufficientiſſima.* 550.F
Oblatio a Chriſto facta in cruce, opus heroicum, ad genus pertinet ſpiritualium actionum. 548.E| *Qua autem in altari ad ſenſibiles actiones.* Ibi.F| *In quibus, differant ab inuicem.* Ibi.G H| & 549.A B
Oblatio miniſtri in perſona Eccleſia, quaſi à perſona progreditur Chriſti, &c. & qua in altari, innumeris poteſt ſufficere. 549.C D
Oblatio in Cruce fuit cruenta realiter, qua autem fit in altari, eſt cruenta myſterio. 548. H| *Nec iſta inſtituta eſt propter defectum illius.* 550.F
Omnes fideles qui miſſa interſunt, quodam modo ſacrificant dū offerunt cum Sacerdote. 646.H
Opes ſpirituales ſunt variæ & multiplices. 603.A
Operari cibum qui non perit, non eſt illum efficere, ſed operando illum aſſequi a Chriſto. 531.B
Opiniones dicentium communionem eſſe de iure natura aut diuino, in quo fundantur. 531.A B
Opinio & fundamenta dicentium acta Concilij, non neceſſario requirere confirmationem Papa. 588.E
Opus ſeu officium Epiſcopi eſt miniſteriale, non quodcunq. ſed Paſtorale. 625. A| *Nec fieri poteſt per ſubſtitutum.* Ibid.
Ordo ſacer ſigno confertur ſenſibili. 566.E| *Et eſt vnum ex ſeptem ſacramentis, & multis quo ad perfectionem anteponendum.* 565.D
Ordinis, qui eſt ſacramentum, qualibet pars eſt ordo, nec illa ſimul ſumpta, plura ſunt ſacramenta, aut ordines. 566.G| *Et plures habens, non propterea plures habet characteres animæ impreſſos.* Ibidem| & H
Ordinis in ſacramento etſi tot continentur gradus, quot numerat Romana Eccleſia, non tamen omnes ſunt ſacri. 566. G
Ordo quia eximium ſacramentum, ideo & ſacrantur, qui ad illum promouentur. 567.A
Ordo in vocandis electis, qualis ſit. 559.C
Oues & agni, quàm ſint Deo & Chriſto chara. 615. B| *Paſcendæ etiam corporali cibo.* 617. A| *Et reficienda verbo Dei.* Ibi. B| *Illas vocare nominatim quid ſit.* 616.G
Oues natura infirma & ſtolida, reſidentiam exigunt Epiſcopi vt Paſtoris. 628.G

P

PAPAE *etſi liceat vti regia poteſtate, non tamen cōtra ius naturæ aut Euangelij legem.* 602.F| *Cum legati ſicut non poſſunt gerere vicem Chriſti, ſic nec ſupplere pro vniuerſali Eccleſia.* 591.A
Papa in conferenda poteſtate ordinis agit vt purus miniſter: iuriſdictionis autem, vt agens a propoſito. 571.D| *Et ſicut applicat ſingulis Eccleſiis Epiſcopos, ita & remouere pōt, prout iudicat expedire.* 627.D
Papa debet habere plures cōſiliarios, ſed nō cogit ſtare eorū placitis. 582.G| *Et ex eo quòd Papa non eſt Deo gratior.* 583.A| *Ad ipſum ſpectat conuocare Concilia.* 589.A B| *Poteſt concedere poteſtatem Concilio & illa moderari et reuocare.* Ibi| *non tamen concedere totam ſuam authoritatem, praſertim reſpectu eorum qua ſunt fidei. &c.* 590.E| *Sed bene committere quæ ſunt iuriſdictionis, at non quæ exigunt induſtriā perſonalē,* Ibi.F| *Nec conferre corpori, munus capitale.* Ibi.G
Paruuli cur non aſtringantur, ad eſum ſacramentalem. 531.E| *Credunt nihilominus actu, opera tamen Sancta matris Eccleſia.* 531.C
Paſcere quatuor modis contingit, ſed duo tantum ex proprio genere requirunt conſecrationem. 625.B
Paſcendus eſt populus ab Epiſcopo, & ideo non poteſt diu abeſſe. 625.D|626.E
Paßio Chriſti etſi ſufficientißima ſit ad Theſaurum indulgētiarum, ad illum tamen & membrorum ſuorum pœnalitates concurrunt. 550.F
Paſtorale regimen quid ſit. 616.E| *Eius conditiones.* Ibi. F.
Paſtoris nomē peculiare eſt Chriſto, & qua ratione. &c. 562.F| *Quomodo gregem paſcit, congregat agnos in brachio, & leuat fœtas in ſinum.* Ibi.G H
Paſtorum officium in quo primò ſecundo & tertiò conſiſtat. 615.C| *Illis quod ſui muneris eſt praſtantibus, Deus ſemper adeſt opportuno fauore.* 619.C
Paulo cognoſcitur poteſtas collata à Chriſto, & per conſequens

Eccleſia

Eccleſiæ, concedendi indulgentias. 606.G

Paulus ex modo inſtitutionis præclarior inter Apoſtolos, vnde Apoſtolus dicitur, & ad dextram in bullis ponitur. 584.G

Perfectio ſacramenti Euchariſtiæ, non eſt minor ſub vna tantum ſpecie quàm ſub duabus, ex parte ſcilicet rei contentæ. 536.H

Petro etſi data eſt poteſtas ligandi ac ſoluendi ſuper terram, nõ tamen ſuper Purgatorium, licet ſit pars terræ: ſed intra illam. 609.A B

Petrus ob ſuam confeſsionem, beatus à Chriſto aſſeritur, & petra dignitate ac robore donatus, & licet fundamentum ſit Eccleſiæ, Chriſtus tamen illam ædificat. 574.E F| *Et poſt lapſum ad maiorem gradum aſſumptus.* 614.H|& 615.A

Petri perſonæ non charitati pollicitus eſt Ieſus Pontificatum. 574.G H|& 575.B|& 583.A|*Et poteſt deſtitui charitate, ſed non pontificatu.* Ibidem| *Cur filius Ionæ, a Chriſto appellatus.* 614.G H

Petrus ſolus et ſucceſſores, Põtifices à Chriſto inſtituti. 575.A| *Cuius poteſtas certum nacta eſt forum.* 609.C

Petrus ſui muneris exordium ſumpſit ab interpretatione ſcripturæ. 577.B

Petro excellentius dictum eſt quàm cæteris, quæcunq; ligaueris. 578.G| *Et ex ſua authoritate, ligare poterat etiam alios Apoſtolos.* 579.A

Petrus quo modo iuxta Auguſtinum, accepit Claues in perſona Eccleſię. 584.G H| *Et illius confeſsio eximia.* 573.D

Petrus negando, & Marcellinus thus offerendo, peccarunt, ſed non perdiderunt fidem. 593.C

Pietas quę in cauſa indulgentiarũ requiritur qualis eſſe debeat, & intelligi. 601.C

Piorum & electorum ſtudium, dona, & gaudium in tribulationibus. 561.B| *Frequentes oblationes.* 611.B

Pœnã poteſt quis aſſumere ex ſeipſo pro peccatis, ſed præſtat vt imponatur ab alio. 597.B C

Pœna in foro pœnitentia, fortè non eſt parua vt uidetur, etſi ſit, non tamen ſuſcipienti maximè parato exequi. 598.E| *Nec remittitur ſola Pontificis voluntate, ſed Theſauri indulgentiarum diſtributione.* 602.F

Pœnarum iniunctarum nomine, de quibus in indulgentijs, fortè etiã quas ſacri canones decernunt, ſunt cõprehenſę. 598.F G

Pœnitere quomodo conueniat Deo. 539.E

Pontifex hæreticus, poſt ſecundam correctionem omnibus vitandus. 575.A

Pontifex in determinatione fidei, ligat ſe & ſucceſſores. 577.C| *Sacramenta diſponit & diſpenſat.* Ibidem & D| *Indulgentias confert pro viuis & mortuis, ſed diuerſimode.* Ibidem.

Pontificatus & ſacerdotium licet ſimpliciter diſtinguantur, in Chriſto tamen idem ſunt. 538.H

Pontificatus non eſt propter hædos, ideo non ſunt expreſsi in cura demandata Petro. 576.F G

Poteſtas ſeu authoritas ſumma conferendi indulgentias, eſt penes ſummũ Ponti. à quo in cæteros emanat. 597.C|et 601.A

Poteſtas Pontificis, etſi in multis ſit Regia, non tamen in foro pœnitentiæ. 601.D

Poteſtas ligandi & ſoluendi, continet ſub ſe poteſtatem leges condendi &c. 606.E

Poteſtas Iuriſditionis, quam ſortitur Epiſcopus, in triplici foro poteſt conſiderari, & quam habent in vnoquoq; illorum, poteſt Papa moderari, ſuſpendere &c. 572.G H

Poteſtas iuriſditionis, in foro Eccleſiaſtico collata Epiſcopo, cum conſecratione, & collata ſine conſecratione, licet utraq; ſit ex iniunctione, non tamen eodem modo. nam prima ineſt, ex iniunctione quo ad vſum, ſecunda uere quo ad ſubſtantiam ſimpliciter. 573.C

Poteſtas Epiſcopalis, & à Papa & à Chriſto confertur, ſed diuerſimode. 627.D

Poteſtas Papæ, quæ & quanta & qualis ſit. 580.H| 581.A| *Et eſt ſuper totam Eccleſiam &c.* 589.C|*A quo & ad quid illi data ſit.* 581.C

Poteſtas Concilij qualis ſit. 582.F

Præcipitur nobis ut credamus in Chriſtum, miſſum à Patre vt peculiarem cibum, & potum noſtrũ: & præcipitur etiam infantibus. 531.C

presbyteri in ſcripturis, ordinati ſunt ad offerendum. 568.F

Primitia Spiritus maximè ex eſu ſpirituali Chriſti. 534.H

Principatus duplex ciuilis & ierarchicus ſeu ſacer. 564.F| *Ciuili ad bene viuendũ iuxta Philoſophos, neceſſariò.* 565.A| *Reguntur fideles ſecundum naturam, &c. ſacro, ſupra naturam.* 564.F| *Vterq; in Eccleſia neceſſarius.* Ibi. G| *Quæ confertur cum regno, ciuitate exercitu.* 565.B

Principatus ſacer eſt duplex internus & externus, illo reguntur fideles a Chriſto, ut a capite. 564.G H

Principatus Eccleſiæ non eſt Politicus ſed Monarchicus: & in multis illi prodeſt. 575.A B

Principium in ſcripturis, multipliciter. 542.E| & G

Propitiatorij expiatio. 553.A B| *Cur ex vtroq; latere ipſius, ſepties aſpergendum.* Ibi.C

Prophetię quandoq; abſoluta, quandoq; conditionata: non tamen ſemper expreſſe. 539.D|& 540.E

Q.

QVADRAGENAE *& annorum decades expreſſę in indulgentijs ad quid, & quomodo intelliguñt.* 598.E F *Quadruplex ſenſus illorum verborum. Hoc facite in meam commemorationem, explicatur.* 646.G

Quantitas remanens in ſacramento altaris, eã habet vim, vt nõ ſolum ſeipſam, ſed & cætera ſuſtentet accidentia. 524.F

Quædam ſunt ex natura ſua, nec mala nec bona, quæ tamẽ præcepta vel prohibita, rationem mali, vel boni, iuſti vel iniuſti ſortiuntur. 629.D

Quædam ſtatuta à ſummo Pontifice, ſunt de iure diuino, quædã de iure canonico & quę. 631.B C

Quædam continentur in iure diuino explicitè, quædam implicitè. 630.G

Quæ ſint primo de iure naturæ, & quæ deducantur ex eo, neceſſariò. 631.A

Qui dixit niſi manducaueritis carnẽ, & biberitis ſanguinẽ etc. dixit etiam, qui manducat hunc panem uiuet etc. nulla calicis facta mentione. 536.G

Quincuplex differentia inter modum eſſendi Dei in rebus, & Chriſti corporis in ſacramento. 528.E

Quinque caſus quibus excuſantur Epiſcopi, à continua reſidentia. 619.D.620.F G

Qui ſpiritualiter communicat, debet etiam quandoq; ſacramentaliter communicare &c. 530.G

Quod Deo vt poſſumus exhibemus, non ad ius ſed ad pietas ſpectat. 629.D|630.E

Quomodo accipitur, Papa & Concilium, cum poteſtas vnius cõparatur alteri. 580.H

Quodcunq; ligaueris, & quodcunq; ſolueris &c. quem ſenſum habeant germanum. 578.E F G

R

RATIO *potiſsima cogens Epiſcopos ad reſidentiã perſonalem.* 624.G

Recompenſatio quæ fit per diſpenſationem Theſauri indulgentiarum,

tiarum, ſit vtiq; iuridice, quia à Prælatis, tam ſummo Pontifice quàm alijs. 607.D| & 608.E
Refectio ſpiritualis et ſi conſtet ex eſu & potu &c. non propterea, neceſſe eſt ſumere ſpecies panis & vini. 537.B
Regere opus eſt poteſtatem habentis, ergo et iuriſditionis. 571.B
Regno non immerito comparatur Eccleſia & Ciuitati, cum in ea ſit ſacer Princeps omnibus præſidens. 565.B| *Et Ciuitati & horto, & vineę & quali regno, quòd non terreno.* 553.D
Regnum temporale non diſplicet Deo. 554.F| *Sed regnum Chriſti non de hoc mundo.* ibidem.H
Regnum Chriſti in mundi calce cogendum. 555.C
Regnum Chriſti procul à faſtu, & ampulloſis titulis. 562.E F| *Illius præſtātia.* 561.C D| *Quomodo illud moderetur.* 562.F
Regnum cælorum Eccleſia vniuerſalis dicitur. 576.E| *Et hic Typus eius per illuſtris.* 553.D
Reſidere aſſiduè tenentur Epiſcopi, ex natura officij ſibi demandati. 628.G| *Alias ſunt in ſtatu damnationis.* ibi.H| *Quod non tollitur ex minima diſtantia & abſentia vel quo ad locum vel quo ad tempus.* 619.A & C
Ritus ſacrificij Melchiſedec, fuit offerre panem et vinum ſub ſpecie panis & vini, ita & Chriſtus carnem & ſanguinem ſuum, non propriè in Cruce, ſed in cæna obtulit. 645.C D
Ritus Eccleſiæ & circa baptiſmum, & circa communionē ſub vtraq; ſpecie ſunt mutati. 537.D
Rigantes & plantantes quomodo nihil ſunt. 614.E F
Rogans pro te &c. pōderatur iuxta germanum ſenſum. 593.A

S

SACERDOTIVM *Chriſti, non niſi poſt mortem & reſurrectionem, executionem ſortitum eſt.* 544.F H| *Spirituale tamen, in cruce peractum, commune eſt omnibus ſuis membris.* 550.H| *In quo Melchiſedec maximè illi aſſimilatus eſt.* 545.A B
Sacerdotes ſpirituales, non ſemper neceſſariò, res offerunt ſpirituales. 551.A| *Et qui olim in ſacerdotes, in pontifices etiam vngebantur.* 567.D
Sacerdos ſicut baptizat, ita & conſecrat, non in perſona propria ſed Chriſti. 526.E
Sacerdos conſecrando ſuam functionem exercet: at Epiſcopus nō niſi paſcendo & regendo. 571.C
Sacramentum altaris, non modo inſtitutum eſt à Chriſto, non modo īmolandum opportunè, ſed ab ipſo immolatum eſt. & probatur triplici ratione. 642.H| & 645.A
Sacramento altaris quid inſit præcipuum. 526.E
Sacramenti altaris perfectio attenditur ex parte rei contentæ, quæ non vberior ſub duabus ſpeciebus quàm ſub altera tantum. 536.H
Sacramenta non tantum ſunt in genere ſigni, ſed etiam cauſæ, cum agant quod ſignificant. 566.E| *Quæ ſpecialiter commiſſa Epiſcopis.* 613.A
Sacramētum iuxta vocem, rem dicit archanā, ſed Theologis eſt ſignum rei ſacræ & archanæ, quæ fit. 638.F
Sacramento Euchariſtiæ ſiue altaris aliquid ineſt ex vi ſacramenti, & aliquid ex concomitantia. 524.F G
Sacramentum multis modis accipitur in ſcripturis, & eius definitio iuxta Theologos. 638.F
Sacramentorum ſalua ſubſtantia, poteſt Eccleſia circa illorum vſum mutare prout expedit. 537.C D
Sacrificium propriè, etſi ex internis offerentis debeat proficiſci, requirit tamen externum opus & ceremonias. 644.E F
Sacrificium Chriſti in cruce, an fuerit ſecundùm ordinem Melchiſedec. 545.C
Sacrificio expiationis maximè adumbratum. 551.B C
Sacrificium nouæ legis cruentum, etſi vnicū fuit, non propterea tollitur ſacrificium altaris incruentum. 647.A B
Sacrificium Miſſæ, idem eſt cum ſacrificio crucis ex parte rei oblatæ. 547.D| & 548.E
Sacrificium altaris licet expiatorium ſit, non tamen per illud ſine pœnitentia, remittitur peccatum actuale. 550.G
Sacrificium in cæna oblatum à Chriſto ante mortem, & noſtrum oblatum poſt mortem, eiuſdem ſunt rationis. 647.D| *Ex parte ſcilicet rei oblatæ: differunt autem in modo exiſtendi.* 648.H| & 649.A| *Illud etſi fuit expiatorium, effectum tamen, nō ſortitum eſt niſi poſt mortem Chriſti.* Ibi.B|
Sacrificium noſtrum altaris nedum eſt pacificum ſed & propitiatorium. 648.F
Sacrorum miniſtrorum ordines, tot ſunt quot numerat Romana Eccleſia. 567.C
Sancti in Patria diuerſis officijs mancipati. 553.A
Sanctorum corpora proprias ſedes habebunt in cœlo, & Chriſti corpus proprium locum. 528.H
Satisfactio qua ſatisfit, Deo per indulgentias, non eſt ex condigno, niſi ſecundum acceptationē & ius amicitiæ. 597.A B
Satisfactio cum ſit pars ſacramenti integralis, non imponitur quaſi eſſentialiter exigatur, ſed ad maius robur ſatisfactionis noſtræ. 599.D
Satisfaciēdum eſt proximo, ſed magis Deo & Eccleſiæ, ad quod ſuffragantur indulgentiæ. ibidem.
Satisfacientes non facimus iniuriā Chriſto, quin potius cooperamur, cum ipſe non minus ſatisfaciat in nobis quam vtiat. 600.E| & 604.E
Satisfactio, quæ per ſacramenta donatur, non exigit pœnā in foro pœnitentię impoſitam. &c. 605.B
Satisfaciens per indulgentias, ſatisfacit non ex alieno, ſed ex proprio. 608.F
Sententia diuina quandoq; iuxta demerita propria. 540.E
Sicut regnante lege regnauit Aaron, ita regnante Euangelio alius ſurrexit ſacerdos. 545.A
Sicut plura corpora glorioſa, poſſunt eſſe ſimul, ita & corpus Chriſti in pluribus altaribus. 528.G
Societas coniugalis diuina lege inſtituta eſt. 633.D| & 634.E|
Societati coniugali poſt Chriſtū præponitur & virgintas & viduitas. ibidem.
Sopor Adami & Euæ formatio, quid myſterij cōtineat. 557.A
Species ſacramenti Euchariſtiæ, ſi conſiderentur in ratione cauſæ, nō maior virtus ſub duabus, quam ſub una tantū. 536.H| *Si autem in ratione ſigni, clarior certè repræſentatio mortis Chriſti, ſed non maior fructus.* ibidem| 537.A
Spiritualiter communicans debet quādoq; communicare ſacramentaliter. 530.G
Spiritus quo Chriſto inimimus eſt chariſma quoddam, quo in regeneratione, ex ſemine diuino donamur. 533.D
Spiritus à Ioanne diuinum dicitur ſemen, quo regignimur. dicitur adoptionis à Paulo. 534.E
Spiritualis refectio per euchariſtiæ ſpecies ſignificata, non magis ſub duabus habetur quàm ſub una tantum. 537.A B
Status Patriæ eſt ſtatus ſpiritus, cum omnia agātur ſpiritu in ea. 532.F
Subſtantia ut ſic, propria præuenit accidentia, nec dependet ab eis, ergo & poteſt eſſe ſine eis. 527.B
Subſtantia panis in ſacramento, non annihilatur: nec remanet, ſed tranſubſtantiatur. 524.G| & 526.F
Succus ſpiritualis, tum ex carne, tum ex ſanguine Chriſti hau-

ſtus

ſtus, ad quid conferat. 534.G
Summi pontificis eſt diſponere, de omnibus, etiam temporalibus & quomodo. 576.F
Summi Pontificis eſt prouidere etiam in particulari, cuicunq. Eccleſiæ de miniſtris. 620.G
Summo Pontifici propria eſt ſuprema legis interpretatio in qua non deſtituitur ſpiritu ſancto. 577.A|& 581.B
Summi pontificis ſolius eſt decidere infallibiliter quæ ſunt fidei. 592.F
Summus Pontifex cur Paſtor eſt appellatus. 576.E
Summo Pontifici, Epiſcopi ſpecialiter ſunt commiſſi. 621.C| Cui & nos, tutò committimus. ibidem.A

T

TABVLAE teſtamenti, vrna manna, virga Aaron, cherubin &c. quid. 552.E F
Templum materiale non contemnendum ab Epiſcopis, ſed ſpirituale maximè promouendum. 611.A
Teſtamentum per Chriſti mortẽ eſt ſimpliciter confirmatum, lex abolita, & ſacerdotium tranſlatum, ſed quodam modo etiam ante mortem. 648.F
Teſtes licet non ſint de eſſentia matrimonij ſunt tamen neceſſarij, alias non ſequitur matrimonium. 653.B
Theſaurus indulgentiarum, integratur ex merito Chriſti, & ſanctorum afflictionibus, non quatenus meritoria ſunt etc. ſed quatenus ſatisfactoria, & non quomodocunq. 602.G
Theſauri requiruntur in qualibet Republica ad bene beatèq. viuendum, ergo & in Chriſtiana: ſed maximè ſpirituale. 603.A
Theſaurus indulgentiarũ initium habuit in Natiuitate Chriſti diſpenſatio autem poſt reſurrectionem Apoſtolis commiſſa. 606.H| Et licet ſit pro omnibus inſtitutus, maximè tamen pro ijs, qui dum hic agunt, non ſunt ſoluendo. 603.B
Totius Eccleſiæ cura, Petro demandata eſt &c. cæteri autem Epiſcopi, in partem ſolicitudinis aſſumpti. 627.C
Traditur, quod dixit Chriſtus communicando diſcipulos, quid ſignificet. 525.C
Tranſubſtantiationem in Euchariſtia, multa Concilia definierunt & patres. 525.A
Tranſubſtantiationem panis & vini in corpus Chriſti negantes Hæretici in ſacrificio altaris, fatentur nihilominus illud verum ſacramentum Euchariſticum & quomodo. 643.C D

V

VARIAE doctorum via, ad inueſtigandum, in quo fundantur indulgentia. 605.D
Verbis conſecrationis, in Chriſti perſona prolatis, ſubſtantia panis, ita in corpus eius, quod in cœlis eſt conuertitur, vt illud è cœlis non recedens, præſens tamen fiat accidentibus panis. 526.F| In illis duplex eſt efficacia. 525.B
Verba Chriſti Ioan. 6. niſi mãducaueritis &c. tã de ſpirituali abſolutè, quàm de relata ad ſpecies, mãducatione ſunt intelligenda. 530.H|536.E & F G
Verba & determinatio Tridetina Synodi, circa Communionẽ ſub vtraq. ſpecie. 535.B| Et circa authoritatem Eccleſiæ, ordinandi, mutandi &c. in diſpenſatione ſacramentorum prout fidelibus expedit. 535.B C
Verba illa, Paſce &c. etſi Petro tanquam ſupremo Vicario dicta ſunt a Chriſto, nihilominus extenduntur, ad ſub Petro Epiſcopos. 626.F
Verba Chriſti, ſiquis dimiſerit &c. excepta cauſa fornicationis egregiè declarantur. 639.D|& 640.E
Verum Chriſti corpus contineri in ſacramento, habetur non ſolum ex Concilijs, ſed et ex uerbis: Hoc eſt corpus meũ. 525.A
Vexatio corporis à Dæmone, permittitur à Deo, vel in pœnã vel in exercitium, uexatio aũt animę non &c. niſi teneatur captiua ad ipſius voluntatem: & quando permittitur vexare, non indiget licentia alligantis. 654.F G
Vinculum matrimonij, non eſt ſignum rei ſacræ, ſed potius res ſignificata, per ſacramentũ, quia nõ eſt, quid ſenſibile. 650.E
Vinculum ſeu copula matrimonij an & per quem, & quo caſu reſolui poteſt. 635.B
Vinculum ſeu copula coniugalis, ſacra triplici ratione. 635.A
Virginitas, licet donum ſit naturę: quomodo rationem ſortitur uirtutis. 636.E F
Virginitati non præiudicat copula coniugalis & quare. 635.D| Et quantum illa, hanc præcellat. 636.G H
Virginitas matrimonio comparata, in multis illud excellit. Et fit virtus accedente propoſito, carnis integritatis ſeruandæ, uel ſimpliciter, uel ad tẽpus, ꝓpoſito et uoto ſimul. 636.E
Virga uirtutis Dei tum euangelium. 541.B| Tum crux Chriſti. ibi.D| Tum efficacia diuina poteſtatis. Ibi.C
Vir licet caput ſit uxoris, & uxor corpus uiri, non propter hoc præiudicatur coniugali ſocietati. 634.H|& 635.A
Virtus diuina, cum adſit omnibus uerbis ſacramentalibus, maximè adeſt uerbis Euchariſtiæ. 525.D
Vis & efficacia coniugalis copulæ quanta ſit. 634.G H
Vita ſpiritualis ſimpliciter, habetur à beatis in Patria, in primitijs autem à fidelibus in uia. 532.E
Vita & ſi multipliciter accipitur à Philoſophis, quandoq. idem eſt quod ſtudiũ, in quo quis uerſatur cũ delectatione. 533.A| Et in ſcripturis dupliciter, quandoq. pro eſſe uitali, quandoq. pro operatione. 616.H
Vna caro quõ fiant uir & uxor ad procreandã prolem. 634.D
Vnitas, ſicut in re quæ dicitur una, dum eſt integra, eſt tota in tota, & tota in qualibet parte, & cum diuiditur, eſt tota in qualibet parte, ita & corpus Chriſti, in qualibet hoſtia conſecrata eſt totum, & cum diuiditur hoſtia, totum in qualibet parte. 527.C
Vocatio electorum non tantum externa ſed interna, & quo ordine. 559.C
Voces etſi primo ſint ad placitum, applicata tamen alicui, naturaliter illud ſignificant. 525.B
Vxor ex copula coniugali, euadit caro de carne & proſapia uiri. 634.G| Et licet ſit uelut corpus, & uir uti caput, non propter hoc præiudicatur, coniugali ſocietati. ibi.H

Indicis in Tractationes Theologales.
Finis.

Typographi excuſatio.

Quoniam horum operum auctor, alijs (vt fert munus, quo fungitur) occupatus negocijs, adeſſe non valuit cum ſubijcerētur prælo, etiam quòd quātū in nobis fuit, omnis ſit adhibita cura, vt ſine omni imprimerētur mēda: non potuimus tamen rem penitus aſſequi. Sed fœlix, qui vrgetur minimis. Sunt fateor incorrectiones aliquot: at non tales, vt quilibet eas, mox per ſeſe emendare nō poßet. Verùm vnicè dolet Auctor, quòd cum ea, quæ in his tractantur operibus, ſint nedum ardua, ac attentionem non vulgarē exigētia: ſed & quia reſtricta narratione tractata, in illis ſunt multa cōgeſta coactaq́; neceſſe erat, cuncta opportunis illuſtrare comis, ac certis diſtingui paragraphis: haud inſcius, quantum in eiuſmodi rebus, inde afferatur lucis ac ſuauioris intelligentiæ, præſertim (vt non raro accidit) minus rem ponderantibus excutientibusq́;. Quare te orat amice lector, vt rem æquo, ſicut & ipſe fert, feras animo. Nos autem hanc non ſubiuimus prouinciam, vt de comis, punctis, & paragraphis, aliquid hoc adnotaremus loco; ſed tantum pauca, quæ dictiones attinent, vt ex ſubiunctis animaduertes. Vale. Et omnia boni conſule.

Errores ex impreſſione contracti, qui maioris videntur momenti.

Pagina.2. Verſiculo.26. fundendus, pro fundendum
Pag. 4. Ver.42. eſornarum pro exocatum. Et ỷ.45. culus, pro culuis.
Pag. 5. Ver.47. poſt nam. deeſt, ſi.
Pag. 6. Ver.37. poſt CHRISTI, ſuperfluit, &.
Pag. 11. Ver.53. poſt ſaltem defecit, quæ.
Pag. 20. Ver. 4. refectus, pro refertus.
Pag. 36. Ver.41. reddidere. pro redderetur.
Pag. 52. Ver.16. pracipet, pro præcipitet.
Pag. 52. Ver. 52. perſpicua, pro perſpicacia.
Pag. 54. Ver. 18. poſt iniuria, deeſt, ſi.
Pag. 57. Ver. 7. poſt confuſionem, deeſt, at.
Pag. 65. Ver.12. exemplum, pro templum.
Pag. 73. Ver.48. iuſti, pro iuſtè.
Pag. 77. Ver.19. adoptio, pro adeptio. Et ver.41. adoptione, ꝑ adeptione.
Pag.122. Ver.13. viril, pro virtlis.
Pag.125. Ver.23. poſt, Corinthios, deeſt, ſi. Et ver.44. dijcere ꝑ deijcere,
Pag.128. Ver. 6. poſt vineas, deeſt in.
Pag.135. Ver.53. articulis, pro atriculis.
Pag.139. Ver.54. poſt, ſeu, deeſt, ſi.
Pag.145. Ver.42. ponderentur, pro, ponderarentur.
Pag.147. Ver.41. viatori, pro viator.
Pag.169. Ver.25. tum, pro tuum.
Pag.172. Ver.40. maximi, pro maximè.
Pag.172. Ver.13. cor ac reſuſcitatus, pro ac correſuſcitatus.
Pag.176. Ver.41. varij, pro, varijs.
Pag.187. Ver.45. pollicitatione, pro pollicitationem.
Pag.197. Ver.14. poſt, illis) deeſt Quòd.
Pag.212. Ver.24. tradat pro tardat. Et ver.34. maxim pro maximm.
Pag.222. Ver.55. inſtituiſſe, pro inſtituiſſet.
Pag.230. Ver.37. recidiuum, pro recidiuum.
Pag.232. Ver.24. fuerit, pro defuerit.
Pag.242. Ver. 1. poterit, pro operit.
Pag.244. Ver.52. gratia pro gratiam.
Pag.256. Ver. 51. auens, pro fauens.
Pag.259. Ver.31. labidis pro labilis.
Pag.261. Ver.32. volumu, pro volumus.
Pag.262. Ver. 8. debitis, pro debetis. Et Ver.20. ac, pro hac.
Pag.264. Ver.16. profuſſimum, pro profuſiſſimum.
Pag.271. Ver.10. propſiens. pro, propenſius.
pag.274. Ver.10. poſt dilectione, deeſt, quòd.
pag.277. Ver.36. vngerentur, pro vngeretur. Et ver. 45. poſt munere, deeſt, non.
pag.290. Ver. 9. omnibuus, pro oībus. Et Ver.30. IESVS ꝑ IESV.
pag.300. Ver.32. omniaquq;, pro omniaqueq;.
pag.305. Ver.10. inſiuandum, pro inſinuandum.
pag.306. Ver.18. beneficijs, pro beneficis.
pag.312. Ver.12. moltorum. pro multorum.
pag.314. Ver. 4. quandoduidem, pro quandoquidem.
pag.335. Ver. 6. titit, pro extitit.
pag.338. Ver.32. mondus, pro mundi. Et ver.52. ve pro vel.
pag.343. Ver.27. 10. pro 105.
pag.346. Ver.19. poſt ſenſum, ſuperfluit &.
pag.356. Ver.31. poſt, ex Deo eſt, deeſt vaitus.
pag.362. Ver.13. inuit pro innuit.
pag.363. Ver. 9. ſe, pro, ſed.
pag.369. Ver.50. CHRITI, pro CHRISTI. Ver.4. eoq; pro eo q.
pag.370. Ver.43. præiudicare, pro præiudicat.
pag.372. Ver.12. gloria, pro gloriæ.
pag.373. Ver. 36. pennetretur, pro penetretur.
pag.378. Ver. 52. eedemq. pro eademq;.
pag.381. Ver.29. excitatam, pro exercitatā. Et ver.36. peregrinalitionibus, pro peregrinationibus.
pag.383. Ver.46. cumulum, pro cumulum.
pag.385. ver. 9. cumulum, pro cumulum.
pag.387. Ver. 29. laudadabdit, pro laudabunt. Et 37. igeſtiunt, pro geſtiſſe.
pag.388. Ver. 6. poſt fuit, deeſt, in.
pag.394. Ver.17. Romanus, pro Romanos.
pag.415. Ver.13. paracta, pro, peracta.
pag.422. Ver.18. extit, pro extitit.
pag.440. Ver.19. tegitur pro regitur.
pag.442. Ver.44. ouus, pro unus.
pag.443. Ver.47. filijs, pro filia.
pag.448. Ver.27. Poteſt, pro Potes.
pag.452. Ver.37. facilis, pro facialis.
pag.457. Ver.23. Elyd, pro Elym.
pag.463. Ver. 51. ſtatueraq. pro ſtatueratq;.
pag.472. Ver.26. volui, pro voluit.
pag.479. Ver.12. innuitatis, pro inanitatis.
pag.481. Ver.40. prpphetæ, pro prophetę.
pag.482. Ver. 4. in principio, deeſt, &.
pag.483. Ver. 19. ad. pro, ab
pag.495. Ver.22. reuocands, pro reuocandis.
pag.498. Ver.22. ſubſeriuerem, pro ſubſcriberem.
pag.499. Ver.13. ſerueamq;, pro ſerueamuſq;
pag.504. Ver.24. aliq;, pro aliquę.
pag.506. Ver.15. deſtireur, pro deſtineretur.
pag.508. Ver.33. vitæ, pro vita. Et Ver.53. præſumpenorè, pro præſumptuoſæ.
pag.518. ver. 5. tempro pro tēpore. Et Ver.55. poſt maximè, ſuperfluit, &.
pag.524. ver. 3. ex, pro, &.
pag.533. ver.30. dictaiamen. pro dictamen.
pag.536. ver.45. pars, pro par.
pag.539. ver. 5. viui, pro viuit.
pag.540. ver. 2. ſiuge, pro frugem.
pag.541. ver.50. poſt eorum, ſuperfluit, in.
pag.547. ver.48. Siuiqdem, pro Siquidem.
pag.549. ver.22. acceptatiotionis, pro acceptationis. Et ver. 48. ante propria, ſuperfluit, pro.
pag.551 ver.22. ſuggeſto, pro, ſuggeſta. Et ver.14. ſpritualiſſima, pro, ſpiritualiſſima.
pag.552. ver.27. illa, pro. illas.
pag.553. ver.33. ipſum, pro ipſum. Et ver.46. Engaddi pro Engedi.
pag.554. ver.10. poſt, conditus, ſuperfluit, &. Et ver. 17. ſupiciat, pro ſuſpiciat
pag.565. ver.20. ſuperfluit pro, vt legatur, fideles.
pag.567. ver.24. poſt eius, ſuperfluit q;.
pag.570. ver. 7. ante Vicarij, ſuperfluit, in.
pag.574. ver. 7. dignatas, pro dignitas.
pag.575. ver.33. Shemate, pro Schemate.
pag.581. ver.10. Et paſtor, pro Ve paſtor.
pag.583. ver. 2. præcipue, pro pręcipuo.
pag.584. ver.12. floccipendantur, pro floccipendatur. Et ver. 32. inſtitutionis, pro inſtitutionis.
pag.586. ver. 6. rum. pro parum.
pag.590. ver.12. ante iuriſdictionis, adde, ad.
pag.591. ver. 9. ante Eccleſiis, ſuperfluit, in.
pag.592. ver.44. Dominis, pro Domini.
pag.594. ver. 3. Sacerdibus, pro, Sacerdotibus.
pag.596. ver.13. theſuros, pro, theſauros. Et ver.19. poſt, penes, deeſt illi.
pag.597. ver.41. eliguut, pro exigunt.
pag.598. ver.16. ante. Quippe, ſuperfluit è.
pag.603. ver.32. vacat, poſt, nam, eam. Et ver.47. claritas, pro charitas.
pag.613. ver.52. fidem, pro fide in.
pag.615. ver.54. vniuerſales, pro uniuerſalis.
pag.620. ver.26. cathedralem, pro cathedram. Et ver. 40, ſummè, pro ſummo.
pag.622. ver. 5. poſt, preter id, deeſt, quòd.
pag.625. ver.30. Diuinis pro, dictis.
pag.628. ver.15. coniugiis, pro coniugis. Et ver.24. precipuus, pro pcipuis,
pag.643. ver.29. res, pro rem. Et ver.33. recenſeant, pro recenſeat.
pag.644. ver. 54. opportuno pro opportune
pag.646. ver.28. contuliſſe, pro obtuliſſe.

ENARRATIONES PIAE, DOCTÆ, ET CATHOLICÆ,

In Epiſtolam D. Pauli ad Epheſios.

In quibus iuxta ſacram Scripturam, & orthodoxam Fidem, ſunt explicatæ, omnes ferè difficultates Pietatis Chriſtianæ.

Authore R. P. ac D. Iacobo Naclanto Epiſcopo Clugienſi.

Inſcriptio Epiſtolæ: in tres partes diſtincta.

B

PAVLVS Apoſtolus IESV CHRISTI *per voluntatem Dei. Sanctis, qui ſunt* 1
in Epheſo, & fidelibus in CHRISTO IESV. *Gratia vobis & pax, à Deo* 2
patre noſtro, & dom no IESV CHRISTO. 3

Summa & intentio tex. præſcripti.

Si non ſecus ac procemium, ea inſcriptio cenſenda eſt: in qua authoris, tum grauitas, tum officium: item, dicta & optata ſalus, concibiant animos, attentos ac beneuolos reddunt: potiſſimùm hęc, eò loci habẽda eſt. Et illis maximè: quos non fugit, ꝙ (tametſi Paulus eſt inſcriptus, & hâc in functionem, diuina voluntate ſelectus) opus tamen, opus eſt ſpiritus CHRISTI: quo non modò ille viuebat, non modò loquebatur: ſed & quę deerant CHRISTI functionis, in Gentibus adimplebat.

Galat. 1. 2. Cor. 13. 2. Cor. 5.

Adde. Incolumitatem, nedum quibus ſcribit, eſſe petitam: ſed honeſtatis etiam illis, tum ſanctitate, tum vera in CHRISTO fide: Gratiam & Pacem, in quibus omnium bonorum aceruus C comprehenditur, à Deo patre, & domino IESV CHRISTO, ardenti pectore imprecatam: vt nulla ex parte, tum beneuolentiam, tum attentionem non vrgeat.

Gratia & pace bonoꝝ cumulus cõpræhenſus eſt.

Enarratio primæ partis inſcriptionis.

PAVLVS. Certum eſt ex actis, Apoſtolum fuiſſe binomiũ, & pręter Saulum, Paulum appellatum: ſed incertũ, an à circunciſione, ſicut Salomon dictus eſt Ididà: an ab apoſtolatu, ſicut Simon dictus eſt Petrus: an à conuerſione Sergij Pauli, ſicut Scipio, deuicta Affrica, Affricanus. Primum, probatum eſt Origeni: ſecundum, D. Chriſoſtomo: Poſtremum beato Hieronimo.

Apoſtolus binomius.

Diuerſa ſẽtẽtia d'Ipoſitione Nominis.

παύομαι. פלא

Ambigitur quoque, an ſit nomen, Hebræum, Græcũ, vel Romanum: contendentibus nonnullis, deductũ ex hebræa voce, Pelè. alijs refragãtibus, & deducẽtibus è verbo Gręco, Pàuomæ, reliquis aſſerentibus, deriuari ex Romana dictione, Parùm. Conſentiunt tamẽ, ꝙ ſi eſt Hebræũ, interpretatur mirabilis: ſi Græcum, quietus: & modicus, ſi Romanum. In quibus non moror.

Mar. 3. Act. 22. Philip. 3.

Arridet tamen, nomẽ nactum ab apoſtolatu: ne inferior ſit, magnis apoſtolis: quandoquidẽ non tam Simon, quàm Iacòbus & Ioannes, qui videbantur columnæ, nacti ſunt nouum nomen.

Arridet, & quòd ſit Gentilitium, vt congruat Gentibus deſtinato: & Romanum in ciue Ro- D mano. Nàm licèt eſſet Tarſius patria: genere Hebræus: ex ſemine Abrami: & tribu Beniamini: erat nihilòminus ciuis Romanus vt in Actis habetur.

Eſa. 66. 1. Cor. 15 Epheſ. 3.

Quadrat & interprętatio, ciui facto cœleſti: cui nihil antiquius, ꝓpria abiectione. Quippe qui, tẽplum factus ſpũs ſancti, qui ſup humilem requieſcit, totus in eo eſt, vt modicus ſuis oculis fiat.

Hinc, nõ ſemel inculcat: Minimus ſum, omnium apoſtolorũ, & indignus vocari apoſtolus: Et mihi ſanctorũ omnium minimo: Et nouiſſimè, & velut abortiuo, viſus eſt mihi: & id genus alia.

Et mea quidẽ opinione, non abſurda ratio eſt: eo conſilio, nomen Pauli, epiſtolis præſcripſiſſe: vt profeſſus initio, ſuam abiectionem, accommodatius, ſancti ſpiritus organum redderetur: & quicquid boni profunderet, in Dei gratiam reijceretur.

1. Cor. 9.

Cur Pauli nomẽ in principio epiſtolæ.

Nec tamen inficior, ꝙ apoſtolus Gentium, & ſine fidei præiudicio, gentilibus factus gentilis: illis ità ſolitis, morem gerat. Quamq̃ nec eſt alienum Hebræis: cum prophetæ, ac reliqui (poſt Salomonem) ſuo nomine, libros inſcribant. Et cenſetur, non mediocriter, illi ſcripturæ detractum, quæ ſuum non pręſeferat authorem.

Hebræi prępoñũt libris authori nomẽ, à tẽpore Salomonis.

Quòd autem, in Epiſtola ad Hebręos, nomen Pauli ſubticetur, peculiaris ratio eſt. Et, ſi Pa-

tribus creditur, vt ea planè, tametſi fidelibus ſcripta, poſſet etiam, non renatis oſtendi: quibus E
nedum iudicatum erat de Paulo, ſed ita nomen eius infeſtū: vt piaculum duceretur illud audire.

Dignitas apoſtolatus.

Apoſtolus. Munus Pauli eſt, Oratorem agere, & legatione fungi. Quod (vt aliàs docet) præ-
cipuum eſt, in eccleſia Dei. Poſuit Deus quoſdam in eccleſia: ſed primum apoſtolos. Quibus & 1.Cor.9.
credidit, primitias ſpiritus, & obruit locupletiſsimis donis. Roma.8.

Qua de re, facti ſunt Principes Terræ: Iudices populorum: Arietes gregis dominici: Boues tri- Pſal.44.
turantes, & currum Dei, qui eſt decem millibus multiplex, pertrahentes. Facti ſunt Architecti, Matth.9.
in ædificationem corporis CHRISTI; Fundamenta eccleſiæ: Sal terræ; Lux mundi; Nubes volan- Eſai.1.
tes: & alijs ſexcentis nominibus & priuilegijs inſigniti. Pſal.18. & 64

Et quamquam eò muneris, dignati ſunt plures: nullus tamen locupletiùs Paulo. Non ea dun- 1.Cor.9.
taxat ratione, quòd dum ageretur furijs, & ſpiraret minas & cædes; eò eſt dignitatis euectus illum Pſal.67.
CHRISTÓ, nedùm euocante, ac circunfulgurāte de cœlo: ſed & ex legato Principum ſacerdo- 1.Cor.5.
tum: imò Principum tenebrarum, in ſuum Apoſtolum refingente. Apoc.21. Matth.5.

Nec ea tantùm, quòd non ab homine, nec per hominem euangelium hauſit, ſed Patris reuela- F Eſai.60. Act.9.
tione, ſubuectus ad tertium cęlum: cum arcanorum multorum acceſsione, quæ nefas eſt, homi- Galat.1.
nibus loqui: ſed ea quoq;, quòd gentibus eſt decretus. Quòd non ſolùm fuit præclarioris prouin- 2.Cor.12.
ciæ: ſed propenſioris operis, & ferocioris martis.

Gentium impijſſimi mores.

Siquidem (præter id, quòd erant innumeræ, & longè, lateq; diffuſæ: præter id, quòd atheæ, Epheſ.2.
ſine ſpe, ſine lege, ſine promiſsione: præter id, quòd Græci, Barbari, Scythæ, ſapientes, & ſtul- Roma.1.
ti: quibus omnibus debuit, & væ, niſi omnibus euangelizaſſet:) ità fallacijs Sathanæ, erant 1.Cor.9.
abductæ, & eius præſtigijs dementatæ: vt vltrò immundorum ſpirituum, prædam ſe facerent.
Quorum laqueis irretitæ, & ſua ipſorum, voluntate adactæ: in omnes abominandas impietates,
& quaſcunq; flagitiorum Lernas, dabantur, præcipites: proprijs affectibus debaccantes, ac ſor-
deſcentes, vti ſues in volutàbro luti. 2.Petr.2.

Gratia conferenda gentibus.

Et tamen, ceſſerant in peculium CHRISTI: eo nedùm Patrem expoſtulante, ſed ſanguine Pſal.2.
conducente: ſuper quas, & fundendus ſpiritus cornucopiæ. Quæ, fractis ramis, naturalis oli- Rom.11.
uæ, ex oleaſtro, ad Iudæorum æmulationem, in bonam erant oliuam inſerendæ: imò eorum in G
locum ſubrogandæ: vt, cùm radicis vbertate potitæ, tùm cœleſtium imbrium exundantia obru- Matth.11.
tæ. erigerentur in arborem magnam in qua nidularentur volucres cœli: eos fructus ſpiritus alla-
turam, de quibus Galatarum cap.5.

Strenuitas & Fidelitas Pauli.

Ergò, in tanto marte, opus erat ſtrenuiſsimo milite: qui nullo fractus labore, nullo remora-
tus periculo, vltrò aggrederetur, non tàm carnem & ſanguinem, quàm mundi Rectores, Princi- Epheſ.5.
pes tenebrarum, & Poteſtates nequitiæ, in cœleſtibus.

Ergò, opus erat, fideliſsimo ſeruo: quo id muneris obeunte, nulla re neglecta, nulla occaſio-
ne diſsimulata: curis continuis, excubijs inde feſsis, officijs neceſſarijs, nullus non moueretur la-
pis: vt hæreditas CHRISTI, ſibi credita ſeruaretur: & donis illi, a Deo, in CHRISTO, & per
CHRISTVM, æterna, tum prædeſtinatione, tum benedictione diſtributis, locupletaretur.

Paulus apoſtolus per excellentiam dictus.

Quam ob rem, nemo (ſi non fallor) ibit inficias: Paulum, in iſtud miniſterij, vas ſelectum, ità
apoſtolicæ functionis vbertate fœcūdum, vt in ea, primas obtineat, & ſine cuiuſuis iniuria, Apo-
ſtolus, per excellentiam, vocitetur. Et quanquàm ita eſt: quanquàm eo in munere, nonnihil, Anacl. d.
reliquos apoſtolos, videatur, excedere: non tamen, illos excedit, in poteſtate, aut eccleſiæ mode- H 21. Inpuo. Cypri.24.
ratione: cum omnes, pari fuerint honore dignati, & pari poteſtate, prediti. Minùs excedit, apo- q.1. hoc exti tit.
ſtolorum principem, Petrum: cui claues creditæ ſunt, regni cœleſtis, & oues vniuerſi commiſſę. Ioan.10.

Sed excedit omnes, in ardore animi, in vehementia ſpiritus, in verborum tonitru: excedit, in Ioan.1.
euangelizandi copia, gratia, efficacia, perſuaſione: excedit, in laboribus, in auſibus, in congreſsi- Apoc.5.
bus, in diſputationibus, in pugnis, & id genus alijs: quæ legationem reddunt vberem & illuſtrē. Ephe.2.

Seruator multis typis expreſſus & noib[us].

IESV. Auguſtiſsimum legatoris nomen. Siquidem Seruator noſter, tametſi, typis non paucis, Ioan.15. Ioan.6.
exprimitur in ſcripturis: vt agno, qui tollit peccata mundi: leone, qui vicit de tribu Iudà: lapide, Ioan.1.
qui vtrunq, connectit: fundamēto, apoſtolorū & prophetarum: vite, cuius palmites ſunt electi: Ioan.10.
pane, qui dat vitam mundo: luce, quæ illuminat omnem hominem: oſtio, ad intrandum in oui- Ioan.17. Eſai.9.
le: via quæ ducit ad Patrem: & id genus pluribus. Pſal.109.

Tametſi, multis nominibus appellatur: vt angelus magni conſilij: ſacerdos in æternum, pon- Heb.4.
tifex compatiēs infirmitatibus noſtris: mediator Dei & hominum: rex regum: paſtor cuius ſunt 1.Thi.2. Apoc.19.
oues propriæ: ſponſus dilectus eccleſiæ: epiſcopus animarum noſtrarū: pater futuri ſæculi: prin- Ioan.10. Ioan.3.
ceps pacis: nullæ tamen auguſtiores voces, quàm IESVS, & CHRISTVS. 1.Pet.2. Eſai.9.

Et

Zach. 3. Abac. 3. Luc. 1.

A Et nomen quidem IESVS, omnes conſentimus hebræum: ſed non pariter, ſacramentũ eruimus. Sunt qui nõ reijciũt, pluribus fuiſſe cõmune: vt Ieſus nauè, Ieſus ſirac, Ieſus ſadoc, Ieſus ſacerdos in Zacharia, & qui exprimit̃ in cantico Abacuc: & angeli aſſertione, Saluator interp̃tari.

Philip. 2.

Sed mea opinione, probatius eſt, nomen eſſe prçclarius: quippè quod nomen eſt ſuper omne nomen: in quo omne genu curuatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nomẽ peculiariſſimum Deo, & nemini, niſi noſtro redemptori conceſſum, cui ſingulariſſimũ eſt, ſaluare populum à peccatis: ſicut Gabriel, non vocẽ interpretans, ſed officium euangelizans, atteſtatus eſt.

Nomẽ Ieſus ſoli noſtro redemptori cõceſſum.

Luc. 1.

Nomẽ planè ineffabile: natura quatriliterũ, ſed myſterio q̃nqueliterũ: vt mox tẽtabim' apire.

Digreſſio, quòd nomen Ieſus, nomen eſt propiiſſimum Deo.

Non ignotum eſt, diuinis literis aſſuetis, ꝙ tametſi innumera ſunt nomina Dei: non ſolũ, quę reuelanda ſunt, ſęculo ſuperuenturo. ſed & quæ reuelata ſunt in præſenti: Ex præclarioribus tamen, quæ nouimus, ſelecta ſunt decem, de quibus Hieronymus ad Marcellã. Quorum princeps, Tetragrammaton eſt: omnium ſingulariſſimum Deo. Ego (inquit) IEHOVAH: hoc eſt nomẽ meum. Et Moſi. Loquutus ſum patribus: ſed nomen meum IEHOVAH, non indicaui eis.

Hierony. יהוה B Eſai. 14. Exod. 3.

Nec modò eſt ſingulariſſimum Deo, ſed adeò eius maieſtati dicatũ: vt ſine controuerſia, creaturæ mutuari nõ poſſit. Et meritò quidẽ, q̃n fontem eſſe, omnis exiſtentiæ, & pelagus cuiuſuis bonitatis, ac perfectionis (quod nomen ipſum oſtendit) nulli alij à Deo, fas eſt attribuere.

Tetragrãmatõ nulli creaturę cõcedit, & meritò.

Quarè etſi ſuperſtitiosè Iudæi, non tamen temerè, ab eius pronunciatione cauent: Nec niſi in ſanctuario, & tantùm à ſacerdote, ne fortè minori reuerentia prophanetur, proferri permittunt. Quòd ſi quandò occurrerit in ſcripturis, (quod raro non eſt) aut ſuppreſſa pronunciatione prætereunt, aut eo pro, exprimunt Adonài: Inter decem quidem contentum, ſed non pariter conſecratum, & ſæpe creaturæ conceſſum.

אדני

Iere. 23.

Eo autem nomine, appellandum fuiſſe Meſſiam: Ieremias teſtis locupletiſſimus eſt, ita vaticinatus ad verbum. In diebus illis ſaluabitur Iudà, & Iſraèl habitabit confidenter: Et hoc eſt nomen, quod vocabunt ei, IEHOVAH, iuſtitia noſtra: Et Dauid in pſalmis. Et maximè trigeſimo

C nono, & nonageſimo ſexto. In quibus, ex ſententia Pauli, de Seruatore loquens: non ſemel, IEHOVAH interpellat: Itidem, pſalmo quadrageſimo quarto, & alibi.

Meſſiam appellandũ Iehuah.

Nec his refragatur, adiectio charactèris, quo redditum eſt penthagrammaton: quoniam vltrà id, ꝙ nihil detrahitur maieſtatis: non ſimplex ſumitur ſacramentum. Et licet, me ſecretiora fugiant: licet hactenus nil compertum habeam, quo aptius deſiderari non poſsit: Rem tamen, penitus non prætereo, & paucis, quæ nonnulli ſunt philoſophati, percurro.

Cõſentiunt ergò omnes, appoſitam literam Tetragammato, ſymbolum eſſe, humanitatis aſſumptæ: ſed laborant quo rei argumentum hauriant. Sunt qui putant, vnctionem, pacem, ac ſalutem innuere: propterea ꝙ Maſcàh, quod eſt, vnxit: & Iaſcà quod, ſaluauit: & Scilèm, quod pacificauit, litera peculiariſsima eſt. Et conſtat quàm ſacramento quadret. Quandòquidem, nec aliam ob cauſam, carnem hominis induit, quàm vt vnctione miſericordiæ, ſic diuinum iudicium emolliret, & gratia contemperaret: vt eius thronus, non ſolùm, facilis redderetur acceſſu, ſed de gratia, pace, & ſalute ſecurus.

משח ישע שלם Hebrę. 4.

Litera addita Tetragãmato, myſteriũ aſſumptiõis deſignat. 1. Opinio.

D Alij, figurã charactèris attendũt: qui præ ſe fert imaginẽ lãpadis. Et p̃ter id (inquiunt) ꝙ Seruator, nõnunquã lampadi cõparat̃, vt ſecũdo ac ſexageſimo Eſaię: Præter id, ꝙ lampas, vas fictile, aptum ad receptionem olei, & ſubminiſtrationem lucis, facilè humanitatẽ Seruatoris refert, in qua oleum gratiæ, & lumen veritatis: quid quæſo, Deum dices in carne, niſi lumen in teſta?

2. Opinio.

1. Ioan. 1.

Cùm enim, ea lux, Deus ſit, in qua, tenebræ non ſunt vllæ: palàm ꝙ quemadmodum in ſe eſt, oculis noſtræ imbecillitatis eſt impar: Quippè qui lucẽ habitat inacceſſam, quam nullus hominum vidit, nec videre poteſt. Ergò, vt nobis poſſet eſſe conſpicuus: ita, noſtra pro infirmitate, illam attemperauit in carne, vt non ſecus conſpiceretur in ea, quã ſol conſpiciatur in nube.

1. Timo. 6.

Nec deſunt, qui ad literæ ſignificatũ, confugiunt. Et cũ Scin (ita ea litera dr̃) dentem, ſiue dentes importet, hunc in modum ſacramentũ excipiunt. Dentibus mordemus, maſticamus, eloquimur, (ſumus enim ſine dentibus balbi) & licet horũ quodlibet Seruatori conſentiat: (quippe qui, momordit infernum, & diabolo vires abſcidit: qui contumelias, & detractiones, in Deũ, quorum dentes, arma & ſagittæ, tum patris obedientia, tũ noſtri dilectione, in ſemetipſum traijecit: Et morſus ſerpentium ignitorum, quibus diſcruciabamur, vti ſerpens ęneus factus, & in crucem ſubuectus exploſit.

3. Opinio.

Oſeę. 13. Pſal. 56. Ioan. 3.

Qui Moſi legem, quam Iuſtus, perindè ac mundũ animal, mandit, ruminatq́;, in ea meditãdo

Pſal. 1.

Chriſtus veluti ſerpens ęneus factus.

dic ac nocte. Scribarum ac phariſæorum, tum ſuperſtitioſis mandatis, tum traditionibus impijs, E
nedum malè digeſtam ſed tenebris multis obfuſam: non ſolùm in lucem reuocauit, & natiuo
candori reſtituit, ſed plenè digeſſit ac mandidit: ideſt, ad minima vſq; apicula, nó modò verbo,
ſed hauſtu, ſponte ac ſuauiter, haud ſecus, ac butirum & lac, iuxta vaticinium, deguſtauit, imò Eſa.7.
abſorſit: non tantùm, vt periculo diſceret, reprobare malum, & eligere bonum, quod vnicè lex
protendit, ſed vt nobis, lex manderetur ac perficeretur, donatis nedũ ſpiritu ſpontaneo, ſed per-
fecta legis obſeruatione, ab eo, qui non venit eam ſoluere, ſed adimplere.) Math 5.

Christus nobis legẽ mandidit.

Potiſſimùm tamen, in eo ipſo, à patre donatus eſt: Vt dilucidius eloqueretur voluntatẽ Dei:
Euangelium repromiſſum patribus, ex inuolucro ſanctarum literarum eximeret: Dei iuſtitiam, Rom.1.
ex fide in fidem, reuelaret: & eam verbo, & facto, palam omnibus exhiberet. Cuius quidẽ, nó
inſcius ſacramẽti, Patriarcha Iacòbus: inter multa, quę fuit vaticinatus de CHRISTO: Et de eius
dentibus, q̄ candidiores eſſent lacte, vaticinatus eſt. Gen 49.

Christus nobis datus, vt voluntatẽ patris, reuelaret & iuſtitiã impertiret.

Et licet, non ibo inficias: Dentes, eo loci, nonnullos interpretatos eſſe, Apoſtolos & Euan-
geliſtas: paſtores & doctores quos, in opus miniſterij, & doctrinæ, Eccleſiæ ſacroſanctæ, præfe- F Epheſ.4.
cit: (quemadmodum & illud, quod habetur in canticis: Dentes tui, vti greges tonſarum, aſcen- Can.4.
dentium de lauàcro, quæ ſunt lacte lotæ) Non tamen reijciendum erit, hęc ſumopere intelligẽ-
da, de CHRISTO, qui eſt apoſtolorum apoſtolus, & euangeliſtarum euangeliſta: paſtor, & ve-
rus doctor eccleſiæ de quo pater non ſemel Ipſum audite.

Imò verò quicquid candoris deprehenſum eſt in eis totum acceptum ferendũ eſt CHRISTO: Luc.3.
qui candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula. Quam ob rem, non immeritò audet Sap.7. 1.Theſ.4.
Apoſtolus, q̄ ſiquis ſuum euangelium ſpernit, non hominem ſpernit, ſed CHRISTVM. Et ille, Luc.10.
Qui vos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Quin potius, quantùm ex eis erat, di-
ſtabant nihil, à molaribus aſinæ, quàmuis in manu Sanſonis, fuerint & pallori, & neci omnibus Luc.15.
Philiſteis proſtratis omnibus eorum caſtris, & perpetuæ ſeruituti ſubiectis.

Mira apoſtolorum geſta, ſunt reijcienda in Christum.

Deniq;, nec diſſimulandum, Scin, non temerè, mediam in Tetragammato cõſtitutam. Quã-
doquidem (præter id, quòd facilè deprehendi poteſt, naturam noſtram, vndiq; diuinitate com-
prehenſam: & non ſecus ac centrum, cornucopijs donorum, & gratiarum eſſe perfuſam, vt in il- G
lam, ex omni parte, plenitudo cœleſtis exuberet) apertè nihilominus demonſtratur, toti mũdo,
Lucem Seruatoris expoſitam: Morſum infernum: Legem reſtitutam: Et euangelium, inuulga-
tum omni creaturæ: Adeò vt nemini non reconcilietur Deus, nullius nó miſereatur, nec aliquis 2.Cor.5.
ſit, qui in CHRISTO (ſi velit) ſalutem non recipiat.

Siquidem, inter ea, quibus Tetragrammatum ſcatet arcanis, ſine controuerſia, apud hebręos,
quatuor illæ litteræ, quatuor mundi partes deſignãt: quas Deus optimus maximus, eo (vt dicũt)
nomine, hoc eſt (vt intelligo) virtute, & authoritate, in re, nomine ſignificata, contentis, mo-
deratur & regit. Quibus non mediocriter fauet, q̄ ritè Tetragrammato ſupputato (ſicut ſecre-
tis ſupputatur hebræis) exſurgit numerus ſeptuagintaduo: quo numero (linguis eouſq; multi-
plicatis) orbis ab initio diſſectus eſt.

Quatuor literæ Tetragrãmati, q̄tuor mũdi partes deſignant.

Igitur vt planè innueretur, in quauis lingua, & ſingulis terrarum ſpatijs: Seruatorem, noſtra
in carne, reuelandum: neminemq; futurum eſſe, cui euangelium, tandem nó pateſceret: Scin,
medium obtinet. Quod ſanè per apoſtolos, donatos omnium gentium linguis, magna ex par- H Acto.2.
te, creditur adimpletum.

At ſatis philoſophati ſumus. Quòd ſiquis, arcana probatiora, deſiderat: ego non moror, & lu-
bens meliora complectar. Interim tamen non dubito, ex ſcripturis facilè exornatum: Nomen
IESVS, fore præclariſſimum IEHOVAH, vnicè, vero Deo congruens: Id quod deſiderabamus
euincere. Cui rei, ſatis aſtipulari poſſunt: quæ extant paſſim, nominis huius, œncomia: quæ fas
non eſt, cuius alteri attribuere.

Nomẽ Ieſus nomen Iehouah.

Et præter productum, ex Paulo, q̄ nomen eſt ſuper omne nomẽ: in quo omnis creatura cur- Philip.2.
uatur: Eſt œncomium Petri. Non eſt aliud nomen, ſub cœlo datum hominibus: in quo opor- Act.4.
tet nos ſaluos fieri. Et Seruator. Quicquid petieritis Patrem, in nomine meo, dabit vobis. Et il- Ioan.14.
lud. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ego ſum medius inter eos. Et rurſum. Matt.18.
In nomine meo, demonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent. Et Petrus in actis. Mar.vlt.
In nomine IESV, hic quem conſpicitis, aſtat coram vobis, ſanus. Et Paulus ad Corinthios. Ablu- Acto.3.
ti, eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis, per nomen domini IESV. 1.Cor.1.

Nomẽ Ieſus nemini niſi noſtro redẽptori conceſſum.

Quæ quidem omnia, & plura, quæ volens prætereo: tantam nominis huius, maieſtatẽ oſten-
dũt: vt ſatis ſuperq; perſpicuũ eſſe poſſit, aliorũ neminẽ, tãto numine impartitũ, vt IESVS, eo pa-

cto

A ctō appellari licuerit. Et quanquã non reijcio, aliquorum nomina, maleſuetis auribus, & minus eruditis linguis: dum proferuntur, IESVS reſonare: ſecus eſt tamen. Quandoquidem nullum integrum cõplectuntur Tetragammatum: ſed mutant ſingula extremam, in Hain, vt conſtat, ſi quis per illa diſcurrat. Quarè, meritò prænunciatum eſt: Seruatorem nouo nomine nuncupandum: quod os domini nominaret.

Eſa.62.
Et quanquàm hæc adeò certa ſunt, vt detrectari non poſſint: multorum tamẽ ſuperſtitio, explodenda eſt: qui nudis his characteribus fidunt, deferunt, deoſculantur, acſi Dei virtus: illis literis alligetur, contemnentes: vel ſaltem, non conſiderantes, quod ſub nomine continetur. Quod ſolùm tamen, illabitur cordi, & natiua iuſtitia animam vegetat. In quo vnicè viuimus, mouemur, & ſumus.
Acto.17.

Quõ nomen Ieſus venerari debemus ꝑſertim quo ad contentũ.

Deum (inquam) verum, ita in nomine, & ſub nomine, cum Tetragrãmato, tum Penthagrãmato inuolutum: vt olim in columna nubis. Et quemadmodum columnæ virtus, non fuerat nubis corpus, vel columnæ imago: ſed Deus verus, non ſemel, in protectionem illius populi, re-
Exod.14.

B promiſſus, & eo pacto, (nec ſine myſterio) populo reuelatus, à quo ſolo pendendum erat: Ita, cũ illius nomen recolitur, ad contentũ ſub nomine, oculus eleuetur, à quo & imploremus, & præſtolemur quicquid deſideramus boni.

Coloſſ.3.
Qua de cauſa, cum Apoſtolus præcipit, vt quodcunq; agimus, tum verbo, tum opere, auſpicemur, & IESV nomine conſecremus: non nudam inuocationem nominis præcipit: certior factus, id non fore magni momenti: ſed Deum ipſum, naturam noſtram indutum, & IESV nomine implicatũ: authorem, & verborum, & operationũ, agnoſcere: & illi, quicquid agimus, conſecrare. Et hæc planè ea vera inuocatiõ eſt: quæ (vt alibi docet) niſi à ſpũ ſancto, ꝑficiſci nõ poteſt.
1.Cor.12.

CHRISTI. Quod, Vnctus, Romanis: Chriſtus eſt, Græcis, & Meſſias, Hebræis. Et propriũ eſt Epitheton, Regum, & Sacerdotum. Propter quod, Vngere, Hebræorum tropo, eſt Regem conſtituere, vel ſacerdotio conſecrare. Nec quidem temerè vngebantur Reges: Sed oleum, Regum ſimbolũ, peculiare eſt. Et præter id, quòd Regi continua eſt paleſtra, vt ſibi ſubditos tueatur: relucere in eo, potiſſimum debent, lenitas, manſuetudo, pax & lętitia: Quippè cuius mune-

Meſſias Chriſtus.

Cur vngendi reges & ſacerdotes.

C ris eſt, vt in his totus, omnibus neruis, & horis incumbat.

1.Cor.2.
Pſal.51.
Nec caſu, vngendi ſunt ſacerdotes: quos, præter hæc, paſſim ſpirare opus eſt, ſpiritum ſanctitatis, & chariſmata Dei. Non ſolum vt bonus ſint odor CHRISTI, in omni loco: ſed vt non ſecus ac oliua frugifera ſint, in domo Dei: in viſceribus charitatis, & miſericordiæ: in fructibus pacis, ac ſpiritus ſancti: ſemper vngentes ægrotos: lenientes aſperos: & roborantes infirmos.

Ergo, CHRISTVS, nomen eſt: tum regiæ dignitatis, tũ ſacerdotalis conſecrationis. Et ſi oracula, & vnanimẽ hominum ſenſum attendimus, ita Orbis Reſtauratori dicatum: vt vulgò quoq; non aliter vocaretur. Et quanquã inauguratus non eſt, externa olei vnctione, inauguratus tamen eſt longè auguſtius: quoniam inunctus eſt, ſpiritu ſancto: ſicut Petrus in Actis atteſtatus eſt.
Acto.10.

Chriſtus nomen dignitatis ſacerdotalis & regalis, & quomodo vnctus ſit.

Pſal.132.
Ioan.3.
Nec modò inunctus, ſed adeò delibutus: vt non ſecus ac vnguentum Aaronis, dimanaret in barbam, & vſq; in oram veſtimenti. Quippè cui datus eſt ſpũs nõ ad mẽſuram: ſed penitus eſt: in illũ profuſus: vt indè, ſicut à capite redundaret, & copioſè, ad quæq, eius mẽbra, deſcenderet.

Plura hic de regno CHRISTI, deq; ſacerdotio eius: (tam & ſi res ſuut præclariſſimæ ſcitu, &

D ſummam congerunt euangelicæ pietatis) locus non poſtulat. Sed abſolutis potius, Epiſtolæ commentarijs: è ſacrorum eloquiorum fonte, (quantum supernè dignabimur,) poterunt hauriri.

Modò autem ſatis, quòd compertiſſimum eſſe poteſt: Seruatorem noſtrum, tam etſi vniuerſa attingit à fine, vſq; ad finem fortiter, & ſingula moderatur ſuauiter: potiſſimum tamen, regere ſacroſanctam electorum eccleſiam. Cuius etiam ſacerdos a Deo, perpetuò eſt conſtitutus: vt ſui corporis oblatione, peccatis omnibus expiatis, & ſordibus cunctis exterſis: illam ſibi, glorioſam ſponſam adiungeret, ſine macula & ruga, vt Paulus ſuo loco dicet.
Sap.7.
Pſal.109.
Epheſ.4.

Philip.3.
Per voluntatem Dei. Non, per merita propria. Nam in ea, quæ ex lege iuſtitia eſt, diuerſatus ſine querela, nihil ſibi accerſerat lucri, ſed detrimenti, verè nihil agnoſcebat in ſe, quo gloriari poſſet. Qui non ſolùm natura, erat filius iræ, ſicut & cæteri: ſed perſecutor, contumelioſus, blaſphemus, & primus omnium peccatorum.

Et ſi Paulus non fuit apoſtolus meritis proprijs, fuit meritis Chriſti.

1.Theſ.
Verùm, etſi non aderant merita Pauli, non deerant merita CHRISTI: quibus Deus ab eterno, illum voluit releuari, & gratioſè, in apicem apoſtolicæ functionis, aſſumi: vt vbi abundauit delictum, ſuperabundaret & gratia, cum fide & dilectione: vt de ſe ad Timotheum refert.
Rom.5.

1.Cor.1.
Per voluntatem, inquit, Dei: Non duntaxat permittentem, quemadmodum pſeudò Apoſtoli, & Antichriſti; Aut, quouis pacto aſpirantẽ, ſicut qui per occaſionẽ, euangeliũ prædicãt,

De voluntate Dei ꝑmittẽte aſpirante, & beneplacẽte.

autnon vocati, id honoris vſurpant: Sed prædeſtinantem, vocantem, beneplacentem, fauentem, ac ſortunantem. E

Philip. 1. Hebr. 5. Act. 9. Galat. 1. Roma. 1. 2. Cor. 5. Rom. 15.

Hinc ſactus eſt, vas electionis: hinc à matris vtero ſegregatus: hinc ad Apoſtolatum accitus: hinc noui teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus, diſpenſator idoneus inſtitutus, & Dei ſauore, ac gratia, nunquam deſtitutus: ſed confortatus, roboratus, promotus: Vt nedum à Ieruſalem, vſq; ad Illiricum, repleuerit euangelium Dei: ſed orbem vniuerſum perfuderit, ac locupletauerit.

Quid nomine Dei, accipiatur ab omnibus.

Nomine verò Dei: & ſi omnes Nationes intelligunt, Puriſsimum actum, Simpliciſsimã mentem, Oceanum omnium perfectionum: Omnia producentem, conſeruantem, agentem, fouentem, aſpirantem, protegentem, ardentem, perficientem, locupletantem: Quem nihil latet: qui omnibus præſto eſt: & cuncta ſuo arbitratu diſpenſat: Chriſtiani tamen, oraculis diuinis inſtructi, etiam præter hæc, Arcanum Trinitatis agnoſcimus: & illud (vt par eſt) veneramur: Quod reliquæ nationes ignorant.

Arcanũ Trinitatis, Patriarchis & prophetis non ignotum.

Non, ꝙ inficiar, Patres inter hebræos, penitus non latuiſſe: vt Abrahamum, Iſaccum, Iacòbũ: Non Moyſen, nõ Dauidem: Fatebor & aliquibus illuxiſſe Prophetis: vt Eſaiæ, Ieremiæ, Ezechieli, Condonabo, ſed paucos, & à lõgè, olfeciſſe ex Sapientioribus mundi, ſiue ex certis in natura veſtigijs, ſiue forſan, ex receptis hebræorum ſecretis: Sed quæ conuentio, lucis ad tenebras? F

Et quanquàm Patres, cum ad eccleſiã CHRISTI, pertinerẽt. qui lux eſt, & in tenebris lucet, prorſus non fuerint ſine luce, Nos tamen, illos (ſi non ſallor) longè, in notitia huius ſacramenti, præcellimus. Quippè qui eòuſq; in illius cognitione profecimus, ꝙ proprijs etiam diuinarum hypoſtaſum notis, Chriſtianæ religioni aſcribimur: & paſsim, noſtrarum actionum, initia conſecramus.

Deus vnus & ſi tres in illo perſonę.

Baptizãtes eos in nõie patris & filij, & ſpiritus ſancti.

Dei (inquam) nomine, Arcanum iſtud agnoſcimus: confitentes in vnam, eandemq; Diuinitatis naturam, ita tres conuenire perſonas: ꝙ & ſi ſuis proprietatibus, ſunt diſcretæ: in ſingulis earum tamen, tota integra; ac prorſus indiuiſa eſt, deitas, ſubſtantia, magnitudo, poteſtas, æqualitas, ſapientia, bonitas, intellectus, voluntas: & quicquid excellentiæ, ac perſectionis, illud nunquam exhauſtum, Diuinitatis pelagus, continet.

Geneſ. 1. Deuter. 31. 2. Timo. 1.

Hoc autem pacto, Dei nomen recipere, familiare eſt, in ſcripturis: Vt, in principio creauit Deus cœlum & terram: Dei perfecta ſunt opera: Soli Deo honor & gloria: Deum adorabis, & illi ſoli ſeruies: Et id genus plurima. G

Opera Dei ad extra toti Trinitati cõmunia.

Qua de re, abſurdè non interpretabitur, ſi quis & hoc loco, pro trinitate Deum, interpretetur. Præſertim, quòd eligere, prædeſtinare, vocare, ſauere: per voluntatem quidem Dei ſunt, ſed toti Trinitati communem: vt etiam Auguſtinus dicit.

Ergo, ſi Paulus legatus eſt, IESV CHRISTI, Vicarius eſt, veri Dei, & hominis: Vicarius Regis, & Sacerdotis omnium: & maximè electorum eccleſiæ: non quidem, arrogantia, non temeritate: ſed volũtate efficaciſsima, Patris, & filij, & ſpũs ſancti: qua Deus quicquid voluit fecit. Pſal. 131.

Quibus planè verbis apoſtolus, non ſolum, reddit ſuam legationem illuſtrem: ſed addictum in omnibus, ſeſe IESV CHRISTO declarat. Siquidẽ legatus eſt, IESV CHRISTI, & neceſſe eſt, vt quicquid eſt, IESV CHRISTO, fideliter dedat. Nam legatus, totum quod eſt, eius qui illum legauit eſt.

Ergo neceſſe eſt, vt IESVM CHRISTVM, nunquàm non ſpiret, nunquam non referat, ſcribat eloquatur, annunciet: & nomen eius, & gloriam (iuxta oraculum ad Ananiam) coràm regibus & principibus, & toto mundo, perferat, & euangelizet. Act. 9. H

Scopus apoſtolicę legationis.

Poteſt & eiſdem verbis, facilè ſuæ legationis, ſcopus intelligi. Nam etſi: cum apoſtolus dictus eſt CHRISTI, exponi poteſt, ꝙ beneuolente Deo, per CHRISTVM, munere ſit legationis donatus: Nihilominus (eodem alibi interpretante) legatus, iccirco dictus eſt, CHRISTI, quia eſt pro CHRISTO, legatione functus. 2. Cor. 3. 2. Cor. 5.

Pro CHRISTO (inquam) nedùm prædicando, euangelizando, illumq;, ſuis in Theſauris, copijs, beneficijs, impertiendo ac diſpenſando, per miniſterium verbi, vt ipſe aliquando dicit, ſed eius loco, legationem adimplendo. Roma. 1. Epheſ. 3.

Non, quod Paulo euangelizante, CHRISTVS taceret, qui & viuebat, & loquebatur in eo: ſed quia eius auctoritate, eiuſque ſpiritu, cum inſtruente, tum extimulante, euangelizabat: Et quia functionem, CHRISTO creditam, nec prorſus, cum carne nobiſcum ageret, abſolutam: conſumabat. 1. Cor. 15. Galat. 2.

Chriſtus nedũ medicus, & Saluator, ſed Nuncius & Apoſtolus.

Cum enim, CHRISTVS datus ſit, mundo, nedum medicus, & Saluator, ſed nuncius, & apoſtolus: & per ſeipſum, eò muneris, tantum functus fuerit, in circuncisione: reſtabat, vt per Apo-

ſtolos,

Galat. 1. A ſtolos,eo ſungeretur in præputio: Et ita, vt in Paulo (cui potiſſimum cooperatus eſt, inter gen-
tes) commiſſam ſibi legationem, perficeret.
Ergò ſcopus, legationis Pauli, eſt: CHRISTVM euangelizare, eiuſque ſpiritum, ac cornnco-
Rom. 1. pias, diſtribuere: Eſt functionem CHRISTI, ad gentes extendere, & eius loco, ea in prouincia,
1. Cor. 3.
Galat. 2. ſubrogari: Et tandem, modo quodam, munus, CHRISTO proprium, adimplere.
Ergo, ne foret CHRISTO diſſimilis: ſed quod ille inchoauerat: iſte perficeret: euangelizan-
Luc. 4. dũ erat apoſtolo: Reconciliationẽ mundi, factã cum Deo: Annũ adueniſſe remiſſionis, & gra-
tiæ: Libertatem exhiberi captiuis: Manumiſſionẽ ſeruis: reuidentiam cæcis: medelam confractis
& ægrotis: Per beneuolentiã Dei, & beneficiũ CHRISTI. Quod ſemper locupletiſſimè fecit.

Obſeruationes in præmiſſis verbis.

Galat. 6. Obſeruandum primum, Ex nomine Pauli: Vt nos, noſtraq;, ſemper extenuemus, & quatenus — Obſeruatio
ex nobis ſunt, ad nihilum deducamus: (Nam & alibi apoſtolus docet: Quod ſiquis exiſtimat, ſe — prima.
B aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit) vt locupletius, ſpiritu ſancto, afflati: & Deo acceptius
militemus: & miniſterium vocationis propriæ, inculpatius expleamus.
Deindè, Ex dictione Legati: q & ſi, non omnes ſumus Apoſtoli, ad conuocandum populum, — Obſeruatio
Act. 1. & euangelizandum eccleſiæ: ſed id operis creditum eſt Epiſcopis, qui in locum Apoſtolorum, — ſecunda.
ſunt ſubrogati: vt fideles reficiant verbo Dei: Nullus tamen eſt qui penitus, aut quo vis loco, & — Munus Epi-
Eccleſi. 17. tempore: à verbi miniſterio, cenſeatur excluſus: cum vnicuiq;, mandatum ſit de proximo ſuo. — ſcoporum.
Deniq;, Ex particula, ſecundum voluntatem Dei: q licet multiuaria ſint, chariſmata ſpiritus
1. Cor. 12. ſancti, quemadmodum, complures ſunt membrorum varietates, & officiorum diuiſiones, in ec- — Obſeruatio
Rom. 12.
1. Cor. 12. cleſia CHRISTI: nullum tamen propriæ eſt induſtriæ, tribuẽdum, ſed beneplacito diuinæ vo- — tertia.
Ibidem. luntatis: quæ omnia diſpenſat, prout vult: vt aliàs Apoſtolus dicit.

Enarratio ſecundæ partis inſcriptionis.

Sanctis. Familiare eſt Apoſtolo, hoc quidem titulo, quo nõ ſemel, dignati ſunt, Iſraelitæ ſe- — Quare chri-
C cundum carnem: honeſtare Iſraelitas ſecũdum ſpiritum. non gratia aſſentationis, ſed admoni- — ſtiani dicunt
tionis: non tantùm dignitatis, in CHRISTO adeptæ, ſed & vitæ, CHRISTO condignæ: Vt ſicut — ſanctis a Pau
in illo facti ſunt ſancti, ita & cum illo in ſanctificatione degant. — lo.
Sanctum, dicitur impollutum, & mundum. Eſtote ſancti, hoc eſt, puri, & immaculati: quoniã — Sanctum di-
Le. 19. 20. ego ſanctus ſum. Siquidem Deus, actus eſt purus, & ſpeculum ſine macula. Qua de re, & ſanctifi- — citur multis
Sapien. 7.
Ioſue. 7. re, nonnunquam eſt mundare, & purificare: Sicut cum Ioſuè ſanctificauit populum, Et taurorũ — modis.
Hebræ. 9. ſanguis, & cinis vitulæ aſperſus, ſanctificabat inquinatos.
Dicitur, & ſegregatum, & cultui diuino, addictum. Quemadmodum, primogenita diceban-
Exod. 12. tur ſancta, Animalia ſelecta in ſacrificium, tabernaculum Moſis, templum Salomonis, ciuitas Ie-
Deut. 15.
Nume. 7. ruſalem: Sacerdotes, & miniſtri Dei. Vndè & ſanctificare, nõ rarò eſt cõſecrare, ſacrificare, Deo
Pſal. 5. 64. aſcribere, ac eius cultui deputare. Sic dominus, ſanctificauit ſabbatum: Paulus, euãgelium: Mo-
Eſai. 25.
Pſal. 131. ſes, tabernaculum: Salomon, templum.
Gene. 2. Dicitur deniq;, quod eſt ſancitum, firmum & inuiolabile. Vt ſancta ſcriptura, ſancta lex,
Rom. 15. D Sponſio, iuſiurandum, pactio, fœdus, ſtipulatio. Propter quod, & ſacroſanctum dicitur (Tullio
Nume. 7.
3. Reg. 8. pro Cor. Balbo, teſtante) quod eſt, ita ſancitum, & conſtitutum: vt nulli fas ſit, prætergredi, ne-
Rom. 1. 7. mini liceat abrogare.
Quibus omnibus modis, fideles, & præſertim electi, dicendi ſunt, ſancti. Et primo quidem: — Electi maxi-
Quia ſunt puri, Fide purificãte corda, quia ſunt loti, Baptiſmo corpus tangente, & animã abluẽ- — mè dicendi
Act. 15. te: quia ſunt mundi, ſancto ſuper illos ſpiritu, ceu aqua mũdiſſima exũdante, atq; ab omni inqui- — ſunt ſancti.
Aog. namento extergente: quia ſunt CHRISTI ſanguine dealbati, omnia illuſtrante ac candidante.
Ezec. 36. Secundò verò. Quia ſunt ſegregati Deo: quia initiati, ac conſecrati, religione, ſacramentis, &
Apoc. 7.
1. Petr. 2. vnctione ſpiritus ſancti. Vndè, & dicti ſunt, ſacerdotes, in epiſtolis Petri: dicti ſunt templum, in
1. Cor. 3. epiſtolis Pauli: dicti ſunt tabernaculum Dei, in varijs ſcripturarum locis; dicti ſunt, primogeni-
Hebræ. 8. & 12. torum eccleſia: Ciuitas Ieroſolimitana: & primitiæ Deo: dicti ſunt oues, dicti ſunt agni: non ſo-
Apoc. 21. lum, quia mites, & manſueti, quia imbelles & inermes: ſed quia vt victimæ Deo ſelecti, & velut
Ioan. 20. hoſtiæ conſecrati.
Matth. 7. & Tertio demùm: quia à Deo ſanciti & firmati, inuiolabili prædeſtinatione: quia ſupra firmam
16. petram conſtituti, fundati, ſtabiliti: & in illam Dei domum ædificati: quam non dimouent ven-
Epheſ. 2. ti, non obruunt flumina, non deſtruunt mundi poteſtates, nec expugnãt inferorum portæ: quia
2. Pet. 2.
promiſſione

promiſſione, pacto, iureiurando, ac ſtipulatione, inuiolabiliter ac irreuocabiliter confirmati: a E
quibus nefarium eſt declinare, aut quouis modo reſilire.

Deus pacta fecit ſæpe cũ patribus.

Sponſio & pfeſſio in baptiſmo.

Hinc conuentiones, atteſtationes, fœdera pacta: cum Noemo, Abramo, Iacòbo: cum Moſeo, cum Dauide, cum patribus & prophetis: quibus iureiurando, Deus ſuam fidem aſtrinxit. Hinc ſponſiones, & profeſſiones quas emittimus in baptiſmo, vt abrenunciato ſathana, peccatis mortui, mundo crucifixi, & carne mortificati: vnicè Deo patri, ac domino IESV CHRISTO ſubſcribamus: in ſanctitate, in iuſtitia, in operibus bonis abumbulantes: quæ Deus præparauit ad proficiſcendum in eis.

Pſal. 104. Exod. 19. Pſal. 80. & 132. Rom. 6. Galat. 6. Coloſſ. 3. Luc. 1. Epheſ. 2.

Et quanquam, hæc vera ſunt, quanquam omnibus præinductis modis, Sanctitas, accepta ſit, Paulo: pro munditia quidem, cum admonet vas corporis, poſſidendum in ſanctitate. Pro conſecratione verò, cum nos, aſtruit ſanctum, & inuiolabile templum Dei: Pro ſanctione demum, & firmitate, cum loquitur, de vocatione Dei ſancta, de lege, de mandato ſanctis: Quanquã omnes hæ acceptiones, conſentiant: quanquam, omnes quadrent, ad inſtitutum apoſtoli: Secunda tamen eſt potior, & diuinis litteris longè celebrior. F

1. Thi. 4. 1. Cor. 3. Rom. 7.

Quo pacto maximè hic audiatur ſanctitas.

De templo Epheſi materiali.

Qui ſunt in Epheſo. Epheſus, metropolis eſt minoris Aſiæ. In cuius medio (ſolo paluſtri, propter hiatus, ac terremotus) cõſtructum erat templum, opera totius Aſiæ, in annis ducentis & viginti: toti orbi percelebre, & Dianæ dicatum: non quidem venatrici, ſed multimammiæ. Cuius longitudo erat, pedum quadringentorum & vigintiquinq;: latitudo, ducentorum & viginti. De illius ornatu: columnis: aſylo, & alijs memoratu dignis, paſſim tradunt hiſtoriæ.

Act. 19.

De tẽplo ſpirituali Epheſi ędificato.

In hac vrbe, triennio Paulo euangelizante, & virtutes multas edente, ita vt & ſudariolis eius, ac ſemicintis, eijcerentur dæmones, & ſanarentur ægroti: templum longè auguſtius, ædificatũ eſt CHRISTO, ex lapidibus viuis, & precioſis: Sathana nihilominus, pro virili, ſuis in membris, reclamante, & modis varijs obſtrepente. Ita vt neceſſe fuerit, Apoſtolum non ſolùm, obſiſtere malis hominibus, & expugnare ſatellitium Sathanæ: ſed etiam pugnare cum beſtijs, vt ipſe aliquandò commemorat.

1. Cor. 15.

Inter quos lapides viuos, in CHRISTI templum erectos, extiterunt aliqui, qui antea curioſas, magicasq. artes ſectati (euangelio mox recepto) ita reſipuerunt: vt conductos iam, earum G
artium libros, precio quinq; miriadũ, ſicut Lucas refert in actis, hoc eſt, quinquagies mille, nummum: hoc eſt, ſupputatore Budęo, coronatorum quinq; millium: non ſolum, a ſe protinus, abdicauerint, ſed publicè combuſſerint.

Cap. 19.

Sollicitudo Pauli, erga Epheſios.

Quarè tanto ſucceſſu, Eccleſia in Epheſo conſtituta: non potuerunt Epheſij, Apoſtolo non eſſe chari. Nec mirum fuit, ſi Thimotheum, filium in fide, & collegam in euangelio: diſceſſurus reliquit. Si Ieroſolimam petens, certior factus, illò ſe nunquàm rediturum: è Mileto, vocatos Epheſiorum presbyteros, vnà ſanctiſſimè monuit: vt ſibi cunctoq; gregi, impensè proſpicerẽt: nequid incommodi, propter ſubingreſſuros lupos, eccleſia pateretur. Et demum, ſi è vinculis, quibus detinebatur Romæ: illis hanc epiſtolam dedit. Vt coactis in breui, quæcunq; ad chriſtianam pertinent pietatem, & reconditam CHRISTI philoſophiam, illos, & in inſtituto cõfirmaret, & ad perfectiora promoueret.

1. Tim. 1. Act. 20.

Diſcrimen inter fideles & ſanctos.

Et fidelibus. Sunt, qui copulam, notam expóſitionis, faciunt: & ſic, fideles, per appoſitionem, H
ſanctis addijciunt: ac ſi Paulus, quos ſanctos dixit, oſtendat. Sed planius, ſuæ naturæ relinquitur, vt nõnnihil, inter ſanctos ac fideles, diſcriminis percipiatur. Et dici poteſt: quòd, Vel prouectiores in CHRISTO, hoc in loco, dicti ſunt ſancti, & initiati ſunt dicti fideles: Vel ſancti ſunt credẽtes, & fideles, manentes promiſſis: Vel ſancti ſunt credentes, ac promiſſa præſtantes, ſed agentes Epheſi: fideles ſunt itidem, ſed morantes, quo volueris loco: vt ſic epiſtola nullum excludat. Verùm vt res ſit illuſtrior, pauca de fidei acceptione loquar.

Digreſſio de varia acceptione fidei, in diuinis litteris.

Fides pro cõſtantia dictorum, cõgruit Deo Chriſto, & nobis.

Exploratiſſimum eſt, Fidem, trifariam in ſcripturis acceptam. Et aliquandò, pro Conſtantia dictorum, ac conuentorum: ſicut cum deriuatur (Tullio atq; Auguſtino teſtantibus) ex, fio, &, dico, quaſi fiat, quod dicitur, & promittitur. Et hoc quidem pacto, congruit Deo: Nunquid incredulitas Iudæorum, fidem Dei irritam faciet? Et CHRISTO: Erit iuſtitia cingulum lumborũ eius & fides cintorium renum eius: Et nobis. Et ad inuicem quidem: Fidem poſſide cum amico ſuo. Et hæc pertinet ad virtutem iuſtitiæ, & à ſapientibus, eſt veritas appellata. Ad Deum autem: Curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui (planè ad quã in baptiſmo ſe aſtrinxit, & quã apoſtolicũ munus expoſcit) Et hæc, inter fructus ſpũs, recenſetur a Paulo: & a Theologis, inter virtutes infuſas.

Lib. de off. Lib. de mẽdacio & alibi. Rom. 3. Eſai. 11. Eccle. 22. 2. Thim. 4. Gal. 6.

A fide

Pſal. 144. & 118. Heb. 10. Pſal. 110. Apoc. 13. Heb. 2. 2. Reg. 2. Eccle. 6. 33. Math. 24. 1. Cor. 4. Heb. 3. 1. Reg. 3. Heb. 1.

Ab hac fide fidelis dicũt Deus, Chriſt. & homines.

A A fide, hac prima acceptione ſumpta, Deus, dictus eſt fidelis: in verbis, in donis in pactis, in teſtimonijs. Fidelis, dictus eſt CHRISTVS, vt fidelis teſtis, Sacerdos, Pontifex, Aduocatus. Fideles dicti ſunt homines: Et adinuicem, vt fidelis coniux, ſeruus, amicus: Et ad Deum, vt fidelis Moſes, Samuel, Dauid: Fidelis miniſter, cui credita familia Dei. Ergo hoc pacto fidem habere, aliud nõ eſt, quam promiſſa præſtare, & conſtanter in conuentionibus, ac pactis perſiſtere.

Aliquando accipitur, pro fiducia: & deduci poteſt, a fido: & cuicunq;, fiducia congruit, congruit & ſic ſumpta, fides. Ergo congruit Seruatori: Ero fidens in eum. Congruit & hominibus huius vitæ. Et in rebus humanis, inter partes aſcribitur, cum fortitudinis, tum magnanimitatis: in rebus vero diuinis, comes decernitur ſpei, & fidei, tertio modo auditæ, vt eo loci patet.

Rom. 4.

Fides ꝓ fiducia non raró in ſcripturis.

Quod autem hoc pacto, fides accepta ſit, in ſcripturis: ſatis indicauit Apoſtolus: cum illam è diffidentiæ regione, in Abramo conſtituit. In promiſſione (inquit) Dei, non hæſitauit diffidẽtia, ſed confortatus eſt fide. Sed clarius in euangelio.

Nam deteſtatus, non ſemel, dominus, diffidentiam, eam modò, fidem modicam, modò puſillam appellat. Siquidem illo præcipiente, vt apoſtoli ſeruarent ſe ſe, à fermento ſcribarum, ac B phariſeorum: & diffidentibus eis, ac ſubmurmurantibus inter ſe, ꝙ panes nõ tulerant, mox ſunt diffidentiæ increpati. Quid cogitatis, modicæ fidei, ꝙ panes non habetis? Rurſum, eo obdormiente in naui, eaq; agitata ventis, & fluctibus: Apoſtoli exterrefacti, quãprimum excitatus eſt, & mare tranquillitati reſtitutum, reprehenſi ſunt. Vbi eſt fides veſtra? Quid timidi eſtis, modicę fidei? Nec dum habetis fidem?

Math. 16. Luc. 8.

Alias eidem obiecti diſcrimini, admonentur confidere: Et Petro recepta fiducia, & credente ſe aquis, ſed non multò poſt diffidente, ac mergi formidante: Dominus, in illum obiecit. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Denique, duodecimo Lucæ, omnes in apoſtolis, ſumus admoniti, vt vana reiecta ſollicitudine (quæ virus eſt confidentiæ) committamus nos prouidentiæ cœleſtis patris: exemplo auicularum cœli, & liliorum agri. Si ergo Deus, illas paſcit, & hæc tam egregiè veſtit: quanto vos magis puſillæ fidei?

Math. 14.

Fiducia habẽda in deũ.

Aliquandò demum, & frequentius, & germanius, accipitur, pro perſuaſione: & præſertim in epiſtolis Pauli, qui de fide loquens, nunquam, Piſtis voce: non vtitur: Et conſtat ꝙ Budęo, Vallæ, Quintilliano, & omnibus peritoribus Græcis, propriè, perſuaſio eſt. Id, quod nec Romanis C diſſentit: cum & illis, credere, fidemq; habere alicui: aliud non ſit, quam illius verbis, ac promiſſis, perſuaſum fore.

πίστις. Budeus. Valla. Quinti.

Fides pro perſuaſione frequẽter ſumitur, à Paulo.

Verum, vt res magis reddatur perſpicua: nec tantum, morem geramus Romanis, ſed Philoſophis & Theologis: Attendendum ꝙ quemadmodum, idem eſt (quodam pacto) motus, & terminus motus, vt calefactio, & calor calefactione acquiſitus, vt tertio auſcultationis tradunt: ita & non raro, vna eademq;, amborum eſt vox. Ira ſiquidem, exprimitur nedum appetitus vindictæ, ſed & ſanguinis ebullitio, in præcordijs: quorum hæc motus, & ille terminus eſt. Ergo prohibet nihil, tam ſuadentem rationem, quam genitũ per illam rationem aſſenſum: vna voce notari, atq; ambo perſuaſionem dici.

Idem motus & terminus eius.

Irę definitio.

Et quanquã non digladior, ſiquis vtrunq;, pariter explicari contenderet: mea tamen opinione, conſtantius eſt, fidem ad terminum pertinere. Vt perſuaſio, non quidem ex parte actionis: ſed ex parte termini, fides appellata ſit. Propter quod, non inoportunè, Argumentum diffinie- D runt in Topicis: rationem aggenerantem fidem. Quibus omnibus, tum Romani, tum Philoſophi, ac Theologhi, nequeunt non ſubſcribere.

Quę pſuaſio ſit propriè fides.

Et de Romanis, iam ſatis. De Philoſophis autem, facilè liquet: Quoniã & ſi illis, genera perſuaſionum, ſunt varia (Eò ꝙ, in ſcientijs, ſic perſuademur, ꝙ euincimur, & reſilire nõ poſſumus: ob mediorum euidentiam, & neceſſitatem: in opinionibus è diuerſo: ſuademur quidem, quoniam in partem alteram declinamus, ſed non euincimur: quia reformidamus, oppoſitum: & rei inconſtantia, & mediorum ineuidentia: in fide autem ſuademur, quaſi medio quodammodo. Siquidem euincimur aliquando, & reſilire non poſſumus, non euidentia rei, ſed peritia atteſtãtium: quemadmodum in principiorum, ſcientiarum (vt vocant) ſubalternatarũ aſſenſu: vt opticæ: muſicæ, & aliarum, id genus: Aliquando vero, & ſi reſilire non conuenit, euicti tamen non ſumus, niſi forſan, iuxta cõditionem curſus humani: vt cum aſſentimur, ethnicorũ hiſtorijs, & rationibus dati, & accepti) nihilominus, perſuaſio in omnibus, ex parte termini, ſemp accepta eſt.

Etiam philoſophis fides pſuaſio eſt.

Perſuaſio in fide.

De Theologis demum: & id ipſum, conſtantiſſimum eſſe, conuincitur: Quandoquidem ſi, credere (vt diuus Thomas, ex Auguſtino declarat) apud eos, eſt cum aſſenſu rem aliquam cogitare haud dubiũ, ꝙ à præmiſſis diſſentire non poſſunt. Siquidem, nulla ſine attentione, ſineuè

Secunda ſecunda. q. 1.

Non perſuademur ſtupidi.

diſcurſu,

diſcurſu, perſuaſio eſt: quoniam ſicut non perſuadetur plantis, ita nec ſtupidis: Nec his quoq;, niſi conſenſus acceſſerit. Nullus enim, verè eſt perſuaſus, niſi pleno accedente conſenſu. Ergò, ambobus in perſuaſione contentis, & conſenſu ſine controuerſia, ad terminum pertinente: nihil eſt, quo diſcrepare videantur. E

Sed tempus expoſtulat, Vt, miſſa omni perſuaſione, quam naturæ vires efficiunt, tum in ſcientijs, tum in rethoricis: miſſa & quauis alia fide, quã conciliare poſſunt homines, fide digni, promiſſione, hiſtorijs, & quibuſuis ſcripturis humanis: de chriſtiana dũtaxat, à Deo quidem donata, & inſuſa fide, loquamur. De qua paſſim extant œncomia: Quòd iuſtificat: ꝙ purificat corda: ꝙ extinguit nequiſſima tela: ꝙ obſiſtit ſuggeſtionibus Sathanę: ꝙ uincit mundum: ꝙ ſubijcit regna, et id genus alia. quáq; nuſquã nõ inculcat, nuſquã nõ extollit, Apoſtolus: Et cui maximé negociũ noſtræ ſalutis aſcribit. Et vt res ſit abſolutior, ex Apoſtolica diffinitione ꝑgrediar.

Oencomia fidei.

Roma. 5. Acto. 15. Epheſ. 6. 1. Petr. 5. Hebr. 11. 1. Ioan. 5. Ioan. 14.

Digreſsio de catholica, vera, & chriſtiana fide. In qua diffinitio eius ex epiſtola ad hebræos expenditur. & maxima cum perſpicuitate, natura ac vis eius aperitur.

Et ſi varijs modis, Fides diffinita videtur à Patribus: ſatis tamẽ fuerit, ſi diffinitionem, quam tradit Apoſtolus, tentemus expendere: Ad quam, & illorum (ſi non fallor) diffinitiones reducuntur. Et conſtat his verbis. F

Matt. 12. Matt. 16. Galat. 1. Luc. 3. Ioan. 11. Ioan. 1.

Expẽdit diffinitio fidei. Heb 11.

Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum: Argumentum non apparentium. Vt autem de ſingulis dicam, Fides: Hoc eſt, illa diuina, & euangelica perſuaſio: quam operatur in nobis ſpiritus paraclẽtus: Patre reuelante: perſuadenda de CHRISTO, & CHRISTO manifeſtante, perſuadenda de Patre: vt per Patrem, nobis inſtructis de CHRISTO, & per CHRISTVM. illuminatis de Patre: compendio, quæ potiſsimùm ſpectant ad fidem, ille amborum Spiritus ſuggerat, ac perſuadeat: Q̃nquidem, duabus his claſibus (Credite in Deũ: Et in me credite) credẽdorũ ſumma cõſiſtit.

Duab' claſſibus comprehẽdunt, q ſpectãt ad fidẽ.

Epheſ. 2. Apoc. 21. Colo. 1. 2. Pet. 3. Roma. 8. Eſa 9. Epheſ. 4. Rom. 15 Galat. 3

Reuelante (inquam) Patre de CHRISTO: Quoniam nemo, nouit filium, niſi Pater, & cui Pater, voluerit reuelare. Vnde à Patre, reuelatus eſt Petrò, & à Filio, reuelatus eſt Paulo. Et perſuadenda quidem de eo. Quòd ſcilicet, eius Vnigenitus eſt, ſibi per omnia coæqualis: In quo vnicè, ſibi benè complacuit: Cui noſtram naturam accinto; tradita omnia ſunt in manu: In quẽ cõgeſtæ, bonorum omnium Cornucopiæ, & omnes opes cœleſtes: Gratiarum ac munerum plenitudines, affluentiæ, exundantiæ aggregatæ: vt ex illo omnes abundanter excipiant. G

Patri propriũ eſt reuelare quę ſunt credẽda de filio.

Beneficia a Deo recepta p Chriſtum.

Oſeę. 13. Luc. 11. Ian. 12. Roma. 6. & 8. Colo. 2. 1. Theſ. 2.

Quòd per illum, irreuocabili Trinitatis decreto, recapitulanda, expurganda, innouãda, perficienda ſunt, omnia, tum in cœlis, tum in terris, in ipſo: & homines maximè, ac præſertim electi. ad quos, peculiariter eſt directus: quibus donatus: pro quibus expoſitus: ad extrema deiectus, & vſq; ad cœli faſtigiũ exaltatus: Vt illis ex omni parte proſpiciat: Omnes promiſſiones abſoluat, & ſe & ſua omnia affluenter impartiat: Imò totum, quicquid eſt, profundat, & dedat.

1. Cor. 5. Epheſ. 2. Colo. 1. 1. Ioan 2. Roma. 3. Epheſ. 2. 1. Thi. 2.

Quòd per ipſum, noſtra ſunt expiata delicta: mulctata ſcelera: maledictiones abolitę: benedictiones reuocatæ, auctæ, locupletatæ. Quòd per illum, mors eſt occiſa, tartarus morſu affectus, Sathanas alligatus: &, quibus confidebat, tropheis, ac ſpolijs, deſtitutus. Quòd per illum, Adam vetus, eſt crucifixus: peccatum in carne, de peccato damnatum: chirographum nobis infeſtum, è medio ſublatum, & perpetuò, cruci appenſum.

1. Cor. 1. 2. Cor. 5. Ioan. 11. 1. Ioan. 2. Heb. 2. 3. 4. 5. 6. 8.

Denique, quod ipſe, mediator eſt, Dei & hominum: Quòd ipſe, reconciliatio: propitiatio, & redẽptio: Quod ipſe, iuſtitia, & ſanctificatio: vita, & reſurrectio, Quod ipſe, aduocatus, põtifex, & ſacerdos: victima, & ſacrificiũ: ſemper accedens, in cõſpectu Dei, & ſemp interpellans pro nobis.

Ioan. 11. Ephe. 5. He. 9. 10. & 7.

Filio propriũ eſt reuelare q ſunt credẽda de Patre.

Reuelante CHRISTO, perſuadenda de Patre: quoniam nec Patrem, aliquis nouit, niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Non, quod ſic, homines in tenebris palpent, vt ex creaturis, Anthorem omnium, non cognoſcant: aut per ea, quæ facta ſunt, intellecta, inuiſibilia eius, non videãt: quæ vltrò, in illis, ſe produũt: & nuſquam ſuo ordine, diſpoſitione, virtute: obuiã eius ſapientiam, iuſtitiam, poteſtatem non exhibent. Non, quod ſuopte ingenio, non obſeruẽt: cum ſupremum illum Principem faciant. Non, ꝙ non metuant: cum non ignorent, illũ deteſtari flagitia, & non niſi, ob timorem, Deum illum appellent: Sed quia, qualem nobis, præſtare ſe voluit: quod conſilium fuerit, in perditis reuocandis: quæ gratia, in condonandis peccatis: quæ pietas, in exhibendo ſe patrem: in nos promouendo in filios, in hæredes: qua cura, quàue prouidentia, ſeruet dirigat, proncat: vt nec pilus in corpore nutet, decidatque ſine fruge: Nemo vnq̃, ſine CHRISTO, cognouit: Arcanum fuit, æternis temporibus tacitum: Et ſapientia in myſterio, ita recondita: ꝙ etiam, quoſuis mundi principes, fugit. H

Deus vnde ſit dictus.

Miſericordia & munificentia erga non Dei patris.

Roma. 8. Matt. 12. Roma. 1. Ariſt. 12. metha. Statius. δέος timorẽ notat. Roma. 5. Eſai. 53. Matt. 23. Roma. 8. Luc. 12. Rom. 16. 1. Cor. 2. Luc. 1. Matt 17. Luc. 5.

Mitto viſcera miſerationum: quibus, reſipiſcentibus nobis, occurrit: excipit, amplexatur. Mit-

to

A to munificentias, liberalitates, profuſiones: in gratijs erogandis, in diuitijs, benedictionibus, copijs: quibus nos locuplètat. Et licet, fuerimus ſerui nequam, impij, prodigi, flagitioſi: In ſumma: immanis omnium malorum aceruus: non tamen, in nos animaduertit, vt hoſtis: non minatur, vt vindex: ſed oſculatur vt pater. Et domi exceptos, anulo inſignitos, calceis honeſtatos, & primã ſtolam indutos: maximo familiæ cœleſtis tripudio, quæ eximiè ſuper reſipiſcente congaudet: vitulo ſaginato occiſo, & in veru crucis, exuſto, reficit & impinguat: Quæ quidem omnia, ꝑ Vnigenitum, qui eſt in ſinu Patris, facta ſunt peruia, illuſtria, & omnibus manifeſta.

Matt.17. Luc.15. Luc.15. Ioan.1.

Filius prodigus in euangelio.

Reuelãtibus, inquã, hęc, & plura, mutuo de ſeſe, patre ac filio: Nec reuelãtibus modò, ſed vrgentibus: quãdoquidẽ nemo venit ad patrem, niſi per filiũ: & nemo venit ad filium: niſi tractus à patre: Et cõi quidem lege, organo ſacrorum eloquiorum: exterrẽte Moſe: admonẽte Eccleſia; euãgelizãtib⁹ ſęlectis Miniſtris, eoq; pacto plãtãtibus ac rigãtib⁹, vt Apoſtolus docet (Propterea ꝙ & ſi, neq; qui plãtat, aliqd eſt, neq; qui rigat: ſed qui incremẽtũ dat Deus: nihilominus, à Deo hęc inſtituta ſunt, vt ad fidẽ excitemur, externoq; deducamur auditu, admonitione, terrore.)

Ioan.14. Ioan.6. 1.Cor 3. Matt.3. Rom.10.

Nemo uenit ad patrẽ niſi ꝑ filiũ: ſicut nemo ad filium niſi tractus à patre.

B Reuelãtibus, inquã, ac vrgentibus, patre & filio: eorũ ſpiritus paraclètus, totius Trinitatis cõſilio, definitione, fauore, humano cordi aſsiſtens: Suauiter quidem (quoniã afflatu, tum per omnia conſentiente, cum eiuſmodi ſit, ſapientia Dei: tum pectus, in omnibus transformante, cum eiuſmodi ſit, efficacia ſpiritus ſancti: vt vi propriæ energiæ, mollificato corde, & ex lapideo, carneo reſtituto: poſtergata ſapientia mundi, condemnato iudicio carnis, & humanis purgatis affectibus) quæ reuelata ſunt, ſuggerit, ac ꝑſuadet: intellectu quidẽ, promptiſſimè acquieſcente, ac conſtantiſſimò complexante: voluntate verò, pleniſſime, conſentiente, & ſe, & omnia ſua: Patri ac CHRISTO, credente, ac committente.

Sap.7. Pſal.50. Ezec.11. Cor.3. Ioan.14. Pet.5.

Spiritus ſanctus quæ reuelata ſunt à patre & filio ſuggerit.

Et quanquam hæc, conſtantiſſima ſunt, & ſacrarum ſcripturarũ fonte, manantia: non tamen, ideò detrectandum eſt, eas reuelationes, ac perſuaſiones, tametſi ſingulis aſcriptæ perſonis, à tota pariter Trinitate, non progredi: Potiſſimùm, cum inter vocationis ſint membra contentæ, quæ illum actionum attinent ordinem: quæ nulli perſonæ ſunt propriæ.

Verùm compertiſſimum eſt, ſacris diuerſatis eloquijs, fore non pauca, quæ licet toti Trinitati conueniant: ex peculiari tñ alicuius proprietate perſonæ, in illam, non ſecus ac propria, ſunt
C reiecta. Siquidem Prædeſtinare, quia nõ ſine adoptione eſt, Patri, ex perſonali proprietate, meritò attribuitur: Illuminare, Verbo, quòd ex propria conditione, ſplendor eſt gloriæ, ac ſapiẽtia Dei. Et ſancto Flamini, quia amor, ſua ex proprietate eſt, dilectione corda noſtra perfundere.

Ephes.1. Ioan.1. Hebr.1. Cor.3.

Ergo non diſſimili ratione (etiam ſi internas reuelationes, ac perſuaſiones: à tota Trinitate ſuſcipimus) cum de Patre quidem in eius gratiam, aliquid reuelatur, ea reuelatio, iure ſubſcribitur Filio, ad quem pertinet honorare Patrem, nomenque eius, illuſtre nobis, ac glorioſum efficere: cum verò, in Filij gloriam, aliquid dicitur, non iniuria, Patri reuelatio cõſignatur: cui peculiare eſt, filium celebrem reddere, ac omnibus ſpectandum proponere.

Exod.20. Ioan.17.

Perſuaſiones demùm, reuelationum, ac ſecretorum, & potiſsimùm, patris & filij, Spiritui ſancto, ſunt attributæ, cui arcana Dei perſcrutari, proprijſsimum eſt: quippè qui, amborum eſt nexus, & copula: Cuiuſque munus eſt, tanta nos reddere luce perfuſos: vt ſciamus, quæ à Deo in CHRISTO, donata ſunt nobis. Sed ſequamur diffinitionem apoſtoli.

Cor.2. Cor.1.

Subſtantia eſt. Tropus eſt clarus. Cum enim, Diuina illa, ac euangelica perſuaſio, ſubſtãtia na
D tura, non ſit, remanet vt translatione, ſubſtantia nuncupetur.

Etſi fidem, in ſeipſa, diſcutimus: in tribus ſimilitudo conſiſtit. Siquidem, Subſtãtia, ex propria conditionẽ: res eſt in ſe ſe, firma, conſtans, & ſolida. Eſt baſis quoq;, ac fundamentum, ſuarũ omnium affectionum, ac diſpoſitionum: hoc eſt: connaturalium (vt vocant) accidentium, quibus & illuſtratur, & ſuo munere fungitur. Eſt demum (quæ apud nos, ſubſtantia maximè eſt) contrarietatibus multis expoſita, & ſæpius diuexata: tam etſi ea propter non deſinit, vel ſuccumbit.

Ariſt. 5.7. & 8. meta. & in lib. prę. ie. Ariſt. in lib. rũ naturalium.

Tres cõditiones ſubſtantię.

Haud ſecus Euãgelica fides. Siquidẽ natura, firma eſt in ſe, cõſtãs & ſolida: & ita firma, cõſtãs, & ſolida, vt lõgè oẽs naturales ꝑſuaſiones excedat: Imò ita firma cõſtãs, & ſolida, vt ꝓſenti peregrinatione, nihil inueniat ſolidius, firmius, & cõſtãtius. Id, quod & græca vox, luculẽtius aperit: ꝗ nõ, Vſia, ſed Hypoſtaſis eſt, rectiusq;, Subſiſtẽtia, verteretur: Vt planius ꝑcipi poſſit, adeò eſſe firmã, cõſtãtẽ, & ſolidã: vt ſit veluti firmitudo, ſoliditas, ac ſubſiſtẽtia. Cui quidẽ rei, neminẽ, puto refragatũ iri: ꝗ pręclara illa, inſuperabiliaq; fidei chriſtianę, geſta, in totius orbis cõdẽnatione, deprehẽderit: vel ſaltẽ, nõ lõgè poſt fidei diffinitionẽ, Paulus de illa ſubĩtulit, cõtemplatus fuerit.

οὐσία, ὑπόστασις. Ioan.16. Hebr.11.

Firmitas et ſoliditas fidei.

Amplius. Spem, Dilectionẽ, Spiritus ſancti munera, virtutes, facultates: quæ nõ ſecus, ac affectiones, diſpoſitiones, accidẽtia: Chriſtianæ fidei, videntur adiũgi, quibus & perficitur, & ſemet

ipſam

ipſam exerit hæc ipſa diuina pſuaſio, perinde ac baſis quædam, ac fundamẽtũ, fulcit & ſuſtinet. E

Quę fides in ſathana & damnatis.

Zach. 2. Iacob. ibi. Gal. 9.

Cum enim, euangelica fides, niſi viua fuerit, ſit imperfecta, & communis, nedum hominibus malis, ſed damnatis, & ſathanæ detrectari non poteſt, quin multis affectionibus, donis, & virtutibus egeat. Quæ quidem omnia, ſiquis ſingula benè diſpenſet, in ipſa interna pſuaſione, firmantur, ac fulciuntur. Quibus, & illa, ſuo modo completa, & (vt ita dicam) formata: nequit nõ ſanctis actionibus eſſe grauida: Quas opportuno tempore, earum interuẽtione, egerat, & in lucem educat. Sicut enim, chriſtiana dilectione (qua vti præſtantiſſima, potiſſimũ viuit, perficitur, exercetur) occaſionem, nacta perſuaſio illa diuina, non præterit, non diſſimulat, ſed opere, & veritate, munus dilectionis adimplet: Ita, & officijs virtutum aliarum, ſemper intendit: vt nulli bonorum operum, ſua pro facultate deſit.

Non raro fides exponitur pugnę, & cõtra quos hoſtes.

Rom. 5. 1. Cor. 1. Epheſ. 6. Matth. 16. 1. Pet. 1.

Deniq;: Nec contrarietatum, nec vexationum eſt expers: imò rarò eſt, ꝙ non pugnet. Modò, cum ſapientia mundi: modò, cum ſuggeſtionibus ſathanę: modò, cum principibus tenebrarum, & cum portis inferni: Sed præ omnibus, cũ iudicio carnis, & illius illecebris, & affectibus. Quãdoquidem tam etſi, opera ſpiritus paraclẽti, extenuantur hæc, in cordibus perſuaſis: non tamen F funditus extinguntur. Non quidem vt fides, noſtris in pectoribus infirmetur: ſed vt exerceatur, ac illuſtretur: non ſecus ac aurum, in fornace.

Fides in ordine ad credentes. Et ad credenda ſubſtãtia eſt.

Verùm ſi, in ordine ad credentes, & quæ credenda ſunt, fides attenditur (quo quidem pacto, acceditur magis, ad intentionem apoſtoli) ſuis quoque metaphoris, Subſiſtentia eſt. Sed præſtat, quod mox, eadem in diffinitione, ſubiungitur: antea explanare.

ἐλπιζομένων. Eſde pecca. mer. & remiſ. 2.

Sperandorum rerum. Græcè, participium eſt, temporis præſentis, ſed verbi communis: qua de re, rectè (ſi non fallor) vtroq; modo reddetur. Et quidem, ſi actiuè hoc eſt, ſi ſperantium ſubſtãtia, ſeu ſubſiſtentia, legitur, quemadmodum & Auguſtinus. xiiij. ſuper Ioannem, & alibi legit: res eſt perſpicua, & eandem in omnibus, metaphoram ſubſiſtet.

Fides ſperantiũ ſubſtãtia, & robur, q̃n & baſis virtutũ omnium.

Fideles exercẽtur multis contrarietatibus, & nõ ſperantes dñr.

Galat. 2. Abac. 2. Matt. 16. Hebrę. 11. Coloſſ. 1. Hebrę. 11. Rom. 5. & 10. Galat. 5. Iac. 1. Hebr. 11. 1. Petr. 5.

Siquidem nemo eſt, qui non probet: fidem hanc, ſperantium, ſubſiſtentiam eſſe: qui apoſtolum audit. Quod viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Et prophetã. Iuſtus ex fide viuit, Nemo, qui non probet, eſſe firmitudinem, eſſe robur: quando propter firmitudinem dictum eſt Petro: ſuper hanc petram, ædificabo eccleſiam meam: & propter robur, ſcriptum à Paulo: Sancti per fidẽ G euicerunt regna, euerterunt arces, occluſerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis: atq; ex imbecillitate, validi, ac robuſti, euaſerunt in bello. Nemo, qui non probet, baſim eſſe ac fundamentum: tum ipſorum; Paulo inculcante, vt in fide fundati, ſtabiles ſimus, & à ſpe euangelij indimoti: tum ſanctarum affectionum, & operationum in eis: cum, eodem aſſerente, per illam, placeamus Deo, eum accedamus, ac inuocemus per illam ambulemus, & bonorum operum, fructũ afferamus. Nemo, qui non probet, ſperantes ob fidem, multis contrarietatibus exerceri: qui legit, paſſim afflictos, tentatos, detentos, occiſos, excarnificatos, diſſectos, & tanquam oues ad iugulum deſtinatos: vt eorum fides, redderetur auro rutilantior, quod per ignem probatum eſt: ſicut princeps Apoſtolorum dicit.

Et licet non deſint, fidelium appellationes, illuſtres: ſperantes tamen, non temerè ſunt nuncupati: non ſolùm, vt hoc titulo, à damnatis, inſinuentur diſtincti: in quibus, tam etſi aliqua eſt fides, nulla tamen eſt ſpes: quippè quibus, nihil boni ſuperſit: ſed etiam, vt electi diſtincti denotentur, à reprobis: vel eos ſaltẽ, in quibus eſt, fides viua, ab illis ſecernamus, in quibus eſt mortua. H

Veri fideles non alliciuntur pſentib⁹.

1. Cor. 1. 2. Cor. 4. 1. Cor. 7. Epheſ. 2. Philip. 3. Rom. 8. Philip. 1.

Nam electi, & in quibus fides veraciter viuit, non alliciuntur præſentibus bonis, ſed futuris: non contemplantur quæ videntur, & temporalia ſunt, ſed quæ non videntur, æterna: vtunt hoc mundo, ac ſi non vtantur: emunt ac ſi non poſſideant. Siquidem ciues ſanctorum facti, ac domeſtici Dei: agnoſcunt ſupernam politiam: gementes ſemper, ac parturientes, ob expectationẽ; cupientes corpore huius mortis abſolui: Qua de re, afflictionibus probati, gloriantur mirum in modum, ſuauius præſtolantes, & in ſpe validius progredientes, certiores facti, quòd ſi fuerint aduerſa paſſi, cum CHRISTO, deniq; corregnabunt cum eo.

Rom. 5. Roma. 8. Chriſoſt.

Si vero paſſiuè, Fides, ſcilicet, ſperatorum, ſiue (vt exprimatur ſine ambiguitate, tempus præſens) eorum, quæ ſperantur, ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia definita eſt (Id quod probatur Chryſoſtomo, & ferè omnibus alijs) eadem metaphora, tametſi non forſan in omnibus, perſpicacius tamen in aliquibus, retinetur.

Fides ſubſiſtẽtia eſt omniũ reuelatorũ maximè, eorũ in q̃bus extãt promiſſiones Dei.

Quam ob rem attendendum, ꝙ licet Diuina pſuaſio, ſubſiſtentia ſit oĩum reuelatorũ ad pietatem euangelicam pertinentium (quippè quæ ad ſingula ſe extendit, omnia amplexatur, & ſuſtinet: imò ea omnia, firmitudinem vt ita dixerim, ac ſubſiſtentiam facit) Fides tamen, eorum reuelatorum, potiſſimùm ſubſiſtentia eſt, in quibus extant promiſſiones diuinæ: vndè & eorum

potiſſimùm

A potiſsimùm, perſuaſio videtur nomen fidei, aſſecuta.

Nam licet, omnis diuina perſuaſio, conſtãtiſsima ſit (vtpotè, quæ eſt, à ſpiritu ſancto profecta, quo nihil verius, nihil eſt efficacius) ea tamen, nomen fidei, primùm adepta reputatur, qua de ꝓmiſsis, perſuaſi ſumus: quippè qui, tũc verè dicimur, fidẽ aſſecuti, cum ſumus perſuaſi, quòd fiet, quod dictum eſt, & promiſſum. Quamuis enim, alia res ſit, fides primo modo ſumpta, ab hac, poſtremò accepta: Latinis tamen, vox vna mutuatur ab alia: & per trãſlationem, à prima hæc, appellatione deſcendit.

Quę maximè nobis poſſum' polliceri à Deo, & q̃ cõſtantur ex fide ei' & noſtra.

Ergò, & ſi nihil boni eſt, quod ex diuina, tum bonitate, tum dilectione, nobis polliceri non poſſumus: ea tamen maximè, iureque optimo, expectanda ſunt, quæ à Deo, nobis repromiſſa ſunt. Ergò, Si fides ſubſiſtentia eſt, eorum quę ſperantur à Deo: maximè erit promiſſorũ ab eo.

Nume. 23.

Et de his planè, intellexit Apoſtolus, Nam, cum diuinæ promiſsiones, in ſeſe, ipſa ſubſiſtentia ſint: profectò ex fide, non noſtra, ſed Dei: hoc eſt: ex conſtantia & veracitate ipſius: qui non eſt ſicut homo, qui mentiatur. aut nactus occaſionem, ſe à pollicitatione dimoueat: remanet, vt B illæmet, ſubſiſtentia reddantur in nobis: ex fide quidem, ſed noſtra: hoc eſt: ex perſuaſione, a ſpiritu ſancto, in nobis effecta: qua certiſsimi facti ſumus, ꝙ id quod promiſſum eſt, adimplebitur.

Ariſt. 12. meta. Philip. 3.

Amplius. Promiſſorum, vel Speratorum. (ſi mauis) Fides ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia eſt: quoniam eorum, Prima pars, (nam, & à philoſophis ſubſtãtia, prima rerum pars iudicatur) Arrhabo, & Primitiæ: quæ in ordine ad ea quæ remanent (vt reformatio corporis, configuratio claritatis CHRISTI, plena iuſtitia, abſoluta ſanctitas, & conſummata fœlicitas) baſis ſunt & fundamentũ: imò: inchoatio, & participatio, cum per illam, hæc omnia habeãtur: imò, hæc omnia, viua fides, modo quodàm includat. Hinc dicitur iuſtificare: Arbitramur, hominem iuſtificari, per fidem: Expurgare Fides purificans corda: In filios Dei euehere: Iam filij Dei eſtis, per fidem: Reſuſcitare: In quo reſurrexiſtis, per fidem, operationis Dei: Et vitam æternam conferre: Qui credit in eum, habet vitam æternam.

Rom. 3. Act. 15. Galat. 3. Coloſſ. 2. Ioan. 3. 1. Ioan. 5.

Fides ſperatorũ inchoatio & participatio.

Effectus fidei ex ſcripturis.

Fides ꝓmiſſorum velut prima pars primitię pignus &c.

Quæ quidem omnia, & plura, in nobis per hanc fidem accepta: cum portionem (iterum dicam) promiſſorum, contineant, & exhibeant: vtpotè primam illorum partem, primitias, pignus, C arrhabonem, baſim, ac fundamentum (his enim vocibus, vtuntur paſsim literæ sacrę) euidentiſsimum eſſe poteſt, ꝙ ad explicandam miram huius fidei efficaciam: accommodatiorem metaphoram, vel elegantiorem tropum, Paulus adhibere non potuit. Qua de re, perſpicuum admodum, factum eſt, non ſolum, quod primùm expendendum erat: ſed & reliquum diffinitionis, quod ſupereſt: vt mox euidenter oſtenditur.

Argumentum quid hoc loco ſignificet.

Argumentum non apparentium. Vox argumentum reddita, Elenchos eſt: quę ſæpius, indicationem ſonat, perſpicuam quidem ſed compendioſam, & quaſi per capita: Vnde & Elenchos ſummarium dicitur, quod non rarò præſcribitur volumini, vel tractationi, in initio alicuius libri. Sonat & conuictionem manifeſtam: cui non refragatur: Et hoc pacto, & Apoſtolus aliàs, & Euãgeliſta non ſemel, eo verbo ſunt vſi. Et Paulus quidem, de Epiſcopo ſermonem habens, & per partes, munus eius recenſens: Qui ſit (inquit) ſanæ doctrinæ, & poſsit cõtradictores arguere. Ioãnes verò: tum referens officium, Spũs ſancti: Cũ venerit, mundũ arguet, de peccato, iuſtitia, & iudicio: tum Domini verba, in Phariſęos: Quis ex vobis arguet me de peccato? Quibus in locis, Ar-D guere, planè aliud non eſt, quàm ita manifeſtè, conuincere: vt ex aduerſo mutiri non poſsit.

Titum. 1. Ioã. 8. 16.

Reliquum verò, quod ſequitur, (non apparentium,) cum vox, potius ad viſionem pertineat, poterat (deficiente participio) in verbum, pronomen, ac relatiuum reſolui. Et eorum, quæ non videntur, exactius interpretari.

Non eſt idẽ fidem eſſe hypoſtaſim ſperandarum rerum, & argumentum nõ apparentium.

Rom. 8.

Quid igitur? ſunt quibus probatum eſt: partem hanc, præcedenti, per appoſitionem adiungi, vt ſit veluti eius explicatio: & quod hypoſtaſi, reſpondeat argumentum. & his quæ ſperantur, ea quæ non videntur: ſed mihi ſecus eſt. Et licet, non ibo inficias, ſperatis conſentire, non viſa: cum ea quæ videntur, non ſperentur: (quod enim quis videt, quid ſperat?) Sed ꝙ argumentũ, pro explicatione ſubſiſtẽtiæ, ſit appoſitum, res duriuſcula eſt. Quare, per additionem potius, aut conſecutionem, ſi mauis videtur annecti.

Videre, aliqñ eſt quouis sẽſu percipere.

Ioan. 20. 1. Cor. 2.

Siquidem rectè, planèq; conſequitur, Quod, ſi fides ſperatorum ſubſtantia eſt: hoc eſt: (vt diximus) prima eorũ pars: & ita prima, quod eſt, vt primitiæ: imo arrhabo, & pignus fundamentũ & baſis: quod euidẽs ſit argumẽtũ: hoc eſt: certa, & ꝑſpicua indicatio. breuis, & in ſumma: eorũ, quæ remanent expectanda: & hactenus, non ſunt viſa: hoc eſt: quouis ſenſu percepta (ita enim nonnunquam, videre vſurpatum eſt, in ſcripturis: Quia vidiſti me Thoma credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt) vel in hac peregrinatione penitus explorata: (Oculus nõ vidit, nec

auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe) & non ſolũ indicatio, ſed conuictio. Nam primæ rei partes, non modo indicant, ſed & conuincunt, de poſtremis: & poſt primitias, vberiores præſtolamur fructus: & poſt arrhabonem, & pignus, remanet conſummata ſolutio & baſis ac fundamentum, atteſtantur conſequens ædificium. E

Ergo quemadmodum eorum, quæ expectamus, initia, ſunt per fidem accepta: ità ſucceſſus illorum, & fines per eandem ſunt indicata & conuicta: Vt hoc pacto, vtraq; diffinitionis pars, nouum aliquid explicet: Et poſtrema, ex prima deducitur: Et ſingula conſona demonſtrantur.

Summa tot⁹ diffinitionis fidei.

Erit igitur tertio loco, Fides hoc eſt: Diuina illa Perſuaſio, Viua, Euãgelica, Chriſtiana, Catholica: non ſolùm ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia in ſeſe: id eſt: ſolidiſsima, firmiſsima, conſtãtiſsima in ſui natura: imò ipſa ſubſiſtẽtiã, firmitudo, ſoliditas: Sed etiã, Sperãtiũ: hoc eſt: electorũ, ſeu verè credentiũ, & in ſola, futurorũ bonorũ ſpe, ambulantiũ, indeq; pendentiũ: ſubſiſtentia pariter ſoliditas, ac firmitudo. Et vltra hæc, & maximè: ipſorũ ſperatorum, quæ remanent: ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia, baſis, fundamentum, primitiæ, pignus. Nec tantùm hæc, ſed abſolutiſsima illorum indicatio, & conuictio: vt verè credentibus, nullus relinquatur ſuſpitioni locus. F

Et quanquã, non pauca, ad huc ſuperſint de fide, ſuis expendenda locis, hic tamen non diſsimulabo, paulò euidentius: viuã fidẽ excutere, & in hoc, totã hanc digreſsionem abſoluere. Igitur

Fides catholica ꝓ actu & pro habitu ſumpta.

attendendum fidem hanc, à Theologis eſſe diſtinctã: eò quòd internã illam perſuaſionem agnoſcunt, tum vt habitum, quo etiam dormientes, dignati ſumus, tum vt actum (ita ipſum credere, vocant) in quem cum volumus, ſancto ſpiritu ſuggerente, ac cooperante, prorumpimus.

Credere et ſi opus eſt ſpũs ſancti, nõ niſi acquieſcentibus nobis.

Animaduerterunt enim, quod licet, Credere (de quo loquimur) opus ſit, ſpiritus ſancti: eſt tamen, vt præmiſimus, acquieſcentibus ac conſentientibus nobis: tametſi nec acquieſcimus, nec conſentimus, niſi eodem ſpiritu moti, excitati, impulſi. Vt ergo promptius, ac ſuauius (cum opus fuerit) in ipſum credendi actum, mens internè prorumpat: eiuſdem ſpiritus opera, noſtri tamen cauſa habitum (quem, alij lumen dicunt, à Deo datum, & diuina miſeratione, in corde conſeruatum,) aſtruxerunt infuſum: Et illi, nomen fidei, potiſsimùm dimiſerunt: malentes actum, tam etſi præſtantiorem habitu, credendi potius verbo, quam fidei, ad commodiorẽ eruditionem exprimere.

Quam ob rem, Si fides pro habitu audiatur: quo pacto, (ni fallor) & à Paulo, potiſsimùm diffinitur: ea viua dicitur, per metaphoram, ſicut & aqua dicta eſt viua. eam ſcilicet, ob rationem; quòd nunquam, nacta opportunitatem (vt dicebatur) non ſcaturit, & bonis operibus, ſeipſam non prodit: ſicut & Iacòbus Apoſtolus docet. Et operibus maximè charitatis, ſine qua, nec fides, nec anima viuit. G

Cap. 2. 1. Ioan. 3.

Habit⁹ viuę fidei, non eſt ſimplex habitus.

Siquidem putandum, ꝙ habitus viuæ fidei, non ſit nudus ac ſolus: ſed ſpei, ac dilectionis habitibus, colligatus: Imò quòd hi tres, ferè ducantur, ac reputentur pro vno. Item, ꝙ ſit, Spiritus ſancti donis, virtutibus, alijſq; muneribus fotus: adeo vt illo, in opus prodeunte, alij non ſine ſegnes, ſed iuxta opportunitatẽ, exerant pariter ſeſe: vt pro ſuo munere coeuntes, & locupletius vitam oſtentent, & vberiorem illum actum efficiant.

Si vero pro actu Fides recipitur: per metonomian, viua eſt (eo ſcilicet ꝙ vitam cõfert, vel quia vitam auget) quemadmodum mors, dicitur pallida, & frigus, dicitur pigrum.

Act⁹ fidei duplex, præcedens habitũ, & ſubſequẽs eum.

Verùm attendendum, fore duplices actus: quoſdam habitum præeuntes: quoſdam ex habitu procedentes (Sicut enim citharizando, citharizandi habitus generatur, quo adepto, nihil minus citharizamus: imo iccirco illum adipiſcimur, vt propenſius ac ſuauius citharizemus: ita credendo habitu fidei cõdonamur, vt eo donati, ad credendum promptiores ſimus) Si de fide itaque, pro actu præcedente (vt ad rem maximè pertinet) ſermo ſit: haud dubiè, quia vitam affert, fides ideò viua eſt. H

Quõ omnes in primo parẽte mortui.

Mors animę.

Nam cum omnes, in Adamo mortui ſimus non morte corporis, qua animali vita priuamur, & omni corporeo ſenſu, ac motu deſtituimur (tam et ſi & huic ſumus obnoxij, & præfixo tempore, iudicio Diuino ſubiecti) ſed animæ, qua, ſpirituali vita deſerimur, & omni ſpiritus ſenſu, ac motu deficimus (vt eſt rectè ſentire de Deo, de bonitate, deque iuſtitia, ac prouidẽtia eius: illum, vt Deum, in omnibus colere: illi vnicè viuere, eius beneuolentia frui, in illũ, pleno pectore ſe reijcere, & ſuis in mandatis & præceptis, coram illo viriliter ambulare.)

Rom. 5. 2. Cor. 4.

Mors peccati

Quæ & alias, dicta eſt, mors peccati: tum, quia per peccatum inducta, (Nam peccatum, hunc in mundum intrauit, & per peccatum mors:) tum quia per peccatum genita (Peccatum enim, cum conſummatur, generat mortem:) & demũ quia ſeruientibus, militãtibusq; peccato, vti ſtipendium, ac merces retributa.

Rom. 5. Iac. 1. Roma. 6.

A Cum hac,inquam,morte,omnes in Prothoplaſte,mortui ſimus, quemadmodum & omnes, in eodem peccante, peccauimus, ac inobedientiæ crimen admiſimus, (Quod & validè, hunc
2.Cor.5. in modum,argumentatur Apoſtolus: Si quidem (inquit) CHRISTVS, pro omnibus mortuus
Aug. eſt: ergo relinquitur, vt & omnes mortui ſimus. Non corpore: ergo anima, ſicut, & Auguſtinus perſpicuè,contra Iulianum, libro ſexto deduxit.) Opus erat,vt oppoſitæ reſtitueremur vitæ.
Ioan.11. Quod indubiè, ex fide contingit: Domino atteſtante, quòd qui credit in illum, etiam ſi mortuus fuerit viuet. Cui vitę reſtituamur per fidem.

Sicut enim primus lapſus ad mortem, ex incredulitate proceſsit: Adamo nutante, atque à
Geneſ.3. conſtantia,&,veritate diuinæ comminationis, ex infidelitate, animum ſubducente: ita initium redeundi,in vitam,& recedendi à morte: non immeritò fidei eſt ſubſcriptum: Vt diuerſo calle, diuerſus ſit ſcopus: & quo irrepſit virus,ingrediatur remedium: & contrarium, depellatur contrario,vt in adagio eſt.

Verùm accuratius attendendum, ꝙ fides nos in vitam reſtituens, non eſt ſine ſpe, non eſt ſi- Quæ fides nos vitę reſtituat.
B ne charitate: imò nec ſine confidētia, & fiducia. Nec modò ſit curæ, an fides, hoc pacto ſumpta, vnus, ac ſimplex, ſit actus, an plures, vel multiplex: quandoquidem (& ſi lubens vnitatem, ſimplicitatemq́;, probarem, & in ea illorum plurium efficaciam, ac æquiualentiam, omni procul difficultate, defenderem) vtrum tamen, quis dixerit, digladiandum, non cenſeo, & in quam maluerit partem, ſine fidei præiudicio, vnumquemq; declinare poſſe, non dubito.

Conſtanter tamen aſſerendum eſt, ꝙ qualis qualis, actus ille, in ſeipſo ſit, à Spiritu ſancto indubitanter eſt: & præueniente, & aſſlante, & mentem ad credendum, ſperandum, confitendū, amandum, mouente, ſolicitante, incēdente: agente, applicante: & demū, ipſum quoq; credere, ſperare, amare, confidere, ſiue (vt præmiſimus) plures actus fuerint, ſiue (quod mihi magis cōſentaneum eſt) vnus æquiualens omnibus, potiſſimum producente: tum quia agens eſt principale:
De pot. qõne.1.2. tum quia in actu, agit eas partes, quæ ſunt potiores, vt etiam, Diuus Thomas docet.

Quo quidem actu, fidèue, Deum in CHRISTO petimus, & mira arcānaque ſpiritus efficacia, Viuificatricis fidei efficacia.
eo in actu agente ac operante, CHRISTO coniungimur, connectimur, inſerimur, incarnamur:
C Ioan.17. vt in palmites ac membra illius euecti, nequeamus, ipſius vita, non frui. Si enim palmites ſumus
2.Cor.12. & membra: neceſſe eſt, vt ſpiritu eius potemur, eius gratia impartiamur, & cum illa, vita, & omnibus eius donis, virtutibus, ac diuitijs locupletemur. Vt in ipſo tandem, ſtatuto tempore, omni ſimus ex parte, completi ac perfecti.

Deniq;, Si de fide, pro actu quidem, ſed prodeunte ab habitu, ſermo eſt: nō quidem ſolo, hoc eſt, gratia, donis, & virtutibus deſtituto, & (vti dicunt) informi: nemini dubium eſt, non ea dūtaxat ratione, illi vitam attribui, ꝙ vitæ argumentum eſt euidens, ſed ea potius, ꝙ non rarò, vitā eſt augens, ac ſuo tempore ditans. Et hæc modò pro præſenti digreſsione ſufficiant. Act⁹ fidei habitum ſubſequēs, q̄ſo dicitur viuus.

In CHRISTO IESV. habent hæc, tum ſanctis, tum fidelibus iugi: quoniā nullus eſt verè ſanctus, nullus ritè fidelis, niſi in CHRISTO IESV. Et ſi, in, vſurpatur pro, per, quemadmodū hebræis eſt familiare: res planior, ac dilucidior eſt. Quandòquidem non ſolum Epheſi aut à prædi- Nullus verè ſctūs, aut ritè fidelis, niſi Chriſto inſitus, vt ſunt electi.
Act.4. catione Baptiſtæ: ſed vbiq;, & ab initio mundi, quotquot facti ſunt ſancti. & verè fideles: CHRISTI opera, merito, & interuentione, facti ſunt. Si verò, in, ſuæ naturæ dimittitur: & ſi, res videri
D poteſt obſcurior ac ſcrupuloſior, eſt tamen perſpicacior, & arcanis fœcundior.

Cum enim Chriſtiani, & præſertim electi: per fidē quidē, ſed opera ſpūs ſancti (vt attactū eſt)
2.Ioan.15. ſint CHRISTO coniuncti, vt palmites inſiti, & vt membra colligati: neceſſe eſt, vt illius ſpūs, ſint facti participes. Et ſicut ille, eſt ſpūs gr̄iæ, vitæ, iuſtitiæ, dilectionis, ſapiētiæ, intellectus, aliorūq; donorum, virtutum, & officiorum, quibus membra perfuſa, & pro ſingulorum ratione locupletata, ac quodammodo perfecta, intrinſecus, & (vt ita dicam) formaliter, dicta ſunt, grata, viua, iuſta, & id genus reliqua: ita eſt, & ſpiritus ſanctitatis, quo inungimur ac conſecramur Deo, & ante illum, firmi, & impolluti offerimus hoſtias laudis, & iuſtitiæ ſacrificia.

Pſal. 115. & 50. Eſt pariter, & ſpiritus fidei, & veritatis: quoniam, etſi per fidem, CHRISTO connectimur, Spūs Chriſti, ſpūs fidei & veritatis.
ac illius ſpiritum haurimus: ex ſuperuenientibus tamen participatione huius ſpiritus donis, in-
Eſai.11. tellectu, ſcientia, ſapientia: fides illuſtratur, roboratur, perficitur. Præter id, ꝙ habitum eius affert, & vnà pariter, habitus, ſpei, fiduciæ, & dilectionis: quibus (vt præmiſſum eſt) fides longè ditior, longèque efficacior eſt. Ad hæc. Affert, conuentorum conſtantiam, & veritatem, quibus religionem CHRISTI profitentes, ſumus aſtricti: & ſine eius ſpiritu, fidem hanc frangimus, & paſſim & longè à pollicitatione recedimus.

Obſeruationes huius partis. E

Chriſtianicō ſecrati Deo.

Obſeruandum Primò, ex Sanctorum nomine: quòd, ſi Dei miſeratione, & CHRISTI bene-
ficio, Deo addicti ſumus, ac ſancti ſpiritus vnctione, eius cultui conſecrati: vt mundi, & impol- Roma. 12.
luti, iugiter exhibeamus nos, & corpora noſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, per Pſal. 115.
IESVM CHRISTVM: per quem, offerimus & hoſtiam laudis: Nec beneficentiæ, aut commu- Heb. vlt.
nionis obliti: quæ de illius manu accepimus, egentibus partiamur, quibus hoſtijs impensè de-
lectatur Deus.

Oēs intra tēplū eccleſiæ.

Deindè, quod ſi non ſumus Epheſi minoris Aſiæ, non ſumus tamen, extra templum, Epheſi, Paulo miniſtrante, conſtructum: quibus, & maximè, hanc epiſtolam ſcribit: Si tamen, fideles ſumus, in CHRISTO IESV. Quem, toto pectore imploremus, vt viua ſide, viuos lapides faciat: reddentes domino, vota noſtra in iuſtitia, & ſanctitate: Per illum, per quem vnicè, iuſti ſumus, & ſancti. Cui ſempiternus honor & gloria. Amen.

F

Enarratio tertię & vltimę partis inſcriptionis.

Gratia mul tis modis in ſcripturis, vt paulo poſt declaratur.

Gratia vobis. Non me latet, varium eſſe, huius nominis vſum, ſed in ſcripturis, ſæpius pro be- 1
neuolentia, & fauore: Nonnunquam pro dono, tum temporali, tum ſpirituali: ſiue liberalitate, 2
ſiue miſeratione ſit præſtitum: Aliquando pro beneficio, ſed gratis collato: Accipitur, & pro 3
gratiarum actione, Et demum pro comitate, lepore, & ſuauitate loquendi. 4
5

Pro beneuolentia & fauore, ſicut ad Virginem. Inueniſti gratiam, apud Deum, Et frequen- Luc. 1.
ter conſimile. Vt Moſes: Si inueni gratiam, in oculis tuis. Et Iacob: Vt inuenirem gratiā, in Exod. 33.
conſpectu domini mei. Et Ioſeph inuenit gratiam, coram Pharaone: Et filij Iſrael, in receſſu, Gene. 32.
coram Aegyptijs. Quæ planè omnia, & id genus, alia: Caros, dilectos, & gratioſos: hoc eſt, di- Gene. 39.
lectione, fauore, ac beneuolentia, dignatos oſtendunt. Exod. 12.

Pro Dono: Et quidem temporali, vt illud apoſtoli. Hortabantur (inquit) nos, vt gratiam, hoc 2. Cor. 8.
eſt, eleemoſynam, pauperibus impendendam, reciperemus ab eis. Et non multò poſt, Corin- Ibidem.
thios ſtimulat: vt in eodem genere gratiæ ſint propenſi. Et ſequenti capite: Potens eſt (inquit) G 2. Cor. 9.
Deus, omnem gratiam, abundare facere, in vobis, vt omnem ſufficientiam habentes, abunde-
tis in omni opere bono.

Pro ſpirituali vero, eſt illud. Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum. Et apud euāgeli- Rom. 1.
ſtam. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiā pro gratia. Et rurſum apoſtolus. Vni- Ioan. 1.
cuiq; noſtrum, data eſt, gratia, ſecundum menſuram donationis CHRISTI. Et mihi, ſanctorum Ephe. 4.
omnium, minimo, data eſt gratia hæc, vt euangelizarem imperueſtigabiles diuitias CHRISTI. Epheſ. 3.
Et Gratia Dei, in me, vacua non fuit: Et Non ego, ſed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

Pro beneficio autem, Vt illud. Gratiam non obliuiſcaris, fideiuſſoris tui: qui in diſcrimē po- Ibidem.
ſuit pro te, animam ſuam: Et Gratia ſuper gratiam, vxor fidelis, & prudēs. Et maximè pro bene- Eccle. 29.
ficio CHRISTI. Hinc, euangelium, quoniam illud annunciat dictum eſt euangelium gratiæ. Ibid. 26.
Et Paulus, ad illud inuulgandum electus, dicitur miniſter gratiæ Et Corinthijs, Videte gratiā, Act. 20.
domini noſtri IESV CHRISTI, qui cum eſſet diues, pro nobis, factus eſt pauper. Et alibi. Ap- Epheſ. 3.
paruit gratia Saluatoris noſtri, omnibus hominibus, erudiens nos. 2. Cor. 8.

Pro gratiarum demum actione. Quis me liberabit, de corpore mortis huius? Gratia Deo, per H Titum. 2.
IESVM CHRISTVM. Et Gratia Deo: ſuper inenarrabili munere ſuo. Roma. 7.

Pro comitate, ac ſuauitate dicendi. Gratia & amicitia liberant. Et Diffuſa eſt gratia, in labijs 2. Cor. 9.
tuis. Et alibi plura. Prouer. 25. Pſal. 44.

Quibus modis hic ſumitur gratia.

Et quanquàm, alius forſan alitèr ſentiat, mihi tamen compertiſsimum eſt: Gratiam hoc loci, primas tres acceptiones includere: vt perinde ſit, ac fauor, donum, & beneficiū. Non quòd Paulus, ſat eſſe non ducat, & ſibi, & cæteris, fauorem ac beneuolentiam Dei, quibus nil optatius, nil expetibilius eſt: ſed quia nequeunt hæc, à duobus reliquis reſecari; aut quouis pacto ſeiungi.

Diſcrimen fauoris Dei, & hominum.

Siquidem fauor, ac beneuolentia Dei, non ſunt, vt fauor ac beneuolentia hominum, quę nūquam, niſi ſuo commodo proficiſcitur: aut (ſi quid eſt generoſius) non niſi, flagitantibus meritis, extorquetur. Nec ſemper hi munere proſequuntur, quibus benè volunt, ac fauent: Et ſi proſequuntur, rarò benè faciunt, impartitis, quæ verè ſunt bonis, & nequeunt, niſi ſancto vſui, deputari. Quòd ſi contingat, vt verò beneficio, quenquam afficiant: id, ſicut non ſemper eſt gratis, ita nunquam eſt locuples.

At DEVS ſecus. Nunquam ſuo commodo fauet: quippè qui bonorū noſtrorū nō eget. Non Pſal. 15.

emendica-

A emendicatis meritis diligit: qui ſua dilectione, merita noſtra pręuenit. Nunquã non diues eſt in do
Matt.19. Epheſ.3. nis: qui nunquam Diues non eſt in beneuolentia: cuiuſq; benè velle, benefacere eſt. Sũt, & eius
beneficia gratis: non q meritum ſemper, & omni pacto, ſecludat: ſed quia, lõgè ſupra meritum,
tribuit. Sunt & locupletia: quia ſupra id, quod petimus, aut concupiſcimus: vt aliquando Apoſto
lus dicit. Ergo, beneprecando Paulus fauorem, & gratiam Dei: non adeſſe quidem (cum ſan-
ctis ac fidelibus ſcribat) ſed perſiſtere, ſed adoleſcere, augeri, ac multiplicari: benè precatur pa- Precatur gratiã augeri ac
riter, eos, ſancto ſpũ, eiuſq; muneribus promoueri, ac diuinis beneficijs, affluentius impartiri. multiplicari.
Rom.5. Nec refert, ſi quando Paulus, gratiam à dono diſtinguit, vt Romanorum capite quinto: Pro-
pterea quòd & ſi, fauor ac beneuolentia (ita eo loci gratiam ſumit) quę in Deò ſunt, & in CHRI-
STO, alia res ſunt, à dono in nobis, eorum fauore, ac bona voluntate recepto: quia tamen hoc,
illa non deſerit: non immeritò, ſi contingat vna voce comprehendi: non ſecus ac, gratia poteſt,
per metonomian donum nuncupari.
1 *Et pax.* Pacis quoq;, non vna ſignificatio eſt. Et aliquando recõciliationem ſonat: vt Illud.
Lucę.2. Epheſ.2. B Et in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Et ipſe, eſt pax noſtra, qui fecit vtraquæ vnum: & Pax multis
2 ambos reconciliauit, in vno corpore, Deo. Aliquando, quietem, & tranquillitatẽ animi: Qua- modis, vt infra.
Rom.5. lem (teſte apoſtolo) iuſtificati, habent ad Deum: quę, & ſuperat omnem ſenſum, & inter fructus
3 ſpiritus numeratur. Aliquandò, fœlicem, fauſtumque, rerũ ſucceſſum: vt Ioſeph fratribus ſuis:
Gen 43. Eſt ne pax: patri veſtro (Et Dauid Nabalo.) Sit tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcũ-
1.Reg.25. que habes, ſit pax. Aliquando adeptionem deſiderij, & plenam cordis ſatietatem: ſicut audiui-
4 Luc.2. mus à Simeone. Nunc dimittis ſeruum tuum, in pace. Et à Dauide. In pace, in idipſum, dormiã,
Pſal.4. & requieſcam. Aliquando, tranquillitatem politicam: cum hominibus etiam, huius mundi:
5 Rom.12. iuxta illud apoſtoli. Quantum in vobis eſt, (ſi fieri poteſt) cum omnibus hominibus, pacem habẽ-
Epheſ.4. tes: & inter membra corporis CHRISTI. Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis.
Rom.14. Et illud. Quæ ſunt pacis ſectemur, & quæ dilectionis mutuæ, in inuicem cuſtodiamus.
C Qua de re, etſi non vereor, ſingula præſenti loco, poſſe ſubſiſtere: potiſſimùm tamen, ſecun- Quo pacto
da, ac tertia acceptio, videntur intentæ. hic ſumitur
Et internam quidem pacem, ſiue quietem, augeri ac multiplicari, precatur apoſtolus: Tum, pax.
ne carnis diuexationes, nos hac in peregrinatione perturbent, noſtris adhuc affectibus non ex-
tinctis, ſed ſæpe tumultuantibus, ac ſpiritui negocium faceſſentibus: quandoquidem, tam etſi ni
Rom.8. hil damnationis ſunt, ambulantibus in CHRISTO IESV, non ſecundum carnem, ſed ſpiritum:
ſolent tamen, non leuiter ſanctos diſcruciare, & internæ pacis, quæ eſt in CHRISTO, aliquando
non nihil euertere: Tum, ne ſuggeſtionibus ſathanę laceſſiti, & in ſuis membris, ab eo attenua-
2.Cor.1. ti, & frequenter ſupra vires humanas, ſupra modum afflicti: nubeculam ſerenitati mentis offun
dant, & ita, quapiam ex parte, ab illa fœlici iuſtificatorum tranquillitate deficiant: Sed CHRISTI
pace, eorum in cordibus aucta, ac multiplicata, omnia floccipendant, ducentes delitias, nedum
Act.5. coram mundo, contumelijs affici, ſed mortem, vltrò geſtientes oppetere: vt vberius pace IESV
CHRISTI potiti, nequeant quouis turbine, ab illius fruitione remorari.
D Felicem verò ſucceſſum, vt in omnibus ob ſecundante Deo, & euẽtum proſperum, in his quę Cur optat fe
ſunt, non carnis, ſed ſpiritus: non mundi, ſed Dei: non regni ſathanæ, ſed CHRISTI eccleſiæ (in licem ſucceſſum.
Rom.8. quibus, electi nunquam non ſunt aſſidui, nullamque non nauantes operam, vt ea pro virili pro-
Eſai.48. moueant) fœliciter concedente; non ſolum omnia, illis (& lapſus quoque) cooperentur in bo-
num: ſed diffluente exundanteque (iuxta oraculum) vt fluuius, pace diuina, & vndiq; eorum cor
Pſal.127. da replente: videant quæ verè bona ſunt Ieruſalèm: CHRISTI gloriam proueh: regnum dila-
tari, & in medijs procellarum ac turbinum, charitatem magis incedi: euangelium illuſtrari, quo-
cunq; profundi: & quæ tandem ſuperſunt, diuinas promiſſiones expleri.
Et quanquàm non deerant aliæ, & ſalutandi, & beneprecandi formulæ: non ſolum non im- Sacrę ſalutationes diuerſę.
Ruth.2. probatæ gentibus, & hebræis, ſed nec ſanctis: & in diuinis literis ſolitæ: Qualis Booz ad meſſo-
Gene.43. res (Dominus vobiſcum) Et Ioſeph Beniamino (Saluus ſemper ſis, fili mi.) Et Machabęi (Fra-
2.Mac.1. tribus qui ſunt in Egypto: Salutem) Et Iacòbus apoſtolus, (Duodecim tribubus, quę ſunt in di-
Iaco.1. ſperſione: Salutem) Hanc tamen, vt auguſtiorem, ſuoq; muneri aptiorem delegit: vt coactis pau
cis, totius euangelij beneficijs (gratia enim & pace, omne ſalutis noſtræ negocium adimpletur)
& à proprijs eorum Authoribus exoratis, tum commodius, ipſe ſuam functionem abſolueret: tũ
vberius ac fœlicius, illi cœleſtes copias participarent.
A Deo patre noſtro, & domino IESV CHRISTO. Sermo græcus eſt anceps, & verti etiam po-
teſt, & dñi IESV CHRISTI. In priori igitur verſione, quæ receptior eſt, attendenda ſunt tria.

dic ac nocte Scribarum ac phariſæorum, tum ſuperſtitioſis mandatis, tum traditionibus impijs, E
nedum malè digeſtam ſed tenebris multis obfuſam: non ſolùm in lucem reuocauit, & natiuo
candori reſtituit, ſed plenè digeſſit ac mandidit: ideſt, ad minima vſq; apicula, nō modò verbo,
ſed hauſtu, ſpontè ac ſuauiter, haud ſecus, ac butirum & lac, iuxta vaticinium, deguſtauit, imò Eſa.7.
abſorſit: non tantùm, vt periculo diſceret, reprobare malum, & eligere bonum, quod vnice lex
protendit, ſed vt nobis, lex manderetur ac perficeretur, donatis nedū ſpiritu ſpontaneo, ſed per-
fecta legis obſeruatione, ab eo, qui non venit eam ſoluere, ſed adimplere.) Matth 5.

Chriſtus nobis legē mandidit.

Potiſſimùm tamen, in eo ipſo, à patre donatus eſt: Vt dilucidius eloqueretur voluntatē Dei:
Euangelium repromiſſum patribus, ex inuolucro ſanctarum literarum eximeret: Dei iuſtitiam, Rom.1.
ex fide in fidem, reuelaret: & eam verbo, & facto, palam omnibus exhiberet. Cuius quidē, nō
inſcius ſacramēti, Patriarcha Iacòbus: inter multa, quę fuit vaticinatus de CHRISTO: Et de eius
dentibus, ꝙ candidiores eſſent lacte, vaticinatus eſt. Gen 49.

Chriſtus nobis datus, vt voluntatē patris, reuelaret & iuſtitiā impertiret.

Et licet, non ibo inficias: Dentes, eò loci, nonnullos interpretatos eſſe, Apoſtolos & Euan-
geliſtas: paſtores & doctores quos, in opus miniſterij, & doctrinæ, Eccleſiæ ſacroſanctæ, præfe- F Epheſ.4.
cit: (quemadmodum & illud, quod habetur in canticis: Dentes tui, vti greges tonſarum, aſcen- Can.4.
dentium de lauàcro, quæ ſunt lacte lotæ) Non tamen reijciendum erit, hęc ſumopere intelligē-
da, de CHRISTO, qui eſt apoſtolorum apoſtolus, & euangeliſtarum euangeliſta: paſtor, & ve-
rus doctor eccleſiæ: de quo pater non ſemel Ipſum audite.

Imò verò quicquid candoris deprehenſum eſt in eis totum acceptum ferendū eſt CHRISTO: Luc.3.
qui candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula. Quam ob rem, non immeritò audet Sap.7.
Apoſtolus, ꝙ ſiquis ſuum euangelium ſpernit, non hominem ſpernit, ſed CHRISTVM. Et ille, 1.Theſ.4.
Qui vos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Quin potius, quantùm ex eis erat, di- Luc.10.
ſtabant nihil, à molaribus aſinæ, quàmuis in manu Sanſonis, fuerint & pallori, & næci omnibus Luc.15.
Philiſteis proſtratis omnibus eorum caſtris, & perpetuæ ſeruituti ſubiectis.

Mira apoſtolorum geſta, ſunt reijcienda in Chriſtum.

Deniq;, nec diſſimulandum, Scin, non temerè, mediam in Tetragammato cōſtitutam. Quā-
doquidem (præter id, quòd facilè deprehendi poteſt, naturam noſtram, vndiq; diuinitate com-
prehenſam: & non ſecus ac centrum, cornucopijs donorum, & gratiarum eſſe per fuſam, vt in il- G
lam, ex omni parte, plenitudo cœleſtis exuberet) apertè nihilominus demonſtratur, toti mūdo,
Lucem Seruatoris expoſitam: Morſum infernum: Legem reſtitutam: Et euangelium, inuulga-
tum omni creaturæ: Adeò vt nemini non reconcilietur Deus, nullius nō miſereatur, nec aliquis 2.Cor.5.
ſit, qui in CHRISTO (ſi velit) ſalutem non recipiat.

Siquidem, inter ea, quibus Tetragrammatum ſcatet arcanis, ſine controuerſia, apud hebręos,
quatuor illæ litteræ, quatuor mundi partes deſignāt: quas Deus optimus maximus, eo (vt dicūt)
nomine, hoc eſt (vt intelligo) virtute, & authoritate, in re, nomine ſignificata, contentis, mo-
deratur & regit. Quibus non mediocriter fauet, ꝙ ritè Tetragrammato ſupputato (ſicut ſecre-
tis ſupputatur hebræis) exſurgit numerus ſeptuagintaduo: quo numero (linguis eòuſq; multi-
plicatis) orbis ab initio diſſectus eſt.

Quatuor literæ Tetragrāmati, quatuor mūdi partes deſignant.

Igitur vt planè innueretur, in quauis lingua, & ſingulis terrarum ſpatijs: Seruatorem, noſtra
in carne, reuelandum: neminemq; futurum eſſe, cui euangelium, tandem nō pateſceret. Scin,
medium obtinet. Quod ſanè per apoſtolos, donatos omnium gentium linguis, magna ex par- H Acto.2.
te, creditur adimpletum.

At ſatis philoſophati ſumus. Quòd ſiquis, arcana probatiora, deſiderat: ego non moror, & lu-
bens meliora complectar. Interim tamen non dubito, ex ſcripturis facilè exornatum: Nomen
IESVS, fore præclariſſimum IEHOVAH, vnicè, vero Deo congruens: Id quod deſiderabamus
euincere. Cui rei, ſatis aſtipulari poſſunt: quæ extant paſſim, nominis huius, œncomia: quæ fas
non eſt, cuius alteri attribuere.

Nomē Ieſus nomen Iehuah.

Et præter productum, ex Paulo, ꝙ nomen eſt ſuper omne nomē: in quo omnis creatura cur- Philip.2.
uatur: Eſt œncomium Petri. Non eſt aliud nomen, ſub cœlo datum hominibus: in quo opor- Act.4.
tet nos ſaluos fieri. Et Seruator. Quicquid petieritis Patrem, in nomine meo, dabit vobis. Et il- Ioan.14.
lud. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ego ſum medius inter eos. Et rurſum. Matt.18.
In nomine meo, demonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent. Et Petrus in actis. Mar.vlt.
In nomine IESV, hic quem conſpicitis, aſtat coram vobis, ſanus. Et Paulus ad Corinthios. Ablu- Acto.3.
ti, eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis, per nomen domini IESV. 1.Cor.2.

Nomē Ieſus nemini niſi noſtro redēptori conceſſum.

Quæ quidem omnia, & plura, quæ volens prætereo: tantam nominis huius, maieſtatē oſten-
dūt: vt ſatis ſuperq; perſpicuū eſſe poſſit, aliorū neminē, tāto numine impartitū, vt IESVS, eo pa-

cto

A ɛ̃to appellari licuerit. Et quanquã non reijcio, aliquorum nomina, maleſuetis auribus, & minus
eruditis linguis: dum proferuntur, IESVS reſonare: ſecus eſt tamen. Quandoquidem nullum
integrum cõplectuntur Tetragammatum: ſed mutant ſingula extremam, in Hain, vt conſtat, ſi- y
quis per illa diſcurrat. Quarè, meritò prænunciatum eſt: Seruatorem nouo nomine nuncupan-
dum: quod os domini nominaret.

Eſa. 62. Et quanquàm hæc adeò certa ſunt, vt detrectari non poſſint: multorum tamẽ ſuperſtitio, ex-
plodenda eſt: qui nudis his characteribus fidunt, deferunt, deoſculantur, acſi Dei virtus: illis li- Qũo nomen Ieſus venerari debemus, præſertim quo ad contentũ.
teris alligetur, contemnentes: vel ſaltem, non conſiderantes, quod ſub nomine continetur.
Acto. 17. Quod ſolùm tamen, illabitur cordi, & natiua iuſtitia animam vegetat. In quo vnicè viuimus,
mouemur, & ſumus.

Deum (inquam) verum, ita in nomine, & ſub nomine, cum Tetragrãmato, tum Penthagrã-
Exod. 14. mato inuolutum: vt olim in columna nubis. Et quemadmodum columnæ virtus, non fuerat
nubis corpus, vel columnæ imago: ſed Deus verus, non ſemel, in protectionem illius populi, re-
B promiſſus, & eo pacto, (neć ſine myſterio) populo reuelatus, à quo ſolo pendendum erat: Ita, cũ
illius nomen recolitur, ad contentũ ſub nomine, oculus eleuetur, à quo & imploremus, & præ-
ſtolemur quicquid deſideramus boni.

Coloſſ. 3. Qua de cauſa, cum Apoſtolus præcipit, vt quodcunq; agimus, tum verbo, tum opere, auſpi-
cemur, & IESV nomine conſecremus: non nudam inuocationem nominis præcipit: certior fa-
ctus, id non fore magni momenti: ſed Deum ipſum, naturam noſtram indutum, & IESV nomi-
ne implicatũ: authorem, & verborum, & operationũ, agnoſcere: & illi, quicquid agimus, conſe
1. Cor. 12. crare. Et hæc planè ea vera inuocatio eſt: quæ (vt alibi docet) niſi à ſpũ ſancto, ꝓficiſci nõ poteſt.

CHRISTI. Quod, Vnctus, Romanis: Chriſtus eſt, Græcis, & Meſſias, Hebræis. Et propriũ
eſt Epitheton, Regum, & Sacerdotum. Propter quod, Vngere, Hebræorum tropo, eſt Regem Meſſias Chriſtus.
conſtituere, vel ſacerdotio conſecrare. Nec quidem temerè vngebantur Reges: Sed oleum, Re-
gum ſimbolũ, peculiare eſt. Et præter id, quòd Regi continua eſt paleſtra, vt ſibi ſubditos tuea- Cur vngendi reges & ſacerdotes.
tur: relucere in eo, potiſſimum debent, lenitas, manſuetudo, pax & lętitia: Quippè cuius mune-
C ris eſt, vt in his totus, omnibus neruis, & horis incumbat.

2. Cor. 2. Nec caſu, vngendi ſunt ſacerdotes: quos, præter hæc, paſſim ſpirare opus eſt, ſpiritum ſancti-
Pſal. 51. tatis, & chariſmata Dei. Non ſolum vt bonus ſint odor CHRISTI, in omni loco: ſed vt non ſe-
cus ac oliua frugifera ſint, in domo Dei: in viſceribus charitatis, & miſericordiæ: in fructibus pa-
cis, ac ſpiritus ſancti: ſemper vngentes ægrotos: lenientes aſperos: & roborantes infirmos.

Ergo, CHRISTVS, nomen eſt: tum regiæ dignitatis, tũ ſacerdotalis conſecrationis. Et ſi ora-
cula, & vnanimẽ hominum ſenſum attendimus, ita Orbis Reſtauratori dicatum: vt vulgò quoq; Chriſtus nomen dignitatis ſacerdotalis & regalis, & quomodo vnctus ſit.
non aliter vocaretur. Et quanquã inauguratus non eſt, externa olei vnctione, inauguratus ta-
Acto. 10. men eſt longè auguſtius: quoniam inunctus eſt, ſpiritu ſancto: ſicut Petrus in Actis atteſtatus eſt.
Pſal. 132. Nec modò inunctus, ſed adeò delibutus: vt non ſecus ac vnguentum Aaronis, dimanaret in
Ioan. 3. barbam, & vſq; in oram veſtimenti. Quippè cui datus eſt ſpũs nõ ad mẽſuram: ſed penitus eſt:
in illũ profuſus: vt indè, ſicut à capite redundaret, & copioſè, ad quæq; eius mẽbra, deſcenderet.

Plura hic de regno CHRISTI, deq; ſacerdotio eius: (tam & ſi res ſuut præclariſſimæ ſcitu, &
D ſummam congerunt euangelicæ pietatis) locus non poſtulat. Sed abſolutis potius, Epiſtolæ com
mentarijs: è ſacrorum eloquiorum fonte, (quantum ſupernè dignabimur,) poterunt hauriri.

Modò autem ſatis, quòd compertiſſimum eſſe poteſt: Seruatorem noſtrum, tam etſi vniuerſa
Sap. 7. attingit à fine, vſq; ad finem ſortiter, & ſingula moderatur ſuauiter: potiſſimum tamen, regere
Pſal. 109. ſacroſanctam electorum eccleſiam. Cuius etiam ſacerdos a Deo, perpetuò eſt conſtitutus: vt ſui
corporis oblatione, peccatis omnibus expiatis, & ſordibus cunctis exterſis: illam ſibi, glorioſam
Epheſ. 4. ſponſam adiungeret, ſine macula & ruga, vt Paulus ſuo loco dicet.

Philip. 3. *Per voluntatem Dei.* Non, per merita propria. Nam in ea, quæ ex lege iuſtitia eſt, diuerſatus
ſine querela, nihil ſibi accerſerat lucri, ſed detrimenti, verè nihil agnoſcebat in ſe, quo gloriari Et ſi Paulus non fuit apoſtolus meritis proprijs, fuit meritis Chriſti.
poſſet. Qui non ſolùm natura, erat filius iræ, ſicut & cæteri: ſed perſecutor, contumelioſus, bla-
ſphemus, & primus omnium peccatorum.

1. Theſ. Verùm, etſi non aderant merita Pauli, non deerant merita CHRISTI: quibus Deus ab ęter-
no, illum voluit releuari, & gratioſè, in apicem apoſtolicæ functionis, aſſumi: vt vbi abundauit
Rom. 5. delictum, ſuperabundaret & gratia, cum fide & dilectione: vt de ſe ad Timotheum refert.

1. Cor. 1. Per voluntatem, inquit, Dei: Non duntaxat permittentem, quemadmodum pſeudò Apo-
ſtoli, & Antichriſti; Aut, quouis pacto aſpirantẽ, ſicut qui per occaſionẽ, euangeliũ prædicãt, De voluntate Dei ꝑmittẽte aſpirante, & beneplacẽte.

aut non vocati, id honoris vſurpant: Sed prædeſtinantem, vocantem, beneplacentem, fauentem, ac fortunantem. E

Philip. 1. Hebr. 5. Act. 9. Galat. 1. Roma. 1. 2. Cor. 3.

Hinc factus eſt, vas electionis: hinc à matris vtero ſegregatus: hinc ad Apoſtolatum accitus: hinc noui teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus, diſpenſator idoneus inſtitutus, & Dei fauore, ac gratia, nunquam deſtitutus: ſed confortatus, roboratus, promotus: Vt nedum à Ieruſalem, vſq; ad Illiricum, repleuerit euangelium Dei: ſed orbem vniuerſum perfuderit, ac locupletauerit.

Rom. 15.

Quid nomine Dei, accipiatur ab omnibus.

Nomine verò Dei: & ſi omnes Nationes intelligunt, Puriſsimum actum, Simpliciſsimã mentem, Oceanum omnium perfectionum: Omnia producentem, conſeruantem, agentem, fouentem, aſpirantem, protegentem, ardentem, perficientem, locupletantem: Quem nihil latet: qui omnibus præſto eſt: & cuncta ſuo arbitratu diſpenſat: Chriſtiani tamen, oraculis diuinis inſtructi, etiam præter hæc, Arcanum Trinitatis agnoſcimus: & illud (vt par eſt) veneramur: Quod reliquæ nationes ignorant.

Arcanũ Trinitatis, Patriarchis & prophetis non ignotum.

Non, quod inficiar, Patres inter hebræos, penitus non latuiſſe: vt Abrahamum, Iſaccum, Iacòbũ: Non Moyſen, nõ Dauidem: Fatebor & aliquibus illuxiſſe Prophetis: vt Eſaiæ, Ieremiæ, Ezechieli, Condonabo, ſed paucos, & à lõgè, olfeciſſe ex Sapientioribus mundi, ſiue ex certis in natura veſtigijs, ſiue forſan, ex receptis hebræorum ſecretis: Sed quæ conuentio, lucis ad tenebras? F

Et quanquàm Patres, cum ad eccleſiã CHRISTI, pertinerẽt. qui lux eſt, & in tenebris lucet, prorſus non fuerint ſine luce, Nos tamen, illos (ſi non fallor) longè, in notitia huius ſacramenti, præcellimus. Quippè qui eòuſq; in illius cognitione profecimus, quod proprijs etiam diuinarum hypoſtaſum notis, Chriſtianæ religioni aſcribimur: & paſsim, noſtrarum actionum, initia conſecramus.

Deus vnus & ſi tres in illo perſonę.

Dei (inquam) nomine, Arcanum iſtud agnoſcimus: confitentes in vnam, eandemq; Diuinitatis naturam, ita tres conuenire perſonas: quod & ſi ſuis proprietatibus, ſunt diſcretæ: in ſingulis earum tamen, tota integra; ac prorſus indiuiſa eſt, deitas, ſubſtantia, magnitudo, poteſtas, æqualitas, ſapientia, bonitas, intellectus, voluntas: & quicquid excellentiæ, ac perfectionis, illud nunquam exhauſtum, Diuinitatis pelagus, continet.

Baptizãtes eos in noĩe patris & filij, & ſpiritus ſancti.

Hoc autem pacto, Dei nomen recipere, familiare eſt, in ſcripturis: Vt, in principio creauit Deus cœlum & terram: Dei perfecta ſunt opera: Soli Deo honor & gloria: Deum adorabis, & illi ſoli ſeruies: Et id genus plurima. G

Geneſ. 1. Deuter. 32. 1. Timo. 1.

Opera Dei ad extra toti Trinitati cõmunia.

Qua de re, abſurdè non interpretabitur, ſi quis & hoc loco, pro trinitate Deum, interpretetur. Præſertim, quòd eligere, prædeſtinare, vocare, fauere: per voluntatem quidem Dei ſunt, ſed toti Trinitati communem: vt etiam Auguſtinus dicit.

Ergo, ſi Paulus legatus eſt, IESV CHRISTI, Vicarius eſt, veri Dei, & hominis: Vicarius Regis, & Sacerdotis omnium: & maximè electorum eccleſiæ: non quidem, arrogantia, non temeritate: ſed volũtate efficaciſsima, Patris, & filij, & ſpũs ſancti: qua Deus quicquid voluit fecit. Pſal. 134.

Quibus planè verbis apoſtolus, non ſolum, reddit ſuam legationem illuſtrem: ſed addictum in omnibus, ſeſe IESV CHRISTO declarat. Siquidẽ legatus eſt, IESV CHRISTI, & neceſſe eſt, vt quicquid eſt, IESV CHRISTO, fideliter dedat. Nam legatus, totum quod eſt, eius qui illum legauit eſt.

Ergo neceſſe eſt, vt IESVM CHRISTVM, nunquàm non ſpiret, nunquam non referat, ſcribat eloquatur, annunciet: & nomen eius, & gloriam (iuxta oraculum ad Ananiam) coràm regibus & principibus, & toto mundo, perferat, & euangelizet. Act. 9. H

Scopus apoſtolicę legationis.

Poteſt & eiſdem verbis, facilè ſuæ legationis, ſcopus intelligi. Nam etſi: cum apoſtolus dictus eſt CHRISTI, exponi poteſt, quod beneuolente Deo, per CHRISTVM, munere ſit legationis donatus: Nihilominus (eodem alibi interpretante) legatus, iccirco dictus eſt, CHRISTI, quia eſt pro CHRISTO, legatione functus.

1. Cor. 3. 2. Cor. 5.

Pro CHRISTO (inquam) nedùm prædicando, euangelizando, illumq; ſuis in Theſauris, copijs, beneficijs, impertiendo ac diſpenſando, per miniſterium verbi, vt ipſe aliquando dicit, ſed eius loco, legationem adimplendo.

Roma. 1. Epheſ. 3.

Non, quod Paulo euangelizante, CHRISTVS taceret, qui & viuebat, & loqnebatur in eo: ſed quia eius auctoritate, eiuſque ſpiritu, cum inſtruente, tum extimulante, euangelizabat: Et quia functionem, CHRISTO creditam, nec prorſus, cum carne nobiſcum ageret, abſolutam: conſumabat.

1. Cor. 15. Galat. 2.

Chriſtus nedũ medicus, & Saluatur, ſed Nuncius & Apoſtolus.

Cum enim, CHRISTVS datus ſit, mundo, nedum medicus, & Saluator, ſed nuncius, & apoſtolus: & per ſeipſum, eò muneris, tantum functus fuerit, in circunciſione: reſtabat, vt per Apo-

Galat. 1. A ſtolos, eo fungeretur in præputio: Et ita, vt in Paulo (cui potiſſimum cooperatus eſt, inter gen-
tes) commiſſam ſibi legationem, perficeret.
Rom. 1. Ergò ſcopus, legationis Pauli, eſt: CHRISTVM euangelizare, eiuſque ſpiritum, ac cornuco-
1. Cor 3. pias, diſtribuere: Eſt functionem CHRISTI, ad gentes extendere, & eius loco, ea in prouincia,
Galat. 2. ſubrogari: Et tandem, modo quodam, munus, CHRISTO proprium, adimplere.
Ergo, ne foret CHRISTO diſſimilis: ſed quod ille inchoauerat: iſte perficeret: euangelizan-
Luc. 4. dũ erat apoſtolo: Reconciliationẽ mundi, factã cum Deo: Annũ aduenisse remiſſionis, & gra-
tiæ: Libertatem exhiberi captiuis: Manumiſſionẽ ſeruis: reuidentiam cæcis: medelam confractis
& ægrotis: Per beneuolentiã Dei, & beneficiũ CHRISTI. Quod ſemper locupletiſſimè fecit.

Obſeruationes in pręmiſſis verbis.

Galat. 6. Obſeruandum primum, Ex nomine Pauli: Vt nos, noſtraq;, ſemper extenuemus, & quatenus
ex nobis ſunt, ad nihilum deducamus: (Nam & alibi apoſtolus docet: Quod ſiquis exiſtimat, ſe Obſeruatio prima.
B aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit) vt locupletius, ſpiritu ſancto, afflati: & Deo acceptius
militemus: & miniſterium vocationis propriæ, inculpatius expleamus.
Deinde, Ex dictione Legati: q & ſi, non omnes ſumus Apoſtoli, ad conuocandum populum, Obſeruatio ſecunda.
Act. 1. & euangelizandum eccleſiæ: ſed id operis creditum eſt Epiſcopis, qui in locum Apoſtolorum,
ſunt ſubrogati: vt fideles reficiant verbo Dei: Nullus tamen eſt qui penitus, aut quo vis loco, & Munus Epiſcoporum.
Ecclesi. 17. tempore: à verbi miniſterio, cenſeatur excluſus: cum vnicuiq;, mandatum ſit de proximo ſuo.
Deniq;, Ex particula, ſecundum voluntatem Dei: q licet multiuaria ſint, chariſmata ſpiritus
1. Cor. 12. ſancti, quemadmodum, complures ſunt membrorum varietates, & officiorum diuiſiones, in ec-
Rom. 12. 1. Cor. 12. cleſia CHRISTI: nullum tamen propriæ eſt induſtriæ, tribuẽdum, ſed beneplacito diuinæ vo- Obſeruatio tertia.
Ibidem. luntatis: quæ omnia diſpenſat, prout vult: vt aliàs Apoſtolus dicit.

Enarratio ſecundę partis inſcriptionis.

Sanctis. Familiare eſt Apoſtolo, hoc quidem titulo, quo nõ ſemel, dignati ſunt, Iſraelitæ ſe-
C cundum carnem: honeſtare Iſraelitas ſecũdum ſpiritum. non gratia aſſentationis, ſed admoni- Quare chriſtiani dicunt ſanctis a Paulo.
tionis: non tantùm dignitatis, in CHRISTO adeptæ, ſed & vitæ, CHRISTO condignæ: Vt ſicut
in illo facti ſunt ſancti, ita & cum illo in ſanctificatione degant.
Sanctum, dicitur impollutum, & mundum. Eſtote ſancti, hoc eſt, puri, & immaculati: quoniã Sanctum dicitur multis modis.
Lu. 19. 20. ego ſanctus ſum. Siquidem Deus, actus eſt purus, & ſpeculum ſine macula. Qua de re, & ſanctifi-
Sapien. 7. Ioſue. 7. re, nonnunquam eſt mundare, & purificare: Sicut cum Ioſuè ſanctificauit populum, Et taurorũ
Hebrę. 9. ſanguis, & cinis vitulæ aſperſus, ſanctificabat inquinatos.
Dicitur, & ſegregatum, & cultui diuino, addictum. Quemadmodum, primogenita diceban-
Exod. 12. Deut. 15. tur ſancta, Animalia ſelecta in ſacrificium, tabernaculum Moſis, templum Salomonis, ciuitas Ie-
Nume. 7. ruſalem: Sacerdotes, & miniſtri Dei. Vndè & ſanctificare, nõ rarò eſt cõſecrare, ſacrificare, Deo
Pſal. 5. 64. Eſai. 25. aſcribere, ac eius cultui deputare. Sic dominus, ſanctificauit ſabbatum: Paulus, euãgelium: Mo-
Pſal. 131. ſes, tabernaculum: Salomon, templum.
Gene. 2. Dicitur deniq;, quod eſt ſancitum, firmum & inuiolabile. Vt ſancta ſcriptura, ſancta lex,
Rom. 15. D Sponſio, iuſiurandum, pactio, fędus, ſtipulatio. Propter quod, & ſacroſanctum dicitur (Tullio
Nume. 7. 3. Reg. 8. pro Cor. Balbo, teſtante) quod eſt, ita ſancitum, & conſtitutum: vt nulli fas ſit, prætergredi, ne-
Rom. 1. 7. mini liceat abrogare.
Quibus omnibus modis, fideles, & præſertim electi, dicendi ſunt, ſancti. Et primo quidem: Electi maximè dicendi ſunt ſancti.
Quia ſunt puri, Fide purificãte corda, quia ſunt loti, Baptiſmo corpus tangente, & animã abluẽ-
Act. 15. te: quia ſunt mundi, ſancto ſuper illos ſpiritu, ceu aqua mũdiſſima exũdante, atq; ab omni inqui-
Ang. namento extergente: quia ſunt CHRISTI ſanguine dealbati, omnia illuſtrante ac candidante.
Ezec. 36. Apoc. 7. Secundò verò. Quia ſunt ſegregati Deo: quia initiati, ac conſecrati, religione, ſacramentis, &
1. Petr. 2. vnctione ſpiritus ſancti. Vndè, & dicti ſunt, ſacerdotes, in epiſtolis Petri: dicti ſunt templum, in
1. Cor. 3. epiſtolis Pauli: dicti ſunt tabernaculum Dei, in varijs ſcripturarum locis; dicti ſunt, primogeni-
Hebrę. 8. & 12. torum eccleſia: Ciuitas Ieroſolimitana: & primitiæ Deo: dicti ſunt oues, dicti ſunt agni: non ſo-
Apoc. 21. lum, quia mites, & manſueti, quia imbelles & inermes: ſed quia vt victimę Deo ſelecti, & velut
Ioan. 20. hoſtiæ conſecrati.
Matth. 7. & 16. Tertio demùm: quia à Deo ſanciti & firmati, inuiolabili prædeſtinatione: quia ſupra firmam
petram conſtituti, fundati, ſtabiliti: & in illam Dei domum ædificati: quam non dimouent ven-
Epheſ. 2. 1. Pet. 2. ti, non obruunt flumina, non deſtruunt mundi poteſtates, nec expugnãt inferorum portæ: quia

promiſſione

promiſſione,pacto,iureiurando,ac ſtipulatione,inuiolabiliter ac irreuocabiliter confirmati : a E
quibus nefarium eſt declinare,aut quouis modo reſilire.

Deus pactū fecit ſæpe cū patribus.
Sponſio & pfeſſio in baptiſmo.

Hinc conuentiones,atteſtationes,fœdera pacta;cum Noemo, Abramo,Iacobo:cum Moſeo, Pſal.104.
cum Dauide,cum patribus & prophetis: quibus iureiurando, Deus ſuam fidem aſtrinxit. Hinc Exod.19.
ſponſiones,& profeſſiones quas emittimus in baptiſmo,vt abrenunciato ſathana,peccatis mor- Pſal.89.&
tui,mundo crucifixi,& carne mortificati: vnicè Deo patri,ac domino IESV CHRISTO ſubſcri- 132.
bamus: in ſanctitate, in iuſtitia,in operibus bonis ambulantes: quæ Deus præparauit ad pro- Rom.6.
ficiſcendum in eis. Galat.6.
Coloſſ.3.
Luc.1.

Et quanquam,hæc vera ſint, quanquam omnibus præinductis modis, Sanctitas, accepta ſit, Epheſ.2.
Paulo: pro munditia quidem,cum admonet vas corporis, poſſidendum in ſanctitate. Pro con- 1.Thi.4.
ſecratione verò,cum nos,aſtruit ſanctum,& inuiolabile templum Dei: Pro ſanctione demum, 1.Cor.3.
& firmitate,cum loquitur,de vocatione Dei ſancta,de lege,de mandato ſanctis: Quanquã om- Rom.7.

Quo pacto maxime hic audiatur ſanctitas.

nes hæ acceptiones,conſentiant: quanquam,omnes quadrent,ad inſtitutum apoſtoli: Secunda
tamen eſt potior,& diuinis litteris longè celebrior. F

De templo Epheſi materiali.

Qui ſunt in Epheſo. Epheſus, metropolis eſt minoris Aſiæ.In cuius medio (ſolo paluſtri, pro-
pter hiatus,ac terremotus) cõſtructum erat templum, opera totius Aſiæ, in annis ducentis & vi-
ginti: toti orbi percelebre,& Dianæ dicatum:non quidem venatrici,ſed multimammiæ. Cuius Act.19.
longitudo erat,pedum quadringentorum & viginti quinq;:latitudo,ducentorum & viginti.De
illius ornatu:columnis: aſylo,& alijs memoratu dignis,paſſim tradunt hiſtoriæ.

De tẽplo ſpirituali Epheſi ędificato.

In hac vrbe,triennio Paulo euangelizante,& virtutes multas edente, ita vt & ſudariolis eius,
ac ſemicintis,eijcerentur dæmones,& ſanarentur ægroti: templum longè auguſtius, ædificatũ
eſt CHRISTO, ex lapidibus viuis,& precioſis: Sathana nihilominus,pro virili, ſuis in membris,
reclamante,& modis varijs obſtrepente.Ita vt neceſſe fuerit, Apoſtolum non ſolùm, obſiſtere
malis hominibus, & expugnare ſatellitium Sathanæ: ſed etiam pugnare cum beſtijs, vt ipſe ali- 1.Cor.15.
quandò commemorat.

Inter quos lapides viuos,in CHRISTI templum erectos,exſtiterunt aliqui, qui antea curio-
ſas, magicasq; artes ſectati (euangelio mox recepto) ita reſipuerunt: vt conductos iam, earum G
artium libros, precio quinq; miriadũ,ſicut Lucas refert in actis,hoc eſt, quinquagies mille, nu- Cap.19.
mum: hoc eſt,ſupputatore Budęo,coronatorum quinq; millium:non ſolum, a ſe protinus, ab-
dicauerint,ſed publicè combuſſerint.

Sollicitudo Pauli, erga Epheſios.

Quare tanto ſucceſſu,Eccleſia in Epheſo conſtituta: non potuerunt Epheſij, Apoſtolo non
eſſe chari. Nec mirum fuit,ſi Thimotheum,filium in fide,& collegam in euangelio:diſceſſurus 1.Tim.1.
reliquit. S. Ieroſolimam petens, certior factus, illò ſe nunquàm rediturum: è Mileto,vocatos Act.20.
Epheſiorum presbyteros,vnà ſanctiſſimè monuit: vt ſibi cunctoq; gregi, impensè proſpicerẽt:
nequid incommodi, propter ſubingreſſuros lupos, eccleſia pateretur. Et demum, ſi è vinculis,
quibus detinebatur Romæ: illis hanc epiſtolam dedit. Vt coactis in breui, quæcunq; ad chriſtia-
nam pertinent pietatem,& reconditam CHRISTI philoſophiam, illos, & in inſtituto cõfirma-
ret,& ad perfectiora promoueret.

Diſcrimen inter fideles & ſanctos.

Et fidelibus. Sunt, qui copulam,notam expoſitionis,faciunt: & ſic,fideles,per appoſitionem, H
ſanctis addijciunt: ac ſi Paulus,quos ſanctos dixit,oſtendat. Sed planius, ſuæ naturæ relinquitur,
vt nõnnihil,inter ſanctos ac fideles,diſcriminis percipiatur. Et dici poteſt: quòd, Vel prouectio-
res in CHRISTO, hoc in loco,dicti ſunt ſancti,& initiati ſunt dicti fideles: Vel ſancti ſunt credẽ-
tes,& fideles,manentes promiſſis: Vel ſancti ſunt credentes, ac promiſſa præſtantes, ſed agentes
Epheſi: fideles ſunt itidem, ſed morantes,quo volueris loco: vt ſic epiſtola nullum excludat. Ve-
rùm vt res ſit illuſtrior, pauca de fidei acceptione loquar.

Digreſſio de varia acceptione fidei,in diuinis litteris.

Fides pro cõſtantia dictorum, cõgruit Deo Chriſto, & nobis.

Exploratiſſimum eſt, Fidem,trifariam in ſcripturis acceptam. Et aliquandò, pro Conſtantia
dictorum, ac conuentorum: ſicut cum deriuatur (Tullio atq; Auguſtino teſtantibus) ex, fio, &, Lib. de off.
dico,quaſi fiat,quod dicitur,& promittitur. Et hoc quidem pacto, congruit Deo: Nunquid in- Lib. de mẽdacio & alibi.
credulitas Iudæorum,fidem Dei irritam faciet? Et CHRISTO: Erit iuſtitia cingulum lumborũ
eius & fides cinctorium renum eius: Et nobis. Et ad inuicem quidem: Fidem poſſide cum amico Rom.3.
ſuo. Et hæc pertinet ad virtutem iuſtitiæ,& à ſapientibus, eſt veritas appellata. Ad Deum autem: Eſai.11.
Curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui (planè ad quã in baptiſmo ſe aſtrinxit,& quã apoſtolicũ munus Eccle.22.
expoſcit) Et hæc, inter fructus ſpũs, recenſetur a Paulo: & a Theologis, inter virtutes infuſas. 2.Thim.4.
Gal.6.

A fide

Pſal. 144. & 118. Heb. 10. Pſal. 110. Apoc. 13. Heb. 2. 1. Reg. 2. Eccle. 6. 33. Math. 24. 1. Cor. 4. Heb. 3. 1. Reg. 3. Heb. 1.

Ab hac fide fidelis dicũt Deus, Chriſt⁹ & homines.

A A fide, hac primá acceptione ſumpta, Deus, dictus eſt fidelis: in verbis, in donis, in pactis, in teſtimonijs. Fidelis, dictus eſt CHRISTVS, vt fidelis teſtis, Sacerdos, Pontifex, Aduocatus. Fideles dicti ſunt homines: Et adinuicem, vt fidelis coniux, ſeruus, amicus: Et ad Deum, vt fidelis Moſes, Samuel, Dauid: Fidelis miniſter, cui credita familia Dei. Ergo hoc pacto fidem habere, aliud nõ eſt, quam promiſſa præſtare, & conſtanter in conuentionibus, ac pactis perſiſtere.

Aliquando accipitur, pro fiducia: & deduci poteſt, a fido: & cuicunq;, fiducia congruit, congruit & ſic ſumpta, fides. Ergo congruit Seruatori: Erc fidens in eum. Congruit & hominibus huius vitæ. Et in rebus humanis, inter partes aſcribitur, cum fortitudinis, tum magnanimitatis: in rebus vero diuinis, comes decernitur ſpei, & fidei, tertio modo auditæ, vt eo loci patet.

Rom. 4.

Fides ꝓ fiducia non raró in ſcripturis.

Quod autem hoc pacto, fides accepta ſit, in ſcripturis: ſatis indicauit Apoſtolus: cum illam è diffidentiæ regione, in Abramo conſtituit. In promiſſione (inquit) Dei, non hæſitauit diffidẽtia, ſed confortatus eſt fide. Sed clarius in euangelio.

Nam deteſtatus, non ſemel, dominus diffidentiam, eam modó, fidem modicam, modò puſillam appellat. Siquidem illo præcipiente, vt apoſtoli ſeruarent ſe ſe, à fermento ſcribarum, ac B phariſeorum: & diffidentibus eis, ac ſubmurmurantibus inter ſe, ꝙ panes nõ tulerant, mox ſunt

Math. 16.

diffidentiæ increpati. Quid cogitatis, modicæ fidei, ꝙ panes non habetis? Rurſum, eo obdormiente in naui, eaq; agitata ventis, & fluctibus: Apoſtoli exterrefacti, quãprimum excitatus eſt, & mare tranquillitati reſtitutum, reprehenſi ſunt. Vbi eſt fides veſtra? Quid timidi eſtis, modicę

Luc. 8.

fidei? Nec dum habetis fidem?

Alias eidem obiecti diſcrimini, admonentur confidere: Et Petro recepta fiducia, & credente

Math. 14.

Fiducia habẽda in deũ.

ſe aquis, ſed non multò poſt diffidente, ac mergi formidante: Dominus, in illum obiecit. Modicæ fidei, quare dubitaſti? Denique, duodecimo Lucæ, omnes in apoſtolis, ſumus admoniti, vt vana reiecta ſollicitudine (quæ virus eſt confidentiæ) committamus nos prouidentiæ cœleſtis patris: exemplo auicularum cœli, & liliorum agri. Si ergo Deus, illas paſcit, & hæc tam egregiè veſtit: quantò vos magis puſillæ fidei?

Fides pro perſuaſione frequẽter ſumitur, à Paulo.

πίστις. Budeus. Valla. Quinti.

Aliquandò demum, & frequentius, & germanius, accipitur, pro perſuaſione: & præſertim in epiſtolis Pauli, qui de fide loquens, nunquam, Piſtis voce: non vtitur: Et conſtat ꝙ Budęo, Vallæ, Quintilliano, & omnibus peritoribus Græcis, propriè, perſuaſio eſt. Id, quod nec Romanis C diſſentit: cum & illis, credere, fidemq; habere alicui: aliud non ſit, quam illius verbis, ac promiſſis, perſuaſum fore.

Idem motus & terminus eius.

Verum, vt res magis reddatur perſpicua: nec tantum, morem geramus Romanis, ſed Philoſophis & Theologis: Attendendum ꝙ quemadmodum, idem eſt (quodam pacto) motus, & terminus motus, vt calefactio, & calor calefactione acquiſitus, vt tertio auſcultationis tradunt: ita & non raro, vna eademq;, amborum eſt vox. Ira ſiquidem, exprimitur nedum appetitus vindictæ, ſed & ſanguinis ebullitio, in præcordijs: quorum hæc motus, & ille terminus eſt. Ergo prohibet nihil, tam ſuadentem rationem, quam genitũ per illam rationem aſſenſum: vna voce notari, atq; ambo perſuaſionem dici.

Irę definitio.

Quę pſuaſio ſit propriè fides.

Et quanquã non digladior, ſiquis vtrunq;, pariter explicari contenderet mea tamen opinione, conſtantius eſt, fidem ad terminum pertinere. Vt perſuaſio, non quidem ex parte actionis: ſed ex parte termini, fides appellata ſit. Propter quod, non inoportunè, Argumentum diffiniD erunt in Topicis: rationem aggenerantem fidem. Quibus omnibus, tum Romani, tum Philoſophi, ac Theologhi, nequeunt non ſubſcribere.

Etiam philoſophis fides pſuaſio eſt.

Et de Romanis, iam ſatis. De Philoſophis autem, facilè liquet: Quoniã & ſi illis, genera perſuaſionum, ſunt varia (Eò ꝙ, in ſcientijs, ſic perſuademur, ꝙ euincimur, & reſilire nõ poſſumus: ob mediorum euidentiam, & neceſſitatem: in opinionibus è diuerſo: ſuademur quidem, quoniam in partem alteram declinamus, ſed non euincimur: quia reformidamus, oppoſitum: & rei inconſtantia, & mediorum ineuidentia: in fide autem ſuademur, quaſi medio quodammodo. Siquidem euincimur aliquando, & reſilire non poſſumus, non euidentia rei, ſed peritia atteſtãtium: quemadmodum in principiorum, ſcientiarum (vt vocant) ſubalternatarũ aſſenſu: vt opticæ: muſicæ, & aliarum, id genus: Aliquando vero, & ſi reſilire non conuenit, euicti tamen non ſumus, niſi forſan, iuxta cõditionem curſus humani: vt cum aſſentimur, ethnicorũ hiſtorijs, & rationibus dati, & accepti) nihilominus, perſuaſio in omnibus, ex parte termini, ſemp accepta eſt.

Perſuaſio in fide.

Secunda ſecunda. q. j.

Non perſuademur ſtupidi.

De Theologis demum: & id ipſum, conſtantiſſimum eſſe, conuincitur: Quandoquidem ſi, credere (vt diuus Thomas, ex Auguſtino declarat) apud eos, eſt cum aſſenſu rem aliquam cogitare haud dubiũ, ꝙ à præmiſſis diſſentire non poſſunt. Siquidem, nulla ſine attentione, ſineuè

diſcurſu, perſuaſio eſt: quoniam ſicut non perſuadetur plantis, ita nec ſtupidis: Nec his quoq;, niſi conſenſus acceſſerit. Nullus enim, verè eſt perſuaſus, niſi pleno accedente conſenſu. Ergò, ambobus in perſuaſione contentis, & conſenſu ſine controuerſia, ad terminum pertinente: nihil eſt, quo diſcrepare videantur. E

Sed tempus expoſtulat, Vt, miſſa omni perſuaſione, quam naturæ vires efficiunt, tum in ſcientijs, tum in rethoricis: miſſa & quauis alia fide, quā conciliare poſſunt homines, fide digni, promiſſione, hiſtorijs, & quibuſuis ſcripturis humanis: de chriſtiana dūtaxat, à Deo quidem donata, & infuſa fide, loquamur. De qua paſſim extant œncomia: Quòd iuſtificat: ꝙ purificat corda: ꝙ extinguit nequiſſima tela: ꝙ obſiſtit ſuggeſtionibus Sathanę: ꝙ uincit mundum: ꝙ ſubijcit regna, et id genus alia. quáq; nuſquā nō inculcat, nuſquā nō extollit, Apoſtolus: Et cui maximé negociū noſtræ ſalutis aſcribit. Et vt res ſit abſolutior, ex Apoſtolica diffinitione ꝓgrediar.

Oencomia fidei.

Roma. 5. Acto. 15. Ephe. 6. 1. Petr. 5. Hebr. 11. 1. Ioan. 5. Ioan. 14.

Digreſsio de catholica, vera, & chriſtiana fide. In qua diffinitio eius ex epiſtola ad hebræos expenditur. & maxima cum perſpicuitate, natura ac vis eius aperitur.

Matt. 12. Matt. 16. Galat. 1. Luc. 3.

F Et ſi varijs modis, Fides diffinita videtur à Patribus: ſatis tamē fuerit, ſi diffinitionem, quam tradit Apoſtolus, tentemus expendere: Ad quam, & illorum (ſi non fallor) diffinitiones reducuntur. Et conſtat his verbis.

Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum: Argumentum non apparentium. Vt autem de ſingulis dicam, Fides: Hoc eſt, illa diuina, & euangelica perſuaſio: quam operatur in nobis ſpiritus paraclètus: Patre reuelante: perſuadenda de CHRISTO, & CHRISTO manifeſtante, perſuadenda de Patre: vt per Patrem, nobis inſtructis de CHRISTO, & per CHRISTVM. illuminatis de Patre: compendio, quæ potiſsimùm ſpectant ad fidem, ille amborum Spiritus ſuggerat, ac perſuadeat: Quandoquidem, duabus his claſsibus (Credite in Deū: Et in me credite) credēdorū ſumma cōſiſtit.

Expēdit̃ diffinitio fidei. Heb 11. Duab⁹ claſsibus comprehēdunt̃, q̃ ſpectāt ad fidē. Patri propriū eſt reuelare quę ſunt credēda de filio.

Ioan 12. Ioan. 1. Ephe. 2. Apoc. 21. Colo. 1. 2. Pet. 3. Roma. 8. Eſa 9. Ephe. 4. Rom. 15 Galat. 3

Reuelante (inquam) Patre de CHRISTO: Quoniam nemo, nouit filium, niſi Pater, & cui Pater, voluerit reuelare. Vnde à Patre, reuelatus eſt Petrò, & à Filio, reuelatus eſt Paulo. Et perſuadenda quidem de eo. Quòd ſcilicet, eius Vnigenitus eſt, ſibi per omnia coæqualis: In quo vnicè, ſibi benè complacuit: Cui noſtram naturam accinto; tradita omnia ſunt in manu: In quē cōgeſtæ, bonorum omnium Cornucopiæ, & omnes opes cœleſtes: Gratiarum ac munerum plenitudines, affluentiæ, exundantiæ aggregatæ: vt ex illo omnes abundanter excipiant. G

Oſeę. 13. Luc. 11. Ian. 12. Roma. 6. & 8. Colo. 2.

Beneficia a Deo recepta ꝑ Chriſtum.

Quòd per illum, irreuocabili Trinitatis decreto, recapitulanda, expurganda, innouāda, perficienda ſunt, omnia, tum in cœlis, tum in terris, in ipſo: & homines maximè, ac præſertim electi. ad quos, peculiariter eſt directus: quibus donatus: pro quibus expoſitus: ad extrema deiectus, & vſq; ad cœli faſtigiū exaltatus: Vt illis ex omni parte proſpiciat: Omnes promiſſiones abſoluat, & ſe & ſua omnia affluenter impartiat: Imò totum, quicquid eſt, profundat, & dedat.

1. Theſ. 2. 1. Cor. 5. Ephe. 2. Colo. 1. 1. Ioan 2. Roma. 3. Ephe. 1. 1. Thi. 2.

Quòd per ipſum, noſtra ſunt expiata delicta: mulctata ſcelera: maledictiones abolitę: benedictiones reuocatæ, auctæ, locupletatæ. Quòd per illum, mors eſt occiſa, tartarus morſu affectus, Sathanas alligatus: &, quibus confidebat, tropheis, ac ſpolijs, deſtitutus. Quòd per illum, Adam vetus, eſt crucifixus: peccatum in carne, de peccato damnatum: chirographum nobis infeſtum, è medio ſublatum, & perpetuò, cruci appenſum.

1. Cor. 1. 2. Cor. 5. Ioan. 11. 1. Ioan. 1. Heb. 2. 3. 4. 5. 6. 8. Ioan. 11.

Denique, quod ipſe, mediator eſt, Dei & hominum: Quòd ipſe, reconciliatio: propitiatio, & redēptio: Quod ipſe, iuſtitia, & ſanctificatio: vita, & reſurrectio, Quod ipſe, aduocatus, pōtifex, & ſacerdos: victima, & ſacrificiū: ſemper accedens, in cōſpectu Dei, & ſemp interpellans pro nobis.

Ephe. 5. He. 9. 10. & 7.

Filio propriū eſt reuelare q̃ ſunt credēda de Patre.

H Reuelante CHRISTO, perſuadenda de Patre: quoniam nec Patrem, aliquis nouit, niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Non, quod ſic, homines in tenebris palpent, vt ex creaturis, Authorem omnium, non cognoſcant: aut per ea, quæ facta ſunt, intellecta, inuiſibilia eius, non videāt: quæ vltrò, in illis, ſe produt: & nuſquam ſuo ordine, diſpoſitione, virtute: obuiā eius ſapientiam, iuſtitiam, poteſtatem non exhibent. Non, quod ſuopte ingenio, non obſeruēt: cum ſupremum illum Principem faciant. Non, ꝙ non metuant: cum non ignorent, illū deteſtari flagitia, & non niſi, ob timorem, Deum illum appellent: Sed quia, qualem nobis, præſtare ſe voluit: quod conſilium fuerit, in perditis reuocandis: quæ gratia, in condonandis peccatis: quæ pietas, in exhibendo ſe patrem: in nos promouendo in filios, in hæredes: qua cura, quàue prouidentia, ſeruet dirigat, proncat: vt nec pilus in corpore nutet, decidatque ſine fruge: Nemo vnq̃, ſine CHRISTO, cognouit: Arcanum fuit, æternis temporibus tacitum: Et ſapientia in myſterio, ita recondita: ꝙ etiam, quoſuis mundi principes, fugit.

Deus vnde ſit dictus.

Roma. 8. Matt. 12. Roma. 1. Ariſt. 12. metha. Statius. Hoc timorē notat. Roma. 5. Eſai. 53. Matt. 23. Roma. 8. Luc. 12. Rom. 16. 1. Cor. 2. Luc. 1. Matt. 17. Luc. 5.

Miſericordia & munificentia erga nos Dei patris.

Mitto viſcera miſerationum: quibus, reſipiſcentibus nobis, occurrit: excipit, amplexatur. Mit-

to

Matt.17. Luc.15. Luc.15. Ioan.1.

A to munificentias,liberalitates,profuſiones:in gratijs erogandis,in diuitijs,benedictionibus,copijs: quibus nos locuplètat. Et licet,fuerimus ſerui nequam,impij,prodigi, flagitioſi:In ſumma: immanis omnium malorum aceruus:non tamen,in nos animaduertit,vt hoſtis: non minatur,vt vindex:ſed oſculatur vt pater. Et domi exceptos,anulo inſignitos,calceis honeſtatos, & primã ſtolam indutos: maximo familiæ cœleſtis tripudio, quæ eximiè ſuper reſipiſcente congaudet: vitulo ſaginato occiſo,& in veru crucis, exuſto,reficit & impinguat: Quæ quidem omnia,p Vnigenitum,qui eſt in ſinu Patris,facta ſunt peruia,illuſtria,& omnibus manifeſta.

Filius prodigus in euangelio.

Ioan.14. Ioan.6. 1.Cor.3. Matt.3. Rom.10.

Reuelãtibus,inquã,hęc,& plura,mutuo de ſeſe,patre ac filio: Nec reuelãtibus modò, ſed vrgentibus: quãdoquidẽ nemo venit ad patrem,niſi per filiũ: & nemo venit ad filium : niſi tractus à patre: Et cõi quidem lege,organo ſacrorum eloquiorum:exterrẽte Moſe: admonẽte Eccleſia; euãgelizãtib' ſęlectis Miniſtris, eoq; pacto plãtãtibus ac rigãtib', vt Apoſtolus docet (Proptere a q & ſi,neq; qui plãtat,aliqd eſt, neq; qui rigat:ſed qui incremẽtũ dat Deus: nihilominus, à Deo hęc inſtituta ſunt,vt ad fidẽ excitemur,externoq; deducamur auditu, admonitione, terrore.)

Nemo uenit ad patrẽ niſi p filiũ : ſicut nemo ad filium niſi tractus à patre.

Sap.7. Pſal.50. Ezec.11. 1.Cor.3. Ioan.14. 1.Pet.5.

B Reuelãtibus, inquã,ac vrgentibus,patre & filio: corũ ſpiritus paraclètus, totius Trinitatis cõſilio,definitione,fauore,humano cordi aſsiſtens: Suauiter quidem(quoniã afflatu,tum per omnia conſentiente,cum eiuſmodi ſit,ſapientia Dei: tum pectus,in omnibus transformante, cum eiuſmodi ſit,efficacia ſpiritus ſancti:vt vi propriæ energiæ,mollificato corde, & ex lapideo, carneo reſtituto:poſtergata ſapientia mundi,condemnato iudicio carnis,& humanis purgatis affectibus) quæ reuelata ſunt,ſuggerit, ac pſuadet: intellectu quidẽ, promptiſſimè acquieſcente, ac conſtantiſſimò complexante: voluntate verò,pleniſſime,conſentiente,& ſe,& omnia ſua: Patri ac CHRISTO, credente,ac committente.

Spiritus ſanctus quæ reuelata ſunt à patre & filio ſuggerit.

Et quanquam hæc,conſtantiſſima ſunt,& ſacrarum ſcripturarũ fonte,manantia: non tamen, ideò detrectandum eſt, eas reuelationes, ac perſuaſiones, tametſi ſingulis aſcriptæ perſonis, à tota pariter Trinitate,non progredi: Potiſſimùm,cum inter vocationis ſint membra contentæ, quæ illum actionum attinent ordinem: quæ nulli perſonæ ſunt propriæ.

Epheſ.1. Ioan.1. Hebr.1. 1.Cor.3.

Verùm compertiſſimum eſt,ſacris diuerſatis eloquijs,fore non pauca,quæ licet toti Trinitati conueniant: ex peculiari tñ alicuius proprietate perſonæ, in illam, non ſecus ac propria, ſunt C reiecta. Siquidem Prædeſtinare,quia nõ ſine adoptione eſt,Patri,ex perſonali proprietate,meritò attribuitur: Illuminare, Verbo,quòd ex propria conditione,ſplendor eſt gloriæ, ac ſapiẽtia Dei. Et ſancto Flamini,quia amor,ſua ex proprietate eſt,dilectione corda noſtra perfundere.

Exod.20. Ioan.17.

Ergo non diſſimili ratione (etiam ſi internas reuelationes, ac perſuaſiones: à tota Trinitate ſuſcipimus) cum de Patre quidem in eius gratiam, aliquid reuelatur, ea reuelatio, iure ſubſcribitur Filio, ad quem pertinet honorare Patrem, nomenque eius, illuſtre nobis, ac glorioſum efficere: cum verò,in Filij gloriam, aliquid dicitur,non iniuria, Patri reuelatio cõſignatur: cui peculiare eſt,filium celebrem reddere,ac omnibus ſpectandum proponere.

1.Cor.2. 1.Cor.1.

Perſuaſiones demùm,reuelationum,ac ſecretorum,& potiſsimùm, patris & filij, Spiritui ſancto, ſunt attributæ, cui arcana Dei perſcrutari, proprijſsimum eſt: quippè qui, amborum eſt nexus,& copula: Cuiusque munus eſt,tanta nos reddere luce perfuſos: vt ſciamus, quæ à Deo in CHRISTO, donata ſunt nobis. Sed ſequamur diffinitionem apoſtoli.

Subſtantia eſt. Tropus eſt clarus. Cum enim, Diuina illa,ac euangelica perſuaſio,ſubſtãtia na D tura,non ſit,remanet vt translatione,ſubſtantia nuncupetur.

Ariſt.5.7. &.8. meta. & in lib. prędic. Ariſt. in lib. rerũ naturalium.

Etſi fidem,in ſeipſa,diſcutimus: in tribus ſimilitudo conſiſtit. Siquidem,Subſtãtia,ex propria conditione: res eſt in ſe ſe,firma,conſtans,& ſolida. Eſt baſis quoq;,ac fundamentum,ſuarũ omnium affectionum,ac diſpoſitionum: hoc eſt;connaturalium(vt vocant) accidentium, quibus & illuſtratur,& ſuo munere fungitur. Eſt demum(quæ apud nos,ſubſtantia maximè eſt) contrarietatibus multis expoſita,& ſæpius diuexata: tam etſi ea propter non deſinit,vel ſuccumbit.

Tres cõditiones ſubſtantię.

ὐσία ὑπόστασις. Ioan.16. Hebr.11.

Haud ſecus Euãgelica fides. Siquidẽ natura, firma eſt in ſe, cõſtãs & ſolida: & ita firma, cõſtãs, & ſolida, vt lõgè oẽs naturales pſuaſiones excedat: Imò ita firma cõſtãs,& ſolida, vt pſenti pegrinatione,nihil inueniat ſolidius,firmius,& cõſtãtius. Id, quod & græca vox, luculẽtius apit: q̃ nõ, Vſia,ſed Hypoſtaſis eſt,rectiusq;,Subſiſtẽtia,verteretur: Vt planius pcipi poſſit, adeò eſſe firmã, cõſtãtẽ,& ſolidã: vt ſit veluti firmitudo,ſoliditas,ac ſubſiſtẽtia. Cui quidẽ rei,neminẽ, puto refragatũ iri: q pręclara illa, inſuperabiliaq; fidei chriſtianę,geſta, in totius orbis cõdẽnatione, deprehẽderit: vel ſaltẽ, nõ lõgè poſt fidei diffinitionẽ,Paulus de illa ſubĩtulit, cõtemplatus fuerit.

Firmitas et ſoliditas fidei.

Amplius. Spem, Dilectionẽ, Spiritus ſancti munera, virtutes, facultates: quæ nõ ſecus,ac affectiones,diſpoſitiones,accidẽtia: Chriſtianæ fidei, videntur adiũgi, quibus & perficitur, & ſemet

ipſam

ipſam exerit hæc ipſa diuina pſuaſio, perinde ac baſis quædam, ac fundamẽtũ, fulcit & ſuſtinet. E

Quę fides in ſathana & damnatis.

Zach. 2.

Cum enim, euangelica fides, niſi viua fuerit, ſit imperfecta, & communis, nedum hominibus malis, ſed damnatis, & ſathanæ detrectari non poteſt, quin multis affectionibus, donis, & virtutibus egeat. Quæ quidem omnia, ſiquis ſingula benè diſpenſet, in ipſa interna pſuaſione, firmantur, ac fulciuntur. Quibus, & illa, ſuo modo completa, & (vt ita dicam) formata: nequit nõ ſanctis actionibus eſſe grauida: Quas opportuno tempore, earum interuẽtione, egerat, & in lucem educat. Sicut enim, chriſtiana dilectione (qua vti præſtantiſſima, potiſſimũ viuit, perficitur, exercetur) occaſionem, nacta perſuaſio illa diuina, non præterit, non diſſimulat, ſed opere, & veritate, munus dilectionis adimplet: Ita, & officijs virtutum aliarum, ſemper intendit: vt nulli bonorum opertim, ſua pro facultate deſit.

Iacob. ibi. Gal. 9.

Non raro fides exponitur pugnę, & cõtra quos hoſtes.

Rom. 5. 1. Cor. 1. Epheſ. 6. Math. 16.

Deniq;: Nec contrarietatum, nec vexationum eſt expers: imò rarò eſt, ꝙ non pugnet. Modò, cum ſapientia mundi: modò, cum ſuggeſtionibus ſathanę: modò, cum principibus tenebrarum, & cum portis inferni: Sed præ omnibus, cũ iudicio carnis, & illius illecebris, & affectibus. Quãdoquidem tam etſi, opera ſpiritus paraclêti, extenuantur hæc, in cordibus perſuaſis: non tamen F funditus extinguntur. Non quidem vt fides, noſtris in pectoribus infirmetur: ſed vt exerceatur, ac illuſtretur: non ſecus ac aurum, in fornace.

1. Pet. 1.

Fides in ordine ad credentes. Et ad credenda ſubſtãtia eſt.

Verùm ſi, in ordine ad credentes, & quæ credenda ſunt, fides attenditur (quo quidem pacto, acceditur magis, ad intentionem apoſtoli) ſuis quoque metaphoris, Subſiſtentia eſt. Sed præſtat, quod mox, eadem in diffinitione, ſubiungitur: antea explanare.

ἐλπιζομένων.

Sperandarum rerum. Græcè, participium eſt, temporis præſentis, ſed verbi communis: quare, rectè (ſi non fallor) vtroq; modo reddetur. Et quidem, ſi actiuè hoc eſt, ſi ſperantium ſubſtãtia, ſeu ſubſiſtentia, legitur, quemadmodum & Auguſtinus. xiiij. ſuper Ioannem, & alibi legit: res eſt perſpicua, & eandem in omnibus metaphoram ſubſiſtet.

Et de pec. ca. mer. & remiſ. 2.

Fides ſperantiũ ſubſtãtia, & robur, q̃n & baſis virtutũ omnium.

Fideles exercẽtur multis contrarietatibus, & nõ ſpetantes dñr.

Galat. 2. Abac. 2. Matt. 16. Hebrę. 11. Coloſſ. 12. Hebrę. 11. Rom. 5. & 10. Galat. 5. Iac. 2. Hebr. 11. 1. Petr. 5.

Siquidem nemo eſt, qui non probet: fidem hanc, ſperantium, ſubſiſtentiam eſſe: qui apoſtolum audit. Quod viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Et prophetã. Iuſtus ex fide viuit, Nemo, qui non probet, eſſe firmitudinem, eſſe robur: quando propter firmitudinem dictum eſt Petro: ſuper hanc petram, ædificabo eccleſiam meam: & propter robur, ſcriptum à Paulo: Sancti per fidẽ G euicerunt regna, euerterunt arces, occluſerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis: atq, ex imbecillitate, validi, ac robuſti, euaſerunt in bello. Nemo, qui non probet, baſim eſſe ac fundamentum: tum ipſorum; Paulo inculcante, vt in fide fundati, ſtabiles ſimus, & à ſpe euangelij indimoti: tum ſanctarum affectionum, & operationum in eis: cum, eodem aſſerente, per illam, placeamus Deo, eum accedamus, ac inuocemus per illam ambulemus, & bonorum operum, fructũ afferamus. Nemo, qui non probet, ſperantes ob fidem, multis contrarietatibus exerceri: qui legit, paſſim afflictos, tentatos, detentos, occiſos, excarnificatos, diſſectos, & tanquam oues ad iugulum deſtinatos: vt eorum fides, redderetur auro rutilantior, quod per ignem probatum eſt: ſicut princeps Apoſtolorum dicit.

Et licet non deſint, fidelium appellationes, illuſtres: ſperantes tamen, non temerè ſunt nuncupati: non ſolùm, vt hoc titulo, à damnatis, inſinuentur diſtincti: in quibus, tam etſi aliqua eſt fides, nulla tamen eſt ſpes: quippè quibus, nihil boni ſuperſit: ſed etiam, vt electi diſtincti denotentur, à reprobis: vel eos ſaltẽ, in quibus eſt, fides viua, ab illis ſecernamus, in quibus eſt mortua. H

Veri fideles non alliciuntur pſentib⁹.

1. Cor. 1. 2. Cor. 4. 1. Cor. 7. Epheſ. 2. Philip. 3. Rom. 8. Philip. 1. 3. Rom. 5. Roma. 2. Chriſoſt.

Nam electi, & in quibus fides veraciter viuit, non alliciuntur præſentibus bonis, ſed futuris: non contemplantur quæ videntur, & temporalia ſunt, ſed quæ non videntur, æterna: vtunt hoc mundo, ac ſi non vtantur: emunt ac ſi non poſſideant. Siquidem ciues ſanctorum facti, ac domeſtici Dei: agnoſcunt ſupernam politiam: gementes ſemper, ac parturientes, ob expectationẽ; cupientes corpore huius mortis abſolui: Qua de re, afflictionibus probati, gloriantur mirum in modum, ſuauius præſtolantes, & in ſpe validius progredientes, certiores facti, quòd ſi fuerint aduerſa paſſi, cum CHRISTO, deniq; corregnabunt cum eo.

Si vero paſſiuè, Fides, ſcilicet, ſperatorum, ſiue (vt exprimatur ſine ambiguitate, tempus pręſens) eorum, quæ ſperantur, ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia definita eſt (Id quod probatur Chryſoſtomo, & ferè omnibus alijs) eadem metaphora, tametſi non forſan in omnibus, perſpicacius tamen in aliquibus, retinetur.

Fides ſubſiſtẽtia eſt omniũ reuelatorũ maximè, eorũ in ꝗbus extãt promiſſiones Dei.

Quam ob rem attendendum, ꝙ licet Diuina pſuaſio, ſubſiſtentia ſit oĩum reuelatorũ ad pietatem euangelicam pertinentium (quippè quæ ad ſingula ſe extendit, omnia amplexatur, & ſuſtinet: imò ea omnia, firmitudinem vt ita dixerim, ac ſubſiſtentiam facit) Fides tamen, eorum reuelatorum, potiſſimùm ſubſiſtentia eſt, in quibus extant promiſſiones diuinæ: vndè & eorum

potiſſimùm

A potiſſimùm, perſuaſio videtur nomen fidei, aſſecuta.

Nam licet, omnis diuina perſuaſio, conſtãtiſsima ſit (vtpotè, quæ eſt, à ſpiritu ſancto profecta, quo nihil verius, nihil eſt efficacius) ea tamen, nomen fidei, primùm adepta reputatur, qua de ꝓmiſsis, perſuaſi ſumus: quippè qui, tũc verè dicimur, fidẽ aſſecuti, cum ſumus perſuaſi, quòd fiet, quod dictum eſt, & promiſſum. Quamuis enim, alia res ſit, fides primo modo ſumpta, ab hac, poſtremò accepta: Latinis tamen, vox vna mutuatur ab alia: & per trãſlationem, à prima hæc, appellatione deſcendit.

Ergò, & ſi nihil boni eſt, quod ex diuina, tum bonitate, tum dilectione, nobis polliceri non poſſumus: ea tamen maximè, iureque optimo, expectanda ſunt, quæ à Deo, nobis repromiſſa ſunt. Ergò, Si fides ſubſiſtentia eſt, eorum quę ſperantur à Deo: maximè erit promiſſorũ ab eo.

Quę maximè nobis poſſum⁹ polliceri à Deo, & q̃ cõſtantur ex fide ei⁹ & noſtra.

Et de his planè, intellexit Apoſtolus, Nam, cum diuinæ promiſsiones, in ſeſe, ipſa ſubſiſtentia
Nume. 23. ſint: profectò ex fide, non noſtra, ſed Dei: hoc eſt: ex conſtantia & veracitate ipſius: qui non eſt ſicut homo, qui mentiatur. aut nactus occaſionem, ſe à pollicitatione dimoueat: remanet, vt
B illæmet, ſubſiſtentia reddantur in nobis: ex fide quidem, ſed noſtra: hoc eſt: ex perſuaſione, a ſpiritu ſancto, in nobis effecta: qua certiſsimi facti ſumus, ꝙ id quod promiſſum eſt, adimplebitur.

Amplius. Promiſſorum, vel Speratorum. (ſi mauis) Fides ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia eſt. quo
Ariſt. 12. metn. niam eorum, Prima pars, (nam, & à philoſophis ſubſtãtia, prima rerum pars iudicatur) Arrhabo,
Philip. 3. & Primitiæ: quæ in ordine ad ea quæ remanent (vt reformatio corporis, configuratio claritatis CHRISTI, plena iuſtitia, abſoluta ſanctitas, & conſummata fœlicitas) baſis ſunt & fundamentũ: imò: inchoatio, & participatio, cum per illam, hæc omnia habeãtur: imò, hæc omnia, viua fides,
Rom. 3. modo quodàm includat. Hinc dicitur iuſtificare: Arbitramur, hominem iuſtificari, per fidem:
Act. 15. Expurgare Fides purificans corda:
Galat. 3. In filios Dei euehere: Iam filij Dei eſtis, per fidem: Reſuſcitare:
Coloſſ. 2. In quo reſurrexiſtis, per fidem, operationis Dei: Et vitam æternam conferre:
Ioan. 3. Qui credit in eum, habet vitam æternam.
1. Ioan. 5.

Fides ſperatorũ inchoatio & participatio.

Fffectus fidei ex ſcripturis.

Quæ quidem omnia, & plura, in nobis per hanc fidem accepta: cum portionem (iterum dicam) promiſſorum, contineant, & exhibeant: vtpotè primam illorum partem, primitias, pignus,
C arrhabonem, baſim, ac fundamentum (his enim vocibus, vtuntur paſsim literæ ſacrę) euidentiſsimum eſſe poteſt, ꝙ ad explicandam miram huius fidei efficaciam: accommodatiorem metaphoram, vel elegantiorem tropum, Paulus adhibere non potuit. Qua de re, perſpicuum admodum, factum eſt, non ſolum, quod primùm expendendum erat: ſed & reliquum diffinitionis, quod ſupereſt: vt mox euidenter oſtenditur.

Fides promiſſorum velut prima pars primitię pignus &c.

Argumentum non apparentium. Vox argumentum reddita, Elenchos eſt: quę ſæpius, indicationem ſonat, perſpicuam quidem ſed compendioſam, & quaſi per capita: Vnde & Elenchos ſummarium dicitur, quod non rarò præſcribitur volumini, vel tractationi, in initio alicuius libri. Sonat & conuictionem manifeſtam: cui non refragatur: Et hoc pacto, & Apoſtolus aliàs, & Euãge
Titum. 1. liſta non ſemel, eo verbo ſunt vſi. Et Paulus quidem, de Epiſcopo ſermonem habens, & per par
Ioã. 8. 16. tes, munus eius recenſens: Qui ſit (inquit) ſanæ doctrinæ, & poſsit cõtradictores arguere. Ioãnes verò: tum referens officium, Spũs ſancti: Cũ venerit, mundũ arguet, de peccato, iuſtitia, & iudicio: tum Domini verba, in Phariſęos: Quis ex vobis arguet me de peccato? Quibus in locis, Ar-
D guere, planè aliud non eſt, quàm ita manifeſtè, conuincere: vt ex aduerſo mutiri non poſsit.

Argumẽtum quid hoc loco ſignificet.

Reliquum verò, quod ſequitur, (non apparentium,) cum vox, potius ad viſionem pertineat, poterat (deficiente participio) in verbum, pronomen, ac relatiuum reſolui. Et eorum, quæ non videntur, exactius interpretari.

Quid igitur? ſunt quibus probatum eſt: partem hanc, præcedenti, per appoſitionem adiungi, vt ſit veluti eius explicatio: & quod hypoſtaſi, reſpondeat argumentum. & his quæ ſperantur, ea quæ non videntur: ſed mihi ſecus eſt. Et licet, non ibo inficias, ſperatis conſentire, non vi-
Rom. 8. ſa: cum ea quæ videntur, non ſperentur: (quod enim quis videt, quid ſperat?) Sed ꝙ argumentũ, pro explicatione ſubſiſtẽtiæ, ſit appoſitum, res duriuſcula eſt. Quare, per additionem potius, aut conſecutionem, ſi mauis videtur annecti.

Non eſt idẽ fidem eſſe hypoſtaſim ſperandarum rerum, & argumentum nõ apparentum.

Siquidem rectè, planèq; conſequitur, Quod, ſi fides ſperatorum ſubſtantia eſt: hoc eſt: (vt diximus) prima eorũ pars: & ita prima, quod eſt, vt primitiæ. imo arrhabo, & pignus fundamentũ & baſis: quod euidẽs ſit argumẽtũ: hoc eſt: certa, & ꝑſpicua indicatio. breuis, & in ſumma: eorũ, quæ remanent expectanda: & hactenus, non ſunt viſa: hoc eſt: quouis ſenſu percepta (ita enim
Ioan. 20. nonnunquam, videre vſurpatum eſt, in ſcripturis: Quia vidiſti me Thoma credidiſti: beati qui
1. Cor. 2. non viderunt & crediderunt) vel in hac peregrinatione penitus explorata: (Oculus nõ vidit, nec

Videre, aliquã eſt quouis ſẽſu percipere.

auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe)& non ſolũ indicatio, ſed conuictio. E Nam primæ rei partes, non modo indicant, ſed & conuincunt, de poſtremis: & poſt primitias, vberiores præſtolamur fructus: & poſt arrhabonem, & pignus, remanet conſummata ſolutio: & baſis ac fundamentum, atteſtantur conſequens ædificium.

Ergo quemadmodum eorum, quæ expectamus, initia, ſunt per fidem accepta: ità ſucceſſus illorum, & fines per eandem ſunt indicata & conuicta: Vt hoc pacto, vtraq; diffinitionis pars, nouum aliquid explicet: Et poſtrema, ex prima deducitur: Et ſingula conſona demonſtrantur.

Summa toti° diffinitionis fidei.

Erit igitur tertio loco, Fides: hoc eſt: Diuina illa Perſuaſio, Viua, Euãgelica, Chriſtiana, Catholica: non ſolùm ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia in ſeſe: id eſt: ſolidiſsima, firmiſsima, conſtãtiſsima in ſui natura: imò ipſa ſubſiſtẽtiã, firmitudo, ſoliditas: Sed etiã, Sperãtiũ: hoc eſt: electorũ, ſeu verè credentiũ, & in ſola, futurorũ bonorũ ſpe, ambulantiũ, indeq; pendentiũ: ſubſiſtentia pariter ſoliditas, ac firmitudo. Et vltra hæc, & maximè: ipſorũ ſperatorum, quæ remanent: ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia, baſis, fundamentum, primitiæ, pignus. Nec tantùm hæc, ſed abſolutiſsima illorum indicatio, & conuictio: vt verè credentibus, nullus relinquatur ſuſpitioni locus.

Et quanquã, non pauca, ad huc ſuperſint de fide, ſuis expendenda locis, hic tamen non diſsimulabo, paulò euidentius: viuã fidẽ excutere, & in hoc, totã hanc digreſsionem abſoluere. F Igitur attendendum fidem hanc, à Theologis eſſe diſtinctã: eò quòd internã illam perſuaſionem agnoſcunt, tum vt habitum, quo etiam dormientes, dignati ſumus, tum vt actum (ita ipſum credere, vocant) in quem cum volumus, ſancto ſpiritu ſuggerente, ac cooperante, prorumpimus.

Fides catholica ꝑ actu & pro habitu ſumpta.

Credere et ſi opus eſt ſpũs ſancti, nõ niſi acquieſcẽtibus nobis.

Animaduerterunt enim, quod licet, Credere (de quo loquimur) opus ſit, ſpiritus ſancti: eſt tamen, vt præmiſimus, acquieſcentibus ac conſentientibus nobis: tametſi nec acquieſcimus, nec conſentimus, niſi eodem ſpiritu moti, excitati, impulſi. Vt ergo promptius, ac ſuauius (cum opus fuerit) in ipſum credendi actum, mens internè prorumpat: eiuſdem ſpiritus opera, noſtri tamen cauſa habitum (quem, alij lumen dicunt, à Deo datum, & diuina miſeratione, in corde conſeruatum,) aſtruxerunt infuſum: Et illi, nomen fidei, potiſsimùm dimiſerunt: malentes actum, tam etſi præſtantiorem habitu, credendi potius verbo, quàm fidei, ad commodiorẽ eruditionem exprimere.

Quam ob rem, Si fides pro habitu audiatur: quo pacto, (ni fallor)& à Paulo, potiſsimùm diffinitur: ea viua dicitur, per metaphoram, ſicut & aqua dicta eſt viua: eam ſcilicet, ob rationem, G quòd nunquam, nacta opportunitatem (vt dicebatur) non ſcaturit, & bonis operibus, ſeipſam non prodit: ſicut & Iacobus Apoſtolus docet. Et operibus maximè charitatis, ſine qua, nec fides, nec anima viuit. Cap. 2. 1. Ioan. 3.

Habit° viuę fidei, non eſt ſimplex habitus.

Siquidem putandum, ꝙ habitus viuæ fidei, non ſit nudus ac ſolus: ſed ſpei, ac dilectionis habitibus, colligatus: Imò quod hi tres, ferè ducantur, ac reputentur pro vno. Item, ꝙ ſit, Spiritus ſancti donis, virtutibus, alijſq; muneribus ſotus: adeo vt illo, in opus prodeunte, alij non ſint ſegnes, ſed iuxta opportunitate, exerant pariter ſeſe: vt pro ſuo munere coeuntes, & locupletius vitam oſtentent, & vberiorem illum actum efficiant.

Si vero pro actu Fides recipitur: per metonomian, viua eſt (eo ſcilicet ꝙ vitam cõfert, vel quia vitam auget) quemadmodum mors, dicitur pallida, & frigus, dicitur pigrum.

Act° fidei duplex, præcedens habitũ, & ſubſequẽs eum.

Verùm attendendum, fore duplices actus: quoſdam habitum præeuntes: quoſdam ex habitu procedentes (Sicut enim citharizando, citharizandi habitus generatur, quo adepto, nihil minus citharizamus: imo iccirco illum adipiſcimur, vt propenſius ac ſuauius citharizemus: ità H credendo habitu fidei cõdonamur, vt eo donati, ad credendum promptiores ſimus) Si de fide itaque, pro actu præcedente (vt ad rem maximè pertinet) ſermo ſit: haud dubiè, quia vitam affert, fides ideò viua eſt.

Quõ omnes in primo parẽte mortui.

Mors animę.

Nam cum omnes, in Adamo mortui ſimus: non morte corporis, qua animali vita priuamur, Rom. 5. 1. Cor. 4. & omni corporeo ſenſu, ac motu deſtituimur (tam et ſi & huic ſumus obnoxij, & præfixo tempore, iudicio Diuino ſubiecti) ſed animæ, qua, ſpirituali vita deſerimur, & omni ſpiritus ſenſu, ac motu deficimus (vt eſt rectè ſentire de Deo, de bonitate, deque iuſtitia, ac prouidẽtia eius: illaſum, vt Deum, in omnibus colere: illi vnicè viuere, eius beneuolentia frui, in illũ, pleno pectore ſe reijcere, & ſuis in mandatis & præceptis, coram illo viriliter ambulare.)

Mors peccati

Quæ & alias, dicta eſt, mors peccati: tum, quia per peccatum inducta, (Nam peccatum, hunc Rom. 5. Iac. 1. Roma. 6. in mundum intrauit, & per peccatum mors:) tum quia per peccatum genita (Peccatum enim, cum conſummatur, generat mortem:) & demũ quia ſeruientibus, militãtibusq; peccato, vti ſtipendium, ac merces retributa.

Cum

A Cum hac, inquam, morte, omnes in Prothoplaſte, mortui ſimus, quemadmodum & omnes, in eodem peccante, peccauimus, ac inobedientiæ crimen admiſimus, (Quod & validè, hunc in modum, argumentatur Apoſtolus: Si quidem (inquit) CHRISTVS, pro omnibus mortuus eſt: ergo relinquitur, vt & omnes mortui ſimus. Non corpore: ergo anima, ſicut, & Auguſtinus perſpicuè, contra Iulianum, libro ſexto deduxit.) Opus erat, vt oppoſitæ reſtitueremur vitæ. Quod indubiè, ex fide contingit: Domino atteſtante, quòd qui credit in illum, etiam ſi mortuus fuerit viuet.

1.Cor.5. Aug. Ioan.15.

Cui vitę reſtituamur per fidem.

Sicut enim primus lapſus ad mortem, ex incredulitate proceſsit: Adamo nutante, atque à conſtantia, & veritate diuinæ comminationis, ex infidelitate, animum ſubducente: ita initium redeundi, in vitam, & recedendi à morte: non immeritò fidei eſt ſubſcriptum: Vt diuerſo calle, diuerſus ſit ſcopus: & quo irrepſit virus, ingrediatur remedium: & contrarium, depellatur contrario, vt in adagio eſt.

Geneſ.3.

Verùm accuratius attendendum, ꝙ fides nos in vitam reſtituens, non eſt ſine ſpe, non eſt ſi-
B ne charitate: imò nec ſine confidētia, & fiducia. Nec modò ſit curæ, an fides, hoc pacto ſumpta, vnus, ac ſimplex, ſit actus, an plures, vel multiplex: quandoquidem (& ſi lubens vnitatem, ſimplicitatemq;, probarem, & in ea illorum plurium efficaciam, ac æquiualentiam, omni procul difficultate, defenderem) vtrum tamen, quis dixerit, digladiandum, non cenſeo, & in quam maluerit partem, ſine fidei præiudicio, vnumquemq; declinare poſſe, non dubito.

Quæ fides nos vitę reſtituat.

Conſtanter tamen aſſerendum eſt, ꝙ qualis qualis, actus ille, in ſeipſo ſit, à Spiritu ſancto indubitanter eſt: & præueniente, & afflante, & mentem ad credendum, ſperandum, confitendū, amandum, mouente, ſolicitante, incēdente: agēte, applicante: & demū, ipſum quoq; credere, ſperare, amare, confidere, ſiue (vt præmiſimus) plures actus fuerint, ſiue (quod mihi magis cōſentaneum eſt) vnus æquiualens omnibus, potiſſimum producente: tum quia agens eſt principale: tum quia in actu, agit eas partes, quæ ſunt potiores, vt etiam, Diuus Thomas docet.

De pot. q6. ne.1.2.

Quo quidem actu, fidèue, Deum in CHRISTO petimus, & mira arcanaque ſpiritus efficacia, eo in actu agente ac operante, CHRISTO coniungimur, connectimur, inſerimur, incarnamur:
C vt in palmites ac membra illius euecti, nequeamus, ipſius vita, non frui. Si enim palmites ſumus & membra: neceſſe eſt, vt ſpiritu eius potemur, eius gratia impartiamur, & cum illa, vita, & omnibus eius donis, virtutibus, ac diuitijs locupletemur. Vt in ipſo tandem, ſtatuto tempore, omni ſimus ex parte, completi ac perfecti.

Ioan.17. 1.Cor.12.

Viuificatricis fidei efficacia.

Deniq;, Si de fide, pro actu quidem, ſed prodeunte ab habitu, ſermo eſt: nō quidem ſolo, hoc eſt, gratia, donis, & virtutibus deſtituto, & (vti dicunt) informi: nemini dubium eſt, non ea dūtaxat ratione, illi vitam attribui, ꝙ vitæ argumentum eſt euidens, ſed ea potius, ꝙ non raró, vitā eſt augens, ac ſuo tempore ditans. Et hæc modò pro præſenti digreſsione ſufficiant.

Act⁹ fidei habitum ſubſequēs, q̄uo dicitur viuus.

In CHRISTO IESV. habent hæc, tum ſanctis, tum fidelibus iugi: quoniā nullus eſt verè ſanctus, nullus ritè fidelis, niſi in CHRISTO IESV. Et ſi, in, vſurpatur pro, per, quemadmodū hebræis eſt familiare: res planior, ac dilucidior eſt. Quandòquidem non ſolum Epheſi aut à prædicatione Baptiſtæ: ſed vbiq;, & ab initio mundi, quotquot facti ſunt ſancti, & verè fideles: CHRI-
D STI opera, merito, & interuentione, facti ſunt. Si verò, in, ſuæ naturæ dimittitur: & ſi, res videri poteſt obſcurior ac ſcrupuloſior, eſt tamen perſpicacior, & arcanis fœcundior.

Act.4.

Nullus verè ſctīs, aut ritè fidelis, niſi Chriſto iūctimus, vt ſunt electi.

Cum enim Chriſtiani, & præſertim electi: per fidē quidē, ſed opera ſpūs ſancti (vt attactū eſt) ſint CHRISTO coniuncti, vt palmites inſiti, & vt membra colligati: neceſſe eſt, vt illius ſpūs, ſint facti participes. Et ſicut ille, eſt ſpūs grīæ, vitæ, iuſtitiæ, dilectionis, ſapiētiæ, intellectus, aliorūq; donorum, virtutum, & officiorum, quibus membra perfuſa, & pro ſingulorum ratione locupletatā, ac quodammodo perfecta, intrinſecus, & (vt ita dicam) formaliter, dicta ſunt, grata, viua, iuſta, & id genus reliqua: ita eſt, & ſpiritus ſanctitatis, quo inungimur ac conſecramur Deo, & ante illum, firmi, & impolluti offerimus hoſtias laudis, & iuſtitiæ ſacrificia.

1.Ioan.15.

Eſt pariter, & ſpiritus fidei, & veritatis: quoniam, etſi per fidem, CHRISTO connectimur, ac illius ſpiritum haurimus: ex ſuperuenientibus tamen participatione huius ſpiritus donis, intellectu, ſcientia, ſapientia: fides illuſtratur, roboratur, perficitur. Præter id, ꝙ habitum eius affert, & vnà pariter, habitus, ſpei, fiduciæ, & dilectionis: quibus (vt præmiſſum eſt) fides longê ditior, longèque efficacior eſt. Ad hæc. Affert, conuentorum conſtantiam, & veritatem, quibus religionem CHRISTI profitentes, ſumus aſtricti: & ſine eius ſpiritu, fidem hanc frangimus, & paſsim & longè à pollicitatione recedimus.

Pſal. 115. & 50. Eſai.11.

Spūs Chriſti, ſpūs fidei & veritatis.

Obſeruationes huius partis. E

Chriſtianicõſecrati Deo.

Obſeruandum Primò, ex Sanctorum nomine: quòd, ſi Dei miſeratione, & CHRISTI bene-
ficio, Deo addicti ſumus, ac ſancti ſpiritus vnctione, eius cultui conſecrati: vt mundi, & impol- Roma. 12.
luti, iugiter exhibeamus nos, & corpora noſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, per Pſal. 115.
IESVM CHRISTVM: per quem, offerimus & hoſtiam laudis: Nec beneficentiæ, aut commu- Heb. vlt.
nionis obliti: quæ de illius manu accepimus, egentibus partiamur, quibus hoſtijs impensè de-
lectatur Deus.

Oẽs intra tẽplũ eccleſiæ.

Deindè, q̃ ſi non ſumus Epheſi minoris Aſiæ, non ſumus tamen, extra templum, Epheſi, Pau
lo miniſtrante, conſtructum: quibus, & maximè, hanc epiſtolam ſcribit: Si tamen, fideles ſumus,
in CHRISTO IESV. Quem, toto pectore imploremus, vt viua fide, viuos lapides faciat: redden-
tes domino, vota noſtra in iuſtitia, & ſanctitate: Per illum, per quem vnicè, iuſti ſumus, & ſancti.
Cui ſempiternus honor & gloria. Amen.

Enarratio tertię & vltimę partis inſcriptionis. F

Gratia mul tis modis in ſcripturis, vt paulo poſt declaratur.

Gratia uobis. Non me latet, varium eſſe, huius nominis vſum, ſed in ſcripturis, ſæpius pro be- 1
neuolentia, & fauore: Nonnunquam pro dono, tum temporali, tum ſpirituali: ſiue liberalitate, 2
ſiue miſeratione ſit præſtitum: Aliquando pro beneficio, ſed gratis collato: Accipitur, & pro 3
gratiarum actione, Et demum pro comitate, lepore, & ſuauitate loquendi. 4 5

Pro beneuolentia & fauore, ſicut ad Virginem. Inueniſti gratiam, apud Deum, Et freqnen Luc. 1.
ter conſimile. Vt Moſes: Si inueni gratiam, in oculis tuis. Et Iacob: Vt inuenirem gratiã, in Exod. 33.
conſpectu domini mei. Et Ioſeph inuenit gratiam, coram Pharaone: Et filij Iſrael, in receſſu, Gene. 32. Gene. 39.
coram Aegyptijs. Quæ planè omnia, & id genus, alia: Caros, dilectos, & gratioſos: hoc eſt, di- Exod. 12.
lectione, fauore, ac beneuolentia, dignatos oſtendunt.

Pro Dono: Et quidem temporali, vt illud apoſtoli. Hortabantur (inquit) nos, vt gratiam, hoc
eſt, eleemoſynam, pauperibus impendendam, reciperemus ab eis. Et non multò poſt, Corin- 2. Cor. 8.
thios ſtimulat: vt in eodem genere gratiæ ſint propenſi. Et ſequenti capite: Potens eſt (inquit) Ibidem. G
Deus, omnem gratiam, abundare facere, in vobis, vt omnem ſufficientiam habentes, abunde- 2. Cor. 9.
tis in omni opere bono.

Pro ſpirituali vero, eſt illud. Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum. Et apud euãgeli- Rom. 1.
ſtam. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiã pro gratia. Et rurſum apoſtolus. Vni- Ioan. 1.
cuiq; noſtrum, data eſt, gratia, ſecundum menſuram donationis CHRISTI. Et mihi, ſanctorum Ephe. 4.
omnium, minimo, data eſt gratia hæc, vt euangelizarem imperueſtigabiles diuitias CHRISTI. Epheſ. 3.
Et Gratia Dei, in me, vacua non fuit: Et Non ego, ſed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

Pro beneficio autem, Vt illud. Gratiam non obliuiſcaris, fideiuſſoris tui: qui in diſcrimẽ po- Ibidem.
ſuit pro te, animam ſuam: Et Gratia ſuper gratiam, vxor fidelis, & prudẽs. Et maximè pro bene- Eccle. 29.
ficio CHRISTI. Hinc, euangelium, quoniam illud annunciat, dictum eſt euangelium gratiæ. Ibid. 26.
Et Paulus, ad illud inuulgandum electus, dicitur miniſter gratiæ. Et Corinthijs. Videte gratiã, Act. 20.
domini noſtri IESV CHRISTI, qui cum eſſet diues, pro nobis, factus eſt pauper. Et alibi. Ap- Epheſ. 3.
paruit gratia Saluatoris noſtri, omnibus hominibus, erudiens nos. 2. Cor. 8.

Pro gratiarum demum actione. Quis me liberabit, de corpore mortis huius? Gratia Deo, per H Titum. 2.
IESVM CHRISTVM. Et Gratia Deo: ſuper inenarrabili munere ſuo. Roma. 7.

Pro comitate, ac ſuauitate dicendi. Gratia & amicitia liberant. Et Diffuſa eſt gratia, in labijs 2. Cor. 9. Prouer. 25.
tuis. Et alibi plura. Pſal. 44.

Quibus modis hic ſumitur gratia.

Et quanquàm, alius forſan alitèr ſentiat, mihi tamen compertiſſimum eſt: Gratiam hoc loci,
primas tres acceptiones includere: vt perinde ſit, ac fauor, donum, & beneficiũ. Non quòd Pau-
lus, ſat eſſe non ducat, & ſibi, & cæteris, fauorem ac beneuolentiam Dei, quibus nil optatius, nil
expetibilius eſt: ſed quia nequeunt hæc, à duobus reliquis reſecari; aut quouis pacto ſeiungi.

Diſcrimen fauoris Dei, & hominum.

Siquidem fauor, ac beneuolentia Dei, non ſunt, vt fauor ac beneuolentia hominum, quę nũ-
quam, niſi ſuo commodo proficiſcitur: aut (ſi quid eſt generoſius) non niſi, flagitantibus meri-
tis, extorquetur. Nec ſemper hi munere proſequuntur, quibus benè volunt, ac fauent: Et ſi pro
ſequuntur, raro benè faciunt, impartitis, quæ verè ſunt bonis, & nequeunt, niſi ſancto vſui, de-
putari. Quòd ſi contingat, vt verò beneficio, quenquam afficiant: id, ſicut non ſemper eſt gratis,
ita nunquam eſt locuples.

At DEVS ſecus. Nunquam ſuo commodo fauet: quippè qui bonorũ noſtrorũ nõ eget. Non Pſal. 15.
emendica-

A emendicatis meritis diligit: qui ſua dilectione, merita noſtra pꝛuenit. Nunquã non diues eſt in do
Matt 19. Epheſ. 3. nis: qui nunquam Diues non eſt in beneuolentia: cuiuſq; benè velle, benefacere eſt. Sũt, & eius
beneficia gratis: non ꝙ meritum ſemper, & omni pacto, ſecludat: ſed quia, lõgè ſupra meritum,
tribuit. Sunt & locupletia: quia ſupra id, quod petimus, aut concupiſcimus: vt aliquando Apoſto
lus dicit. Ergo, beneprecando Paulus fauorem, & gratiam Dei: non adeſſe quidem (cum ſan-
ctis ac fidelibus ſcribat) ſed perſiſtere, ſed adoleſcere, augeri, ac multiplicari: benè precatur pa- Precatur gratiã augeri ac multiplicari.
riter, eos, ſancto ſpũ, eiuſq; muneribus promoueri, ac diuinis beneficijs, affluentius impartiri.
Rom. 5. Nec refert, ſi quando Paulus, gratiam à dono diſtinguit, vt Romanorum capite quinto: Pro-
pterea quòd & ſi, fauor ac beneuolentia (ita eo loci gratiam ſumit) quę in Deò ſunt, & in CHRI-
STO, alia res ſunt, à dono in nobis, eorum fauore, ac bona voluntate recepto: quia tamen hoc,
illa non deſerit: non immeritò, ſi contingat vna voce comprehendi: non ſecus ac, gratia poteſt,
per metonomian donum nuncupari.
1 *Et pax.* Pacis quoq;, non vna ſignificatio eſt. Et aliquando recõciliationem ſonat: vt Illud.
Lucę 2. Epheſ. 2. B Et in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Et ipſe, eſt pax noſtra, qui fecit vtraquæ vnum: & Pax multis modis, vt infra.
2 ambos reconciliauit, in vno corpore, Deo. Aliquando, quietem, & tranquillitatẽ animi: Qua-
Rom. 5. lem (teſte apoſtolo) iuſtificati, habent ad Deum: quę, & ſuperat omnem ſenſum, & inter fructus
3 ſpiritus numeratur. Aliquandò, fœlicem, fauſtumque, rerũ ſucceſſum: vt Ioſeph fratribus ſuis.
Gen. 43. 1. Reg. 25. Eſt nc pax: patri veſtro (Et Dauid Nabalo.) Sit tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcũ-
4 que habes, ſit pax. Aliquando adeptionem deſiderij, & plenam cordis ſatietatem: ſicut audiui-
Luc. 2. Pſal. 4. mus à Simeone. Nunc dimittis ſeruum tuum, in pace. Et à Dauide. In pace, in idipſum, dormiã,
5 & requieſcam. Aliquando, tranquillitatem politicam: cum hominibus etiam, huius mundi:
Rom. 12. iuxta illud apoſtoli. Quantum in vobis eſt, (ſi fieri poteſt) cum omnibus hominibus, pacem habẽ-
Epheſ. 4. tes: & inter membra corporis CHRISTI. Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis.
Rom. 14. Et illud. Quæ ſunt pacis ſectemur, & quæ dilectionis mutuæ, in inuicem cuſtodiamus.
C Qua de re, etſi non vereor, ſingula præſenti loco, poſſe ſubſiſtere: potiſſimùm tamen, ſecun- Quo pacto hic ſumitur pax.
da, ac tertia acceptio, videntur intentæ.
Et internam quidem pacem, ſiue quietem, augeri ac multiplicari, precatur apoſtolus: Tum,
ne carnis diuexationes, nos hac in peregrinatione perturbent, noſtris adhuc affectibus non ex-
tinctis, ſed ſæpe tumultuantibus, ac ſpiritui negocium faceſſentibus: quandoquidem, tam etſi ni
Rom. 8. hil damnationis ſunt, ambulantibus in CHRISTO IESV, non ſecundum carnem, ſed ſpiritum:
ſolent tamen, non leuiter ſanctos diſcruciare, & internæ pacis, quæ eſt in CHRISTO, aliquando
non nihil euertere: Tum, ne ſuggeſtionibus ſathanę laceſſiti, & in ſuis membris, ab eo attenua-
2. Cor. 1. ti, & frequenter ſupra vires humanas, ſupra modum afflicti: nubeculam ſerenitati mentis offun
dant, & ita, quapiam ex parte, ab illa fœlici iuſtificatorum tranquillitate deficiant: Sed CHRISTI
pace, eorum in cordibus aucta, ac multiplicata, omnia floccipendant, ducentes delitias, nedum
Act. 5. coram mundo, contumelijs affici, ſed mortem, vltrò geſtientes oppetere: vt vberius pace IESV
CHRISTI potiti, nequeant quouis turbine, ab illius fruitione remorari.
D Felicem verò ſucceſſum, vt in omnibus ob ſecundante Deo, & euẽtum proſperum, in his quę Cur optat fœlicem ſucceſſum.
ſunt, non carnis, ſed ſpiritus: non mundi, ſed Dei: non regni ſathanæ, ſed CHRISTI eccleſiæ (in
Rom. 8. quibus, electi nunquam non ſunt aſſidui, nullamque non nauantes operam, vt ea pro virili pro-
Eſai. 48. moueant) fœliciter concedente; non ſolum omnia, illis (& lapſus quoque) cooperentur in bo-
num: ſed diffluente exundanteque (iuxta oraculum) vt fluuius, pace diuina, & vndiq; eorum cor
Pſal. 127. da replente: videant quæ verè bona ſunt Ieruſalèm: CHRISTI gloriam prouehi: regnum dila-
tari, & in medijs procellarum ac turbinum, charitatem magis incedi: euangelium illuſtrari, quo-
cunq; profundi: & quæ tandem ſuperſunt, diuinas promiſſiones expleri.
Et quanquàm non deerant aliæ, & ſalutandi, & beneprecandi formulæ: non ſolum non im- Sacrę ſalutationes diuerſę.
probatæ gentibus, & hebræis, ſed nec ſanctis: & in diuinis literis ſolitæ: Qualis Booz ad meſſo-
Ruth. 2. Gene. 43. res (Dominus vobiſcum) Et Ioſeph Beniamino (Saluus ſemper ſis, fili mi.) Et Machabęi (Fra-
2. Mac. 1. Iaco. 1. tribus qui ſunt in Egypto: Salutem) Et Iacòbus apoſtolus, (Duodecim tribubus, quę ſunt in di-
ſperſione: Salutem) Hanc tamen, vt auguſtiorem, ſuoq; muneri aptiorem delegit: vt coactis pau
cis, totius euangelij beneficijs (gratia enim & pace, omne ſalutis noſtræ negocium adimpletur)
& à proprijs eorum Authoribus exoratis, tum commodius, ipſe ſuam functionem abſolueret: tũ
vberius ac fœlicius, illi cœleſtes copias participarent.
A Deo patre noſtro, & domino IESV CHRISTO. Sermo græcus eſt anceps, & verti etiam po-
teſt, & dñi IESV CHRISTI. In priori igitur verſione, quæ receptior eſt, attendenda ſunt tria.

Deus, pro tota ſumitur trinitate quę etiã dr̃ pater noſter multiplici rõne.

Primum eſt, quod Deus pro tota ſumitur trinitate, ſicut & ſupra. Quæ hoc in loco, noſter E
dicit̃ Pater, ſicut & in pluribus alijs: Vt Pater noſter, qui es in cœlis: Et Scit pater veſter ꝙ his om Matt. 6.
nibus indigetis: & Quãto magis pater veſter dabit ſpiritũ ſanctum petentibus ſe: Et Vt ſitis filij Luc. 11.
patris veſtri, qui pluit iuſtis pariter & iniuſtis. Luc. 11. Matt. 6.
Dicitur, inquam, pater noſter: non ſolum, creatione ac regimine, quo modo, pater eſt omnis Matt. 4.
creaturæ: nec naturæ tantum ſimilitudine, ac vicinitate, quo modo pater eſt, omnium ſpirituum Iob. 38.
& animarum noſtrarum: ſed adoptione, quo modo pater eſt, omnium electorum: quos digna- Heb. 12.
tur ſpiritu paracleto clamante in cordibus, Abba, Pater: & non ſolum clamante, ſed ius adeun- Galat. 4. Rom. 8.
dæ cœleſtis hæreditatis tribuente: nec modò ius tribuente, ſed arrhabonẽ & pignuſ, vt non lon- Epheſ. 1.
gè poſt Apoſtolus dicit.

Multiplici ſemine regeneramur i chriſto.

Nec ſolum adoptione, ſed regeneratione. Non quidem ex voluntate carnis, aut ex volun- Ioan. 1.
tate viri: ſed voluntate ſua, vt nati ſimus ex Deo. Voluntariè enim genuit nos, verbo veritatis: vt Iaco. 1.
ſimus initium aliquod, creaturæ eius.
Per ſemen euangelij: Nam per euangelium (Paulus inquit) in CHRISTO, ego vos genui. Et 1. Cor. 4.
Petrus. Renati eſtis, non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili: per verbum Dei viui. F 1. Pet. 1.
Per ſemen ſpiritus ſancti, quod quãdiu in nobis manet, non peccamus, nec (vt euangeliſta dicit) 1. Ioan. 3. 1. Pet. 1.
peccare valemus. Per ſemen gratiæ, per quod efficimur deiformes, & cõſortes diuinæ naturæ. Eſai. 5.

Pij ſanctorũ affectus, erga Deum.

Hinc non temerè, gloriantur ſancti. Nunc filij Dei ſumus, ſed non dũ apparuit quod erimus.
Hinc, Deo (vt par eſt) gratias ſemper agunt: Benedictus Deus & pater domini noſtri, qui rege-
nerauit nos, in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarceſcibi-
lem, reſeruatam nobis in cœlis. Hinc certiores facti, de cura, vigilantia, protectione ſui Patris: ꝙ Luc. 10.
illis eſt clipeus, ſepes, igneus murus: ꝙ pilos dinumerat, ꝙ vt pupilla cuſtodit: omnem ſolicitu- Zac. 2.
dinem ſuam, in illum reijciunt. Hinc fauorem eius experti, ꝙ nullius obliuiſcitur, nullum per- 1. Petr. 5.
tranſit, omnibus occurrit, omnes reficit, ditat, exaltat: Experti viſcera dilectionis, copias miſeri-

Sãctorum cõfidẽtia in omnibus.

cordiarum, affluentias munerum, & bonorum omniũ exuberantias: nequeunt de illo ſibi quic- Matt. 6.
quam non polliceri. Quare vt pij filij, illum ſemper accedunt: nunquam non implorant, inter-
pellant, efflagitant, quæ verè pertinent ad pietatem: Vt ſuum, ſcilicet, regnũ promoueat, vt no-
men illuſtret, amplificet: vt in omnibus, eius impleatur voluntas, ſancta, bona, beneplacens,
& perfecta. G

Cur nomen dñi ab apoſtolo, vt plurimũ attribuatͣ Chriſto.

Secundum eſt, ꝙ etſi IESVS CHRISTVS, verus eſt Deus, quemadmodum & Deus, verus eſt
dominus: cum tamen vtriuſq;, Apoſtolus meminit, ſolet ſemper eo pacto diſtinguere. Non ꝙ,
dominus, ſit nomen obſcurius: cum ſemper, tum ſeptuaginta, tum interpretibus alijs, Tetragrã-
mato correſpondeat: ſed fortè ne quis, plures ſuſpicetur Deos, vel dominos. Quandoquidem 1. Cor. 8.
etſi (hominum falſa opinione) ſunt Dij multi, & domini multi, tum in cœlo, tum in terra: nobis
tamen non eſt, niſi vnus, idemq; Deus & dominus.
Et vt ea præter, ad memoriam nobis reduceret IESVM CHRISTVM, eum eſſe: in cuius ditio Heſter. 13.
ne vniuerſa ſunt poſita: cuiq; datum eſt iudicium, omnis carnis, & omnis poteſtas, quod volue- Ioan. 5.
rit faciendi in cœlo & in terra: ſubiectis omnibus ſub pedibus eius. Qui nihilominus & peculia Matt. 28. 1. Cor. 15.
ri cauſa, eſt dominus noſter: quippè qui, eius ſumus mancipia, erepta de tyrannyde ſathanæ: ſu- Luc. 11.
mus eius emptitij, quia redempti eius ſanguine, de condemnatione Dei: ſumus ſuaui illius iugo 1. Cor. 6.
addicti, quos regit in iuſtitia, gaudio, & pace: per legem ſpiritus vitæ, vt ex animo obſequamur, Rom. 14. Rom. 8.
& ſponte, eius mandatis ſubiecti ſimus.

Quæ, & quo pacto, preſtolari debem° à Deo & chriſto.

Tertium eſt, ꝙ ſi gratiæ, paciſq; copias præſtolamur à Deo patre noſtro, neceſſe eſt, vt quæ de H
cent quidem, & pietatem, & munificentiam eius, affluentiſſimè præſtolemur: vt cuiq; tamen fi-
liorum congruit, pro menſura fidei, & dono ſuæ vocationis. Quamuis enim nullus perſonarum Roma. 12.
reſpectus ſit, apud Deum: quamuis ſingula, æqua lance diſpenſet: vt cum, in hoc quidem ſeculo
tum verò in futuro, in verè ſit filijs, & in ſingulis, & in omnibus omnia: ſicut tamen, manſiones 1. Cor. 15.
in cœlo ſunt multæ, & in corpore ſunt membra diuerſa: ita conſilio ſuæ voluntatis, in filijs varia Ioan. 14.
decreta ſunt munera, quemadmodum & officia: vt eo pacto ſit eius regnum, & ordine conde- Rom. 12. 1. Cor. 12.
centius, & varietate venuſtius.
Rurſum, ꝙ ſi à domino IESV CHRISTO dignãdi, eiſmet muneribus ſumus, profectò aliquid
minoris vbertatis, profuſionis, excellentiæ, fas non eſt expectare: quãdoquidem, præter id quòd
rex eſt regum, & dominus dominantium, cui nihil non præclariſſimum congruit, tanto impen-

Ardor amoris Chriſti erga electos.

dio nos conduxit, & de faucibus orci, tam valido marte, detraxit, vt nequeat non habere gratos,
& pleno corde non complecti: Imò tam ingens eſt in nos, ardor amoris, vt non patiatur vocari Apoc. 19.

A nos ſeruos,ſed prædilectos amicos,quibus ſua omnia ſint verè communia.

Et quanquàm cõſentiunt voluntas Dei patris, & CHRISTI: quanquam vna eſt collatio, & idem munus amborum:nihilominus in Deum, ceu in primũ fontem, & in CHRISTVM, vt in pelagus,in quod vnicè fons dimanat:munus quodcunque reducimus, vt eo hauriant omnes. Siquidem Deus optimus maximus:ideò naturam noſtram aſſumpſit,vt in illam plenitudines gratiarum,munerum, ac omnium perfectionum transfunderet: & in eam theſauros & cornucopias,cœleſtium diuitiarum reconderet:Vt ex ipſo,& in ipſo,bonis vniuerſis potiti, tandem conſummata fœlicitate beemur.

In poſteriori autem verſione,quæ arcanis eſt,longè preſtantior:non ſegniter attendendum, quòd perſpicue ex illa edocti ſumus:eundem prorſus eſſe Patrem & Deum, CHRISTI, & om-
Ioan.20. nium noſtrum. Id,quod in cœlum aſcendens,atteſtatus eſt. Aſcendo ad patrem meum,& pa- Prima Trinitatis pſona.
trem veſtrum,Deum meum & Deum veſtrum. Quam obrẽ, & ſi Trinitas, vt præmiſſum eſt, Deus & pater noſter eſt: peculiariter tamẽ, eſt & prima in Trinitate perſona: Quæ ſola pater eſt CHRISTI, ante ſecula preordinati,prout ſuo loco dicetur.

1.Petr.1. B Ergò,ſi acutius rem perſpicimus:non tantùm, eam in gratiam erecti ſumus, vt ſimus IESV CHRISTI fratres,ac Dei filij: tum adoptione,tum regeneratione,quemadmodũ explicauimus: ſed & modo quodam,natura. Quandoquidem ſicut Diuinæ Triadi congruit adoptare, ita Primæ illius perſonæ,proprium eſt natura filium gignere. Cui planè veritati, eò lubentius ſubſcribetur,ſi perſpectum fuerit,nos tam arctè,tãque intime IESV CHRISTO connecti, vt nequeamus illius filiationis non eſſe participes.

Heb.7. Et præter id, ꝙ non minus in eius lumbis,ab initio fuimus, quàm Leui in lumbis eſſet Abrami,& homines in lumbis primi Parentis(tam etſi,hi erant in lumbis carnis,ex carne ſuo tempore geniti,nos in lumbis ſpiritus,ex ſpiritu pariter generati) In ipſo, vt palmites ſumus inſerti: vt
Ioan.15. ex illo & nobis,vna ſit vitis.In ipſo,vt membra colligati: vt ex illo velut ex capite, & nobis velut
1.Cor.6. ex membris,ſit vnicus CHRISTVS. In ipſo ædificati:vt ex illo,ſicut ex fundamento,& nobis,ſi-
Epheſ.2. cut ex lapidibus viuis,ſubſiſtat vna domus ſpiritualis: in qua mirum in modum habitat Deus. Fit
1.Pet.2. 1.Cor.3. vnum templum: in quo nunquam non offeruntur Deo laudes,& ſpirituales hoſtiæ. Vnum ta-
Apoc.21. C bernaculum,in quo iugiter exuberant propitiationes,& gratiæ.
1.Ioan.20. Hinc nomina ſunt communia: Agnus, Ouis, Lapis, Mons, Iudex, Lux mundi: Denique,
Ioan.20. Eſa.53. CHRISTVS, & filius Dei viui. Commune officium, aduocandi, interpellandi, pro inuicem ſeſe Cões appellationes ſanctorũ & Chriſti.
1.Cor.10. offerendi,& animam exponẽdi: Communis locus,vt vbi ipſe eſt,& nos ſimus: Eadem ſedes, ea-
1.Petr.2. dem charitas hereditas,vita: Idem ſpiritus,eędem opes,gratiæ,merita,paſsiones,mors, reſurre-
Pſal.114. Eſa.2. ctio,triumphus,regnum & gloria.

Ioan.8. Matth.5. 1.Cor.12.

Obſeruationes huius partis.

Matth.16. Obſeruandum,ex nomine Gratiæ: Ne oblatam nobis à Deo reijciamus: ſed ad illam,toto pe-
Oſee.1. ctore ſuſpiremus, ac precibus flagitemus: atque eam Dei clementia aſſecuti, muneri noſtro, nõ
Ioan.17. deſinus: Sed quemadmodum Diuino fauore,munere,beneficio,nunquam ſumus vacui: ita cõ- Gratia flagitanda à Deo.
Apoc.3. tẽdamus ꝑ virili,ne vnquã noſtris proximis,in his maxime,quæ charitatis ſunt, nõ ſimus ꝓpenſi:

Ex nomine Pacis: Vt reconciliati Deo,& fratrum iniuriarum obliti,tranquillã eum Deo, ac Succeſſus expetẽdus ſemper in his ꝙ ad Deũ ſunt.
D proximis, vitam viuamus: & in his,quæ ſpiritus ſunt, proſperum ſemper ſucceſſum optemus, ac procuremus: Sub cura Dei patris,& Domini IESV CHRISTI.

Quibus ſemper,omnis honor,& gloria. Amen.

Prior Epiſtolæ pars,in ſex partes diſſecta: In quibus explicantur precipua ſacramenta fidei. Et prima ſectio eſt in verbis ſubſcriptis: Quę ſunt veluti Thema,explicandum,in hac priori Epiſtolę totius parte.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, *qui benedixit nos, in omni, benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in* CHRISTO, *Sicut elegit nos in ipſo ante fundamenta mundi, vt eſſemus Sancti, & Immaculati, coram illo, in charitate*

Summa & intentio Textus præſcripti.

Quoniam Epheſiorum eccleſia,cũ Apoſtoli ſolicitudine, tum Dei miſeratione, fidem ne- Profectus Epheſiorũ Eccleſię.
Heb.7. dum receperant,ſed conſeruauerant,ſenſuſque habebant exercitatos,ad diſcernendum bonum
1.Cor.2. &malum,& capaces euaſerant ſermonis abſolutæ iuſtitiæ: opus non erat, amplius illis ſubminiſtrare lac potum,aut fundamentum iacere pœnitentiæ,ab operibus mortuis,fidei in Deum, doctrinæ,baptiſmatum,iudicij, ac reſurrectionis: quibus catechizãtur rudes, & paſcũtur infantes:

Sed

Sed opus erat ſolido cibo, libereq́; illis ea potuit ſapientia detegi, quam Apoſtolus loquitur cũ perfectis, quam nemo Principum, huius mundi cognouit, quam Deus, ſua in nos, bona voluntate, prædefiniuit, noſtram in gloriam, antè ſecula. E 1.Cor.2.

Quamobrem mirum non eſt, ſi multis hic ſcatet arcanis, & latẽtioribus refectus eſt ſacramẽtis. Imò (vt aliquibus placet) hic potiſsimum, tradita ſunt, ea difficilia intellectu, quæ Apoſtolus Petrus, à multis aſſerit deprauari, ad ſuum ipſorum interitum & perditionem. Et verè (ſi non fallor) nullibi Paulus, eſt tam ſublimis, nullibi ſecretorum, quæ imbibit, ad tertium cœlũ raptus, tam liberalis: vt ſuis locis videbitur: Et quanquam Gentibus ſcribit, hebræorum tamen ſcribẽdi ritum, non exuit. Et in hoc maximè quod eis familiare eſt: Rei ſcilicet, quam ſcripturi ſunt ſummam, quaſi thema præponere, & deinceps ad ordinẽ rei geſtæ, quibus conſilijs, quòue pacto fuerit geſta reuerti: egerentes quod præſumpſerunt, ac numeris omnibus abſoluẽtes: quemadmodũ videre licet, in Moſe, in Dauide, & multis ex Prophetis.

Epiſtola hęc continet multa difficilia intellectu. 2.Cap.3. 2.Cor.12.

Hunc ergò morem, Paulus æmulatus, ſeruat ferè in omnibus Epiſtolis ſuis. Vndè ſicut in Epiſtola ad Romanos, loco Thematis ſumpſit (Euangelium, virtutem eſſe in ſalutem, omni credenti, & Iudæo primùm & Græco: vt in quo reuelatur iuſtitia Dei, ex fide in fidem: ſicut ſcriptũ eſt, Iuſtus ex fide viuit) quod poſtmodũ, tota illa Epiſtola digeſsit & abſoluit: Ita in præſenti, vt Thema, ſi non totius epiſtolæ, prioris tamẽ, & potioris eius partis, ſunt verba præſcripta. In quibus, Gratias agit Deo, & patri: eò q; ob dilectionem ſuam, erga nos (qui eramus maledicti, ac condẽnati in Adamo) omni ſpirituali benedictione, locupletauit in CHRISTO: in hac vita largiendo primitias, & in ſupercœleſti reſeruando copias & vbertates: Quemadmodum & in eodem CHRISTO, nos locupletãdos elegerat, ante cõſtitutionẽ mundi: ob eandẽ erga nos dilectionẽ Vt tandẽ, cũ hic, tũ in ſupcœleſtibus, eſſemus ſancti, & inculpati corã eo. Sed ſingula videamus. F

Enarratio Thematis prioris partis Epiſtolæ.

Quo pacto nos benedicimus Deo. & præſertim electi.

Benedictus Deus. Non eo pacto benedicimus Deo: quo Deus benedicit nobis. Nos quidem 1
benedicimus Deo: Vel cum ſuæ fœlicitati congratulamur, ſicut & Melchiſedech ob victoriam, 2
benedixit Abramo: Vel cum eius magnalia confitemur, ſicut poſt ſalutationem, Eliſabet bene- 3
dixit Mariæ: Vel cũ ſuo regno benè precamur, ſicut Iſaac benedixit Iacòbo: & parentes, in receſſu benedixerunt Rebeccæ: Vel cum, acceptis pro beneficijs, grates perſoluimus, Sicut Saul, haſta, ſcyphoq; receptis, benedixit Dauidi: & Dauid muneribus oblatis, Abigail. G Geneſ.14. Lucę.1. Gene 27. Gen 24. 1.Re. 24. & 25.26.

Et licet Deus noſtrarum benedictionum nõ egeat: licet in cœlo, & in terra: in mari & abyſſis, nunquam non benedicatur, & à creaturis alijs, nunquam non commendetur: flagitat tamen pietas, flagitat charitas, religio gratitudo: vt filius congaudeat patri, amicus congratuletur amico, Deo ſacratus, ſuiſq; muneribus locupletatum laudum hoſtias reddat, tũ debitas gratias agat. Apoca. 5.

Et quanquàm hæ benedictiones ſunt familiares electis. quanquam eis omnibus, benedicat Paulus, omnibus Petrus, Zacharias, Dauid, Angeli in cœlo, Pueri in fornace, Eccleſia in hac peregrinatione: omnes tamen propriæ conditionis conſcij, & in dies diuinas liberalitates experti: nequeunt, quicquid boni ſunt, in illam (vt par eſt) non reijcere, & ob id, cum frequentius, tum cumulatius, pro muneribus gratias agere. Id, quod Apoſtolus, non tam hic, quam in omnibus ferè, epiſtolarum exordijs, obſeruare curauit. 1.Cor.1. Luc.1. Pſal 103. & 148. Daniel. 3.

Quo pacto hic Paulus benedicat Deũ. maxime vt patrem.

Et pater domini noſtri, IESV CHRISTI: Quanquam & hoc loco, Dei nomine, Trinitas intelligitur: non immeritò tamen, & ſeorſum benedictus eſt Pater. Non ea tantùm de cauſa, vt apertius in Arcanum perſonarum attraheret, aut vt affectum, in nobis filiorum, incẽderet: Sed quia (tam etſi, ex ſumma ac indiuidua Trinitate, gratiæ, benedictiones, munificentiæ, ceu è perenni ac exuberanti fonte dimanant) ſicut tamen, Prædeſtinare, vt dicebatur, ex perſonæ proprietate, ſubſcriptum eſt Patri: ita & prædeſtinatis, eidem ſubſcriptum eſt benedicere: cum illud ſpectet ad adoptionem, iſtud pertineat ad hæreditatem: quam potiſſimùm, hac in ſpirituali benedictione comprehendit. H

Cur non dictum eſt, Pater verbi, ſed Chriſti.

Nec caſu, dictum non eſt, Pater Verbi: quandoquidem, licet idem prorſus ſit, Verbi pater, & CHRISTI: ſicut tamen Verbum, naturam non includit humanam: ita & Verbi pater, non exprimit, niſi generationem, in natura Diuina. Ergo, ne origo paternæ in nos benedictionis, eſſet obſcura: Pater IESV CHRISTI, explicatus eſt. Quemadmodum enim, Patri ſolius Verbi, opus non eſt, filijs adoptionis, aut participibus proprię hęreditatis quippè qui, nos tantùm, in aſſumpti hominis gratiam, obſequium, delicias, imitationem, expreſsionem adoptat: ita opus non eſt, vt in ſuam hæreditatem, pariter benedicat: Quod duntaxat, ea ratione, factum Roma. 8.

eſt,

A eſt, vt ſicut ille primogenitus eſt inter fratres: ita in regno hēat colıęredes. Quia ergo aſſumptio-
ne humanæ naturæ, non tam, Verbum factum eſt homo, quam Verbi Pater, Pater factus eſt ho-
minis: perſpicua eſt, in nos paternæ benedictionis origo.

Verum, cum Pater dicitur, non tam verbi, quam hominis, hoc eſt, verbi noſtram naturam ac
cincti, putandum nō eſt, quòd noua interueniat, patris generatio: ſed quòd æterna facta ſit am-
plior, & modo quodam, fœcūdior. Licet enim in CHRISTO, duas fateamur origines, duas ge-
nerationes, duas natiuitates, diuinam ſcilicet, & humanam: hac tamen, filius eſt Virginis, quia
Matt. 1. eius ex ſanguinibus, ſancti ſpiritus opificio, æditus: filius Abrami, Dauidis, Salomonis, & aliorū
Luc. 3. patrum, ſicut plenius Euangeliſtæ recenſent: ſed illa filius eſt, duntaxat Dei viui. Nam cum in
Deo, res nulla ſit tranſiens, nulla ſuccedens: neceſſe eſt, nunquam labi, nunquamuè deſinere ge
nerationem Dei. Ergo neceſſe eſt, vt tam etſi, verbum nunquam eſt non genitum, nunquā non — Verbum Dei
abſolutum, & perfectum: ſemper nihilominus generetur, et nunquam à ſua origine abſoluatur. — & ſi ſemper
Ergo neceſſe eſt, Verbum & generari, & ſimul naturam noſtram aſſumere: imò neceſſe eſt, vt — eſt perfectū,
ipſa aſſumptio, nonnulla ſit generationis ampliatio. — ſemper tamē generatur.

B Si enim cum generatur Verbum, natura noſtra, in verbi perſonam attrahitur, & in eadē ſub-
ſiſtentia, eo vſque, diuinæ naturæ coniungitur, vt vnus idemq́;, verè ſit, Deus & homo: detrecta-
ri non poteſt, quin humanitatis aſſumptio, aliqua non ſit, diuinæ generationis extenſio. Quan
doquidem ex perſonæ ſingularitate, & naturæ vtriuſque connexione: illa generatio, quæ tātum
terminabatur ad verbum, in natura Diuina: in ipſa aſſumptione, terminata eſt, ad verbum, etiā
in natura humana: Vt ſicut ante naturam indutam, æterna generatione, verbum dictum eſt ge-
nitum, ita illa recepta, eadem generatione, genitus dictus eſt homo.

Nec tranſeundum, ꝙ non temerè additum eſt (Domini noſtri) Quippè quòd, præter ea quæ — Cur additū eſt Domini noſtri.
ſupra attacta ſunt, factum eſt, vt facilè concipiatur, ꝙ tam etſi, diuina paternaque benedictione,
euecti ſumus in fratres, & cohæredes: id tamen, non ſolùm, non eſt, in primogeniti præiudiciū.
non ſolùm in illius principatus iacturam: ſed vt quicquid, præſtantiæ, nacti ſumus, totum bene-
placito ſuæ voluntatis, feramus acceptum: Quandoquidem, ipſe eſt, dominus noſter: penès quē
tantùm eſt, vt libet, diſponere de mancipijs, empticijs, ac ſuis obſequijs deputatis.

ἐυλογήσας *Qui benedixit nos.* Græcè, participium eſt actiuum, tēporis præteriti, & indicatiui modi: Quod
C exactius redderetur, vel mutato Verbi genere (à quo benedicti ſumus) vel mutato verbi mo-
do (cum benedixerit nobis.) Sed hoc eſt parui momenti: Et tantùm eam ob rationem nota-
uimus: vt euidentius percipi poſſit, ideò Apoſtolum benedixiſſe Deo, & Patri: quòd pridem in
nos benedictiones, erant ab eo profectæ: & ob id, benedicendo potiſsimum (vt tangebatur) gra
tias retuliſſe. At præſtat, vt videamus, quid nam ſit, benedicere Dei & Patris: quemadmodum vi
Geneſ. 1. dimus, quid ſit, nos benedicere Deum, & Patrem.

Cum enim, dicere Dei, ſit facere (nam dixit, & facta ſunt) neceſſe eſt, vt eius benedicere, ſit — Quo pacto bñdicamur, à Deo. eſque multipſe.
Gene. 9. benefacere, ſit fortunare, locupletare, celebrē reddere, beare, & omni fœlicitate obruere. Hunc
Iob. 44. in modū, benedixit, Noemo, Iobbo, Abramo, Ioſepho: quos diuites fecit, & bonis plurimis ho-
Gene. 22. neſtauit. Hunc in modum benedixit, Sabbato, Populo Iſraelis, Templo Salomonis: quæ diuino
Geneſ. 39. beneficio, reddita ſunt illuſtria. Hūc in modum, in dies benedicit Sanctis, in omni benedictio
Geneſ. 2. ne ſpiritus, qua, cum in præſenti, tum in futuro, beati ſunt, & fœlices.
Pſal. 109. & 115.
3. Reg. 9. Pronomen, Nos, exprimit quidem prædeſtinatos, ſicut ex ſequentibus conſtat: ſed ex Genti-
bus maximè, quibus ſcribit: & quia eſt Apoſtolus Gentium, ſe illis adiūgit. Nec quidem fruſtra
D cum longè crederentur à benedictione Dei: quippe quæ, non ſolum filij erant iræ, ſicut & cęte-
ri, in primo homine maledicti: ſed præ cęteris, maioribus ſceleribus irretiti, & nefandis impieta
tibus excæcati. Ergo, Deum & Patrem, nos benedixiſſe, eſt electas Gentes, beneficijs proſequu- — Gentes lōge à Deo.
tum fuiſſe: illas locupletaſſe, illuſtres reddidiſſe, & omnibus ſpiritualibus bonis cumulaſſe: vt
Apoſtolus immediatè ſubiungit. Et quoniam indiuiſa eſt, benedictio Dei & Patris, ideò, tā etſi
amborum ſeorſum mentio facta eſt: verbo tamen, ſingularis numeri, expreſſa eſt.

1. Cor. 7. *In omni benedictione Spirituali.* Hoc eſt, in omni beneficio, copia, ſplendore, diuitijs, gloria: nō
Rom. 7. carnis, (vt quæ mundus pollicetur, & fallit: vt quæ pollicebatur lex, ſed propter carnem, imbecil
Roma. 8. lis facta, non præſtitit) ſed ſpiritus, vt & quę ſunt ſpiritus curent. Hęc ſpiritus benedictio, Genti-
Gene. 12. bus promiſſa eſt, in Abramo: adumbrata, in Iacòbo, denunciata nō ſemel à Prophetis, & tādem, — Electorū benedictiones, hic inchoantur, in ſupercœleſtibus autē pficiuntur.
Gene. 27. exhibita illis, in CHRISTO: & in ipſo, hęreditario iure poſſeſſa.
Eſa. 61. & 60.
Iere. 16. *In cœleſtibus.* Tametſi, ſpiritu ſancto perfuſi, & illius donis ac fructibus, (etiam dum ſunt in
Malac. 1. carne) ſuo tempore ditentur electi: vt carni quidem non ſeruiant, imò vt quæ ſunt carnis, oppu-
Roma. 8. gnent,

BIBLIOTECA ... VITTOR ...

gnent,ſatagentes illius affectibus exui,& vnicè Deo & Patri in IESV CHRISTO, viuere: quia E
tamen,theſaurum geſtant,in fictilibus vaſis, nec dum apparet quod erunt: non immeritò, hic 1.Cor.4.
dicuntur habere primitias,arrhabonem, & pignus:& in ſupercœleſtibus (ita ſonat litera græca) 1.Ioan.3.
præſtolari copias, & ſatietates. Quando tandem rapientur obuiam CHRISTO, & mortale, in- ἐν τοῖς ἐπουρανίοις
duet immortalitatem,& corruptibile incorruptionem:cõfigurati corpori claritatis eius, & por- 1.Theſ.4.
tantes imaginem,cœleſtis Adami:vt tandem vbi eſt corpus,& ſint,& depaſcantur aquilæ: & in 1.Cor.15.
membra omnia, affluenter à capite, omnis plenitudo, exundet. Philip.3.

In CHRISTO. Non ſolum,ſic habet textus latinus, ſed & ſic legunt Hieronymus & Theo- 1.Cor.15. Luc.17.

In, Hebræis ponitur loco, per.

philactus,tametſi,præpoſitio,in textu græco,qui hoc tempore circunfertur, abundat. Si admitti
tur ergo,præpoſitio,ſicut planè admittenda videtur,& ea,loco per,abutamur:res eſt manifeſta.
Quandoquidem nemo eſt,qui dubitet,omnem ſpiritualem benedictionem, contingere nobis
à Deo & Patre,per CHRISTVM, Mediatorem, Aduocatum, Propitiatorem, Pontificem. Sed

Deus nos benedixit in Christo, ſed exiſtens in Christo.

ſi,in,vt iacet acceptetur,anceps remanet ſenſus: propterea ꝙ intelligi poteſt: Et ꝙ Deus & Pa-
ter,benedixit nos,exiſtens in CHRISTO, quemadmodum,& nos ſibi,reconciliauit,in eo(Nã F
Deus erat in CHRISTO, mundum reconcilians ſibi)Et quòd Deus,& Pater, benedixit nos,nõ
quidem in nobis, ſed nos benedixit in CHRISTO: hoc eſt: exiſtentes in eo: profectò vt palmi- 2.Cor.6.
tes exiſtunt in vite, & membra (vt ſæpe dictum; eſt) exiſtunt in corpore. Vterque ſenſus eſt ve- Ioan.15.
rus,& ſacramentis ſcatens.

Et Prior,quidem inſtruit, Non ſolùm, ꝙ Pater eſt in filio, ſubſtantialitate naturæ: quemad-
modum,& filius pariter eſt in Patre, prout aliquando increpati fuerunt Apoſtoli: Non creditis
ꝙ ego in Patre, Et Pater in me eſt? Non ſolum, ꝙ ambo ſunt in inuicem, mutua inhæſione amo- Ioan.14.
ris,vt facilè omnibus liquet: Sed ꝙ Deus & Pater, cum benedicit nobis, quodã peculiari modo,
exiſtit in CHRISTO: hoc eſt: vt proprio in templo, vt electo in tabernaculo, vt ſuo in propitia
torio: In quorum vmbris, in lege etiam, benedictiones dabat. Hinc in Apocalypſi, CHRISTVS Apoc.21.
dictus eſt Templum, In Pſalmis Tabernaculum, Et propitiatio in Apoſtolorum Epiſtolis. Pſal.18. Rom.3.

Poſterior admonet, Nõ ſolum, nos in CHRISTO, omni ſpiritus benedictione potitos, quip 1.Ioan.2.

Miro modo i Christo exiſtentes benedicimur à Deo, & Patre.

pè qui vnum effecti ſumus cum eo, cui datus non eſt ſpiritus ad menſuram: ſed ꝙ vna, eademq; G
amborum eſt benedictio. Sicut enim in Adamo, omnes ſumus, vna maledictione damnati, ita
in CHRISTO, omnes euaſimus, vna benedictione, fœlices. Putandum enim CHRISTVM totũ,
hoc eſt, membris integrum, benedictum à Deo & Patre, ita tamen, vt ex ipſo, velut ex capite,
in nos membra benedictio diuina redũdet: Quemadmodun Adamum, omnibus cum poſteris,
condemnatum, eo pacto, vt ex illo, ſinguli maledicti ſimus.

Cum enim, arctior neceſsitudo, non ſit, inter poſteros & Adamum, quàm inter electos &
CHRISTVM (quandoquidem, ſicut illi, in lumbis carnis, vt tactum eſt, præſunt in eo, ita iſti in 1.Cor.15.

Collatio membrorũ Christi, & Adami.

lumbis ſpiritus, præſunt in CHRISTO: & ſicut ex illo, progignuntur in animam viuentem, ita
ex iſto, refinguntur in ſpiritum viuificantem: & ſicut inter illos, vincula ſunt membrorum & ca
pitis, iuxtà carnem, ita inter iſtos, connexa ſunt membra cum capite, ſed ſecundum ſpiritum &
dilectionem: nec validior eſt, culpa, quàm gratia, delictum quàm donum, condemnatio quàm Rom.5.
iuſtificatio) Planè non detrectabitur, vt quemadmodum illis, communis eſt maledictio Adæ, ita
& iſtis, communis ſit benedictio CHRISTI.

Christus vt caput ſine membris eſſe non poteſt.

Et quanquam CHRISTVS ex ſe, electorum non eget: quanquam illis excluſis, ſicut poteſt,
ſpiritu, gratia & iuſtitia, ita & poteſt, benedictione, repleri: Vt caput tamen, ſicut ſine membris,
eſſe non poteſt, ita nequit, quouis dono, ſine membris donari. Non quòd opus ſit, vt quàm pri- H
mum, dona in quæuis membra diſtillet, ſed quia, ea accipit, vt nactus oportunitatem, vnicuique
(vt par fuerit) illa diſpertiat.

Et vt res, omnibus ſit illuſtris: illa Dei benedictio, habeatur præ oculis, quam CHRISTVS,
merito ſuæ paſsionis obtinuit: quoniam & de illa, hic intellexit Apoſtolus, Ea nanque, non ſo-
lùm, nobis adeptus eſt, reconciliationem cum Deo: non ſolùm iuſtificationem coràm illo: ſed
& gloriam, & ob id, fœlicitatem perpetuam, in domo, & dextera eius: In quibus totius benedi-

Christus, ſua paſsione, adeptus eſt gloriam non ſolùm ſui corporis naturalis, ſed myſtici.

ctionis, noſtræ, ſumma conſiſtit, Non enim putãdum eſt, CHRISTVM, ſua paſsione adeptum,
ſolùm gloriam, ſui corporis naturalis: ſed, & maximè, gloriam, ſui corporis myſtici. Vndè, & in
reſurrectione à mortuis, quandò ex vtero Auroræ, iuxta verbum Prophetæ, proceſſit: in ſplen- Pſal.109.
doribus ſanctorum, hoc eſt, in gloria, & ſplendore omnibus communicandis Sanctis, proceſ-
ſit: ſicut alibi, proſequuti ſumus. Ioan.1.

Nam ſicut CHRISTVS, in Natiuitate carnis, ita natus eſt, plenus gratia, & veritate, vt ex illa,

hac

A hac in peregrinatione, ditarentur omnia eius membra: ita & in regeneratione ſua, ex mortuis, ſic refulſit, gloria & ſplendore, vt ex illis, refulgere poſſent, eorũ in regeneratione, omnes Sancti. Propter quod, & illius morte, & reſurrectione: non modò ingredi valemus, ſanctorum Sancta, cœleſtia, ex teſtimonio Pauli: ſed & ad cœleſtem hæreditatem introduci, ex aſſertione Petri: Et Lucerna, cœleſtis Ieruſalem, non eſt, Sol naturę, ſed Iuſtitiæ: quoniam Agnus eſt, qui fuit occiſus, ex ſententia Euangeliſtæ. Cuius ſplendore, Sancti (qui in illa lucebunt vt ſtellæ, non ſolùm, reddentur illuſtres, ſed & lucis illius, in qua tenebræ, non ſunt vllæ, perpetua viſione, beati. Sed de his inferius locupletius.

Hebr. 10. 1. Cap. 1. Malac. 4. Apoc. 21. Dani. 12. 1. Ioan. 1.

Sãcti in regeneratione fulgebũt gloria Chriſti.

Denique, non transeundum, q etſi benedictio, in CHRISTO exhibita, à Deo & Patre, in electis, ex tempore recepta eſt, in Deo tamen (non ſecus ac gratia, de qua alibi teſtatur Apoſtolus, q illis in CHRISTO, ante tempora ſecularia, data eſt) ab æterno eſt. Cum enim, Deus ſit immutabilis, ſemper eiuſdem cognitionis, & voluntatis: neceſſe eſt, vt quicquid, in quouis tempore exequutioni apud nos traditur, illius ordo, diſpoſitio, deliberatio, propoſitum, definitio, & omne quod ad eius conſiſtentiam pertinet, in diuina mente præcedat. Vndè, & negocium noſtrę ſa-

B lutis, totum ab æterno definitum eſt, tametſi præfixis temporibus reuelatum: de quibus nihilominus & ab æterno conſtitutum eſt.

Titum. 1.

Bñdictio Dei æterna.

Verum ſi cui, prępoſitio, hoc in loco, non quadrat: intelligentia erit apertior: Quandoquidẽ facilè edocebimur, electos CHRISTO à Deo & Patre, ideò benedictos, quia eius in gratiam, fauorem, & gloriam: ſpiritus copijs facti ſunt locuplètes: hic quidem ex parte, & in ſupercœleſtibus, totius hæreditatis poſſeſſione: vt cuiq; facilè eſt intelligere.

Sicut. Nota eſt, non tam comparationis, q̃ explanationis. Et ſi ſermo ſit, de benedictione, in electis recepta ex tempore: ſenſus manifeſtus eſt. Quòd ita, ſcilicet, illos benedixit Deus & Pater, in certo tempore huius mundi, in omni benedictione ſpirituali, in ſupercœleſtibus in CHRISTO: quemadmodum antè conſtitutionem mundi, elegit illos benedicendos, in eo. Si verò placet, de benedictione, illis in CHRISTO definita & ab ęterno à Deo & Patre donata, ſenſus nihilominus perſpicuus eſt: Quod videlicet, ita benedicti ſunt, ab æterno, in CHRISTO, à

C Deo & Patre, in omni ſpiritus benedictione: quemadmodum ab æterno idem Deus, & Pater, elegit illos benedicendos, in eo. Et licet, primus ſenſus, ſit intentus, ſecundus tamen, cum ſit verus, non erit excluſus.

Vtro verò quis dixerit, euidenter oſtenditur, Gentes non temere, diuinis his benedictionibus impartitas, vt forſan à nonnullis Iudæorum, inſimulari potuit. Propterea, quòd promiſſionũ ſpem, non habentes, & ab Iſraelis ciuilitate ſecluſæ. videri poterant adiectitiæ, & velut teſtamentorum hoſpites. Sed licet, ex Iudæorum perfidia, plurimi, ex oliua, fracti ſint rami, & eorum in locum, ſubrogatæ ſint Gentes: licet, illorum deſtitutione, ditatus ſit mundus, & eorum delicto, ſalus ſit Gentibus parta: ſicut tamen, ab ęterno, hæc non fugiunt cognitionem Dei, ita non fiũt ſine illius voluntate. Et quanquã, peccata ſola permittit: quæ tamen peccatorum efficit occaſione, intenta & electa ſunt. Verùm de his, forſan inferius affluentius.

Romã. 11.

Multa à deo intenta ſunt, ex occaſione peccati.

Oſtenditur quoq;, ſpiritus benedictiones, eatenus eſſe diſtributas: vt (tametſi nulli electorũ, deeſt ſpiritus plenitudo: tam etſi CHRISTVS eſt in omnibus omnia) ſeruetur nihilominus mẽ-

D brorum diſtinctio, varietas munerum, & diuerſitas manſionum: iuxta formam electionis diuinæ, ſingulis diuidentis, vt vult.

Elegit nos. Electio (vt etiam philoſophi tradunt) opus internum eſt, voluntatis: optionem habens, & omni parte liberum. Quod cum rectum eſt: non caſu, ſed prudentia rectum eſt. Qua de re, Electio recta, non ſolum, poſt maturum prouidumque conſilium eſt: non ſolùm, poſt iudicium cautum & circunſpectum: ſed poſt mandatum, clarum, reſolutum, & immobile intellectus, eſt: in quibus, Prudentiæ ſumma conſiſtit.

3. Ethico. 6. Ethico.

Electio quid ſit.

6. Ethic.

Et quanquàm in nobis, hæc omnia, res ſunt diuerſæ, eò q alia res à mandato, electio eſt, alia à iudicio, & conſilio: & conſilium pariter, aliud eſt à mandato: Propter quod, & tres ſtatuerũt habitus, quibus Prudentia conſtitueretur, Eubuliam, Syneſin, Gnomin: Licet eorum, nullus, in nobis ſit ſine defectu: Propter quod ſcriptum eſt, Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ, omnes, prouidentiæ noſtræ: In Deo tamen, in quem, hæc inferiora reducimus, omnia penitus ſunt indiuiſa: Eò q quicquid eſt in Deo, eſt Deus: Omnia vnus, ac ſimpliciſſimus Actus, expertia omni defectu, & longè à quauis imperfectione.

Sapien. 9.

Partes, prudẽtiæ.

Quicqd eſt in Deo, eſt Deus.

Et licet: res ita ſe habeat: Licet in Deo, vniuerſa ſint vnum, omnia Actus purus, & ſimplex: nõ tamẽ prohibetur, quin ſimplex illud, præmiſſis omnibus ęquiualeat: Imò ea omnia locuple-

tius

tius cótinet, & officia ſingulorum, eo prorſus modo, ordine, ratione (imperfectum ſemper abijcio) ac ſi diſtinguerentur, exercet. Igitur & in Deo, electio, opus eſt diuinæ voluntatis: & ſicut fa- E
temur illud eſſe liberrimum, ita non dubitamus fore rectiſsimum. Quare conſequatur oportet, vt non ſolum Deus eligat, maxima libertate ſuæ voluntatis: ſed accuratiſsimo conſilio, & iudicio, ſui prudentiſsimi intellectus.

Electio in Deo liberrima & prudētiſsima eſt multiplex.

Et quamuis in Deo, aſsignari poſsint, plures electiones, quemadmodum, plures aſsignantur, notitiæ, & voluntates: modò tamen, ſatis erit animaduertere, ꝙ tametſi, ea de electione, Apoſtolus loquitur, qua, cum eſſemus in Prothoplaſte damnati, Dei, gratia & miſeratione, ſumus electi in CHRISTO, releuandi per illū, ac locupletandi, omni cœleſti benedictione: & per hoc in filios reſtituendi, & rurſum ad hæreditatem reuocandi: Non obeſt tamen adnotaſſe, eam à nonnullis tradi diſtinctam: eò ꝙ aliquam eſſe putant ad tempus, aliquam abſolute. Siquidem ad tēpus electus eſt Iudas, Domino atteſtante, Nonne duodecim elegi, & vnus ex illis, diabolus eſt? Ioan. 6.
Nam cum, ad apoſtolicam ſit, functionem accitus, & eò loci, inter duodecim computatus, in quem Mathias, poſtmodum eſt ſuffectus: abſurdum non reputabitur, ſi pariter ad cœleſtes be- Acto. 1.
nedictiones, aſſeratur aſcriptus. Abſolutè autem electi ſunt reliqui, quorum nullus perditus F Ioan. 17.
eſt, vt idem Dominus dicit.

In illo. Proculdubio CHRISTO. Et quanquam hæc portio, eaſdem conſiderationes ſubeat, quas portio, in CHRISTO, præmiſſa (Eò ꝙ exponi poſſet: Et per illum, hoc eſt, eius merito, & interuentu: Et ꝙ Deus & Pater, elegit nos, in illo: Non dicam, vt in templo, tabernaculo, propitiatorio, quandoquidem etſi hæc benedicenti conſentiunt: eligenti tamen non quadrant: ſed vt, in Sapientia, Iuſtitia, Poteſtate: Siquidem CHRISTVS Dei ſapientia, Dei virtus, Dei iuſtitia 1. Cor. 1.
eſt, quæ maximè, rectæ electioni congruerent) Sed euidens eſt intentio Pauli: Quòd ſcilicet, icircò à Deo & Patre, electi ſumus, vt benedicamur in CHRISTO, & ſanctificemur per eum: quemadmodum maledicti, & impij euaſimus in Adamo: potientes in illo plenitudine benedictionis, & ſanctitatis, ſicut in vite palmites, alimento potiuntur vitis, & membra in corpore, perficiuntur influentia capitis.

Quo pacto Deus in nos eligendo, dici poſsit in Chriſto.

Ante mundi conſtitutionem. Legunt Græci, ex ſententia D. Hieronymi. Antequam iacerentur fundamenta mundi. Quibus verbis, tametſi electorum merita ſunt ſecluſa: tam etſi electionis æternitas deſignata: illud etiam non præteritur, quod alibi ſcriptura docet, & nonnulli philo G
ſophorum olfaciunt Mundum, inquam, iſtum, non ſecus à Deo & Patre, ac ædificium ſabrefactum: cuius fundamenta ſint Cœlum & Terra. Qua de re, & prima die ſunt condita, & à mun- Pſal. 92.
di ſapientibus, tanquam aliorum baſis definita. Sed in iſtis non moror.

Vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. Quamuis conſtet ex dictis, quid ſit eſſe San- ἀμώμους.
ctum: & notum ſit, ex ſe, quid ſit, eſſe immaculatum, ſine (vt Græcè legitur) à reprehenſione immunem, Eſſe tamen & irreprehenſibilem & ſanctum, iudicio Dei, forſan non omnibus liquet, Siquidem eſt eſſe, ita ſanctum, vt nulla ex parte ſibi aliquid deſit, quod ſanctitati faueat: eſt eſſe adeò irreprehenſibilem, vt neque externè, neq; internè, vllus reprehēſioni ſit locus. Quibus planèdonis verè potiuntur, CHRISTVM induti, quemadmodum tandem induuntur electi: quibus potiſsimū datus eſt à Deo & Patre, iuſtitia, & ſanctificatio, vt alias Apoſtolus docet. 1. Cor. 1.

Quid ſit eſſe ſanctū & immaculatū coram Deo.

Et hæc profectò finis ſunt, non ſupremus, ſed proximus, electę benedictionis in CHRISTO:
Vt ſcilicet, non nominemur modò, ac reputemur (quod cōmune poteſt eſſe, etiam reprobis) ſed H 1. Ioan. 3.
ſimus: (Videte inquit Euāgeliſta quali charitate donati ſumus à Patre, vt filij Dei nominemur, & ſimus) Sancti, qui eramus immundi, impij, peccatores: Et irreprehenſibiles, qui diuino eramus iudicio redarguti, ac condemnati: Et id coràm Deo, qui falli non poteſt. Siquidem, qui in CHRISTO, abſolutè benedicti ſunt, (ſicut ſunt verè prædeſtinati:) nequeunt tandē diuinis ocu 1. Pet. 2.
lis, non eſſe ſancti, qui ſanctus eſt ſanctorum: nequeunt non eſſe irreprehenſi, qui peccatum nō fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius.

Finis proxim. electę bndictionis noſtræ.

In dilectione. Sunt, qui probant, hæc, proximè, tum ſanctitati, tum inculpationi coniungi: vt de Sanctis, ac inculpatis, loquatur Apoſtolus, non in re qualibet: ſed in dilectione, nimirum Dei & proximi (quæ nota eſt, diſcipulorum CHRISTI, & proprietas filiorum Dei: in qua vniuerſa Matth. 22.
lex pēdet & prophetæ) intendēs, ꝙ ideò benedicti ſumus, in CHRISTO, vt ſimus quidem, in dilectione ſancti ſemper, & ſi poſsibile eſt, irreprehenſi, & maximè ſuper cœlos. Vbi plenius holocauſtum facti: vndique, diuina charitate, fragrabimus.

Verum & ſi iſta ſunt vera, & catholicæ eruditioni conſona: hoc loco tamen, non videntur intenta. Et conſtantius eſt, illa: tam in benedictionem, quàm in electionem eſſe reiecta: vt eo

Electi in dilectione vt ſimus ſancti.

pacto,

A pacto, moneamur ex ardore, diuinæ paternæq́ue charitatis, eſſe profectum, quòd in CHRISTO
benedicti ſumus: quemadmodum, ex eodem profectum eſt, ꝙ elegit nos benedicēdos in eo. Ex
Ierem. 31. ardore (inquam) charitatis: Non temporaneæ, ſed perpetuæ: quoniam in charitate perpetua,
Ioan. 4. dilexit nos: non præuentæ, quaſi nos prius dilexerimus Deum, ſed præuenientis: quoniam ipſe
prior, dilexit nos: non vulgaris, qua diligit cuncta, quæ fecit, ſed eximiæ: qua nos eouſque dile- Qua dilectione, dilecti à Deo.
Ioan. 3. Rom. 5. xit, quòd exiſtentibus adhuc inimicis, pro nobis vnigenitum dedit: nec modò dedit, ſed morti
expoſuit: Vt nos ſibi, eius ſanguine, reconciliaret, & vnà in nos, per illum, omnes theſauros cœ-
leſtes transfunderet.

Denique, & multis fortaſſe, non diſſonat, cum Hieronymo, eadem cum ſequentibus legere:
imò cū prius, ex dilectione ſimus prædeſtinati, quàm benedicti, ſatis conſentit. Et ſiquis aduer
tat ꝙ (Qui prædeſtinauit) participium eſt, conſimile ei, (Qui benedixit) perſpiciet, ꝙ nō inſuaui
ter quadrat. Quòd ſi offenderetur quis, commutatione tēporis, Hieronymo interpretante (in di
lectione prædeſtinans nos) poterit non offendi in cōmutatione modi (cum in dilectione, præde
B ſtinauerit nos.) Verùm, quam complexi ſumus, germanior copulatio eſt, & Græcis congruētior.
Hæc tamen, ideò omiſſa non ſunt, vt quilibet proprio ſenſui ſatisfaciat.

Obſeruationes Sectionis præmiſſę.

Obſeruandum ex portione, Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri: Vt non ſolum in re-
bus omnibus, ac quibuſuis euentibus, agamus gratias Deo & Patri, eò ꝙ quicquid de illius fœli- Agendę Deo gratię ſine intermiſſione.
ciſſima manu recipimus, cum è fonte profluat omnium bonorum, & ardentiſſimæ in nos chari
tatis, nequit non eſſe munus, ac eximium beneficiū (tametſi non rarò, id effugiat oculos carnis)
1. Theſſ. 1. ſed agamus gratias, ſine intermiſſione, vt aliàs Apoſtolus admonet, quēadmodum & ſine inter-
miſſione, ab illo dona deſcendunt: & agendo gratias, nunquam id aſſequimur, ad quod obliga-
mur (Præter id, quòd hoc ipſum, ꝙ gratias agimus, nō mediocre munus, ac Dei beneficium eſt.)
Et quanquam ita eſt: quanquam pro omnibus, à nobis habendę ſunt gratiæ Deo: pro his tamen
maximè, quæ in CHRISTO, ac per CHRISTVM, ſunt exhibita, de quibus ex ordine audie-
C mus Apoſtolum.

Ex portione, In omni benedictione ſpirituali: Quòd licet, Deus & Pater, nō ſolùm quia ſpi
ritus eſt, (ſed quia dona ſpūalia ſuapte natura diuiniora ſunt) in his munificētior ſit, & præſertim
Matt. 22. in ſupercœleſtibus: vbi ſpiritu viuitur, & omnes erimus velut Angeli Dei: non tamen illiberalis A, Deo nō ſolum ditamur ſpūalibus bonis, ſed & tēporalibus.
Pſal. 23. Pſal. 146. eſt, etiam in corporeis, cuius eſt terra & plenitudo eius, quique dat iumentis eſcam ipſorum, &
pullis coruorum inuocantibus eum. Et quamuis, eorum hic, mentio expreſsè facta non ſit: quā
1. Cor. 7. tum tamen electis, præſenti peregrinatione, vſui eſſe poſſunt, prorſus excluſa non ſunt. Imò
cum vtantur eis, in ſpiritus gratiam, obſequentes voluntati diuinæ, extra donorum ſpiritus claſ-
ſem, apud eos, relegata non ſunt.

Ex portione, Elegit nos ante conſtitutionem mundi: Quòd ſi non ſolum antequam eſſemus,
Deus & Pater, noſtri curam habuit, ſed antequam eſſet aliqua creatura: nec tātum curā habuit,
ſed ſalutem prouidit, non coactione, ſed electione, præeunte quidem conſilio, ſed charitate exti Nos & nſa, debem⁹ Deo committere.
mulante: nō tam ſpontaneè, q̄ toto pectore, nos ac noſtra, debemus eius in nos dilectioni dimit
D tere, vt ſua volūtas in omnibus impleatur. Et demum ex portione, Vt eſſemus ſancti & inculpa-
ti coram eo: Omni conatu monemur ſatagere, vt quantum ex nobis, cum illius fauòre, effici po
terit, nihil admittamus, quod oculos ſuæ Maieſtatis offendat. Cui ſemꝑ honor & gloria. Amen.

Secunda Sectio prioris partis totius Epiſtolę. In qua oſtendit Apoſtolus, Cur Deus & pater, elegerit nos rebenedicendos in CHRISTO.

Qui prædeſtinauit nos, in adoptionem filiorum, per IESVM CHRISTVM, *in ipſum, ſecundum propoſi-
tum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos, in Dilecto filio ſuo.*

Summa & intentio Textus præſcripti.

Vrgebat quidem charitas, Deum & Patrem, ſuo nos tribunali damnatos, ac extremæ (vt par Charitas Dei & Patris, nos in gratiam reuocauit per Chriſtum, tribus de cauſis.
fuit) maledictioni addictos: vt exundantibus viſceribus miſericordiæ, & ſine præiudicio diuinæ
iuſtitiæ, in gratiam aliquando reuocaret, adoptioni reſtitueret, & non ſecus ac filios, ad ſeſe, in
benedictionibus, cœleſtis hæreditatis accerſeret. Placuit tamen, eo vti conſilio, vt exploſis, lon
gè ſuprà modum, quæcunque pati merebamur in CHRISTO, tandem rebenediceremur in eo.
Idque (quantùm ex præmiſſis haurire conceſſum eſt) tribus de cauſis.

Siquidem, cum CHRISTI opera, & fauore, in adoptionem eſſemus aſcripti: Satis conſen-

C taneum

tancum erat, vt per eundem eo potiremur munerum. Vt quemadmodum, per CHRISTVM E
condita, per CHRISTVM ſunt reparata: ita per CHRISTVM prædeſtinati, per CHRISTVM
eſſent ad prædeſtinatorum benedictionem reſtituti.

Ruſum, Cum per CHRISTVM, definiti non ſolum ſimus in adoptionem, ſed in ipſum: hoc 2
eſt: vt illum nedum ęmulemur, ſed in ipſum, modo quopiam transferamur, conſequens videbatur, vt non ſolùm, id ad quod aſcripti fuimus, aſſequeremur in eo, ſed vt nobis lapſis, totum reparationis noſtræ negocium, quaſi iure quodam, deuolueretur ad eum. Si enim eius opera, & fauore, factum eſt, vt nedum in illum trāſuehendi eſſemus ſed transplantandi, (vt paulo poſt explicatius) non videtur iniuria ſi omnia inter nos poſſent, quodam pacto, reputari cōmunia: Et ita nō erit iniuria, ſi noſtrorū ille delictorum, noſtrarūq; maledictionum, modo quodam, fieret cōſors: Et nos in illo ſuarum ſatisfactionum, ac benedictionum, euaderemus participes.

Denique, & in maiorem cedit cumulum laudis, gloriæ gratiæ eius, qua gratioſi euaſimus in 3
oculis Dei & Patris, in eo: quandòquidem deprehenditur planè validior ad præſtandum bonū,
quàm Adæ delictum, ad inuehendum malum: cum nequiuerit illud tantùm officere, quin F Roma. 5.
CHRISTVS eam ob gratiam, tantundem reſtituerit, imò inde nactus occaſionem, in ſortem, longè meliorem tranſtulerit. Sed verborum expoſitionem accedo.

Enarratio Sectionis pręmiſſę.

Qui prædeſtinauit nos. Opinor, neminem fugit, quanta hoc in verbo ſit pugna: & quàm varia, multis ſit, eius acceptio. Verùm ſiquis perſpiciat, ꝙ Prædeſtinare, ſupra ſuum ſimplex, ſolam anteceſsionis præpoſitionem adiungit: & Deſtinare, Paulo quid ſit, animaduertat: haud difficilè, erit aſſequi, mentem Apoſtoli.

Prędeſtinare quid ſit Apoſtolo. & quā multipliciter accipiatur vt infra.

Cui, quidem aliud nō eſt, quam aliquid circa rem quampiam, in mente liberè ordinare, pro-
ponere, ac definire: Vnuſquiſq; (inquit) prout deſtinauit in corde ſuo (de eleemoſynis loquitꝰ) 2. Cor. 9.
non quidem ex triſtitia, aut neceſsitate. Id quod confirmant & Latinorum præcipui. Siquidem Colum.
Columellæ, eſt ordinare: Conſiderandum (ait) vt ſolum, quod excolere deſtinamus, ſit pingue.
Suetonio eſt, ſecum proponere: Nam Cęſar (inquit) in dies, plura de Imperio ampliando, animo G Sueto. Cice.
deſtinabat. Et Tullio, ſtatuere eſt, ac definire: Vndè Tuſculanarum quinto, Tempus mortis, vnicuique definitum, horam deſtinatam appellat.

Ergò Deum & Patrem, prædeſtinaſſe nos, in adoptionem: aliud non eſt Apoſtolo, quàm illum, in mente ſecum, priuſquàm executioni daret, nos per CHRISTVM, in Ipſum adoptandos vnà cum filio, ac ſpiritu ſancto, liberè ordinaſſe, propoſuiſſe, ac determinaſſe. Quod conſtā-
ter, dictio Græca confirmat, quæ ſine controuerſia, præfinitionem importat: Et cum ſit partici-
pium, actiuum quidem, ſed temporis præteriti, ab eruditioribus. hoc in loco, cum prædefinie- προορίσας.
rit reddita eſt.

Et licet ita ſit: licet prædeſtinatio, Apoſtolo ſit prædefinitio: ob id tamen, à nullo Sanctorum
ſecedimus, qui illam à miſsione trahūnt, aſſerentium eam, tranſmiſsionem eſſe, rationalis natu-
ræ, in fœlicitatem æternam. Quandoquidem attenderunt illi, prædefinitionem diuinam, eſſe S. Thom. 1.
nedum tantæ firmitudinis, vt irritari non poſsit: ſed & eius pariter efficaciæ, eius & ſolicitudi- par. q. 23.
nis, vt ei, quod prædefinitum eſt, nunquam non proſpiciat, excitet, dirigat, impellat, & ad munus vſq; ſupremum deducat. Et quoniam, vt certum eſt, in adoptionem definiri, eſt ad æter-
nam fœlicitatem decerni, quæ planè longè, omnes humanas facultates excedit: eò quòd nec ocu- H
lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: non incommodè (hæc vnà recapitulan- Eſa. 64.
tes) eam, non tam miſsionem, quàm tranſmiſsionem pronunciant. Quod his quæ dicta ſunt, 1. Cor. 8.
perſpicuum eſt non obſiſtere.

Digreſsio An Prędeſtinatio, ſui manifeſtationem requirat.

Et quanquàm, præſentis inſtituti, non eſt expendere, an Prædeſtinare, ſacris in literis, non-
nunquàm ſit manifeſtare, ac declarare, vt aliquando interpretati ſunt Sancti: non tamen, peni- Orige. ad
tus eſt ab re, excutiendi hinc occaſionem accipere, an prædeſtinatio, ſui manifeſtationem con- Romanos
cernat, ſicut nonnulli compertiſsimum dicunt. Ea igitur cauſa attendendum erit, quòd cum Amb. ibi.
euidens ſit, nullam, cuiuis tribunalium, ſententiam eſſe firmam, nullam abſolutam vſque-
quo lata, ac teſtibus coram, pronunciata non eſt, imò & eò vſque reuocari, & ab eodem
etiam, ac ſi nulla ſit, poſſe latore decerni: detrectari non poteſt, quòd ſententia, diuino tri-
bunali deciſa, qualis prædeſtinatio eſt, quæ eſt firma, & irritari non poteſt, abſque ſuis teſtibus, ſuaque manifeſtatione, non ſit.

Snia quādo eſt irreuocabilis.

Et

Ierem. 29. 1. Ioan. 5.

A Et licet, non ibo inficias, teſtẽ habere Deum, qui aliàs promittit, iudicem ſe futurum, & teſtem: habere diuinas perſonas, quæ teſtimonium dant in cœlo, Patrẽ, Verbum, & Spiritum ſanctum, Fortè tamen, quòd nemini erit abſurdum, ſiquis etiam Angelos, teſtes, quodam pacto, ſententiæ humanæ prædeſtinationis conſtituat. Non quòd ab æterno, cum lata eſt, præſentes aſtiterint, quandòquidem æterna creatura vlla non fuit: ſed ꝙ illis productis (ita bene diſponente Deo) mox, ſit ab illis audita: quemadmodum (vt creditur) & aliorum arcanorum non pauca: quibus peruerſa ſathanæ voluntate, accepta forſan occaſio eſt, ſecedendi à Deo, graſſandi in homines, & ſeſe vna cum ſatellitio, præcipitandi.

Angelis multa a pricipio patefacta, & ꝗ illis a pricipio potuerũt cõmunicari.

Nec propterea neceſſe eſt, vt Sathanas ac ſui, euaſerint horum certiores, in verbo, aut fœlici illa viſione diuina (quoniam tam etſi eidem, à principio extiterunt, Dei largitione proximi, illam tamen non ſunt aſſecuti) ſed manifeſta, ac perſpicua detectione, ac reuelatione Dei. Quanquam, nec abſonum forſan cenſebitur, ſiquis & eam viſionem Dei, etiam Angelis, a principio attribueret qua poſtmodum, (vt aſſerunt Auguſtinus & Thomas) donati ſunt Moſes & Paulus: B In qua & arcana multa edocti, nedum de hominibus, in adoptionem præſcriptis, ſed de naturæ noſtræ aſſumptione a Verbo: de regno auguſtiſſimo CHRISTI, atque alijs ſacramentis, vt facilè concipi poteſt.

Aug lib. de viden. Deũ. Secunda ſecundæ q. 275. art. 3.

Et licet opus non ſit (qualis qualis, fuerit, prima prædeſtinationis detectio) vt omnes Angeli, tam boni ſcilicet quam mali, ſingulatim prædeſtinatos agnouerint, aut ſingulorum proprias in cœlo, manſiones diſtinctè perpenderint: Non puto tamen, alienum penitus, a ſano iudicio, ſiquis cò vſque lucis, ac perſpicaciæ, illos qui beati ſacti ſunt diuina gratia, contenderit impartitos (maximè poſtquam donati ſunt, vt ſemper videant faciem Patris, quam planè videntes, nihil videtur eſſe quod lateat) vt prædeſtinatos, etiam in particulari, perciperint ac diſtinxerint: Quandòquidem, non tantùm, illorum ſunt futuri concines, ſed (vt dicetur) in CHRISTO, modo quodam concorpores, ac comparticipes. Et palam eſt, non mediocriter, ad membrum pertinere, noſſe cõmembra: cum omnia illis videantur communia, & mutuo ſint ſollicita, congaudentia ac indolentia, vt alibi Apoſtolus docet.

Matth. 18. Grego. in lib. dialo. 1. Cor. 12.

Non videtur abſonũ, beatos Angelos ꝓdeſtinatos homines noſſe, in particulari.

C Amplius. Manifeſtationem, prædeſtinationi noſtræ, eſſe concretam, alio etiam pacto poteſt exponi, quòd ſcilicet, in prædeſtinatis, ſcintillulæ quædam emicant, quibus, & ſi non ſemper, diuina diſpenſatione, prædeſtinatorum, in quibus ſunt, oculis lucet, ſæpe tamẽ, lucet oculis alienis: & ſemper angelicis, & diuinis. Siquidem, incredibile eſſe nõ debet: ꝙ quemadmodum nouit Dominus qui ſunt eius. quibus & pilos dinumerat, & cuncta in ſucceſſum conuertit: quique diues eſt in muneribus, & liberalis in manifeſtatione gratiæ, & miſericordiæ. ita & eos, in quos ſibi complacuit, reddat etiam oculis aliorum illuſtres, non quidem carnis, qui dicunt bonum, malum, & malum dicunt bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucẽ, ſed ſpiritus; Qui, in ſeptem ab Euangeliſta diſcreti, & ab oraculo numerati, ac in ſuis donis expreſsi, diuina miſeratione, ſunt quocunque diffuſi, vt nuſquam non videant, quæ ad ædificationem ſunt.

2. Thi. 2. Luc. 10. Roma. 8. Eſa. 5. Apoc. 5. Eſa. 15.

Sunt autem, has inter ſtillulas, ac prædeſtinatorum notulas: Ea recta indoles, de qua gloriatur eſt Sapiens: Puer fui ingenioſus, & ſortitus animam bonam: Ea pietas & religio, quam ſcriptura, Timorem ſanctum appellat, gradiens cum electis fœminis, & agnita inter homines iuſtos. Ea caD pacitas auſcultandi verbi diuini: Ea capiendi docilitas, de quibus Dominus dicit: Qui habet aures audiendi audiat: & quæ ſunt oues meæ, vocẽ meã audiunt: Et demũ ea bonitas, eaque cultura animi, quibus iactum verbi ſemen, non tantum cum iocunditate ſuſcipitur, ac diligentia retinetur: ſed quantum datum fuerit, nullus non mouetur lapis vt cum patientia in ſegetem multam exuberet. Et hæc tam etſi, modici momenti, non ſunt, facilèque non tam angelis, quam hominibus, ex parte valent eſſe perſpecta: quę ſequuntur tamen, quemadmodum pręſtantiora ſunt, ita & conſtantiora: tam etſi nobis, natura (ſi non fallor) occultiora.

Sapien. 8. Eccleſiaſtici. 1. Luc. 8. Ioan. 10. Matt. 13. Luc. 8.

Notulę in ꝓdeſtinatis micantes.

Ea igitur ſunt: Internum teſtimonium Dei: quandoquidem, qui credit in filium, habet teſtimonium Dei in ſe: Internum teſtimonium Spiritus ſancti, conteſtantis ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus filij Dei: nec conteſtantis modò, ſed liberè, Patrem acclamantis, ac ſuſpirantis: imò, filiorum cõfidentia poſtulantis, & pio affectu gementis, gemitibus qui enarrari non poſſunt. Ea ſunt: Primitiæ ſpiritus: Arrhabo hæreditatis: Pignus æternę ſalutis: quibus obſignati ſumus in diem redemptionis. Ea ſunt: Pax cordis, ſuperans omnem ſenſum: Securitas mentis, vti conuiuium iuge: Deſiderium reſolutionis carnis, vt liberius ſimus cum CHRISTO. Ea ſunt: Sapientia ac Prudentia ſpiritus, non modò perſcrutantis profundiora Dei, ſed conſtantiſſimè perſuadentis, quę contraria ſunt ſapientię & prudentię mundi: Vt gloriam, in ignominia

1. Ioan. 5. Roma 8. Galat. 4. Roma. 8. Epheſi. Phil. 4. Prouer. 5. Philip. 1. 1. Cor. 2.

Alię conſtantiores notulę.

C ij Robur,

E Robur, in imbecillitate, Gaudium, in triſtitia, Vitam, in morte. Hinc gloriantur in afflictionibus iuſti, Paulus in infirmitate, Apoſtoli in contumelijs, Et omnes Sancti, in liberatione à corpore huius mortis. In ſumma. Ea ſunt, quæ nuſquam non inculcat Apoſtolus, Vt mortificatio carnis, Viuificatio ſpiritus, Exuitio Adæ, Indutio CHRISTI, Crucifixio mundi, Cœleſtis conuerſatio, Denique vnicè CHRISTO viuere, & ſibi in omnibus, penitus mori.

Roma. 5. 2. Cor. 12. Acto. 5. Roma. 7. Col. 3. Rom. 12. Epheſ. 4. Galat. 6. Philip. 3.

An Prædeſtinati agnoſcant aliquando eſſe ſeſe de numero prædeſtinatorum. Et quo pacto illud contingat.

At illud ſupereſt, hac in quæſtione diſcutere: An hi ſcilicet, qui prædeſtinationis donati ſunt munere, tandè aliquando, eſſe ſeſe de numero prædeſtinatorũ agnoſcát: Idq; (ſi cõtingat) ſitne, ex Dei liberalitate, an ex prædeſtinationis natura: quæ, nó ſecus ac lumẽ, vltro ſemetipſam ꝓdat.

Status difficultatis I primo mẽbro.

Vt hæc igitur attẽtemus: In prima quæſtionis parte, in qua negocium difficilius & potius eſt, primum ſtatus eruendus eſt cauſæ. Siquidem non eſt idem, agnoſcere ſeſe, gratum eſſe Deo, & ab eodem, eſſe in adoptionem aſcriptum: cum credamus aliquos, nonnunquam impartitos gra- F tia, tandem fatuis cum virginibus audituros: Neſcio uos.

Math. 25.

Rurſum. Quæſtio non eſt, de omnibus prædeſtinatis: quandoquidem eſſe poteſt, vt eorum aliqui ex præſenti luce decedant, antę vſum mentis, incapaces omnis manifeſtationis. Et deniq;, non eſt pugnandum de tempore, non de cauſa: ſcientibus nobis, non eſſe noſtrum, noſſe tempora & momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: & quòd omnia, operatur ſemper, in eorum frugem. Sed totũ pondus, cum de modo, tum de efficacia eſt.

Acto. 1.

Ex coniecturis.

Quantùm autem capio, Modus eſt duplex: Ex coniecturis: Et reuelatione. Ex coniecturis, hoc pacto. Siquidem eius rei ſoliciti: circunſpectis indicijs ac notis præinductis, illiſque cũ his, quæ non ſemel ſunt experti collatis: ac non minori ſolertia, minus vè accurato iudicio medijs oportunis electis, ac examinatis quàm ſolent, in arduis, huius vitæ negocijs: in aliquam tãdem, ex his perſuaſionem aſcendunt. Quæ eò poterit eſſe conſtantior, quo ſanctis charitatis operibus, fuerit locupletior: Scriptum eſt enim, ꝙ diligentes proximum, non lingua tantùm, ſed opere & veritate, cognoſcunt ꝙ ſunt ex veritate, & in conſpectu Dei, ſuadebunt cordibus ſuis.

Optima coniectura.

1. Ioan. 3.

Et quanquàm hæc perſuaſio, non immeritò magnifiat: quanquàm paris certitudinis conce- G datur, cum rebus humanis, vel alijs, humana pro virili, diſcuſsis: ex ſui tamen conditione, nunquàm eius eſt efficaciæ: vt omnem prorſus dubietatem eruat. Siquidem cogitationes mortaliũ, ſunt ſemper timidæ, & incertæ omnes prouidentiæ noſtræ: Præter id, ꝙ vix poſsibile eſt, amorẽ noſtri, qui procacißimus eſt, vltrò ſeſe ſemper ingerens, & inuitis etiam ſubrepens, aliquid ſani iudicij, vel hallucinando, vel conniuendo, vel arrogando, non detrahere, & corrumpere.

Sapien. 9.

Ex reuelatione.

Ex Reuelatione, hũc in modum. Nam cum Deus & pater, ſuaui, ardentique ſupra quàm concipi poteſt, affectu, proſequatur electos. (Quippè quos, non ſolum peculium ſuum fecit, & in regnum ſibi particulare conſcripſit: ſed in conſortes, in familiares, in ſuas ipſius delicias, tranſtulit: alijs cum ſexcentis, ardentioribus titulis, & arctioribus nexibus:) Fieri non poteſt, quin illis aliquandò, ſuum cor aperiat, abdita pandat, & in cellaria introducat: vt inebrientur ab vberibus vbertatis, quæ ſunt meliora vino, & fragrant vnguentis optimis. Fieri non poteſt, quin corruat in amplexus, in oſcula: quin prorumpat in illas ſuauißimas voces, quas ſponſa petit in canticis, & languet ac liquefit illis auditis.

Ardor Dei erga Electos.

Can. 2. 3.

Ergo, & fieri non poteſt, quin reuelet, quàm ſibi ſint chari, quàm dilecti, quàm ſuis in oculis pulchri, formoſi, electi ex milibus: Et per hoc, fieri non poteſt, quin audiant, & aliquando agno- H ſcant, vocem pijßimi ac ardentißimi Patris: En tu, filius meus, quem elegi, quem tam impenſe ſemper amaui, vt pro te tãdem, meum Vnigenitum dederim: vt in Ipſo meis theſauris potiaris, & copijs omnibus locupleteris. Nec agnoſcant modò, ſed ſentiant, ſed periculo probent: & manibus ipſis attrectent. Nec enim aliud, ita ardet pater cœleſtis: quàm vt de ſuo erga nos, amore, aliquando certiores ſimus. Hinc, illa dulcia Epithalamia: illæ mellifluæ appellationes: Sponſa: Sunamitis: Soror: Amica. Hinc, illi ardentes amoris affectus: Amore langueo: Vulneraſti cor meum: Et alia id genus, innumera.

Cant. per totum. Can. 5. 4.

Et quanquam non dubito, has reuelationum perſuaſiones, fore nonnunquam adeò efficaces, vt omnem hæſitationem adimant: ita tamen: vt diſcrimen ſemper ſit, inter oues & agnos, inter veſcentes lacte, & ſolido cibo, inter ſponſam, & adoleſcentulas: reginas, & concubinas: Quanquam non detrecto poſſe aliquibus, tantum fœlicitatis, diuina miſeratione, hac in vita, contingere, vt quod ſemel hauſtum eſt certitudinis, non recedat ab eis: Non puto tñ oẽs reuelationes illas,

Efficacia huius diuinæ reuelationis quãta & quadruplex.

Ioan. 10. 1. Cor. 3. Can. 6.

A illas, eſſe tam validas, vt ſemper ſingulæ, omnem dubietatem excludant, Deo omnia moderâte,
vt expedit electorum frugi. Quandoquidem conſonum eſt, tum imbecillitati carnis, tum patris
cœleſtis diſpoſitioni: vt quemadmodum poſt fælices amplexus, & oſcula dulcia, ad nonnullas re
uertimur vitæ præſentis anguſtias, ita & poſt meridianam lucem, relabamur ad veſperam.
Cûm enim, dum hic viuitur, hac in carne, ſemper ſit fomes, & non rarò, alicuius peccati reli- Ingeniũ ſomitis.
quiæ, quæ ſuopte ingenio reddunt hominem pauidum, incredulum, cum ſpiritu pugnacem, &
ad ea quæ Dei ſunt ſegnem: difficile non erit, hoc ex capite, acceptam perſuaſionem, aliquando
diminui. Rurſum. Nouit pater cœleſtis, quantum è diuerſo, valet amor proprius, q̃ ſuarum tene-
Apoca. 3. brarũ ſit cæcus q̃ facilè præſumat caro & dicat: Diues ſum & locuples, & nullius amplius egeo. Prouida diſpẽſatio Dei.
Quare, vt contrectemus nos miſeros, pauperes cæcos, & nudos: conſonat (ſi non fallor) diuinæ
diſpenſationi, vt genitam perſuaſionem, caligine aliquando perfundat. Vt ad nos reuerſi, & quã
tæ in nobis tenebræ ſint, non ignari, nos ſemper (vt par eſt) verè extenuemus: memores ꝙ ſiquis
Galat. 6. exiſtimat ſe, aliquid eſſe, cũ ſit nihil, ſeipſum ſeducit. Totumq́;, quod in nobis eſt boni, in Deũ
B referentes, cum timore & tremore, noſtram operemur ſalutem: certiores facti, ꝙ ab eo eſt,
Philip. 2. tum velle, tum perficere: non noſtris pro meritis, ſed pro illius erga nos, bona volũtate: Ac ſata-
gentes in dies, nedum perſuaſionem, quam aliquando dedit, bonis operibus certiorem reddere,
2. Petr. 1. ſed etiam electionem, ac vocationem, vt Petrus Apoſtolus docet.
Denique & commemorare non tranſeo: Sathanam non rarò transfigurare ſeſe, in angelũ lu-
2. Cor. 11. cis. Et quamuis, diu latere, non poſſit, cum pater tumoris ſit & elationis, parer præſumptionis & Illuſiones ſathanæ.
iactantiæ per quæ difficile non eſt, dolos depræhendere: operæpreciũ tamen eſt, eſſe vigilẽ, cau
1. Pet. 5. tum, circunſpectum: nequis in eius laqueos, incidat, qui circuit ſemper quærens quem deuoret.
Hæc autem, ea de reuelatione dicta ſint, quæ hac in re (vt mihi videtur) communi lege con-
tingit: & nihil de alia, quæ forſan, fieri poſſet, illis conſimilis: quibus de futuris, alijſque rebus ad
rem eccleſiæ pertinentibus, illuminati ſunt prophetæ: Propterea ꝙ etſi non detrectarem, poſſe
hæc particularia, ſpectantia ad eos, quibus reuelationes fiunt, eodem quoque viſionis & allocu-
C tionis genere aperiri, id tamen; hac in conſideratione diſcutere, inſtituti non fuit. Ergo ſu-
pereſt, reliquum quæſtionis abſoluere.
Igitur, etſi prædeſtinatio, quantum fuerit ex parte cauſæ, abditiſsima eſt, eò ꝙ inacceſſum eſt
Rom. 11. conſilium Dei: quantum tamen eſt, ex conditione effectus, obſtat nihil, vt ſeſe adeſſe decla- Tractatur altera pars diffi cultatis.
ret: præſertim cum eam ob rationem, à Deo optimo maximo ſit intenta, vt ſuę bonitatis, ſuęque,
erga nos, dilectionis, eximium teſtimonium afferat. Verum quemadmodum hoc in exilio,
propter carnis tenebras, reliqua Dei dona non lucent, niſi reuelatio peculiaris accedat, ſed in
patria, reſeruantur omnibus ex ſeipſis conſpicua: ita & prędeſtinatio ibi maximè illuſtris, ma-
2. Cor. 3. ximeque emicans eſt. Vbi, & eius effectus, potiſsimum ſunt abſoluti: & procul omni caligi-
ne, omnibus patefacti. Lucet, & liberalitate diuina: non ſolum, quia ex illa prędeſtinati ſu-
mus, aut quia hac in peregrinatione, in aliquem illius ſenſum, ſępe deducimur: ſed quia
ſub illius luce, præclarius manifeſtatur, & perſpicacius ac locupletius, à nobis perſpicitur, &
appræhenditur.
D *In adoptionem.* Quemadmodum, Deum aſſerentes ſimpliciſsimum actum, nullam facimus il-
lius ſimplicitati iacturam, ſi multas in eodem rationes diſtinguimus, prout multa abſque vnitatis
ſuæ præiudicio, in ſe mirum in modum continet: Ita ſimpliciſsimo ſuæ mẽtis decreto, nullo quo- Simplicitas ac multiplici tas decretorũ in Deo.
uis pacto, derogatur, ſi ſecundum ꝙ illo multa definita ſunt, in conſtitutiones diſtinctas, noſtro
pro captu, reſoluimus: & ad ſuccurrendum, humanæ imbecillitati, balbutientes vt poſſumus,
vnicam in eo prædefinitionem multiplicamus.
Igitur, Non ignarus Apoſtolus, multas prædeſtinationes, à nobis concipiendas, in Deo: quip-
pè qui, non ſolum, rem vnamquamque, ſicut in certo numero & menſura conſtituit, ita ad de-
terminatum pondus, hoc eſt, munus & officium, quamlibet deſtinauit, præfixa ſingulis certa le-
ge, & verbo, ac præcepto, ad illam aſtrictis, ſed & nos ipſos, officijs diuerſis decreuit: cum in po-
litia huius mundi, tum in corpore ipſius eccleſiæ, diuidens munera ſingulis prout voluit. Non
inſcius (inquam) Paulus, meritò vt intentam modò, prædefinitionem oſtenderet, præmiſſam
adiectionem fecit.
Non enim in præſentiarum eſt curæ, ea de prædeſtinatione loqui, qua alij ſermo datus eſt ſa-
1. Cor. 12. pientiæ, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum, & id genus, quæ alijs locis enume-
rat, ſuntque dona etiam non electis conceſſa, & electorum ſingulis non communia. ſed ea de,
per quam prædefinitum eſt, vt adoptemur in filios Dei: quæ congruit, tum omnibus, tum ſolis

 electis,

electis,& ſuprema,& pręcipua eſt,ad quam,& reliquæ ordinatæ ſunt: Quæ demum, tãtæ eſt præſtantiæ,vt ferè receptum omnibus videatur,vt ea ſola,prædeſtinatio vocitetur. E

Diſcrimẽ inter ꝓdeſtinationẽ Angelorũ, & hoīum.

Amplius. Diſcernit,eo verbo Paulus,inter prædeſtinationem Angelorum, & Noſtram,propterea,ꝙ tametſi prædeſtinati ſunt Angeli, non tamen legitur, ꝙ in adoptionem prædeſtinati ſunt, ſed potius, ꝙ in adoptatorum obſequium,ſunt deputati, ac in miniſterium miſsi propter eos,qui hæreditatem accipient ſalutis. Et licet facti ſint,Principes,Virtutes,Poteſtates,Dominationes: id tamen ideò factum eſt, vt cedat in adoptatorum commodum. Propter quod, illis plena fœlicitate potitis,his omnibus abſoluentur: quemadmodum ſcriptura docet. Heb. 1.Cor.15.

Nec tamen reijcio,ꝙ ſicut ex prædeſtinatis hominibus, Angelorum ruina reſtituitur,& potituri ſunt homines, angelicis priuilegijs (quoniam ſicut Angeli Dei, erunt in cœlo) ita exuberantia gratiæ, & donorum CHRISTI, euaſuri ſint Angeli, adoptionis noſtræ participes: & veluti congenea membra facti, vno ſub capite, in vnum & idem corpus ſint accerſiendi nobiſcum: Vt etiam, eam ob rationem, omnia, tum in cœlo, tum in terra recapitulentur in eo: & verè, Ille caput ſit,non tam hominum, quàm Principatuum,ac Poteſtatum, ſicut alibi Apoſtolus dicit. Quam ob cauſam, in ſcripturis, filij Dei, etiam Angeli, dicti ſunt (Tametſi obſcurum non eſt, eò quòd, Nuncij Dei ſunt, quibus crebro creditur ſermo eius, meritò quoque tali appellatione dignari.) Matt.22. F Ephe.1. Iob.1. Pſal.8.

Diſcrimẽ inter ꝓdeſtinationẽ Electorum & Chriſti.

Rurſum. Eodem diſtinctum eſt verbo, inter CHRISTI prædeſtinationem,& Noſtram, propterea,ꝙ etſi CHRISTVS prædeſtinatus eſt filius Dei,vt dicitur in Epiſtola ad Romanos: prædeſtinatus tamen non eſt, Dei filius per adoptionem, ſed prædeſtinatus potius eſt, Dei filius per naturam. Nam licet verbum, Dei filius ſit naturalis, ante omnem prædeſtinationem (quippè quod genitum eſt per actum ſimplicisſimum ac naturalem,diuini ac paterni intellectus,præuenientem omnem actum liberum volũtatis, Electionem, Deliberationẽ, Decretũ) CHRISTVS tamen Dei filius eſt,per naturam,prædeſtinatione præmiſſa. Cap.1.

Qũo per prædeſtinationẽ cõmunicata eſt p verbum, naturalis filiatio homini.

Sicut enim, Verbum non eſt homo, niſi poſt decretum diuinum: Ita non communicatur naturalis filiatio,per Verbum homini, niſi poſt prædeſtinationem Dei. Nam cum CHRISTVS, nomen ſit Diuinæ perſonæ,non abſolutè ſumptæ, ſed naturam noſtrã accinctæ, & ſic accinctæ, quòd illam ad communionem,ſuæ hypoſtaſeos trahat, vt per hypoſtaticam vnionem, verè naturalem filiationem, eidem contribuat, ex qua Dei filius naturalis, verè ſit & vocetur: palàm eſt, ꝙ ſi vnionem in perſona, pręcedit decretum, quòd pari ratione, communionem filiationis, præcedit prædeſtinatio. Et ſicut decretum eſt, vt Verbum ſit homo, ita decretum eſt, vt Verbum, noſtram naturam indutum, eam ad filiationem prouehat: & ſic, vt Verbum, in humana naturã, Dei filius fiat. G

Digreſsio de prędeſtinatione CHRISTI. In qua expenduntur verba Pauli ad Romanos. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei,&c.

Verum etſi quæ diximus, de CHRISTI prædeſtinatione, ſunt amplectenda, & ſunt acutis Theologis, maximè conſentanea: Poteſt tamen, ille locus Apoſtoli, non tam ſimplicius, q̃ ſacris literis accommodatius: & Paulo forſan acceptius, aliter explicari. Et quoniam locus eſt reconditus,& multis obſcurus, puto facilè condonabitur, ſi paulò altius exorditi, & vltrà q̃ poſtularet occaſio, euagati: tentabimus, vt noſtra, pro tenuitate, latius detegatur, ac vberius illuſtretur.

Igitur eò loci Apoſtolus (iuxta id quod videtur) CHRISTI natiuitatem, æterna generatione partam, non tradit: ſiue ea ſit, cum ab æterno, genitum eſt verbum, ſiue ea, cum oportuno in tempore, genitum eſt, verbum homo (de qua re dictum eſt ſupra:) ſed natiuitatem, temporali duntaxat generatione adeptam. Et duplicem illam aſsignat, quemadmodum & duplex aſsignatur ſingulis eius membris: Carnalem, ſcilicet, & Spiritualem, iuxtà CHRISTI doctrinam: vt etiã hac in re, miro ſimus pacto conformes. H Ioan.3.

Vndè, ſicut carnali generatione, nos naſcimur filij hominum parentum ex ſemine, in infirmitate matris, & demum ſecundum carnem, hoc eſt, imbecilles, immundi, peccatores, & multis ærumnis obnoxij (quoniam, quod natum eſt ex carne, caro eſt) ſpirituali verò, renaſcimur filij Dei, ex reſurrectione a mortuis in virtute Dei, & ſecundum ſpiritum ſanctitatis: quo nequimus non eſſe robuſti, ſancti, inculpati, & cornucopijs ſpiritus, diuites (quoniam, quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt) Ita & CHRISTVS naſcitur, iuxta carnalem originem, filius Dauidis, & iuxta ſpiritualem, renaſcitur filius dei. Quod ſumma eſt eorum, quæ intendit Apoſtolus. Et primam quidem tradit his verbis. Ioan.3. Ioan.3.

Qui

Luca. A *Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* *Factus* (inquit) hoc eſt,(Angelo interprete) natus. Quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Et Paſtoribus Euangelizo vobis gaudium magnum, quia vobis natus eſt CHRISTVS, in ciuitate Dauid. Vel factus, hoc eſt, ſcripturarum vſu, reuelatus ac manifeſtatus. Factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam, Factus eſt ad Ezechielem. Et licet meritò acceptior, hoc loci, ſit Angeli interpretatio, mos tamen ſcripturæ, non videtur, ſecluſus: Quoniam CHRISTVS, natus non ſolum eſt, ſed manifeſtatus, ac cognitus filius Dauid. Imò palàm ac publicè acclamatus, ne dum ab infirmis & cæcis: (Fili Dauid miſerere noſtri,) ſed à toto populo, & magno cum tripudio, ac triumpho (Hoſiahna, filio Dauid; Benedictus qui venit in nomine Domini).

De carnali Chriſti generatione, ſeu natiuitate.

Marc.10. Luc.18. Matt.21. Mar.11. Ioan.12.

Ex ſemine. Hoc eſt, ex progenie, iuxta morem ſcripturæ. Semini tuo dabo terram hanc. Et numera ſtellas, ſi potes, ita erit ſemen tuum.

Gene.12. Gene.13. & 28. Et Rom.4. Matt.1.

Dauid. Vtraq; ex parte, tam ſcilicet, nutritij ſeu reputati patris Ioſeph, quàm verę matris eius Mariæ, de qua natus eſt: fuit ex progenie Dauid. Siquidem (Euangeliſta teſtante) Ioſeph erat de domo Dauid: deſcendens per lineam Salomonis, viginti & octo (iuxta Euangeliſtæ computum) generationibus medijs. B Maria quoq; (præter oraculum Eſaiæ, Egredietur virga de radice Ieſſè, & flos, de radice eius aſcendet) eodem è fonte, ſed per lineam Nathan genita eſt: intermedijs (iuxta annotationem Lucæ, qui generationem eius aſcendendo recenſet, ſicut Matthęus deſcendendo generationem Ioſeph) generationibus quadraginta duabus.

Et Ioſeph, & Maria ex ſemine Dauid.

Eſai.7.

Secundum carnem. Plura hoc verbo, inſinuata ſunt. Et primùm. Cum homo, animam includat & corpus: hic anima excluſa eſt; quandoquidem, etſi anima bruti, eſt ex ſemine bruti, anima tamen hominis, non eſt ex ſemine hominis, ſed dèforis accedit. Vndè & Protoplaſte è terræ puluere ficto, infuſa mox illi fuit à Deo. Et inſpirauit (inquit) in nares eius ſpiritum vitæ: Animã ſcilicet humanam, in ſcripturis haud raro, ſpiritum dictam, ſupremam ob eius partem: quæ ſicut, eam ob rationem, quòd per illam homo eminet cæteris animantibus, mens à ſapientibus appellatur, ita quia illa ad ea, quæ ſpiritus ſunt attingit, & in illa, hac in peregrinatione, ſpiritu renouatur, vt ad ea, quæ ſpiritus poſtulat, ſecum quod hominis reliquum eſt impellat: ſpiritus nomen accepit. Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam. Et quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus hominis, qui in eo eſt. C Et Spiritus ſanctus, conteſtatur ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Et illud. In manus tuas, commendo ſpiritum meum. Quam ob rem, & Moſes ſemet interpretatus, adiunxit. Et factus eſt Adam in animam vitæ.

4. de gene. ani. Gene.2. Pſal.145. 1.Cor.2. Rom.8. Pſal.30. Gene.2.

Anima hominis quę mẽs & ſpũs dicię non ex ſemine hominis.

Verùm tam etſi anima CHRISTI, ex Dauide profecta non eſt: eius tamen, quod ex Dauide profectum eſt, hic dum ageret, expers prorſus non fuit. Teſtes ſunt illæ voces. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: Circundederunt me gemitus mortis: Factus in agonia, prolixius orabat.

Matth.26. Pſal.114. Luc.22.

Deinde: Et corpus, quodam pacto, excluſum eſt: ex illa ſcilicet parte, qua Dauidis facultatem exceſsit. Qua in re, attendendum ꝙ in plaſmando corpore hominis, tam etſi diuina ſemper poteſtas, mirumq; Dei opificium, interueniat: quibus materia generationis, ne dum è membris corporis, ſed ex genitali virtute, vti lac mulceatur, & opportuno loco, velut caſeus coaguletur, aptet in corpus, & per membra diſponatur, ſicut & Iob, a Deo factum retulit, de ſeſe: id tamen, cõmuni lege, niſi viri ſemine concurrente non fit: imò virilis ſeminis ſpiritu (præſertim poſteaquam materia eſt emuncta) non ſecus, ac organo, & veluti ſuæ artis vehiculo, Deus maximus vtitur: vt D meritò naturæ opus, opus enunciari poſsit Intelligentiæ.

Quõ nõ formetur corp' hominis, niſi opificio Dei.

Iob.10. 2.Phy.

Verum, cum ille ſeminis ſpiritus, homine ex immũdo progreſſus, vel ſaltèm, illa ex parte, quæ in eo, regenerata nondum eſt, extractus, ſine pollutione, nõ ſit: mirum non fuerit, ſi homo indè genitus polluatur, ac peccato originis deprauetur. Quis enim, mundum faciet, de immũdo conceptum ſemine? Ergo cũ CHRISTVS naſci, ſine quouis peccato debuerit: alio medio, aliòue organo opus habuit. Quare, etſi in conſtituendo eius corpore, ſpiritus adfuit, ille tamen, ab homine, non eſt deciſus, ſed à Deo profectus, a quo nihil poteſt eſſe, non purum, nihil non ſanctũ. Spũs ſanctus (Angelus ad virginẽ inquit) ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obũbrabit tibi.

Iob.14. Luc.1.

Ex polluto ſemine, polluitur ꝓles.

Chriſtus ex ſpiritu ſancto.

Ergo, opera quidem Dei, interuentu tamen Spiritus ſancti, emũctus eſt, caſtus Mariæ ſanguis: & obumbrante, diuina poteſtate, procul ab oĩs concupiſcentiæ æſtu, ad locum genituræ deductus, coagulatus, & miro etiam ſpiritus opificio (quippè qui eſt omnium artifex) illicò in humanum corpus formatum: idque exactè mox eſt in omnia membra diſtinctum, vt ſtatim (anima quàm primum infuſa) in matris vterò, natus fuerit homo, moxq; fœmina, intra ſe virum clauſerit, ac (vt extabat oraculum) circundederit.

Sapien.1. Pſal.89. Iere.31.

Pſal.50.

Non quidem pollutum, quemadmodum nos, qui in iniquitate concepti, & ſuper quos, ma-

ter in

ter in peccatis, eſt calefacta: ſed ſanctum, & ab omni peccato penitus alienum, ſicut & Angelus vaticinatus eſt. E Quod naſcetur ex te, ſanctum (non, ob id ſolum, ꝙ Diuinitati coniunctum, ſed & quia de Spiritu ſancto æditum, & Deo perpetuo & in omnibus conſecratum.) Qui planè ex parte, vocandus non eſt, filius Dauid, ſed, ſicut mox Angelus ſubdit, vocandus eſt filius Dei, vocabitur filius Dei. Ergo, per Carnem, non ſolum animam excluſam voluit, ſed etiam ſpiritũ, quo medio plaſmatum eſt corpus: quandoquidem ille, non proceſsit ex Dauide, ſed proceſsit ex Deo: nec illo, CHRISTVS, ſpectat ad progeniem hominis, ſed pertinet ad progeniem Dei: Qui nedum ſpiritus eſt, ſed ſpirituum Pater, vt alibi Apoſtolus docet.

Cur Chriſt⁹ natus eſt ſanctus.

Luc. 1.

Ibidem.

Ioan. 4.

Heb. 12.

Nec propterea CHRISTVM, ob eam duntaxat rationem, intelligas factum ex Dauide, ſecundum carnem, quòd Mariæ ſanguis, in illius formatus eſt, corpus: quoniam nec id ſolum, nomen carnis importat, & Paulus etiam, aliud explicatum eſſe intendit: Sed intelligas (vt Apoſtolo ſatiſfacias) illam quoq; communem noſtri iacturam, eumq; omnium erumnarum aceruum, in quẽ peccando, ſeſe primus homo coniecit: quibus nedum redditus eſt inualidus, ac viribus imbecillis, ſed (præter id quod intrinſecus latet, peccati ſcilicet virus) rerum omnium egentiſsimus, ac creaturarum miſerrimus, quouis momento, expoſitus ſexcentis caſibus, & obuius mille mortibus. F Quæ quidem omnia haud infrequenti ſcripturarum tropo, Caro, hoc loci, deſignat, ſicut & in eo, quo ſcriptum eſt. Caro & ſanguis non poſsidebunt regnum Dei.

Rurſum qd, ſm carnẽ, & quid caro in ſcripturis.

1. Cor. 15.

Has autem ærumnas (tam etſi vnà cum peccato, in nobis, ſemper ſuppullulant) in CHRISTO ſine peccato fuiſſe congeſtas, nemo erit qui dubitet, ſi auſcultabit Apoſtolum. Nam quia pueri communicauerunt carni & ſanguini, ideò (inquit) & CHRISTVS, communicauit eiſdem vt qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno ſint omnes. Et rurſum. Miſit Deus, filium ſuum, in ſimilitudinem carnis peccati: vt peccatum de peccato, damnaret in carne. Et factus eſt in ſimilitudinem hominum: & habitu inuentus, vt homo. Nec modò congeſtas, ſed illis immaniter diuexatum: quippè quem, placuit Deo, non ſolum tentari per omnia, vt ſuo periculo miſericordiã diſceret: ſed noſtra ob ſcelera, percuti, & in infirmitate conteri. Imò eouſq; deijci, vt meritò de ſeipſo dicat: Ego vermis ſum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Hebr. 2.

Miſeriæ carnis in Chriſto congeſtæ.

Roma. 8.

Philip. 2.

Hebr. 4.

Eſai. 53.

Pſal. 21.

Et quanquam, hæc carnis incommoda (potiſsimũ, vt peccati mulcta aliqua ſunt) ab ipſo Deo, G iure optimo, ſunt: quippè qui ſupremus, ac æquiſsimus Iudex, in peccatum meritiſsime ſæuit: vimq; antiquæ illius in nos maledictionis, non ſecus ac ſpinas, & tribulos, è terra, miſeræ conditionis humanæ, ſuboriri conſtituit: Quanquam CHRISTO, mira ac ſingulari Dei opera, & diſpenſatione ſunt inflicta: quoniam non ob peccatum, quod fecerit, aut quod ex communi labe contraxerit, ſed ob peccatum, ſceleraq; in illum, diuina ordinatione coniecta, & ab eo ſpontanea voluntate, perindè ac propria reputata (Propter quæ placuit, non ſolum, miſerrimo carnis ſtatui, ſe ſubijcere, ſed iuſsit omnes peccati maledictiones, in ſeſe incrudeſcere: vt nos ab omnibus, locupletiſsimè vindicaret.) Nihilominus, & per carnalem illius originem, ex ſemine Dauid, eadem quoque fuiſſe profecta, Apoſtolus ſatis oſtendit, aſſerens illum, ex Dauide natum, ſecundum carnem.

Carnis incommoda quo ſunt à Deo.

Quam obrem, neceſſarium eſt, ꝙ etſi, Spiritus Dei ſanctus, medius extiterit in conceptione CHRISTI: id tamen, quod ex Dauide, ſine peccato retineri decuit, aut ex materia ex Dauide ſumpta, Dei ordinatione, ad carnis ſtatum, abſque labe ſubminiſtrari valuit, totum (ſpiritu nedum non prohibente, ſed fauente) ſubtereuerit: Vt quantum fas fuit, probaretur non ſolum filius Dauidis, ſed filius hominis, vt appellitare ſeſe ſolitus eſt. Hactenus de carnali generatione CHRISTI. Sequitur de ſpirituali. H

Matt. 8.

Luc. 9.

Cur Chriſtus dictus eſt filius hominis

Eſai. 43.

Qui prædeſtinatus eſt filius Dei, in Virtute: ſecundum ſpiritum ſanctitatis, ex mortuorum reſurrectione.

Prædeſtinatus, hoc eſt, antequam generaretur generatione carnis (id enim ſufficit, præſenti loco) ordinatus, decretus, definitus regenerandus regeneratione ſpiritus. Siquidem quod ſtatutum eſt, reliquis electis, CHRISTO denegandum non eſt, electorum electo: de quo & per Eſaiã, atteſtatus eſt Pater. Ecce puer meus electus, quem elegi: poſui ſuper eum ſpiritum meum. Igitur ſi prædeſtinata ſunt membra, vt renaſcantur poſt originem carnis, per natiuitatem ſpiritus, prædeſtinatum non temerè aſſeretur, vt regignatur, & caput. Et licet, duplex ſit, regeneratio ſpiritus: Altera, ex parte ſolius hominis interioris, qua ſcilicet ſecundum mentem, renaſcimur in baptiſmo: Altera, ex parte etiam hominis exterioris, quo corpus reformatur ex puluere, & mortale induit immortalitatem, & fit in reſurrectione à mortuis: de poſtrema tamen hic Apoſtolus loquitur: Vndè, & ſubdit.

Eſai. 42.

Duplex regeneratio ſecũdum ſpiritũ.

1. Cor. 15.

Ex mortuorum reſurrectione, Hoc eſt, Græcorum more, à mortuis, Gignendi caſu, pro Auferendi

A rendi accepto. Sicut enim, carnali generatione, natus eſt CHRISTVS, ex ſemine Dauid, ita ſpi-
rituali renatus eſt, ex reſurrectione à mortuis. Et quidem quòd reſurrectio à mortuis regigni-
Coloſ. 1. Matt. 19. tio ſit, non tam Apoſtolus docet, aſſerens CHRISTVM primogenitum eſſe ex mortuis, quàm
Seruator, in ſui throni pollicitatione. In regeneratione (inquit) cum ſederit filius hominis, in
ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Filius Dei. Quemadmodum, ex ſemine Dauid, & natus, & manifeſtatus eſt filius Dauid: ita
Matt. 17. ex reſurrectione a mortuis, & renatus, & declaratus eſt, filius Dei. Vndè & ſeſe, ſelectis ex Apo
Mar. 9. ſtolis, in reſurrectionis gloria demonſtrante, illicò vox Patris auditur: Hic eſt filius meus dile-
Ioan. 1. ctus, in quo, mihi benè complacui. Et Ioannes. Spectauimus gloriam eius, gloriam quaſi vni-
geniti à Patre.

In virtute. Et ſi non reijcio, hoc verbum accipi poſſe, pro Perennitate indiſſolubilis vitę, ſiue
pro Gloria, & præſtantia futuri ſeculi, quemadmodum illo vſus eſt Paulus, ſexto & ſeptimo ad
Rom. 6. Hebræos: eò quòd CHRISTVS reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non do-
Philip. 3. minabitur; & in corpore claritatis ſuæ, nedùm eſt aſſumptus in gloriam, ſed ad ſedendũ in dexte
Act. 1. Mar. vlt. B ra Dei: Quia tamen, communia erunt hæc, omnibus electis, quoniam & illis inimica deſtruetur
1. Cor. 15. mors, & quod nunc ſeminatur in ignominia, tũc reſurget in gloria: & Apoſtolus, peculiare ali-
quid, intendit de CHRISTO: Ideò ſecus, hæc portio (ni fallor) interpretanda eſt.

Quare: verbi proprietate retéta, hoc eſt, Virtute, pro Poteſtate, ſumpta: Dicendũ eſt, quòd, Virtus Chriſti in reſurrectione.
Si de Virtute, in qua reſurrexit interpretamur: conſtat quòd ſingularis fuit, vnigenito Dei: Pro
pterea quòd tam etſi, illum ſuſcitauit Deus tertia die, ſicut Petrus apoſtolus dicit: nihilominus,
Act. 2. 3. 4. Ioan. 10. & ipſe ſuſcitauit ſeſe, quemadmodum aliquando teſtatur (Nemo tollit a me animam meam, ſed
ego pono eam, & iterum ſummo eam) Quod liquet, poteſtatis eſſe Diuinæ. Si verò de Virtute,
cum qua reſurrexit, triumphãdo ſcilicet, de lege, de peccato, de morte: expoliatis Principatibus,
Col. 2. ac Poteſtatibus, & palam confidenter traductis, atque in exemplum poſitis: euidens pariter eſt,
hoc ad Dei vnigenitum pertinere. Si demum de Virtute, quam reſurgendo accepit, vel potius
Matth. 28. ſe accepiſſe monſtrauit, dicens: Data eſt mihi, omnis poteſtas, in cęlo & in terra: id ipſum quoq;
Philip. 2. conuincitur, quandoquidem in ſolo eius nomine, omne genu inflectitur, cœleſtium, terreſtriũ,
C & infernorum, qui naturalis eſt filius Dei: Quiq; in forma Dei exiſtens, non rapinam arbitratus
eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſicut alibi Apoſtolus dicit.

Secundum ſpiritum. Tam et ſi, in reſurrectione, corpus regignitur, eius tamen regignitio, ſecũ
dum ſpiritum eſt: eò q corpus, quod fuit ex prima generatione carnale, in regeneratione reddi-
1. Cor. 15. tur ſpirituale. Non q carne, & oſſibus careat, Domino, poſt reſurrectionem, atteſtante, & in Corpus ſpirituale in reſurrectione.
Luc. 24. oſſibus & carne, ſeſe diſcipulis exhibente, ac dicente: Palpate & videte, quoniam ſpiritus carnẽ
& oſſa non habet, ſicut me videtis habere: Sed quia ab eo, omnis corruptela carnis, & quoduis
Sap. 2. indebitum onus oſſium, eſt ſecluſum, & in ſpiritus dexteritatem, ac priuilegium commutatum:
vt mirum non fuerit, ſi poſt reſurrectionem, electi, non ſecus ac ſcintillæ, ſicut ſcriptum eſt, in
arundineto diſcurrent.

Fuit autem in CHRISTO, regignitio corporis, ſecundum ſpiritum, tantò præ alijs locuple-
tior, quantò eius reſurrectio, aliorum reſurrectione præclarior: & eius corpus Diuinitati, quæ
ſpiritus eſt, vnitius. Siquidem in ipſo, omnis habitat Diuinitatis plenitudo corporaliter, vt aliàs
Col. 2. D Apoſtolus dicit.

Amplius. Et in reſurrectione, etiam quodam pacto, iuxta ſpiritum, regignitur anima: eò q Etiam in reſurrectione quodãmodo regeneratur anima.
non vltra in morem animæ, ſed in morem ſpiritus, viuificat corpus. Non q deſinat illud infor-
mare (imò cum eſſentialiter actus corporis ſit, illud informando perficitur) aut in eo ſenſuũ mini
ſterio vti, qui in reſurrectione erũt magis perſpicaces: ſed quia deficiente animali vita, in quã fa-
Gen. eſ. 2. 1. Cor. 15. & 16. ctus eſt primus homo, ſubſequitur ſpiritualis, in quam factus eſt CHRISTVS. In illa vẽter eſcis,
& eſcæ ventri: ſed in hac, Deus deſtruet hunc & has. Ergo vſu alimenti reiecto, conſequitur:
Luc. 10. vt reijciatur corporalis nutritio, auctio, ac generatio; in quibus animalis vita conſiſtit. Vndè
Pſal. 77. & in reſurrectione, non nubent, nec ducent vxores, ſed erunt ſicut Angeli Dei: veſcentes Ange
Tob. 12. lorum pane, qui cibus ac potus eſt ſpiritus, & ab hominibus, dum hic degunt, videri non poteſt,
vt Raphael atteſtatus eſt.

Et quanquam hæc vera ſunt, & à ſenſu Pauli non aliena: nihilominus, potiſsimùm de regene
ratione intendit, in ſpiritualem ſtatum: vt è regione, ſecundum ſpiritum, ponat, ſecundum
carnem: docens q & ſi CHRISTVS, iuxta carnalem originem, ex ſemine Dauid, natus ei eſt, ſe
cundum ſtatum carnis: eſt & nihilominus (ita Deo prædeſtinante) iuxta originem ſpiritualem,

regenitus Deo ex reſurrectione a mortuis, ſecundum ſtatum ſpiritus: hoc eſt: non ſolùm omniũ E
afflictionum ac incommoditatum carnis expertem ſed bonorum & affluentiarum ſpiritus diuitem, vt verè, aſcendens in cœlum, valuerit dare dona hominibus, & profundere in Penthècoſte, Epheſ. 4.
munera ſpiritus ſancti.

Status ex reſurrectione, ſtatus eſt maximę ſanctitatis.

Demum addidit, Sanctitatis: Vt mone faceret, eos, qui in ſtatum ſpiritus ſunt regeniti, in ſtatum regenitos illibatum, purum, & omni ex parte, a ſordibus alienum, vt prorſus, nulla vlterius, opus fuerit ablutione: quandoquidem nihil quouis pacto inquinatum, introibit in illum. Sap. 7.

Rurſum: Vt doceat in ſtatum regenitos, Deo perpetuò conſecratum: in quo non ſolum, laudum ſacrificia, offerantur iugiter Deo, pſallendo ſpiritu, pſallendo & mente: ſed in quo, & cor, & caro exultent ſemper in Deum viuũ: & omnia oſſa dicant, Domine quis ſimilis tui. Et CHRISTVS, maximè, qui ſingulariter, ſacerdos à Deo conſecratus, ſemper per ſemetipſum accedens ad Deum, vt in ſe, & in membris ſuis, nunquam non confiteatur Deo, & Patri. Hæc de ſpirituali regeneratione CHRISTI, & toto illo loco Apoſtoli modò ſint ſatis. Quandoquidem licet, aliter poſſit exponi, & forſan altius, & Pauli intentioni proximius: quoniam tamen, ex digreſſione Ordinis, ac definitionis rerum apud Deum, & lucem, & robur, expoſitio illa ſortitur; conſultò, quod reliquum huius digreſsionis erat, poſt illius abſolutionem reſeruatur. 1. Cor. 14. Pſal. 83. 34 Hebr. 7. F

Per IESVM CHRISTVM. Sunt quibus placet, hæc cum adoptione teneri, vt hoc pacto, manifeſtet Apoſtolus Deum & Patrem, prædefiniſſe homines, euehendos quidem, in filios, ſed ea ratione, vt nemini, adoptionis ſpiritus concedatur, niſi interuentu, & opera filij naturalis, & natura noſtra veſtiti: imò (poſt lapſum) humana imbecillitate circundati. Id, quod Galatis ſcripſit apertius.

Expẽdit inſignis loc⁹ apoſtoli ex Gal.

Cum venit plenitudo temporis. Noſtræ ſcilicet reparationi præfixi, *Emiſit Pater filium ſuum* Ardentem iamq; geſtientem deſcendere, & in hac miſeriarum valle, noſtras in ſeſe ærumnas traijcere, *Natum ex muliere*, Ergo miſerum & imbecillem. Homo (inquit Iob) natus de muliere, breui viuens tempore, obnoxius multis miſerijs, nec aliam ob rationem, non dixit ex virgine, niſi vt calamitoſo ſexu, communem nobis calamitatem oſtenderet: *Factum ſub lege*, Quod nedum formam præſe fert ſerui, ſed carnem peccatrici perſimilem, *Vt eos qui ſub lege erant redimeret*. Ac ſi euidentius dicat, Vt Chyrographum nobis infeſtum, cruci ſecum appenderet, ac è medio penitus auferret: Vt, his tandem medijs, *Adoptionis munus*, Culpa prothoparentis amiſſum (ita quidem Auguſtinus adiungit) *aſſequeremur*. Cap. 4. Cap. 13. G Coloſſ. 2.

Quantę vis, obedientia Chriſti apud Patrem.

Tantæ quidem acceptionis, ea extitit obedientia apud Patrem, quando CHRISTVS pro nobis reparandis, obtulit ſeſe, per ſpiritum in ſacrificium crucis, vt non ſolum nos, & mundum reconciliauerit Deo, ſed ariete tam valido viſcera paterna percuſſerit, ac commonerit: vt mox nequiuerit, rurſum in filios chariſsimos non recipere, amplecti, deoſculari: & ſic per CHRISTVM, ſuo tempore, adoptionis ſpiritu, noſtra pectora non perfundere, & cœleſtis hæreditatis pignore, non obſignare. Heb 10.

Verùm, & ſi hæc contemnenda non ſunt: mens tamen Apoſtoli eſt, ea, cum prædeſtinatione coniungi: Vt declaret nos per CHRISTVM IESVM, hoc eſt, illius opera, & interuentione, in hoc ipſum aſcriptos: vt in filios prouehamur. Et duplex eſt ſenſus. Alter, dicentibus CHRISTI interuentũ, aliud hoc in loco non eſſe, quam Sapientiæ interuentum, Iuſtitiæ, ac Poteſtatis diuinæ: quandoquidẽ, ea omnia CHRISTVS eſt, vt ex Apoſtolo, in præmiſsis attulimus: Vt eo pacto, moneamur, ſuprema nos ſapientia, iuſtitia, poteſtate, in adoptionem aſcitos: & ob id, ſic aſcitos, vt nemo ſit, qui myſterium hoc repræhendere poſsit, nemo qui iure conqueri, aut quouis conatu, ex illius validiſsima manu diripere (Iam etſi, diuinum nos conſilium, fugiat, tam etſi, prædeſtinauit quos voluit: & ex eadem maſſa, vas aliud factum eſt in honorem, & aliud in contumeliam) Alter, interpretantibus interuentum CHRISTI, eius gratiam, & interceſsionem: vt etiã in eo, quòd in adoptionem definiti ſumus: aduocato, mediatorique Dei & hominum, homini CHRISTO IESV, referamus acceptum. Et hoc (ſi non fallor) potiſsimum intellexit Apoſtolus. Verùm quo pacto, hæc concipi poſsint, paulò poſt, ex ſcripturis tentabimus aperire. Senſus duplex. H 1. Cor. 1. Ioan. 10. Roma. 9. 1. Thim. 2.

In ipſum. Et ſi non deſunt, qui hæc ſumunt reciprocè, reijcientes pronomen in Patrem, eo q ad Patrem ſpectat, filios adoptare in ſeſe: id tamen (vt mihi videtur) nedum eſt coactum, & ſine ſolida ratione: ſed a mente diſcedit Apoſtoli. Coactum eſt, pronomẽ ad reciprocationẽ aſtringere: cum omnibus ferè textibus græcis, ea dictio, ſcripta ſit, cum ſpiritu tenui. Inualida eſt ratio, quoniam & ſi pronomen admitteretur reciprocum, non minus cõmodè referri poſſet ad CHRISTVM: maximè cum obſcurum non ſit, electos, ſacris in literis etiam CHRISTI filios dici. Pro

patribus

Pſal. 44. A patribus tuis (propheta dicit ad CHRISTVM) nati ſunt tibi filij. Et ille, ad diſcipulos. Filij quã
Mar. 10. difficilè eſt confidentem in diuitijs, introire in regnum Dei. Et illud. Filioli, modicum tem-
Ioan. 13. pus vobiſcum ſum.

Siquidem, tam arctum tamquè vehemens eſt gluten, quo CHRISTO cõnectimur, vt vno ne- Gluten membrorũ Chriſti cũ eo multis titulis explicatur.
Hebr. 2. queat titulo explicari. Propter quod, modò dicti ſunt Serui: Ecce ego, & pueri mei mecũ: mo-
Matth. 23. dò Diſcipuli, Vnus eſt magiſter veſter, qui eſt CHRISTVS: modò Amici, Vos amici mei eſtis, ſi
Ioan. 15. feceritis quæ præcipio vobis: modò Secretorum conſcij, Omnia quæ audiui a patre nota feci vo-
Ioan. 14. bis: modò conuiuæ, Diſpoſui vobis, vt ædatis & bibatis, ſuper menſam meam, in regno meo: mo-
Luc 22. dò Fratres, Narrabo nomen tuum fratribus meis: modo Sponſa, Deſpondi vos vni viro: modo
Pſal. 21. Corpus & membra, Vos eſtis corpus CHRISTI, & membra de membro.
2. Cor. 12.

Ergo, nil relinquetur abſurdi, ſiquis & filios, haud diſſimili ratione vocet: præſertim cum re-
generetur per Illum, ſecundum ſpiritum, non minus quàm per Adamum, geniti ſunt ſecũdum
Matt. 3. carnem: & ipſe ſit qui baptizat in ſpiritu ſancto & igne, in quo myſterium regenerationis ab-
Pſal. 127. ſoluitur: & eam ſponſam ſit nactus, quæ haud ſecus, ſe habet, ac vitis abundans, cuiuſque filij, vt
B nouellæ oliuarum, in circumitu reſident menſæ ſuæ.

Secedit ab intentione Apoſtoli, Eò quod, hoc loci, aliud non intendit, quàm quod alibi cla-
Rom. 8. rius explicauit: Nos (inquam) in eo prædeſtinatos fore, vt cõformes ſimus imaginis CHRISTI,
vt ipſe primogenitus ſit inter fratres, & multos habeat in gloria cohæredes: Quandoquidem, &
in illum prædeſtinari, aliud non eſt, quam iuxta illius imaginem, in illius imitationem decerni.
1. Ioan. 2. Quam ob rem, non immeritò perurgemur, vt ambulemus hac in peregrinatione, quemadmo-
1. Ioan. 4. dum CHRISTVS, ambulauit: vt animam exponamus pro fratribus, quemadmodum expoſuit
1. Cor. 15. ille animam ſuam pro nobis: & ꝙ ſicut imaginem geſtauimus Adami terreni, ita imaginem ge-
Epheſ. 4. ſtemus Adami cœleſtis: in dies exuentes veterem hominem, cum actibus ſuis, & induentes no-
Colo. 3. uum, qui renouatur (dum hic ſumus) de die in diem, ad imaginem eius, qui condidit Illum: in
iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Rom. 11. Altius ac perſpicacius dicam. In ipſum prædeſtinati ſumus, quoniam in hoc ſumus definiti,
vt exciſi ex olea, quæ fuit malæ frugis, Primi parentis, in oleam transferamur quæ eſt, vberrimæ
C fœlicitatis, CHRISTI IESV, Vt in illã tranſplantati, inſiti, ac radicati (vt non raro monet apo
Ioan. 15. ſtolus) & viuamus, & fructificemus in ea: non ſecus ac palmites, & viuunt & afferunt fructum in
vite: per patientiam noſtram excipientes ac perferentes crucem, de manu vinitoris, Patris (in-
quam) cœleſtis: qui ita purgat palmites, vt afferant vberiores fructus. Et tandem, miram quan-
Ibidem. dã in CHRISTO, methamorphoſim paſſi, perindè ac Oliua illa fructifera, & vberrima, repu-
Pſal. 51. temur à Deo, in domo dñi: & veluti Vitis illa, ſuauitatis fructus producamus, in conſpectu eius.
Eccle. 24.

Secundum beneplacitum voluntatis eius. Poſſunt hæc, & de Deo, & de CHRISTO intelligi.
Si de CHRISTO, ſumus inſtructi, illum non ſolùm, non inuitè, noſtra in prædeſtinatione, me-
diatorem agere, non ſolùm ſuo pro arbitrio, totum hoc negocium perfici: ſed ea propenſione
cordis, ea promptitudine animi, ea dulcedine, ac ſuauitate voluntatis: vt nihil illi obtingere po-
tuiſſet acceptius, nihil iocundius (ſicut latius, non multò poſt oſtendendum erit) quàm prouin-
ciam hanc obiuiſſe, ac conſummaſſe. Et licet, lubens huic parti ſubſcribo, arridet tamen magis,
ſi in Deum & Patrem, ea verba referimus: colligentes hoc ex loco, non ſolum prædeſtinationẽ
D noſtram, non profectam ex meritis, minusq́; aſcribendum meritis, ꝙ in hæc, vel illa membra, ſu
mus aſſumpti: ſed & apoſtolum, ea de prædeſtinatione loqui, quę abſolutè prędeſtinatio eſt: quę
Tho. par. 1. q. 22. & reuocari non poteſt. Ita enim, diſcriminant ſacri Theologi, inter voluntatem ſigni, ac be- Voluntas ſigni, & beneplaciti.
neplaciti: ꝙ hæc ſemper: illa verò non ſemper expleatur.

Sicut ergo, de electione tetigimus, quandam eſſe ad tempus, quandam abſolutè: ita & de prę
deſtinatione dicendum eſſe, diſſentaneum non eſt. Vndè in libro vitæ, quo prædeſtinatio, ty-
po non ineleganti depingitur, non omnes qui aliquando ſcripti ſunt, ſcripti ſunt abſolutè, ſed
multi ſunt ſcripti ad tempus: qui tandem habent de libro deleri. Typo (inquam) eleganti, quan Liber vitæ, Typus elegãs prædeſtinationis.
dòquidem vtrunq;, propter quæ, inuenti ſunt libri, prædeſtinationi conſentit. Siquidem libri
inuenti ſunt: vt res ſit conſtantior, eò quòd quæ ſcripta ſunt, detrectari non poſſunt: & memoria
locupletior, vt ſi tandem alicuius obliuiſceretur, per ſcripturam ocius ſuccurratur. Vt igitur cõ-
cipiamus prædeſtinatorum, Deum & Patrem, cum pœnitere, tum obliuiſci non poſſe: liber vi-
2. Thi. 2. tæ in ſcripturis traditus eſt. Quæ ambo tamen, & ſine typo, alibi apoſtolus docet: Firmum, in-
quiens, ſtat fundamentum Dei, habens ſignaculum hoc: Nouit dominus qui ſunt eius.

Abſolutè autem, prædeſtinatus erat Moſes, cuius ſcriptura adeò fuit firma, ꝙ & ſi aliquando Abſolute prędeſtinati.

zelo

zelo fraternæ charitatis incenſus, aboleri petierit (Obſecro Domine, aut hãc dimitte populo noxam, aut me dele de libro tuo) id tamen impetrare non valuit. Abſolutè prædeſtinati fuerunt Apoſtoli, & eorum nomina, tam valido ſtilo ſculpta, vt cum gratularentur, eis dæmonia ſubijci, ſint à CHRISTO commoniti: Satius illis eſſe gaudendum, ꝙ ſcripti fuerint in libro vitæ. Abſolutè ſcripti ſunt, omnes prædeſtinati, iuxtà beneplacitum voluntatis Diuinæ: quandoquidem & ſi, hac in peregrinatione cadunt nonnunquàm, & ruunt, ſicut Petrus, Paulus, Dauid: Deo tamẽ cooperante, ac manum ſupponente, non colliduntur: ſed reparantur tandem, & in vberiorem frugem frequentius ſubuehuntur: quippè quibus, Deus omnia cooperatur in bonum. Ad tempus ſcriptus, ac prædeſtinatus eſt Saul, Iudas, & cæteri: qui aliquando, modo quopiam, communicauerunt ſanctis: & tandem proprio flagitio, perpetuò defecerunt ab eis. De quibus Dauid in pſalmis. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.

E Exod. 32. Luc. 10. Pſal. 36. Rom. 8. Pſal. 68.

Ad tẽpus prę deſtinati.

Nec propterea, quippiam eſt mutationis in Deo: apud quem, nulla eſt transmutatio, aut viciſsitudinis obumbratio. Siquidem, cum ſit Actus purus, vt iam non ſemel produximus, mutationi ſubeſſe non poteſt. Et per prophetam. Ego Dominus, & non mutor. Quam ob rẽ, quod ſemel ſcripſit, verendum non eſt, ꝙ in ſe, aliquando deleatur. Et ideò ad tempus ſcribi, non eſt peracto tempore ſcripturam abradi: ſed eſt, quod per ſcripturam promiſſum erat, abſolui. Siquidem qui ſcripti ſunt ad munus aliquod, non perpetuò duraturum, planum eſt, ꝙ ea pollicitatione potiti, nihil ſupereſt, quod præſtolentur. Ergo tam etſi ſcriptura eius muneris, in ſeipſa non tranſit, quia tamen, eis vltrà non proficit, non immeritò (ſolito ſcripturarum tropo) illis videtur tranſire, & ea de ratione, deleri. non ſecus ac legimus ſtellas è cœlo cadere, non iccircò, ꝙ deſinant in cœlo exiſtere: ſed quia deſinunt nobis influere, in quorum gratiam, hac in peregrinatione fixæ fuerunt in eo. Delentur ergò impij de libro vitæ, quia illis ſcriptos eſſe, vlterius non ſuffragatur: quippè qui receperunt bona ſua, in vita ſua, ſicut Abraham in Epulonem obijcit.

Iac. 1. F Malac. 3. Matt. 24. Luc. 21. Lucę. 16.

Non eſt mutatio in Deo.

Qoid deleri de libro vitę.

In laudem gloriæ gratiæ ſuæ. Vt in alijs diuinis operibus, multos licet concipere fines: ita & in prædeſtinatione. Nam ſi loquimur ex parte noſtra, prædeſtinati ſumus, vt potiamur tandẽ gloria filiorum Dei: Si ex parte CHRISTI, vt ſit primogenitus inter fratres: Si deniq; ex parte Dei, vt reluceat (quemadmodum hic dicitur) gloria gratiæ ſuæ. Sicut enim, ex magnitudine creaturæ, illuſtris nobis fit potentia Dei: ex ordine, ſapientia, & bonitas ex perfectione: ita ex hoc, ꝙ in adoptionem per CHRISTVM, in Ipſum, aſciti ſumus ac prædeſtinati: celebris apud nos, redditur gloria gratiæ eius: qua gratioſi apud eũ facti ſumus, in CHRISTO: vt immediatè ſubiũgit.

Diuerſi fines in prędeſtinatione.

G Rom. 8.

Et nomine quidem Gloriæ, nonnunquàm in ſcripturis intelligimus, Poteſtatem. Ite (inquit Ioſeph) ad patrem, & renunciate illi omnem gloriam meam. Nonnunquàm, Opes ac diuitias. Vnde Laban filij, in Iacobum. Noſtris ex ſubſtantijs, tulit vniuerſam hanc gloriam. Nonnunquàm, Præſtantiam ac dignitatem. Glorioſa, dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Et illud. Vidimus gloriam eius, quaſi vnigeniti à patre. Et Amen dico vobis, ꝙ nec Salomon in omni gloria ſua, veſtiuit ſe ſicut vnum ex illis. Et quadrat hoc loci, oĩbus modis accipere. Ergo, eum in finẽ, prædeſtinati ſumus, vt luceat, laudetur, ac commendetur in nobis, poteſtas, opulentia, præſtantia, & ſublimitas gratiæ Dei & patris, quam ab eo nacti ſumus, in CHRISTO. Vnde ſubdit.

Gloria in ſcripturis, multis modis accepta.

Gene. 45. Gene. 31. Pſal. 86. Ioan. 1. Matth. 6. Luc. 12.

In qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Græcè non habentur, extremæ dictiones, tam etſi nihil officiunt: & dictio, Gratificauit, illuſtrius reddere, gr̃a locupletauit, ſiue repleuit, vt reddita eſt, apud Lucam, in Angelica ſalutatione. Quanquàm & proprius, & commodius diceretur, charos habuit, vel gratioſos effecit. Præter id, ꝙ Gratificare, vox inſolita eſt latinis: & Gratificari, apud eos, aliud non eſt, quàm in alicuius gratiam, aliquid facere. Eſt igitur mẽs apoſtoli, ꝙ etſi Deus & Pater, ſuo pro arbitrio, multis, nobis poteſt ſuccurrere beneficijs, multis muneribus reddere locuplètes: id tamen, ꝙ prædeſtinati ſumus in adoptionem, per IESVM CHRISTVM, in Ipſum, ſecundum beneplacitum eius: in fauorem factum eſt, Gloriæ, illius muneris, & beneficij (quod hoc loci, gratiam nuncupat) vt eius ſcilicet, commendetur poteſtas, opulentia, celſitudo: In qua, ſeu per quam (ſolito hebræorum ſchemate) videlicet gratiam, per quod munus, ac beneficium charos nos habuit, & gratioſos ſuis in oculis reddidit: vel (ſi mauis) gratia impleuit ac locupletauit: in CHRISTO.

Luc. 1. H

Gratificari, quid ſit latinis.

Quem, & non temerè, conſueta Patris nomenclatione, Dilectum appellat. Quippè qui, nedum hoc pacto commonefacit, illum vnicè eſſe dilectum, ac ſuprà modum charum Deo & patri: ſed & perſpicuè ſatis inſinuat, cauſam, per quam, in tantum beneficij culmen, euecti ſumus, vnigeniti dilectionem eſſe: In quo, cum illius fauore & opera, vti membra ſumus recepti, nequimus

Chrs dilect⁹ à Pře, cã eſt noſtræ prædeſtinatiõis.

mus

A mus ardentius à Deo & Patre non diligi: & in eo facti, nedum gratiæ ſuæ participes, ſed locupletes, coràm illo non eſſe magis illuſtres. Ergò, in beneficij tanti præconium, vt quantæ ſit amplitudinis luceat, Dilecto nihilominus exiſtimulante, ac mediatorem agente, ad munus adoptionis prædefinitos, nos eſſe, hoc ex loco, maniſeſtè recipimus.

Verùm, quia hæc ſacramentis ſunt grauida, & lucem non mediocrem, afferre poſſunt, in ſcripturis diuinis, ab re fortè tentatum non fuerit, ſi poſſunt (noſtra pro imbecillitate) reddi magis dilucida. Quam ob rem, attendendum, verbum ſummi Patris, prius (ſi rectè prædicta perſpicimus) apud Deum, eſſe hominem factum, quàm noſtra de adoptione, fuerit in Diuina mente decretum. Si enim (vt dictum eſt) CHRISTVS, noſtræ prædeſtinationis mediator exiſtit: dubium non eſt, ꝙ ipſam prædeſtinationem præuenit. Ergò, neceſſe eſt, vt antequàm prædeſtinemur, verbum Dei, definitum ſit homo.

De diffinitione, aſſumēdi hominem à Verbo.

2. Thim. 2. Nam præter id ꝙ CHRISTVS (vt oſtendimus) naturam noſtram includit, euidens eſt, ꝙ ea in natura mediare nō poteſt, in qua æqualis eſt Patri, ſed in qua minor eſt Patre. Mediator enim

B Dei & hominum homo CHRISTVS IESVS. Et quanquàm omnia ſtatuta Dei, cum ſint æterna, ſint ſimul: quanquàm omnia (vt dictum eſt) in Deo, Actus ſint purus, & ſimplex: ſicut tamen actum illum, in plura, noſtræ mentis, tum hebetudine, tum aſſueſactione, reſoluimus: ita & ea inter plura, ordinem conſtituimus, dum vnum aliud præcedere conſideramus: & hoc tandem pacto, ad arcana Diuinæ mentis, prout poſſumus, cum timore ſemper ac tremore conſcendimus.

Mediator Chriſtus in natura humana.

Attendendum inſuper, ꝙ antè prædefinitionem noſtram, Decretum eſſe apud Deum, verbū hominem fieri: bifariam poteſt exponi: Propterea ꝙ Vno modo intelligi poteſt de homine in ſtatu paſsibili & mortali, qualem ſubijt in vtero mulieris, cum factum eſt caro, in quo & reliquū

Ioan. 1. huius vitæ permanſit: Alio modo in ſtatu impaſsibili & immortali, in quo apparuit in reſurrectione, & nūc ſedet ad dexteram Dei. Et licet nemini ſit obſcurum, paſsibilem ſtatum, mortiq́; obnoxium ex peccato primi parentis inuectum: conſentiantque omnes, à Verbo, ſtatum illum

Roma. 8. Hebr. 10. aſſumptum, vt peccatum in carne damnaret, & ſecum in ligno configeret: (ſiquidem nullo ho-

C locauſtomatum, pro peccato ſatisfaciente Deo, mortale corpus, nullique humanæ neceſsitati non ſubditum, coaptatum eſt verbo: vt præcipiente Patre, & ſpontè offerēte ſe filio, in holocauſtum aptius traderetur: quo peccatis omnibus expiatis, nos non ſolùm in ſtatum priſtinum, inſcium paſsionum, & mortis, reduceret: ſed in vitam, longè meliorem, cœleſtem ſcilicet & Diuinam tranſueheret) omnibus tamen non eſt manifeſtum, an Decretum aſſumptionis carnis, Decretum præcedat adoptionis noſtræ: quemadmodum nec omnibus videtur conſtans, an non interueniente peccato, definitum eſſet, impaſsibili in ſtatu, naturam noſtram aſſumendam à Verbo. Et quoniam ex his maximè (ſi non fallor) illucent quæ tradit Apoſtolus. ideò, ſine cuiuſuis ſententiæ præiudicio, dicam quo nam pacto, poſſunt hæc ex ſcripturis expendi.

Cur à Verbo, homo aſſumptus eſt paſſibilis.

Digreſſio, Quo ordine & ratione, de rebus definitum fuerit apud Deum. Et quo pacto, non exiſtente Primi parentis Delicto, homo aſſumptus eſſet à verbo.

Pſal. 55. Eſai. 55. Et ſi Diuinæ mentis arcana, in patria pertingemus illuſtrius, vbi in lumine gloriæ, lumen no-

D ſtræ videbimus fœlicitatis: imò cū cogitationes Dei, longè diuerſæ ſint, à cogitationibus noſtris, mirum non eſt, ſi nobis (dum hic agimus) magna ſunt ex parte recondita: attamen cum ſine præſumptione, ſubq́; cenſura (prout facimus) ſacroſanctæ eccleſiæ, aliquid attentamus, & luce Diuini verbi ſuffulti, illud pro noſtro captu, humiliter balbutimus: non ſolùm Deum nō offendimus, ſed veneramur, & eccleſiæ imbecillioribus membris, non rarò proficimus.

Quo pacto perſcrutari liceat myſteria Dei.

Ergo hanc viam ingreſsis, nefas non erit concipere, Deum quidem optimū maximum: quēadmodum omni procul iniuria, à creaturis valuit abſtinere (quippe cui, in ſeſe fœliciſsimo, & beato, ex illarum productione, nihil accedit) ita valuiſſe quicquid libitum fuerat, pari facultate,

Heſter. 2. condere, ordinare, decernere: quandoquidem vniuerſa in eius ditione ſunt poſita, & nullus poteſt, illius reſiſtere voluntati. Verùm infinitis Diuina mente conceptis: arcanis conſilio & iudicio: in ſacroſancta Triadum ſinodo, decretum eſt, hominem fieri: & in illum maximè, pelagus Diuinæ bonitatis profundi.

Qua de re, eo ſuit opificio inſtitutus, vt nulla creatura fieret abſolutior: ea perfectione, vt nulla reperiretur præſtantior. Hinc ordinatus eſt, nedum rerum omnium ſumma, ſed finis: in quo, omnia ſaluarentur, & propter quem, omnia conderentur. Nec modò decretū: ſed ante quoduis aliud, eorum quæ condenda conceperat, definitum. Et quidem non temerè, cum fi-

Primū decretū apud Deū eſt de condēdo homine, at non in ſtatu animali ſed ſpiali.

nis conſtitutio, eorum quæ ordinantur in finem, iure conſtitutionem præcedat: quippè qui E
ritè, prius volumus ſanitatem quàm potionem, & meritò cóſtituimus creare Regem, antequam
decernamus de Satrapis.

Verùm hoc Primo Decreto, conſtitutum non eſt, de homine in ſtatu animali, ſed ſpirituali:
Propterea ꝙ et ſi diſſentaneus homini, ſtatus ille non eſt, vt tamen ex ſcripturis accepimus, ille
eſt homini temporaneus, hic verò eſt ſibi perpetuus. Ergo tum primùm, tum ſui gratia, hic
eſt intentus, & ille non ſecus ac præludium introductus: vt dum peregrinamur in hac vita,
ad futuram ardentius ſuſpiremus. Sicut enim materia eſt propter formam, & corpus propter
animam: ita & imperfectum eſt propter perfectum, & tranſitorium propter perpetuum, &
incorruptibile.

Amplius. Eo ipſo decreto, non modò, hunc in pactum eſt definitum de homine, ſed etiam,
imò & maximè, eſt conſtitutum, illum non ſolùm proximè accerſiendum Deo, non ſolum locu
pletandum cœleſtibus gratijs (imò & obruẽdũ Diuinis muneribus & cornucopijs) ſed & eòuſq;
Diuinitati nectendum: vt ſalua vtriuſq; naturæ ſubſtantia, tanto fœdere in vnam coirent vęrbi
perſonam, quòd non modo, vno eodemq; prorſus eſſe ſubſiſterent, nó modo vno eodemq;, co- F
pularentur termino perſonali: ſed & idiomata Dei, fierent idiomata hominis, & idiomata homi
minis idiomata Dei: vt latius Theologi proſequuntur.

Homo, quo pacto maximè finis, eſt omniũ creatorum.

Dixi primùm, ac maximè cóſtitutum: Propterea ꝙ et ſi compertum eſt, hominem finem eſ-
ſe omnium creatorum, potiſsimùm compertum eſſe debet, de CHRISTO: in quo Diuina boni-
tas, penitus eſt profuſa, ſapientia pateſacta, & poteſtas ſupra modum oſten ſa. In quo, & natu-
ra noſtra, eſt maximè exaltata: & in immenſum, ſuprà quoduis Dei opificium, mirum in modũ,
euecta, quin & maximè hoc ex capite, reliqua Dei decreta præcedit: Nec modo præcedit, ſed
de illis, quodam pacto diſponit, ordinat, & ſancit.

Per verbũ hominẽ definitũ condenda omnia, in cœlo & in terra.

Rurſum. Eodem conſtitutum eſt decreto, vt per eundem Deum, & hominem CHRISTVM
(hoc eſt) verbum definitione Dei, ad induendum hominem determinatum: & ob id hominem
verè apud Deum effectum, non ſolùm quælibet conderetur, ſeruaretur, ac promoueretur crea-
tura, tum in cœlo, tum in terra, ſicut ex ſcripturis, non longè poſt, demonſtrare tentabimus: ſed
diuinis fauoribus, & gratijs, in longè fœliciorem ſtatum, quam natura, ſuis viribus præſtare poſ-
ſit, certo transferretur tempore: ſicut futurum, non dubitamus, poſt nouiſsimum diem, omni- G
bus per ſpiritum ſanctitatis CHRISTI, renouatis, & in longè meliorem ſortem reſtitutis, quẽ-
admodum ſcriptura nos docet.

Secundò decretum eſt de electorũ cętu: Chriſto donandorũ.

Secundo Decretum eſt, de ſacroſancto electorum cętu (de quo Dauid in pſalmo: Memor ſis Pſal.73.
cętus tui, quem poſſediſti, ab initio.) quos ſcilicet Deus & Pater, prędeſtinauit per CHRISTVM, Epheſ.1.
in adoptionem: in Ipſum. Secundo (inquam) Quandoquidem cóſentaneum eſt, vt poſt caput
illicò ſtatuatur de membris, quibus nihil eſt, CHRISTO proximius: per quæ, & miro modo cō- Epheſ.1.
pletur. Putandum enim: Deum optimum maximum non ſolum, in ſui ſingulariſsimum regnũ
& peculium, ſed & in CHRISTI conſortium, & ſolatium, (cuius deliciæ ſunt, verſari inter filios Prouer.8.
hominum) certum decreuiſſe, hominum numerum, illoſque nó ſolum, illius obſequijs deputaſ-
ſe, ſed & dono dediſſe quemadmodum, illius ex verbis, excipere poſſumus. Ecce ego, & pueri Hebr.2. Eſai.8.
mei, quos dedit mihi Dominus, mecum. Et illud. Tui erant, & mihi illos dediſti. Et rurſum. Ioan.17.6.
Omne quod dedit mihi Pater, ad me venit: & eum qui venit ad me, nó eijciam foras, ſed me pe-
nes excipiam: vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum. Nam volo Pater, ꝙ vbi ego ſum, ibi & mini-
ſter meus ſit. H Ibidem.17.

Charitas xpi erga electos tanquã membra ei connexos.

Ergo præclarum hunc cętum, & Deo tam acceptum peculium, à Patre ſibi donatum, tanto
CHRISTVS eſt charitate complexus: vt noluerit illos habere in ſeruos, ſed in prædilectos ami- Ioan.14. Hebr.2.
cos, & chariſsimos fratres: imò (vt dictum eſt) in membra, & corpus, vt tandem, non ſecus, ac ip- 1.Cor.12.
ſe reputemur à Deo. Qua de re, fieri non potuit, vt eius in gratiam, adoptione non donaremur 2.Petr.1.
à Patre, non aſcriberemur naturæ Diuinæ conſortes, & omnium theſaurorum Dei participes:
imò vt &, quodam pacto, non diligeremur æquè cum CHRISTO, quippè quibus datum eſt, Ioan.17.
fore ita illi coniunctos, adeò inſitos, & conglutinatos: vt mira quadam, ac ſupra quàm dici poſ-
ſit, metamorphoſi, in inuicem tranſeamus: & quemadmodum CHRISTVS dixit, vnum, quo-
dam pacto, ſimus in Illo, & Patre, ſicut Pater, & CHRISTVS, vnum ſunt inter ſe. Quare, & ea-
met dilectione, Pater diligit ambos (Vt cognoſcat mundus ꝙ dilexiſti illos, ſicut dilexiſti me: & Ibidem.
non multò poſt: Vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego, in ipſis,) & ambos, ad dexteram
ſuam conſtituit: vt Apoſtolus, ſuo loco, dicet. Cap.2.

Et

A Et quamuis CHRISTO, in vita incorruptibili,& corpore glorioſo, electi ſint euaſuri cõformes,& cõfigurati,in corpore claritatis ſuæ: neceſſarius tamẽ eſt illis locus,in quo degant. Quandoquidem & ſi in reſurrectione corpora erunt ſpiritualia: ſpiritus tamen non erunt, vt nuſquã eſſe contingat. Ergo Tertio quidem loco,de domo,hoc eſt,vniuerſo, definitum eſt: Et ritè nõ in ſtatu corruptionis,qualem nos periculo contrectamus, non ignorantes,ob id, omnem creaturam gemere,& parturire,cupientes,à ſeruitute corruptionis abſolui: Sed incorruptionis,qualis reuelabitur poſt diem iudicij,innouatis cœlis & terra,& ſingulis, (dęmonibus reprobiſq; exceptis) in ſortem longè meliorẽ reformatis: abſorpta prorſus morte, in victoria, & temporibus huius ſtatus conſummatis,& cum eis pariter,cauſis totius corruptionis amotis.

Philip. 3.
1.Cor. 15.
Rom. 8.
1.Cor. 15.

Tertio decretũ eſt de vniuerſo in ſtatu incorruptibili.

Quarto decretum eſt de Adamo in animam viuentem, & vniuerſo (vt foret animali vitæ cõmodum) corruptioni,& mutationi obnoxio: Et ab his(cum libuit) opus,non iniuria,inchoatũ. Quandoquidem non primùm,quod eſt ſpirituale, ſed quod eſt animale (vt Apoſtolus dicit,) Et quod poſterius eſt,in intentione, prius ſemper eſt,in exequutione,quemadmodum experiẽ-B tia docet. Et vniuerſum compendio ſex dierum abſoluit,ſed innumeris ſacramentis: de quibus noſtra pro tenuitate,dictum eſt alibi. Tantum in præſentia, commonebimus: quòd etſi non deſunt,qui ab Angelis auſpicantur exordium, exiſtimantes illos, multis ſęculis corpora præceſſiſſe: Secus tamen (ſi non fallor)ſacroſancta ſentit eccleſia, firmiter credens, vnum Deum, Patrem,Filium,& Spiritum ſanctum,vtranque naturam,ſpiritualem ſcilicet,& corpoream, ſimul cõdidiſſe:quẽadmodum generalis Synodus refert. Quibus & hic Mundus creditur diſtributus; vt creaturæ, quæ iuxtà hunc ſtatum, ſunt corruptibiles, & ob id, contrarietatibus, & pugnis expoſitæ, tum conſeruarentur iuxtà beneplacitum Dei, tum promouerentur in ſuum proprium onus.

1.Cor. 15.
De ſum. trinita. & fide catho.

Quarto decretum eſt de Adamo in aiam viuẽtẽ & vniuerſo corruptioni obnoxio.

Simul productæ ſpũales, & corporeę creaturę.

Hinc inſtructa eſt militia cœli: acies diſpoſitæ, & phalanges ordinatæ: vt Deus noſter, Deus ſit exercituum,ſicut ſcriptura, ſæpe commemorat. Hinc inſtituti ſunt Principatus, Poteſtates, Virtutes,& Dominationes: de quibus non nunquàm Apoſtolus loquitur. Hinc illis diſpartitæ Prouinciæ,Regna,Populi,Nationes: vt eorum pro ſalute depugnent, quemadmodum propheC ta refert. Et demum,ſunt eam ob rationem, electorum ſingulis deputati: vt eorum opera, hac in peregrinatione, & extimulentur ad bonum, & arceantur à malo, vt conſtat, ex varijs ſcripturæ locis.

Pſal. 6. & alibi.
Col. 1. & 2.
Dan. 10. 12.
Hebrę. 1.
Pſal. 90.

Adamum verò, qui (Paulo admonente) in typum factus eſt CHRISTI, & ob id, nõ ſimplici ſacramento formatus: ſecundum corpus è puluere finxit,ſed ſecundum animam, donis pluribus exornauit. Hunc deliciarum hortum introductum,coniugi copulatum, præceptis & mandatis aſtrictum,de ſalute & perditione communitum,inſignibus gratia,& fauore ſuffultum, ac ſuæ libertati dimiſſum: Decretum quinto, ſathanicæ tentationi exponi, labi permitti, Sathanæ tradi,illius Tyranidi ſubijci,morte puniri,& Tartaro deputari. Non quidẽ, vt his in ærumnis,extremiſq; calamitatibus,perpetuo teneretur: ſed vt occaſionem nactus, Deus ardorem ſuæ dilectionis erga nos,latius patefaceret,ſuiſq; cornucopijs cumulatius, noſtrum genus obrueret.

Rom. 5.
Gene. 2.
Eccle. 17.

Quintò decretum eſt Adamũ tentari,& labi ꝑmitti.

Quam ob rem,& ſi omnia in illius ditione ſunt poſita: et ſi nullum verbum eſt illi difficile: arcano tamen ſuæ voluntatis conſilio, Decretum eſt ſexto: Vnigenitum ſummi Patris,iam quiD dem hominem,ſed non paſsibilem definitum, Opificem orbis ordinatum, Hæredem vniuerſorum inſtitutum,in Regem omnium rerum ſelectum, Peculio Dei patris donatum, & eidem vti caput aſcriptum: tandem (ſed opportuno tempore:) eouſque demitti, deijci, exinaniri: vt eo H paſsibilem carnem induto,cum peccatoribus diuerſato,ærumnas noſtras experto, à proprijs derelicto,opprobrijs ſaturato,in cruce ſuſpenſo, & mortem execrabilem paſſo: Impenſa tanti ſacrificij,Crimen expiaretur læſæ maieſtatis Dei,ſeueritas expleretur iuſtitiæ ſuæ, Crucifigeretur vetus homo,cum ſuis omnibus membris,Deſtrueretur regnum peccati,Abſorberet mors,Captiuaret ſathanas,ſpoliaret infernus:& tandẽ,illo excitato à mortuis, & ſuæ gloriæ, ſuæq; claritati, quã habuit,per ęternam definitionem Patris, nedũ priuſquã mundus cõderetur in ſe,ſed priuſquam conderetur apud ſe,hoc eſt,priuſquam de illo condendo ſtatueret,in mẽte ſua, quemadmodum ex præcedentibus liquet: miro modo,& cum illo excitarentur,qui illi traditi ſunt a Patre: & nouam vitam,hic quidem per inchoationem, quodammodo introgreſsi, & demum per conſummationem, quando erunt cum corpore,in cœlum cum illo aſſumpti, perpetuò poſsiderent. De quo & Paulum inferius auſcultabimus.

Heſt. 1.
Ioan. 17.
Cap. 2.

Sextò decretũ eſt aſſumẽdũ hoĩem in ſtatu paſſibili, à Verbo Dei.

Quã de re,ſi non fallor, facilè ex præmiſsis habetur: non modo conſonum eſſe rationi, ſed & Scripturis ſacroſanctis: quòd etſi decretum aſſumptionis carnis, decretum ſubſequitur per-

Si Adam non peccaſſet, op⁹ medico non fuiſſet.

miſsionis culpæ, Propter quod ſi Adam non peccaſſet, CHRISTO medico, opus non fuiſſet: E Luc. 5.
Decretum tamen aſſumendi hominem, non tantum præcedit permiſsionem peccati, ſed & definitionem creationis Mundi.

Digreſſio, vel potius, Digreſſionis Reliquum, de prędeſtinatione CHRISTI, Ex verbis Pauli ad Romanos: ſicut promiſſum eſt in prȩcedentibus.

Totius euangelij cardo.

Ex præmiſsis, non eſt difficilè, & aliam, & potiſsimum forſan intentam, interpretationem accipere, verborum Apoſtoli, de prędeſtinatione CHRISTI. Nam cum eò loci indubiè, rem, in qua totum verſatur euangelium, aſſerat eſſe, filium Dei, non quidem abſolutè, ſed hominem factum, (cum aſſerat eſſe, CHRISTVM IESVM, Dominum noſtrum) Conſultò, non quidem minimum eius rei ſacramentum, ſed maximum: imò & totius euangelij cardinem, in quo & reliqua illius ſacramenta vertuntur: placuit verbis non obſcuris attingere, & vt rem inſigniter pōderandam, parentheſi intercludere. Siquidem Euangelium aſſerens, eſſe de filio Dei, antèquā ſubdat, CHRISTO IESV, (Non enim in gignendi, ſed auferendi caſu, illa eſt reddenda particula) vt præſtaret quod diximus, verba hæc interpoſuit. *Qui factus eſt ei, ex ſemine Dauid, ſecundū carnem, Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in Virtute, ſecūdū ſpiritū ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorū.* Rom. 1. F

Ergo hic tandem, videtur planiſsimus ſenſus. Quòd licet in euangelio de quo ſermo, quàm plurima de filio Dei CHRISTO IESV detegantur arcana: illud tamen) perindè ac baſis quædam & ſumma) eſt habendum præ oculis, ꝙ ipſe Dei filius CHRISTVS IESVS, *Qui*, in remedium lapſus humani, & ob id, in reſtaurationem, totius quodammodo vniuerſi, inacceſsis conſilio, definitione, decreto, opportuno in tempore, *factus eſt*: hoc eſt, non ſicut reliqui hominum natus, ſed miro ſancti ſpiritus opificio, qui eſt omnium artifex (nam & ars, eorum quæ fiunt, recta ratio eſt) æditus: Et factus eſt, *ei*, hoc eſt, Deo (nempè in eius ſingulariſsimam gloriam, vt non immeritò Angeli in eius ortu illi concinant gloriam) Factus, inquàm Deo, ſed *ex ſemine Dauid*: & ob hoc; filius hominis, vt appellitare ſolebat ſeſe: imo & filius Adę, quoniam & Dauid, filius eius eſt: Vt qui ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno ſint omnes, ſicut Apoſtolus dicit. Et factus eſt Deo filius Adæ, non quidem ſecundum peccatum, tam etſi in ſimilitudinem carnis peccati: quia factus eſt, *ſecundum carnem*, non peccatricē, ſed ſimilem peccatrici: quia factus eſt, ſecundum carnem paſsibilem, imbecillem, & ærumnis noſtris expoſitam: Vt habitu inuentus vt homo, non modo per omnia tentari poſſet vt nos, ſed & pati, & mori pro nobis. Sapien. 1. Eth. 6. Luc 2. Hebr 2. Rom 8. G Hebr. 4. Philip. 2.

Christus cur dr filius hominis.

Ille (inquam) CHRISTVS IESVS, qui tandem, hunc in modum factus eſt, filius Dauid, ſecundum carnem: idem ipſe eſt, *Qui*, ex incredibili dilectione Dei, erga hominem, a Deo, imò & à tota Trinitate, *prædeſtinatus*, hoc eſt, longè antequam fieret, ex ſemine Dauid ſecundum carnem, definitus, ac decretus eſt: & per hoc, ex vi Diuinæ prædeſtinationis, longè antè, apud Deum & ſanctiſsimam Trinitatem, veraciter conſtitutus, ac factò, corā Diuinis oculis, poſitus: *filius Dei*. Non quidem in ea forma, in qua eſt eſſentialiter Deus (quippè qui in illa nō eſt prędeſtinatus, ſed genitus filius Dei: nec illam à tota Trinitate, ſed à ſolo Patre accepit: non aliquo conſilio, definitione, decreto, ſed naturali productione: & per hoc, per actum ſimpliciſsimum intellectus, præuenientem nedum, omne conſilium, definitionem, decretum: ſed & quemuis actum liberum voluntatis, ſicut & in præcedentibus diximus) ſed in ea forma, in qua eſt eſſentialiter homo (ſiquidem IESVS CHRISTVS, eſt verè Deus, & homo) Quam et ſi ab æterno, apud Deum, non tamen ſine: conſilio, definitione, decreto, ſed per Primum (vt explicatum eſt) H conſilium, definitionem Decretum, eſt apud illum indutus: ac irreuocabili lege, ea in forma, nō natura, ſed gratia, Dei filius factus, & appellatus.

Chriſt⁹ in forma Dei non eſt prædeſtinatus, ſed genitus.

Chriſt⁹ quo pacto, iuxta naturam humanam, gratia ſit filius Dei.

Factus, inquam, eſt filius Dei, gratia: Non ſolum quia gratuita communione, hypoſtaſis perſonalis verbi, & naturalis filiationis vnigeniti Patris, quibus verè exiſtit Deus, & naturalis filius eius: Non ſolum quia gratuita communione gloriæ, & Diuinæ beatitudinis, ex vnione verbi, quod ſplendor eſt gloriæ, & ſpeculum totius fœlicitatis: quibus vnicè eſt filius Dei, qui, vt inquit Paulus, Pater eſt gloriæ (Vnde & cum apparuit glorioſus, coram Petro, Ioanne, Iacobo, tempore transfigurationis, in monte Thabor, vox Patris inſonuit, Hic eſt filius meus dilectus: Et cum glorioſus factus, ſe oſtendit Apoſtolis & multis alijs ex fratribus, tempore reſurrectionis in Galilea, verè vox Patris locum habuit, ego hodie genui te, ſicut & notauimus ex intentione Apoſtoli: propter quod & Euangeliſta, de vtraque apparitione loquens, Vidimus, inquit, eum quaſi Vnigenitum à Patre, plenum gratia & veritate:) Sed & quia gratuita communione naturalis roboris & poteſtatis Verbi, qua potens eſt omnia facere. Propter Heb 1. Epheſ. 1. Matth. 17. Act. 1. 1. Cor. 15. Pſal. 2. Act. 13. Ioan. 1.

quod

A quod ſubdit, *In virtute*.

Siquidem prædeſtinatus eſt filius Dei, in robore & poteſtate Verbi, Non ſolum ad creandũ, — Chriſt⁹ quo pacto prædeſtinatus eſt filius Dei in robore & poteſtate verbi.
Heſter. 13. & conſeruandum cœlos & terram, & quicquid amplitudine comprehenditur Vniuerſi, iuxtà
conditionem cuiuſcunq; naturæ, quemadmodum per illum factum eſt in initio tẽporis, quan
Ioan. 1. do omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt: Sed & mirum in
modum, ad eleuandũ, reformandũ, & perficiendũ iuxta conditionem ſpũalis gratiæ: Quemad-
modum futurum credimus in conſummatione ſęculi, quando omnes reſurgemus à mortuis, vt
1. Cor. 15. hic apoſtolus addit: Quando non ſolum mortale hoc induet immortalitatem, ſed & creatura
Roma. 8. omnis, à ſeruitute liberabitur corruptionis, in reuelatione gloriæ filiorum Dei. Propter quod
& ſingulariter, prædeſtinatus eſt Dei filius, in virtute, *Secundum ſpiritum ſanctificationis*, vt clarè
Apoſtolus dicit. Et hæc modo ſint ſatis.

B **Digreſſio, In qua oſtenditur ex inſignioribus ſcripturę locis, omnia condita fuiſſe per CHRISTVM: & ob id, per verbum quidem, quod ſecunda eſt perſona in Trinitate, ſed prius hominem inſtitutum: imò apud Deum, vi diuini decreti, humana natura veſtitum.**

Et ſi nulli non conſtat, ꝙ quæcunque in vniuerſo ſunt condita, & conſeruata à Deo: con-
Aug. in lib. de Trini. dita, & conſeruata ſunt, ab omnibus Diuinis perſonis. (Quandoquidem opera Dei, vt dicunt, — Cõditio vniuerſi licet ſit a trib⁹ perſonis, tñ filio Dei aſcribit.
ad extra, indubiè, toti ſunt Trinitati communia, Propter quod, non ſolùm in mentibus angeli-
cis, & humanis, imago relucet ſacratiſsimæ Trinitatis, ſed & in ſingulis creaturis, veſtigium de-
prehenditur, Patris, & Filij, & Spiritusſancti) Etſi omnibus eſt perſpicuum, eam communio-
nem Triadum, non officere, quin creatio ac conſeruatio, per appropriationem, vt volunt, inſi-
gniter reijciatur in filium, (Propterea ꝙ licet verbum, quo Deus dixit, & facta ſunt, mandauit
& creata ſunt, verbum non ſit perſonale, ſed à tota Trinitate procedens (Quippe quod, aliud nõ
eſt, quàm imperium deliberationis, & decreti Diuini, exequutioni tradens, quod ſua ſapientia
definiuit) Nihilominus & nemo ibit inficias, Verbo perſonali, cui & appropriatur, tum ars, tum
ſapientia Dei, maximè conſentire verbum imperij: Et propterea rerum omnium, tum conditio-
C nem, tum conſeruationem, Dei vnigenito, peculiari iure ſubſcribi) Et ſi inquam, hæc nulli non
conſtant, etſi omnibus ſunt comperta: nihilominus non omnes forſan animaduertunt, an cum
hæc in verbum perſonale reducimus, ſit illud iam, Dei decreto, ac definitione, homini copula-
tum. Et quoniam hoc ſupponimus in præcedentibus: lubet etſi non ex omnibus ſcripturæ lo-
cis, ex inſignioribus tamen, id noſtra pro tenuitate diſquirere.

2. Theſ. 2. Paulus ergo Coloſſenſibus ſcribens, Cum gratias egiſſet Deo, ꝙ *eruit nos, de Tyrannide principis* — Inſignis loc⁹ Apoſtoli. ad Coloſſ. 1.
Rom. 14. *tenebrarum*, cui eramus iuſto iudicio traditi, & ad ipſius voluntatem facti captiui, *Et tranſtulit in*
Titum. 3. *regnum filij Dilectionis ſuæ*. Quod iuſtitiam, gaudium, & pacem, in ſpiritu ſancto comprehendit:
& gratis quidem, & miſericorditer, quoniam non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos: & ni-
Rom. 3. hilominus iuſtè, Quoniam per redemptionem, quæ eſt in CHRISTO IESV: non interuen-
1. Pet. 1. tu auri & argenti, ſed ſanguine Agni immaculati, prædefiniti antè conſtitutionem mundi.

Et dixiſſet de CHRISTO, quòd ipſiſsima *Imago Dei eſt inconſpicui*, Quod verũ eſt, non ſo- — Chriſtus ipſiſſima imago.
lum quia filius Dei eſt naturalis, qui communi lege, veluti ſimulacrum eſt ſui patris: non ſolũ,
D quia ab illo per modum verbi procedit, (quod ſuapte natura, eſt dicenti perſimile:) ſed & quia
verus eſt homo. nec id tantum, ratione animæ, quoniam id commune eſt hominibus malis: aut
ratione alicuius particularis doni, quoniam & id congruit hominibus iuſtis: Sed ratione il-
Exod. 33. lius vnici priuilegij, quo perindè ac ipſiſsima Dei facies, & factus, & habitus eſt. de qua & Mo-
ſes, Si inueni gratiam coram te, oſtende mihi faciem tuam: & non progrediemur, niſi fa-
Pſal. 26. 79 cies tua præceſſerit nos: & Dauid. Faciem tuam domine requiram: & oſtende faciem tuam &
ſalui erimus.

Siquidem in CHRISTO Deus eòuſque relucet, vt omnis qui cernit illum, cernat & Patrem: — Deus in chriſto miro modo relucet.
Ioan. 14. quemadmodum & Philippo conteſtatus eſt. Nam in illo paſsim rutilat, ac ſupra modum emi-
cat, immenſa charitas, gratia, & miſericordia Dei Patris: ſplendet & fulget ſempiterna ſalus,
veritas, & ſanctificatio noſtra: inſpicitur & manibus pertractatur, illius erga nos bona voluntas,
ſancta, beneplacens, & perfecta, vt licet Deus nunquam non fuerit Deus, & ob id, nunquam in
his donis, non illuxerit nobis: verè nihilominus, propter exuberantiam, effluentiamque, illo-
rum in CHRISTO: antè illius aduentum, ſine iniuria, dici potuerint inconſpecta, quodq; Deũ, — Quomodo ſine Chriſto nemo cognoueat Deum.
Ioan. 1. ſuis in muneribus, nemo plenè cognouerit, ſed vnigenitus qui in ſinu eſt Patris, omnibus enar-
rauerit: imò ea omnibus (quantum ex illo fuit) impartierit, ac per ea, amiſſam Dei imaginem, in

Prothoplaſte, omnibus reſtituerit. E

Chriſt⁹ quõ primogenit⁹ creaturę.

Coloſ. 1. Ioan. 1. Rom. 1. Act. 13. Heb. 1. Pſal. 2.

Et addidiſſet, q *Primogenitus eſt, cuiuslibet creaturæ:* quod nõ ſolùm intelligitur in genere gratiæ, in quo factus eſt, non ſecus ac Vnigenitus Patris, plenus omnis gratiæ, & veritatis: non ſolũ in genere gloriæ, (in quo fulſit, nedum velut Primogenitus ex mortuis, ſed velut Vnigenitus Dei, in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctitatis: vt non immeritò in reſurrectione, illi fuerit dictum a Patre, ſicut admonet nos Apoſtolus, Ego hodie genui te:) ſed in genere vtriuſq; naturę. Siquidem cum illius eſſe, ſit eſſe Diuinum, & eius perſona, perſona ſit verbi Dei, hac ex parte, creatura dici non poteſt: Verùm cum natura noſtra, quæ creata eſt, in ipſo ſit ad perſonæ vnitatem euecta adeòq; inſita, vt in eàdem ſubſiſtat: extra creaturarum ordinẽ, prorſus CHRISTVS, reputari non debet. Ergo meritò, genitus dictus eſt, ratione perſonæ, & inter creaturas numeratus eſt, ratione aſſumptæ naturæ.

Verbũ apud Deũ ab æterno eſt homo

1. Cor. 1. Eccleſi. 24.

Et quàmuis in calce ſęculorum, carnem induerit, & humanitatem in reſurrectione glorioſam oſtenderit: quia tamen æternum, & ante omnem rerum definitionem, decretum extat aſſumptionis in Deo, Verbum ab æterno, apud illum, factum eſt homo. Propter quod, ſapientia F Dei quæ (Paulo aſſerente) eſt CHRISTVS, ab initio, & antè ſęcula, ſapientis authoritate, non immeritò, affirmatur creata. Cum hæc (inquam) Paulus præmiſiſſet: tandem perſpicuè eam veritatem ſubiunxit. *Quoniam* (inquit) *in ipſo,* ſine dubio, Dilectionis filio, Imagine Dei inconſpicui, ac primogenito cuiuſlibet creaturæ: *Creata ſunt omnia, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt: ſiue Principatus, ſiue Poteſtates. Omnia per Ipſum, & in Ipſo, creata ſunt. Et ipſe eſt ante omnia: Et omnia conſtiterunt in Ipſo.* Et verba adeò ſunt illuſtria, vt, mea ſententia, non ſolùm illuſtratione non egeāt, ſed illuſtriora, iure deſiderari non poſſint.

Inſignis loc⁹, apoſtoli, hebrę. 1.

Ioan. 6. 8. & 13. Eſai 5. Matth. 21. Roma. 4. Ioan. 13. Pſal. 8.

Idem in epiſtola ad Hebræos. *Nouiſſimè* (inquit) *loquutus eſt nobis in Filio:* Procul dubio, humanitate veſtito (Siquidem & in mundum venit, vt nobis reuelaret voluntatem Patris) *Quem,* Filium humanitate veſtitum, *hæredem conſtituit,* nedum vineæ, quam de Ægypto tranſtulit (hic eſt hæres, venite occidamus eum) non ſolum iſtius mundi, ſicut promiſſum eſt Abrahæ, de quo Ipſe deſcendit: ſed, *vniuerſarum rerum:* quippè cui pr̄ oĩa dedit in manu, & cuius pedibus cuncta ſubijecit. *Per quem,* Filium, non ſolùm humanitate veſtitum, ſed hæredem vniuerſorum effectum: G *Fecit,* non modò quæ per ſæcula durant, angelos, cœlos, elementa, ſed *etiam ſæcula:* vt pſpectum omnibus foret, quòd hic filius definitus, factuſq;, tum homo, tum omnium hæres, eſt ante ſęcula, de quo, & ad maiorem expreſsionem, ſubiunget, quòd & terram fundauit, & q opera manuum eius ſunt cœli.

Et licèt quæ interſerit diſsimulari poſſent: quia tamen rem non mediocriter promouent, condonandum facilè reputauerim, ſiquid de ſingulis conſideretur. Sequitur ergo, & dicit.

Chriſt⁹, quõ ſplendor gloriæ.

Sup epiſto. ad Rom.

Prou. 14.

Qui cum ſit relucentia gloriæ: quod planè verum eſt, non ſolùm quia verbum eſt Patris, & per hoc, terminus: in quo vnicè, ea clara nunquamuè ſatis laudata, relucet notitia Patris, qua Verbũ procedit: (quod & iccircò appellatum eſt, ſplendor, vnicaq; paternæ relucentia gloriæ, quia, ſi Ambroſio creditur, non aliud quàm clara cum laude notitia, tum verè, tum eſſentialiter gloria eſt:) non ſolùm quia Verbum eſt ſapientia genita: in qua, & per quam Pater, mirùm in modum effulget, ſuamq; prouidentiam, artem, opificium, moderationem: inſigniter, imò & vnicè reſplēdere omnibus facit (ſiquidem & non modica Patris gloria, Filius ſapiēs eſt:) ſed & quia, ad hoc homo, diuinæ naturæ eſt perſonaliter copulatus: vt in ipſo maximè luceat, poteſtas, præſtantia, opulentia bonitatis eius, (quo pacto & non rarò, gloria ſumitur in ſcripturis, ſicut & in præmiſſis oſtendimus) propter quod & audacter dicit ad Patrem. Glorificaui nomen tuum: & glorificaui te ſuper terram. Et illud. Non quæro gloriam meam, ſed eius qui miſit me: & Deus glorificatus eſt in filio hominis. H

Ioã. 17. 13. 15.

Chriſt⁹ quõ character ſubſtantię Dei.

Primo.

Matth. 12. com. 36.

Et character ſubſtantiæ eius: quod, primò verum eſt, ratione tribus perſonis communi: cùm illis conſentiat, vt (omni imperfectione ſecluſa) perindè ac charactères, hoc eſt, ſigillationes ſint, Deitatis. Quæ tametſi ſubſiſtit, imò ſubſiſtentia eſt in ſeſe: tametſi idem prorſus, quod hîc Deus eſt, vnicus, ac penitus indiuiſus (ſi enim in his, quæ ſunt à materia ſeparata, idem eſt, concretum & abſtractum: quanto magis idem erunt in Deo, qui vnicè eſt actus purus, & ab omni, nedum materia, ſed imperfectione, penitus alienus?) tamen, quia ex ſe, communis eſt tribus perſonis: neceſſè eſt, vt ſi debet, ad perſonarum aliquam terminari: vt perſonali illius proprietate terminetur: & ob id, vt charactère paternitatis, terminetur ad Patrem, filiationis ad Filium, & ſpirationis paſſiuæ, ſiue proceſsionis, ad Spiritum ſanctum: & hoc quidem pacto, Dei filius character eſt, Non perſonalis ſubſiſtentiæ Patris, ſed eſſentialis ſubſiſtentiæ Dei: quoniam

Diuinitatis,

A Diuinitatis,huiuſq; Dei,eſſentialiter ſubſiſtentis in ſe, & perſonaliter in tribus perſonis: chara-
cter,ac hypoſtatica terminatio,& veluti ſigillatio eſt.

Secundò. Secundò verum eſt,& planius,ratione verbo ac Filio,particulari:nõ reſpectu eſſentialis ſub-
ſiſtentiæ Dei,ſed reſpectu perſonalis ſubſiſtentię Patris, propterea ꝙ,ſicut verbum, vnicè à dicē-
te procedit,& Filius à Patre,vnicè generatur,ita vnigenitus Dei, tam ſub ratione propria ver-
bo,quàm ſub ratione propria Filio,vnicé ad Patris perſonam refertur,vt hoc pacto, Filius nedũ
diſtinguatur à Patre,qui à nullo procedit:ſed & à Spiritu ſancto,qui ſicut procedit à Patre & Fi-
lio,ita & ad vtroſq;,neceſsè eſt referatur, ex ſua propria ratione. Qua de re, & dici non debet, Spiritus ſanctus, non eſt character hypoſtaſis, ſed hypoſtaſum.
character hypoſtaſis Patris, ſed potius hypoſtaſum Patris & Filij: in quos, ex perſonali (vt dixi-
mus)ratione reijcitur. Præter id,quòd ſi character(cum ſit genus figuræ) ad figuram reſtringi-
tur,ſicut noſter reſtrinxit interpres: & figura(cum ſit res corporea,nec niſi translatione,diuinis
valeat accõmodari)pro imagine,vel ſimilitudine acceptetur : haud dubium,quòd eſſe, charactè
S.Thom.1. par q.34. rem hypoſtaſis Patris,maximè eſt proprium Filio.Quippè cui vnicè congruit:vt ex vi ſuæ proceſ
ſionis à Patre,in illius imaginem,& ſimilitudinem generetur: vt latius Theologi proſequuntur.

Tertio. B Tertiò verum eſt,& à Paulo (ſi non fallor) intentum, ratione hominis a verbo aſſumpti: cui Chriſtus character & rõne, hominis aſſumpti.
ſingulariſsimũ fuit,à patre (vt ſic dicã) characterizari:hoc eſt,inſigniter vti ſigillo muniri.quod
plane verum eſt:non ſolùm,quia patri placuit,hypoſtatico charactère verbi,tam inſigniter,no
ſtram in CHRISTO, obſignari naturam: vt aſſumptus homo, aliud non haberet eſſe, alia non
ſuſtentaretur hypoſtaſi, nec alio ſigillaretur termino perſonali, q̃ verbi: vt illum hoc pacto, in
Ioan.6. filium ſibi naturalem aſciſceret: & omnibus vt verum Deum,ſpectandum adorandumq; propo Imago Dei ī iuſtitia,& ſanctitate.
neret(nam & pater hunc hominem ſignauit Deum, cum vnigenitum miſit in mundum.) Non
ſolùm,quia in homine aſſumpto, impreſſa eſt illa ſingulariſsima imago Dei, ſecundum quam
Eph.4. (vt Apoſtolus dicit)inſigniter,imò vnice,in iuſtitia & ſanctitate veritatis, eſt creatus ab eo (quæ
plane imago eam ob rationem,character dicitur ſubſiſtentiæ Dei,quia illius, in CHRISTO in-
Ioan.1. diuiduus eſt comes, & certiſsima atteſtatio: vt iure,cum ea in forma,ſe oſtendit Apoſtolis,libe-
1.Ioan.1. re potuerint exclamare:ſpectauimus quidem eum,non ſecus ac vnigenitum patris, plenum gra-
C tiæ & veritatis;Ad quàm,& nos tandem reformari oportet, cum & in hoc ſimus prædeſtinati, vt
Roma.8. conformes ſimus imaginis,quæ propria eſt homini CHRISTO: non modò vt membra capiti, Chriſt⁹ Rex & ſacerdos vnct⁹ a Deo.
ſed vt fratres primogenito,ſicut Apoſtolus ſubdit.)ſed etiam verum eſt, quia illum ſingulariſsi-
Pſal.2. Apoc.19. me,in ſupremum omnium Regem (ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo : et habebat in veſti-
1.Thi.6. mento,& in femore ſcriptum,Rex regum,& Dominus dominantium)Summumq; ſacerdotem
Pſal.109. & Pontificem(tu es ſacerdos in æternum: & habemus Pontificem magnum,qui penetrauit cœ-
Heb.5. Acto.10. los)inunxit,ac ſancto ſpiritu,& virtute,excellentiſsime conſecrauit.

Apoc.15. Et quanquam omnes electi,tandem vngendi ſint,reges & ſacerdotes, vt ſcriptura teſtatur:&
ob id,obſcurum non ſit,& illos aliquando obſignandos,quodam modo, charactère ſubſiſtētiæ
Dei(Quippe qui & vngēdi ſunt,vnctione Spiritusſancti, qua per gratiam & fauorem, eòuſque
ſunt ſuſtentandi à Deo, vt eximie quidem, in ipſo viuant, moueantur & ſint:) nihilominus
Act.17. CHRISTVS, eò, ſine controuerſia, vnctus eſt excellentius,quo (vt non longe poſt locupletius
Ioan.3. dicimus)Spiritum ſanctum,vt illi,ad mēſuram non habuit. Ergo & ea vnctione vnctus eſt, quæ
tam excellentiſsimæ ſubſiſtentiæ Dei in eo,vnice proprijſsima eſt: vt illa vere,tum eſſentialiter,
D tum perſonaliter ſubſiſtat,& Deus,& vnigenitus Dei.

Et licet CHRISTVS, vt homo, non videatur nuncupandus Character, quemadmodum nec
Leui.18. ſigillatio,vel obſignatio,ſed potius, ſi vſus permitteret, Characterizatus, ſigillatus, obſignatus:
Gen.19. nihilominus,ſiquis aduertit ſolitos ſcripturæ tropos, & ꝙ non raró vtitur ſubſtantiuo pro adie-
Eſa.42. ctiuo,& abſtracto loco concreti: vt ſcelus pro ſceleſto,abominatio pro abominabili, & maledi-
ctio pro maledicto, (Polluta eſt terra,cuius ego ſcelera, hoc eſt ſceleſtos homines, viſitabo : vt
euomat habitatores ſuos: et Angeli ad Lot,Surge tolle vxorem tuam,ne & tu pariter pereas, cũ
Galat.4. ſcelere ciuitatis,ideſt cum ſceleratis hominibus: et vos eſtis ex nihilo,& abominatio,hoc eſt,abo
Deu.21 minabilis homo elegit vos; et Paulus de CHRISTO, Qui pro nobis factus eſt maledictio, ideſt,
maledictus,quia ſcriptum eſt,Maledictus omnis,qui pendet in ligno,)facile poterit perſuaderi,
hoc in loco,conſimile genus loquutionis ſubeſſe: Et vi concreti,in abſtracto perſpecta, & ob id
(ſiqua ineptitudo ſermonis videbatur)declinata, quo ſenſu, CHRISTVS, vt homo, ſit recipien
dus Character,& rite,& commode,nõ grauabitur interpretari. Pergit aũt Apoſtolus ſubdens.
Portans omnia. Et ſi,qui omne dicit,nihil excludit:& ſi homo à verbo aſſumptus, eſt omniũ hæ-
res,rex,& ſacerdos,vt iure pluſquam optimo,omnia,ſua pro voluntate,conſeruet, moderetur,
ſanctificet:

E

ſanctificet: placet tamen, omnia, ad homines coarctare, quemadmodum & ſcriptura, aliquandò coarctat (euntes in mundum vniuerſum, euangelizate omnibus creaturis:) imò ad electos, propter quos, omnia non ſolùm ſunt condita, ſed quibus omnia ſunt donata. Omnia, de electis inquit Apoſtolus, veſtra ſunt: ſiue Cephas, ſiue Apollo, ſiue Mundus. Hos ergo, homo, Dei vnigenitus factus, ſingulariter portat: quia illos efficaciter ſeruat, peculiariter moderatur, & inſigniter Deo conſecrat, & ſanctificat: *Verbo ſuæ poteſtatis*. Licet hebræorum tropo id perinde ſit, ac ſua præpotenti virtute: expliceturq́, eo ſenſu, q̀ ita ſeruat, moderatur, ſanctificat: vt nemo electorum pereat, nemo ex illius rapiatur validiſsima manu: nihilominus magis arridet, ſi euangelium intelligitur ſacroſanctum: quod virtus CHRISTI eſt ſingularis, nedum ad ſeruandum, regendum, & ſanctificandum electos, ſed & ad ſalutem perpetuam perducendum.

Mat. vlt. 1. Cor. 3. Deu. 32. Ioan. 5. & 10. Roma. 1.

Purgatione peccatorum facta. Hoc eſt, non ſolum culpis per Crucem expiatis, ſed per ſanguinem, ſordibus peccatorum abſterſis (Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris, in ſanguine ſuo: & Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret, ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem: et Ipſe eſt, iuſtificatio, & ſanctificatio noſtra) per ſeſe: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum, quod intellige, ea de purgatione, quæ à CHRISTO facta eſt, in ſuo corpore naturali: & non de illa, quæ fit quotidie, in eius corpore myſtico: quoniã & ſi illam, operatus eſt ſolus, hanc tamen, nõ operatur niſi cum mẽbris. Nam & ſi CHRISTVS (prout latius de ſatisfactione dicetur) ſuo ſanguine, non ſolum locupletiſsimè emũdauerit nos, ſed vniuerſum, ab omni ſorde: arcano tamen ſapientiæ Diuinæ iudicio, placuit illi, & patri, tùm ex affluentia bonitatis, & copia ſuæ liberaliſsimæ magnificentiæ, tum ex capitali, immortalique odio, quo proſequuntur peccatum, & vberiori fruge, ac membrorum locupletatione (ac ſi non videantur, illa exuberãtiſsima purgatione cõtenti) electos, & præſertim magis acceptos, rurſum ac frequentiſsimè dilui, & iugibus purgationibus emundari: nec tantum in præſenti vita, lachrymis pœnitentiæ (Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum) & igne tribulationum (Ignis purgat aurum, & tentatio hominẽ iuſtum:) ſed & non rarò, in alia, igne ardẽtiſsimo Purgatorij quippè qui, & non raro, ab hac immundi recedimus: haud ſecus ac illi, qui ſuper fundamentum, quod CHRISTVS eſt, ædificauerunt lignum, fœnum, ſtipulam, & igne purgati ſunt, poſtquam ex hac luce migrarunt, vt planè ſcripſit Apoſtolus: Illumque rectè intellexerunt patres, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, Chryſoſtomus, & alij: nec modò patres, ſed & vniuerſalis eccleſia, quippè quæ, illis ex verbis, conſtantiſsimè purgatorium ſtatuit, & concluſit, in Concilio œcumenico, ſub Eugenio quarto.

Purgatio peccatorũ facta p̄ Chriſtum.

Apoc. 1. Titum. 2. 1. Cor. 1. Eſa. 63.

F

Nota, p̄pter hæreticos.

Eſa. 1. Eccleſiaſtici. 27.

G

Purgatoriũ poſt hanc vitam, ex Apoſtolo.

1. Cor. 3. Amb. 1. Cor. 3. & Pſal. 118. Et in ſer. de mor. Theo. Aug. 21. ciui. 15. Super Geneſi 12 ca. 33. In enchiri. 68 69. 72. Hieron 1. cor. 3. & 2. cõtra Ioui. Eth. 13. ſuper Eſa. Greg. 4. dialo 39. Chryſo. 1. Cor. 3. c. 2. Colo. 1. Heb. 2.

Sedet, ob eam igitur cauſam, q̀ CHRISTVS exiſtit relucentia gloriæ, & character ſubſiſtentiæ Dei, portans omnia verbo ſuæ poteſtatis: peracta purgatione peccatorũ per ſeſe, & ob id omni ſua peregrinatione abſoluta: tandem merito quidem, ſedet, hoc eſt, requieſcit: non ſolũ quia vltrà non patitur vel affligitur, non laborat, nec fatigatur: ſed quia fruitur plenitudine quietis, & tranquillitatis: ab ea die, qua in corpore glorificatus, aſcendit in cœlum: *Ad dexteteram maieſtatis*. Vbi diuitiæ, poteſtas, & gloria. Nec quidem, in mediocribus, communibuſuè delitijs, & cornucopijs, omnibus ſuis membris: quandòquidem & illa, ſedere habent (ſicut ſuo loco Apoſtolus dicit) ad dexteram Dei: *Sed in excelſis*. Vt meritò, diſcrimen cognoſcatur, membrorum & capitis: Et ille (vt par eſt) primas ſemper, & in omnibus teneat. *Tãto melior Angelis effectus*, à quibus per paſsionem, fuerat paulò minus minoratus, *Quanto differentius, præ illis*, non ſolum celſiorem locum, illuſtriorem gloriam, & honorem, ſed & *Nomen*, longe præſtantius, non modò ille accepit, ſed *hæreditauit*. nam licet, non obſcura & Angeli, ſortiti ſint nomina, vt Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes: ea tamen non hæreditarunt, ſed ad tempus duntaxat acceperunt: quandoquidem completo electorum numero, omnes euacuandi ſunt Principatus, & omnes Poteſtates: quemadmodum Apoſtolus docet.

Sedere in dextera Dei in excelſis q̄d ſit.

H

Angelorum. nomina ad tps accepta.

1. Cor. 15.

Cui enim Angelorum, dictum eſt aliquando, Filius meus es tu? Et ſi, Angeli, non ſolum quia miniſtri Dei, ſed & quia illius verbi prçcones, aliquando dicti ſunt filij: quia tamen, non Angelos apprehendit, ſed Abrahæ ſemen apprehendit: eorum nulli dictum eſt, ſicuti CHRISTO: quoniam eorum nulli dictum eſt, tam inſigniter, tam ſingulariter: quoniam eorum nulli, vti proprio, & naturali filio: imò vti vnigenito, vnice ac ſupra modum dilecto: *Ego hodie genui te*. Et ſi hic dies, à multis ex Sanctis, pro die exponitur æternitatis, quo verbum, nedum à patre proceſsit, ſed æterno decreto, hominem penes Deum aſſumpſit: & recte: nihilominus, ſi Pauli interpretationi ſubſcribitur, hic dies, pro die reſurrectionis, interpretandus eſt: in quo die, vere apparuit vnigenitus Dei, in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctitatis: Qui ante reſurrectionem, vere apparuerat

Iob. 1.

Quo pacto accipiendũ illud de Chriſto: Ego hodie genui te.

Acto. 13. Roma. 1.

A paruerat filius hominis in infirmitate, iuxta carnem aſſumptam, tametſi, & illa dies, cum in ea (ſaltem ſecundum corpus) ſit ad gloriam ſuam admiſſus, dies illi fuerit æternitatis, cum dies illi fuerit, fœlicisſimæ, & interminabilis vitæ: quæ ſicut tota eſt ſimul, ita & tota: & perenniter posſidetur. quod (ſi Seuerino conſentias) totam eſſentiam æternitatis continet.

Lib.5.de cõ ſola.

Et rurſum. Ego ero illi in patrem. Qui in diebus carnis ſuæ, illi ſui in dominũ (Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum,) imò fui in vindicem: Quoniam illum volui conteri in infirmitate. *Et ipſe erit mihi in filium.* Siquidem & poſt reſurrectionem omnibus conſtitit: ꝙ poſſeſsionem Diuinæ hæreditatis accepit. *Et cum iterùm introducit Primogenitum, in Orbem terræ*, quod primò verum fuit, in eius reſurrectione à mortuis, tunc enim Pater, (qui prius illum, in mundum induxerat, cum carni, opificio ſui ſpiritus cõpulauerat, & tandem, vt à toto conſpiceretur orbe, in crucem ſuffecerat,) filium rurſum, in mundum induxit, quando in carne mortuum, non ſolum mirificè excitauit, & gloria coronatum, celebrem in toto orbe conſtituit, ſed & poſſeſſorem rerũ omniũ fecit.

1.Reg.7. Eſa. 42 53. Pſal.8.

Quo pacto pater iterũ introducere dr primogenitũ Ihũc mũdũ.

Secundo verum erit, in nouiſsimo die, tunc quoque non ſolum, accepto regno, reuertetur CHRISTVS, ſed & introducetur à Patre (conuocatis imò excitatis omnibus, à quatuor
B partibus mundi) cum regio apparatu: vt omnibus conſtet, ꝙ ille, qui prius miſſus eſt, vt iudicaretur, reuertitur omni cum poteſtate, iudex viuorum & mortuorum, vt omnis lingua confiteatur, ꝙ Dominus IESVS, in gloria eſt Dei Patris, *Dicit*, pſalmo. 96. *Et adorent eum omnes Angeli eius.* Et ſi Angeli CHRISTVM ſemper ſuſpiciunt, & ſi nunquàm non adorant, & venerantur, tunc tamẽ, cum ſurrexit à mortuis, eò adorauerunt illuſtrius, quo mundo redditus eſt, glorioſior ac triumphantior: nec amplius eſt minoratus ab eis, ſed longè celſior factus eſt ſuper eos. Et cum veniet ad iudicium, eò venerabuntur excellentius, quò non ſolum illi, ſe coram toto mundo proſternent: ſed, proprijs functionibus reſignatis, eidem ſe nouo modo ſubijcient.

Philip.2. Heb.2.7

Quõ Angelĩ adorare Chriſtũ dicũtur.

Et ad Angelos, quidem dicit: Ille planè, Qui, cum vult, *facit Angelos*, hoc eſt, nuncios ſuos, *Spiritus*, hoc eſt, mobiles, celeres, impellentes, efficaces: vt vbi vult, & quo modo vult ſpirent, quippè qui ſpiritus eſt Natura, Omnibus mobilibus mobilior ſapiẽtia, attingit à fine, vſq; ad finem fortiter, Poteſtate. Et diſponit cũcta ſuauiter, mira & occulta virtute. *Et miniſtros ſuos, flãmam ignis.* quæ ſurſum rapitur, lucet, & fouet: nimirum miniſtris eius congruens, qui ignis eſt zelotes: nihil, ad ſe, non trahens, nihil non illuſtrans, nihil non recreans.
C *Ad filium autem.* è regione ad Angelos: & quidem poſtquam reſurrexit à mortuis. *Thronus tuus*, qui non paratur miniſtris, ſed regibus, ſed pontificibus: Deus, non Angele, ſed Angelorum Domine: *in ſeculum ſeculi.* Quandòquidem tui regni, tuiq; ſacerdotij, non erit finis. *Virga rectitudinis, virga regni tui.* nam iuſtus Dominus, & rectum iudicium ſuum. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem:* quippè qui (vt redẽptio fieret à peccatis, & iuxtà rigorem iuſtitiæ, ſatisfieret Deo (per ſpiritum obtuliſti temet, in ſacrificium crucis: vt iuſtitia tandem Dei, euaderemus in te. *Propterea vnxit te Deus:* quemadmodum oportuit CHRISTVM pati, vt intraret in gloriam ſuam: ita oportuit eundem, amare iuſtitiam, & odire iniquitatem (hoc eſt, ſpontè, voluntarie, & propẽſione cordis, imò & ardore charitatis, iuſtitiam, quam diximus exhibere, eoque pacto, iniquitatem explõdere) vt vngeretur rex, & ſacerdos.

Pſal.103. Ioan.3. Ioan.4. Sap.7. Exod.4. &.20. Pſal.44. Luc.2. Pſal.118. Pſal 44. Heb.10. 2.Cor.5. Luc.24.

Angeli cur ſimiles flãmæ ignis.

Quid oportuit Chriſtũ facere, vt vngeretur rex, & ſacerdos.

Nam licet CHRISTO (decreto & definitione Dei) etiam ante præuiſum primi hominis la-
D pſum, ineſſet gratia capitalis, & per hoc, vnctus eſſet rex, & ſacerdos (quippè qui, etiam non interueniente peccato, debuit electorum gregi proſpicere, illosq; non ſecus, ac ſuum myſticum corpus, Deo in templum auguſtiſsimum conſecrare) nihilominus, ſicut ſubſequuto peccato, myſticum electorum corpus, à capite eſt diuiſum, & à fœlici illius moderatione, optimo iure ſubtractum: ita & peccato, opera CHRISTI deleto, quemadmodum cæperũt electi, eidem rurſus adiungi, imò & locupletius (tum intercedente infinito merito CHRISTI, tum exundante liberaliſsima benedictione patris) vt capiti copulari: ſic & CHRISTVS, eoſdem cepit in regnum fœlicius reaſſumere, & vnctionem ſuam, affluentius ad illos extendere. Ergo, non tam ſolito ſcripturæ tropo, quàm peruio, ac planiſsimo ſenſu, denuò dicetur vnctus, & ob id, opere (de quo diximus) tum rex, tum ſacerdos, excellentiſsime conſecratus: quippè qui, & electos, longe (poſt redemptionem) moderatur auguſtius, longeq; ſanctificat locupletius, ꝙ feciſſet ante lapſum, ſine redemptione: quemadmodum & ex præcedentibus conijci poteſt.

Chriſtus electos, poſt redẽptionẽ, moderatᷣ auguſtius, quã, ſi non fuiſſent redempti.

Deus tuus. licet Deus, Deus ſit omnium, maxime tamen, Deus eſt CHRISTI: & potiſsimum, poſtquam illum excitauit à mortuis: vt vere cœlum aſcendens, non immeritò dicat, Aſcendo ad Deum meum, & Deum veſtrum. *Oleo exultationis.* Si externa vnctio: exhilarat faciem, quanto magis interna, quæ fit per ſpiritum ſanctum, exhilarabit cor? *Præ participibus tuis.* Participant quidẽ

Ioan.20.

membra

membra CHRISTI, vnctionem ſpiritus CHRISTI: ſed vt membra, non veluti caput: vt riuuli, E
non veluti fons: ſecundum menſuram, non ſine menſura: cum aliquo peculiari dono, & non cũ
affluentia omnium gratiarum.

Et tu. De CHRISTO loquitur propheta: & CHRISTVM introducit Apoſtolus. *Domine:* in Pſal. 101.
pſalmo nomen eſt Tetragrammaton, quo (vt patuit) donatus eſt CHRISTVS. *In initio*, tempo Heb. 1.
ris: cum enim per te, facta ſint ſæcula, & Rex vnctus ſis omniũ ſæculorum: meritò in illorum ini
tio, orſus es operari: *Terram fundaſti.* Quia enim per te, & in te, omnia creata ſunt: conſequens
eſt, vt per te, & in te, & terra, vti aliorum baſis, & fundamentum (quod terræ conditio propria 2. de cœlo
eſt, cum ſit, ex ſua natura, ſecundum ſe totam immobilis, & centrum vniuerſi) ſtabilita ſit. *Et*
opera manuum tuarum, ſunt cœli. in quibus & potiſſimum, relucet opificium tuum. Qua de re, cum
Dauid, hoc loci, recenſeat, quod Moſes ſcripſit, in initio ſui libri (In principio, creauit Deus, cœ-
lum & terram) idque non obſcurè Paulus, tribuat CHRISTO: ſatis euidenter oſtenditur, quod Heb. 10.
CHRISTVS, eodem Paulo atteſtante, dicit: In capite libri ſcriptum eſt, de me.

Ipſi peribunt, non in ſubſtãtia, ſed motu, & influentia. Siquidem in extremo die, cum tempus, F Apoc. 10.
vltrà non fuerit, oportet deficiat cœli motus (nec enim aliud tempus definitur, q̃ motus primi 4. Phy.
mobilis, vel illius motus, paſſio inſeparabilis) quare oportet, vt & deficiant, cœlorum influxus,
cum & hi, ſine motu eſſe non poſſint: quemadmodum, nec ſine generatione, & corruptione, Heb. 13.
Cęli vti veſtimentum inferioris mundi. *Tu autem permanebis*, nam IESVS CHRISTVS, heri & hodie: & nunc, & in ſęculum: *Et omnes,*
ſicut veſtimentum, veteraſcent. Et ſi cœli, vti veſtimenta ſunt, inferioris mundi, quibus nedũ orna-
tur: ſed fouetur: ſunt & nihilominus, veluti veſtimentum CHRISTI, præſertim poſtquam ſe re
cepit in eos, quibus & nobis, dum peregrinamur, obtegit. Hi veteraſcunt, cum illum appropin-
quãt terminũ, quo habent renouari: vt illis in meliorem ſortẽ reductis, hic mundus, nouo modo
tegatur ab eis: & CHRISTVS (etſi intrà illos receptus) electorum oculis, non occultetur: ſed in
illis, non ſecus, ac ſol clariſſimus, ab oĩbus cõſpiciatur. *Et velut amictum mutabis eos:* propterea,
Eſſe, idem ipſe, proprium Deo, cõicat homini Chriſto, & eius mẽbris. ꝙ illis mutatis, & præclarioribus redditis, nouo quodam pacto, illis te ornabis, & veſties. *Et mu*
tabuntur: verè realiterque, à ſtatu, & imperfectione, in quibus nunc ſunt. *Tu autem, idem ipſe es:*
quod etſi, eſt proprijſſimum Deo, cõicatur tamen, in patria, omnibus beatis, & maximè beatorũ G
beato CHRISTO IESV. *Et anni tui, non deficient.* quippè qui regnabis in æternum, & vltrà. &c.

Poteſt, & de facili, eam in ſententiam, euãgelium Ioannis adduci: ſi animaduertimus, ꝙ Ver-
bum hebræis (quibus diſſentaneum non eſt, euangeliſtam, conſormiter loqui) non rarò, rẽ gra-
uem, arcanum negocium, & ſacramẽtis reſtrictum, ſolet exprimere. Transeamus vſq; Bethleẽ, Luc. 2.
& videamus hoc uerbum: quod fecit Dominus, & oſtendit nobis. Porrò ad me dictum eſt, ver Iob. 4.
bum abſcõditum. Gloria Dei eſt, cęlare uerbum. & apud Danielem prophetam, myſterium ſom Prouc. 25. Cap. 2.
nij Nabuchonoſor, de CHRISTI regno, & quatuor Monarchijs, in ſimulacro ſtatuæ: & lapi
de, ſine manibus abſciſo, de monte, uerbum (in ſua lingua) appellatur, non ſemel. Idem & in
pluribus prophetarum oraculis: & alijs ſcripturæ locis.

Quam ob rem, & abſque præiudicio veritatis, & iactura catholicę fidei, & ſine extenuatione,
Verbũ, quo pacto audiẽdũ cũ dr: In prĩcipio erat verbum. tam profundi exordij, huius ſacroſancti euangelij: imò cum horum omnium (ni fallor) non me-
diocri fruge: ſub verbi voce, non ſolum intelligi poteſt, Dei Filius, in natura diuina, ſed etiam
in humana: & ob id, poteſt & hic locus, de Verbo, poſt decretum aſſumptionis noſtræ, non ob-
ſcure interpretari: & per hoc de Verbo apud Deum, iam humanitati coniuncto (non quidem
iuxtà conditionem paſſibilem, quæ, vt patuit, præſupponit permiſſionem culpæ: ſed impaſſibilẽ,
quæ ſui gratia eſt intenta, & ad quam paſſibilis eſt ordinata) conformiter ad ſuperiora, exponi. H
qua de re, nihil erit incommodi, cum non longe poſt, hoc de verbo, ſubiungit; quòd factum eſt
caro: quandòquidem, dictu aliud eſt, Verbum factum hominem, & aliud, paſſibilem hominem:
(quod vere eſt, Verbum factum eſſe carnẽ.) Et productio quidẽ rerum, aſcripta eſt, Verbo ho-
mini facto, ſed reſtitutio, Verbo carnem induto. Conſonat, & verbum ita ſumere, Ioannis
proprio inſtituto, quod erat, euangelium texere: quippe quem à prima illius origine, iuſtũ fue-
rat exordiri: & per hoc, non niſi, à prẽmiſſo decreto (quod plane vere initium eſt) enarrationem
auſpicari. Incipit ergo, & dicit.

In principio, proculdubio, temporis. de quo, & Moſes: In principio, creauit Deus, cœlũ & ter- Geneſ. 1.
ram. *Erat*, non initium ſumpſit. vt conſtet, ꝙ omne tempus præceſſit. *Verbum*, non externe
prolatum: ſed diuina mẽte conceptum, & genitum, ergo ante omne tempus, illa erat loquutio,
ille arcanus, ac reconditus ſermo: qui (ſine controuerſia) Dei vnigenitus eſt. erat (inquam) non
modò æqualis Patri, in natura Diuina: ſed & minor Patre, in natura humana, & per hoc, erat nõ
ſolum

A ſolum prodiens,ex fœcundiſsima memoria Patris: ſed & (ſuo modo) ex diuino, aſſumendæ humanitatis,decreto. Ergo vere,in principio,erat verbum:hoc eſt, res arcana , & ſuapte natura, non ſimplici ſacramento referċta.quandoquidem,ſi arcana eſt generatio verbi,ſi nemo eſt,qui illam effari ſufficiat:plane quidem res erit longè latentior, longè ſacramentis exuberantior: arcanis, humanæ aſſumptionis, adiunċtis.ergo verbum, hoc loci, non ſolum, nomen eſt Filij Dei, ſed & CHRISTI IESV: quoniam nomen eſt verbi, ſub Dei decreto: de induendo homine, ſumpti.

Verbũ ĩ principio Euãgelij Ioannis, nomen eſt Chriſti Ieſu.

Et Verbum, hoc modo,acceptum : *Erat*, priuſquàm aliquid fieret, *Apud Deum*. non ſolum, quia arcanum erat,ſoli Deo repoſitum,& nulla exiſtente creatura,nemini reuelatum:ſed quia, vnicè Deo acceptum.imò,vt in quo erat illi,per omnia beneplacitum:& de omnibus,pro illius voluntate diſpoſitum.tantùm ſiquidem,naċtum erat,diuini fauoris(quod, eſſe apud Deum,eleganti tropo,ſignificat)vt non ſolum,illius voluntati, Deus libenter annueret:ſed & omnia prorſus,illius libertati committeret:imò & ſe totum,in illum,miro modo transfunderet. vnde & ſubdit. *Et Deus erat Verbum.* non eſt (vt creditur) loquutio indireċta, ſed emphatica: eaque deno-
B tatur perſpicuè,Verbum,de quo loquimur,in principio,eouſque fuiſſe proximum Deo,eouſq; apud illum:gratum & charum:vt Deus ſe totum illi commiſerit:imò & ſe totum, in illud ineffabili modo tranſtulerit.ergo ſummaria eſt explicatio, mox præacceptæ particulæ: vt perſpiciatur apertius, Verbum hoc, à Deo tam impensè dileċtum, illiq; tam proximũ fuiſſe cordi : vt ſuo ardori,non putauerit ſatisfaċtum,niſi in illud videret ſeſe,quodam paċto transfuſum.

De⁹ erat Verbum, nõ eſt, loquutio indireċta.

Nam licet CHRISTVS, ſola hypoſtaſi verbi ſubſiſtat: licet illius perſona, tantum perſona ſit vnigeniti Dei: nihilominus & in eo,non ſolum Diuinitatis plenitudo habitat corporaliter:ſed & congeſti ſunt omnes theſauri, ſapientiæ,& ſciẽtiæ Dei:imò & cornucopię cuius uolueris perfeċtionis,gratiæ,& poteſtatis. In eo,non modò,operatur Pater,ſed manet: et non relinquit eũ ſolum.non modò requieſcit Spiritus ſanċtus,ſed requieſcit,ſine omni menſura : cuius & eſt auguſtiſsimum templum, non modò Trinitas tota,domicilium ſtatuit, ſed tam mirificè in eo fulget:vt & Baptiſmus exhibitus,in nomine CHRISTI, eiuſdem habeatur formæ, cum exhibito
C in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſanċti.

In Chriſto tota plenitudo Deitatis.

Cur baptiſmus in nomine Chriſti. collatus eiuſdẽ habeat formæ cum collato in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſanċti.

Hoc,Verbum tam eximium,totq; ſacramentis ſcatens, *erat*, Non modò in ortu Abrami,ſed *in principio*. mundi: ergò & ſine quouis merito noſtro, *Apud Deum*. haud ſecus ac res nobis, vnicè charæ,ſemper ſunt apud nos, nec patimur ꝙ diuèrtat ab oculis, quod ſemper hæret in corde. *Omnia*, tum corporalia, tum ſpiritualia, *per ipſum*, vt authorem, conditorem, opificem, *faċta ſunt*, ex nihilo quidem,ſed miro artificio ędita,ac diſpoſita(ſiquidem ars,faċtibilium reċta ratio eſt, *Et ſine ipſo*, moderante ac ſuſtinente, *faċtum eſt nihil, quod faċtum eſt*. nam niſi ſuæ poteſtatis verbo,Deus ſeruaret, ageretque,quæ per ipſum faċta ſunt,omnia reuerterentur in nihilum.

In ipſo, Verbo, in ipſo CHRISTO IESV, *Vita erat*. Planè quæ vita eſt abſolute, hoc eſt, in qua,nulla imago eſt mortis,vita indeficiẽs,vita beata.erat,inquam,in ipſo,velut in fonte, è quo in omnes,qui ad illam per gratiam,ſunt accerſiti,diffunditur. *Et Vita erat lux*. niſi eſſet lux, vita beata,non atteſtaretur Propheta:in Dei lumine, viſuros nos lumen. et niſi inſigniter, lux eſſet
Pſal. 35. in CHRISTO, non refulſiſſet(quando ſua in gloria, ſe oſtendit apoſtolis) facies eius vt ſol: nec
Matt. 17.
Malac. 4. D veſtimenta nituiſſent,vt lux.præter id,ꝙ ſicut eſt ſol iuſtitiæ,& Lucifer gratiæ, ita & ſplẽdor eſt
Pet. 1. gloriæ, *hominum*. & maxime eleċtorum.quandoquidem & ſi,ad conuiuium æternę fœlicitatis,
Heb. 1. omnes vocantur,ſoli tamen eleċti, perenniter introducuntur: qui ſicut ſunt, vaſa gloriæ: ita ex
Roma. 9.
Dan. 12. CHRISTI luce,vt ſtellæ, in perpetuas,ſulgebunt æternitates.vnde & in Apocalipſi:lucerna cę-
Cap. 21. leſtis ciuitatis,eſt Agnus.

Vita abſolute quæ ſit.

Vita quæ eſt ĩ Chriſto lux eſt hominũ & maximè eleċtorum.

Matt. 6. *Et lux in tenebris lucet*. Sicut lux materialis ſolis, extenditur ad bonos, & malos: & ſol iuſtitiæ
Ioã. 3. & 8. CHRISTVS, illumiñat vniuerſum: ita & æterna vita,omnibus eſt expoſita:ſed. *Et tenebræ*, infi-
Ephe. 4. 5. deles ſcilicet,de quibus Apoſtolus.Fuiſtis aliquando tenebræ.& omnes impij:qui tenebris, ob-
. 6. ſcuratum habent intelleċtum.& denique,qui ſunt(quo volueris paċto)membra ſathanæ, qui te-
Cor. 4. nebrarum eſt princeps,eorumque mentes excęcat, ne fulgeat eis illuminatio euangelij, gloriæ
ob. 10. CHRISTI, *non apprehenderunt eam*. quippe qui, tenebras præferentes luci,non iniuria,dimittũtur in eis:vt in tenebris ambulantes,& per hoc,tenebrarum operibus inſiſtentes: ad terram tandem trahantur tenebroſam,& opertam mortis caligine.

Et quanquam,hæc veriſsima ſunt: magis tamen (ni fallor) mentem accedimus Euangeliſtæ,
an. 4. ſi exponitur,de vita gratiæ,quàm (vt fecimus)de vita gloriæ.& licet non ſint, e regione diuerſę: ſed hæc ſit,non ſecus ac primitiæ,& pignus illius: & bibentes,ex aqua gratiæ,non modo, non ſitiant,

tiant,aquam mundi,ſed & ſcaturiat in eis,fons aquæ, ſalientis in vitam æternam: ad hác tamen, E

Chriſtus nō mō author naturæ, ſed gratiæ.

Euangeliſta tendit,idque non tantum, VT CHRISTVS, ſtatuat authorem gratiæ, quemadmodum & ſtatuit,authorem naturæ: ſed vt & iter paret,ad aſſumptionem carnis, &deſcendat ad renouationem(vt ſic dixerim)euangelij.

Nam licet,euangelium originem trahat, ex decreto (vt diximus) aſſumptionis, humanitatis glorioſæ: quo nobis,nihil fœlicius,nihil iocundius,enunciari potuit(præſertim, cum & ad eandem,gloriæ magnitudinem,euehendus eſſet,electus hominum cœtus: vt haberet Dei vnigenitus,cohęredes,& conformes imaginis,in claritate ſua)nihilominus,quia per peccatum, nō modo,ab illa fœlicitate,decidimus: ſed extremæ damnationi, facti ſumus obnoxij: denuò factū eſt: vt(CHRISTO, non modo interueniente,ſed extimulante: ac paterna viſcera,in nos,ſui ob gratiam,commouente)ex diuina,tum ſapientia,tum bonitate,prouideretur remedium: quo reuocaremur in gratiam, & per illam reaſſumeremur ad gloriam. Idq;, non niſi per CHRISTVM: in quo,vnicè eſt,vita gratiæ,& ſplendor æternæ gloriæ.

Roma.8.

Ioan.17.
Heb.1.

Ergo decernente Patre,illo in magno,ac ſuperuenerando,totius Trinitatis conſilio, vt tempore deſinito,ſuus vnigenitus,carnem indueret,& in ſe,non ſolùm ærumnas: ſed errata noſtra reciperet. vt illa,fęlicisſimo crucis ſacrificio expiaret,ac eo pacto,ad eandem nos vitam,vberius, excellentiuſq; reduceret: haud abſurdè,Euangelium dicitur renouatum,imò & locupletius reſtitutum. Igitur vita gratiæ,à principio erat,in CHRISTO: quoniam ex decreto Patris, nemini erat concedenda,niſi per eum. vt hoc pacto, à capite dimanaret ad membra: & non ſecus, ac vnguentum Aaronis,vſq; in oram veſtimenti. Hæc vita,erat lux hominum: eò quòd ſola gratia CHRISTI, illuſtres euadimus apud Deum: & præſertim electi,quibus non impartitur,ad tempus,ſed abſolutè. & lucet in tenebris: quoniam & reprobis gratia prædicatur, cum prædicetur omnibus euangelium: quod verbum eſt gratiæ. ſed tenebræ, non apprehenderunt: quoniam ſi quando,opertum eſt euangelium,in his: qui pereunt,opertum eſt: Vt Apoſtolus dicit. F

Non mō euāgelium renouatū, ſed locupletius reſtitutum.

Pſal.132.

Acto.10.

Fuit homo, conditione naturæ,ſed maior homine,ſpiritu,& officio: *miſſus*, non ex ſe, venire præſumens, *à Deo*: ſicut in prophetis promiſerat. Ecce mitto, Angelum meum, qui præparabit viam, ante faciem tuam. Vox clamantis in deſerto: Paratæ viam Domini. *Cui nomen*, non caſu, ſed Dei ordinatione,ac Angeli vaticinio, *erat Ioannes*. nec inoportunè: cum non modò, fuerit donatus gratia, ſed ſpiritu ſancto repletus: etiam ab vtero matris. *Hic uenit*, ante ortum CHRISTI, non ſecus ac aurora,ante ortū ſolis, *in teſtimonium*, vt pote,teſtis omni exceptione maior: *ut teſtimonium perhiberet*, tū verbo: Qui poſt me venit,antę me factus eſt: tum digito: Ecce agnus Dei,Ecce qui tollit,peccata mundi, *de luce*, gratiæ: qua non modo lucebat,ſed ardebat. Vt, præſtando opere,quod teſtabatur verbo, *omnes*, quantùm fuerat,ex merito teſtimonij: vel ſaltem ad vitam præordinati, *crederent*, ac ſe luci committerent, *per illum*, teſtantem,ac eo pacto,plantantem,& rigantem, vt Paulus, & Apollo. G

2.Cor.4.
Malac.3.
Matt.11.
Mar.1.
Eſa.40.
Matt.3.
Luc.1.

Miniſterium Ioannis quale.

Ioan.1.
Ioan.5.
Acto.13.

1.Cor.3.

Non erat ille lux, gratiæ,de qua ſermo. non erat ille CHRISTVS: imò nec,ſua aſſertione, dignus,vt ſolueret calciamentum CHRISTI, non erat ſponſus, ſed amicus ſponſi: & vnicè gaudens ad vocem eius. non erat ergo lux ſed erat tanta luce perfuſus: vt non modò poſſet, conſtanter atteſtari,de luce,ſed ſplendore lucis,ab hominibus haberi, vt lux: vt hoc pacto, pręparati ſplēdore Ioannis,non caligarent,ad fulgorem CHRISTI. Ergo non venit,vt lux abſolutè, ſed, venit, *ut teſtimonium perhiberet*, *de luce*, quæ eſt CHRISTVS: docens ac ſuadens, ꝙ de plenitudine huius lucis,omnes accepimus: & gratiam pro gratia. quandoquidem lex per Moſen data eſt: ſed gratia & veritas,per IESVM CHRISTVM, facta ac omnibus expoſita eſt. H

Ioan.1.
&.3.

Ioan.3.

Lux vera in Chriſto.

Erat, CHRISTVS, *lux*, gratiæ,vera,quia conſtans,indubia,indeficiens, *quæ*, non eorum merito,ſed ſua liberalitate, *illuminat*, profundendo,ac impartiendo ſeſe, *omnem hominem*: nam in CHRISTO IESV, non eſt Iudæus,nec Græcus: non Barbarus,nec Scythia præſertim, ſi ſit illi, à Patre donatus,& in membrum illius,aſcriptus, *uenientem, in hunc mundum*, corporeum & carnalem: ſiquidem CHRISTO donati,& ſi quo ad originem carnis,non ſolùm ſunt, hoc in mundo, ſed & ſunt,hoc de mundo,& propterea ex hac parte,in hunc mundum, non veniunt: quo tamē ad regenerationem ex ſpiritu,non ſolùm de hoc mundo,non ſunt,ſed CHRISTI membra facti,ſunt de hoc mundo aſſumpti. imò & longè,ſuprà hunc mundum euecti: vt hac ex parte, verè in hunc mundum, deſcendere poſsint,non quidem vt maneant,aut delicientur in eo, ſed vt peregrinentur per eum. imò & militent aduerſus eum. vt tandem, non ſimplici tentatione probati,& illuſtres,triumphis pluribus redditi,in illam ſe recipiant Patriam: in qua,ciues ſunt aſcripti ſanctorum,& domeſtici Dei.

Gal.3.
Ioan.6.

Ioan.3.
&.15.

Chriſti membra facti ſunt hoc de mundo aſſumpti.

1.Petr.2.
2 Cor.10.
Eph.2.

In

A *In mundo*, non, in hoc mundo, nam de vniuerſo loquitur; erat, proculdubio, a principio. quod quidem verum eſt, non ſolùm de vniuerſo archetypo: ſed &, in ſua naturali diſpoſitione, poſito. nam cum intuitus Dei, non remoretur diſtania temporis, ſicut nec impeditur diſtantia loci: neceſſe eſt fateamur, ꝙ non modò orbis vniuerſus, qui in initio temporis, creatus eſt, ſed & quicquid, in illo futurum erat, vſq; in finem, præſens in ſeſe, ab æterno extiſterit Deo: & ob id, & præſens vnigenito eius, CHRISTO IESV. Erat ergo CHRISTVS, in vniuerſo, in initio: nõ modò vt opifex, moderator, & ſuſtinens: ſed & vt eius quodammodo pars: tam & ſi eximia, reliquumque ſuprà modum perficiens, ornans, & illuſtrans. nam cum CHRISTVS, naturam noſtram includat, eamque creatorum complectatur latitudo: haud dubium, ꝙ extrà amplitudinem vniuerſi, ipſe relegari non poteſt.

Et mundus, vniuerſalis (vt diximus) *per ipſum*, in principio temporis, *factus eſt*. ſiquidem omnia per ipſum facta ſunt. *Et mundus ipſum non cognouit*. ſicut tota Ciuitas, aliquid feciſſe dicitur, cum præcipui fecerunt ex ea: ita & orbis vniuerſus, dicitur non cognouiſſe CHRISTVM, quia præcipuæ eius partes, Lucifer (inquam) & Prothoplaſtes, non cognouerunt eum nõ ꝙ illum ab

B initio (ſaltem lumine fidei, aut reuelationis particularis) vt opificem, dominũ & bonorum omnium pelagus, non cognouerint, ſed quia propria iniquitate ſubuerſi, oculos diuerterunt à luce: & non ſecus, ac ſi, non cognouiſſent, illum vt dominum, & totius gratiæ, ac fœlicitatis authorem, non modò non approbarunt, ſed impijſſimè contempſerunt. quod in ſcripturis, tropo non

Math. 25. Eſa. 14. Ioan. 8. Rom. 12. Genes. 3. 1. Cor. 1.

inſolito, eſt non cognoſcere. Et quidem de Lucifero, res eſt perſpicua, cum non ſolum, præſumpſerit per ſeſe, in cœlum conſcendere: ſed CHRISTVM occidere, ſolium eius inuadere, & ſe illi (ni fallor) perſimilem conſtituere. De Prothoplaſte verò, etiam res ſatis eſt conſtans, cum non ſolùm, plus æquo ſapere affectauerit, ſed & non ſecus ac Deus, bonum & malum agnoſcere, & rapinam, per hoc, Diuinæ ſapientiæ facere (quæ eſt propria CHRISTO) auſu pluſquam execrando, contenderit.

Exo. 19. Matt. 15. Roma. 9.

In propria venit: quippè qui aſſumpta carne, miſſus eſt ad Iudæos, qui non ſolùm illius dicebantur populus, ſed regnum, & peculium, ex quibus vt propria ex progenie, Patribusq;, elegit iuxtà carnem deſcendere, ac illos, non ſecus ac dilectam proſapiam, titulis non paucis inſignire. *Et ſui* — Chriſtus ad iudæos miſſus.

Luc. 4. Roma. 11.

C *eum non receperunt*: fide, & deuotione. nam nec fratres eius credebant in eum: & conciues voluerunt illum præcipitare de monte. *Quot quot autem receperunt eum*: non modò ex Iudæis, qui fuerunt admodum pauci, & velut reliquiæ, ſed ex gentibus, quæ fuerunt innumeræ, & ex omni natione, *dedit eis poteſtatem, ut filij Dei fierent*. ſiquidem per peccatum non modò, ſecluſi fuimus, ab hæreditate Dei: non modò à munere cecidimus adoptionis: ſed eouſque adoptioni, ſumus facti inhabiles, ꝙ niſi recipiẽdo CHRISTVM, Dei vnigenitũ naturalẽ, denuò adoptari, nõ poſſumus.

His qui credunt in nomine eius. explicat quid ſit, recipere CHRISTVM, & per hoc, quid conſequi poteſtatem, vt ad munus, redeamus adoptionis: & dicit, quòd credere eſt in CHRISTVM, hoc eſt, credendo, ſpe, dilectione, imitatione, tendere in eum: Imò eſt, prorſus deuouere ſeſe, nomini eius. quod eſt, non ſolum, in omnibus, ac per omnia, ſe CHRISTO committere: ſed illius nomini vnice militare. Et licet, non parum, ſed multum ſit, credentes, hunc in modum, in CHRISTVM, idoneos reddi, vt adoptentur à Deo: ſiquis tamen attendat, cœleſtis liberalitatem Patris, & ardorem CHRISTI, erga homines: dubitare non poterit, ꝙ ſicut credentes in — Credere in Chriſtũ quid importet.

D

1. Ioan. 55. Galat. 3. 1. Ca. 3.

eum, etiam in præſenti (ſaltem in primitijs) vita potiuntur æterna: ita & in præſenti, non mediocriter, euadunt ipſius adoptionis participes, Paulo aſſerente, ꝙ filij Dei ſumus per fidem, & Euãgeliſta clamante, nunc filij Dei ſumus, ſed non dum apparet, quod erimus.

Pſal. 50. 1. Cor. 6.

Qui, filij Dei, *non*, ortum habent, *ex ſanguinibus*, vt plurimùm, orti ſunt, inanium Deorum filij, apud gentes: et Gigantes viri potentes, & famoſi, antediluuium, ſiquidem (ſi non fallor) per filios ex ſanguinibus natos, intelligit natos ex fornicatione non ſolùm, quia ſanguines, in ſcripturis, peccata ſignificant (libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ) nõ ſolùm, quia non ex vno ſanguine, vt legitimi filij, ſed ex pluribus generantur ſanguinibus, ſicut facilè conſtat: (propterea quòd etſi, qui adhæret ſcorto, quodam pacto, & (vt loquuntur) ſecundum quid, vnum corpus, cum ſcorto efficitur, & per hoc, vna caro & ſanguis: ſimpliciter tamen, & abſolutè, duo cenſenda ſunt corpora, & ob id, duæ carnes, & ſanguines. Quandoquidem actu fornicario conſummato, remanent ab inuicem liberi, vt alterius corpus, non ſit alterius poteſtatis, ſicut accidit in legitimo matrimonio) ſed quia (vt communi lege contingit) naſcuntur præter fornicantium voluntates, quippè qui commiſcentur, non ad procreandã prolem, ſed ad explendã libidinẽ: Imò ſi de prole timẽt, nõ modò ægreferunt, ſed aborſum, non rarò — Origo filiorũ Dei nõ eſt ex ſanguinibus.

E procurant.

procurant. Ergo non immerito, ſiqui oriuntur filij, ex ſanguinibus oriri perhibentur: vt qui nô ex intentione parentum, ſed ex ſola vi ſanguinum, procreantur. E

Neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, perſpicuè loquitur de filijs, ex intentione genitis. & licet, per carnem, poſsimus intelligere coniugem, quæ os, & caro dicitur, de oſſe, & carne mariti: & ita interpretari hanc partem, de filijs natis, ex legitimo matrimonio: (quandoquidem copulantur homines, & præſertim fideles, qui illud vti ſacramentum habent, vinculo matrimonij, ad procreandum filios Deo) excipientes hoc ex loco, quod non naſcuntur filij Dei, ex ſola voluntate parentum (cum & nati ex religioſa, patris & matris intentione, nonnunquam inter filios aſcribantur Sathanæ) ſed opus eſſe, vt naſcantur ex Deo, vt immediatè ſubijciet: nihilominus, ſortè melius eſt tropum agnoſcere. & per voluntatem carnis, carnalem intentionem accipere: qua ſcilicet, filios intendunt generare, vt carni deſeruiant: puta vt ſuarum opum, ac deliciarum, relinquant hæredes: in quibus & ipſi, quodam pacto, ſeruentur (quales, communi curſu, ſunt intentiones, Nobilium, Magnatum, & Principum huius ſeculi: quorum filij, tam etſi magnipenduntur ab hoc mundo, non raròtamen paruipenduntur à Deo: qui ignobilia, & contemptibilia eligit, vt Apoſtolus dicit) Per voluntatem autem viri, intentionem pariter intelligemus virilem: qua filios quidem, parentes procreare nituntur, vt nati viriliter viuant, virtutibus vacent, & Deo, vt par eſt, militent, & inſeruiant. & licet, nec hi (ſi aliud non accedat) filij Dei ſint, de quibus eſt ſermo, minus tamen, à moribus filiorum Dei ſecedent, ſi iuxtà parentum intentionem, vitam ſtuduerint inſtituere.

Gene. 2.
Non naſcuntur filij Dei ex ſola volûtate parentû.
F 1. Cor. 1.

Sed ex Deo, nati ſunt. non quidem vt res inſenſatæ (nam & ipſe Pater eſt pluuiæ) nec vt reprobi, & perditionis filij (nonne ipſe eſt pater tuus, populę ſtulte, & inſipiens?) ſed ſicut electi. qui non modò, ſunt ex Deo, ex intentione, ſed ex definitione, ac prædeſtinatione: Sunt ex Deo, quia regeniti, per ſpiritum eius, per gratificam gratiam per verbum euangelij: ſunt ex Deo, quia adoptati per eum, in chariſsimos filios: imò inſerti, vt membra, vnigenito naturali, vt non modò, ſint cum illo hæredes, paternæ fælicitatis, ſed vt & ipſi, quodam pacto, participes ſint, naturalis filiationis Dei in eius vnico, ac naturaliſsimo filio, CHRISTO IESV. Sed latius, de hoc in præcedentibus.

Quo filij Dei naſcuntur ex Deo.
Iob. 38.
Deu. 32.
Ioan. 1.

G

Et uerbum, homo impaſsibilis definitum, *caro*, hoc eſt, homo paſsibilis, diuina diſpenſatione, oportuno in tempore, *factum eſt*: vt non modò tentari, ſed pati & mori poſſet, pro nobis: *& habitauit*, hanc ærumnarum vallem, annis triginta tribus, diuerſatus, *inter nos*: per indè ac vnus ex nobis: imò & inferior nobis: quippè qui nobis venerat miniſtrare, & dare animam ſuam, redemptionem pro multis. (*Cuius gloriam uidimus, quaſi unigeniti à Patre*) hæc ſunt includenda parentheſi: & monemur ex eis, verè diuina diſpenſatione, eſſe factum, vt homo aſſumeretur paſsibilis: nam cum Verbum ſit ſplendor gloriæ, & anima ab illo aſſumpta, ab inſtanti ſuæ creationis, ſemper viderit faciem Patris: optimo quidem iure, conſequens erat, vt & ad corpus, gloria redundaret, & ſic, illud impaſsibile, redderet. Vnde & in transfiguratione CHRISTI (cuius & hic meminit euangeliſta) cum ita reſplenduit, vt vere apparuerit Vnigenitus Dei, permiſſum eſt, vt ad tempus, gloria animæ, extenderetur ad corpus: ſicut in reſurrectione, datum eſt, vt illud, glorioſum redderet abſolute.

Matt. 10.
Heb. 1.
Matt. 17.

Plenum gratiæ, & veritatis. licet Verbum, homini ſit vnitum paſsibili: in eò tamen omnes, tum gratiæ, tum veritatis, theſauri, pluſquam locupletiſsime: ſunt côgeſti, vt diuites euadamus, in eo. Et quod gratiam attinet, ſi ſermo ſit, de gratifica gratia, conſtat: quod nô ſolum hominem aſſumptum repleuit, ſed exundauit, vt vbertim ad membra deſcenderet: ſi de gratuito beneficio: nulli dubium, quod non modò pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes, quos oppreſſerat Sathanas: ſed & vitam, & mortem, & quicquid erat, noſtris exponebat commodis & prouentibus: ſi de gratioſo ſermone: palàm quod non tantùm, diffuſa erat gràtia in labijs ſuis, ſed tanta copia, & ſuauitate: vt nunquàm, eo pacto, loquutus ſit homo. Quod autem ad veritatem pertinet: liquet quòd ſi loquimur, de veritate vitæ, expers fuit, omnis hypocriſis, fuci, & falſitatis: ſi de veritate doctrinę, nulla conſtantior, nulla candidior, nulla conſonantior: ſi de veritate promiſsionis in his, quæ promiſit (vt Paulinis verbis vtar) eſt quidem, non inuenitur, & nô: ſed ſolùm inuenitur eſt: (Præter id, quòd ipſum, in mundum veniſſe, & noſtram ſalutem, operatum eſſe: ſine dubio, diuinarû promiſsionum, adimpletio eſt.)

Quid plenitudo gratiæ. & veritatis.
H Ioan. 1.
Acto. 10.
Pſal. 44.
Ioan. 7.
2. Cor. 1.

Omittam hoc in loco, Verba Salomonis expendere, ex Prouerbiorum octauo, tum quia hanc in ſententiam ſunt ſatis perſpicua, tum quia præmiſſa videntur ſufficere. ſolùm admoneo, quod etſi, quæ de verbi acceptione, ex ſcripturis produximus, conſtantiſsima ſunt: Theologis

tamen

A tamen vſus verbi, pro perſona in natura Diuina, ſolummodo eſt. Quos cum in præcedentibus ſimus imitati, in ſequentibus quoque, non diſcedemus ab eis &c.

Vſus verbi apud Theologos,

Digreſsio Quod Prædeſtinatio, liberum in Prædeſtinatis non tollit arbitrium, ſed fouet & promouet. Item. Quid ex ſcripturis ſentiendum videtur de reprobis: Cum illarum difficultatum reſolutione, quæ non ſolum multos perturbant, ſed cruciant.

An prædeſtinatio, tollat arbitrij libertatem.

Caite. I epiſtolam ad Roma.

Quanquam hic locus ad hæc fortè non cogit, vt morem tamen geram petentibus, dicam de duobus, quæ non rarò plurimos vexant, alterum eſt arcanum de Reprobis: Reliquum, libertas arbitrij in Prædeſtinatis. & ab hoc exorſus (quod non paucis ita cenſetur obſcurum, vt palàm fateâtur, illud ab hominibus capi non poſſe, remque pari paſſu procedere, cum myſterio Trinitatis & Incarnationis: & tamen (ni fallor) negocium non eſt tam difficile vt ad quietem vſque, reſolui non poſsit.) Annitar paucis, ſed clarißimis, rem expedire.

B Igitur cum Prædeſtinatio, iuxtà beneplacitum Dei, nequeat (vt præmiſſum eſt) irritari: neceſſarium eſſe videtur, vt alterum conſequatur: aut ſcilicet, quòd prædeſtinatus quantumuis debaccetur, & per viciorum abrupta ſe præcipet, ſalutem nihilominus aſſequatur: quod aures fideles abhorrent: Aut quòd velit nolit, recta, iuxtà Dei beneplacitum gradiatur, quod arbitrij libertatem excludit. & quoniam hoc Dilemma potißimum mentem excruciat, præſtat vtrúque membrum reſoluere.

Roma. 8.

In primo igitur attendendum quòd & ſi Deus optimus maximus, ſinit aliquando, iuxtà ſui conſilij altitudinem, quos elegit per flagitiorum præcipitia ruere, vt Latronem, Paulum, Peccatricem: eos tamen, oportuno tempore retrahit, & ad ſemitam veritatis deducit: vt tandem, non niſi iuſtificati ſaluentur: & licet modò in Dei vocatione, immorandum non ſit: ex præmiſsis tamen, admonere non tranſeo, illam fore talis efficaciæ, vt cum ſuauitate, electorum corda cõuertat: mollificando, mulcendo, perſuadendo: vt tam etſi, ſoli Deo, conuerſionis noſtræ, ſit honor & gloria, qui velle tribuit & perficere: id tamen non fiat nobis inuitis, ſed ſpontaneis. quoniam fit nobis Spiritu ſancto afflatis: & arcana illius virtute impulſis, attractis ac perſuaſis, quæ quidem, non ſolùm voluntati, aut libertati noſtræ nullo pacto præiudicant: ſed illam ſouent, euehunt, & perficiunt.

Phil. 2. C

Cõuerſio noſtra nõ fit nobis inuitis, ſed ſpontaneis.

Nec ſoluuntur ea propter habenæ, hominibus ſtultis, obſtrepentibus ac temerè inculcantibus: ſi ſum prædeſtinatus, ſaluabor: propterea, ꝙ & ſi, modò per obſcæna progredior, Deus tamen oportuno tempore reuocabit me: quandoquidem hæ, non electorum ſunt voces, ſed perditorum: non filiorum Dei, ſed Sathanæ: in quibus nullus timor Domini eſt: nam licet electi labâtur, & grauiter in Deum aliquandò committant, non tamen ſine timore perpetrant mala: non lætantur cum malè ſecerint, nec exultant in rebus iniquis: ſed bonis ſtudentes operibus, per ea nunquàm non ſatagunt, ſuam ſibi certam electionem reddere.

Lapſus electorũ qualis.

Eccleſiaſtici. 8. prouer. 2.

Quod ſi quando, inſcrutabili contingit iudicio Dei, electorum quempiam, has in temeritates prorumpere: non puto niſi conſcientia reclamante contingere. quippè ſuper quos ſignatum nedum eſt lumen vultus Diuini, vrgens ſemper ad bonum: ſed & adoptio, modo quodam impreſſa, nunquàm veſtigium non referens, religionis & pietatis. Et quamquàm electi non ſemper ſtimulis præfatis auſcultent: diſsimulare tamen non poſſunt, ſe illos frequenter audire. inter quos ſunt: Deum time, & mandata eius obſerua: Declina à malo & fac bonum, quoniam non Deus volens iniquitatem eſt, & illud. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini. & qui ſunt CHRISTI carnem crucifigũt, cum vicijs & concupiſcentijs. Nec mihi perſuaderi patiar, quempiam, cui ſit aliquid ſanæ mentis, ritè ſuſpicari poſſe, ad Dei regnum ſe pertinere: ſi eius cor, ſic, ab illius voluntate, alienum eſſe voluerit, vt abſque freno, prætextu Prædeſtinationis, per abrupta viciorum, ſe præcipitet, apud ſe firmiter ſtatuens, tandem ſe reuocandum, & ad rectam, retrahendum à Deo.

Pſal. 4.

D Eccleſiaſtici vlti. Pſal. 30. Pſal. 4. Roma. 8. Galat. 5.

Sed Vrges. Quid ſi daretur, aliquem ex Prædeſtinatis eòuſque prolapſum: ſaluabitur tandem necne? Primùm, eo caſu reſpondeo: quòd quemadmodum Deus, quos deſtinauit milites, ingenium contulit militare: quod nõ rarò, ac multis modis ſe prodit: & quos ſutores inſcripſit, opus eſt, vt naturæ propenſionem oſtentent: ita & quos aſciuit in filios, fieri non poteſt, quin in illis inditia adoptionis appareant. Ergò, non facilè, quod petitur, concedetur: præſertim cum nemo ſit, qui non probet, Deum optimum maximum, nõ ſolùm, quos placuit adoptaſſe: ſed & media, per quæ progredi debent, præſcripſiſſe. ergò, neceſſe eſt, vt adoptati, mores induât, adoptionis: ergo impoſsibile, vt eo ſe pacto, præcipitent.

Caſus non facile admittẽdus.

E ij Deinde,

Deus, omni lege solutus.

Deinde, ſi conceditur, Deum (vt ſolutum ſe omni lege demonſtret) euſque electorum aliquem, labi permittere: res erit particularis raràque, vt iure (quemadmodum & quæ rarò contingunt) in regulam trahi non poſsit. Quare, ſi quis eo pacto ſaluatur, ſaluatur præter legem & ordinem, electis communem. E 2

Denique (vt nemini non ſatisfiat) compertiſsimùm oĩbus eſt, quòd tam etſi conditionalium partes ſunt impoſsibiles, ſunt tamen conditionales neceſſariæ: vt, ſi homo eſt lapis, eſt inſenſatus, Et, equus ſi volat, habet alas. Igitur, ſi quis eſt prædeſtinatus, quantum vis perditè viuat, ſaluabitur, conditionalis neceſſaria eſt: tam etſi prædeſtinatum eſſe, & perditè nihilominus viuere, non ſolùm, non rectè cohærent, ſed communi lege, inuicem ſe excludunt. 3

In ſecundo autem membro, conſiderandum in primis, quod de ratione Arbitrij liberi, non eſt, poſſe peccare: alioqui penes Deum non eſſet, qui peccare non poteſt: nec pari ratione, eſſet in beatis: non fuiſſet in CHRISTO, nec in Deipara eius Matre: imò poſſe peccare, eſt poſſe libertatem amittere: quandoquidem, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: ſed de ratione liberi Arbitrij eſt, ſpontaneè iudicare, & iudicatis (ſi recta ſunt) ſpontaneè conſentire, aut ſpontaneè (ſi praua ſunt) diſſentire. Illud enim pertinet ad intellectum, cui proprium eſt arbitrari, diſcernere, diffinire: Iſtud verò ſpectat ad voluntatem, cuius eſt conſenſum, vel diſſenſum præbere, eligere, vel reſpuere. F

Liberũ arbi. ponnet ad Intellectũ & voluntatem.

Ergo (vt probé acceptum fuit à Patribus) ſpontanea operandi facultas, tum intellectus, tum voluntatis, libertas arbitrij eſt. Et quanquàm non digladior, vtri eorum potius, vtriue prius tribuatur, conſtantior tamen (ſi non fallor) Thomæ ſententia eſt: qui intellectui aſcribit, libertatis noſtræ, radicem, voluntati verò tribuit conſummationem. Verùm vtcunque res habet, ſatis, exoratum ſi fuerit, eam facultatem, ſeu (vt mallem ſi ritus loquendi permitteret) ſpontaneitatem: eſſentialiter liberum arbitrium conſtituere: quod acutè perſpectum, ſolam ab eo violentiam, ſolàmue coactionem excludit. Quare non immeritò, non tam euphoniæ cauſa, quam commoda rei expreſsione, libertas nuncupata eſt: eò quòd è regione ſeruituti oppoſita, quæ non ſui gratia, ſed ad imperium alterius operans, prorſus ſine aliqua violentia & coactione, eſſe non videtur.

Conſiderandum inſuper, quòd Conſilium, Admonitio, Perſuaſio (cum proprium hominis ſit, his medijs ad operandum induci) veræ libertati non obſtant. Quapropter & in Eccleſia ſunt Doctores, Euangeliſtæ, Prophetæ: in opus huius miniſterij, ad ædificationẽ corporis CHRISTI. Ergò, qui conſulit, admonet, perſuadet: tam etſi nitatur vrgentibus ſtimulis: nil tamen plus efficere poteſt, quàm vt rectè perſuaſa mẽs obſequatur, ac monitis eius obtemperet: quod (cum honeſtum eſt, quod ſuadetur) libertati non mediocriter fauet. G Ephes. 4.

Qua de re ſi Deus, quos prædeſtinauit, per ſemitam (quam vnicuique æterna voluntate præſcripſit) perſuadendo conducit: nullo tamen pacto illorum libertati præiudicium facit: quandoquidem, ſtimulis Sancti Spiritus excitati, ac ſuauiter perſuaſi: ſpontaneè obſequuntur ac progrediuntur. nec eſſe definitum ac prædeſtinatum obſiſtit, quin rectè pro arbitrio operemur: quando & definitum erat, Dei filium, obiturum mortem: & neceſſarium fuerat illum pati: & impoſſibile calicem illum tranſire: & tamen, oblatus eſt, quia voluit: & nemo tulit ab eo animam ſuã, ſed ſponte illam depoſuit, ſicut & ſponte reſumpſit. Luc. 24. & 22. Mat. 26. Eſa. 53. Ioan. 10.

Et licet, prædeſtinati rerum euentus, ſint infallibiles: licet, eos rectè Diuinæ voluntati committamus: illud tamen quod (Deo diſponente) pendet à nobis, non niſi voluntariè proficiſcitur: tam etſi, prius internè ſumus edocti ac perſuaſi. Et quanquàm perſuaſione ſecluſa, eſſemus pariter ad exequendum, & non exequendum propenſi: ea tamen incluſa, ad exequendum ſumus determinati: ita vt hanc in partem, Spiritu ſuggerente ac cooperãte, ſpõtaneè quidem, ſed firmiter declinemus. & hæc modò hac in difficultate ſint ſatis. H

De Reprobis.

Dei conſiliũ circa reprobos attendendum.

De Reprobis autem, id, quod multos immane perturbat, eſt hac in re, non accipere conſilium Dei, in quantum ex ſcripturis, valet eſſe perſpectum, ſed eo pertranſito, varij quæſiti ſunt modi, in quibus, & ſi non pauca ſunt perſpicua, multa non contemnendis rationibus fulta: difficile tamẽ eſt, homines acquieſcere. Quamobrem, vnicuique ſua opinione relicta, perſtringam quæ mea imbecillitate, ex ſcripturis excipio: ſub cenſura tamen, non ſolùm, ſacroſanctæ Eccleſiæ, ſed cuiuſuis melioris iudicij. I

Igitur attendendum, ꝙ peccatum, præſertim Primi hominis, tantæ fuit infectionis, quòd non ſolùm,

A ſolùm, illum ac poſteros læſit, ſed & orbem vniuerſum corrupit. quippe cui propter hominem
facto, iniuria non erat, in illius maledictione comprehēdi: & cum illo, quodam pacto, ſua perfe
ctione deſtitui. qua de re mirum non eſt, ſi expoſitus eſt, non paucis vanitatibus, & obnoxius
redditus multis defectibus, ac varijs corruptionibus: vt non immeritò, quælibet creatura, iugiter
Roma. 8. gemat ac parturiat, ſicut Apoſtolus dicit.

Iob. 9. & 16 Hinc ſæpè (ſi non fallor) tremunt Angeli, & pauent columnæ mundi. Hinc, Cœli iure tranſi
Matth. 14. bunt, & Stellæ cadent ex eis. Hinc Solem, Planetas, & Aſtra, non tantùm luce credimus immi-
Mar. 3. nuta, ſed non mediocri influentiarum fauore priuata. Hinc, nocuus factus eſt Mars: nocuus fa-
ctus Saturnus: nocui Planetarum tetragoni, & Diametrales Syderum oppoſitiones. Hinc, in
animalibus, orta ſunt monſtra, & in terra ſpinæ & tribuli. Hinc, acceſsit ſerpentibus virus, her-
bis, & vermibus. Hinc, repentini caſus, & euentus fortuiti. In ſumma. Hinc omnia reddita ſunt
degenera, & ab illa Dei inſtitutione, qua ceſſerant in noſtri commodum, obſequium, & ſolatiū,
Sap. 14. longè diuerſa: cum nobis modò cedant in laqueum, muſcipulam, & ruinam: nunquàm non in-
ſidiantia, raròn non offendentia & necantia.

B Sed de hominibus loquor. inter quos (vt probatum Theologis eſt) peccato non interceden-
te, reprobi ſuborti, non forent: quippe qui diuina animaduertēte iuſtitia, perinde ac peccati fru Reprobi ex
ctus ſunt nati: non ſecus ac vepres in terra, & monſtra inter animalia, Propter quod, in pœnam di peccato ſub-
Gene. 3. ctum eſt Heuæ. Multiplicabûtur fœtus tui, & in dolore filios paries. nec modò, ſuborti vt fructus orti, & veluti
peccati, ſed vt ſathanæ filij, qui primùm in orbem peccatum inuexit, & hominem, quo cum, or- monſtra in
Eccle. 10. bem inficeret, ad peccandum prouocauit, quemadmodum Seruator explicuit. Mundo.
Ioan. 8.

Siquidem eodem interprete, inimicus homo, qui in agrum à Deo cultum, ac bono ſemine
Mat. 13. ſatum, Zizania introduxit, ac ſuperiecit, Diabolus eſt: dum inter filios regni, filios ſeminauit
Ioan. 8. perditionis: permanſuros vſq; ad conſummationē ſęculi. Hinc, non iniuria, illę voces: Vos ex par
Mat. 3. tre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere: Genimina viperarum, quis vos eripiet à
Iudi. 19. futuro iudicio? Hinc illę perditorum appellationes; Filij Belial, Filij adulteri, Filij carnis, Filij hu
1. Reg. 2. ius ſæculi: Catuli Leonum ac Structionū: Domus exaſperās: Generatio praua: Populus inſipiēs.
Sap. 3. & id genus non pauca.
Oſeę. 1.
Rom. 9.
Luc. 16.

Iob. 4. & 30. C Nec tantùm eo pacto ſuborti, ſed ita aucti, & multiplicati, vt non paucis creditum ſit electos
excedere. Vndè & Abramo, ex quo (inquiunt) non ſolùm propagandi fuerant filij lucis, ſed te-
Pſal. 103. nebrarum: non ſolùm filij promiſsionis, ſed carnis: nec tantùm ex Iſmaele, ſed ex Iſaac, non ſo-
Ezec. 2. lùm ex Ancilla, ſed ex Sara: dictū eſt. Suſpice cęlum, & numera ſtellas, ſi potes (per quas intelligi
Mat. 16. volunt electos, qui ſtellis, ſacris in literis, comparantur) & conſidera, ac numera arenam maris
Deut. 32. (per quam nec ineptè accipiunt reprobos, qui non ſemel per arenam in Apocalypſi vidētur ex-
Gene. 15. preſsi) quam & nulli dubium, facilè numerum Stellarum euincere.
Ibidē 37.
Dani. 12.

Apoc. 20. Et, quanquàm hæc ſunt, præter inſtitutum, fortè ꝙ non nihil eidem ſententiæ aſtipulatur: Sententię di-
& 12. vorago inſatiabilis Sathanæ, cui nullus numerus ſufficit: & quod rara ſunt apud nos, omnia præ uerſę de re-
Mat. 20. cioſa: & quòd tametſi plurimi ſunt vocati, pauci, tamen dicuntur electi. Verùm ſiquis attendit, proborum mul-
Mat. 15. in Parabola virginum, quinque fatuas, & quinque prudentes: & memor ſit concupiſcentiæ titudine.
Eſa. 14 Sathanæ, qua arſit eſſe ſimilis Deo: fortè quòd numerum dicet æqualem, niſi forſan & alius
D dicat conſideratis rebus ſupernis, quæ longè inferiora tranſcendunt (ſicut cœleſtia corpo-
S. Thom. 1. ra, elementaria: & Angeli (vt dicunt) omnes alias creaturas) non obſcuriorem coniecturam
par. q. 50. excipi poſſe, longè maiorem multitudinem fore, deputatorum regno cœleſti, quàm dimiſ-
Cap. 7. ſorum tartareo carceri, vnde & in Apocalypſi, recenſitis ſignatorum centum & quadragin-
ta quattuor millibus, illicò ſubnotatur, maximam conſpectam eſſe turbam, quam dinu-
merare nullus hominum poteſt: ex omnibus Gentibus, Tribubus, Populis, & linguis: ſtan-
tes ante Thronum.

Vt igitur redeam, attendendum eſt rurſum, ꝙ etſi reprobi ſunt fructus peccati, & non ſecus
ac monſtra videntur in mundo: non puto tamen: omnes quotquot, peccati occaſione naſcun-
tur, tartaro mancipandos, aut à cœleſti domicilio ſecludendos: quandòquidem tanta eſt bonitas,
ac clementia Dei, vt homines & iumenta ſaluentur. Et quamuis iure ceſſerint in regnū Sathanę:
Pſal. 35. iniuſtum tamen non eſt, vt qui præſumpſit improbe inuadere regnum Dei: meritò eijciatur de
regno ſuo. Et nedùm, per fortiorem vltrò petitus, ac iuſto Marte ſuperatus: tropheis ac ſpolijs,
Luc. 11. tùm fraudulentia partis, tùm iniquitate detentis, quibus temere ſe iactabat, ac non leuiter confi
debat, denudetur: ſed armis proprijs deſtituatur membris truncetur, & capite conteratur.
Geneſ. 3. Hinc forſan cum Hebræis ſunt annumerati Vernaculi, Et Proſelyti cū Iſraelitis, quin & alię
Gene. 17.

quæcunque Gentes, Perſæ, Barbari, Scythæ, ſuapte natura, non ſolùm teſtamentorum hoſpites: E Epheſ.2.
ſed inſigniter impiæ, peccatores, & ſine Deo in mundo. Hinc forſan dilucidius fit, illud reconditum Sacramentum, & Sapientia à ſæculis inaudita; de qua non multò poſt, Paulus gloriatur, ꝙ alijs nationibus agnita non eſt, ſicut modò ſanctis Apoſtolis. & demùm, hinc planius ſuadetur, abſque diuini peculij diminutione, aut ordinis perturbatione: ex hominibus reparandam eſſe militiam cœli, & replendas ſedes, quæ vacauerunt in ea.

Ad hæc. Cum reprobos dicimus fructus peccati, vel ex patre Diabolo fore ſubortos, non intelligimus, illos ex peccato, quod ſuapte natura nullius eſt conſiſtentiæ (quippe quod, nihil in natura eſt, cum aliud quàm defectus non ſit) ſuppullulaſſe, aut ex Diabolo, naturali generatione profectos, & propagatos, fuiſſe quandoquidem ille ſpiritus eſt, & gignere homines ex ſeipſo nõ poteſt: ſed quia peccati occaſione, & Diaboli operatione, qui peccatum in orbem induxit: à Deo non tàm in fauorem diuinæ iuſtitiæ, quam in gloriam ſuæ bonitatis, ſunt facti, & multiplicati: imò: cum & ſingulis rationalem mentem, infuderit, in qua nonnulla Dei ſimilitudo ſaluatur,

Cur reprobi dicti ſunt monſtra.

creati: ac quodam pacto, non ſecus ac filij ſunt progeniti (tam etſi, quia præter ordinem Vniuerſi, iuxtà primam illius inſtitutionem, introducti, monſtra non immeritò ſunt appellati) Propheta monente, quòd Dominus format, lucem, & creat tenebras: facit pacem, & creat malum. & Moſes. Hęccine reddis Domino, popule ſtulte & inſipiens: Nonne ipſe eſt Pater tuus, qui fecit, & creauit te? Tam etſi ſpurij ſunt, non legitimi. propter quod nõ iniuria, cęleſti non potiuntur hęreditate, & non raro dimittuntur ſine diſciplina, vt etiam Apoſtolus docet. F Eſa.45. Deu.32.

Ergò, putandum non eſt, eo conſilio eſſe factos, vt omni deſtituantur ſalute, cum & Deus, Deus ſit ſalutis & non perditionis: quippè qui mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum: Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes terræ: aut vt non adſit ſingulis oportunis fauoribus & auxilijs: qui & Solem ſuum, oriri facit bonis & malis, & pluit iuſtis & iniuſtis: nec aliquem niſi ſuis demeritis & flagitijs, à ſuprema fœlicitate ſecludit. imò ad cœnã, ab illo proprijs amicis inſtitutam, omnes homines conuocandos decreuit: nec modò bonos, ſed etiam malos. nec ſolum conuocandos, ſed compellendos, planè efficacia euangelij, miraculorum corruſcatione, & diuinæ miſericordiæ, cuius non eſt numerus, inculcatione, quandòquidem non eſt abbreuiata manus Domini, vt quępiam ſaluare nequeat: aut illius coarctata voluntas, qui omnes vult ſaluari & ad agnitionem veritatis adduci. Ergò dubitandum non eſt, neminem, etiam monſtroſorum hominum, Dei ſufficienti vocatione, nõ commonitum, ac quæ ſunt ſalutis, non inſtructum, vt verè quidem non ex Deo, ſed ex ipſis perditio ſit (ſicut & in Oſea teſtatur) qui non audiunt, nec ſe compelli permittunt. Pſal.87. Sap.1. Matt.6. Luc.14. G Eſa.59. 1.Thi.2. Oſe.13.

Contrà pelagianos.

Et quanquàm ita eſt, caue tamen Pelagianorum lapſum, vt in quocunque volueris, initium illi, ſuę ſalutis aſcribas. ſiquidem ſic Domini eſt ſalus, ꝙ fons & origo eſt omnis ſalutis. nam etſi nemo ſaluetur inuitus, nullus non ſpontaneus (quandòquidem in adultis, qui ſaluatur, non niſi perſuaſus ſaluatur) attendendum eſt tamen, ꝙ Deus eſt, qui dat velle, & poſt velle, tribuit & perficere, pro ſua ergà nos bona voluntate. Quòd autem fauor, & vocatio Dei, quibus iuxtà cœnæ parabolam, omnes vocamur, excitamur impellimur, non ſunt in omnibus efficaces: multis non diſſonat dicere, id ideò fore: quia etſi in omnibus ſunt ſufficientes, non tamen in omnibus paris ſunt vehementiæ, & perfectionis: ſed ſicut ſuper populum Domini, peculiaris eſt benedictio Domini, ita & peculiaris eſt fauor & vocatio Domini. Philip.2. Pſal.3.

Cur Diuinus fauor & vocatio, non ſit in omnibus efficax.

Quibus vehementius moti, tracti, compulſi: non ſolùm efficacius & perfectius, ſed & facilius, & ſuauius ſuadentur: Quãdòquidem ab his, ſiqua obſtant ne perſuadeantur, longius propelluntur: & quæ conferunt vt validius imprimantur, propinquius accerſuntur. Propter quod etſi in illis, & ſalus, & perſuaſio, ſine illis non fit, quòd tamen ſint ſaluati, ꝙ ſint perſuaſi (propter peculiarem vocationem & fauorem) in Deum, & peculiariter, & maximè, ab illis referendum eſt. In reliquis verò, qui etſi non ita peculiariter, non ſic perfectè, ſufficienter tamen ſunt moti, tracti, compulſi. ſi non ſaluantur, ſi non perſuadentur (cum Deus illis non defecerit) non niſi in illos reijciendum eſt: illiſq; imputandum, qui tenebras magis dilexerunt, quàm lucem. H Ioan.3.

Alijs tamen placet, quòd quantùm eſt, ex natura vocationis, & fauoris, in omnibus, æqualis ſint perfectionis, & vehementiæ: ſed ideò in ſingulis, paris non ſint efficaciæ, quia ſinguli, qui vocantur, trahuntur, compelluntur, non paris inueniuntur diſpoſitionis. Quemadmodum & ſemen verbi Dei, quo communi lege, vocamur, excitamur, vrgemur (tametſi, tùm in ſeſe, tùm vbicunque recipitur, eiuſdem eſt naturæ, vehementiæ, & perfectionis) quia tamẽ non ſemper decidit in terram bonam, & manu cœleſtis agricolæ cultam: ſed aliud decidit ſecus viã, aliud Matth.13. Luc.8.

in pe-

A in petroſa, aliud inter vepres, ſicut euangelium docet: non paris eſt efficaciæ, ſicut nec paris eſt
ſi uctus. imò & quod decidit in terram bonam, & cultam, eiuſdem non ſemper eſt feracitatis: eò
ꝙ & terra nō ſemper eſt eiuſdem culturæ & diſpoſitionis. Propter quod, & alibi fructus fertur,
trigecuplus, alibi ſexagecuplus, alibi centuplus, ſicut & Seruator expreſsit.

Verùm cum hic cultus, hæc præparatio, non ſolùm (vt videtur) ſit reijciēda in Deum, propter
Sap. 8. Eccleſi. 1. donum antiquum, quo ſcilicet donauit illis animam bonam, concreauit illis timorem Domini
Luc. 8. à vulua matris, & aures conceſſit vt audirent: ſed & propter præuenientem gratiam, quæ donum
eſt præſentaneum, quo Spiritus ſanctus aperuit cor Lydiæ, vt intenderet his, quæ dicebanẗ a Pau
Act. 16. lo: palàm eſt (ſi non fallor) ꝙ hæ tandem ſententiæ, fortè non ſunt prorſus diuerſæ: & facilè con
ciliari poſſunt. Propter quod cum paritate vocationis diuinæ admitti diſparitas poteſt, præueniē-
tis gratiæ: tam etſi, qui poſteriorem modum defenderent, diſparitatem præuenientis gratiæ, nō
admitterent: ſed omnia in diſparitatem, muneris antiqui reijcerent. Sed de vocatione infe-
rius locupletius.

Et quanquàm hæc veriſſima ſint, quanquàm non pauci ex monſtris iſtis videantur ſaluandi;
B non tñ formidandum eſt, quin & locus relinquatur improborū turbæ: nō quod euacuetur Tar-
tarus, aut nimis extenuetur perditorum numerus: ſed cum portentoſorum hominum, magna
nunquàm non fuerit multitudo (tam etſi non pauci ex inferni voragine, tùm Dei benignitate,
tùm CHRISTI, quos voluerit viuificantis, ſanguine conducentis, ac redimentis, arbitrio & ele-
ctione) remanet nihilominus Gehennæ ignis, quàm multis vnà cū angelis ſathanæ, ab æterno pa
ratus: in quem ſunt, in reſumptis cineribus, extremo iudicio condemnati, perpetuò conijciendi
ac detrudendi. Quibus omnibus benè perſpectis, dubium mihi non eſt, in tam occulto conſilio
Dei, omnes homines, facilè acquieſcere poſſe.

Verùm, & ſi hæc ſuſpicienda ſunt: non diſsimulabo tamen quorundam, qui plus æquo ſape-
re curant, petulantiæ ſatisfacere: qui frequentius obſtrepentes inculcant, cur Deus optimus ma- Quę obijciūt, qui magis quàm expedit, ſapere volunt.
Luc. 8. Sap. 1. ximus: cui nihil eſt impoſsibile: qui non lætatur in perditione hominum, ſed vult omnes ſaluari,
1. Thi. 2. & ad agnitionem veritatis venire: non omnes homines ſaluat? Cur & hi potius ſunt ad vitam aſci
Act. 10. & alibi. ti, quàm alij? cum tamen paſsim admoniti ſimus, nullum perſonarum reſpectum eſſe coram eo?
Rom. 9. Nec ſatis ducunt exemplum de figulo, quo Paulus hanc temeritatē retundit. propterea quòd
C tam etſi (vt dicunt) figmento, non licet diſceptare cum figulo, minuſq; cur hoc pacto ſe finxerit
redarguere: id tamen eſt, tum quia nequit homo multorum quæ facit reddere rationem, tum
Pſal. 103. quia vtrum velis, contingat de luto, nunquàm patitur aliquid detrimenti. Sed hac in re ſecus eſt,
Sap. 11. quando Deus omnia ſumma ſapientia facit: & æternæ nos fœlicitatis nouit eſſe capaces. quique
diligit cuncta quæ condidit, & homines maximè: in quibus eius gloria, tantò locupletius ſplen-
det, quantò diuinius, ac per hoc, quantò communius, omnibus ſemetipſum impartit.

Quibus, hunc in modum reſpōdeo. Exploratiſsimum quidem eſt, Deum optimum maximū,
eſſe iuſtum, & nihil niſi ſumma cum æquitate diſponere: quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitiam
Pſal. 10. diligit. Compertiſsimum & illum nihil facere caſu, nihil temerè, ſed ſingula in Sapientia & Iu-
Pſal. 103. dicio: & propterea cum conſilio & ratione. At quis nouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius
Rom. 11. eius fuit? Hinc omnis labor, & humanæ mentis anguſtiæ.

Siquidem nemo eſt, qui eam in ſententiam vtroq; pede non currat, ſed dum ſatagimus perue
ſtigare conſilium Dei, & apprehendere nitimur, eius ſapientiæ iudicium imperſcrutabile, opti-
Eccle. 3. D mo iure ſuccumbimus, ac noſtris in tenebris cæcutimus. Plura (inquit Sapiēs) ſupra captum, oſtē-
Rom. 11. ſa ſunt tibi. inter quæ (ſi Apoſtolo creditur) hæc continentur. O, altitudo (inquit) diuitiarum Sa-
pientiæ & Scientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & ininueſtigabiles viæ eius.
Eccle. 3. Roma. 12. Ergò, cum æquum ſit, nobis altiora non quærere: nec fas ſit ſapere, pluſquàm oportet ſapere:
fas & æquum pariter eſt, quę a Diuina, & occulta nobis, voluntate depēdent, meritò vti ſacro-
ſancta, omni cum religione ſuſpicere: noſtramq; caliginem attrectantes, vltrò potius hebetudi-
nem confiteri, quàm temere Dei iudicia perſcrutari.

At ne quis, ex obiectis, coràm imperitis præſumat, breui ſingulis ſatisfacio. Igitur, cum affertur Singulis obiectis reſpondetur.
ꝙ Deus omnia diligit, & omnes homines vult ſaluari: in promptu reſponſio eſt. Si enim diligere
Dei, vt oſtendimus, benefacere eſt, liquet illum vniuerſa diligere: quādo nihil eſt, quod ſuæ bo-
nitatis ac liberalitatis ſit expers: & homines maximè, in quibus mirā ſui opificij ſummam conſti
tuit. Sed hæc eorum intento non proſunt, quandòquidem & in Damnatis relucet bonitas Dei,
Tren. 3. Et non mediocris eſt miſericordiæ, ꝙ non ſunt conſumpti.

De voluntate autem eius, vt quiſq; ſaluetur, non deſunt qui dicant Apoſtolum non loqui de

omnibus abſolutè,ſed de omnibus qui ſunt electi. Nam etſi adultus nemo, ſine ſua (vt dictum E
Quomodo intelligitur, deum omnes ſaluari velle. eſt)voluntate ſaluatur,(Auguſtino dicente,ꝙ qui fecit te,ſine te, non ſaluabit te, ſine te:) ſalus Sup Ioā.14. Pſal.5.& 87.
tamen non in noſtram,ſed in Dei reijcitur voluntatem: cuius eſt ſalus: & Deus eſt noſtræ ſalutis.
& hoc pacto nullus eſt ſcrupulus.

Verum ſicut coarctatio iſta non placet,conſtat ex ſententia Damaſceni, id verum eſſe, ea de Damaſ.
voluntate, quæ præit, vel antecedit, malorum (vt dicunt) operum viſionem: ſiue (vt volunt alij)
verum eſt,de voluntate Signi,qua Deus omnibus benefacit,& Solem oriri vult, bonis & malis, Matth.6.
& pluit iuſtis & iniuſtis: ſed harum neutra efficax eſt ad ſalutem.

Quòd ſi lubet Paulum(vt magis videtur conſentiens) de beneplaciti voluntate loqui: verum erit,non de ſingulis hominum,ſed de ſingulis hominum generibus, vt planè illud eò loci Apoſtolus dicat,quod explicatius alibi: In CHRISTO IESV, nec circuncisio, nec præputium: non Gal.3.& 6.
maſculus,neq, fœmina: non ſeruus,nec liber, non Barbarus, nec Scytha: ſed in omni Gente ac
Natione(ſicut & Petrus adiunxit) qui timet Deum, & operatur iuſtitiam is acceptus eſt illi. Cui Act.10.
& per myſterium etiam illud in lintheo præmonſtratum eſt, quod capiebat cuncti generis animalia. Propter quod,& in eam vocem prorupit: In veritate comperi ꝙ reſpectus perſonarum, F Ibid.
non eſt,apud Deum.

Exemplum autem de luto, ritè(vt par eſt)intellectum,veritati maximè quadrat. eo ſiquidem
non tantū habes liberè ſalutem noſtram,pendere à Deo, (quod ibi potiſſimū Apoſtolus docet) Roma.9.
ſed & conditionē,ſtatumq;,in quo ſunt: quando per gratiam illis ſuccurrit,apertè declarat.

Omnes in ꝓthoplaſte veluti lutum. Nam etſi videt Deus omnes homines,in Prothoplaſte tabidos,& corruptos: præſertim tamē
vti lutum ſunt, & abominatio (ſuis in oculis) qui vt monſtra ſunt ſuborti: vt filij ſathanæ, &
fructus peccati.

Qua de re,etſi iuſtitia expoſtulante,non potuit hos maximè non abominari, reijcere, & extremis calamitatibus ſubdere: Miſericordia tamen comitante,ad oſtendendum inſuper diuitias
gratiæ ſuæ: delegit ex hac ſordida maſſa luti,& chaos inani, & vacuo, quædam vaſa refingere in Geneſ.1.
honorem,quædam in gloriam ſuæ iuſtitiæ,in interitū iam vndiq; coaptata,vt par erat,relinquere in contumeliam: Quid,hac in re,deprehendetur abſurdi? Scit quidem Deus, omnium quæ G
facit, reddere rationem: ſed quis eſt homo,vt reſpondeat Deo? Nunquid non eſt ſatis,quòd cun- Rom.9.
cta quæ facit ſunt valdè bona: & ꝙ eius perfecta ſunt opera? Gene.1. Deut.32.

Amplius. Quæ hominis eſt iniuria,ſi pro malè actis,iudicium ſubit? Cur ſe potius non deteſtatur,& vltionem longè ſuis flagitijs imparem, de manu Domini patienter non excipit? Quòd ſi
te ea miſerationis copia,non in omnibus obruit,nihil eſt quo iure ſubmurmures: ſed tolle quod
tuum eſt,& vade. Fortè quòd tibi Deus,cum oportuit auxilium diſtulit? fortè ꝙ ad oſtium non Matt.20.
pulſauit,ad cœnam non acciuit,vel compulit? Sed ex te omnis perditio tua.

Ergo ſi cui vult in fauorem gratiæ,& CHRISTI (vt dicebatur)opera,& electione, Deus miſeretur: ediuerſò autem alij pœnas(vt meretur)magna cū miſeratione infligit, & in laudem iuſti- Oſee.13.
tiæ,cruciatibus tradit: nullus iuſtè conqueri poteſt,aut quauis contrà Deum ratione mutire.

Obſeruationes præmiſſæ partis.

Obſeruandum ex particula,Qui prædeſtinauit nos in adoptionem: Vt tàm ingens beneficiū
Adoptionis beneficium, ſemp habēdū prę oculis. Dei,non ſolum iugiter habeat præ oculis, ſed per illud in Domino gloriemur: agnoſcentes quā 1.Cor.10. 1.Ioan.3.
immenſa charitate donati ſumus à Patre, vt filij Dei nominemur & ſimus: quàm inæſtimabilis H
gloria reſeruata ſit nobis in cœlis,quando cunctis apparebit quod erimus: quàm ingens hęreditas, immarceſcibilis,incontaminata,in terra viuentium: & ꝙ ſi modicùm nos contriſtari oportet nunc in varijs tentationibus,immenſum tñ gloriæ pondus,reſeruatur nobis in domo Patris. 1.Petr.1.
2.Cor.4.

Ex particula,Per IESVM CHRISTVM: Quòd quēadmodū per illum aſcripti ſumus, Filij &
domeſtici Dei,ita per illum & aditum,& acceſſum habèmus ad patrem; per illum ad hæreditatem admittimur,& ingredimur,& egredimur ad paſcua ſempiternæ ſalutis, & abſolutæ fœlicita- Ioan.10.
tis: vt tandem nedum initium, ſed & conſummationem bonorum omnium feramus accepta,
Deo,per IESVM CHRISTVM.

Ex particula,In ipſum: Vt attendentes dignitatem noſtram,ac memores facti,cuius capitis,&
cuius ſimus corporis membra,ſtudeamus vita & conuerſatione, CHRISTO nō eſſe degeneres:
Qui exemplar factus eſt nobis,vt quemadmodum ille fecit,& nos pariter faciamus. Ioan.13.

Ex particula,Secūdū beneplacitum voluntatis eius: vt ſicut complacuit Deo, & CHRISTO,
antè fundamenta mundi,nos ad gloriā filiorum aſciſcere, ita iuxtà eiuſdem beneplacitum volū-

Pſal.149. A tatis,ſatagamus in omnibus vitam attemperare: per prophetam admoniti, quòd beneplacitum
Eccle.1. eſt domino ſuper timentes eum, & in his qui ſperant ſuper miſericordia eius:& beneplacitum eſt Deo fides & manſuetudo,ſicut Sapiens dicit.

Ex particula,In laudem gloriæ gratiæ ſuæ: Vt in omnibus quæramus gloriã Dei, quippè qui
Dan.9. vaſa gloriæ facti,nunquàm precibus non flagitemus,ac viribus annitamur,vt nõ nobis, ſed eius nomini ſemper ſit gloria: liberè profitentes ex nobis duntaxat quæ ſunt ignominiæ proficiſci, Deo ſemper gloria & nobis facierum confuſio.
& ad facierum perpetuam confuſionem,è fonte ſuæ gratiæ ac munificentiæ, quicquid ſplendo-
1.Thim.1. ris,in nobis extiterit,dimanare: vt illi ſoli ſemper ſit honor & gloria.

Ex particula demum,In qua gratificauit nos,in Dilecto: Vt agnoſcentes gratiam pro gratia, nos recepiſſe à Deo,per CHRISTVM, (quoniam Dei gratia, in gratia vnius Dei & hominis,
Roma.5. in nos vberius eſt profuſa) Deum ac Patrem ſupplices deprecemur,vt per eundẽ IESVM CHRISTVM dominum noſtrum,in fauorem eiuſdem gratiæ eius, gratia pectora noſtra corroboret: vt corde per gratiã ſtabilitos,& Chriſtianis actionibus ſemper fœcundos, in omni gratiæ plenitudine faciat abundare.

Tertia ſectio, Prioris partis Epiſtolę. In qua tradit Apoſtolus,Quo pacto,modo,& ordine,placuit Deo,& patri, benedictionem ſuper nos reuocare in CHRISTO. Et eſt in quatuor portiones diſtincta.

B

1 *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius,remiſſionem peccatorum,ſecũdum diuitias gratiæ eius: quæ ſuperabundauit in nobis,in omni Sapientia & Prudentia: Vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum eius. Quod propoſuit in eo, In diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in CHRISTO: quæ in cœlis,& quæ in terra ſunt,in ipſo.*

2 *In quo & nos ſorte vocati ſumus,Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia, ſecundum conſilium voluntatis ſuæ,Vt eſſemus in laudem gloriæ eius: Nos qui ante ſperauimus in CHRISTO.*

3 *In Quo & vos,cum audiſſetis verbum Veritatis, Euangelium ſalutis veſtræ.*

4 *In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redẽptionem acquiſitionis,in laudem gloriæ ipſius.*

Summa & intentio textus præſcripti.

Volens(vt dictum eſt)Deus& pater, quos maledixerat in Adamo, ad benedictionem reuocare in CHRISTO:methodo non diuerſo procedit. Cum enim in Illo, nos nõ maledixerit, an-
C teqnàm ſuo nos tribunali,meritò condemnauerit:nec condemnauerit, niſi poſtquàm nos impios,in eodem deprehenderit,ac legitimè peccatores conuicerit: Ita(qui à ſe diſsimilis eſſe non poteſt)antequàm in CHRISTO nos benedicat,ſuo nos,in eodem, tribunali iuſtificat: & antequàm iuſtificet,pios nos,ac ſine peccato,in Illo deprehendit: imò ſicut maledictio noſtra(vt tãgebatur)eſt maledictio Adæ,& condemnatio noſtra,eſt condemnatio ſua: & impietatis noſtræ Sicut maledictio Adę, fuit maledictio noſtra ita & benedictio Chriſti noſtra benedictio eſt.
deprehenſio,ac tranſgreſsionis noſtræ conuictio,deprehenſio eſt, & conuictio tranſgeſsionis illius:(ſiquidem ideò impij & peccatores,ideò condemnati ac maledicti: quia membra impij.& peccatoris,membra condemnati ac maledicti hominis, ſumus: tùm natura,tùm moribus,geſtãtes imaginẽ eius,haud ſecus ac lupi,prognati ex lupo,& ſerpentes,orti ex vipera: à qua hauſtũ virus lethiferos reddit, & viperinis moribus grauidos:) Ita & CHRISTI benedictio, eſt benedictio noſtra,& illius iuſtificatio,iuſtificatio noſtra,& illius innocentia, innocentia noſtra: quàm in illo,ex dono patris, vti membra(vt ſæpe dictum eſt)colligati,& vti palmites inſiti, per ſpiritũ eius participatum,donamur, imbibimus ac poſsidemus: cuius poſtmodum vitam æmulantes, &
D bonis actionibus inſiſtentes, ſimiliores illi effecti, exactius illum exprimimus ac referimus, iuxtà
Ephe.4. menſuram conceſſæ fidei,& factæ nobis donationis per eum.

Ergò Deus & Pater, iuſtificatione præmiſſa,in ipſomet CHRISTO, ad hæreditatem nos re-
Gene.27. uocat: & velut alter Iſaac,dilecti filij,indumentorum odoratus fragrantiam,ac hędi pelle obductas manus expertus, nequit benedictionem Primogeniti non concedere: & mox promiſsionis ſpiritu obſignatos,quo cõſummatæ benedictionis arrhabo ac pignus accipitur, in ſpem, quæ nõ confundit,quod ſupereſt poſsidendi,nos erigit:& tandem ad hęreditatem, quam eſt pollicitus, ocyus adeundam, ac capeſſendam, fœlici operum bonorum ſucceſſu, ardentiori charitate, corda noſtra ſuccendit.

Hęc ſumma eſt textus pręſcripti:in quo,aliud non intendit Apoſtolus, quã modum ac ſeriem explicare: quibus Deo iuſtificamur, peccatis omnibus expiati,& in CHRISTO inculpati effecti. vt hoc pacto ad benedictionem(de qua in Themate mentionem facit)iter aperiat:& ita ad inſtitutum à ſe introducat: textu quatuor portionibus diſtributo, vt ex ſequentibus liquet.

Digreſsio

Digreſſio de Iuſtificatione,qua & euadimus,& Iudicio Diuino,decernimur iuſti. Vbi & pręclara multa tractantur,& maximè de Fide,Operibus,Satisfactione,Vocatione,Pęnitentia,& Peccato in Spiritum ſanctum. E

Et quoniam iuſtificationis noſtræ doctrina,à multis diuerſimodè traditur: & res maximè neceſſaria,multiplici opinione confunditur: præſtat(ſi nõ fallor) rem ex ſcripturis excutere: ac paulò latius,ob materiæ amplitudinẽ,explicare. Principiò itaq; attendendum quod tametſi,nonnullũ poteſt videri diſcrimẽ,inter Doctores theologos,& ſcripturas ſacroſanctas, in harum vocum acceptione,dum illis,Iuſtificare,eſt iuſtum facere,& Iuſtificari,eſt iuſtum fieri: ſicut facilè,tum ex Thoma,tum ex Auguſtino deprehenditur: iſtis verò potius eſt,iuſtum declarare,ac iuſtum oſtẽdi: vt ex illis paſsim licet accipere: re tamen accuratè diſcuſſa ſecus eſt.

Iuſtificare, & Iuſtificari, quid ꝓpriè importet.

S. Th. 1. 2. hac in materia. Aug. in lib. de ſpũ & litera.

Et vt res ſit illuſtris,attendendum quod tam etſi, iuſtum quempiam declarare ac declarari, non vno modo contingit: & aliquando crimen excuſando, ſicut cum fratres Ioſeph, Scypho deprehenſo in ſacco, exterrefacti dixerunt: Quo pacto,iuſtificabimus nos(ita habet textus hebręus) coram Domino noſtro? Aliquando iuſtitiam ſimulando, ſicut cum ait Dominus in phariſęos: vos eſtis,qui iuſtificatis vos coram hominibus, ſed nouit Dominus corda veſtra: Aliquando iuſtitiã oſtendendo,quemadmodum legiſperitus,volens iuſtificare ſeipſum, interrogauit de proximo ſuo: Aliquando iuſtitiam commendando: & iuſtificata eſt(inquit Dominus)Sapiẽtia à filijs ſuis: & Publicani euangelio auſcultato,iuſtificauerunt Deum: & Dauid, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cum iudicaris: Frequentius tamen, & inſtituto accommodatius ad tribunal in foro,iuſtitiam definiendo ac pronũciando: vbi &,Iuſtificare eſt proprium Iudicis, & Iuſtificari eſt proprium Rei: quemadmodum,condemnare,& condemnari: quæ illis ſunt è regione oppoſita.

Gene. 44. Luc. 16. F Luc. 10. Luc. 7. Pſal. 50.

Dixi frequentius,quoniam acceptio hæc,magis eſt familiaris, magiſq; obuia in ſcripturis. nã ſic ſumitur Eſaiæ capite quinto: Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auſertis ab eo. ſic Pſalmo octuageſimo primo: Deus ſtetit in cętu iudicum, in medio diſceptando cum eis: Vſquequo iudicatis iniquitatem,& faciem peccatoris ſumitis. Iudicate ęgeno, & pupillo: humilem,& pauperem iuſtificate. & pſalmo centeſimo quadrageſimo ſecundo: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo, omnis viuens. ſic Prouerbiorum vigeſimo ſexto: Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, vterque abominabilis eſt,apud Deum. ſic Deuteronomij vigeſimo quinto: Si fuerit lis,inter virũ & virũ, accedant ad Iudices: qui iuſtificabunt iuſtũ(ita ſonat textus hebręus)& condemnabunt impium. G

Dixi accommodatius: quoniam etſi aliæ acceptiones intento poſſent forſan aptari,hac tamen vſus videtur Apoſtolus. Deus eſt qui iuſtificat: quis eſt, qui condemnet? & ſicut per vnius delictũ, in omnes homines(iudicium fuit) in condemnationem: ita & per vnius iuſtitiam (ſententia facta eſt)in omnes homines,in iuſtificationem. tam etſi & alium ſenſum, etiam in his poſtremis verbis admittimus. Ergo hac acceptione retenta: difficilè non eſt videre,quod diximus. Rom. 8.

Nam licet ſæpe deprauatum ſit,tribunal humanum: & perſonarum reſpectu corruptum: licet iudicium eius ſit fallax,& velut homo mendax: licet ſit non rarò fucatum, ac ſimulata ſanctitate peruerſum: Diuinum tamen ſemper eſt æquum,verum & ſacroſanctum,Deus enim perſonam non accipit nec velut homo mentitur: non iudicat ſecundum faciem,ſed ſcrutatur renes & corda. Ergò neceſſè eſt,vt cum iuſtos nos,ſuo tribunali pronunciat: anteà nos iuſtos inueniat: cũ rectum iuſtumq; iudicium,actis,ac probatis reſpondeat ac ea iuxtà ſentẽtiam ferat. Ergò neceſſe eſt,vt priuſquam nos iuſtos declaret: iuſtos coram ſeipſo conſtituat. Ergò quod Doctores tradunt,Scripturæ ſupponunt,perficiunt,& confirmant. Ergò non ſolùm non offendemus diſcrimen, ſed ſententiam reperiemus conſonam,& conformem: imò ſi vſus ſcripturæ conſulitur,vnũ penitus eſſe poſſunt.

Tribunal humanum ſępe corruptũ, ſed diuinũ ſemp ſacroſanctũ.

Pſal. 115. Rom. 2. Nume. 23. Pſal. 7. 1. Reg. 16. H

Sicut enim dicitur quis,tùm aliquid accepiſſe à Deo, cum quod illud acceperit declaratur, quẽadmodum CHRISTO dicitur collata poteſtas in cœlo & in terra, poſt reſurrectionem, non quod tunc illam acceperit(quoniam atteſtatus eſt antè mortem,omnia tradita ſibi eſſe à Patre: & quod poteſtatem acceperat omnis carnis: & quod omnia fuerant manibus ſuis commiſſa(ſed quia poſt reſurrectionem,pleniſsimè declaratus eſt filius Dei,in virtute (ita Origines & Ambroſius, Apoſtoli locum exponunt)& ſicut Deus dicitur quoſdam agnoſcere quoſdam verò neſcire: cum illos approbat,& alijs reddit illuſtres: iſtos reprobat,& reliquis manifeſtat obſcuros: ita & aliquos dicitur iuſtificare,cum indutos ab illo iuſtitia, ac gratia & miſeratione, iuſtos effectos: pro iuſtis habet,approbat,& vt iuſtos ſuo tribunali pronunciat.

Matt. vlt. Matt. 12. Ioan. 13. 17. Roma. 1. Exod. 33. Matth. 25.

Verùm vt plenius ſatisfiat: vtroq; ſenſu rem exequemur. Primùm quidem quo pacto, coràm Deo,euadamus iuſti: Deindè verò,quomodo,ac qua ratione,iuſti,illius decernamur ac pronũciemur

Quõ coram Deo iuſti euadimus & coram eius tribunali.

A ciemur tribunali:& vt nihil relinquatur obſcurum,ſemper erit habendum præ oculis: ꝙ licet iuſtitia,quilibet iuſtus fiat & ſit,ſermo tamen ad præſens,non eſt de iuſtitia philoſophica,vel politica,ſed Chriſtiana: quemadmodum & de iuſto, non iudicio rationis humanæ, ſed approbationis diuinæ. Quæ & paſſim dicta eſt in Scripturis: Iuſtitia DEI CHRISTI, & FIDEI: vt cuique licet aduertere.

Vt Rom. 1. 3. & 10. Malac. 4. 1. Cor. 1. Roma. 3. & 8. & 11.

Iuſtitia quare dicitur Dei & Chriſti.

ET DEI quidem, non ſolùm quia ab eo ſæpius repromiſſa: ſed quia exhibita, & donata. nam Deus eſt, qui iuſtificat: & gratis quidem per gratiam ſuam: & ob id, ſine operibus noſtris: quandòquidem ſi gratia, iam non ex operibus: aliàs gratia, non eſt gratia. non ꝙ Deus geſtiat inuenire nos deſides, & operibus vacuos: qui in ſeipſo eſt actio pura, & vnũquodque vt operetur, inſtituit: ſed quia operum vi, meritò, & efficacia, iuſtitiam hanc, non aſſequimur: tam etſi (vt ſuo loco dicetur) ex illis nonnihil efficiatur: ſed aſſequimur, Dei (vt diximus) beneficio, munificentia, gratia, & liberalitate.

vt. 1. Cor. 1. 2. Cor. 5. Eſai. 53. Galat. 3.

CHRISTI verò, quia ab illo eſt abſoluta, & cõſummata: in illo repoſita, & ex illo, in nos diffuſa, ac impartita. Propter quod non ſemel, dictus eſt, iuſtitia nr̃a: & ꝙ factus eſt nobis à Deo, iuſtitia: & ꝙ in eo euadimus, iuſtitia Dei: ſicut enim Pater, poſuit in CHRISTO ſcelera noſtra, & B coaceruauit in illo, omnes pœnas, & maledictiones: ita & illi placuit, noſtra in eodem ſcelera expiari, maledictiones extingui, & iuſtitiam abſolutiſſimam adimpleri.

Iuſtitia fidei dr̃ quia per fidem parta.

FIDEI demum, quia per fidem parta, & poſſeſſa: quemadmodum fuit in præmiſſis attactum & latius erit in ſequentibus manifeſtum. Hic tamen illud explicare non obeſt: ꝙ fides ad iuſtificationem faciens, fides eſt, non modò viua, & charitati coniuncta, quemadmodum in primis inueniebatur Parentibus, antè lapſum, ſed ſacramentis etiam fota, qualis in nobis, nunc eſſe debet, poſt lapſum: & maximè, Pœnitentia, & Baptiſmo.

Rom. 4. Aug. & alij Floren. & Triden.

Nam licet nunc viua fides, ſemper ſacramenta concernat, imò illa in ſe quodam pacto, concludat: quippè quæ, ſicut data opportunitate, nunquàm (vt dictum eſt) non prorumpit in opus: ita & cum facultas adeſt, nunquàm ſe ipſis ſacramentis non ſubijcit: id tamen explicatum, maximam lucem affert. Quare ſicut in veteri lege, non iuſtificabantur Patres, niſi fide alicui ſacramẽto cõiuncta, quod tamen iuſtificationis, tantum erat ſignaculum, ſicut circunſio in Abramo: ita & fides in lege noua, vt iuſtificemur per eam, ſacramento neceſſe eſt connectatur: quod tamen non eſt tantum ſignaculum, ſed & conferens inſtrumentum, ſicut probè à Patribus, & non ſemel de- C finitum eſt in Concilio œcumenico.

Iuſtitia de qua ſermo, duo ĩ ſe claudit.

Nunc autem expedit animaduertere, iuſtitiam hanc (quæ in ſeipſa Dei donum eſt, præclariſſimum & Diuinum, & pleniſſimè in ſuperna patria poſſidendum) duo cui adeſt afferre: excluſionem ſcilicet peccati: & nouam ac innocentiſſimam vitam. Verùm dum hic agimus, tum propter imbecillitatem carnis, tum ob ſtatum præſentis peregrinationis: & ſi illorum nobis neutrũ deeſt, neutrum tamen integrum, vel perfectum eſt.

Pſal. 136.

Nam licet nunc iuſti ſimus excluſione peccati, non tamẽ extinctus eſt fomes: remanet adhuc concupiſcentia carnis, prona ſemper in malum: remanent, & non rarò peccatorum reliquię, nũquàm non ſuppullulare tentantes: propter quæ nobis iugis eſt pugna. quippè qui, nunquàm nõ debemus ſatagere, Dei fauore ac beneficio, vt quod in nobis reliquũ eſt vetuſtatis, crucifigatur ac mortificetur: quin & ad petram, qui CHRISTVS eſt, perpetuò collidatur.

Rom. 6. Luc. 1. Apoc. 22. Matth. 6.

Licet & iuſti ſimus primitijs nouæ vitæ, cum ſimus per ſpiritum renouati, & ad participium reſurrectionis aſſumpti: dum tamen iuxtà ſpiritum ambulare contendimus, & veluti ex mortuis vi- D uentes, membra noſtra, arma exhibere iuſtitiæ, in ſanctificationem adnitimur: vt in ſanctitate ac iuſtitia, inſeruientes Deo, in dies (vt par eſt) amplius ſanctificemur. & iuſtificemur, ſicut euangeliſta nos admonet: frequẽter deficimus, labimur, & in multis offendimus: vt nunquã opus non ſit, ad Patrẽ ſuſpirare, vt dimittat nobis debita noſtra: noſq; de corpore huius mortis abſoluat.

Viua fides, ſi abſolutè loquimur electorũ eſt munus.

Epheſ. 2.

Et quanquàm hæc duo munera ſunt, quia tamen ſunt ſimul, & pariter ex vno fonte dimanãt, imò & vno ſunt, iuſtitiæ dono comprehenſa: mirum non eſt, ſi & vno hauſtu, pariter hauriunt: hoc eſt, ſi viua & catholica fide, in CHRISTO. vtrunq; ſimul aſſequimur, & poſſidemus.

Rom. 10. Luc. 8. Act. 16. Ioan. 8. 10. Acto. 13.

Cum enim fides, de qua loquimur, non modò Dei donum ſit, ſed electorum (ſi abſolutè loquimur) proprium: (quippè quæ, communi lege, per auditionem excipitur verbi, ab his quibus audiendi datæ ſunt aures, & ſpiritu in verbo operante, perfoſſæ, ſicut Purpurariæ, ad prædicationem Pauli: quod ſolum electorum eſt, Domino atteſtante, Oues meæ, vocem meam audiunt: & propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis: & ſicut olim euangelizante Apoſtolo, crediderunt quotquot, erant ad vitam æternam electi, ita & modò, ſuis in miniſtris, euangelizãte eccle-

ſia,

ſis,credunt quot quot,ſunt in libro perennis prædeſtinationis aſcripti)mirum eſſe non debet, ſi E in quibus viuit fides abſolutè,illos ſuapte vi & ingenio,ducat ad CHRISTVM: non mirũ ſi vnit ac nectit cum eo:quandòquidem ſicut energia fidei eſt ad CHRISTVM impellere, ita & natura membrorum eſt,progredi ad ſuum caput,& quòad poſſunt,cum illo coniungi. Oſe.2.

Quod planè ſacramentum,eleganti quidem tropo,Propheta declarat,dum aſſerit, viuam fidem deſponſare nos CHRISTO: vt commodè percipiamus, ex ambobus illam miram effici copulam,qua translatis ad inuicem in carnem vnam,omnia ſint,quodammodo indiuiſa:nec aliud nos quidem reputemur ab eo,quàm os de oſſibus ſuis,& caro de carne ſua. Epheſ.2.

Fides reproborũ qualis.

Nec tamen reijciemus,& fidem reprobos habere poſſe: nec ſolùm vt dæmones, mortuam & informem: ſed viuam, & charitati coniunctam: verùm tantum ad tempus: quoniam ad tempus credunt,& in tempore tentationis recedunt.ſicut enim ad tempus,ſcribi poſſunt, in libro vitæ, ita & ad tempus poſſunt,viua & catholica fide donari: & ob id & ad tempus, poſſunt etiam, vti membra, CHRISTO, quodam pacto coniungi.Quòd & ſi in calce peregrinationis eius, contingit fide eorum quempiam non deſtitui: euenit tamen demeritis proprijs, vt fides charitate priuetur,ſine qua,nihil ſuffragari poteſt. Iaco.2. Luc.8. F 1.Cor.13.

Igitur hæc viua fides,per Spiritum ſanctum,à Deo electorum cordibus impartita,(ſicut enim per ſpiritum Dei,reliqua illius dona ſuſcipimus,ita & per eũdem, viua fide donamur) tum arcana ſpiritus efficacia,tum ſuimet ſingulari virtute, CHRISTVM, nobis à Patre donatum,cum fiducia adit,& apprehendit: eoſq; diuina illi electione accommodos, inſerit & compaginat: imò & eo pacto transformat,vt mirum non ſit ſi dicantur in omni plenitudine CHRISTI. Eſai.9. Rom.8. Ioan.3. Rom.9. Epheſ.3.

Et quanquàm res ita ſe habet,memento tamen, ne myſterium ad morem carnis detorqueas. ſicut enim inter CHRISTVM, & ſponſam eius eccleſiam,matrimoniũ carnale non eſt, ſed ſpirituale: nec carnale CHRISTI corpus, nos ſumus, ſed myſticum: ita electorum in CHRISTO incorporatio,& cum capite membrorum connexio, non carnis, ſed ſpiritus opificium eſt: tam etſi carnales,nõ valemus,niſi carnis vocibus vti,& myſteria ſpũs, niſi nr̃a pro ineptia balbutire.

Incorporatio electorũ, cũ Chriſto, ſpũs opificiũ eſt.

Ergò ſicut CHRISTVM, cum Apoſtolo, amplius non nouimus ſecundum carnem, ſed ſpiritum,quo nobiſcum diuerſatur, vſq; ad conſummationem ſeculi:& vbi ſunt duo, vel tres, eius in gloriam congregati, medius eſt, inter eos: ita & per fidem viuam, & charitati connexam, in ſpiritu illum apprehendimus,& in illum per ſpiritum transformamur.Quod vt clarè cõcipi poſſit,Paulus hoc pacto ſuccurrat. 2.Cor.5. Mar.vlt. G Matt.18. Rom.9.

Cum enim(eo aſſerente)idem nunc ſit habere CHRISTVM, & habere ſpiritum CHRISTI (vt Romanorum octauo: Qui ſpiritum CHRISTI non habet,hic non eſt eius:& mox idem,verbis æquiualentibus repetens, Si CHRISTVS in vobis eſt (inquit) corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum,ſed ſpiritus vita eſt, propter iuſtitiam, & Galatarum ſecundo, CHRISTVM aſſerit in ſe viuere:& alibi,in ſe loqui: quia illius in ſe Spiritus viuit,& loquitur)haud difficile liquet,ꝙ viua fide CHRISTVM apprehẽdere,eſt CHRISTI, ſpiritum haurire,& cum illo, omnium donorum eius profuſione, pro membri opportunitate, & diuinæ beneuolentiæ electione repleri. 2.Cor.13.

Quid ſit chriſtũ apprehẽdere, viua fide.

Verùm & ſi potatis ſpiritu CHRISTI, neutra iuſtificationis portio deeſt: præſtat tamen, vt res ſit illuſtrior,ſeorſum paucis,vtriuſq; adeptionem explicare. Et quoniam, vt attactum eſt, fides iuſtificans nos,fides eſt,quidem viua,ſed baptiſmo, vel pœnitentia fota: conſtat ꝙ ſicut illa, non modò,duo ſunt ſacramenta,ſed vi,& operatione diuerſa: ita(nec immeritò) & duæ ſunt diſtinctæ iuſtificationes: altera baptiſmi,& reliqua pœnitentiæ, ergò & de ambarum partibus,decet ſeorſum habere ſermonem:& diſtinctim, vt res ſit magis dilucida, rationes earum,noſtra pro tenuitate,tractare. H

Igitur in iuſtificatione baptiſmi, cui (nec iniuria) primus aſsignandus eſt locus: compertiſsimum eſſe debet,peccata noſtra, eã ob rationẽ, à renatis eſſe depulſa: quia CHRISTI morte, in illis ſunt expiata:quippè qui,eius in ſanguine,non modò ſunt redempti,& ſanctificati, ſed Deo reconciliati,& pacificati: in quibus,primæ partis iuſtificationis huius,ſumma conſiſtit. Nam tribus in peccato repertis,reatu,macula,culpa: nullum eorum eſt, quod ſanguis CHRISTI, non deleat. Et reatum quidem,quia redemptionem habemus, per ſanguinem eius: Maculam verò, quia lauit nos,in ſanguine ſuo. Culpam denique, quia Deo reconciliati ſumus, per ſanguinem Vnigeniti proprij. Epheſ.1 Apoc.1. Roma.5.

Tria in peccato reperta, & sãguine chriſti explosa.

Cum enim ſpiritus CHRISTI, iuſtitiam hanc(reconciliationem ſcilicet,expurgationem,redemptionem)Deo,pro peccatis hominum,iure optimo,debitam, inſtituerit in illo pro nobis, Hebr.10.

quando

A quando deficientibus holocauſtomatibus pro peccato, CHRISTVS ſpontè per ſpiritum, obtulit ſeſe, noſtris pro peccatis in ſacrificium crucis, dicens, Ecce venio: mirum non eſt, ſi eandem CHRISTI iuſtitiam, in nobis, idem ſpiritus CHRISTI, pro menſura fidei impartitus, ita diſtillet, imò influat & inundet: vt haud aliter euadamus, à peccato liberi, ac ſi fuiſſemus cum CHRISTO, peccato commortui: atq; in ipſo, proprio eius ſanguine, iuxtà rigorem diuinæ vltionis mulctati: imò longè ſuprà quā merebamur, ſeueriore animaduerſione puniti: vt verè cum Iob, dicere
Cap. 6. valeamus: Vtinam peccata noſtra ex vna, & calamitas, quam CHRISTO patiente paſſi ſumus, ex altera, appenderentur pariter in ſtatera: profectò quaſi arena maris, hæc grauior appareret:
1.Ioan.1. quandòquidem CHRISTI ſanguis, non modò propitiatio affluentiſſima eſt, pro peccatis noſtris, ſed & pro totius mundi: Et hoc quidem pacto, à peccatis per fidem in baptiſmo, in CHRI-
Rom.6. STO, inſtificati ſumus: ſiquidem qui mortuus eſt cum CHRISTO iuſtificatus eſt à peccatis, ſicut Apoſtolus dicit.

Nec modò ſpiritus CHRISTI, per fidem attractus, iuſtitiam hanc, quę CHRISTI iuſtitia eſt, in renatis profundit: ſed & aliam in illis, haud diſſimilem excitat, & inſufflat. qua (interueniente
B dono, & gratia Dei) propenſiores ſumus, non ſolùm fieri capiti noſtro conformes (prorſus per-
Rom.8. ſuaſi, q̄ niſi vitæ huius periodo, geſtiamus pati cū eo, non poterimus regnare cū illo) ſed & quod remanet in nobis, peccati veſtigium, validius inſectari, mortificando membra noſtra, quæ ſunt
Col.3. Gal.5. ſuper terram, & carnem crucifigendo, cum vicijs & concupiſcentijs, donec deficiant, aut negocium, ſpiritui non faceſſant. Vltionem nihilominus, & à nobis, noſtris pro delictis, tam et ſi Dei clementia condonatis, diſtrictius exigentes: non tam in remedium recidiui, quā in fauorem immortalis odij, quo debemus inſectari peccatum: vt omnibus conſtet, q̄ vltra nolumus redire ad vomitum: imò auſim affirmare, etiam vindictam, à nobis eouſq; exigi poſſe: vt noſtris pro peccatis, non modò (ſi neceſſe eſſet) Deo penitus ſatisfaceret, ſed & non mediocriter ſuperexcederet. Nam CHRISTI membris factis, neceſſe eſt, iuſtitiam, de qua loquimur, nō tam ipſorū eſſe, quā
Math. 25. capitis: quia ſicut in membris induitur, inuiſitur, paſcitur, domi excipitur: in membris viuit, loquitur, auſcultatur, ſpernitur: ita & in membris dignatur pati, & cum illis affligi: tanto ſiquidem odio, inſectatur peccatum, vt ferè illo exuberantiſſimo, ac ter fœliciſſimo ſacrificio, non videat
C contentus, quod Deo obtulit, in ſuo corpore naturali: niſi rurſum idem iugiter faciat, & modo quopiam repetat: in membris ſui corporis myſtici. Nec id tantùm cum affliguntur à miniſtris Sathanæ, qui nunquā non ſtudet, in electis illum recrucifigere: ſed & cum ſpōtè (eius ſpiritu ſuggerente) ſibi ob peccatum, afflictiones aſſumunt. Ergò in membris ponderata efficacia capitis, forſan abſurdum non reputabitur, quod aſſerere, auſi ſumus.

Rom.3. De hac iuſtificationis parte, potiſſimùm loquebatur Apoſtolus, quando dixit, q̄ iuſtificamur gratis, per gratiam Dei, per redemptionem, quę eſt in CHRISTO IESV. quem propoſuit nobis propitiatorem per fidem, interuentu ſanguinis eius, ad oſtendendam iuſtitiam ſuam: in remiſſionem pręcedentium delictorum: ſiquidem cum baptizamur, adeò peccatū remittitur: vt actuale, quod baptiſmum præceſſit (Nam quod poſtmodum abuſu voluntatis committitur, pœnitentiæ reſeruatur) tùm quò ad culpam, tùm quò ad pœnam, ſit prorſus extinctum: & Originale, quò
Rom.6. ad priuationem, iuſtitiæ debitæ, pariter ſit deletum: quò ad fomitem ita extenuatum, vt ſi nolumus, nobis dominari non poſſit: quò ad pœnas, vt relinquantur ad frugem, vtq; illis, haud ſecus ac ſtimulis, vrgeamur ad patriam.

Duplex iuſtitia in nobis per ſpiritum Chriſti accepta.

Quo pacto, peccatū, tum originale, tū actuale, remittitur in baptiſmo.

D
Rom.6. Adūbrat eadē pars, nec obſcurè, in ritu primæ partis baptiſmi, apoſtolo atteſtāte, q̄ quotquot baptizati ſumus in CHRISTO IESV (per ſpiritū ſcilicet induendū: qm̄, vt alibi docet, quicūq;
Galat.3. in CHRISTVM baptizant, CHRISTVM induunt) in mortē ipſius baptizati ſumus: cuius rei, & euidens indicium eſt, q̄ conſepulti ſumus cū illo, per baptiſmum in mortem: vt cū illo (quod & reliquum huius iuſtificationis eſt) reſurgētes à mortuis, non amplius moriamur: ſed in nouitate vitæ iugiter ambulemus: qua de re modò ſermo ſubſequit. Nouitas igitur vitæ, cuius modò primitias (vt præmittebat) accipimus: eodem ſpū operante confert: idq; non ſolùm, vitę CHRISTI communicatione, vt eo à mortuis excitato, perindè ac coexcitata ſimus mēbra cum eo: ſed & ſanctarum actionum in nobis exercitatione, & eorū morum informatione, qui decēt ciues ſanctorū & domeſticos Dei: imò & filios adoptionis, & membra vnici ac naturaliſſimi eius filij, IESV
Ephes.2. Act.1. CHRISTI. quibus & exemplum ſe præbuit, dùm hic ageret, & verſaretur cum nobis.

Verùm vt res ſit abſolutior, conſiderandum quòd CHRISTI vita, electis applicata, ac ſpiritus participio, viuis eius membris conceſſa, vita eſt cœleſtis Patriæ: in qua reſurrexit à mortuis, & fruitur ſedens ad dexteram Dei. Hanc facit nobis communem, cum per fidem viuam, eius at-

tracto ſpiritu, illius efficimur compotes: haud ſecus ac ſi, & reſuſcitati, & ad Dei dexteram, cum illo eſſemus aſſumpti. E

Sicut enim fidei, de qua ſermo, vi & energia, CHRISTO connexi, atque in illum transformati, eo pacto expiationem aſſequimur peccatorum, quo non aliter, quàm os eius & caro, vnà cum illo, ſumus peccato commortui, atque exuberantiſſimè, hunc in modum. vltionem diuinæ animaduerſionis perpeſſi: ita eàdem fidei efficacia, atque eiuſdem ſpiritus interuentu, reſurrectionis eius, perindè ac membra, reſurrectionis capitis participes ſumus facti: atq; cum eo in nouam vitam euecti, aſcendimus, & ad dexteram Dei, cum illo ſumus conſtituti, vt inſerius Apoſtolus docet. Quæ quidem vita, et ſi modò abſcondita eſt, cum CHRISTO in Deo, nec aliter his oculis conſpicanda, quòuſq; ſimiles ei effecti, in reuelatione gloriæ filiorum, apparebit quod erimus: in præſenti tamen, non ſine certo pignore eſt. quandòquidem Dei miſeratione, nunc ſunt accepte primitiæ: Pax ſcilicet cordis: Tranquillitas conſcientiæ: Gloriatio in ſpe gloriæ filiorũ Dei: Deum habere pro Deo, imò Deum experiri vt Patrem: & id genus plura, quæ Apoſtoli aſſertione, in electis ac iuſtificatis, non rarò enitent. F

Cap. 1. Coloſſ. 3. 1. Ioan. 3. Roma. 5. 8.

Primitię vitę Chriſti nobis impartitæ: quę ſint.

Vita verò in nobis, eiuſdem ſpiritus opera excitata: vita eſt, per illum non ſolùm, Donorum, chariſmatum, & virtutum profuſione, in nobis inſtituta: ſed & eius impulſu, applicatione, cooperatione: per ſanctarum actionum exercitationem, ad imitationem noui hominis CHRISTI, in dies reformata: ſatagentibus nobis, in omnibus illum exprimere, & quemadmodum ille ambulauit, & nos ambulare: indutos viſcera miſerationum, benignitatem, manſuetudinem, humilitatem, patientiam: ſupportantes inuicem, & condonantes, ſiquis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & CHRISTVS condonauit nobis.

1. Ioan. 2. Coloſſ. 3.

De hac autem iuſtificationis parte, ſcripſit Apoſtolus: quòd ſicut inſititij facti ſumus CHRISTO, in ſimilitudinem mortis eius: ita & inſititij facti ſumus, in ſimilitudinem reſurrectionis illius. & q ſi mortui ſumus, cum CHRISTO, credimus q & viuemus cũ eo. & q exiſtimemus nos, nõ ſolum mortuos eſſe peccato, ſed & Deo viuentes, in CHRISTO IESV: accommodantes ſemper membra noſtra, arma iuſtitiæ Deo. & q ſicut per vnius Adæ delictum (propagatum eſt malum) in omnes homines, in condemnationem: ita & per vnius CHRISTI iuſtitiam (propagatũ eſt bonum) in omnes homines, in iuſtificationem vitæ. G

Rom. 6. Rom. 5.

Et quanquàm harum iuſtitiæ partium, quarum altera declinamus malum, & reliqua operamur bonum, neutra neceſſaria prorſus non ſit: prima tamen parum prodeſt, ſi ſecunda non adeſt: quemadmodum & CHRISTVM, parum mori profuiſſet, ſi à mortuis ſuſcitatus non eſſet. Qua de re, mirum eſſe non debet, ſi ſecundà magis habeatur iuſtificatio, quàm prima: idq; non ſolum, quia primam, ſecunda ſupponit, illique non mediocriter fauet. (nam ſi peccato mortui ſumus cum CHRISTO, conſequens eſt, vt vltrà non viuamus in eo: & per hoc, opus eſt, vt in reſurrectione vitæ ambulantes, oſtentemus nos de illo triumphaſſe cum CHRISTO) ſed quia vtii iuſtificationis terminus, & conſummatio, iuſtos nos potiſſimum efficit, & conſtituit. Vndè & ſi CHRISTVS, à peccatis nos ſua morte iuſtificat: ſuę tamen reſurrectioni, qua in vitam nouam aſſumimur, iuſtificatio potiſſimum eſt ſubſcripta, Paulo acclamante, q etſi traditus eſt propter delicta noſtra, à mortuis tamen reſurrexit, propter iuſtificationem noſtram. Hactenus de iuſtificatione baptiſmi: nunc de iuſtificatione Pœnitentiæ. H

Pſal. 30. Roma. 6. Roma. 4.

De iuſtificatione quã aſſequimur p pœnitentiã.

Vt igitur & hoc tenteamus, ad memoriam reuocare nõ obeſt, q et ſi olim Nouatus, lapſis poſt baptiſmum, pœnitentiæ locum, ſupereſſe negauit, ex illis verbis Apoſtoli (Impoſſibile eſt, eos qui ſemel illuminati ſunt, guſtaueruntque donum cœleſte, & participes facti ſunt ſpiritus ſancti: guſtauerunt & Dei bonum verbum, virtutesque ſęculi venturi, & prolapſi ſunt: rurſum renouari ad pœnitentiam, recrucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Et infra. Voluntariè peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hoſtia pro peccatis: ſed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios) perperam intellectis: cui ex ſcripturis, non modò validiſſimè reſtiterunt Patres, & maximè Cyprianus, Ambroſius, Cryſoſtomus, Auguſtinus: ſed & concilium ſacroſanctum quod & conſtantiſſimè hęreſim iſtam exploſit, Romæ ſub Cornelio ſummo Pontifice: nihilominus quia & hæretici noſtri temporis, et ſi palàm auſi non ſunt, lapſis pœnitentiam interdicere: tamen de conſtantiſſimo pœnitentiæ ſacramento, non minus execranda auſi ſunt effutire: non diſplicet paucis illa attingere, & poſt, ne quenquam ex verbis Apoſtoli, errare contingat, planum illorum ſenſum afferre.

Hæreſis Nouatus. Hebrę. 6. Cap. 10.

Hęreſes nſę tẽpeſtatis, circa pœnitẽtię ſacramentũ.

Volentes igitur noſtræ tempeſtatis hæretici, aut callidè pœnitentiæ ſacramentum exploderent,

A aut ſaltem impiè extenuare: nunc temerè confundunt pœnitentiam cum baptiſmo, cum ea ſa-
cramenta ſint eòuſq; diſtincta, vt nec formis, nec materijs, nec ritu, nec effectu conſentiant: nūc
inſcitè, illam ad vitæ nouitatem coarctant, dum iactant, aliud non eſſe quā optimam vitam, cum
tamen ea ſit potius fructus pœnitentiæ, quàm pœnitentia: quoniam tunc poſt lapſum, rectè viui-
Roma. 6. mus, cùm membra noſtra, quibus ſeruiuimus immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem (deteſta-
ta prorſus vita priore) eadem exhibemus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem: nunc demùm con-
feſsionem, & præſertim quæ fit Sacerdoti, iuxtà ſacroſanctum eccleſiæ ritum, non ſolùm hacte-
Luc. 22. nus obſeruatum, ſed & ab Apoſtolis (vt certa Patrum ſententia eſt) acceptum, excludunt, vel ſal-
tem non neceſſariam aſſerunt: cum tamen Dominus poſtquàm Apoſtolos, in vltima cœna, ſa-
Ioan. 20. cerdotio conſecrauit (hoc, inquiens, facite in meam commemorationem) eoſdem poſt reſurre-
ctionem, iudices ſuper conſcientias lapſorum inſtituerit, dicens: Quorum remiſeritis peccata re-
mittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: indubiè nos inſtruere volens, eorum iudiciū
(communi lege) ad remiſsionem peccatorum concurrere: & per hoc, vt confiteamur eis, effi-
caciter obligare Quare & ſacroſancta Concilia, de hoc ſacramento tractantia, non ſolum, &
B probè, & conſtanter, definiunt illud ex partibus tribus conſiſtere, Contritione, Confeſsione, Sa Pœnitentiæ ſacramentū ex tribus cōſiſtit.
tisfactione: ſed & confeſsionem explicant, fieri oportere exactè de omnibus peccatis, ac proprio
De pœn. & remiſſio. Omnis vtri uſque. Sacerdoti: profectò vt iudicium magis ſit perſpicax, & ob id magis peccatori ſalubre. Et quan-
quàm admodum difficile non foret, tùm hoc de ſacramento, tùm de ſingulis eius partibus, mul
ta congerere: quanquàm & hæreticorum impietates, locupletius poſſemus deſtruere: quia ta-
men nuper in Concilio œcumenico Tridentino, de his omnibus eſt locupletiſsimè pertractatū,
ac conſtantiſsimè definitum, quibus omnibus indubitanter ſubſcribimus, quemadmodum & in
Concilio, indubitanter ſubſcripſimus: ſatis (ni fallor) fuerit inſtituto, ſi ex his paucis ad memoriā
reuocatis, conſtanter excipiatur, lapſis poſt baptiſmum, locum ſupereſſe iuſtificationis, per pœ-
nitentiam, quæ indubiè ex tribus partibus conſtat.

Quod autem attinet verba Apoſtoli, Primum (mea ſententia, haud obſcurum eſt) ꝙ illa No- Nouatus extorquet verba Apoſtoli, & qua ratione.
Cap. 8. uatus extorquet. nec ſolum quia Panlus, eo pacto, à magnis diſſentiret Apoſtolis, Petro & Ioan-
Cap. 2. ne, qui lapſis poſt baptiſmum pœnitentiam ſuggerunt, ſicut Ille Simoni mago in Actis, & Iſte
2. Cap. 7. C Epiſcopis Epheſi, Pergamique, in Apocalypſi: ſed quia diſſentiret à ſe, qui egregie commen-
dauit Corinthios, ꝙ contriſtati erant ad pœnitentiam, & pœnitentiā ſalutarem. Deindè, ſiquis
verba illa diligenter expendat, haud dubium, ꝙ non loquitur de pœnitentia, à baptiſmo diſtin-
Act. 2. cta, ſed baptiſmo connexa: de qua Petrus Apoſtolus. Pœnitentiā agite, & baptizetur vnuſquiſq;
veſtrum: & ita connexa (de baptiſmo in adultis loquimur) ꝙ per illum peccata dimittit: & ob id,
in peccatorum remiſsione, iudicium aliud à baptiſmo, non ſubit.

Hebr. 6. 10 Ergo probè multi tradiderunt ex Patribus, Apoſtoli verba, non præcludere pœnitentiam la-
pſis, ſed docere ꝙ non poſsit iterari baptiſmus, ſeu, quod idem eſt, pœnitentia, in qua recrucifi-
gimur, hoc eſt, commorimur CHRISTO: & ita, palàm oſtentamur: hoc eſt, ludibrio exponi-
2. Cor. 1. mur, vnà cum eo. Nam ſicut CHRISTVS crucifixus, & mortuus, mundo ſtultitia eſt: ita & om-
nes, qui cum illo, cruci affiguntur & moriuntur, hoc eſt, per baptiſmum, ſe cum illo crucifixos,
ac mortuos profitentur, mundo ſtultitia ſunt. Non poteſt (inquam) iterari baptiſmus, ſeu pœni
Rom. 6. Hebr. 9. D tentia baptiſmo connexa: quia ſicut ſtatutum eſt, CHRISTVM nobis ſemel mori, ita & ſemel
1. Pet. 3. nobis crucifigi, & oſtentari. Ergò & pariter conſtitutū, eſſe debuit, eius membris, non niſi ſe- Cur non pōt iterari baptiſmus.
mel, cum illo mori, crucifigi, & haberi oſtentui. Ergo palam, ꝙ nequit iterari baptiſmus, ſeu
pœnitentia eius, in qua neceſſum eſt CHRISTVM nobis recrucifigi, & ludibrio exponi: quod
intendebat Apoſtolus. Ex quòd attinet verba primo loco inducta, facilè habetur, quod dixi-
mus. ſiquidem loquitur regeneratis, cum loquatur fidelibus: & de ijs, qui iā illuminati ſunt (pro-
Ephes. 5. fectò lumine fidei) de quibus & alibi dicit. Fuiſtis aliquandò tenebræ, nunc autem lux in Domi-
no nec modò illuminati, ſed & guſtauerunt donum cœleſte: quod planè, donum eſt gratiæ: de
2. Cap. 1. quò Petrus. Magna & precioſa nobis promiſſa donauit, vt conſortes efficeremur Diuinæ natu-
Rom. 8. Galat. 4. ræ. & participes (vt ſubdit) facti ſunt, ſpiritus ſancti: quo non ſolum clamamus, Abba, Pater, & ge
1. Cor. 12. mimus inenarrabili gemitu: ſed viuimus vita ſpiritus, & potamur, ac reficimur cœleſti potu. Et
guſtauerunt bonum Dei verbum, hoc eſt (ſi non fallor) myſterium ſalutis, & redemptionis no-
Roma. 12. ſtræ quod vnicè atteſtatur, bonam, & ſanctam, & beneplacentē, ergà nos voluntatem Dei. Gu-
Cap. 1. ſtauerūt (inquā) nō modò, detectis ſibi, diuinis ſcripturis: ſed interna reuelatione, ac pſuaſione:
Roma. 5. iuxtà ea, ꝗ ſuo loco, Paulus exoptabit Epheſijs. Et guſtauerūt, deniq;, virtutes vēturi ſeculi: quas
ſcilicet guſtamus nūc in primitijs, & donis: quę alibi aſſerit in iuſtificatis, & maxime iuſtificatione

Diſcrimẽ lapſus & prolapſus.

Prouer. 14.

2. Petr. 2.

E

baptiſmi. Loquitur, inquã, fidelibus: & loquitur non de oĩbus, ſed de tali pacto diſpoſitis: admonens hebræos, & nos: (quos ſi verè in CHRISTO ſimus, haud difficile eſt, ea periculo comprobaſſe) ꝙ eouſq; locupletati in CHRISTO: non ſolũ, ſi labanť (quod poteſt infirmitati permitti: cum & iuſtus, non ſemel, labatur in die) ſed prolabantur: (quod non modò eſt labi, ſed maximè labi: profectò vt canes, reuertendo ad infidelitatis vomitum, & vt ſues ad volutàbrum luti) cum nequeant rebaptizari, nequeunt, communi curſu, ad eandem, donorum locupletationem, admitti: quæ vnicè eſt ſubſcripta baptiſmo, aut (quod idem eſt) ei connexæ pœnitentiæ. Idem intendit & ſecundò loco. nam quod in primo dixit, Prolapſi: in ſecundò dicit, Peccantibus voluntariè. & quod ibi expreſſit in luce, participatione, & guſtu: hic comprimit, in agnita veritate. & quod ibi eſt, Impoſsibile ad pœnitentiam renouari, recrucifigendo, ac oſtentando ſibi filiũ Dei: hic eſt, non relinquitur hoſtia, pro peccatis, ſed terribilis expectatio diuini iudicij.

Vterq; locus apoſtoli ad hebr. 6. & 10. de peccato exponit in ſpiritum ſanctũ.

Matt. 12.
Mar. 3.

F

Amplius. Poteſt & vterque locus, de peccato (vt videtur) in ſpiritum ſanctum, exponi. Et vt expediam, quod occurrit: Animaduertendum ꝙ perſpicuùm eſt ex euangelio, peccatum in ſpiritum ſanctum, eſſe blaſphemiam: & per hoc, in genere eſſe contumeliæ, & maledictionis. Perſpicuùm & (meo iudicio) blaſphemiam eſſe, qua infertur contumelia CHRISTO: non quidem ex parte carnis, qua eſt filius hominis, ſicut cum calumniabantur illum eſſe voracem, & potatorem vini: ſed ex parte ſpiritus, qua eſt filius Dei, vt cum calumniabantur illum, ſpiritum habere immundum, & in principe dæmoniorum, eijcere dæmones. Perſpicuùm & blaſphemiam hanc, tantæ execrationis eſſe coram Deo, ꝙ (communi lege) remiſsioni non ſubeſt. non quidem ex parte Diuinæ miſericordiæ, cum illius, nullus ſit numerus: ſed ex parte non præſtitæ pœnitentiæ. quippè quæ iuſto Dei iudicio, plectitur obſtinatione: ne fortè (quemadmodum ſcriptura loquitur) qui tam perditè blaſphemauerit, conuertatur, & aliquando ſanetur. Nec id quidem videbitur mirum, ſiquis aduertat blaſphemiam, de qua ſermo, nullam poſſe rationem obtendere: qua (non dicam) excuſetur à toto, ſed nec (vt loquuntur) à tanto: quin & omni ex parte, iudiciũ prouocat. ſiquidem non progreditur ex ignorãtia, ſicut accidit in Apoſtolo: qui & ſi in CHRISTVM, blaſphemus extitit, & contumelioſus, vt teſtatur, tamen ignorans fecit, in incredulitate: non proficiſcitur ex infirmitate, ſicut factum eſt, in negatione Petri: & forſan in nonnullis alijs, ex timore martirij: ſed prouenit ex prorſus deteſtanda malitia.

Peccatum in ſpiritum ſanctum quo irremiſſibile, & quã inexcuſabile.

Eſai. 6.

1. Thim. 1.

G

Peccatum in ſpiritum ſanctum quo ex malitia.

Quod dico, quia hic ſermo non eſt, de quacunque malitia; nec de blaſphemijs, alijſuè peccatis, quæ (communi vſu) dicuntur fieri ex malitia, cum illa ſecernimus, a blaſphemijs, & peccatis factis, ex ignorantia, & infirmitate: qualia ſunt, quæ fiunt ex malo habitu, & potiſsimùm, in voluntate contracto: de quo amplitèr apud Theologos: ſed ſermo eſt, de blaſphemia, quæ proficiſcitur ex prauo, & prorſus execrando, cordis conatu, impulſu, impetu, concitatione: quibus eligit, non tam impijſsimè, quàm impudentiſsimè blaſphemare, & CHRISTI ſpiritum, omnia regentem, mundantem, & ſanctificantem, nefandis conuicijs, & contumelijs, omni cum virili, afficere: imò & eouſq; peruerſitatis prorumpere, ꝙ vellet illum è medio auferre: quin & CHRISTVM, ipſum recrucifigere, & modis omnibus exterminare.

3. Ethico.

H

Et vt res ſit magis dilucida, diligenter attendè: ꝙ & ſi electio voluntatis, nunquam ſit, ſine oſtenſione intellectus: ſicut tñ oſtenſio intellectus, non ſemper fit, vno modò: ita & voluntas, nõ ſemp eligit, eodem pacto. Siquidem aliqñ intellectus, nõ ſolùm rem eligẽdam, obijcit volũtati, ſed & eligendã eſſe, valide perſuadet, imò & vt illam eligat, vrget & ſtimulat: ſicut cum eligenda fuerit, amara potio, aut ad mortificatioẽ carnis, vt abſtineamus, a cibo. Aliqñ rem quidẽ eligẽdam offert, nec leuiter perſuadet, ſed illam non vrget: verũ vrgetur a concupiſcentia, quę paſſio eſt inferioris appetitus, tum per modum allicientis, tùm per modum inflammantis, & hoc pacto, electionem (vt ſic dixerim) extorquentis: ſicut cum a viro, alias probo, eligitur crapula, aut aliquid rectæ rationi, non congruens. Aliquando demum, rem eligendam offert, & leuiter perſuadet, ſed nullo modo vrget, nec etiam ab inferiori vrgetur appetitu: eligitur tamen ex prauo conatu, impulſu, & impetu voluntatis, cui ſemetipſam placet concitare, impellere, & mouere, vt oblatam ſibi rem eligat. Placet, inquam, & prorſus quidem, ex praua voluntatis affectione, puta odio, & inuidia, quæ ex electione inueniuntur in ea, & eo quidem pacto: vt quod odit, prout poteſt offendat. & hic eſt modus, quo electio fit, ex certa malitia: & blaſphemia in ſpiritum ſanctum, ex prorſus deteſtanda iniquitate. Vnde & in euangelio, dicta eſt, non tam blaphemia, quàm bleſphemiæ ſpiritus, ſiue (ſi græce mauis) blaſphemia ſpiritus, hoc eſt, ex ſpiritu, ideſt impulſu, impetu, & concitatione voluntatis (quæ ſine controuerſia, ſpiritus nomen importat) oriens & progrediens.

Electio ex certa malitia.

Math. 12.

Ergò

A Ergò peccatum in ſpiritum ſanctum, blaſphemia eſt electa quidem, ex odio & inuidia afficiẽtibus voluntatem: & electa, toto conatu, impulſu, impetu, concitatione voluntatis: qua execratur quis ſpiritum ſanctum CHRISTI: & adeò execratur, vt non modò contumelijs illum afficiat, dicendo immundum, ſathanicum, & ſi quid eſt ſceleſtius: ſed vellet, ſi poſſet, illum extinguere, vel ſaltem execrandum omnibus reddere. & denique eòuſque ſæuit, ꝙ & CHRISTVM ipſum, perindè ac magum, & dęmoniacum: imò & capitaliſſimum hoſtem nunquàm non vellet recrucifigere, & ludibrio ſempiterno exponere. Nam ea eſt capitalis odij vis, & ingeniũ, vt non quieſcat, quòuſq; quod odit, extinguat: vndè & qui odit fratrem (vt probè euangeliſta dicit) ideò homicida eſt, quia non ſatiatur, niſi quod odit videat eſſe deletum. (1. Io. ca. 3.)

Et licet in CHRISTO duplex ſit ſpiritus ſanctus (ſiquidem eſt perſonaliter Deus, qui natura ſpiritus eſt, & ſanctus, quia actus purus, & ſpeculum ſine macula: & eſt exemplum auguſtiſſimũ ſpiritus paraclèti, qui & natura, & nomine, ſpiritus ſanctus eſt: quo & inunctus eſt Sanctus ſanctorum, vt copia ſuæ ſanctitatis, omnia ſua membra ſanctificet) mea tamen ſententia, multũ non
B refert, de quo ſpiritu intelligatur, quoniam ſicut in CHRISTO, alter altero non deſtituitur: ita nec alteri ſine altero, contumelia irrogatur. Et quoniam peccatum iſtud, nõ prouenit ex ignorantia, ſed ex certa malitia, neceſsè eſt, vt in tàm deploratè blaſphemo: præcedat clara notitia CHRISTI: imò & attrectatio (vt ſic dixerim) beneficiorum eius. Propter quod & in primis verbis Apoſtolus, in his qui tàm horrendè blaſphemant, præcedere voluit, illuminationem fidei, participationem ſpiritus ſancti, & inſignium chariſmatum Dei: & in poſtremis, perſpicuam cognitionem veritatis: planè quidem non politicæ, ſed euangelicæ. (Peccatum in ſpiritum ſanctum præcedit clara notitia Chriſti.)

Ergò, peccatum in ſpiritum ſanctum, hoc pacto expoſitum, inuentum eſt (ſi non fallor, in lucifero: præſertim ſi, vt ab aliquibus creditur, peccauit ex inuidia CHRISTI: qua & eòuſq; exarſit, vt verè illius homicida, dici valuerit ab initio, quemadmodum euangelium docet. Inuentum eſt & in non paucis, ex Iudæis, qui non diſſimiles ſuo Patri Sathanę, dixerunt: hic eſt hæres, occidamus eum: & mittamus lignum, in panem eius, & eradamus illum, de terra viuentium. De quibus, & in pœnam, ſcriptum eſt. Excæca cor populi huius, & aures eorũ aggraua: nequandò con-
C uertantur, & ſanentur. Apparet, & non rarò, in aliquibus membris Antichriſti, quales videmus, poſt primam & ſecundam correctionem, hæreticos: cum hi ex ſententia Pauli, ſint prorſus ſubuerſi, & proprio iudicio, condemnati. & quanquàm non me fugit, peccatum hoc, à multis, aliter declarari, quia tamen mihi ita occurrit, placuit præmiſſa ſubijcere: non ſolùm ſub cenſura ſacroſanctæ eccleſiæ, ſed & cuiuslibet melioris iudicij. (Ber. ſuper Can. Ioan 8. Matth. 21. Mar. 12. Ier 11. Eſai. 6. Titum. 3.) (Qui hęretici peccẽt in ſpiritũ ſanctũ.)

Sed iam, de pœnitentiæ iuſtificatione ſequamur. Attendendum eſt itaque, ꝙ & ſi mors, & reſurrectio CHRISTI, infinitum nunquamuè exhauriendum, nobis Theſaurum iuſtificationis, attulerint: qui & non ſolùm ſatis eſſe poteſt, ad locupletandum omnes electos, ſed & infinitas, cuius volueris generis, creaturas: nihilominus, eo nos, certis limitibus, placuit impartiri: quemadmodum & per diuerſa, id voluit ſacramenta, profundi. Quam ob rem, & ſi viua, & catholica fide haurimus, vt præmiſſum eſt, ſpiritum CHRISTI: qui non modò, ſpiritus eſt iuſtitię, ſed & cuiuſlibet abſolutiſſimæ perfectionis: quia tamen illa fides, fides eſt, ſacramenta concernens, non incongruit, ſi & attractus ſpiritus CHRISTI & iuſtitia, nobis impartita per eum: menſuram, iuxtà
D exigentiam ſacramenti ſortitur: præſertim cum & ſacramenta, in noua lege, ſint inſtituta, vt nõ ſolùm, effectus in nobis, beneficij CHRISTI teſtentur, ſed & modo quopiam, largiantur. Ergò qualis differentia eſt, pœnitentiæ & baptiſmi: talis & differentia eſt, iuſtificationum eorum. (Sacramentorum nouę legis præſtantia.)

Quare iuſtificatio, quæ fit in baptiſmo, iuſtificatio eſt, per modum regenerationis: quæ verò fit in ſacramento pœnitentiæ, per modum eſt reparationis. Illa fit per modum renaſcentiæ: hæc per modum recuperatæ ſanitatis. Illa per modum nouæ creaturæ: hæc per modum renouatæ. Illa tantùm fruimur ſemel, eò ꝙ iterari non poteſt: hac fruimur, quoties expedire videtur, eò ꝙ iterari, pro voluntate poteſt. Illa, communi lege, liberat non ſolùm, ab omni culpa, ſed etiã ab omni pœna: hæc & ſi liberat, ab omni culpa, non ſemper tamen liberat ab omni pœna.

Ergò per iuſtitiam, in pœnitentiæ ſacramento receptam, abſoluimur quidem à peccatis: & reſtitutis nobis donis, & chariſmatibus ſpiritus ſancti, non ſolùm, in participationem reaſſumimur, vitæ CHRISTI, quæ abſcondita eſt, cum illo in Deo: ſed & incolumitati ſpiritus redditi, validè valemus dimicare, contrà peccatum, omnique virili contendere, vt & illorum (vt poſſumus) æmulemur vitam, qui verè reſurrexerunt à mortuis: Nec ſolùm redimendo tempus, quod fruſtrà, in infirmitate peccati, cõſumpſimus, ſed & redimendo pœnas, quibus pro admiſſis peccatis aſtringimur: & in pœnitẽtiæ foro, non ſolùm, ad tribunal præſentis eccleſię, ſed

Dei optimi maximi, obligamur, quandòquidem (ſicut dictum eſt) in iuſtificatione pœnitentiæ, E
pœnæ (communi curſu) non penitus relaxantur: ſed exigente non ſolùm, iuſto iudicio Dei, ſed
natura, & inſtitutione pœnitentiæ ſacramenti, non modica ex parte, nobis exſoluendæ re-
linquuntur.

Ergò non obſcurè, omnibus poteſt eſſe perſpectum, quàm temerè perſtrepunt aliqui: Si
CHRISTVS ſatisfecit pro me: cur iterùm ſatisfacio? Quibus ſi occurras: Pariter & CHRISTVS, 1.Theſ.5.
orauit pro te: ergò tu orare, non debes: (& tamen ſcriptum eſt, ſine intermiſſione orate) non eſt, Heb 5.
quod iure reſpondeant. Adde, quod cum nunquàm CHRISTVS exauditus non ſit, ſua pro pietate: Ioan.17.
& orauerit nedum pro Apoſtolis, ſed & pro nobis, qui per illorum verbum credimus: & oraue-
rit etiam de hoc peculiari, vt liberemur à malo (non rogo, inquit, vt tollas eos de mundo, ſed vt
ſerues eos à malo) fruſtrà & illis inculcat, & nobis: vt pulſemus, flagitemus, extorqueamus: non Math.7.
ſolum panem quotidianum, (quod paſſim ſuppeditatur, etiam reprobis:) non ſolum Patris glo- Luc.11.
riam, & honorem, (quod ipſe vnicè operatus eſt:) ſed & vt liberemur à malo, quod ille, locu- Matt.6.15.
pletiſimè nobis obtinuit: imò & dimiſſionem à culpis, quod in cruce, ſuprà modum, affluen- F
tiſſimè fecit.

Etſi Chriſtus pro nobis exuberantiſſimè ſatisfecit, debemus, & nos nihilominus ſatisfacere.

Et vt amplius, hæc temeritas arguatur, & veritas illuſtrius manifeſtetur: conſiderandum, quod &
ſi conceditur, Seruatorem noſtrum, non ſolùm pro culpis, ſed & pro pœnis, Deo exuberantiſ-
ſimè perſoluiſſe: quippe qui, ſicut datus eſt nobis ab eo, iuſtitia contra culpam, (quandòquidem
omnis culpa, vt Ioannes dicit, iniuſtitia eſt) & ſanctitas, contrà maculam (quoniam ſanctitas, vt 1.ca.3.
Dioniſius tradit, perfecta mundicia eſt) ita datus eſt nobis, redemptio contrà pœnam, (quoniã De di.no.
ſuaptè natura, redemptio, quo liberantur captiui pretium eſt): & pro pœnis quidem, non ſolum ca.4.
æternis, ſed & temporalibus: quoniam in CHRISTI ſanguine, multò exuberantius, & longè,
ſuprà quàm concipi poteſt, excellentius: pro noſtris, quibus volueris pœnis, pretium eſt expoſi-
tum, & iuxtà diuitias diuinæ gratiæ, pluſquàm liberaliſſimè, imò & (ſi dicere fas eſt) prodigaliſ-
ſimè, perſolutum. Et ſicut Pater, maxima in nos dilectione, poſuit iniquitates noſtras in CHRI- Eſai.53.
STO, vt quàm affluentiſſimè, expiarentur in eo: ita & pro illis omnibus, eundem voluit, ſuprà
modum affligi: vt gemitibus mortis attritus, & inferni doloribus circũdatus, verè dolores, quos G
pati debebamus, perferret: & ſic à quibuſuis peccatorum pęnis, nos liberos faceret. Imò & cum
CHRISTVS, non minori in nos charitate, in ſeſe ſcelera noſtra receperit, & illa non ſecus, ac
propria reputauerit, (quemadmodum in ſuperioribus diximus, & admonente Paulo, ex pſalmo Rom.15.
ſexageſimo octauo, animaduertere poſſumus:) non ſolùm eſt rationi conſonum, ſed illi iure
optimo debitum, vt pro illis omnibus, pœnas luat: & ita pro pœnis omnium, & electorum ma-
ximè ſatisfaciat.

Vndè ſicut non exceſſit Apoſtolus, CHRISTVM docens, pro nobis factum eſſe peccatum, 2.Cor.5.
quia imolatus eſt, pro delendis omnibus noſtris peccatis: ita nec illum aſſerens, factum pro no- Galat.3.
bis maledictionem, quia in ſeſe, pertulit omnem noſtram maledictionem. Nec id quidem ſolũ
in generali, vt aliqui videntur aſtruere (quod & forſan concedi poſſet, reſpectu totius mundi)
ſed in particulari, reſpectu maximè electorum eius. Nam licet CHRISTVS, ſaluator ſit omniũ, 1.Thim.4.
maximè tamen ſaluator eſt fidelium, vt Apoſtolus dicit. Ergò ſicut in particulari, orauit pro Luc.22.
Petro, ne deficeret fides eius: ita & in particulari, ſatisfecit pro Paulo, vt ſaluaretur ab eo. (Qui H Gal.2.
dilexit me, & tradidit, inquit, ſemetipſum pro me.) Et ita in particulari, vt omnem pro ele-
ctis operatus ſit ſatisfactionem.

Et ſi, inquàm, conceditur CHRISTVM, prorſus ſatisfeciſſe, pro nobis, impium tamen eſt,
aſſerere, nos ob id, ſatisfacere non debere: non modò quia doctrinam deſtruit ſacroſanctę ecclẽ- 1.Thi.3.
ſiæ, quæ non ſolùm columna eſt, & fundamentũ catholicæ veritatis, ſed & os CHRISTI ſponſi,
quo ſua patefacit arcana: non tantùm in hac peregrinatione hominibus, verùm & Principati- Epheſ.3.
bus, & Poteſtatibus in cœleſtibus: ſed & quia, inuiolabili detrahitur pœnitentiæ ſacramento,
cuius pars decernitur ſatisfactio. Vndè & admonente Apoſtolo, inter reliqua, quæ triſtitia, quę 2.Cor.8.
ſecundùm Deum eſt, in pœnitentia conſtituit ſalutari: vltio de peccatis eſt: quandòqui- 1.Cor.11.
dem (vt ſcripſit alibi) ſi dijudicaremus nos pro admiſſis ex nobis, non vtique dijudicare-
mur à Deo, qui & ſi iudicat in æquitate, & non ſine miſericordia: punit tamen & in quartam Exod.40.
vſque generationem.

Ad quid exigatur à nobis ſatisfactio in veritate.

Ergò non obſtante, exuberantiſſima ſatisfactione CHIRSTI, exigitur & à nobis, ſatisfactio
noſtra. nec quidem ſolum (vt dicunt) ad mortificationem carnis, aut ædificationem proximi: non
ſolum ad exercitium virtutis, & ſtudium chriſtianæ profeſsionis: non ſolum ad perſeuerandum

in

A in bono,& cauendum à recidiuo: verum & ad ſatisfaciendum Deo, pro mulcta, noſtris facino-
ribus debita: & nobis æquiſsimo illius tribunali præſcripta. Hoc quidem admonet ſatisfactio
pro peccatis: hoc exprimit, tertia pars pœnitentiæ: hoc ſacroſancta tradit Eccleſia: hoc Patres ſan
cti teſtantur, Et ab orthodoxis conſtantiſsimè ſuſtinetur.

Exigitur, inquàm, & à nobis, pro peccatis ſatisfactio noſtra: Deo ſic iuſtiſsimè diſponente, tū
in odium peccati, vt & hoc pacto, proteſtemur, non ſolum, nos prorſus velle à peccato recedere,
ſed illud, quàm maximè deteſtari, vt ſeueriore nobis, vltione præſcripta, nulli non conſtet, ꝙ vl-
1.Pet.1. trà non ſumus redituri, ad vomitum (Nam ſicut fides, velut per ignem aurum, rutilat in tribula-
tione, ita & peccatorum odium demonſtratur, cum pro illis ſeuerior, ſponté ſubitur vindicta)
imò & vellemus illud eradicare, & ad petram prorſus collidere: tum in imitationem CHRISTI,
1.Ioan.2. vt & membra conſentiant capiti, & ſicut ille ambulauit, & nos viriliter ambulemus. Sicut enim
1.Petr.4. CHRISTO, paſſo in carne, eadem armamur cogitatione, vt & nos, patiamur in ea: & precibus
noſtra pro ſalute, ab illo profuſis, non deſiſtimus, vt ſaluemur, preces profundere: ita & vberri-
B ma ſatisfactione CHRISTI, noſtris pro peccatis, ab illo perſoluta Deo, non debemus & nos,
Iac.5. quantum diuina diſpenſatione conceditur, pro eis non ſatisfacere, coràm illo, non quidē vt floc
cipendamus ſatisfactionem CHRISTI aliquo pacto, ſed vt illum, quantum poſſumus noſtris ſa
tisfactionibus æmulemur, exprimamus, comprobemus, & non ſegniter ſuſcipiamus: imò vt &
illam, quodam pacto expleamus, ac conſummemus.

Nam cum duplex ſit (vt non ſemel oſtendimus) paſsio CHRISTI: altera quam ſemel paſſus
eſt, in ſuo corpore naturali, cum peccata noſtra pertulit, in corpore ſuo ſuper lignum: altera quá
1.Pet.2. quotidie (vt poteſt) patitur in ſuo corpore myſtico, cum eius patiuntur membra: palàm ꝙ & du- Duplex paſſio, & duplex ſatisfactio Chriſti.
plex erit ſatisfactio eius. Ergò ſicut paſsio, quam ſemel pertulit, in naturali corpore, additionem
non patitur, ſed omnibus numeris abſolutiſsima eſt: paſsio autem, quam quotidie perfert, in my
Colo.1. ſtico corpore, additionem recipit (Aliàs non teſtaretur Apoſtolus, adimplere ſeſe, quæ deſunt
paſsionum CHRISTI, in corpore ſuo) nec erit penitus abſoluta, niſi in nouiſsimo die: Deo túc
Apoc.21. abſtergente omnem lacrimam ab oculis ſanctorum cum nec dolor, nec afflictio, erit vltrà, quem
C admodum ſcriptura docet: Ita & ſatisfactio, quá pro nobis ſoluit in cruce, eſt conſummatiſsi-
ma, & addi ſibi maximè eſt nefarium: At quam quotidie ſoluit in electis, ſuiſuè ſatisfacientibus
mēbris, quotidie conſummatur: nec niſi in regeneratione ex mortuis, penitus abſoluetur. Et li-
cet quàm cumulatiſsimè ſatisfactum ſit Deo, omnibus pro peccatis, quando CHRISTVS eſt affi
xus in cruce: nihilominus & pro eiſdem (Dei ſacroſancto decreto) etiam quàm affluentiſsimè,
quotidie placuit ſatisfieri, cum horis ſingulis, affligitur in ſui corporis membris.

Nau.1. Nec propterea, Deus bis iudicat, in idipſum: ſed immenſos Theſauros, & cornucopias, ſuę ſa-
tisfactionis profundens, odium non ſolùm incredibile, quo inſectatur peccatum, hunc in mo-
dum, placet oſtentare: ſed & os, obloquentium peruerſa, vndique perobſtruere. Præter id ꝙ in-
gratitudo ſubſequens mulctā non iniuria ſubit dimiſſorum vti Dominus tradit exemplo ſerui
Eſa.62. qui noluit miſereri fratri, miſericordiam ipſe conſequutus a Domino. Siquidem ſufficere pote-
Rom.3. rat, vel minima paſsionum CHRISTI, in naturali corpore, pro delendis culpis, & pœnis totius NOTA.
vniuerſi: & tamen voluit, non ſolùm, omnibus in mēbris affligi, ſed immaniter cruciari: vt verè
D à planta, vſq; ad verticem, ſanitas non eſſet in eo. [illegible] erat, & indubiè, paſsio illa tàm ſæua, infini-
tis ſufficere mundis: & tamen, quaſi non contentus, elegit in dies (modo quo poteſt) pati in ele-
ctis: planè vt eò pacto, noſtris pro flagitijs, rurſum capite ſatisfaciente, cum membris: & membris
ſatisfacientibus, pro eiſdem, cum capite: luceat non ſolum quanta ſit, in peccatum vltio Dei, ſed
& quàm neceſſarium ſit, vt proficiſcatur & à nobis ſatisfactio noſtra. Ergò, non iudicat Deus
bis, peccatum, ſed iudicium de illo, tanta cum diſtrictione ſumit: vt nunquàm iudicium ſit abſo-
lutum, quandiu vel peccati veſtigium, in nobis ſit, quouis pacto, deprehenſum.

Ergò obſcurum non eſt, quam inualidum ſit argumentum: quod tautiſaciunt, vt nunquàm Achilles hæreticorum q̃ maximè imbecillis.
non inculcent. Fruſtrà quidem ſatisfacimus: ſi CHRISTVS, tàm affluctiſsimè ſatisfecit. Et vt ad
antiquam ſatisfactionem crucis, de qua negocium maximè eſt, ſit regreſsio: & de lapſis, poſt iuſti
ficationem baptiſmi, in hoc, plenior fiat determinatio: ſemper retinendum erit præ oculis, ꝙ &
ſi, quantùm eſt, ex ſufficientia, illius tàm eximiæ, tamque heroicæ paſsionis, & ſatisfactionis: con-
ſtantiſsime dici debeat, non ſolùm quamlibet pœnam, hactenus cuiuis creaturæ debitam, ſed &
in poſterum, & vſque in mundi finem, cuicunque debendam, fore exuberantiſsime perſolutam:
imò & infernum totum abſorptum: Sicut tamen, Diuina iuſtitia factum eſt, vt non ſuffragetur NOTA.
Sathanæ, nec perditis, ſua pro voluntate, hominibus. ita & ſumma illius prouidentia, eſt conſti-

tutum,

tutum, vt lapſis poſt iuſtificationem baptiſmi, & per hoc, liberaliſſima iam illius cõdonatione E
abuſis, communi curſu, non tanta copia ſuffragetur: ſed opus ſit, vt aliqua ſaltem ex parte, Deo
ſuis pro lapſibus ſatisfaciant. tam & ſi illa ſatisfactio, quæ præſtatur ab eis (cum ex iuſtificatione
pœnitentiæ, ad connexionem reaſſumuntur cum capite) ſine noua CHRISTI ſatisfactione, non
ſit: quippè qui, ſicut in iuſtificatis, viuit & loquitur: ita & in eiſdem patitur, & ſatisfacit.

Amplius: vt & omnes quieſcere poſſint, piè & (ſi non fallor) ſine præiudicio, doctrinæ catho
licæ, dici poteſt: ꝙ ſatis factiones à nobis exactæ, & in cõſtantiſſimo pœnitentiæ ſacramento, in-
cluſæ: non eã tantùm ratione, ſatisfactiones dicuntur, ꝙ pro lapſibus ſatisfaciant: ſed & quia no-

Vis ſacramẽtalis ſatisfactionis.

bis, ſatisfactionem CRISTI, quam eſt operatus in cruce, copulant & profundunt. Cum enim
ſatisfactio noſtra (de quã potiſſimum ſermo eſt) pars, vt diximus, ſit ſacramenti, neceſſariò vim
obtinet, impartiendi nobis, beneficium CHRISTI, quemadmodum & ſancti Patres definiũt:
Ergò ſicut ſufficienti contritione, & confeſſione, participes illius euadimus, ad remſſionem cul-
pæ: ita & ſatisfactione, ex illo conſequimur remiſſionem pœnæ. Ergò ſicut nitendum eſt nobis,
poſt lapſum, contritione & confeſſione, à peccato reſurgere, ita & ſatisfactione, CHRISTI ſa-
tisfactione donari: nunquàm Deum optimum maximum non obſecrantes, vt per merita & ſatiſ F
factionem noſtri capitis, quibus & nunc, vti primitijs impartimur: mereamur tandèm, nos eius

Quid ſcripturæ de iuſtificatione pœnitentię.

membra, ad plenam eorum ſacietatem, ac fruitionem transferri. De hac iuſtificatione pœniten 1. Ioan. 2.
tiæ, ſcriptum eſt. Si confiteamur (de renatis loquitur) peccata noſtra (non ſolùm corde, coràm Ezec. 18.
Deo, ſed & ore, cum facultas adeſt, coram miniſtro eius) fidelis eſt Deus, qui dixit Si conuerſus
fuerit impius, & pęnitentiam egerit, impietatis eius non recordabor, & iuſtus, & ob id iuſtifica-
re nos valens, vt dimittat nobis peccata noſtra, & emundet nos, ab omni iniquitate. & non lon-
gè poſt. Siquis peccauerit (poſt baptiſmum) aduocatum, habemus, apud Patrem, IESVM CHRI- Ioan. ibi.
STVM iuſtum: qui nõ ſolùm fauebit nobis, apud eum, ſed & aduocabit, & propitiatorem aget,
& vultui Dei aſſiſtet, vt iuſtificemur per eum. & illud. Mementò vndè excideris, & pœnitentiam Heb. 9.
age: & ſicut exhibuiſti membra tua ſeruire iniquitati, ad iniquitatem: ita exhibe eadem mem- Apoc. 2. Roma. 6.
bra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem: & fili peccaſti, ne adijcias iterùm, ſed de priſtinis depre- Eccle. 21.
care, vt dimittantur tibi.

Igitur iuſtificamur, hoc eſt, iuſti efficimur hunc in modum (ſiquidem ſermo eſt, de iuſtifica-
tione Baptiſmi) Primùm, Viuæ catholicæq; fidei, & baptiſmo (in voto ſaltem) connexæ, vi & effi
cacia, CHRISTO inſerti, CHRISTI ſpiritum haurimus: quo hauſto, exundat in nobis munus G
iuſtitiæ, & per hoc, non ſolùm expiatio peccatorum, & iugis mortificatio vetuſtatis. ſed imparti-
tio, & communicatio nouæ, hoc eſt, cœleſtis IESV CHRISTI vitæ, & inſufflatio, induitioque
virtutum, donorum, & chariſmatum ſpiritus ſancti: nec non iugis extimulatio, & continua exer-
citatio, ſanctarum operationum: vt eo pacto, caput (vt par eſt) exprimant membra, ſintque illi,
in ſancta conuerſatione conformia. Si verò, de iuſtificatione, loquimur, pœnitentiæ. etiã in hac,
viua & catholica fide, ſed pœnitentiæ copulata, rehauſto ſpiritu CHRISTI, excipitur in nobis,
munus iuſtitiæ, tam etſi communi curſu, non tanta fœlicitate, cum omnibus quidem donis, vir-
tutibus, & chariſmatibus: quibus non ſolum, vrgemur ad mortificationem carnis, & ad profici-
ſcendum per ſemitam chriſtianæ perfectionis: ſed & primitijs potimur vitæ CHRISTI, in qua
reſurrexit à mortuis, & qua locupletabimur cum illo, et in illo, in nouiſſimo die: quibus in rebus,
iuſtitia Dei, CHRISTI, & fidei, ſufficienter videtur comprehenſa, & perſpicuè explicata.

Sacroſancta ſententia Patrũ, ꝙ ſumus iuſti inhęrenti iuſtitia.

Verùm quia ſacroſancta diligentia Patrum, cõpertum eſt: nos iuſtitia Dei, CHRISTI, & fi-
dei, non ſolùm eſſe, ac dici iuſtos, ſed eſſe dicique formaliter iuſtos: & forma nedùm extrinſeca, H
vt ſumus dicimurque, locati, ac temporanei, ſed intranea, ſicut ſumus, & dicimur ſanguinei &
malencolici: imò intranea, & inhærente, quemadmodum ſumus & dicimur docti, ac tempera-
ti: Ideò eorum veſtigijs, vt decet, innixi, diligenter conſiderare debemus: quòd & ſi excepto in
nobis ſpiritu CHRISTI (qui ſpiritus eſt iuſtitiæ, non minus quàm donorum, infuſarum virtu-
tum, & perfectionum) dici valeamus iuſti, denominatione intranea, quandòquidem ipſe intrà
nos eſt (Aliàs non flagitaſſet Dauid: Spiritum rectum innoua in viſceribus meis: nec promiſiſſet Pſal. 50.
Dominus per Prophetam: Spiritum meũ ponam in medio veſtri: nec dixiſſet Apoſtolus, quòd Ephe. 3. 6.
templum ſumus Spiritus ſancti, & qui ſuſcitauit IESVM CHRISTVM à mortuis, ſuſcitabit & 1. Cor. 3. & 6.
mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis) nec modò, intrà nos eſt, Roma. 8.
ſed in nobis intimè manet, & quaſi anima, nobiſcũ vnitur: cum illo viuamus, ſuſpiremus, gema- Galat. 6.
mus, ambulemus, & fructus vberes, afferamus: Non poſſumus tamen, iuſti denominari forma- Roma. 8.

Irę definitio.

liter: cum ipſe ſpiritus, non formaliter, ſed cauſaliter (vt dicunt) tantùm iuſtitia ſit. Vnde ſicut

ebullitione

A ebullitione ſanguinis in prçcordijs, quia non eſt formaliter, ſed cauſaliter ira, non ſormaliter,
ſed cauſaliter denominamur irati: ita & participato ſpiritu CHRISTI, qui, non formaliter, ſed
cauſaliter iuſtitia eſt, non ſormaliter, ſed cauſaliter, denominabimur iuſti. Quanquam & ſi cõ-
tenderetur, CHRISTI ſpiritum, ſua ſingulari præſtantia, non modò iuſtitiæ perfectionem cõ-
ſerre, ſed illam in ſeſe, miro & eminẽti modò includere: & ob id, poſſe & iuſtum ſormaliter de-
nominare: conſtat ꝙ id non ſatisſaceret in præſenti loco: quandòquidem & ſi, eo pacto dicere-
mur formaliter iuſti: non tamen diceremur, formaliter per inhærentiam, iuſti: eò ꝙ ſpiritus ille,
ſormaliter non inhæret nobis. Ergò ſolo dono iuſtitiæ, denominabimur ſormaliter per inhæ-
tiam iuſti: quemadmodum & dono caſtitatis dicimur, per inhærentiam caſti.

Et licet, mea ſententia, fortè neceſſe non ſit, dearticulatius ſub hac conſideratione deſcen-
dere: ne tamen aliquid omittatur, quod poſſit veritatem orthodoxam, perſpicuè promouere:
non grauabimur, Theologorum labores annectere, & demùm quid nobis, noſtra pro tenuitate
ſuccurrat, paucis explicare. Igitur & ſi nemini Theologorum, dubium eſt: ꝙ iuſtitię dono, ſimus, *Iuſtitiæ donũ, qualitas animæ.*
dicamurque formaliter per inhærentiam iuſti (quandòquidem omnes admittunt, illud donum
B eſſe qualitatem animæ, tametſi excellentiſsimã, & à Deo per ſpiritum CHRISTI, in nobis effu-
ſam: imò ex plenitudine iuſtitiæ CHRISTI, impartitam, & ad nos, opera ſpiritus eius, deductam
& impreſſam) et ſi omnibus conſtat, ꝙ ſecũ affert excluſionem peccati, & nouitatem vitæ: non
tamen omnibus conſtat, de eſſentia natura, & cõditione Doni: Propter quod, variæ apud Theo-
logos, extant ſententiæ.

Sunt ergo qui aſſerunt, Donum hoc, aliud non eſſe, quàm donum gratiæ: & gratificæ, & habi
1. Petr. 1. tualis (vt vocant) propterea, ꝙ per illud, euadimus Deo conformes, qui iuſtus eſt, & iuſtitiam di- *Diuerſæ Theologorũ ſententiæ, de dono iuſtitia.*
Pſal. 10. ligit: per illud ſtabilitur cor: Deo amicè viuitur, & in omnibus accepti ſumus. Hæc ſufficiebat
Heb. 13. 2. Cor. 12. Apoſtolo. Hanc precatur omnibus in epiſtolis & illi, quicquid erat, referebat acceptum. Alijs
Grana vobis & pax. placet, eſſe habitum inſuſæ fidei, propterea, ꝙ fide vnicè placemus Deo: cor purificamus, & vitã
Heb 11. nedum iuſtam degimus, ſed & æternam attingimus (nam qui credit in CHRISTVM, & regnum
Acto. 15. Dei, & æternæ vitæ primitias, habet in ſe) Alij id deſerunt charitati, quæ & vinculum eſt perfe-
Ioan. 3. Col. 3. ctionis: ſine qua, manemus in morte, & per quam certiores ſumus, ꝙ pertinemus ad vitam: ſine
1. Ioan. 3. qua, nec fides, nec donorum aliud prodeſt, ſicut Apoſtolus dicit. Alij demum, illam conſtituunt
1. Cor 13. C eſſe hominis perfectionem, qua rectus eſt formaliter coràm Deo: autumantque donum eſſe,
Eccle. 7. Eccle. 15. haud diſsimile, dono, quod amiſimus, in Prothoplaſte: quem Deus fecerat rectum, & in manu,
conſiliorum ſuorum dimiſerat.

Et licet primi hominis rectitudo, non ſolum mentem, in omnibus ſubijceret Deo, ſed & mẽ-
Sap. 9. ti, partem hominis animalem, vt in ſingulis illi promptiſsime obediret: licet & corpus, quod nõ
corrumpebatur, animam non aggrauaret, nec elementorum in illo, pugna perſtreperet: nunc
Roma. 7. verò, inquantumlibet iuſtis, nõ tam miſere tumultuatur caro, ſed & inuitos ſub peccati lege ca-
ptiuat: corpus quòque animæ moderationi non paret, ſed frequenter, illa ſpoliari nolente, reſol
2. Cor. 5. uitur: Non tamen, vt probe dicunt, minus exiſtimanda eſt iuſtitia quæ modò eſt reſtituta: Quã-
dòquidem & ſi, diuina diſpenſatione, ſactum eſt, vt iuſti, ad tempus his incommodis, nõ ſint ab-
1. Cor. 15. ſoluti (vt ſtrenuè depugnantes, vberius referant, de hoſte triumphum: quandò mortale induet
immortalitatem, & carnis ſanguiniſque nequitia, omni cum corruptione abſorpta, reſurget in
gloria) quod tamen in præſenti, ſunt aſſequuti, eò eſt præſtantius, quò Deus, in reparando, quàm
D in condendo homine extitit munificentior, & diuitiarum ſuarum exuberantior.

Verùm & ſi, nullam harum aſſertionum inficior: & ſi omnes illorum obſeruatione comple-
ctor (ſi tamen non fallor) res poterat reſolui exactius, & meo iudicio, ſorſitan diligentius. Ergò
primùm dicam quod ſentio. Deinde, quia harum aſſertionum poſtrema, mea ſententia, eſt accõ
modatior, & ſcripturarum conſuetudini congruentior, afferam; quæ pro illa ſuccurrunt. Primũ
ergò compertiſsimùm eſſe debet, ꝙ licet præſtantiſsimum iuſtitiæ donũ, multa comitentur cha *Authoris ſẽtentia de dono iuſtitiæ, quo ſumus formaliter ac inhærẽtes iuſti.*
riſmata, virtutes infuſæ, & perfectiones inſignes, quæ illud quidem in nobis, non tamen ſine no
bis, interuenientibus actionibus ſanctis, pijs moribus, & heroicis exercitijs: tempore oportuno,
aſpiranteque Deo, poſſint non ſolùm ſouere & ſolicitare, ſed augere, ditare, extendere, intrin-
ſecè tamen, nequeunt conſtituere, quandòquidem res, ſuapte natura, in ſe ſimpliciſsima eſt: nec
S. Thom. 1. quidem aliud quam gratifica gratia, non tamen habitualis, vt vocant, ſed ſacramentalis: hoc eſt,
2. & 3. par. quæ medijs confertur ſacramentis: & potiſsimum pœnitentia & baptiſmo. Iuxta quæ & duplex
eſt aſsignata, & certis notis, paulò ante, diſtincta. Non (inquam) gratia eſt habitualis: quoniam
licet hanc comitentur etiam dona chariſmata, & virtutes: licet & in ſcipſa accepta, & vt ſuo mo-
do, prę-

do,præuenit dona virtuteſque,examinata,ſit qualitas ſimplex: licet & ab aliquibus,vt diximus, E
credita ſit iuſtitia: id tamen accuratè perſpectum,rem acu non tangit, ſed non parùm ab illa diuertit: nec quidem eam ob rationem, quam forſan magnipenderent multi: ꝙ ſcilicet, cum gratia hæc,iuſtitia formaliter in ſeipſa non ſit,facilè non apparet, quo pacto, nos formaliter iuſtos reddere poſsit: quandòquidem & ſi iuſtitia non eſt in ſeipſa formaliter, fortè tamen (dicerent, qui tuerentur ſententiam) ꝙ iuſtitia,in ſeipſa eſt,æquiualenter, quod forſan eiuſmodi denominationi defenderetur ſufficere. Adderent: ꝙ nemine non probante,rectitudinem mentis conferret,quæ omni procul hæſitatione,effectus formalis,iuſtitiæ eſt.

Nec obſtat ſi forſan non proxime,ſed medio rectitudinis dono, rectos nos, formaliter faceret,vt quemadmodum in Prothoplaſte,ex habituali quidem gratia,non ſecus ac è prima radice, mentis rectitudo proceſsit, & ex munere originalis iuſtitiæ proxime pullulauit: ita & nunc, ex gratia hac,ceu è primo fonte proflueret, ſed per habituale rectitudinis donum,proxime redundaret: quandòquidem cum ex connexis ſubordinatiſque cauſis, effectus aliquis proficiſcitur: neceſſe eſt vt ſuo ordine,in quamlibet reijciatur: & per hoc,vt & quodam pacto, à ſingulis, vel in F

Gratia habitualis,cõmunẽ formarũ rationem includit.

ſingulis participetur. Ergò & habitualis gratia (pręter id,ꝙ eſt animæ qualitas, & iccircò formarum,communem rationem includens, ea ſub participatione accepta, aut etiam ſuo in effectu ponderata: extra formalem illius denominationis amplitudinem, nó relegatam forſan aliquis, & non ſine ratione,defenderet. Non quidem, illam ob rationem,ſed ob illam potius,quod iuſtitia quam per ſe, ex propria inſtitutione,conferre habitualis gratia debet (etiam ſi iuſtitia in ſe formaliter eſſet,& rectos nos,proxime conſtitueret) non videtur præſenti intentioni ſufficere: cum iuſtitia, qua iuſti formaliter, inhærenterque,hac in conſideratione,ſumus dicimurq;, non quælibet ſit iuſtitia, non quęlibet rectitudo mentis: ſed ea duntaxat, quæ confertur hominibus impijs,vt efficiantur,diuinis oculis,iuſti. Ergò,cum habitualis gratia, ex ſui inſtitutione, nó pręexigat culpam: nec rectitudo mentis, quam affert,mentis obliquitatem expoſcat (alias non fuiſſet in Angelis,nec in primis parentibus) liquet quod alterius rationis gratia opus eſt: quæ & ꝑ ſe, ex propria inſtitutione, expiationẽ faciat: & obliquitate depulſa, mẽtis rectitudinẽ introducat.

Diſcrimẽ,habitualis & ſacramentalis gratię.

Verùm vt res ſit magis perſpicua,attendendũ ꝙ & ſi ſacramentalis gratia, in multis cum habi G
tuali conſentit,imò & illam includit: nec quidem tantum,quia gratifica,quia donis & chariſmatibus fota,quia per modum habitus nobis conceſſa: ſed quia euehit in conciues ſanctorum,& domeſticos Dei: imò in conſortes diuinæ naturæ,& membra dilectiſsimi,vnigeniti eius,nihilominus & illi etiam addit certam efficaciam,& perfectionem: imò & (vt aliquibus placet) differentiam eſſentialem: qua ſub illa,non ſecus ac ſpecies, proprio ſub genere, conſtituitur, atque ab illo,per explicationem,ſeu additionem,ſine controuerſia ſeparatur. Et quamquã Theologi, de natura,qualitate,conditione,differentiæ, pœnitus non conſentiant: conſtat tamen indubie illam eius eſſe facultatis,vt illum in nobis,effectum iuſtitię conferat, qui ſacramento (quo non ſecus ac inſtrumento confertur) reſpondet. Nàm cum vtràque in iuſtificatione, fides concurrens, portionemque CHRISTI ſpiritus attrahens, fides ſit (vt non ſemel diximus) baptiſmo,vel pœnitentiæ, in voto ſaltem, coniuncta: neceſſe eſt, vt gratia inde proueniens, gratia ſit a coniuncto ſacramento, quodam pacto, dependens: & propterea, vt talis ſit, qualem illud ſacramentum expoſcit. Dixi ſaltem in voto, quod abſolute verum eſt de baptiſmo, quod ſacramentum eſt ſimplex:

Ephеſ. 2. 2. Pet. 1. 5. Tho. 3. per.

Sacramentũ in voto ad iuſtificationẽ cõcurrẽs,quõ audiendum.

at in pœnitentia, quæ tribus conſtat ex partibus,& ſi ſatis eſt, ſi tùm confeſsio, tùm ſatisfactio adſint in voto, contritio tamen, cum in corde conſiſtat, nec extrinſecùs remorari poſsit, neceſſariò adeſſe debet de facto, vt fides, hac in iuſtificatione ſit efficax.

Ergò cum iuſtificatio, fide fit copulata baptiſmo, gratia per ſpiritum in corde profuſa, medio- H
que ſacramento, ſuo modo collata, gratia eſt, tali nos pacto afficiens, acſi eſſemus CHRISTO commortui,& ob id, noſtris pro peccatis, iuſtiſsima pœna mulctati (quod prima, in hac re, pars iuſtitiæ eſt) Nec modo commortui, ſed & correſuſcitati: & per hoc mentis, vitæq; rectitudine impartiti: quod & extra iuſtitiæ amplitudinem, non modo non eſt, ſed & altera illius eſt pars: imò perfectio, abſolutio,& conſummatio eius eſt. Similiter cum iuſtificatio, fide fit pœnitentię ſacramento connexa, gratia ſubſequens,& per ſpiritum, concurrente ſacramento intrà nos profluẽs, gratia eſt, eo nos pacto reformans renouanſque, ꝙ in priſtinam valetudinem (modo & conditionibus ſuprà productis) nos transfert. Ergò non quidem immeritò, ſacramentalis gratia, donum illud definitur, quo peccatum exploditur, & vitæ nouitas inchoatur: quod proculdubio, iuſtitiæ de qua ſermo, naturam, eſſentiamq; nedum formaliter continet, ſed & perſpicaciter exprimit.

Et ſi lubet amplius rem expendere: reminiſcaris opus eſt, tùm duplicis expiationis peccati,

tum

A tum duplicis nouitatis vitæ, de quibus in ſuperioribus conſtat. Et diligenter attende, quod & ſi, tàm expiatio, quæ in cõtinua mortificatione carnis, & iugi crucifixione noſtra cũ CHRISTO conſiſtit, quàm vitæ nouitas, quam exercitio ſanctarum operationum æmulando eorum vitam, qui ſurrexerunt à mortuis (ſi quomodo detur comprehendere) adipiſcimur: contingunt nobis medijs donis, virtutibus, & chariſmatibus, ſpiritu ſancto acceptis, & ſacramentalem gratiam comitantibus: ea tamen expiatione, illaq; nouitate, quibus potimur, in CHRISTO, qui nobis factus eſt vita, & ſanctificatio, proximè impartimur, ſacramentali gratia: quoniam illius ſunt proprius, abſolutus, & formalis effectus: iuxtà illius gratiæ propriam, formalem, & intrinſecam rationem: dummodò ſemper mente retineas, diſcrimen baptiſmi & pœnitentiæ: & per hoc diſcrimen, vtroq, ex ſacramento, ſacramentalis gratiæ. Diximus, quæ ex ſententia, nobis occurrunt Dicamus quæ de poſtrema aliorum aſſertione, ex ſcripturis excipimus.

Duplex expiatio peccati & duplex nouitas vitæ.

Igitur cum ea hominis rectitudo (de qua in illa aſſertione, eſt ſermo) modò ſit, non omni ex parte, ſed mentis duntaxat reſtituta: quoniam & ſi mente, nunc inſeruire poſſumus legi Dei, car- B ne tamen ſeruimus legi peccati: periculo attrectantes, ac cum Apoſtolo ſuſpirantes, q non habitat in carne noſtra bonum: ſatis ſuperque fuerit, de mentis rectitudine loqui, quæ mens, cum (præter id, q pars potior noſtri eſt) potiſsimum auerterit ſe à Deo, & ad ſe longè plus æquo, deflexerit, non iniuria reddita eſt, non tàm in omnibus, quam præ omnibus, miſerè curua: quare nõ immeritò, ſi primùm diuina miſeratione, erigitur, & ad imaginem noui hominis, in iuſtitia & ſanctitate, quam peccando perdiderat, renouatur. Et quanquàm in mente ſunt partes, memoria, voluntas, intellectus: quanquam dignantur ſingulæ, peculiari dono: ſicut tamen in Protho- plaſte, partis iſtius rectitudo, erat potiſsimum in voluntate: ita diſſonum non eſt, ſi in eàdem, & potiſsimum, fit in reſtitutione. Quare & in literis ſacris hominis rectitudo, paſsim cordi inuenitur ſubſcripta: Quam bonus, Iſrael, Deus, his qui recto ſunt corde: Laudabuntur omnes recti corde: Et gloriamini, omnes recti corde.

Roma. 7.

S. Tho. 1. 2. q. 109.

Pſal. 72. 63 & 31.

Et licet cor, quia origo creditur ſenſuum, & multarum fornax eſt cogitationum (nam de corde, exeunt cogitationes malæ: & nouiſsimè manifeſtanda ſunt, conſilia cordium) alicubi audiri C valeat, pro intellectu: quia tamen, origo vera, & ſine controuerſia, eſt omnis deſiderij, & in eo mirum in modum, feruent omnes affectus humani: non tam frequentiùs: quàm accommodatius ſumitur pro voluntate. Propter quod, & non rarò, è regione condiſtinguitur mẽti: quæ tametſi (vt diximus) voluntatem includit: nonnunquam tamen, ad intellectum reſtringitur: quemadmodum eò loci. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: & in tota mente tua. Ergo, commodè reſtituta hominis rectitudo, per Iuſtitiam, & veram ſanctitatem, ab Apoſtolo eſt expreſſa: imò proprijſsime eſt explicata: nec quidem ea tantum ratione, q nemini non probante, pertinet ad voluntatem, ſuntque illius, & munera, & perfectio maxime propria: ſed quia munus rectitudinis, per iuſtificationem, redditum voluntati: non modò, ex his maxime conſtat, ſed quia non niſi ex illis (ſi non fallor) exactiſsimè intelligitur.

Matt. 15. 1. Cor. 4.

Cor, quando q; ſumit̃ pro intellectu, frequentius tamẽ pro voluntate.

Deu. 6. Mat. 23. Epheſ. 4.

Et vt perſpicuè manifeſtem, quod ſentio: per iuſtitiam ſanctitati coniunctam, pietatem cum religione recipio. Pietatem (inquam) ſed non qua proximi indigentiæ ſubuenimus (tam & ſi illa, ad hominem pertinet iuſtificatum: imò in illa, magnum eſt, iuſtificati hominis exercitium.) D ſed qua Patri, Patriæ, & ſanguine iunctis, rectum obſequium exhibemus. Nec modò loquimur de patre, qui eſt ſuper terram: non de politia huius mundi: non de his, quos ſanguis & caro connectit: ſed de Patre cœleſti, de Ciuitate, quæ ſurſum eſt Ieruſalẽ, & de his, quos ſpiritus in CHRISTO, copulat, & coniungit: vt & pietas aliud in præſenti non ſit, quàm præclarum, præcelſumq; illud Dei chariſma, quo Deo quidem vt Patri, Sanctis vt conciuibus cœli, cum alijs veris in CHRISTO commembris, cultum ſacroſanctum perſoluimus. Cum enim nobis, ſat nõ ſit, Deũ habere pro Deo, hoc eſt, fonte, pelago oceano omnium bonorum, & cornucopiæ quorumuis munerum, & gratiarum: quo vitæ viuimus, mouemur, & ſumus: ſed exigitur quoque vt illum habeamus pro Patre (Quippè qui, non tantùm nos adoptauit in filios, aut cœleſti aſcripſit hæreditati: ſed diligit tàm impenſe, prouidet tàm ſolicitè, tàm ſuauiter agit, tàm doctè erudit, & tàm potenter conſeruat: vt facilè nedùm omnium patrum, ſed & matrum ardorem, & curam, in immenſum excedat.) Exigitur vt Patriam, quæ ſurſum eſt agnoſcentes, imò ob illam iugiter ſuſpirantes, ciues (vt par eſt) veneremur, & ſuſpiciamus: & demùm, vt & reliqua CHRISTI membra, & dùm hic agunt: tùm obſeruemus, tùm honore præueniamus. Quæ quidem omnia compertũ eſt, electorum ſingulis conuenire: & ad pietatem, de qua ſermo eſt, pertinere: quæ & non ſolùm Sapientum, & Patrum authoritate, iuſtitia dici poteſt: ſed ſcripturarum vſu iuſtitia frequẽtiſsimè

Non ſatis eſt Deum habere pro Deo, ſed opus eſt, illum habere pro patre.

Actu. 17.

Eſa. 49. Galat. 4. Rom. 12.

dicta

dicta eſt: vt Eccleſiaſtes nono: Iob trigeſimo ſexto: Tertij Regum octauo: Deuteronomij vigeſimo quinto: Exodi nono: Geneſis decimo octauo & alibi: Vbi ſemper impio, iuſtus è diametro contràponitur: & eo pacto, iuſtitia pro pietate accepta, euidenter oſtenditur. E

Cœleſtis Pater habet nos nō ſolum in filios, ſed in primogenitos.

Heb. 12.

Iuxta legē Moyſi.

Verum quia Deo, ſatis non fuit nos habere in filios, ſed habere voluit in primogenitos: quoniam (Paulo aſſerente) à Deo electi, & vocati ad primogenitorum cœtum acceſsimus: & ob id, in ſacerdotes ſanctos, ſuoque cultui conſecratos, euaſimus (nàm primogeniti ſiſtebantur Deo, & ſacerdotio fungebantur in templo ideo maximè oportune, iuſtitia ſanctitati, ſeu (quod idem eſt) religioni connectitur: & ſanctitati quidem, non fucatæ, non duntaxat externæ (qualis fuit in ſacerdotibus legis, aut modò, in chriſtianis hypocritis) ſed verè, ſed in ſpiritu, & ſine ſimulatione.

1. Ioan. 3.
Ephe. 5.
Mat. 16.
Luc. 9.
Rom. 12.
1. Petr. 2.
Pſal. 50.
Heb. 13.

Ergò, & nobis ſatis eſſe non debet, ſi vt pij filij piiſsimum Patrem, omni pietate proſequimur: niſi & eidem, vti ſacerdotes addicti & conſecrati, hoſtias iugiter imolemus, & ſicut membra ſumus illius ſummi ſacerdotis CHRISTI IESV: ita illius fauore ac beneficio, contendamus nos partes reddere, illius ſummi ac ſuauiſsimi ſacrificij, quod obtulit in ara crucis pro nobis: offerēdo & nos per ſpiritum eius Deo, & exponendo animas noſtras, in quantùm poſſumus, pro fratribus noſtris: Et accipiendo noſtram crucem, ſpontè exhibeamus corpora noſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam Deo placentem: ſatagendo ſemper per fidem viuam, ad CHRISTVM lapidem viuum magis accedere, ab hominibus reprobatum, à Deo verò electum, & honorificatum: vt & nos tanquam lapides viui ſuperędificemur, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum: ad offerendum (vt inquit Petrus) ſpirituales hoſtias, contribulati (ſcilicet) ſpiritus & laudis, confitentes nomini eius: acceptabiles ſemper Deo, per IESVM CHRISTVM. F

Chariſmata Dei, nobiscollata, illuſtriora ſunt, chariſmatibus Chriſti coniuncta.

Rom. 3.

Et quoniam detrectari non poteſt, quòd ſicut non mediocris membrorum eſt ſplendor, gloria capitis, & ſcatent fœlicius riuuli exuberantia fontis: ita & chariſmata in nobis ſpiritu CHRISTI impartita, lōgè illuſtriora ſunt, chariſmatibus CHRISTI coniuncta: imò liberè eſt confitendū: quòd & ſi donis pietatis, ac ſanctitatis, coram Deo dicimur iuſti, id tamen abſolutè non eſt, nec conſummatè, niſi illis CHRISTI muneribus nexis, quorum ſplendore, quicquid in nobis eſt (quod offundentibus, noſtra pro infirmitate, affectibus huius vitæ, plene non lucet) mirum in modum fulget, adeò vt creditu difficile non ſit, ſi CHRISTO noſtris, vt diximus, imbecillitatibus ſuccurrente, & hunc in modum, etiam membris ſuffragante, atque quod illis deeſt, explēte, ac conſummāte) reddamur Dei iudicio, in iuſtitia: hoc eſt: pietate & ſanctitate (ſic enim nunc de iuſtitia loquimur) inculpati, & ab omni reprehenſione penitus alieni: ſitq; & hoc pacto, vere iuſtitia Dei, non ſolùm in nobis, ſed & ſuper nos, vt Apoſtolus docet. G

Difficultates excludendæ.

1. Pet. 3.

1. Ca. 4.

Cap. 2.

Et quanquàm hactenus (quātùm fuit meæ imbecillitati permiſſum) explicatus eſt modus, quo coràm Deo, euadimus iuſti: duo tamen ſcrupuli offerunt ſeſe, quibus opus eſt ſatiſfacere, vt quā tùm in nobis fuerit, reddamus rationem, omni poſcenti, de ea, quæ in nobis eſt, fide: ſub cenſura tamen Orthodoxæ, ac ſacroſanctæ Eccleſiæ. Alter eſt, quia ſi viua (vt præmittitur) fide, iuſtificationem aſſequimur, conſtat (dicet quis) quòd ea duntaxat poſita, iuſti non ſumus, ſed viam ad illam conſequendam ſumus ingreſsi: & tamen compertum eſt, & in præmiſsis acceptum, viuam fidem, charitatem complecti: & ob id, ſine Dei gratia & amicitia, inueniri non poſſe: quibus certiſsimum eſt, nedùm peccata fore ſecluſa, ſed & CHRISTI vitam impartitam: euangeliſta clamante, quòd qui diligunt, ad vitam ſunt reuocati de morte. ¶ Reliquus eſt, quia à Iuſtificatione opera videntur reiecta: cum tamen Iacobus Apoſtolus dicat, quòd ex operibus, & non ex fide tantùm, iuſtificatur homo, nec ſine multorum ſcandalo tranſit, operibus nihil concedere: ſed viuæ fidei omnia attribuere. H

Roma. 10.

Verùm difficile non eſt, ſcrupulos iſtos eruere, & ſingula ad conſonantiam reuocare. Et primus breuibus, ex præcedentibus ſubmouetur: ſiquidem cum ageretur de fide, tùm pro actu, tùm pro habitu, audita eſt, & pro habitu ſumpta: tametſi à nonnullis (vt patuit) eſt iuſtitia credita: ea tamen non eſt, quam methodum ad iuſtitiam conſtituimus, ſed pro actu accepta, methodus eſt. Propter quod, & Apoſtolus ſcribit. Corde creditur ad iuſtitiam: & quòd ſi credideris in corde tuo, quòd Deus ſuſcitauit IESVM CHRISTVM à mortuis, ſaluus eris: nec quidem pro quocunque actu, ſed eo pro, qui iuſtificationem præcedit: ſicut eò loci patuit: de quo, & diximus, quòd confidentiæ, ſpei, & dilectionis actus includit: & fortè quòd vnus ac ſimplex eſt, omnibus æquiualens, ac vim & energiam omnium continens: ſiquidem concipiendum eſt,

Actus fidei, quo iuſtificamur qualis, & quàm locuples.

Deum per ſpiritum ſanctum, cum ex impijs euadimus iuſti: non ſolum nos tangere excitando, mouendo, extimulando, vt credamus, confidamus, ſperemus, diligamus, & complectamur illam in CHRISTO: ſed inſufflare, ſiue ſuo modò, efficere actum illum (ſiue ſimplex

ſiue

A ſiue multiplex ſit)nobiſcum, vt eo credentes, ſperantes confidentes, amantes, feramur, rapiamur,& transformemur in eum. Ergò,hoc pacto,trahente Patre,prouocante CHRISTO,extimulãte,Spiritu ſancto,medio illo actu à ſpiritu ſancto inſufflato,ſiue ſuo modò effecto, & à nobis elicito, CHRISTVM apprehendimus,& iuſti(quemadmodum dictum eſt)in illo,ex illo,& per illum efficimur: Et licet actus iſte non ſit ſine gratia, quia gratuitò donatus, quia ex beneuolentia Dei Patris conceſſus,& ſplendore ſuæ gratiæ illuſtratus; licet non ſit ſine confidentia, non ſine ſpe,& dilectione,quæ teſtes ſunt gratiæ & charitatis; non tamẽ eo ſumus, vel dicimur formaliter iuſti, tam etſi tam parum à iuſtitia ſimus diſtantes, vt morali communiqne iudicio,

1.Phyſ. 6.Phy. non videamur diſtare. Siquidem in his quæ momentanea ſunt, rem ſimul dicimur adipiſci, & rem eſſe adepti: quemadmodum & philoſophi tradunt.

Secundùm,hunc in modum eruimus.In primis eſt de operibus diſtinguẽdum:quoniam quędam ſunt,quæ iuſtificationem præueniunt: quædam quæ comitãtur:& quædam quæ ſubſequũtur.De ſubſequentibus modò non loquimur: quandòquidem & ſi per illa non parum in iuſtificatione proficimus,non tamen per illa iuſtificationem aſſequimur,ſed aſſequuti, ad illius augmentum fructificamus,imò(& quantum nobis conceditur) augemus. De comitantibus ſatis eſt

B in præmiſsis attactum: cum ſint, vel in viua fide compreheſa, vel viuæ fidei indiſſociabiliter copulata: Siquidem illa(ſine controuerſia)ſunt,ſperare in Deum: illi ſe credere ac committere: illum diligere & complecti: in illum per CHRISTVM tendere: peccata execrari: CHRISTO inſeri,& in illum transferri: quæ quidem omnia,& ſi potiſsimum in corde ſunt ſolida, non ra-

Pſal.44. rò tamen,etiam externè ſe exerunt: quandòquidem his,corde maxime æſtuante, fieri nequit,vt foris aliquid non eructet.Ergò,ſiquid eſt ſcrupuli,non eſt niſi de,operibus præuijs.

Quam ob rem attendendum,ꝙ horum duæ ſunt claſſes: Altera eorum quæ humanis, duntaxat,conſilio & induſtria,ſunt deſumpta:Reliqua illorum,quæ ſunt Dei verbo, vel Eccleſiæ ordinatione, ſeu approbatione præſcripta: aut etiam ſanctorum imitatione electa. Illa homines præſumentes,ſeſe ſuis tantum viribus iuſtos efficere,ſibiipſis præſcribunt:ſicut cõſtitit de ſapiẽtibus mundi,& conſtaret de omnibus,qui nedum poſthabita fide,ſed & cõtempta Dei lege, ſolis traditionibus & operibus ſuis coram Deo non ſecus ac coràm mundo, vellent iuſtificatũ iri: qui errarẽt,indubiè toto cœlo:quippe qui, licet extrinſecus iuſtitiam aliquam ſimulare poſſent:

1.Reg.16. in corde tamen(quod maxime Deus attendit)extreme eſſent impij:cum eſſent nõ tam præſum-

ſuper Pſalmus.31. C ptione,quam abominatione pleni:& quemadmodum Auguſtinus dicit,à iuſtitia Dei, q̃ longè remoti:vt qui,dum præter viam niterentur ad eam, tantò longius ab illa diuerterent: quantò validius,vires exponerent,& audacius iter arriperent. Hæc verò ſunt, quæ verbo, & vocatione Dei,communi curſu,oriuntur in nobis.Siquidem nemo ibit inficias,ante iuſtificationem,opus Neceſſe eſt, vt vocatio iuſtificationẽ præcedat.

Roma.8. eſſe vocatione:Paulo admonente,ꝙ illos dũtaxat,iuſtificauit, quos ante vocauit: quemadmodũ & illos ſolum glorificauit,quos antea iuſtos effecit.

Et vt res penitius pertractetur, Conſiderandum, ꝙ etſi vocare,in ſcripturis, nõ nunquam eſt

Geneſ.3. nomen imponere:quoniam omne quod vocauit Adam, animæ viuæ, hoc nomen eſt eius: non-

Iohel.1. nunquam in vnum cogere:vt vocate cætum,congregate paruulos:nonnũquam aliquem, ſuo in

1.Cor.7. munere conſtituere: vt Paulus vocatus Apoſtolus,&,omnes in ſua vocatione permaneant (Quibus plane modis,vocatio non longe à prædeſtinatione diſſentit: vnde & omnes prædeſtinati,nõ

Exo.33. ſolum ſunt vocati,& Deo noti ex nomine:ſed & eorum nomina,ſunt in libro vitæ præſcripta: nõ

Luc.10. ſolum ſunt in vnum coacti,ſed vnum in corpus,miro modo conſerti:& ſinguli, non ſecus ac di-

Phil.4. uerſa corporis membra,officijs varijs diſtributi) Nihilominus eſt, & excitare (quod maxime ad

1.Cor.12. rem pertinet)idq; non tantùm a ſomno, ſicut à Deo vocatus eſt Samuel: ſed & à mortuis, ſicut a

1.Reg.3. Ioan.11. D CHRISTO vocatus eſt Lazarus: Et loquendo de ſomno torporis, & morte peccati: excitamur quidem à Deo,ſed extrinſecus multis modis:Verum non tam plurimum, q̃ communi lege, per

Ephe.5. verbi miniſtros,inculcantes illud Apoſtoli.Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Hora eſt iam

Roma.13. de ſomno ſurgere:& euigilate iuſti & nolite peccare.Intrinſecus autem(quod nõ ſolum eſt ve-

1.Cor.15. hementius,ſed etiam,ſine quo parum confert externus auditus) per ſpiritum reſonãtem in cor- Electorum uocatio, q̃ ſit, & quas c͡ditiões habeat.

2.Thi.1. de: ſiquidem electos(de quibus potiſsimum ſermo eſt, vt qui à Deo, & vocantur abſolute, & ea

Rom.8. vocatione ſancta,qua dignati ſunt ante conſtitutionem mundi, qua & eos, quos prædeſtinauit, tempore oportuno vocauit)reſonante verbo per miniſtrum auribus corporis, alloquitur Deus

Eccle.1. per ſpiritum,ad aures mentis:quibus Dei beneficio,à vulua matris(vt dictum eſt) redditis ad au-

Luc.8. diendum accommodis,viq; ſpiritus ſancti percuſsis,atq; ad audiendum ijs, quæ dicũtur erectis:

Act.16. illi auſcultant,intellectu percipiunt,voluntate conſentiunt,& corde ac viribus obſequuntur.

Et quanquam omnis ſermo Dei, ſit viuus, & penetrantior quouis ancipiti gladio, pertingens E Heb.4.
vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum ac medullarum: èt diſcretor ſit cogitatio-
num, & intentionum cordis: is tamen maximè eſt, qui in ſpiritu ſit iudicij & ardoris: qualis pri- Eſa 4.
mus (communi lege, ni fallor) ſermo eſt, in vocatione noſtra. Propter quod & Baptiſta, qui non
ſolum venerat ad præcèdendum CHRISTVM, ſed vti vox ad prouocandum ad eum, venit in
ſpiritu & virtute Eliæ: vndè & pœnitentiam non modò inculcabat, ſed vrgebat. Genimina vi- Mat.1.
perarum, quis eripiet vos à futuro iudicio? quare & Dominus prædicationem eſtorſus à pœ- Luc.3.
nitentia: nec illam ſolum ſuadebat verbis, ſed comminationibus. Niſi pœnitentiam egeritis, Mat.3.
omnes ſimul peribitis. Luc.13.

Et licet nunquam, Dei vocatio ſit inanis: licet verbum eius nō reuertatur ad illum vacuum,
ſed faciat ſemper quæ ipſe voluit: & proſperetur in illis, ad quos peculiariter mittitur: Tunc ta-
mē nobis eſt maximè efficax, cum nobis propè eſt regnum Dei, hoc eſt, cum inſtat tempus, à cœ
leſti Patre præſcriptum (cui ſubeſt, pro arbitrio, ſingulis tempora diſpenſare, & cuiuis negocio, Ephe.5.
tempus oportunum aſcribere) quo ſtatuit nos, ſuo immiſſo ſpiritu, iuſtificare, paci reſtituere, ac Eccle 8.
Regnum Dei quid ſit. in ſpiritu ſancto hilares reddere (Siquidem nec aliud eſt regnum Dei, quàm iuſtitia, pax, & gau Roma. 14.
dium, in ſpiritu ſancto:) per quæ expulſis peccatis, releuata conſcientia, & pace in ſpiritu, in cor F
de diffuſa, regnant in nobis, Deus & CHRISTVS: vndè & Seruator, in principio his verbis eſt
vſus. Impletum eſt tempus, inſtatq; regnum Dei: pœnitentiam agite. Mar.1.

Et licet, ſicut duæ ſunt iuſtificationes, duæ aſsignari poſsint vocationes: quia tamen in vtraq;
vocandi modus non eſt longe diſsimilis, imò eſt proportionalis: ſimul de vtriſque dicemùs.
Modus, quo, cōi lege voca mur ad pœni tentiam. Cum igitur primùm vocemur ad pœnitentiam, modus quo vocamur ad eam, vt videtur, com-
muni lege eſt talis. Siquidem ſpiritu, de quo diximus, cor noſtrum ingreſſo: mox detegitur no-
bis, quàm perdite, quam ſceleſte egerimus vitam: aſſumpto hoc in opus, miniſterio legis, quan-
dòquidem per legem cognitio eſt peccati: nec immeritò: quando vbi non eſt lex, non ſit præua- Roma. 3.
ricatio: & propterea nec peccatum, cum aliud non ſit quàm inobedientia legis, & tranſgreſsio &.4.
mandatorum Dei. Miniſterio inquam, legis: & ſcriptæ quidem, cum vocantur Iudæi: qua & dete Ambro.
guntur illis, non ſolum peccata externa, in verbis, actibuſue: ſed & intranea quæ deliteſcunt in
corde: ſiquidem lex eſt ſpiritualis: & concupiſcentiam non cognoui, niſi per legem quæ dicit: Rom.7.
Non concupiſces. Inditæ verò, cum vocantur Gentes, contrà quā non modo frequenter faciunt Exod.20.
ſed longe ab illa diuertunt: ſicut Paulus docet ad Romanos. Deu.5. Ca.1.

Nec ſolum vtitur lege, ad detegendum peccatum, ſed & ad manifeſtandam iram & vindi- G
ctam Dei in illud: & hebræis quidem repetens: Maledictus omnis, qui non permanſerit in om- Deu.27.
nibus, quæ ſcripta ſunt in lege: & omnis præuaricatio, omniſque inobedientia, iuſtam accipit re Heb.2.
tributionem à Deo: Gentibus verò, ſuggerēs naturæ lumine, Deum eſſe principem iuſtum, ma
ximeque deteſtari flagitia: imò & ex his, quæ ab illo facta conſpeximus, certum eſt, iram eius ſu-
per omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum, reuelari de cœlo: hoc eſt, hebræorum tropo, Rom.1.
Quid ſit irā Dei reuelari de cœlo. ab illo, tùm immaniter, tum irreparabiliter proficiſci: quippe qui cum vult occidit, & ſanat, & Deu.32.
non eſt qui de illius manu præripiat: (quanquam & tempore diluuij, apertæ ſint catharactæ cœ- Gene.7.
li: & tempore ſodomorum ignis ſulphurque pluerit à Deo de cœlo. Nec ſatis eſt peccata detege &.19.
re: non ſatis iram comminari, & quàm horrendum ſit, incidere in manus Dei viuentis, repete- Heb.10.
re: ſed opus eſt, vt idem ſpiritus cor ingreſſus, nos per illa, concutiat, deijciat, conteratque, vt ve
re ſentiamus in nobis, ſpiritum iudicij & ardoris: alias (tanta eſt ſegnities, tanta ſtoliditas, com- Eſa.4.
muni curſu, in hominibus) non modò non conuertimur: ſed vix, miſerias noſtras agnoſcimus:
vnde & hoc pacto, ſpiritu illo percuſsi, multi ex Iudæis, ad prædicationem Petri, compuncti ſunt
corde, dixeruntque: Quid ergò faciemus? Inquit Petrus, Pœnitentiam agite, & baptizetur quili- H Act.2.
bet veſtrum, in nomine IESV: & Dauid, verè ſpiritu iudicij excarnificatus, dicebat: Iniquita- Pſal. 37.
tes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt &
corruptæ ſunt cicatrices meæ: à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum & curuatus: tota die
contriſtatus ingrediebar. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à fremitu cordis mei:
& alibi (vt magis vim doloris exprimeret) Circundederunt me inquit, gemitus mortis: dolores Pſal.17.
inferni circundederunt me. &.114.

Quòd ſi roges, cur adulti, qui nunc veniunt ad baptiſmum: & fideles in paſchate ad pœniten
tiam, non adeò diſcruciantur ſiue concutiuntur: & tamen (vt credimus) communiter iuſtifican-
tur: Aliud non eſt quod dicam, niſi quòd in illis (vt communiter euenit) vberior deſideraretur, iu
ſtificationis fructus: & quòd non tam facile reuerterentur ad vomitum, ſiquidem ſcriptura docet, quòd Eccle.1.

Pſa.95. Cap.26. A ſine timore, communi curſu non iuſtificamur, nec niſi ignominia impleti, quærimus nomē Do
mini: & Eſaias. Domine in anguſtia quæſiuerunt te: in tribulatione murmuris, doctrina tua eis:
Sicut quæ concepit, cum appropinquat ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic & nos fa-
cti ſumus. A facie enim tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis: & de- Vexatio pre-
niq; periculo contrectamus, tum maximè ſuppetias nos implorare à Deo, cum maximis vrge- bet intelle-
mur anguſtijs, quemadmodum in naufragijs, & inſtantibus periculis mortis. Quare vnuſquiſq; ctum.
ſuam ſalutem attendat: & miſsis qui veniunt ad baptiſmum, conſtat etiam apud Theologos, ꝙ
qui volunt iuſtificari ſacramento pœnitentiæ neceſſarium eſt, vt de commiſsis maximè doleāt:
imò vt ita doleant, ꝙ de nulla re magis dolere contingat.

Et, vt de electis loquamur, attendendum ꝙ & ſi, hi animi cruciatus communes ſint etiam non
electis: quoniam peccatum agnoſcere, pœnam ſentire, & Dei iudicium attrectare, triſtitiam in
Eſa.66. Prouer.28. omnibus efficit: cum nemo ſit tam perditæ conſcientiæ, vt vermis ſit prorſus extinctus: nemo au
2.Cor.7. ſus tam temerarij, vt Leone rugiente non horreat: in illis tamen triſtitia, eſt triſtitia ſæculi, qua
indolent non propter Deum, ſed indolent propter ſe: eò ſcilicet, quòd afficiendi ſunt pœna, ꝙ
tartaro detrudendi, ꝙ nequibunt tandem ad libitum laſciuire: Quæ triſtitia, (ſi aliud non acce-
B dat) tantum abeſt à ſalute, quantum properat in perditionem: ſiquidem Deum fugit, imò maxi-
mè odit, calumniatur, blaſfemat: & tandem in deſperationem prolapſa, in æternam mortem prę
2.Cor.7. cipitat. At in electis triſtitia, triſtitia ſecundum Deum eſt: quippe quibus & ſi diſplicet pœna, & Quid ſit Tri-
ſi angit vindicta, non minus tamen diuexat offenſa, dum animaduertunt, quòd commiſerunt ſtitia ſecūdū
in pelagus omnium bonorum, in authorem vitæ, & in munificentiſsimum omnium Domi- Deū: & quid
num, imò in pluſquam pientiſsimum Patrem, in quo non modò viuunt, mouentur & ſunt, ſed illam comite
Acto.17. & locupletantur omnibus donis: quem debuerant vnicè venerari, & in omnibus illius ſacroſan tur.
ctæ voluntati obſequi & obedire.

Hæc triſtitia ſecundum Deum, non eſt ſine quapiam ſcintillula fidei, non ſine aliquo ignicu-
2.Cor.7. lo charitatis, & ob id, non ſine aliquo fauore Dei, & peculiari opera ſpiritus ſancti: & vt Apoſto-
lus dicit, pœnitentiam efficit in ſalutem: ſiquidem qui triſtatur ſecundum Deum, nequit non
eſſe ſolicitus ad mutationem vitæ, nequit non conari, vt ſatisfaciat pro malè acta, non time-
re ne recidat, non deſiderare vt iuſſa perficiat, nequit non æmulari meliora, non indignari ad-
uerſus peccatum, & vindictam contra illud non aſſumere. Verùm etſi hæc non ſunt contemnen
Rom.5. C da, imò commendanda, & non ſecus ac præparatio ad iuſtitiam Dei per pęnitentiam, ſuſcipien-
da: niſi tamen locupletior per ſpiritum fides acceſſerit, & ardentior charitas in cor diffuſa non
fuerit, illam minime adipiſcimur: imò tam fragiles ſumus, vt tam etſi, noſtra pro virili, pœniten
tiam hanc præſtare ſatagimus, verè per nos ſatis reſipiſcere non valeamus, quippe qui illecebris
huius vitæ ſeducti, nunquam plus æquo nobis non indulgemus, & raro niſi noſtro commo-
do militamus. Præter id, quòd vera pœnitentia, donum eſt Dei: & non niſi CHRISTO inni-
tendo completur, aut ſuperno iudicio comprobatur. Ergò, & poſt Moſen, vtràque in iuſtifica-
3.Reg 19. tione, adeundus eſt CHRISTVS: Poſt legem, in ambabus (ſua proportione) ſequitur euange
Mar.5. lium: et poſt vocem tonitrui, ſibilus eſt auræ tenuis. Ergò commode, & CHRISTVS pœni-
tentia inculcata, euangelium offert: & vt illi credamus adurget, quandòquidem ſi nos, immen-
ſum hoc Dei munus non obruit: omnes in noſtris iniquitatibus ſepulti perſiſtimus. Notum Euangelium
eſt planè, fœlix fauſtumque nuncium (quod euangelium ritè vocamus) non tam denunciatio quid ſit.
nem, quam exhibitionem eſſe, illius incomprehenſibilis ſacrificij, quod ſua erga nos, bona vo-
luntate, Deus Pater inſtituit ab initio, ad expiationem peccati, ad conſummādam præuaricatio
Dan.9. nem, & delendam omnem iniquitatem: & tandem abſoluit, cum Vnigenitum, qui peccatum
2.Cor.5. Ioan.3. D non fecit, pro nobis peccatum fecit: vt eo pacto, iuſtitia Dei euaderemus in eo. Hinc illæ voces:
Ioan.1. Sic Deus dilexit mundum, vt ſuum Vnigenitum daret: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
Eſa.53. 1.Cor.15. mundi: Ipſe vulneratus eſt, propter peccata noſtra, attritus eſt, propter ſcelera noſtra: & Apoſto
lus. Notum vobis facio euangelium, quod tradidi vobis, ſi tenetis: Tradidi enim vobis, quòd
CHRISTVS mortuus eſt pro peccatis noſtris.

Igitur patefacto nobis euangelio Dei, & exhibito nobis CHRISTO à Patre, cum omnibus Chriſtum in
quæ tulit pro nobis: dubium non eſt, ſi illum viua fide recipimus, induimus, & referimus duti, Dei iudi
(vt in baptiſmo) vel rurſum, eidem per gratiam inſerimur (ſicut in pœnitentia) nil ſupereſſe cium, non ti-
Hiere.7. & 33. poſſe, quo Dei iudicium formidemus. Quare eiuſdem ſpiritus operatione, reſonante iam paſ- memus.
ſim euangelica tuba audientibusq; nobis, quouis profuſam, vocem gaudij & exultationis, ꝙ ſcili
cet adeſt nobis, qui peccata deleuit, donatus eſt qui maledictiones extinxit, & nobiſcū, eſſe geſtit

quũ furorem iudicis, in paternam charitatem cõuertit, mente de tanto munere perſuaſa, cor nequit non ſuccendi, conſcientia non releuari, & homo totus in Dei beneuolentiam non reſolui. Ergò, donati ſpiritu viuæ fidei, CHRISTVM accedimus, in illum nos ac noſtra reijcimus, illum amplectimur, in illum transferimur, & tranſplantamur, atque illi in omnibus obedire contendimus: & ita (vt non ſemel dictum eſt) iuſtitiæ ſpiritum participamus: & denique per ipſum, recepta gratia, ſiue vt in baptiſmo, ſiue vt in pœnitentiæ ſacramento, formaliter iuſti efficimur. Ergò, non ſolùm plura opera, ex inſtinctu ſpiritus ſancti facta, iuſtificationem præcedunt, ſed ſatis ſunt iuſtificationi proficua: imò & in adultis, ſunt (communi lege) maximè neceſſaria: quandòquidem nemo renuere poteſt, delicti capacem, opus eſſe vt delicti pœniteat: opus eſſe vt in actum prorumpat, non ſolùm fidei, ſed charitatis: ſine qua quemadmodum nec perfectè Deum diligimus, ità nec peccatum efficaciter deteſtamur: opus eſſe, vt in iuſtificatione baptiſmi, verè ſe baptiſmo ſubijciat: quandòquidem, niſi quis crediderit, & nactus opportunitatem, baptizatus fuerit ſaluus & iuſtus eſſe non poteſt: & in iuſtificatione pœnitentiæ, vt contritus, ſi poteſt, ſacerdotem adeat: delicta per ſimplicem confeſsionem detegat, & iuxtà Sacerdotis arbitrium, ſe ſatisfacturum proponat.

Multa opera præcedũt, quę iuſtificationi proficiunt.

Mat. vlt.

Ad hæc, ex ſcripturis adijcias: tum ieiunia & humiliationes ex animo, coram Deo, vt conſtat ex Niniuitis, & illis de quibus in Iohele propheta: tum orationes & eleemoſynas, vt conſtat in Cornelio, & ex conſilio dato Nabucdonoſori: Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt antè Deum: & peccata tua (ô Rex) eleemoſynis redime, & iniquitates tuas, miſericordijs pauperum. Nec minus quoque ad iuſtitiam promouet, aut minus præmiſsis, illam impetrare videtur, iniuriarum relaxatio, Domino atteſtãte: Dimittite, & dimittemini: Et ſi dimiſeritis hominibus peccata ſua, dimittet & vobis Dominus peccata veſtra. His igitur medijs, peccator, ſpiritu ſancto interueniente, diſponitur: & ad CHRISTI iuſtitiam ſeu gratiam præparatur: imò & (ſi præmiſſa rectè perſpicias) introducitur. Hactenus quo pacto, iuſti coràm Deo euadimus: nunc tangendum breui, quomodo illius tribunali, iuſti decernimur.

F

Ion. 3. Cap. 2. Acto. 10. Dan. 4.

Poſtquàm igitur homines, & præſertim electi, in CHRISTO (prout diximus) facti ſunt iuſti: placet Deo & Patri, illos quoque, iuſtos eſſe ſuo tribunali decernere, ac pronunciare: idque non ſolum, vt percipiamus, q ſine pœnitentia ſunt dona Dei & maximè vocatio, & iuſtificatio, vt Apoſtolus dicit (Siquidem ſententia lata, ab eodem tribunali, communi iure, reuocari non poteſt) non ſolum vt exhilaretur caterua cœleſtis, quæ mirificè ſuper reſipiſcẽte tripudiat: ſed vt & omnibus innoteſcat, qui ſuis iugiter aſsiſtunt iudicijs: nihil ab eo, niſi ſumma cum iuſtitia fieri, & diſtribui. Et quoniam in forenſi iudicio, actis ſemper ac probatis, ſententia eſt conformis: abſonum non eſt, vt quemadmodum cum aliquis condemnatur, non pauca, tum ex parte Actoris, tum ex parte Delati, excutienda ſunt: ita & cum aliquis, diuino iuſtificatur tribunali, nõ diſsimili methodo procedendum ſit. Actori nanque, ſat non eſt ſi Reo crimen impingit: non ſi legem violatam inclamat: ſed opus eſt vt crimen dearticulet, & teſtes (ſi detrectatur) producat, in quorum ore ſtet omne verbum. Contra, nec Reo pariter ſufficit, q delationem pernegat vel extenuat: ſed quærit (vt communiter fit) Aduocatum qui cauſa in ſe recepta, ad iudicis aſpectum non trepidet: obiecta perpurget: legem emolliat, & teſtes deijciat.

Cur, & quo pacto iuſti in Chriſto facti, iuſti diuino decernamur iudicio.

Rom. 11. Luc. 15.

G

Quam ob rem: ſicut inficiari non poteſt, omnes homines qui ex primo ſunt parente progediti, accuſatos eſſe coràm tribunali Diuino: non ſolum delatore Sathana, qui iugiter accuſat nos ante thronum Dei: ſed prodentibus ac reuelantibus ſe facinoribus noſtris (Siquidem ea eſt peccati natura, vt diu latère non poſsit: quippe quod, ſuopte ingenio, vt dictum eſt Caino, cubat in foribus, & per hoc difficile eſt vt non expergiſcatur, ſicut accidit his, qui in foribus dormiunt, ingredientium vel egredientium ſtrepitu: imò impoſsibile eſt, vt & in iudicio non diſcutiatur, quod diuina ordinatione, reddebatur in foribus) Nec tantùm accuſatos, ſed & per conſcientias proprias (quæ ter mille teſtes ſunt) impios comprobatos: per legem maledictioni & morti addictos, & iuxta legem, ſupremo iudicio condemnatos: tùm in Prothoplaſte, cuius membra ſumus ſecundum carnem: tùm in nobis ipſis, quippe qui perinde ac mali corui, malum ouum, & ex carne nati, aliud quàm caro non ſumus, facientes illius curam iugiter in deſiderijs: Ita confiteri neceſſe eſt, omnes electos qui ſunt in CHRISTO regeniti: fore Deo, iure optimo manifeſtes: non tàm deferentibus eorum angelis, qui nunquàm in cœlo, non vident faciem Patris, quam fauore ſui capitis CHRISTI, illis per ſeſe, coràm frequenter accedentibus, quippe qui per illum, nunquàm acceſſum non habent ad patrem, in confidentia, præſtolantes ad thronum eius gratiam, in tempore opportuno.

Apoc. 12. Gene. 4.

Omnes coràm cõprobamur impij, & condẽnamur à lege.

H

Pſal. 68. & 126.

Ioan. 3. Rom. 13.

Ephe. 3 & 3. Heb. 4.

Et

1. Ioan. 1. Prouer. 24. Roma. 3.

A Et licet non deſit Sathanas, qui nihil non calumniatur, legem contrà illos producens, errata recenſens: nihilominus, non detrectantibus eis, ſed vltrò peccata fatentibus (Siquidem ſi dixerimus, quòd peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, nam & ſepties, iuſtus cadit in die) per CHRISTVM calumniatori reſpondent: qui non ſolum aduocatum agens, ſed & propitiatorem: nó ſecus illos, ac ſua membra defendit: & iam ſuo ſpiritu impartitos, iuſtitia indutos, & ſanctitate mundatos, vti iuſtos ac ſanctos coram Deo, optimo iure demonſtrat: atque erratis, propria innocentia emendatis, legis tranſgreſsionibus ſua adimpletione abſorptis, & pœnis, vel ſua morte redemptis, vel per illos, & in illis, breui penitus redimendis: vrget apud æquiſsimum iudicem, vt omnibus iam clara luce deductis: confuſo Sathana, illiq; ore obſtruſo, in fauorem electorum ſententiam ferat: atque eo pacto, iuſtos ac inculpatos, palam ſuo tribunali pronunciet, & vt pro iuſtis & inculpatis: in cœleſti curia habeantur, proclamari faciat: Per gratiam quidèm Dei, & redemptionem quæ eſt in CHRISTO IESV, vt ipſe tandem non ſolum ſit iuſtus, ſed ab omnibus ſit commendatus vt iuſtus: & iuſtificans illum, qui ex fide eſt IESV CHRISTI: Quibus ſemper ſit, omnis honor, & gloria. Amen.

Chriſtus pro electis peccatoribus aduocatum, & propitiatorem agit.

B

Enarratio primæ portionis Sectionis ſupraſcriptę.

In quo, &c. Oſtendit, hac in portione. Apoſtolus, effici nos iuſtos in CHRISTO: ſubindèque locupletari, interuentu diuinæ reuelationis, in omni Sapientia & Prudentia, non mundi, ſed Dei: patefacto nobis, myſterio paternæ voluntatis de omnium recapitulatione in illo. Quare, poſſet & hæc portio ſubdiſtingui: vt priori parte explicetur iuſtificationis adoptio, & poſteriori iuſtificationis locupletatio: & poſſet, id lubentius recipi, ſi quis velit locupletationem (vt multi) ad Apoſtolos, hoc in loco reſtringi. De adoptione ergò ſic dicit.

1. Petri. 1. Aug. lib. conf.

In quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius: remiſsionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ ſuæ. Cum in Adamo, coniecti ſimus in captiuitaté, placuit Deo & Patri, vt in CHRISTO donaremur redemptione, non auro vel argento: ſed proprio ipſius ſanguine. Qua in re, attendendum quod etſi, Peccatum ſemper eſt voluntarium, imò plerunque voluptuoſum: nunquam tamen (Dei iuſto iudicio) eſt ſine pœna. Iuſsiſti Domine, & ſic eſt, vt pœna ſibi ſit, omnis inordinatus animus: imò, eſt cum multiplici pœna: cum peccatum comitetur ſemper, nedum deſtitutio gratiæ, obtenebratio mentis, induratio animi, & auctio propenſionis cordis in malum: ſed & captiuatio totius, quod eſt homo: ſiquidem qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: & ſeruus totum quod eſt, domini ſui eſt: Cum enim peccamus, nobis profectò Tyrannum gignimus: à quo cum volumus reſilire non poſſumus: cuius quidem ſatellites, ſunt caro, & ſathanas: quorum illa, nunquam non vrget, vt peccato obediamus in concupiſcentijs: iſte verò, haud ſecus ac Leo rugiens, nunquam non circuit, quærens quem deuoret: & velut locum tenens, ſemper extimulat, vt membra noſtra exhibeamus arma iniquitatis peccato: idque facit non ſolùm ſuggerendo, ſed quaſi compellendo: quippè qui tenet nos, ad ſuam voluntatem captiuos.

Peccatū licet ſit voluntariū, nūquam tamen eſt ſine pœna.

C Ioan. 8. 1. Polit. Roma. 6. 1. Petr. 5. Rom. 6.

Quia ergo CHRISTVS, ſuo ſanguine, hoc eſt morte: non ſolùm Tyrannum iſtum occidit, & (vt fuerat in oraculis) in profundum vſque maris proiecit: non ſolùm Adam veterem crucifixit (vt peccati reliquum, quod dùm hic ſumus, Dei diſpenſatione, geſtamus in carne, non dominetur in nobis) ſed & Principem huius mundi, tùm foras eiiecit, tùm capite prorſus attriuit, palàm quo ſumus negocio liberati, & quanto impendio reſtituti.

2. Thi. 2. Mich. 7. Roma. 6. Luc. 11.

Remiſsio verò peccatorum, tam etſi à multis, per appoſitionem ſubnectitur: conſonat tamen etiam, ſi altero pro extremo eorum quæ in peccato copulantur, exponatur, ſiquidem (vt præmiſſum eſt, & non ſemel) in peccato ſunt tria, culpa, macula, pœna: quæ, licet peccator, ſimul incurrat: licet & ſimul, ab omnibus liberari contingat: præſtat tamen eorum quodlibet, in cauſam certam reduci, vt ſingula poſsint exactius declarari. Ergo, quemadmodum redemptio eſt, reſpectu pœnæ, ita & remiſsio dicitur reſpectu culpæ. Illa facta eſt, interueniéte ſanguine CHRISTI: hæc interueniente gratia Dei: imò diuitijs gratiæ eius: quandòquidem per gratiam Dei, nedum gratis, quoduis peccatum dimittitur: nedum diuinis muneribus, homo locupletatur: ſed & peccatum in frugem non raró conuertitur, vt hoc quidem pacto, gratia ſit ſuprà modum gratificans, & per peccatum mirum in modum abundans: ſicut Apoſtolus docet. Ergò ſi in extremis (vt impar non eſt) comprehenditur medium, palàm, quòd his extremis excluſis, excluſa pariter relinquitur macula, quæ media amborum eſt.

D

Tria in peccato, à quibus ſimul liberari cótingit.

Rom. 5. & 7.

Poteſt, & ſimplicius hic locus exponi: vt dicamus, nos quidem redemptos in CHRISTO, à ſententia, quam ſubiuimus in Adamo, non per ſententiæ irritationem, ſed per exuberantiſsi-

mam, illius exſolutionem: quandòquidem, per CHRISTI ſanguinem, hoc eſt ſcripturarum E
more, per extremam quam paſſus eſt mortem, non ſolùm noſtræ maledictioni & morti factum eſt ſatis, ſed & ſuprà modum, in immenſum exceſſum, abolita prorſus ira Dei, & locupletiſſimè conſummata ſeueritate diuinæ iuſtitiæ: cum tanta nihilòminus acceſſione fauoris, ac inundantia cœleſtis gratiæ: vt in CHRISTI membra reſtituti, atque ambulantes in illo, non ſecundum carnem ſed ſecūdum ſpiritū: quicquid ſordis contrahimus (nam geſtantes corpus peccati, peccatis etiā nolentes inficimur) illius beneficio diluatur: & peccatis non dominantibus, nihil damnationis, inueniatur in nobis: ſed legis potius iuſtificatio, & mādatorum Dei adimpletio: ſicut alibi Apoſtolus dicit. Ergo, redemptio (hoc quidem pacto) eſt à communi cōdemnatione, & peccatorum remiſſio, à quotidianis lapſibus & defectibus. Pergit & de locupletatione ſubiungit.

Roma. 8. & 7.

Ibidē. 8.

Quid Redēptio, & quid peccatorum Remiſſio.

Quæ ſuperabundauit in nobis, &c. Non ſolùm ergò, Dei beneuolentia, & gratia, in CHRISTO iuſtificamur, ſed mirum in modum locupletes reddimur cornucopijs ſapientiæ, & prudentiæ Dei: Et ſi ad Apoſtolos iſta reſtringimus, res eſt manifeſta: quandòquidem affluentia diuinæ gratiæ, maxima fulſerunt ſapientia & prudentia ſpiritus: nec immeritò quidem, cum delecti fuerint orbis Moderatores, ac Principes, Sal terræ, & Lumen totius eccleſiæ: quos (ſine controuerſia) dignum erat, obrui diuinis arcanis, & ditari in omni ſapientia & prudentia CHRISTI: & F
potiſſimum, in miniſterio euangelij, fidei, & ſalutis: ad ædificationem eccleſiæ Dei. Si verò ad fideles omnes extendimus, nihilominus res eſt perſpicua: ea præſertim moderatione, quòd tametſi, hæc electos omnes inundant, quemlibet tamen, pro qualitate membri, gradus, & ætatis in CHRISTO. Nam licet, diuerſa vaſa, eſſent in templo, & varia ſint dona Spiritus ſancti: omnia tamen, in eo ſunt repleta, pro menſura fidei, & donationis Dei. Sed ſingula ſubnotemus.

Pſal. 44. Matt. 6.

Rom. 12.

In omni Sapientia, & Prudentia. Non quidem carnis: quæ, tùm ſtultitia, tùm inimicitia ſunt, apud Deum: nec etiam mūdi, aut Principum huius mundi: qui deſtruūtur (Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo) ſed in omni ſapientia, & prudentia Spiritus, quæ gaudium ſunt & pax.

1. Cor. 1. Roma. 8.

Quid, ſit ſapientia ſpiritus: & prudētia.

Eſt autem Sapientia ſpiritus, nedum ea mira cognitio ſecretorum Dei, & definitorum maximè in humanam ſalutem, de quibus loquitur Paulus cum perfectis: quæ & creditur filijs & amicis: ſed, & tàm vehemens, illorum perſuaſio, vt manibus (ſic dixerim) contrectentur, & paſſim interno hauſtu ſentiantur: quæ planè perſuaſio, tametſi dono fidei inchoatur, donis tamen Sapientiæ, & Intellectus abſoluitur, vt Theologi euidenter oſtendunt. Prudentia verò Spiritus, non tantum recta eſt, agendorum Diſcretio, Conſilium, & Iudicium, in his, quæ ſunt G
Chriſtianæ ſalutis, & expletionis Diuinæ voluntatis: tum in deligendis bonis, veris, ſanis, & pijs doctrinis, tum in complexandis rectis viuendi rationibus, iuxtà beneplacitum Dei: ſed & eorū quæ delecta ſunt, & animo accepta: exequutio & adimpletio, idq; non ſolum, nulli non parcendo labori: ſed ſerpentis in morem, tum exuendo veterem cutem, hoc eſt, deponendo, iuxtà priſtinam conuerſationem, veterem hominem, & induendo nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis: tùm obijciendo corpus pro defenſione capitis, hoc eſt, pro CHRISTI gloria, qui caput noſtri eſt, exponendo (ſi opus fuerit) vitam, non reformidando qui occidunt corpus, ſed vltrò mortis calicem obeundo: vt ſic tandem retribuāt Domino, quod tribuit eis: in ſacrificium laudis & gloriæ.

1. Cor. 2.

Mat. 10. Ephe. 4.

Ephe. 4. Pſal. 115.

Nulli Electorum deeſt ſapiētia & prudentia ſpiritus, ſuo muneri neceſſaria.

Nec diſſimulandum, quòd non modò, in Sapientia & Prudentia, ſed in omni (inquit) Sapientia & Prudentia: vt perſpicuè nos quidem erudiret, electorum nemini quicquam Sapientiæ & Prudentiæ denegari: quod conducat eorum ſaluti, officio, & vocationi, vt repleti Sapientia & Prudentia ſpirituali, progrediantur digne Deo, contendentes illi placere per omnia: & fructificantes in quouis opere bono, nunquam non ſtudeant, creſcere in omni Scientia, & virtute Spiritus ſancti non ſolùm caute ambulando, & velut non inſipientes, ſed H
ſapientes, tempus redimendo, quoniam dies mali ſunt: ſed & in omni Sapientia, & Prudentia, cum his, qui foris ſunt, conuerſando: vt tandem, oris & vitæ ſapientia, & prudentia pręditi, nullus poſſit aduerſarius contradicere.

Ephe. 5. Colo. 4.

Vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuæ. Clarius, in auferendi caſu, reſoluitur. Patefacto nobis arcano, voluntatis ſuæ. Probat electos, omni Sapientia, & Prudentia eſſe perfuſos: ex hoc quòd detectum eis eſt, arcanum diuinæ voluntatis, de recapitulatione omnium, tàm cœleſtium, quam terrenorū in CHRISTO. quippè qui, hac ex detectione, haud obſcurè, in omni poſſunt Sapientia, & Prudentia Spiritus, locupletari, & ad optimum viuendi genus inſtitui. Et licet, arcani huius detectio, ſit per ſpiritum Dei, & per exundātiam diuinæ gratiæ: modus tamen

manifeſtationis,

A manifeſtationis, (communi lege) eſt duplex, alter, interna reuelatione, & eruditione: quandò-
Ioan. 6. Eſai. 54. Luc. 24. quidem (vt ſcriptum eſt) edocti ſunt omnes à Deo, alter, apertione ſenſus, in diuinis literis: vt cla-
rè myſteria, quæ in eis ſunt, percipiantur ab eis.

Secundum beneplacitum voluntatis eius. Si hæc præcedntibus hærent: inſtruunt exuberantiam
gratiæ, in omni ſapientia & prudentia in electos effuſam, illiſq; arcanum diuinæ voluntatis dete-
ctum: non ob eorum merita, ſed ob beneplacitum, & propenſionem ſuæ voluntatis. Si verò ſe-
quentibus adiunguntur: denotant, illo de arcano intelligendum, quod iuxtà beneplacitum ſuę
voluntatis, Deus ab initio, propoſuit in ſeſe: quo ſcilicet, inſtante temporis oportunitate, decre-
tum eſt, omnia recapitulanda, per CHRISTVM. & vterq; ſenſus eſt verus.

ἐν αὐτῷ *Quod propoſuit in eo.* Dictio interpretata, in eo, ſonat, in ipſo, aut in ſeſe: & quadrat reciprocè
ſumi: vt intelligamus eo de myſterio, Apoſtolum loqui: quod Deus, ab æterno, in ſeipſo conſti-
tuit: ſemotis nedum arbitris, ſed abſq; reuelatione externa. Nam licet naturam noſtram (vt præ-
dictum eſt) aſſumendam à Verbo, & multorum prædeſtinatorum gloriam, Deus Angelis, ante-
Heb. 1. quã fierent, patefecerit: licet, & poſt lapſum humanum, multifariè, multiſq; modis, futuram per
eundem Deum & hominem, IESVM CHRISTVM reparationem aſſeuerauerit: illam tamen,
B non penitus, omniuè ex parte detexit: imò & placuit reparationis modum, diuerſo prorſus calle Reparatio hominis longè aliter facta quã naturaliter concipi poſſet.
procedere, quã concipi creatis mentibus poſſet: quippè qui, nedum in humilitate filij: ſed in il-
lius opprobrijs, cruce, & morte: voluit cuncta reſtitui: imò mirum in modum proueht. Præter id,
ꝙ & Proponere Deum in ſeſe: eſt Deum prorſus deliberare, & ita decernere, ac definire: vt im-
mutari non poſſit: ſicut facilè eſt ex ſcripturis accipere.

In diſpenſatione plenitudinis temporum, omnia reſtaurare in CHRISTO: *quæ in cœlis, & quæ in terra
ſunt, in ipſo.* En diuinæ voluntatis arcanum, & verbum inſtaurare, reddendum eſt, recapitulare:
& planus eſt ſenſus, ꝙ Myſterium, ſcilicet, nobis affluentia gratiæ reuelatum, & in Deo ab æter-
no definitum eſt, omnia (abſoluta temporum plenitudine) eſſe recapitulanda, hoc eſt (verbi pro
prietate retenta) ſummatim, ac velut per capita, colligenda in CHRISTO, quæ in cœlis, & quæ
in terra, ſiue (ſi græcè mauis) ſuper terram, in Ipſo.

Vbi attendenda ſunt tria. Primùm eſt, ꝙ etſi, particula, in Ipſo, cum CHRISTVM repetat, po-
teſt videri ſuperflua: re tamẽ accuratè diſcuſſa, videbitur neceſſaria. Et quidem, ſi Hebræorum
vſu, in, per loco, recipitur, vt perindè ſit ac, omnia quidem recapitulanda in CHRISTO: at non
alterius opera, ſed ipſius duntaxat interuentu: ſenſus, & aptus, & conſtantiſſimus eſt. Sicut enim
Cap. 1. C (vt Paulus Coloſſenſibus ſcribit) omnia, in CHRISTO, & per CHRISTVM, ſunt condita: ita cõ
gruit, vt in illo, & per illum, omnia ſint recapitulata. Si verò, in, ſuę naturæ dimittitur: ſenſus ni-
hilòminus euidens, ac ſcripturæ conſonans eſt: quippè quo facilè declaratur, ſic omnia recapitu-
landa in CHRISTO: vt conſiſtant in eo. Nam, ſicut in rerum conditione, omnia conſtiterunt in
Cap. eo. CHRISTO (vt ibidem apoſtolus ſubdit) ita & in recapitulatione, omnia fulcienda erunt in Illo:
vt ſit, velut lapis angularis, nedum Iudæorum ac Gentium, ſed cœleſtium & terreſtrium, nectẽs,
Heb. 1. regens, & ſuſtinens ea, verbo ſuæ poteſtatis, vt alibi idem Apoſtolus docet.

Secundùm eſt, ꝙ etſi, diuerſæ ſunt temporum plenitudines: vt incarnationis verbi, de qua ſcri
Cap. 14. ptum eſt Galatis, Cum venit plenitudo temporis, emiſit Deus filium ſuum, factum ex muliere,
factum ſub lege, & conſummationis periodi corporis myſtici, de qua ſuo loco dicet Apoſtolus,
Infra. ca. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in men
ſuram ætatis plenitudinis CHRISTI: Tametſi, neutra, huic loco non quadrat: de ſecunda tamen
(ſi non fallor) prima intentio eſt. Nam licet in Verbi incarnatione, homine recapitulato quodã Recapitulatio omnium inchoata eſt in incarnatione verbi, & abſoluenda eſt in cõſummatione mũdi.
pacto, recapitulata ſint omnia, quippè qui, compendium eſt omnis creaturæ: nihilòminus in re-
D generatione, quemadmodum tempus eſt penitus diſpenſatum, ita & recapitulatio in CHRISTO
potiſſimùm eſt abſoluta: id, quod mox dilucidius fiet.

Tertium eſt, ꝙ etſi, non deſunt, quibus, Recapitulare, eſt ad caput reducere: vt omnia, iccircò
ſint recapitulanda, in CHRISTO, in ipſo: quia omnia ad illum ſunt, velut ad caput reuocanda,
Colo. 1. atq; in ipſo conſtituenda: vt verè ſit, in omnibus primas tenens, & caput factus, tùm angelorum,
tùm hominum: imò & rerum omnium: ſingula ad plenum moderetur & regat (quemadmodum
1. Cor. 15. apparebit, in die iudicij, quando ſubiectis ei omnibus, tradet regnum Deo & Patri) Nihilòmi-
nus, vocis proprietate ſeruata, in CHRISTO, recapitulanda ſunt omnia, quia compendio colli-
genda, ſunt quæ in cœlis, & quæ ſuper terram ſunt. Cum enim recapitulatio, aliud re vera, non
ſit, quã ſubſtantialium, ac principalium orationis partium, reaſſumptio (id quod faciunt Retho-
res, quando per ampliſſimum campũ diuagati, & facundia orationis effuſi, ſummatim præcipua
membra

membra recolligunt)tropo quàm eleganti,duplex poteſt excipi ſenſus. E

Alter attendentibus,ꝙ cum creaturæ ſint per verbum productæ, (nam dixit, & facta ſunt:& fiat lux & facta eſt lux) conſequens eſt,vt vniuerſalis rerum productio,aliud non ſit, quàm latiſſima Dei concio:imò & res productæ(Hebræorum Schemate)aliud non ſint,quàm verba,& concio Dei: quibus nunquàm non loquitur,admonet & inculcat,ſuam ſapientiam,iuſtitiam,bonitatem,robur,maieſtatem,& gloriam. Ergò ſi homines,& præſertim electi, principales rerum partes ſunt: imò propter quas aliæ conditæ,& in illarum frugem & commodum inſtitutæ:palàm ꝙ in calce præſentis ſeculi,cum electi(qui modò in area mixti ſunt paleis,& cum zizanijs in latiſſimo mundi agro confuſi)in breui,in momento,in ictu oculi,ſeparabuntur ab eis:& congregati à ſummo cœli & imo terræ,obuiam CHRISTO, recipientur ab eo,non ſolùm in Ipſo fulciendi,ſed perpetuò transformandi: non immeritò rerum recapitulatio fiet, quandòquidem electis recapitulatis: neceſſe eſt,vt quæcunq; eorum ſunt,modo quodam in ipſis recapitulata ſint. Omnia(inquit Paulus)electorum ſunt: ſed illi,ſunt CHRISTI, CHRISTVS verò Dei.

Gene. 1. Pſal. 148. Matt. 13. & 3. 1. Theſ. 4. Matth. 14. 1. The. 4. 1. Cor. 3.

Alter,recolentibus Deum optimum maximum,nedum verbo omnia condidiſſe: ſed & verbo arcana multa,ſuæ voluntatis,reuelaſſe,tùm Angelis in cœlo: tùm hominibus ſuper terram. Qua de re,non ſolùm in condendis rebus,attendi poteſt,côcio Dei: ſed & in oraculis manifeſtâdis F Et quoniam finis omnium oraculorum,eſt CHRISTVS: & quæcúq; Deus loquutus eſt angelis,per ſeipſum in cœlis,& hominibus in ſcripturis locutus eſt ſuper terram, ſine controuerſia tendunt in eum,conſequens eſt,ꝙ cum in calce mundi huius,omnia ac ſingula erunt expleta,& in CHRISTO, locupletiſſimè abſoluta:non iniuria dicantur omnia recapitulata: quippè quæ,in Ipſo,velut compendio quodam,electis ſuggeſta,& ad memoriam reuocata: ſummatim illi poterunt omnia contueri: & ſic Deus,ſuis in ſermonibus iuſtificari, & fidelis in promiſſis, & oraculis,coràm toto mundo conſpici.

Pſal. 50. & 144.

Enarratio Secundæ Portionis Sectionis ſupraſcriptæ.

Electos, ad hæreditatem reuocatos in Chriſto.

In quo & nos. Docuit electos,iuſtificatos in CHRISTO: Docet & eoſdem,ad hæreditatem reuocatos in eo: & hac in portione,loquitur de Iudæis. In quo(inquit) CHRISTO, & nos,qui ſumus Iſraelitæ: quorum adoptio,& gloria,& teſtamenta,& legiſlatio,& cultus, & promiſſiones: & demum,quorum patres,ex quibus eſt CHRISTVS,,ſecundum carnem: Qui eſt Deus, benedictus in ſecula.

Rom. 9.

Sorte vocati ſumus. Vna dictio eſt apud Græcos,& ſonat,in ſortem: hoc eſt,hęreditatē aſciti. G Et intendit,ꝙ ſicut in CHRISTO redimente,vt palmites inſiti,& membra compoſiti,ſumus iuſtificati,ita in eodem vniuerſa hæreditante,ad omnium hæreditatem ſumus admiſſi.

ἐκληρώθημεν. Ioan. 5. 1. Cor. 12.

Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius. Prædeſtinari,vt patuit,eſt in adoptionem decerni. Ergò mirum eſſe non debet, Iudæorum aliquos, ad hæreditatem, in CHRISTO reuocatos: ſiquis in eodem,adoptioni illos perſpexerit reſtitutos: etenim ſi ſunt filij, côſequitur, vt ſint & hæredes. Addit,Iuxtà propoſitum eius:vt oſtendat loqui ſeſe,non de adoptione ad tempus, aut de admiſſione ad hæreditatem,iuxtà præſentem iuſtitiam: ſed loqui ſe de vtràq,, ſimpliciter & abſolutè. Et Propoſitum quidem, eſt ſententia deliberationis: quemadmodum & Iudicium, ſententia eſt conſilij.

Rom. 8.

Qui operatur omnia,ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. Proprium eſt Deo,omnia operari,agere, diſtribuere: non temerè,non caſu: ſed prouido ac ſapienti conſilio. Non coacto aut neceſſitate ſuggeſto: ſed ſua pro voluntate,conſtituto. Vt hoc pacto,tandem quodcunq; voluerit,faciat.

Pſal. 113.

Et ſi omnia cedât in gloriâ Dei, maximè tamē munus adoptionis.

In laudem gloriæ ſuæ. Si Deus,nihil agit caſu,nihil temerè: neceſſe eſt, vt cuiuis ſuarum operationum,finem præſcribat. Et quanquàm omnia, propter ſemetipſum,ſemper operetur: quæ tamen,noſtram in ſalutem operatur,redimendo,iuſtificando,in adoptionem,ac hæreditatem reducendo: maximè in ſui gloriam cedunt. H Quippè qui, in his potiſſimùm agnoſcitur illuſtris & clarus: diues & potens,ſuper omne,quod concipimus, aut cogitatione aſſequi poſſumus. Præter id,ꝙ Iſraelitarum ſalus,illis tam mirificè præſtita,& impendio tam ingenti exhibita: diuinas promiſſiones illuſtrans,& inuiolabilem,ac ſacroſanctam,illarum veracitatem atteſtans:non mediocriter Dei gloriam promouet,& celebrem facit.

Ephe. 3.

Nos qui ante ſperauimus in CHRISTO. Quoniam nô omnes,qui ſunt ex Iſraele,hi ſunt Iſraelitæ,quemadmodum nec omnes, qui ſemen ſunt Abrahæ, illius ſunt filij: oſtendit qui nam ſint ex Iſraele,in hæreditatem aſciti: ꝙ ſcilicet,non ſunt Iſraelitæ,pręcisè ſecundum carnem,ſed ſunt Iſraelitæ ſecundùm promiſſionem. Quippè qui,non in carne gloriantes, aut de legis operibus

Rom. 9. Philip. 3.

præſumentes:

A præſumentes:ſed fidei Iſraelis innixi,& in CHRISTO confiſi,vnicè pependerunt ab eo.

Et licet confidentiæ ac ſpei munus, procedat à Spiritu ſancto: & electis ſit (ſi abſolutè loqui-
mur)proprium: quia tamen in lumbis fidelis Iſraelis,ac Patrum non tam carnis quàm ſpiritus,
diuina erant electione incluſi(Cum de illis velut de CHRISTI membris,promiſſiones extarēt)
non potuerunt,eorum affluentiæ munerum(fidei inquam & ſpei)non fore quodam modo par
ticipes: Et hoc ſaltem pacto in illis, ac per illos, CHRISTO ſeſe non committere : in illo nō ſpe
rare,ac penitus non confidere.

Ioan. 8. Poteſt(& planius)hic locus . in hunc modum exponi: vt Iſraelitas ſperantes in CHRISTO,
patres intelligamus: qui ſuſpirabant videre diem Domini:Item Apoſtolos,& cęteros ex Iudæis:
qui,Ioanne CHRISTO teſtimonium perhibente ac digito demonſtrante:ſeſe reiecerunt in eū.
Rom. 11. Qui,tam & ſi pauci,nec ſecus ac reliquiæ:iuxtà tamen propoſitum Dei,præelecti ac præcogniti:
Roma. 9. antè nos,ſperauerunt in CHRISTO,& genu non curuauerunt ante Baal: nec offenderunt in la
Ephe. 2. pidem offenſionis,& petram ſcandali.Per quos,& nos recepimus eum, ſuperædificati ſuper fun
damento Apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummangulari lapide CHRISTO IESV.

B Enarratio Tertiæ Portionis, Sectionis ſupraſcriptæ,

Rom. 9. *In quo, & vos.* In ſortem(intellige)conuocati eſtis. Vocabo non plebem meā, plebem meā:
Oſeę. 1. & non dilectam,dilectam.Nam Gentes alloquitur,quæ nedū CHRISTI beneficio, factæ ſunt
conciues Sanctorum,& domeſticæ Dei:ſed CHRISTO concorpores,& comparticipes:& ob id
iure optimo cohæredes. Nec modò ſunt intelligendæ vocatæ, ſed & prædeſtinatæ: ſecundùm
propoſitum eius,qui operatur omnia iuxtà conſilium ſuæ voluntatis. Siquidem concipiēdum Simul prædeſtinan,ex iudęis & gentibus.
eſt,in cœtu ab æterno ſelecto,& antè præuiſionem lapſus,à Deo,& Patre, per CHRISTVM, in
adoptionem aſcripto,comprehenſos eſſe,nedum ex his,qui poſt modum, ſunt appellati Iudæi:
Roma. 10. ſed & ex his,qui nuncupati ſunt Gentes.(Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci.) Verùm præ-
uiſa in Primo parente ruina,& conſtituto,Dei vnigenitum:noſtra pro redēptione, debere car-
nem induere: vt eius ſacramenti fides nuſquàm ſaluti noſtræ non neceſſaria,in electorum cor-
dibus,tùm infigeretur altius,tùm pullularet vberius: certa progenies delecta eſt,& ea multis eſt
Rome. 3. nominibus,ac præconijs illuſtrata. Siquidem illi credita ſunt eloquia, & oracula Dei: creditæ
Pal. 147. & repetitæ multis modis promiſſiones de CHRISTO: Nec fecit taliter omni nationi, nec iudi-
Leu. 16. Exod. 19. C cia ſua manifeſtauit alijs: præter id, ꝙ dicti ſunt populus Dei,regnum, hæreditas,& peculium:
Eſai. 10. alijs cum ſexcentis titulis & priuilegijs.

Exod. 19. Verùm etſi non ibo inficias,non nihil ea in generatione, carnis deferendum origini:non qui
Ioā. 6. & 3. dem ob carnis generationem pręcisè:(cum caro, vt caro non proſit: & quod natum eſt ex carne
2. Cor. 9. tantum,aliud præter carnem non ſit:eò ꝙ in carne ſeminans, de carne non niſi corruptionē me-
Exod. 34. tit:)Sed quia deducta ex patribus,quorum in gratiam,non potuit non eſſe accepta: Quippè qui
Rom. 11. Matt. 35. ſeruat,in millibus miſericordiam,diligentibus ſe:Et apoſtolus ſcripſit,quòd chariſſimi facti ſunt
Act. 13. Rom. 11. propter patres. Propter quod,& ad illos in perſona miſſus eſt CHRISTVS: Et illis primū opor
Rom. 9. tuit euangelium prædicari: quo ab illis reiecto,Apoſtoli conuerſi ſunt ad Gentes:& ſic fractis ra
Galat. 3. 6. mis naturalis oliuæ,Gentes ex oleaſtro,inſitæ ſunt. Nihilòminus, & Ipſæ ſunt in ſpiritu Iſraelitæ,
Luc. 1. Semen Abrahæ,& domus Iacob,ſicut alibi Apoſtolus docet.

Audito verbo veritatis, hoc eſt, quemadmodum ſubdit, *Euangelio ſalutis noſtræ*. Accerſiuntur
quidem electi in cœleſtem hæreditatem , ſed illis auſcultandum eſt primum,verbum veritatis,
hoc eſt,euangelium ſuæ ſalutis. Siquidem illud eſt ſemen,quo per fidem recepto,regignuntur
in filios,& ob hoc in hæredes. Dicitur autem Euangelium Dei,Euangelium eſſe ſalutis:non ſo- Euāgelium, cur dictū eſt verbum ſalutis.
D lum,quia ſalutem annunciat,ſed quia ſalutem credentibus exhibet. Nam Dei virtus eſt, in ſalu-
Rom. 1. tem,omni credenti. Illam (inquam)exhibet,non ſolùm ex parte rei,quā nunciat(CHRISTVM
enim nūciat,mortuum eſſe,pro nobis,cuius virtute ſaluamur,Cum aliud non ſit nomen datum
Act. 4. ſub cœlo,in quo oportet nos ſaluos fieri: Gloriariq; nos,duntaxat opus eſt,in cruce Domini no
Galat. 6. ſtri IESV CHRISTI: in quo eſt ſalus,vita,& reſurrectio noſtra,per quem ſaluati & liberati ſu-
mus)Sed ex parte etiam ipſius Euangelij,quoniam organum eſt Spiritus ſancti: Quo CHRISTO
inſerimur,& in illo ſalutem adipiſcimur.

Dicitur,& Verbum veritatis,Non ea tantum ratione,quia vndiq; ſincerum & candidum,ex- Euāgelium, cur dictū eſt verbum veritatis.
Hebr. 10. pers omnis falſitatis & fuci: Aut quia vmbram non habet futurorum bonorum vt lex, ſed ipſam
rerum imaginem: Aut quia exhibitio cum ſit diuinæ promiſſionis, veracitas eſt fidelitatis Dei:
3. Ioan. Sed quia veros nos reddit,& in veritate ambulare facit. Siquidem poſtquam Serpentis menda-
cio

cio obediuimus, qui mendax eſt, & eius pater: facti ſumus natura mendaces, & ad ſallendũ propenſi. Quare placuit Deo & Patri, per Euangelium veritatis, nos veritati reſtitui: vt verbo veritatis regeniti, veritatem æmulemur, & verbo & opere, illam pariter exprimamus.

E Ioan. 8. Pſal. 115.

Enarratio Quartę Portionis, Sectionis ſupraſcriptę.

In quo, & credentes obſignati eſtis, ſpiritu promiſsionis ſancto. Non ſatis ducit Apoſtolus, ſi Gentes intelligamus, euocatas in ſortem, & prędeſtinatas, iuxta propoſitũ Dei: niſi & eaſdem ſubijciat (præmiſſa fide) obſignatas eſſe in CHRISTO. Non quouis ſigno corporeo, vt Iudæi. manufacta circunciſione in carne: ſed in ſpiritu promiſſionis ſancto. Dixi, præmiſſa fide, quoniã græcè, participiũ eſt, temporis non præſentis, ſed præteriti: quod perinde eſt, ac cum credideritis, vel poſtquàm crediſtis. Nam licet à Spiritu ſancto ſit, & ꝙ credamus, & ꝙ obſignemur: non tamen, niſi poſtquam crediderimus, obſignamur: quemadmodum, niſi poſtquam crediderimus non intelligimus: vt oraculum docet.

πισεύσαντες. Eſai. 6.

Verùm attendenda ſunt duo. Alterum eſt, ꝙ etſi multa ſunt Epitheta Spiritus ſancti: Quippè qui dicitur Spiritus ſapientiæ, ſcientiæ, intellectus: Spiritus conſilij, fortitudinis, pietatis: Spiritus adoptionis, ſanctitatis, veritatis: Spiritus iudicij, gratiæ, miſerationis, Et alia: modò tamen nõ temerè, Promiſſionis Spiritus, appellatus eſt. Nam quemadmodum dictus eſt Spiritus ſapiẽtię, ſcientiæ, intellectus, & id genus, reliqua: eam potiſſimum ob rationem, ꝙ eorum munerũ copijs, eos, quos inhabitauerit, replet: Ita & Spiritus Promiſſionis, dicatur opus eſt, quia promiſſis à Deo, inhabitando nos afficit & impertit. Ergò, ſicut ſapientiæ Spiritus, dictus eſt, quia ſuo beneficio ſapimus: & adoptionis, quia adoptionis gratia impartimur: ita & promiſſionis Spiritus eſt appellatus, quia per ipſum, promiſſæ hæreditatis primitias, hac in peregrinatione percipimus ac poſſidemus.

Eſai. 11. Rom. 8. Rom. 1. F Ioan. 15. Eſa. 4. Zach. 12.

Cur ſpiritus ſanctus. promiſſionis ſpiritus eſt appellatus.

Alterum eſt, ꝙ cum obſignare (ſi propriè loqui congruit) rem ſit, ſigni impreſſione munire: quemadmodum obſignantur literæ anulo regio, & teſtamenta ſigno notarij: commodè fideles electi, dicti ſunt obſignati: Quippè qui (Paulo admonente) ſunt veluti Epiſtola CHRISTI: in qua, non atramento, ſed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordium carneis, ſcripta eſt lex Spiritus vitæ, & credita dona, & arcana cœleſtia. Vndè & in Apocaliſi, ſignatos legimus ſeruos Dei, & viros gementes in Ezechiele propheta.

2. Cor. 3. Rom. 8. Cap. 7. Cap. 9.

Et quanquàm, hæc euidentiſſima ſunt: qualitas tamen ſigni, non ſatis perſpicua eſt. Et præter eos, qui aſtruunt hoc ex loco, notam confirmationis, quæ fit in impoſitione manuum (nõ enim ſolum character imprimitur in Baptiſmo, ſed in Ordine, & Confirmatione: in qua Spiritus ſanctus, ſicut initiatis iã ꝑ baptiſmum militiæ CHRISTI, confertur quidem ad robur, vtque armentur ſtrenuè, armis non carnalibus, ſed ſpiritualibus: aduerſum non tam carnem & ſanguinem, quam ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus ita datur vt obſignentur internè per eum: non ſecus ac milites, proprio ei, cui militant, charactère) ſunt qui illud definiant Vnctionem, ſiue Gratiam Spiritus ſancti: qua conſtituti diuinæ naturæ conſortes, nonnullum videntur accepiſſe pignus, cęleſtis hæreditatis. De quo & immediatè ſubiunget.

Sacramenta, quæ imprimunt characterem.

G 2. Cor. 10. Epheſ. 6. 2. Petr. 1.

Verum tametſi, præmiſſis non detraho, intentioni tamen Apoſtoli (vt puto) magis conſentit: ſi quis hoc ſignum, CHRISTI charactèrem, cuius participes in ipſo ſumus, intelligit. Nam ſicut plenitudine ſuæ gratiæ, in illo perfundimur, quia plenus eſt gratia: Et vnctionem habemus à ſancto, quia vnctus eſt Sanctus Sanctorum: Ita, quia character eſt Patris, & ſignatus ab eo miſſus eſt pro nobis in mundum: abſonum eſſe non poteſt, ſi & illius obſignatione, in ipſo, per Spiritum impartimur. Cum enim CHRISTVS imago ſit Dei inconſpicui, & character hypoſtaſis eius, non ſolùm, vt genitus eſt in natura diuina, ſed etiam, vt genitus eſt in natura humana: propterea, quòd vnice ſplendent in eo, ſanctitas & iuſtitia Dei: ſplendent veritas & miſericordia (ſicut in præcedentibus commonuimus) conſonum eſſe debet, electos per ſpiritum obſignari in CHRISTO, aliud non eſſe, quàm imaginem Dei: quæ in ipſo, ſecundum quòd homo natus eſt, lucet: ad illos extendi.

Quid ſit credentes obſignari, hoc loco.

Ioan. 1. 1. Ioan. 2. Dan. 9. Ioan. 6. Col. 1. Hebr. 1. H

Ergò aliud non eſt, quàm nouum hominem, per ſpiritum indui: qui ſecundum Deum creatus eſt, in Iuſtitia, Sanctitate & Veritate: vt hoc quidem pacto, non ſolum ſimus CHRISTO conformes participio imaginis eius, ac reparetur in nobis imago Dei, opera Spiritus ſancti, in nouo homine: quam, opera immundi ſpiritus, amiſimus in antiquo: ſed exuti imagine terreſtris Adę, & induti imagine cœleſtis CHRISTI: non tantum ius habeamus adeundæ hæreditatis, ſed certum arrhabonem & pignus, illam capeſſendi, ac perpetuò poſſidendi.

Epheſ. 4.

Qui

A *Qui eſt pignus*, Græcè legitur, Arrhabo, *Hæreditatis noſtræ*. Cum, ſpiritus, in Græco ſit gene-
ris neutri, referri non videtur, per relatiuum, Qui, quod generis eſt maſculini. Nec forſan erit
intẽtio Pauli, quòd Spiritus ſanctus, ſit arrhabo, in cordibus noſtris(tametſi, ex illo arrhabo ſub-
oriatur in nobis) niſi fortè, per Metonomian, quemadmodum, & Ira ſanguinis dicta eſt ebulli-
tio circa cor. Quo pacto, & character, dici poteſt impreſſus, cũ illius opera in electis imprimatũ.
Sed refertur, vel CHRISTVS, ſub particula, In quo, denotatus(ſi tamen non offendit, hæredi-
tatis illum arrhabonem dicere, qui omnium conſtitutus eſt hæres) vel character ſubintellectus:
Heb.1. quod vndiq;, ſine offenſione conſentit.

Verum, ſi character relatus acceptatur, cum ſubditur, quòd arrhabo eſt hæreditatis: id non
intelligitur abſolutè(Cum inter ipſum, & arrhabonem, Secundæ Corinthiorum primo, ſit ſa-
cta diſtinctio) Qui confirmat(inqnit) nos Deus: & qui vnxit nos Deus: & qui ſignauit nos & de-
dit arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris, eſt Deus) ſed conſequutione. Siquidem cõcipiendũ
eſt(ſi non fallor) fideles electos in CHRISTO, recipere nedum, per Spiritum promiſſionis ſan-
ctum, characterem vel imaginem Dei: ſed etiam arrhabonem, hoc eſt, portionẽ ſiue primitias
Ioan.3. cœleſtis hæreditatis: vt verè dictum recipiamus, Qui credit in eum, habet(de facto) æternam vitã
B in ſe. Imò, hæc adeò ſunt connexa, vt alterum eſſe ſine altero(opportuno ſaltẽ tempore) clemen
tia Sancti ſpiritus, non contingat. Et character quidem conſiſtit, in quibus diximus: arrhabo ve-
Rom.5. rò, interna in pace poſſidetur: Quæ ſanè habetur ad Deũ, Superat omnem ſenſum, & Gloriari
Philip.4. facit, in ſpe gloriæ filiorum Dei.

In redemptionem acquiſitionis. Acquiſiuit quidem CHRISTVS hæreditatem electis, cum illam
acquiſiuit ſibi (ſiquidem oportuit illum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam) Et conſtat, quòd vna
Luc.24. eademq; eſt hæreditas, membrorum & capitis: quemadmodum & vnus idemque ex vtriſque eſt
1.Cor.10. CHRISTVS. Verum dum ſumus in ſtadio, nunquàm non diuexamur in ea: tumultuantibus ac
Apoc.3. negotium nobis ſemper facientibus, ſathana, mundo, & carne. Quare vnicuiq; iugiter ſatagen-
dum, ne præripiatur ab aliquo, corona ſua.

Et licet abſolutè prædeſtinatis auferri tandem, hæreditas præparata, non poſſit: conſonat ta- Etiam abſolute prędeſtinatis, nitẽdũ eſt bonis operibus, certam ſibi reddere, adoptionem & hęreditatẽ.
Philip.2. men diuinæ diſpenſationi: conſonat & humanæ imbecillitati: vt cum timore & tremore, ſalutẽ
operantes: annitamur pro virili certam nobis reddere, operibus ſanctis, acquiſitionem nobis ſa
Hebr.1. ctam per CHRISTVM, & à nobis poſſidendam in eo: qui hæres eſt vniuerſorum: in quo & an-
Epheſ.1. te ſæcula benedicti ſumus, in omni benedictione ſpirituali in ſupercœleſtibus, à Deo & Patre.
C Ergò, per Spiritum promiſſionis ſanctum, arrhabone ideò donati ſumus in CHRISTO: vt primi-
tijs prægustatis, validiores ſimus: tum in hoſtibus debellandis: tum in bonis operibus exercendis:
quibus redimatur vexatio hæreditatis acquiſitæ in CHRISTO.

Digreſſio de fructu ac merito operum membrorum CHRISTI.

Et quamuis de operibus membrorum CHRISTI, grandis ſit ſermo: ſatis tamen præſenti fue
rit inſtituto, ſi de illorum fructu, ac merito, aliquid afferamus. Qua de re, attendendum quòd ta-
Roma.2. metſi æternam vitam nobis adeptus eſt CHRISTVS: illam tamen, ſine ſanctis operibus non aſ-
ſequimur. Quandòquidem his, qui ſecundum patientiam boni operis, quęrunt apud Deum glo
riam, honorem, & incorruptionem: ab illo qui omnibus tribuit iuxta opera ſua, vita retribuetur
Rom.6. æterna. Et licet, gratia Dei vita æterna: non contingit tamen ſine obedientia legis. Nam ſi vis ad
Math. 19. vitam ingredi ſerua mãdata. Et qui ſeminat, non in carne, ſed ſpiritu: de ſpiritu metet vitam æter
2.Cor.9. nam. Et liberati à peccato, & ſerui facti Deo: habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem
Rom.6. verò vitam æternam.

Et quanquàm recta fidelium opera, dona ſunt Dei: ſicut tamen non iuſtificat nos ſine nobis,
Philip.2 D ita nec ſine nobis operatur in nobis. Et licet in nobis operetur velle, & operetur perficere:
quippè qui incipit in nobis bonum opus, & perficit: quia tamẽ incipit, dum vt velimus inſpirat,
& perficit, dum quod volumus, nobiſcum ad perfectionem adducit: liquet quòd opus rectum
in nobis, ſine nobis, non facit. Et quamuis, vt ex nobis infirmis prodeunt & immundis, opera in
firma ſint & immunda, & ob id, præſtolari nequeant æternum præmium: vt tamẽ ex nobis ſunt,
incolumitati, Dei munere, reſtitutis, ac ſordibus expurgatis: valida eſſe poſſunt & ſancta: Imò vt
ex nobis ſunt, Dei beneficio in membra IESV CHRISTI euectis, non ſolum valida ſunt & ſan-
cta: ſed Deo & Patri vnicè grata & accepta.
Ioan.15. Et licet, ſicut palmes, fructum nequit ferre niſi manens in vite: ita nec CHRISTI membrum,
niſi illi ſit connexum, vt capiti: Et ſicut, niſi vi & humore vitis, non fructificat palmes: ita niſi ſpi-

ritu

ritu & gratia CHRISTI capitis, parum membrum valet in illius corpore: Et ſicut fructus palmitis, verius fructus dicitur vitis: imò non eſt palmitis, niſi quia eſt vitis, quæ opus ſuum exercet in eo: ita rectum membri CHRISTI opus, verius opus dicitur CHRISTI: imò non eſt membri, niſi quia eſt CHRISTI capitis: qui operatur in eo. (Tametſi vitis operetur in palmite: palmito non conſentiente, quippè qui libertatẽ non habet, ſed naturæ proprietate obſequente, & quod in ſe eſt ſubminiſtrante: CHRISTVS verò conſentiente membro, vtpotè libertate donato: & ob id voluntariè obſequente, & ſpontè, quod in eo eſt, exhibente) Quia tamẽ tam arctus nexus eſt, vitis & palmitis, & tãtum gluten inter CHRISTVM & membrum, ideo ſicut fructus vitis, etiã attributus eſt palmiti, ita & bonum CHRISTI opus, etiam illius attributum eſt membro. Quare etſi, ſatius eſſet dicere cum Apoſtolo, viuo ego iam non ego, viuit verò in me CHRISTVS: & ob id, Operor ego iam non ego, operatur in me CHRISTVS: & Mereor ego iam non ego, meretur in me CHRISTVS; nihilominus & membrum, cum eodem, non prohibetur aſſerere: quod viuo in carne, in fide viuo filij Dei: Et, quod operor bonum, operor in vi & gratia capitis: & quod mereor prẹmium, mereor in virtute & ſpiritu CHRISTI. Et quanquàm meritum, & omne prẹmium, iure optimo ipſius ſit CHRISTI, qui fons eſt omnis meriti, & ad quem omne deuoluendum eſt prẹmium: ſicut tamen reliqua quæ illius ſunt, nobis voluit nedum eſſe communia, ſed ſingulis eſſe, ac reputari vt propria (vt non ſolùm, ſuis locupletaremur diuitijs & cornucopijs: ſed vt omnibus omnes repleret, omniaque eſſet, & in omnibus & in ſingulis:) ita pariter voluit, imò & decuit de meritis & prẹmijs.

E — Piorum opera, quo pacto ſint illorũ & Chriſti. — Galat. 2. — Ibidem. — F — Epheſ. 1. 1. Cor. 15.

Contra impios & hẹreticos.

Ergò non temere electi præſtolantur mercedem, & præſtolantur, vt ex mẹritis proprijs: Nõ ſolùm certiores facti, quòd non iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur ſuorum operum, & laboris ex charitate ſuſcepti: Et quòd ſiquis potum indigenti dederit calicem aquæ frigidæ, nõ perdet mercedem apud Patrem: Sed quòd & centuplum accipient, & vitam tandem æternam poſſidebunt. Imò de hijs quodammodo gloriationem habent: nedum æquanimiter tollerãdo, ſcientes quòd afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, quæ denique non confundit, propter charitatem Dei effuſam in cordibus noſtris, Sed viriliter decertando, vt poſſint dicere cum Apoſtolo. Bonum certamen certauimus, curſum conſummauimus, fidem ſeruauimus: Ergo nobis manet corona iuſtitiæ, quam reddet nobis Dominus in illa die: qui iuſtus eſt iudex.

Heb. 6. Mat. 9. Matth. 19. — Rom. 5. — 2. Thim. 4.

Ergò temerè abijciuntur ab impijs, Sanctorum merita, quæ non ſolùm à fidelibus, Sancto ſpũ inſpiratis, ſunt tradita: ſed eccleſiæ ſacroſanctæ auctoritate, quæ Columna & firmamentum eſt (vt ſæpe dicimus) veritatis, definita: & ab Oraculis & Diuinis literis fota & accepta.

G — 1. Thim. 3.

Et quanquàm res adeò eſt perſpicua, vt vlteriori luce non egeat: non prætereo tamen, paucis occurrere aduerſantium ſpiculis, ne fortè quempiam, minus circunſpectum offendant.

Sunt ergo quibus vox, Meritum, iudicatur ſuperba, & præter vſum ſcripturæ introducta: Beneficiorum Dei ingrata: & debiti, quo tenemur Deo, & ſoluendo non ſumus, inſcia vel oblita. Sed re plenè diſcuſſa, nihil eſt minus. Siquidem verè merentibus, nihil inuenitur antiquius, nihil obuium magis, ac præſentaneum: quàm totùm quod in illis deprehenditur boni, acceptum eſſe à Deo. Qui in illos adeò eſt profuſus: vt non ſolum voluerit gratis ſua clementia ac miſeratione, diuites illos facere bonis & meritis à CHRISTO in hac vita partis: ſed eam in CHRISTO gratiam & facultatem eiſdem adiungere, vt & mereri (in illo inſiti) etiam ipſi poſſint. Non quidem ad detrahendum aliquid, de vbertate meritorum CHRISTI, quæ ſua immenſitate ſufficere poterant mille mundis: ſed ad illuſtrandam gratiam, & eius munificentiam, qui ſolum contentus eſſe noluit, nos ſuis antiquis (vt dictum eſt) meritis inundari; niſi & meritis eius locupletaremur nouis: Quæ in nobis ipſe, & nos in eo, perindè (vt frequenter diximus) ac caput & membra, & vitis & palmites, coefficimus, ac iugiter, in ſanctis actionibus cumulamus.

Piorum merita non detrahunt meritis Chriſti ſed illuſtrãt.

H

Ergò, non ſolum CHRISTI membra, ex meritis non habent quòd tumeãt, ſed habent quòd ſeipſa deijciant: non ſolum apud ſe crebrius repetẽtia, nihil quod non acceperimus, in nobis eſt boni: ſed & quòd ſiquis exiſtimat ſeſe eſſe aliquid, cum ex ſeſe nihil ſit, ipſe ſe ſeducit: & ſi omnia feceritis, dicite ſerui inutiles ſumus: conſtatq́; quòd ex ipſis, vt in ſe, perditio eſt: nec audẽt Dei iudicio comparere: ſed ex Deo eſt omnis ſalus, & ex CHRISTO, & in CHRISTO meritum habent & gloriam. Nec aſſentimus eam vocem eſſe, præter vſum Scripturæ: quoniam etſi, interpretum forſan defectu in illis hanc vocem non legimus: vis tamen vocis in eis, non raró demonſtratur. Si enim operi debetur merces (præſertim ſi ſit voluntarium, & in gratiam alicuius exhibitum) non quidem gratià, ſed iuſtitià: aliàs gratia non eſſet gratia, & opus non foret opus (vt apoſtolus colligit) palàm quòd parui refert, prẹmium operibus aſſignare, aut meritis ipſis aſcribere.

2. Cor. 4. Galat. 6. Lucę. 17. Oſeę. 13. — Meritũ vox à ſcripturis nõ aliena. — Roma. 11.

Ergò

A Ergò etſi, vox meriti eſſet in ſcripturis omiſſa, nõ tamẽ vis meriti, eſſet excluſa, imò ſatis prodita, præſertim cum non rarò, merces ſit operibus aſſignata, quæ meritis iure ipſo, reſpondet.

Et licet Deo, immenſis pro beneficijs, ex nobis & in nobis, retribuere ſatis non poſſumus; in CHRISTO tamen & ex CHRISTO, ex quo & in quo, nihil eſt quod non valeamus, & in quem (vt non ſemel dictum eſt) ceu, in viuaciſſimum fontem, noſtrum referimus meritum, & cui proprium eſt omne præmium; cumulatiſſimè poſſumus. Verum de meritis noſtris & præmijs alibi vberius diſputauimus.

In laudem gloriæ ipſius. Quemadmodum de Iudæis loquẽs, poſtquam tradidit ꝙ in CHRISTO reuocati erant in ſortem, prædeſtinati iuxta propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum cõſilium ſuæ voluntatis, adiunxit, vt eſſent in laudem gloriæ eius; ita non diſſimilibus vſus eſt verbis, loquendo de Gentibus: Nam & de illis (ſubintellectis, in ſortem accitis, & iuxta Dei propoſitũ prædeſtinatis) ſubiecit: In laudem gloriæ eius. Et iure quidem, quandò omnis Electio, Definitio, & Vocatio Dei, quibus nos elegit prædeſtinauit, & vocauit, in laudem inſtitutæ ſunt, gloriæ

Rom. 9. pſal. 113.
ſuæ. Vnde & electi dicti ſunt vaſa gloriæ, & nunquam non clamant ad Patrem, Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. — Electorũ frequentes clamores.

B Nec forſan & illud ſacramento vacat, quòd ſperauerunt, addidit de Iudæis, & Crediderunt, dixit de Gentibus: quandòquidem, Illi audientes legẽ, & prophetas, quibus promittebatᷣ CHRISTVS, affectu ſpei (quæ futurum aſpicit) properabant, ac de longè attendentes, deſiderio ferebantur ad eum: Iſti verò, audito euangelio CHRISTI, quo ille non promittitur ſed exhibetur, non figuris obtegitur, ſed palàm reuelatur & traditur; affectu fidei, vt præſentem illum apprehendunt: in amplexus prorumpunt ac deoſculantur.

Obſeruationes Sectionis ſupraſcriptæ.

Obſeruandum, ex particula: In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius: Vt tanto

1. Cor. 6.
redempti precio, ſtudeamus nunquam Deum non glorificare in corpore, & quæ ſunt Dei in ſpiritu, ſicut alibi Apoſtolus monet. Et Deum quidem glorificamus in corpore, cum illud, non ſo- — Quid ſit deũ glorificare in corpore.

Rom. 12. Roma. 6.
lum in hoſtiam viuentem, ſanctam & beneplacentem exhibemus ei; membra noſtra mortificãtes, vt ſpiritum non oppugnent, ſed iuſtitiæ arma ſacta, illi ſeruiant in ſanctificationem; Sed & cum vitam noſtram, quam hoc in corpore ducimus, & per corpus in ſcripturis aliàs ſubnotatam

Luc. 11.
C (ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit) illi perpetuo deuouemus, ac modis omnibus conſecramus. Quæ vero ſunt Dei, vt gratia, benignitas, miſericordia, veritas, iudicium, iuſtitia, aliaq́ id genus, quæ illi ſunt vnicè propria, & electis ſua charitate vberrimè pateſacta, glorificamus in ſpiritu; cum illis per CHRISTVM confidimus: ab illis pendemus; in illis verè Deum agnoſcimus & magnificamus; pſallẽtes in cordibus noſtris Deo, & exultantes in ſpiritu,

1. Cor. 14.
in CHRISTO Seruatore noſtro.

Ex particula: Remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratię eius: Vt agnoſcentes ſacra-

Luc. 4. 2. Cor. 6. Rom. 13.
tiſſimum Iubileum, ac annum remiſſionis à Domino Deo noſtro, quo libertas datur captiuis; reuidentia cæcis, confractis robur & ſanitas: In hoc tempore tam accepto, & in die tantæ ſalutis, non ſolum abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſed tubis gratiarum & laudis, ſemper Dño perſonemus, laudantes & confitẽtes ei, qui nobis in CHRISTO, tã magnifica fecit. — Piorum continuum iubileum.

2. Cor. 10.
Ex particula: Quam ſuperabundare fecit in nobis in omni ſapientia & prudentia: Vt ſapientiæ ac prudentiæ ſpiritu Domino militantes, non armis carnalibus ſed ſpiritualibus ac potẽtibus Deo, contrà munitiones & omnes inimicorum inſidias, præualituros nos confidamus in CHRI-

Iaco. 3.
STO: Attendentes ꝙ quemadmodum Sapientia, quæ de ſurſum eſt, primum pudica eſt, deindè

D pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus pietatis; ita & Prudentia ſpiritus, eſt diſcreta, cauta, in omnibus circunſpecta, plena conſilio & iudicio, plena timore & dilectione: Omnia ſuſtinet, nulli non compatitur, ad omnia ſe accommodat; vt tandẽ omnibus omnia facta, neminem non lucretur.

Ex particula: Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum iuxtà beneplacitum eius: Vt primum Dei clementiã cogitemus, qui cum impios ac inimicos agnoſceret, ſecum cõponebat cogitationes, non afflictio- — Clemẽtia & Dignatio Dei.

Ier. 29.
nis ſed pacis. Deindè illius miram dignationem, qui non eſt dedignatus, ſuorum nos ſecretorũ (quod peculiare fuit ſemper amicis) participes facere. Et Denique eius ordinem & ſapientiam,

Sap. 2. Eccleſi. 3.
qui ſingula in numero, pondere, & menſura conſtituit, vt omnia ſuum tempus habeant, & certus ſpacijs tranſeant vniuerſa ſub Sole.

B

Ex particula: Omnia inſtaurare in CHRISTO, quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt, in Ipſo: Vt in CHRISTO omnia cognoſcentes eſſe collecta, ita illum viua complectamur fide, vti ſolũ nos valentem replere, in omni plenitudine Dei: Vt & ditati tandem theſauris bonorum omnium, non modo terreſtrium, ſed cœleſtium; affluamus in illo quibuſuis chariſmatibus Spiritus ſancti.

In Chriſto omnia ſunt collecta.

Ephe. 1.

Ex particula: In quo & nos, ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia conſilio ſuæ voluntatis: Quòd ſi omnia conſilio aguntur diuinæ voluntatis, indè omnia & ſingula ſemper excipiamus: Et ꝙ cum voluntas illa ſit ſummi boni, & errare non poſſit, quicquam præter bonum ex ea expectari non debet: Et cum ſit ardentiſſimi Patris, totũ indè proueniens, in frugem cedat, neceſſe eſt, filiorum ſuorum. Ergò, ſi pij ſumus filij, tum ob gloriam Patris, tum ob noſtrum commodum & profectum; continuus nobis erit precibus inculcandum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Quòd ſi quando virga nos percutit, potiſſimùm in hoc fauorem Patris agnoſcamus: quippè qui quos diligit corripit. Et ſi extrà diſciplinã ſumus, ſpurij & non legitimi ſumus.

Omnia excipienda, vt ex volũtate dei.

Matt. 6. Hebr. 12. Prou. 3.

Ex particula: In quo & vos, audito verbo veritatis, Euangelio ſalutis noſtræ: quod ſi Euangelium Dei, verbum eſt veritatis, & ſalutis, iuxtà admonitionem Apoſtoli, abundanter inueniatur in nobis; Simuſque penitus perſuaſi, nullum aliud verbum inueniri ſub cœlo, quod non nutet: nullum quod ſalutem afferat: præſertim ſi humano conſilio eſt inuentum, aut non eſt eccleſiæ authoritate firmatum.

Coloſſ. 3. F Act. 4.

Ex particula: In quo, & credentes obſignati eſtis, ſpiritu promiſſionis ſancto: Vt ad Dei imaginem in CHRISTO reuocati, contendamus illum, operibus diuinis exprimere: Vt lucentibus in nobis actionibus ſanctis, homines illas videntes, Deũ non blaſphement ſed Patrem glorificent, qui in cœlis eſt: Et operibus maximè pietatis, & miſericordiæ, quandòquidem non ſolùm Dei proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſed & miſericordiæ eius ſuper omnia opera eius. Rurſum, vt Spirituſancto recepto, eodem tum viuamus, tum fructificemus: Cuius quidem vita & fructus in omni ſunt bonitate, & iuſtitia & veritate.

Matth. 5. Pſal. 144. Epheſ. 5.

Ex particula demum, Qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ſuæ: Quòd ſi Arrhabo datur Sponſæ, nos coràm Deo, habeamus vt Sponſa, qui ſibi nos deſponſauit in fide, vt ſibi ſimus fideles: poſuitque ſignum nobis in facie, vt amatorẽ aliũ nemo noſtrum admittat. Quòd ſi datur Negociatori, in robur ſtipulationis & contractus; ſciamus nos Negociatores eſſe hac in peregrinatione, donec veniat ad quærendas optimas margaritas, & lucriſaciendum Deo, qui pecuniam ſuam nobis dedit ad menſam: vt tàdem veniens illam multiplicatam recipiat. Scientes & in baptiſmo (qui non eſt carnis depoſitio ſordium, ſed bonę interrogatio conſcientiæ in Deum) nos ſtipulationem feciſſe, vt carnis renunciemus operibus, mundo quoque ac Sathanæ, imò & nobiſipſis, vt ſoli iuſtitiæ Dei viuentes, illi in omnibus obſequamur. Rurſum ꝙ ſi modò & ad breue tempus, nos affligi, ac diuexari varijs tentationibus, opus eſt (in partita nobis per CHRISTVM hæreditate, vt probatio fidei noſtrę multò precioſior auro, quod perditur, & tamen per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione IESV CHRISTI:) à ſpe tamen euangelij dimoueri non patiamur, quoniã fidelis eſt qui promiſit: & ancoram Spei (arrhabonem ſcilicet) dedit in cordibus noſtris (ſi tamẽ illam, vſque in finem immobilem, & in ſanctis operibus iugiter ſe prodentem, eòque pacto nos in dies certiores reddentem teneamus, ac ſemper obfirmemus, in laudem gloriæ ſuæ) Cui ſempiternus ſit honor & gloria. Amen.

Pij ſe debent habere vt ſponſa.

Oſe. 2. Canti. G Matt. 25. Luce. 19. 1. Pet. 3. 1. Pet. 1.

Quarta Sectio prioris partis Epiſtolę in qua docemur ꝙ Epheſij, ſicut & reliqui credentes ex Gentibus, diuinę benedictionis ſunt in CHRISTO, participes, Iudæis tamen non excluſis, non ſuis meritis, ſed gratia Dei Patris: Et quatuor portiones habet.

H

Prima portio.

Propterea & Ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in CHRISTO IESV: & dilectionem in omnes Sanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis.

Secunda portio.

Vt Deus Domini noſtri IESV CHRISTI, Pater gloriæ, det vobis ſpiritum Sapientiæ & reuelationis; in agnitionem eius: illuminatos oculos cordis veſtri. Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius: Et quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis: Et quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius, in nos qui credimus ſecundũ operationem potentiæ virtutis eius, quam eſt operatus in CHRISTO, Suſcitans illum à mortuis, & conſtituẽs ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem Principatum & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationẽ, Et omne nomen quod nominatur non ſolũ in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, Et ipſum dedit caput ſuper om̃em eccleſiã, quæ eſt corpus ipſius, et plenitudo eius, qui om̃ia in omnibus adimpletur.

Cap. 2.

Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris. In quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſæculum

mundi

A *mundi huius, ſecundum Principem poteſtatis aeris huius ſpiritus, qui nunc operatur, in filios diffidentiæ.*

In quibus & nos aliquando conuerſati ſumus, in deſiderijs carnis noſtræ facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri: Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos: & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in CHRISTO *(cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus, in* CHRISTO IESV: *vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus, abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate, ſuper nos in* CHRISTO IESV. Tertia portio.

Gratia enim eſtis ſaluati per fidem. Et hoc, non ex vobis. Dei enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipſius enim ſumus factura, creati in CHRISTO IESV; *in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.* Quarta portio.

Summa & intentio textus præſcripti.

Hactenus manifeſtauit Apoſtolus, quam ob cauſam, Deus & Pater cui verbum nullum erat difficile, nos elegit benedicendos in CHRISTO; adiectis, tum modo, tum ordine, vt manifeſtũ eſt. Nunc autem hac in ſectione (non excluſis Iudæis) Gentes oſtendit in præmiſſa rebenedictio-
B ne comprehendi; & hac ratione procedit. Cum enim tanti beneficij, fides (non quidem mortua, ſed viua & charitati coniuncta) ſignum ſit infallibile (quandoquidem qui ea ſunt fide fideles, cũ
Galat. 3. fideli benedicuntur Abramo; illiusque pignus percipiunt, primitijs ſapientiæ & reuelationis, præguſtantes benedictionem Dei & Patris) iccircò primùm, ob Epheſiorum fidem ac dilectionem, velut ob præclariſsima dona, Deo ac Patri gratias agit: deindè illis precatur ſpiritum ſapiẽtiæ & reuelationis; vt hauſtu interno percipiant (quibus à Deo donati ſunt in CHRISTO) Diuitias æternæ gloriæ: Reſurrectionem à mortuis: Conſeſſum in dextera Dei ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & Dominationem: & textus, in quattuor portiones diuiditur, ſicut ex ſeipſo liquet. Quibus donis, verè credentes ſunt donati in Christo.

Enarratio primę Portionis ſupraſcripti textus vel Sectionis.

Propterea. Quòd Deus, ſcilicet, ac Pater, (non noſtris meritis, ſed ſua gratia & dilectione) nos in omni benedictione ſpirituali, in ſupercœleſtibus rebenedixit in CHRISTO, quemadmodum nondum iactis fundamentis mundi elegit nos rebenedicendos in eo, nos inquam, iam prędeſtinatos, iuxtà beneplacitum ſuæ voluntatis, in adoptionem per IESVM CHRISTVM, in Ip-
C ſum; in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, qua charos habuit nos, in Dilecto. In quo ſumus iuſtificati, redemptione facta per ſanguinem eius; & peccatorum remiſſionem aſſequuti, ſecundùm diuitias gratiæ eius; quas exuberare fecit in nos, in omni Sapientia & Prudentia ſpiritus, patefacto nobis arcano ſuæ voluntatis, de recapitulandis omnibus, in diſpenſatione plenitudinis temporũ, quæ in cœlis, & quæ ſuper terram ſunt in CHRISTO, in Ipſo. In quo, & in hæreditatẽ, tam Iudæos quàm Gentes, per verbum legis & euangelij euocauit, Fidem infudit, Promiſſionis ſpiritu obſignauit, & Arrhabonem hæreditatis, in redemptionem acquiſitionis impertiuit.

Et Ego. Cum tot ac tantis pro beneficijs, vnicuiq; ęquum ſit congaudere, ac Deo & Patri ingentes grates perſoluere, imò & precibus flagitare, vt in electis munerum incrementa ſemper adijciat; æquum & mihi per maximè eſt, cui tantorum arcanorum credita eſt diſpenſatio, & prę-
Roma. 11. ſertim in Gentibus, ad quas ſum selectus Apoſtolus. Ergo optimo quidem iure, veſtra audita fide & dilectione (ita quidem verteretur exactius) quibus, diuinas benedictiones, irreuocabili lege conſequimur; mea maximè refert, pro vobis Deo ac Patri, gratias agere, atq; inceſſanter pre-
Philip. 1. ces apud illum effundere; vt quod cœpit in vobis bonum, perficiat vſq; in finem. Membri eſt congaudere membro.

Audiens fidem veſtram. Nam licet in ſpiritu præſens eſſet Epheſijs, & non ſecus ac vt de Co-
Cap. 2. D loſſenſibus ſcribit) videret & gauderet ob firmamentum fidei, & dilectionis eorum: quemadmo-
1. Cap. 5. dum & in ſpiritu præſens erat Corinthijs, cum tradidit inceſtuoſum ſathanę: nihilominus, etiam auditu corporis, quo tum aberat Romę vinctus in Domino, illorum fidei & dilectionis teſtes habebat; bonumq; odorem eorum, quo vbiuis fragrabant in CHRISTO, non tantùm interna ſpiritus reuelatione, ſed multorum conſtantiſſima aſſertione olfaciebat.

Quòd autem Epheſiorum dixerit fidem, non ideò factum eſt, quod in illis fuerit ſuaptè natura ſuborta, aut ab humano ſtudio vel conatu profecta; ſed quia illis, à Deo & Patre donata, & per
Auguſti. Spiritum IESV CHRISTI eorum in cordibus erat effuſa. Nam etſi nemo credit niſi velit, nemo tamen eſt qui rectè credat, niſi diuino ſit fauore præuentus, fotus, & perſuaſus. Et licet non perſuadeamur ſtupidi, non ſine noſtræ mentis acceſſu, niſi tamen Spiritus CHRISTI, antè Fides cur Epheſijs ſit aſcripta, & quomodo generet in nobis.

E Rom.10.

mentem pulſauerit, cor aperuerit, intellectum erexerit, ac verbis ardentibus erudierit, & incenderit, non perſuademur, nec promptè, in validum fidei chriſtianę cóſenſum prorumpimus; quo, corde verè creditur ad iuſtitiam; & cum opportunum fuerit, tum ore, tum opere atteſtatio, eius quod creditur, fit ad ſalutem.

Fides quomodo ſit in Chriſto Ieſu.

Rom. 5. Epheſ. 3.

Quæ eſt in CHRISTO IESV. Non ſolùm vera & conſtantiſſima fides, eſt in CHRISTO IESV, quia illi tantùm innixa in ipſo ſolo quieſcit, regitur, gloriatur: non ignara ꝙ per ipſum acceſſum habemus ad Patrem in confidẽtia, & thronum adimus gratiæ, in tempore opportuno: Sed (idiothiſmo hebræo) eſt in CHRISTO IESV, hoc eſt casu auferendi, vſurpato pro caſu accuſandi) tendit ſemper in eum: greſſibus quidem non corporis, ſed ſpiritus; greſſibus ſpei & dilectionis: vt illum fœlicius ſemper apprehendat, amplectatur, exoſculetur, & in omnibus ſeſe magis ac magis in illum reiiciat: vt ex illo vnicè pendeat, in illum ſe transferat, & ſanctis actionibus illum nuſquam non exprimat.

S. Tho. ij. ſecundæ. q. j.

Dilectio euãgelica, ergã oẽs eſt ampla, ſed maxime erga ſanctos.

F Matth. 5.

Gala. 6. 1. Cor. 12.

Ioan. 15.

Et dilectionem in omnes Sanctos. Ergò non loquitur de fide mortua, vel (vt vocant) informi: nõ de ocioſa, non ſterili, ſed de viua, officioſa, feraci: Quæ charitati coniuncta, nunquam non eſt chriſtianis operibus grauida: & cum opus fuerit, benefaciendo omnibus ſe diffundit: vt nemini, ſuggerente charitate, non proſit. Loquitur de dilectione ꝓximi, quæ (ſi euangelica eſt) nulli inuenitur anguſta, ſed omnibus, ac ſingulis ampla: quæ etiam hoſtes amplectitur, & nemini non bene precatur. Quòd autẽ expreſſi ſunt Sancti, hoc eſt, viua ac ſolida fide in CHRISTI ſanguine mundi, ſtabiles, & conſecrati, ideò factum eſt; vt ordinem charitatis attingeret: Propterea ꝙ etſi benefaciendum eſt omnibus, potiſſimum tamen, domeſticis fidei: Qui vno ſpiritu nobiſcum potati, & eodem cœleſti pane nutriti, non ſolum eiuſdem domus ſunt partes, ſed eiuſdem corporis membra: maioremque charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis.

Epheſ. 1.

G Iac. 1.

1. Cor. 3. Rom. 15.

Non ceſſo pro vobis gratias agens. Phraſis eſt gręca, hoc eſt g̃ras agere, Frequẽter mecũ repetens: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri; qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in ſupercœleſtibus in CHRISTO. Siquidem fideles omnes, cum vnius ſint corporis partes, omnia ducunt eſſe communia: Et quæ parti alicui ſunt collata, non ſecus ac reliquæ habẽt propria: ſeq; pro illis non minori vinculo, ad agendum ei, qui contulit, gratias, ac pro ſuiſmet, confitentur aſtrictos. Quare non immeritò, non ceſſat Apoſtolus, eo præſertim tempore, quo cum Deo in oratione loquitur (à quo & munus omne deſcendit) pro acceptis ab Epheſiorum eccleſia, Deo gratias agere: tametſi non detrecto, Epheſiorum dona, ad Paulum peculiariter pertinere, quippè qui plantando, rigando, oblationem illos per euangelium fecerat, acceptabilem Deo, ſanctificatam per Spiritum ſanctum.

Philip. 1.

1. Cor. 12.

Memoriam veſtri faciens, in orationibus meis. Etſi familiare eſt, publicæ functionis miniſtris, pro toto CHRISTI corpore Deo preces effundere; quas cœleſtis Pater, iuxta ordinem diuinæ prouidentiæ, & liberam diſtribntionem CHRISTI capitis, Sancto ſubminiſtrante Spiritu, per ſingula membra, pro gradu, officio & diſpoſitione, diſpenſat: ita vt quæ decent, eorum nulli, munificentia ſuæ benedictionis, non impetrent; Nihilominus reijciendum non eſt, eoſdem publicæ functionis miniſtros, ſanctè quidem, & diuinæ prouidentiæ conſentaneè, etiam pro nonnullis eiuſdem corporis membris, peculiarem ſæpius mẽtionem facere: præſertim vrgente eorum peculiari cura, aut euidenti neceſſitate, vel alia pia occaſione; vt illis vberius ſuffragentur, vel illi (quantùm ex ipſis fuerit) largius cœleſti gratia perfundantur: Quod frequenter obſeruauit Apoſtolus.

Digreſſio quòd ſancti, etiam in cœleſti patria, orant pro nobis.

H

Impietas hæreticorum in ſanctos.

1. Cor. 12.

Rom. 8. Pſal. 62.

Et quanquàm hoc in loco, opus non eſſet, Sanctorum, qui in cœlis ſunt, preces excutere; abſonum tamen fortaſsè non fuerit, errorem qui noſtra tempeſtate reuiguit, non penitus diſſimulare: Siquidem etſi nemo eſt, qui non probet, Sanctos dum nobiſcum ſunt, pro nobis frequẽter orare, non deſunt tamen qui impiè, illos id facere negent, poſtquã ſeceſſerunt à corpore: quaſi, quia noſtris ſunt neceſſitatibus abſoluti, mox illarum ſint neceſſitatũ obliti: aut illa forſan charitate, qua donati fuerant, non ſint locupletiores facti, ſed penitus deſtituti, vt ſua tantummodò curent: aut ad meliorem ſtatum tranſlati deſierint eſſe myſtici corporis membra, vt vltrà nõ ſint de commembris ſoliciti, congaudendo gaudentibus, & indolendo (prout poſſunt) dolentibus. Et quanquàm hæc adeò ſunt abſurda, vt facilè ab omnibus reijci poſſint; vt tamen & nos obloquentium os obſtruamus: conabimur paucis hanc impietatem explodere.

Rom.8.13 A Primùm neminem arbitror detrectare, Sanctos ſupernæ regionis, cõfigurari (quòad poſſunt)
in omnibus CHRISTO: quippè qui prædeſtinati ſunt in adoptionem, vt ſint illi conformes, il-
lum æmulentur, induantque, non ſecus ac Primogenitum, fratres. Ergò nõ poterit aliquis diſ-
Rom.8. Heb.7. fiteri, ꝙ CHRISTO Patrem accedente, ac pro nobis interpellante, congruũ maximè ſit, & San-
ctos eundem Patrem accedere, ac pro nobis pariter interpellare. Imò neceſſè eſt dicere, ꝙ cum
tantum ſit gluten inter CHRISTVM caput, & Sanctos eius membra; tanta connexio & trãsfor-
Apoc.3. matio, vt nuſquam in cœlo non ſint ſimul (Siquidem ſunt ſimul in throno, in menſa, in dextera
Luc 22. Epheſ.2. Dei) vt & ſimul aſſiſtant ſemper vultui Dei Patris, & ſimul interpellent pro nobis. Imò, cum
Hebr.9. CHRISTVS in cœlis, minus non viuat, & loquatur in Sanctis; nec Sancti minus viuant & loquã-
tur in CHRISTO, quàm in terris viueret & loqueretur in Paulo, & Paulus viueret & loqueretur
Gal.2. 2.Cor.13. in CHRISTO; imò longè magis (quandòquidem, in cœlis ea vita viuunt, quæ in terris abſcondi-
Col.3. ta eſt cum CHRISTO in Deo: illis verbis loquũtur, quibus fas modò non eſt, inter homines lo-
2.Cor.12. qui) Maximè eſt conſentaneum, ꝙ & CHRISTVS in cœlis Patrem pro nobis interpellet in San- Chriſtus pro nobis inter-
ctis: & Sancti eundem pro nobis interpellent in CHRISTO. pellat in ſan-
Et quanquàm ex maxima vnione membrorum & capitis, ex mira intimaque vnitate, Spiritus ctis: & Sancti
Epheſ.1.3. B Sanctorum & CHRISTI, Vnus dici poſſint aſſiſtens; Vnus interceſſor, & interpellator (Imò, & pro nobis in
quia CHRISTVS non ſolum ſua membra replet, ſed repletur ab eis, dictu abſurdum non eſt, ꝙ terpellant in Chriſto.
quodam pacto conſtet ex omnibus Sanctis: propter quod, totum hoc, quod eſt caput & mem-
1.Cor.12. bra, non ſemel à Paulo appellatum eſt CHRISTVS:) Nihilòminus, ſicut cum tam egregia vnio-
Gal.3. ne ac metamorphoſi ſacroſancta; obſcurum non remanet capitis & membrorũ diſcrimen, quẽ-
admodum nec membrorum confunditur diſcrimen inter ſe: (ſiquidem non ſingula oculus, nec
ſingula manus) ita cum illa indiuidua aſſiſtentia, & communi interceſſione Sanctorũ & CHRI-
STI, locus relinquitur aſſiſtentiæ & interceſſioni, eorum cuilibet in particulari: Non eo quidẽ
pacto, ꝙ tunc CHRISTVS ſeorſum aſſiſtat, vel intercedat à Sanctis: aut Sancti tunc ſeorſum, aſ-
ſiſtant, vel intercedant, à CHRISTO (tanta namq; copula eſt inter eos, vt ab inuicem ſecludi nõ
Roma.12. poſſint) ſed quia tum capitis, tum ſingulorum membrorum propria ſunt pondera, propria priui
legia: quibus meritò poſſunt dici diſtincta.
Quare, ſicut Sanctis in terris, certa diſtributa ſunt dona, & alia atq; alia impartita officia: & ſi-
1.Cor.12. cut Angelorum in cœlis ſunt adminiſtrationes diuerſæ: ita incredibile non iudicabitur, ſi San-
C ctis, etiam hac vita functis, ſua data ſint munera, & vnicuiq, donatæ ſint certę gratię, & diuiſę ſpi-
ritus manifeſtationes: Imò ſi & donis hac in vita receptis, non ſolùm illorum profectui neceſſa-
rijs, ſed etiam ad proſpiciendum eccleſiæ opportunis (quæ & nuncupant, gratis data) deſtituti nõ
1.Cor.12. ſunt: Quandoquidem ſine pœnitentia, dona ſunt & vocatio Dei, vt Apoſtolus docet. Ergo nec
S.Tho.3.ij. q.109. diſſonum eſſe poteſt, ꝙ etſi capiti CHRISTO, inſunt donorum omnium plenitudines, & exun-
Rom.11. dant ex illo paſſim, omnium Chariſmata gratiarum, in quo & omnia ab omnibus participantur
Colo.2. membris: ſit quoq; in Sanctorum quolibet donum aliquod particulare, quo (fauente Deo) mẽ-
Ioan.1. bris huius peregrinationis, quodam pacto, ſuccurrere poſſint. Vt verè, & ſanctè, & piè acceptum
ſit ab eccleſia ſacroſancta (quæ ſpiritu CHRISTI edocta falli non poteſt) non ſolùm ſanctos in-
uocandos in communi, vt intercedãt ꝓ nobis; ſed & in particulari. Et ꝙ ſuis precibus nos à mor- Peculiares pe
bo defendant, ꝙ incolumitati reſtituant, & rerum ſucceſſum faciant & fecundent. Nec propte- titiones, ad
rea ambigendum, preces CHRISTI capitis, quibuſuis membrorum indigentijs ſufficerę: peculiares sã
nec eam ob rationem, Sanctos credimus interpellare pro eis: quandoquidem certiſſimi facti ſu- ctos.
mus, ꝙ et ſi Sãcti, CHRISTVM Myſticum implent: ſuaſq;, tùm paſſiones, tùm coronas abſoluũt
Coloſ.1. & ita quoq; illius, in dies, orationes extendunt, ac quodam pacto perficiunt: CHRISTVS tamen
D (vt ſic dixerim (Naturalis, nulla ex parte, aliam perfectionem admittit: Sed, ſicut eius propitiatio
1.Ioan.2. ſufficit, non ſolùm electis, ſed proficit omnibus creaturis, ita & illius oratio potens nedum eſt,
quibuſuis indigentijs membrorum eius ſuccurrere: ſed creaturas quaſlibet locupletare, & omni
perfectione replere: Sed ob eam potius rationem, ꝙ ordo diuinæ liberalitatis id poſtulat: Vt ſi-
cut in omnes Sanctos, effuſa ſunt dona CHRISTI, vt eorum ſint cum illo participes, quemad-
modum & diuitiarum cœleſtium cohæredes; ita & communia eiſdem facta ſunt eius pondera,
officia ac miniſteria: Vt quemadmodum ille aduocat, interpellat, ac mediatorẽ agit inter Deũ
& homines: ita & Sancti, eadem (ſua pro ratione, & per CHRISTVM Dominum noſtrum) ope-
rari, & efficere poſſint.
Et quanquàm non dubitamus, Sanctos cateruatim aſſiſtere Deo, illumque ſemper interpel-
lare pro nobis; nihilominus iuſtum eſt, illos inuocare, ac prouocare, vt aſſiſtere ac intercedere

 velint:

Cur Sanctis interpellantibus ſpõtè ꝓ nobis, eos vt interpellare velint ſolicitare debeamus.

velint:non ſolùm,quia hoc pacto,atteſtamur noſtris nos tãgi miſerijs,& indigentijs (quod Deus & Sancti,in nobis mirificè cupiunt:)ſed quia & in hoc,fidem de communione Sanctorum non leuiter exercemus: ipſa re profitentes,omnes Sanctos pro inuicem eſſe ſolicitos. Et in arena quidem poſitos,vt honorentur emeriti, qui iam ſe receperunt in patriam:eos verò,quos pugna non premit,ſed agunt de hoſte triumphum: vt foueantur infirmi, & inimicis expoſiti: quibus nihil Sanctis videtur acceptius: præter id ꝙ diuinus ordo ſic exigit. Nam ſicut,licet certiores ſimus,ꝙ nunquàm Deus nos deſerit(alioqui mox decideremus in nihilum)certiores ꝙ vt pupillam cuſtodit,(aliàs ſemper verſaremur in tenebris)tamen & piè & ſanctè, frequenter cum Propheta repetimus. Ne derelinquas nos: Ne deſeras vſquequaq; : Cuſtodi nos ſemper: Cuſtodi vt pupillã oculi: Ita & ſi non hæſitamus,Sanctos nunquã,non interpellare pro nobis,nõ fruſtrà tamẽ, de hoc, illos expoſcimus ac votis ſupplicibus flagitamus.

E

Heb 13. Pſal.70. Pſal.118. Pſal.16.

Nec audiendi ſunt,qui illis temerè,nullàue ratione,adimunt oblatarum precum notitiam: Quandòquidem id aliud non eſt,quàm communioni Sanctorum, eorumq; fœlicitati detrahere: Non aliud quàm doctrinam eccleſiæ ſacroſanctæ reijcere, & vnanimem Doctorum conſenſum contemnere. Detrahitur quidem,communioni Sanctorum. Quoniam ſi noſtras preces nõ vident: palã ꝙ nec ſuſpiria noſtra cognoſcunt. Ergò,impoſſibile eſt, vt illis quouis pacto tangantur: impoſſibile vt nobiſcum lętentur,aut(vt ſuæ non diſſonat fœlicitati)triſtentur. Ergò,& falſum erit,ꝙ ſint pro nobis ſoliciti: Falſum ꝙ membrum membro proſpiciat: Falſum ꝙ firmiora imbecilliora ſuſtentent, vel ſuperiora inferioribus faueant. Ergò, vanus inſignis Sanctorum nexus: Vana indiſſolubilis illa ſacroſancta copula: Vanum, fœlix membrorum CHRISTI commercium,ac vnius & eiuſdem Spiritus CHRISTI, in illa diffuſio & participatio: Quæ omnia,& ſunt & ducuntur ſuis membris communia.

Hęretici detrahunt communioni ſanctorum: qui negant Sanctos in patria interpellare pro nobis.

F

1.Cor.12. Rom.15.

Detrahitur,& Sanctorum fœlicitati. Quoniam,cum eorum beatitudo, in illa Dei viſione cõſiſtat,qua ille,tum amicè,tum paternè,clarè ac ſine nube videndum ſe exhibet: impium eſt ſuſpicari,ꝙ illis denegetur,quod ſuòpte ingenio concedi ſolet amicis & filijs. Ergò fatendum eſt, multa Sanctis,reuelari ſecreta:& ea maximè quæ illos attinent, quibuſq; non mediocritèr afficiendi ſunt gaudio. Vndè & ea de ratione,illuminantur Angeli,ſi quis ex peccatoribus reſipuerit,vt nouo gaudio afficiantur in cœlo: quemadmodum euangelium docet. Ergò negandum non eſt,Sanctis non deeſſe notitiam commembrorum ſuorum: quandòquidem non mediocritèr ſpectat ad eos,quibus ſint futuri conciues: quibus condomeſtici:& vnius corporis partes. Nec parui refert,de conciuibus aliquid ſcire: Congruit & de domeſticis ſolicitari: & iuſtum eſt, inquantum poſſunt,commembris ſemper proſpicere: præſertim cum illis,peculiariter ſunt affecti: cum illos venerantur: precibus petunt: neceſſitates exponunt,ac ſuffragia præſtolantur.

Luc.15.

G 1.Cor.12.

Reijcitur Eccleſiæ ſacroſanctæ doctrina,quæ paſſim,huius veritatis nos admonet,dum ſuis in precibus, raro non inuocat Sanctos,& maximè in Litanijs: non ſolicita,an illos lateat, an illis reueletur à Deo. Quippè quæ certior facta,nihil quod deceat,illos effugere: qui amicè vident illũ, qui omnia videt: quique membra ſunt CHRISTI, qui eſt relucentia gloriæ: In quo ſunt omnes, theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei: Per quem aſcendunt omnes orationes noſtræ, antè thronum Patris. Nec modò ſunt membra,ſed Sponſa: quæ verè eſt ſine macula & ruga: verè os de oſſibus, & caro de ipſius carne. cui fas non eſt aliquid tegere, quod illam præſertim exhilaret: nouum gaudium afferat:& in nos viſcera materna ſolicitet. Siquidem,quæ ſurſum eſt Ieruſalem,libera eſt,quæ eſt mater noſtra.

Hebr. 1. Coloſſ.2. Apo.8. Ephe.5. Galat.4.

Contemnitur demùm,& Vnanimis doctorum conſenſus. Quoniam ſi non agnoſcunt Sancti,noſtras preces in cœlo: fruſtrà nos Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophilactus: & antè hos, Baſilius,Cyprianus, Ambroſius,& alij prouocant,ad adeundũ Sanctos,precibus pulſandum, & noſtram illis cauſam committendum: vt paſſim eorum in ſcriptis licet inſpicere. Imò & Baſilius in libro de virginitate, putat Sanctorum Spiritus, omnia & vbique cernere: cui & magnus videtur aſtipulari Gregorius, contendens Sanctos videntes Deum, qui omnia videt, nihil latère poſſe.

Vnanimis doctorum conſenſus,de inuocatione & oratione ſanctorum.

H

Aug.pſal. 85. Chryſ. ſer. 26. de pen. Theo. Hebr. 11. Baſi. in oratio. de .xl. martyr. Cyp.epiſt. 1 ad Cor.papã.Amb.in ora. ꝓpara. ad miſſam. Orig ſuper Can. hom. 3.Greg.Nazi.1 Monodia ſua. Greg.mag. in dialog. Matt.18.

Denique,qui Sanctos,renuunt commembrorum quæ in terris ſunt,reminiſci,aut apud deũ, pro illis iugiter intercedere: ne ſuperentur ab hoſte,ne deficiant in peregrinatione: vt ſuæ vocationi inuigilent: vt ſucceſſum in omnibus habeant,non ſolùm neceſſè eſt fateantur, illos nobis minus affectos,quã Angelos,qui pro nobis in cœlo,ſemper vident faciem Patris, orantq; pro fidei ſuæ commiſſis: imò & pro vniuerſis populis, (quemadmodum ille in Zacharia propheta. Vſquequò Domine exercituum non miſereberis vrbium Iuda, quibus iratus es, ſeptuaginta annis?)

Apoc.6. A aitnis?) ſed, & minus ergà CHRISTI membra ſolicitos vt promoueantur, quàm erga membra Sathanæ, vt iudicentur ac deleantur: Siquidem ſub throno Dei omnes Sancti clamant: Vindica ſanguinem noſtrum Deus noſter.

Enarratio ſecundæ Portionis Sectionis Supraſcriptæ.

Vt Deus Domini noſtri. Explicat hac in portione Apoſtolus, quæ continuis flagitabat orationibus. Nimirùm, non commoda huius vitæ, ſed Spiritum ſapientiæ & reuelationis; ad probãdum quidem, & periculo latius percipiendum, non cogitationes hominum, ſed donata, ac illis reuelata à Deo: Spem ſcilicet vocationis eius: Diuitias hæreditatis in Sanctis: & præcellentem in nos diuini roboris magnitudinem: qua, reſuſcitando IESVM CHRISTVM à mortuis, & conſtituendo illum ad dexteram ſuam, ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & virtutem, & Dominationem: nos quoque correſuſcitauit, & ad eandem dexteram, vna pariter cum eo conſtituit, non noſtris meritis, ſed gratia & dilectione Dei & Patris.

Dicit ergò, ſermonem præcedentibus nectens, Ideò memoriam veſtri facio in precibus meis, *Vt Deus Domini noſtri* IESV CHRISTI, Tametſi Deus, Deus eſt omnium, quippè qui omni- Cur Deus Chriſti peculiariter dicitur Deus.
B bus eſt expoſitus, beneficus, liberalis, neminem nuſquam fouens, regens & ſuſtinens, maximè tamen Deus eſt CHRISTI: Quandòquidem ſicut nemo eſt, qui magis illum agnouerit: nemo qui eius gratiam & munificentiam, latius patefecerit: nomen illuſtrauerit, ac illius, in nos, bonę voluntatis propenſionem, ardorem, viſcera charitatis expreſſerit; Ita & nemo eſt, cui Deus exuberantius fauerit & prouiderit: nemo quem ſublimius exaltauerit, & in omnibus magis glorioſum effecerit. In ſumma: ſic Deus, Deus eſt CHRISTI, vt nulli ſit Deus niſi in CHRISTO: & nulli proſpiciat niſi per CHRISTVM. Quare mirum eſſe non debet, ſi non tantùm Apoſtolus, tùm Cur Electi Deũ, ſuũ Deũ appellent.
Pſal.21. Matt.15. Ioan.10. Pſal.62. hic, tùm alibi, Deum, Deum aſſerit CHRISTI: ſed & CHRISTVS, Deum, vt ſuum peculiariter Deum, non ſemel, inuocat & appellat: imò ſi & membra, ſuum æmulata caput, atque in eo, donorum ac gratiarum eius vbertate potita; Deum pariter, vt ſuum Deum ſuſpiciunt, venerantur & colunt.

Ambro. ſuper epiſtola ad Rom. *Pater gloriæ.* Et ſi Gloria, in ſcripturis, varijs eſt modis audita: hic tamen (quemadmodum & poſtremę Corinthiorum tertio) Et cum, clara cum laude notitia definitur, pro claritate, qua aliquis habetur illuſtris, celebris, & commendatione dignus, accepta eſt: Quæ licet cum eſt de rebus humanis (ſicut illæ non raròſunt inanes & falſæ) ſit plerunque fucata, & aſſentatione plena:
C cum tamen eſt de rebus Diuinis (præſertim, ſi in nos diuina miſeratione deſcendit) nunquã nõ
Primo. eſt conſtans, nunquam non ſolida, & ſincera. Hac ergò de gloria loquutus Apoſtolus, poteſt tribus modis intelligi. Siquidem, cùm abſolutiſsima, nullaque non laude digniſsima, diuinarum rerum notitia, ſine controuerſia, ſit filius Dei: (quippè qui Patris notitia genita, Deum omniquaque comprehendit, omnes Diuinitatis diuitias, copias, perfectiones: omnia arcana, myſteria, ſacramenta: in ſumma, quicquid immenſum illud, & nunquam exhauſtum bonitatis pelagus continet: in ſe traijcit, & concludit) Primum, ſine dubio, Patris Gloria eſt: vt ſatis quoque ſcriptura commemorat. Sed id non intendit Apoſtolus. Dei filius maxima gloria eſt æterni Patris.

Secundo. Intelligi etiam poteſt, de Gloria cœleſtis patriæ, ad quam & electi, & vocati ſumus: quando ſcilicet, Deum facie ad faciem, ſicuti eſt contuebimur, & illius ſplendore ac claritate vndiq; perluſtrabimur. Huius gloriæ Deus eſt Pater, Non ſolùm ea de ratione, quia ex illo, veluti è primo
1.Ioan.3. fonte, dimanat, & ad nos, vt hæreditas paterna, deſcendit: ſed quia Pater eſt CHRISTI: in quo & per quem, cœleſtem gloriam poſsidemus: Et denique (vt mentem magis aſſequamur Pauli)
Tertio. poteſt, & pro illa clara laudabilique Dei notitia accipi, quam pretioſa IESV CHRISTI mem- De qua gloria loquatur Apoſtolus.
D bra (etiam dum hic degunt) in illo percipiunt (nõ ſolum, vti riuulum, ac ſtillicidium gloriæ, quæ illos manet in patria, ſed vti illius arrhabonem & pignus) per Spiritum ſapientiæ & reuelationis: Vt nedũ illius ſuauitate guſtata, ad illam ardẽtius ſuſpiremus: ſed vt de repromiſſa exhibitione certiores redditi, pro illa conſtantiſsimè militemus, ac nos & noſtra promptius exponamus.

Det vobis, Spiritum Sapientiæ, & Reuelationis: in agnitionem eius. Quamuis, Deus Domini noſtri, Pater veræ gloriæ noſtræ, non proijciat munera ſua: quamuis non ſumat panem filiorum vt Deus dona ſua, gratuito largitur.
Matth.15. & 7. ſaturentur canes: ea tamen ita diſtribuit, vt ab omnibus velit agnoſci, illa ſe non reddere, aut ex debito aliquo erogare: ſed gratuitò ſemper diſponere, ac iuxtà beneplacitum ſuæ voluntatis, cœleſtes theſauros impartire. Ergò, iurè rogat Apoſtolus, nõ vt Deus ſuis pro meritis illis faciat: ſed vt iuxtà ſuam munificentiam donet: Nàm, etſi non reijcimus, Deum attendere filiorum merita: non reijcimus, Epheſios perſtitiſſe in fide & dilectione, quibus non mediocriter, erant Deo accepti:

acceptí: nec detrectamus, Deum ſuarum pollicitationum nunquam eſſe non memorem, qui- E
bus, ad erogandum nobis ab eo per CHRISTVM dona petentibus, ſeipſum aſtrinxit: quia tamē
non ſolum nihil in nobis debemus agnoſcere, quod de liberaliſsima eius manu, ſuaipſius gratia
non deſcenderit, (adeò vt nos locupletando, nunquàm ſua dona non ditet) Sed, etſi diuino acce Luc. 19.
dente fauore, ſumus benemeriti: & per acceptam pecuniam, nec in ſudario alligatam, ſed ad mē
ſam expoſitam, aliquid ſuperlucrati, ſemper tamen in nos, mirum in modum eſt longè munifi-
centior: donando non ſolum, ſuprà id quod cupimus ac intelligimus, ſed & in centuplum, tū vo
ta, tum merita ſuperexcedendo, & in præſenti ſæculo, & in futuro. Ephe. 3. Luc. 18.

Verum & ſi Deus Domini noſtri, in omnibus eſt liberalis, in donis tamen Sapientiæ & Reue
lationis, fidelibus liberaliſsimus eſt. Siquis (alius inquit Apoſtolus) indiget Sapientia, poſtulet il- Iaco. 1.
lam à Deo, in fide non hæſitans, qui dat omnibus affluenter & non improperat. Et quamquàm
nonnulla de Sapientia, in præcedentibus ſunt attacta, hic tamen non de Sapientia, ſed potius de
Diſcrimen inter ſapientiā, & ſapientiæ ſpiritum. ſapientiæ Spiritu ſermo eſt. Inter quæ, tantum conſtat eſſe diſcriminis, quantùm inter ſpiritum Rom. 12.
& ſpiritus donum. & quantùm inter arborem, & arboris fructum. Ergò ſi Sapientiæ dono, diui- 1. Cor. 12. Galat. 5.
na non tam apprehendimus, quam iudicamus, percipientes ac miro modo guſtantes, q̄ ſuauis no
bis eſt Dominus, quàm ineffabilis ſuis in ſacramentis, quæ antè ſęcula in gloriam definiuit diligē F Pſa. 33.
tibus ſe: Quid faciemus acti Sapientiæ ſpiritu, quo non ſolum, vberius iſtis perfruimur, & arden- 1. Cor. 2.
tius exoſculamur, ſed illa ſuauiſsima ſpūs motione; & arcana energiæ ſuæ virtute, efficaciſsime ad
diuina ſubducimur, in quæ & mirificè transformamur; niſi ꝙ erimus nō ſolum verè Diuina edo-
cti, ſed & paſsi; quemadmodum de Ierotheo Dioniſius refert?

Reuelationis autem Spiritus, Et ſi forſan accipi poſſet, pro lumine intelligendi ſacroſanctam
Scripturam (de quo Dauid in Pſalmis: Reuela oculos meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua) Pſal. 118.
vel pro detectione alicuius arcani, quod non omnes fideles agnoſcunt: (qua de re, in prima epi-
ſtola ad Corinthios) Verùm ad intentionem Apoſtoli, Spiritus reuelationis, hoc loci (ni fallor) Cap. 2. 12. & 14.
Quid ſit ſpiritus reuelationis apud Paulum. aut perfectio ſpiritus ſapientiæ eſt, vt intelligamus illum ſapientiæ Spiritum, à Paulo flagitatum,
cui annexus eſt Spiritus reuelationis: hoc eſt, qui tantæ inueniatur præſtantiæ, vt nihil quod diui
næ congruat liberalitati, nihil quod conferat ijs, quorum mentes repleuerit, illis ſit tectum & oc
cluſum: Aut (quod mihi magis arridet) Spiritus reuelationis expulſio illius velaminis eſt, quod ſa
pientia carnis, perfecto ac vndique conſentaneo Sapientiæ diuinæ iudicio, poſſet offundere: vt
tandem percipiámus, non ſolùm Spiritus efficaciam ad percipiendum, iudicandumque, imò & G
patiendum Diuina, expoſtulatam Epheſijs; ſed & ad exſufflandum, ac explodendum quicquid
poſſet iudicium carnis, in diuinorum cognitione ſubtrahere; ſiue remouendo; ſiue non ſecus ac
velamento tegendo: Quandoquidem, vt non ſemel edocti ſumus, ſemper ſapiētia carnis inſidia Roma. 6.
tur Sapientiæ Dei, & in omnibus ſemper, illi inuenitur aduerſa.

Quod autem additur, *in agnitionem*, ſeu agnitione, *Eius*, cum Græcis. Quemadmodum &
Ambroſius & Hieronymus legit; rem aperit, in qua maximè expendendum velit, Spiritum ſa- Ambro. Hiero.
pientiæ & reuelationis. Nam licet plurima ſint Sacramenta, quæ refert electos agnoſcere, ac ſa-
pientiæ & reuelationis Spiritu iudicare, & abſque velamento perſpicere; modò tamen de illo,
Apoſtoli ſermo eſt, quo Deus, agnoſcitur Deus Domini noſtri: & Pater verè ac ſempiternæ glo
riæ noſtræ: Quippè qui rem hanc, maximè cupit expendi, pleno ſenſu ac iudicio ponderari, &
abſque carnis tenebris conſpici: Nec immeritò quidem, quoniam ſi Deus (vt dicebatur) Deus eſt
Si Deus, Deus eſt Chriſti, Deus eſt & noſtri. CHRISTI, neceſſe eſt, vt Deus quoque ſit noſtri, qui ſumus eius membra: Quod quanti ſit ſa- Exo. 6.
ciendum, præſeferunt non ſolùm illę magnificæ voces; imò ſponſiones diuinæ: Ero veſter Deus: Leu. 26.
Ero illorum Deus: Ero Deus vobis & ſemini veſtro, poſt vos: & ipſe Deus cū eis, erit eorū Deus: 2. Cor. 6. Apoc. 21.
Sed & illi glorioſi effectus, quos in CHRISTO operatur in nobis: vt verè ſcriptum ſit, Beatus po- H Pſal. 143.
pulus, cuius Dominus, Deus eius.

Illuminatos oculos cordis veſtri. Poſſunt hæc, & per appoſitionem accipi (Vt ſcilicet explicetur
clarius: vel totum quod dixit, Spiritum ſapientię & Spiritum reuelationis; vel poſtrema eius pars:
Ita vt aliud dictu non ſit, Reuelationis ſpiritus, & Illuminatio oculorum cordis) Et poſſunt per
accumulationē intelligi: vt & alterum ſcilicet beneficium, poſtulatum recipiamus Quod (meo
iudicio) eſt intentum.

Homo externus & internus. Et vt res ſit magis perſpicua, ad memoriam reuoco, ꝙ præter externum hominem qui foris eſt 2. Cor. 4.
& corrumpitur, habemus internum qui per Spiritum renouatur de die in diem. Nec modò ho-
minem internum intelligimus CHRISTVM, qui per fidem, & viuit & degit in cordibus noſtris:
(quem, & eam ob rationem, vocat Apoſtolorum Princeps, hominem cordis, exornandum à no- 1. Pet. 3.
bis in

A bis in incorruptibilitate, hoc eſt, conſtantia & conſeruatione ſpiritus quieti & manſueti, qui res
locuples, & ſumptuoſa eſt, coràm Deo) ſed intelligimus Mentem, quæ non ſolum, quia potior
eſt hominis pars, ſed quia quicquid eximium in homine eſt, continet in ſeſe, non immeritò, non
Rom. 7. tam Philoſophis quàm Paulo, nonnunquàm hominis appellationem ſubit. In hac ergo mente,
in hoc homine interiori, Oculi ſunt cõſiderationis, Aures diſciplinæ, Nares iudicij, & id genus ſi- Senſus interioris hominis.
milia. Et de his oculis intendit Apoſtolus. Nec cordis ſed mentis, in textu eſt.

Verum, quia non vno modo, ſed pluribus, oculi aſsignantur in mente & præſertim fideli, ex-
Intellectus ſpeculatiu' & practicus. cutiendus eſt ſenſus intentus. Nam oculi mentis, aliquandò vterque intellectus ſunt, Practicus,
inquam, & Speculatiuus: Quo pacto (ſi ſumerentur) recipiendum eſſet, iccircò Paulum vtrunq;
illuſtratum requirere: vt tum in Diuinorum contemplatione, tum in exercitio Pietatis chriſtia-
næ, nil amplius deſideraretur in eis. Sed hoc facilè à ſenſu Pauli conuincitur alienum, ſiquis ad-
Prouer. 10. uertit in Sapientiæ ſpiritu, id eſſe contentum. Cum enim Sapientia Spiritus, Viro quoque Pru-
dentia ſit (vt ſcriptura teſtatur) ambigendum non eſt, vtrunque intellectum locupletiſsimè illa
Ethi. 6. abſolui: Quandòquidem, ſicut Sapientia cõtemplatiui potiſsima perfectio eſt, ita & Prudentia,
potiſsima eſt perfectio practici. Aliquandò vero oculi mentis dici poſſunt: & Conſideratio diui
Pſal. 122. B næ miſericordiæ, & Agnitio noſtræ miſeriç, de quibus ſcriptum videtur in Pſal. Ecce ſicut oculi
ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, do-
nec miſereatur noſtri. Quo quidem pacto oculos illuminari, (& ſi res vndique expetenda eſt)
non tamen ab Apoſtolo videtur hoc in loco deſcripta; quemadmodum ex ijs, quibus huius illu-
minationis vſus ſtatim explicatur, facile animaduertere eſt.

Pſal. 24. Ergò tertiò, mentis oculi, erunt oculi fidei: de quibus Dauid in Pſal. Oculi mei ſemper ad do-
Ioan. 14. minum: Quorũ alter diſtingui poſſet, quo reſpicimus Deũ, alter quo reſpicimus CHRISTVM.
Siquidem ſcriptum eſt. Creditis in Deum, & in me credite. Hos itaque Epheſiorum oculos, meo
quidem iudicio, illuminandos petit Apoſtolus: Non eo tãtum lumine, quod lumen dicitur In-
tellectus) Quo ſcilicet quæ fidei ſunt, diuina miſeratione, non tam credimus, quàm miro modo
Eſa. 6. cognoſcimus: imò poſtquàm credimus, maiori luce perfuſi intelligimus ac penetramus: Nam
ſcriptum eſt: Niſi credideritis, non intelligetis) Sed eo quoque, quod lumen Scientia eſt: quod
& præcipuè in præſenti videtur intentum: Quæ quidem Scientia, propria eſt ſanctorũ, hoc eſt, Scientia Sanctorum propria, quę ſit.
Sap. 10. electorum Dei: Et eſt velut arrhabo expectatæ fœlicitatis. Hanc, vt teſtatur Sapiens, accepit Ia-
Matt. 13. C cob: acceperũt & Apoſtoli omnes: quibus datum eſt noſſe myſteria regni Dei, quæ reliquis da-
2. Cor. 4. ta ſunt in parabolis. Hanc, cum Deus, qui de tenebris lumen dixit ſplendeſcere, effundit in cor-
1. Ioan. 3. & 4. & 5. dibus noſtris, ſcimus non ſolum (vt Euangeliſta dicit) ꝙ Dei filius venit in mundum vt redi me-
ret nos: ſcimus ꝙ venit vt ſolueret opera Sathanę: ſcimus quod nati ſumus ex Deo, & ꝙ cum ap-
Epheſ. 3. paruerit, ſimiles ei erimus: Sed etiam (vt Apoſtolus ait) ſcimus ſupereminentem ſcientiæ, in nos
1. Petr. 1. charitatem CHRISTI: & (vt inquit Petrus) quòd non corruptibilibus auro & argento redempti
ſumus, ſed precioſo ſanguine agni immaculati & antè ſęcula prædefiniti. In ſumma, ſcimus ea
omnia ſacramẽta, quę à Deo pro noſtra ſalute, donata ſunt nobis, de quibus immediate ſubiũgit.

Vt ſciatis quæ ſit Spes vocationis eius. ſcire (ſine controuerſia) eſt clarè, diſtinctè, reſolute, & ad
1. Poſt. plenam vſque quietem, rem agnoſcere. Et licet, non pauca ſint myſteria chriſtianę fidei, de qui- Scire proprie quid ſit.
bus, hac ſcientia, Sancti dum hic degunt, non raro redditi ſunt certiores, omnia tamen, quæ illo-
rum profectui potiſsimùm opportuna ſunt, ſub tribus claſsibus à Paulo, hic videntur incluſa. Et
prima eſt in præmiſsis verbis.

Quo in loco conſiderandum, ꝙ etſi vocatio Dei ſæpe fit per verbi miniſtros: quia tamen, niſi
Deus internam vocem, illorum vocationi ſubiunxerit, aut intrà illam, vel ſub illa contexerit, va
D na miniſtrorum vocatio eſt: ideò & Deo, optimo quidem iure eſt attributa. Et licet nulla voca-
tio Dei ſit fruſtra, in illis tamen eſt potiſsimùm efficax, quibus audiendi conceſſę ſunt aures: hoc
Luc. 8. eſt, qui à matris vtero ſunt ſelecti, qui & oues ſunt quæ vocem eius audiunt. Et præſertim cum vo
Eccle. 1. cantur vocatione, quæ iuxtà propoſitum Dei eſt: qua quos prædeſtinauit, vocauit. Et primùm
Galat. 1. quidem ante tempora ſęcularia, in mente ſua: & demùm opportuno in tempore (qui omnia in
Ioan. 10. Rom. 9. numero pondere & menſura diſtribuit) cum æternam illam vocationem, executioni commiſit:
& 8. & ſua ac CHRISTI gratia & fauore, efficacem in electorum cordibus fecit. Qua, accedente fi-
2. Thim. 1. Sap. 12. de & alijs eorum iuſtificationi neceſſarijs, iuſtificati ſunt: & in ſpe ſaltèm, glorificati, primitijs
promiſſæ fœlicitatis acceptis.

Ergò petit Apoſtolus, vt donentur Epheſij ſcientia peculiari Sanctis in præſenti ſęculo, vt effi
caciter poſsint, nõ quidem opinari vel credere, ſed ſcire, ſed clarè, diſtinctè, reſolute, & ad quie-
tem

tem vſque peſpicere ac pernoſcere; quæ ſit Spes, ad quam à Deo infallibili vocatione, cuius (vt alibi ſcriptum eſt) nunquàm eum pœnitet, euocati ſunt: In qua quidem Spe, non ſolùm quæ tacta ſunt, ſed alia non pauca comprehenſa ſunt: Omnia tamen pleniſsimè poſsidenda, in regeneratione & gloria filiorum Dei. Modo autem ſperata ſunt, ſed Spe quæ non confundit; quia fidelis eſt Deus; quia eius charitas effuſa eſt in cordibus noſtris, quia iam filij Dei ſumus. Et ſi nondùm apparet quod erimus, pignus tamen expectatæ hæreditatis accepimus, in redemptionem acquiſitionis. Ergò, etſi quod non videmus ſperamus, hoc tamen de quo loquutus eſt Paulus, tam ſingulari beneficio (ſine quo nemo nouit, quæ Deum diligentibus præparata ſunt) adeò, quæ ſperantur, ab his quorum illuminati ſunt oculi, ſunt perſpecta, ita percognita, vt illa (vt ſic dicam) manibus palpent & attrectent.

E — Roma. 11. — Rom. 5. 1. Ioan. 3. Ephe. 1. — Roma. 8. 1. Cor. 12.

Sáctorũ ſpes non confundit. Et quare.

Et quæ diuitiæ gloriæ, hæreditatis eius, in Sanctis. Et ſi, ſub ſpe vocationis Dei, expectatæ fœlicitatis, plurima ſunt contenta; quia tamen mirum in modum excedunt, quæ poſsidebimus, quæ modo ſperamus, quippe quæ longo tranſcendunt interuallo omnem captum humanum, & ſuperãt omne munus conceſſum in præſenti peregrinatione: quandòquidem nullius mortalium oculis, datum eſt, ea plenitudine poſſe videre, vel auribus tam exactè percipere, vel corde tam alte cogitare; quàm ingentes delitias, quàm delicioſas vbertates, quam vberrimas cornucopias hæreditabunt Sancti: cum obruti erunt omni ſpirituali benedictione in ſupercœleſtibus, in CHRISTO & per CHRISTVM & cum CHRISTO, à Deo & Patre: manſuri ſemper cum eo, qui omnia erit in omnibus) Iccirco, viſum fuit Apoſtolo, tam ingentes plenitudines & ſupereffluentias incogitabiles (quas, vt in ſeipſis ſunt, cuiuſuis munerum beneficio, dum hic agimus, comprehendere eſt impoſsibile) hac veluti ſecunda claſſe, diuinarum gloriæ hæreditatis: vtcunque, circum loquendo complecti: atq; vt Epheſij, eodem ſcientiæ lumine roborati earum, quãtum, nobis ſas eſt, fierent notitia locúpletes, paribus precibus flagitare: quatenus, etſi rerum præſtantiam, amplitudinem, copiam, ponderare non poſſunt; illarum tamen imméſum exceſſum, ſuprà id quod cogitando conſequimur (in quouis Speratorum ſit genere) non priuentur aduertere: Imò, diuina gratia ſuffragante, his tribuatur clarè, diſtinctè & reſolute percipere & agnoſcere.

Eſa. 64. — F — 1. Cor. 15.

Præſtat ſcire Sanctos, expectatam fœlicitatem, omnẽ ſcientiam noſtram excedere.

Et quæ ſit ſupereminens magnitudo, virtutis eius, in nos, qui credimus: ſecundum operationem potentiæ, virtutis eius, quam operatus eſt in CHRISTO, *reſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexterã ſuam in cœleſtibus: ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomẽ, quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro: Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius.* G

Sacramentũ reſurrectionis Chriſti, & noſtri, nõ immerito inculcaſ Electis.

Quanti pendendum, ſit myſterium reſurrectionis, tum CHRISTI, tùm membrorum eius cum eo; quod in nobis nunc in regeneratione animæ inchoatur, & tandem in regeneratione corporis abſoluetur; & CHRISTVS oſtendit, qui cum ſurrexiſſet à mortuis, & plurium Sáctorum corpora ſurrexiſſent cum eo, exhibuit ſemetipſum viuum, non tã ſuis Apoſtolis, ſed & multis alijs fratribus, per dies quadraginta: tùm frequenter in multis argumentis apparens; tùm nonnunquàm cum illis edens & bibens: vt nullum relinqueret hæſitationi locum: Et nõ ratò Apoſtolus vrget, & maximè Corinthiorum decimoquinto. Vbi nõ ſolùm de vtraq; validiſsime diſſerit, ſed & in his totum religionis noſtræ cardinem, verſari concludit.

Matt. 27. — Acto. 1. 1. Cor. 15. Ioan. 21. Luc. 24.

Ergò, tum ob cæcitatem carnalis iudicij, quod tantum ſacramentum videre non poteſt; tum ob fundamentum religionis chriſtianæ, quandòquidem ſine ipſo, inanis eſt fides noſtra; nõ mirum, ſi Paulus in eo eſt frequens; non mirum, ſi & hac veluti poſtrema claſſe, id nõ ſolum, Epheſiorum animis reſidere percupiat, ſed & eodem ſcientię Sanctorum lumine, eodem peculiari beneficio Dei, expetat vt clare, diſtinctè ac reſolute pernoſcant.

1. Cor. 15.

Conſiſtit autem Sacramentum hoc, quatenus in præſenti ſciri Apoſtolus cupit, in eo, quòd CHRISTO à mortuis excitato, coexcitata ſunt & eius membra: & CHRISTO in cœlum aſſumpto, & ad Patris dexteram collocato, coaſſumpta ſunt illa & collocata; vt vbi ille eſt, & electi ſint ſecum. Vnde & eamet vis operationis Dei, quæ reſuſcitauit CHRISTVM, reſuſcitauit electos, & ea roboris efficacia, quæ illum conſtituit ſuper omnia ad Dexteram Dei, conſtituit & eos. Tametſi, in CHRISTO hæc ſunt pœnitus executioni tradita, quippe qui, factus eſt primitiæ dormientium, & primogenitus ex mortuis, vt primas in omnibus teneat: in illis autem, adhuc non ſunt prorſus expleta. Et quando, quod ſupereſt, conſummabitur, non alia Dei actione conſummabitur, ſed illamet ad ſupremum effectum perducetur.

H — 1. Cor. 15. Colo. 1.

Et vt rem amplius aſſequamur, reducendũ erit ob oculos, tantũ eſſe glutẽ inter CHRISTVM & membra, eam copulam & metamorphoſim, vt omnia ſint illis communia. Quò plane fit, vt ſi-

cut

Acto. 9. Galat. 1. Ioan. 17. 2. The. 2.

A cut nunc patiente membro, patitur CHRISTVS (Saule Saule quid me perſequeris) Crucifixo membro, crucifigitur CHRISTVS (Antè quorum oculos præſcriptus eſt CHRISTVS, & in vobis crufixus) Clarificato, & glorificato mēbro, clarificatur & glorificatur CHRISTVS, (Et ego clarificatus ſum in eis, Et cum venerit filius hominis glorificari in Sanctis) Ita, & quandò paſſus eſt CHRISTVS, paſſa ſunt eius membra: quandò crucifixus eſt CHRISTVS, crucifixa ſunt eius membra: quando mortuus & reſuſcitatus eſt CHRISTVS mortua, & reſuſcitata ſunt eius membra: Siquidem, cum electi non minus connexi ſint CHRISTO, renati per originem ſpiritus, quàm connectantur Adæ, geniti per originem carnis; neceſſum eſt confiteri, ꝙ ſicut Adamo peccante peccarunt, & eodem per peccatum moriente ſunt mortui; Ita & CHRISTO pro peccatis omnibus paſſo, ac mortuo, omnes cum illo ſint paſſi, & omnes cum illo ſint mortui: & CHRISTO à mortuis reſuſcitato & ad regnum cœleſte reaſſumpto, & illi ſint pariter reſuſcitati & cum illo, ad cœlorum regnum reaſſumpti.

Electi per ſpiritum renati, nō minus cō nexi ſunt Christo, quā per carnē geniti cōnectātur Adamo.

Rom. 5.

Et quanquam ab æterno coram Deo hæc abſolutiſſima ſunt; eo ꝙ, ſicut ab æterno definitum eſt CHRISTVM (tametſi pro omnibus) potiſſimùm tamen pro electis (quorum maximè Saluator eſt) occidendum, reſuſcitandum, ad cælos aſſumendum, & magno cum triumpho ad Patris

B dexteram collocandum: (Vt ipſi prædeſtinatione irreuocabili, in illius membra aſcripti, & ab ipſo perinde ac membra ſuauiſſimè accepti, poſſent, tum ſub precioſiſſima eius morte comprehendi, atque eo pacto, impendio tanti capitis à morte peccatorum abſolui; tum ſub glorioſiſſima eius reſurrectione computari, & ſic glorioſe cum illo reſurgere, aſcendere, & tandem, ad cōſeſſum in dextera Dei Patris admitti) Ita & ab æterno, oculis Diuinæ maieſtatis (quibus nullius diffinitionis exequutio eſt futura, nullius rei expectatur vel deſideratur euentus; ſed illis omnia ſunt vt dicunt, in actu, nihil vnquam non præſens: quippe quorum intuitus eſt æternus, omnia ſimul videns, & ſingula ſine ſucceſſione comprehendens) neceſſe eſt omnia ſimul eſſe completa ſingula conſummata, & penitus abſoluta: Quanquàm & ex certitudine Diuini decreti, quæ nobis ſunt futura, poſſint iudicari præterita, & quæ remanent expectanda in tempore, poſſint enūciari iam facta (Sicut illud Dauidis, iuxtà Paulum, de Apoſtolis, In omnem terram exiuit ſonus eorum; ac propterea, ſine præiudicio veritatis, poſſint omnia membra CHRISTI, ſuo cum capite dici, tùm reſuſcitata, tùm ad Patris dexterā conſtituta: Nihilominus, ſi mens excutiatur Apoſtoli, modò forſan opus non erit iſtis præſidijs; quippè qui de membris CHRISTI, (ſi nō fallor) non loquitur abſolutè, ſed in hac peregrinatione degentibus: & ſatis eius inſtituto videbitᷓ eſſe

Theologi.

Diuinis oculis nulla execution eſt futura.

Pſal. 17. Rom. 10.

C factum, ſiquis, vt modò hæc ſacramenta contingunt, animaduerterit.

Ergò, cum hoc in exilio, non niſi viua fide, & ſanctarum operationum grauida, inſeramur CHRISTO vt palmites, & colligemur vt membra; neceſſe eſt, vt quantùm huius fidei efficacia, ex CHRISTO capite, nobis haurire fas eſt, tantùm mortis, reſurrectionis, & eius (id genus) aliorum munerum, euadamus participes. Ergò, hauſto, vi præmiſſæ fidei, ſpiritu CHRISTI; non ſolùm (quemadmodum ex baptiſmo licet agnoſcere) illi poſſumus dici commortui, ſed & correſuſcitati. quandòquidem ſpiritu CHRISTI ſuſcepto, neceſſe eſt, vt eo in ſpiritu CHRISTI beneficio ponamur: imo, vt CHRISTVM (quatenus his in tenebris licet) vndique induamus: vt illi in omnibus conformemur: Siquidem quicunque ſumus baptizati, CHRISTVM ſumus induti: & cum in mortem CHRISTI ſimus baptizati, neceſſe eſt vt CHRISTI mortem ſimus induti: & per hoc, vt ſimus CHRISTO commortui. Et quoniam conſepulti ſumus cum illo, per baptiſmum in mortem, non vt maneamus mortui; ſed vt quemadmodū ille ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos per fidem reſurrectionis eius (ſicut alibi euidentius docet) cum eo pariter reſuſcitati; ambulemus in nouitate vitæ, quam ex reſurrectione, aſſequuti ſumus cum illo: Quæ non ſolum arrhabo eſt, & pignus conſummatæ, ac pœnitus abſolutæ reſurrectionis quę ſupereſt:

Quo pacto poſſimus dici in præſenti, cum Chriſto mortui & reſuſcitati.

Ioan. 15. 1. Cor. 12.

Rom. 6.

Gal. 3. Roma. 6. Ibidem.

Colo. 2.

1. Ioan. 3.

D ſed & ſemen, quod (præter id, quòd dum in electis manet, non peccant) nunc illām, vi ac poteſtate (ſicut & ſemini proprium eſt) modò quopiam continet: & tandem, diuinæ operationis virtute, in poſtremam regenerationem prorumpens, ac veluti quodam pacto ſuccreſcens, complementum: reſurrectionis afferet: morte & omni corruptione, in victoria prorſus abſorptis, & extinctis.

Ergò participio ſpiritus CHRISTI, ita in baptiſmo mortem eius induimus; vt non ſolum illi ſit ſententiæ ſatisfactum, qua neceſſarium erat pro peccato affici cruciatibus mortis, & perpetui dolores inferni (quandòquidem ſicut hæc, peccante Adamo, & ob id compeccantibus & nobis, vtpote eius membris in eo, ipſo iure incurrimus: ita & illa, in CHRISTO patiente, quem circūdederunt gemitus mortis, & dolores inferni (hoc eſt, ſcripturæ tropo, extremi & ſupra quàm cō-

Pſal. 21. &. 14 Ionæ. 2.

cipi

E

çipi poteſt, maximi cruciatus) compatientes, vt pote & illius membra, in illo non minori iure perſoluimus)Sed longè ac mirum in modum exceſſum: cum & mors ipſa, ſit interfecta, peccatum ſublatum, & illius regnum extinctum: Siquidem exploratiſsimum eſt, mortem CHRISTI tantæ extitiſſe virtutis, vt non ſolum mortem, morti addixerit, ſed penitus interemerit. Nec tãtum ſibi (Qui reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur) ſed non paucis ex ſuis membris: Illis, inquam qui ſurrexerunt (& vt creditur) ad mortem non redierunt, cum eo: Imò, & omnibus ſuis membris, tametſi mortis interfectio, dum hic ſunt, ad omnia non ſit prorſus extenſa; & ab his quæ capiti iuncta ſunt, & viuunt & potiuntur ſpiritu eius ſub eo in ſpiritu, & ob id veluti ſeminario quodam, ſit participata, & in regeneratione, quandò mortale induet immortalitatem, per eundem ſpiritum, ad carnem extendenda, & per hoc funditus participanda. Sicut enim, cũ nouiſsime inimica deſtruenda eſt mors, non alia vi q̃ mortis CHRISTI, deſtruenda eſt: ita & cum carni mortis deſtructio applicabitur, non alia virtute, quàm participati ſpiritus applicabitur: Imò & ex illo, non ſecus, ac velut ex ſemine, progredietur.

Roma. 6. — Matth. 27. — 1 Cor. 15. — Ibidem.

Mors & peccatũ quo pacto Christi morte, ſint interfecta.

Et quoniam mors per peccatum, eſt introducta, & peccato vti ſtipendium aſsignata: vt certiores ſimus; illam amplius non redituram; eiuſdem efficacia mortis, peccatum fuit extinctum: Nec ſolum in CHRISTO, qui voluntariè in ſe peccata noſtra receperat (Siquidem ꝙ mortuus eſt peccato, plane extinguendo, mortuus eſt ſemel) Sed & in membris, cum & illa & crucifixa & mortua cum illo ſint in baptiſmo: Tametſi & illius extinctione, penitus non potiantur communi lege, niſi in reſurrectione à mortuis: Quare hac in peregrinatione, palàm quòd ad exercitium huius peregrinationis, corporis mors (ſi mors tamen & non ſomnus potius, aut à laboribus requies eſt appellanda) nobis derelicta eſt: Et præter mortem, complures eius imagines; quales ſunt frequentes huius vitæ miſeriæ, afflictiones, anguſtiæ, vt vitam hanc facilius contemnentes, ad futuram ardentius æſtuemus. Relictæ ſunt & non rarò, peccatorum reliquię Relictus eſt & primæ tranſgreſsionis fomes: non quidem vt rurſum hæc dominentur in nobis, ſed vt habentes negotium continuum cum peccato, in illud in dies amplius ſęuiamus: Illudque, inquantùm poſsibile eſt, eradicare tentemus.

Rom. 5. & 6. — F — Heb. 10. — Ioan. 11. — 1. The. 4.

Verum quod reſurrectionem attinet, etſi illa non dum in CHRISTO perfruimur, quæ abſcondita eſt cum illo in Deo; nihilominus, eam quæ in nobis, hoc in ſtatu relucet, deprehendere haud difficile eſt: Quandoquidem, ea eſt nouitas ſpiritus, quam impartitione CHRISTI ſumus adepti; & ille profectus in nouitate vitæ operibus charitatis, & æmulatione vitæ quæ ſupereſt in cœleſtibus; quem, diuino interueniente fauore, ambulando non ſecundum carnem, ſed ſpiritũ, ſuperlucrari conamur, vt in dies ſanctiores facti, & cęleſtibus ciuibus magis perſimiles; tam & ſi, non valemus pertingere ad plenam reſurrectionem ex mortuis, ad illam non deſiſtamus contendere; vt tandem exemplo Apoſtoli, periculum faciamus, ſi quo modo inſequendo detur diuina miſeratione, comprehendere, in quo ſumus à CHRISTO comprehenſi, obliuiſcentes quæ à tergo ſunt, & ad ea quæ à fronte ſunt, fide, & operibus bonis extendentes nos ad deſtinatũ brauium; & ad palmam ſupernę vocationis in CHRISTO IESV: Certiores facti, ꝙ etſi in capite iã triumphauimus, profligata morte, peccato confoſſo, & in profundo mari ſepulto; expoliatis tartaris, & in vincula principibus huius mundi coniectis; nihil eſt hac in peregrinatione incommodi, nihil pugnæ, nihil miſeriarum & aduerſitatum; quod leue non ſit & momentaneum, nobiſq; facile & tolerari, & expugnari non poſsit.

Col. 3. — Roma. 8. — G — Phil. 3. — Ibidem. — Mic. 7. — 2 Cor. 4.

Reſurrectio, qua in præſenti fruimur, in qui bus conſiſtit.

Electis omnes afflictiones leues.

Sed ad textum regredior. In quo Primum petit Apoſtolus, vt ſciant Epheſij, quam ingens, quam excellens ſit potentia Dei, Domini noſtri in nos, planè Electos, qui credimus. Nam licet Deus, Domini noſtri, in rem omnem mirè ſit potens: ſatis tamen eſt Paulo, ſi ſciant & trectent, quàm potens ſit in electos, qui fidem ſeruant, qua vti membra colligati ſunt CHRISTO. Nec requirit, vt ſciant & trectent, quam ſit ingens & potens in eos, ſecundùm quamlibet operationum eius, ſed ſufficit ei, ſi ſciant & trectẽt, q̃ ſit ingens & potens, ſecundum illã, vnicã ac ſingularem, quam eſt operatus in CHRISTO, reſuſcitando illum à mortuis, & conſtituendo ad dexterã ſuam in cœleſtibus: ſuper omnem Principatum, Poteſtatem, Virtutem, & Dominationem & omne nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiã in futuro; & demùm ꝙ omnia ſubiecit ſub pedibus eius: Vt & hoc pacto, etiam ſciant & trectent, credentes, eàmet operatione, perindè ac membra CHRISTI, ſimul ſeſe reſuſcitatos, & ad Dei dexteram conſtitutos cum eo ſuper omnem Principatum, Poteſtatem, Virtutẽ & Dominationẽ: & omne nomẽ, quod nominatur non ſolũ in hoc ſęculo, ſed in futuro: & tandẽ, omnia quoq; ſubiecta eſſe ſub pedibus ſuis.

H

Et quanquàm in conſeſſu ad dexteram Dei, Nemo nõ intelligit: tum perpetuam maximamq; fœlicitatem

A fœlicitatem CHRISTI & membrorum eius in eo, tum ſupremum illius Regnum: Imperium, & Poteſtatem, quorũ in ipſo, electi ſunt facti participes (quandoquidem. ſicut in Dextera Dei diuitiæ ſunt & gloria, ita in eadem ſunt virtutes, imperia & poteſtates) in exceſſu tamen, & exaltatione ſuper Principatus, poteſtates, Virtutes, & Dominationes; ſententia varia eſt. Sunt qui hæc ad malos ſpiritus referunt, de quibus eſt Illud Apoſtoli. Expoliatos Principatus & Poteſtates, oſtentauit palàm, triumphans de illis. Et alibi. Certus ſum enim, quòd neque Principatus, neque Virtutes, poterunt nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in CHRISTO IESV. Alij, ad omnem Principatum, Poteſtatem, Virtutem, & Dominationem extendunt, vt planè comprehendatur quod ſubdit. Et omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſęculo, ſed in futuro. Et his potius ſubſcribendum cenſeo; Siquidem non ſolum, non magna foret exaltatio CHRISTI, ſi celſior eſſet Poteſtatibus, & Virtutibus malis; ſed nec electorum eius, quibus, etiã in hac peregrinatione, conceſſum eſt nedum contrà hæc præualere, ſed omnem potentiam, ac robur Sathanæ conculcare, & omnes ipſius vires conterere. Et (meo quidem iudicio) aliò non tendit Apoſtolus, niſi vt oſtendat, tàm præcelſum Imperium & Principatum CHRISTI, & membrorum ſuorum in eo, vt longè ſuperet omnem Principatum, Virtutem, Poteſtatem, & B Dominationem; & omnem (quouis titulo cenſeatur) Dignitatem, Præſtantiam, Celſitudinem: non ſolum, quæ modò exiſtit in ordine Vniuerſi, ſed & quæ pertinere poſſet iuxtà ordinem Vniuerſi futuri.

Confeſſus Chriſti & mẽbrorum eius ad dexteram Dei: quid ſit

Colo. 2.
Roma. 8.
Luc. 10.

Verùm ſi placet cum alijs, non ad malos, ſed ad bonos Spiritus ea verba reſtringi; atque his ordinibus expreſsis, alios Angelorum ordines non excludis; nullo modo refragor. Nec horreo CHRISTI membra, ſupra omnes Angelos eſſe aſſumpta; cum non Angeli ſint apprehenſi, ſed ſemen Abrahæ, vt ſcripſit Apoſtolus, Omneſq́; ſint adminiſtratorij ſpiritus, miſsi continue propter eos qui capiunt hæreditatem ſalutis Sed ſi Angeli ſunt nobiſcum in CHRISTO concorpores (vt mihi rectè intellectum non diſſonat) erunt planè vti membra, CHRISTI Poteſtatum & omnium eius Exaltationum participes: Nec proprerea prohibebimur, cum CHRISTO ſuprà Principatus, Poteſtates & id genus reliqua (quæ modò nominari poſſunt in hoc ſæculo, & quæ nominanda relinquimus in futuro) euehi & conſtitui, Quandoquidem & ſi Angeli, ea in celſitudine qua nobiſcum, debent in CHRISTO illius Principatu, Poteſtate; & omnis generis Prælatione potiri (quoniam illi data eſt poteſtas omnis in cœlo & in terra) non erũt inferiores nobis, qui cum illo ad dexteram Patris ſumus aſſumpti: Sunt tamen nobis multò inferiores, in C Poteſtatibus, Principatibus & alijs quibuſcunque. Adminiſtrationum generibus, quæ diuina diſpoſitione acceperunt ad regimen huius mundi; quibus tamen ſunt euacuandi, quando abſoluta periodo præſentis exilij: omnibuſque prorſus ſub illius pedibus conſternatis: omnia tradentur Deo & Patri; regenda tamen (ſi non fallor) & conſeruanda per CHRISTVM, & in CHRISTO, replente omnia ſua membra, & repleto omnibus ſuis membris. Cui ſempiternus honor. Amen.

Hebr. 2. & 1.
Matt. vlt.
1. Cor. 15.

Angeli quomodo inferiores electis & concorpores cum illis in Chriſto.

Et ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Non ſolùm CHRISTVS, illa præpotenti ac præcellenti operatione Dei, vnà cum membris eſt excitatus à mortuis, & ad Patris dexteram ſimul conſtitutus cum eis, ſuprà omne nomen quod nominari poſsit, & omnia eius pedibus ac membrorum ſuorum, ſunt facta ſubiecta: ſed etiam datus eſt caput ſuper omnem eccleſiam, ſiue (ſi Græcè mauis) ſuper omnia ipſi eccleſiæ: Quod non minus Apoſtolus ab Epheſijs ſciri deſiderat, non eam tantum ob rationem, quòd non mediocriter illuſtrat quod dixerat, CHRISTVM ſcilicet, cum membris ſuper omnia collocatum; Attendentibus ex his, in illa communi amborum exaltatione, D conſeſſu, præcellentia, nonnullum inſinuari diſcrimen: Quandòquidem (præter id quod facile ſubintelligi poterat, CHRISTVM ita exaltatum ſuper omnia, vt poſſet non rapinam arbitrari eſſe ſe æqualem Deo: ita omnia eius ſub pedibus eſſe ſubiecta, vt ſolùm excluſus ſit, qui illi ſubdidit omnia: electos verò ita exaltatos, vt ad æqualitatem Dei non poſsint accedere, ita ſuper omnia conſtitutos, vt non ſolum Deo ſint ſubditi, ſed capiti ſuo CHRISTO) nemo eſt, qui non videat quantum refert, aliqua in ſublimitate ac prælatione, haberi vt caput & haberi vt membrum: Sed ob eam potius, ꝗ & magnum aliud ſacramentũ, illis verbis detegitur, quod pręſtat ab electis agnoſci.

ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ.
Phil. 2.
1. Cor. 15.

Exaltari ad dexterã Dei, cõe eſt electis & Chriſto: ſed diuerſimode.

Nam licet, metaphora Capitis, nonnunquam denotetur, Poteſtas, Principatus, Imperium: (Ipſum conteret caput tuum:) Nonnunquam Rex, Princeps, Imperator: (Cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput ſuper Iſrael conſtitui te:) Nonnunquam Maritus, vel

Gene. 3.
1. Reg. 15.

Sponſus;(Nam caput mulieris vir:) Licet ſingula præſenti loco conſentiant (Siquidem penes CHRISTVM, omnis eſt poteſtas Eccleſiæ; quippe qui illam moderatur, & de omnibus ad illam ſpectantibus, vel illi quouis modo conducentibus, tùm pro ſua voluntate, tùm pro ſua ergà nos dilectione, diſponit; illius eſt Rex, Princeps, Imperator; quippè qui eam in regnum accepit; imò in regnum, ex Sathanæ occupatione vindicatam, reſumpſit; illius eſt & Sponſus, illique adeò copulatus, vt verè euaſerint duo in carnem vnam) Nihilominus & illud non minus inſinuare curauit, quòd Eccleſia inquam, non omnis; quoniam non quæ includit electos, & reprobos (Sicut Area frumentum, & ſtipulam: Sagena bonos piſces & malos: Linteum omnis generis quadrupedia: Virgines prudentes & fatuas: & Ager triticum & zizaniam) Sed quæ tantum habet electos; quæ in ouibus & agnis expreſſa, ſingulariter commendata eſt Petro: eſt quam vnice in veram ſponſam accepit, & ab omni macula atque ruga mundatam, ſibi parare curauit: De qua & ſcriptum eſt. Filij ſapientiæ, Eccleſia Iuſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio. Hæc, vere corpus eſt CHRISTI, per quod eius diffunditur ſpiritus; agens, fouens, & replens omnia, ac ſingula ipſius membra. Huius, vere CHRISTVS eſt caput; non ſolùm quia ab illo accipit motum & influxum, ſed quia per illum vnice videt, audit, guſtat, odoratur: Quandòquidem, nihil ſibi dignum eſt viſu, niſi quod CHRISTVS illi videndum oſtendit: Nihil dignum auditu, niſi quod ſibi loquitur CHRISTVS: Nihil dignum guſtu, nihil dignum odoratu, niſi quod odoratur à CHRISTO, & ſuper menſam ſuam guſtandum diſpenſatur ab eo: Quippe quæ certiſsimè eſt facta, quòd ille nihil ſibi opportunum, non videt, nihil neceſſarium illam non docet, nihil odorandum, odorari nō facit, & nihil, quod illi ſit guſtandum, non porrigit.

Christus menuò Eccleſiæ caput.

B Epheſ. 5. | Infra c. 5. | Matt. 3. | Luc. 3. | Mat. 13. | Acto. 10. | Mat. 25. | Mat. 13. | Ioan. 20. | Epheſ. 5. | Eccle. 3. | F | Luc. 22. | 1. Cor. 11.

Nec modò, Eccleſia ita ſumpta, eſt CHRISTI corpus; ſed tale corpus, quod CHRISTI eſt plenitudo. Siquidem non eſt corpus CHRISTI fictitium, non monſtruoſum; ſed ad eius pertinens integritatem, & neceſſarium ad illius conſummationem. Nam licet CHRISTO (vt non ſemel oſtendimus) in ſuo naturali corpore, ex nobis nihil accedat; CHRISTO tamen in ſuo corpore myſtico, electi ſunt neceſſarij: quippe qui ſine illis eſt mancus & integritate debita deſtitutus. Ergò Eccleſia, tam etſi, & eſt & viuit & mouetur in CHRISTO; tam etſi, quicquid integritatis, perfectionis, & plenitudinis obtinet, totum habet ex redundantia integritatis, perfectionis, & plenitudinis CHRISTI; illius tamen & commoda & neceſſaria integritas, perfectio & conſummatio eſt.

Quę Eccleſia vere plenitudo eſt Chriſti: & qua ratione.

Acto. 17.

Et licet, quò textum attinet, duobus poſsit modis exponi; eò quòd dictio interpretata, Repletur, (vtpote Græcis verbum commune;) non minus commodè actiue interpretari poteſt: vnus tamen ſemper eſt ſenſus: propterea quòd, & CHRISTVS, qui omnia eſt in omnibus, etiam in illis adimpletio & integritas eſt (aliàs membra non repleret omnibus donis) Repletur & in ſe per corpus eccleſiæ: Nimirum quæ non ſolùm, os eſt de oſsibus ſuis & caro de carne ſua; ſed & membrum eius de membro. Ergò Eccleſia plenitudo eſt CHRISTI, cum ſit eius corpus & membra: Et CHRISTVS plenitudo Eccleſiæ, cum illam in omnibus gratijs, muneribus, beneficijs, non ſecus ac ſuum corpus, & membra mirum in modum impleat; vt verè gloriari poſsit; Dilectus meus mihi, & Ego illi: & Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.

G | Ephe. 5. | 1. Cor. 12. | Can. 27.

Et quanquàm præſenti Apoſtoli inſtituto, Eccleſiam ſic accepiſſe conueniat; propter hæreticos tamen diſsimulandum non eſt, etiam apud eundem, nonnunquàm, Typo magnæ domus, eſſe deſcriptam, in qua vaſa ſunt nedum aurea & argentea, ſed lignea & teſtacea; imò & quædam in honorem & quædam in contumeliam: Quemadmodum & apud principem Apoſtolorum Petrum, Typo arcæ Noe, in qua erant animalia munda & immunda: Idque non immeritò: quandoquidem, cum ſolus Deus noſcat qui ſunt eius, quemadmodum & numerum, & nomina ſtellarum cœli; impoſsibile eſſet, Eccleſiam nos agnoſcere ad electos dumtaxat reſtrictam; & ob id & impoſsibile eſſet illam audire: Et tamen ſcriptum eſt, quòd ſi quis illam non audit, ethnicus habeatur & publicanus: Qua de re optimè edocti ſumus à Patribus, quòd etſi prædilecta ac CHRISTO vnicè chara, electorum Eccleſia eſt: quia tamen nobis in hac vita electi ſunt abſconditi, & (velut triticum cum ſtipulis) ſunt cum præſcitis permixti: neceſſarium eſt (Deo ita bene diſponente vſque ad conſummationem ſæculi) vt Eccleſia, quam debemus conſulere, cui obtemperare, & eius ſanctionibus conſtantiſsimè adhærere; & bonos, & malos contineat: In qua & Præter Paſtorem & Pontificem inuiſibilem CHRISTVM) Diuina diſpoſitione, & authoritate, ſunt alij Pontifices, & Paſtores viſibiles,

2. Thi. 2. | 1. Petr. 4. | H | 2. Thi. 2. | Pſal. 146. | Matt. 18. | Matt. 3. | Luc. 3.

Eccleſia quã debemus cõſulere bonos habet & malos.

A viſibiles, penes quos ſint claues Regni cœleſtis,& quibus, vti præcipua eius parte (cum fuerint
legitimè congregati) tota,& repræſentetur,& contineatur Eccleſia: Quemadmodum & indu-
bie creditum ſemper eſt, contigiſſe in quouis Concilio generali ritè collecto; hoc eſt, Summi
Pontificis authoritate, euocato ac congregato: Cui, in perſona Principis Apoſtolorum Petri,
Ioan. 10. Concil. flo-rent. cura demandata eſt regendi, moderandi, paſcendi, oues totius mundi, & inſigniter cœlorum
Claues collatæ: vt verè nemini fidelium liceat dubitare, penes illum,& ſupremam & omnem re-
ſidere poteſtatem eccleſiæ Dei; qua non ſolum poſsit, quicquid ad ædificationem eccleſię facere
iudicauerit,& animarum ſaluti conducere animaduerterit, executioni committere, ſed & ſingu- Summa poteſtas i Romano Pontifice.
la Eccleſiæ membra, certis muneribus diſtribuere, poteſtatem communicare, & nō ſecus ac Ca-
put, de quibuſcunque membris, diſponere.

Et licet Paſtores eccleſiæ deceat inculpatiſsima vita: licet neceſſaria illis ſint viſcera dilectio-
Ioan. 10. nis, vt euadant condemnationem Dei; licet deteſtabile ſit Paſtores onera ouibus alligare, quæ
Matt. 23. vel digito illi mouere non curant; Non tamen, ideò deſtituti ſunt propria authoritate; vel pri-
uati paſtorali officio & honore: quandoquidem etſi, exacta eſt charitas à Petro (ſi diligis me,
Ioan. 21. paſce oues meas:) claues tamen perſonæ & non charitati ſunt datæ: Quemadmodum & perſonæ
Matt. 16. B (tibi, inquit, dabo,& non charitati) ſunt claues promiſſæ. Et licet, ſicut ſuper cathedram Moyſi
Matth. 23. ſederunt aliquandò Scribe ac Phariſæi; ita, permittente Deo, poſſent ſuper cathedram Petri,
noſtra ob demerita; mali reſidere Pontifices; ſicut tamen, quæ ſuper cathedram Moyſi trade-
bantur, non ſecus ac à Moſe profecta, erant recipienda & velut ſacroſancta ſeruanda, tametſi
Scribarum & Phariſęorum abominationes erant penitus deteſtandæ; Ita & quæ ſuper cathe-
dram Petri traderentur ab ijs, qui non imitarentur Petrum, eſſent amplectenda, & velut à Pe- Quæ traduntur a ſummo Pontifice nō ſecus ſunt accipiēda ac ſi traderentur à Petro.
tro profecta exoſculanda, & pro viribus adimplenda; tam etſi eorum mores declinandi ac peni-
tùs fugiēdi. Nec alienum eſt a veritate, aut Patrum ſacroſancta doctrina, eccleſiam bonos inclu-
dentem ac malos (quemadmodum dicitur Sancta, quia ſaltem baptiſmo ſacroſancto abluta) di-
Oſe. 2. ci & IESV CHRISTI Sponſam, quia in fide, quæ Deo deſponſat, inſtructa. Verùm de hac re
inferius fortè diffuſius.

Et nos &c. Denique & hoc ponderandum petit Epheſijs: quòd ipſi omnibus beneficijs CAP. II.
prorſus indigni (quippe qui non ſolùm fuerant ſine lege, ſine ſpe, ſine promiſsione; ſed idolola-
træ, ſine Deo, ſine CHRISTO) non minus, cæteris cum electis conreſuſcitati ſunt CHRISTO,
C & ad Patris dexteram aſſumpti cum eo: quandoquidem, ſicut id multum fauet propriæ abie-
ctioni, ita non mediocriter illuſtrat beneficium Dei: In quorum perſuaſione (vtpote Chriſtianæ
pietatis non leuibus fundamentis) Paulus nunquàm eſt non ardens, nunquàm non ſolicitus.
Verùm non ignarus, quàm poſsit (præſertim inſufflante Sathana) etiam in renatis, amor pro-
priæ excellentiæ,& quàm rarū ſit, ſuis refricatis plagis, æquo animo tolerare; & his maximè qui
ſunt imbecilles, quorum ſemper maior eſt multitudo: ita hac in re ſermonem attemperat, vt ex-
probrationem nec quidem leuiter ſuſpicari,& inſtructionem ac viſcera charitatis, quibus vndi-
que ſcatet, poſsint amplecti & ſingula frugi conſulere.

Et nos. Accuſatiui eſt caſus;& ſubauditur, Conreſuſcitauit & ad Patris dexteram CHRISTO
conſedere fecit. Et ſermo mutilus, vim & emphaſim habet: & perinde eſt ac ſi diceret. Profe-
cto magnum fuit Semen Abrahæ, qui Pater eſt fidei, & cui factæ ſunt repromiſsiones, eſſe reſu-
ſcitatum & ad Patris conſeſſum, aſſumptum cum CHRISTO: Sed longe maius eſt cum illo eſſe
reſuſcitatas, & aſſumptas Gentes: & (vt de vobis loquar) Vos ipſos appello. Ipſi iudicate, quanti
pendendum fuerit hoc beneficium: Et maxime, quòd reſuſcitati & aſſumpti tùm eſtis à Deo
cum CHRISTO, cum maxime execrandi eratis ab eis. *Quoniam cum eſſetis mortui*: Non qui- Nihil deploratius animę morte.
D dem corpore, quod non adeò magnifacerem, ſed anima; qua morte nihil execrabilius, ni-
hil deploratius eſt.

Et licet nō ibo inficias, omnem animam eſſe mortuam, quæ quouis pacto eſt ſine CHRISTO,
Ioan. 14. qui veritas eſt & vita: Omnem execrādam, quæ quouis modo eſt ſine Deo, per quem omnia vi-
Mat. 24. uunt,& ſine quo omnia pereunt; nec Deus, Deus eſt mortuorum, ſed viuētium: Nihilominus ea
Mat. 12. animæ mors maxime eſt execranda, maxime deploranda, quæ ſic eſt ſine CHRISTO, ſic ſine
Deo, quòd non ſolùm illos nō habet propitios, ſed habet iratos,& iure optimo ſeueriſsimos vin-
dices; quam nemo quidem incurrit ſine culpa: nemo ſine crimine, ac læſione diuinæ maieſtatis.
Qua de re immediate ſubiungit.

Delictis & peccatis. Licet eſſetis mortui peccato Primi parentis (qui ſicut peccatum, ita &
Rom. 5. mortem, hunc in mundum inuexit; quæ omnes inuaſit, in quo,& omnes peccauerunt) nihilò-

I ij minus,

Diſcrimẽ inter delictũ & peccatum.

minus delictis & peccatis ſuperadiectis, mortem morti cumulaſtis. Siquidem Delicta (quibus E
omittimus, quæ debemus facere) & Peccata (quibus facimus quæ debemus omittere) cum con-
ſummata fuerint generant mortem. Nec adiecistis modo peccato Primi parentis; in quo & Iaco 1.
nati & concepti eſtis; delicta & peccata, ſed & *In illis ambulaſtis* cum exhibentes membra ve- Pſal. 50.
ſtra, arma iniquitatis peccato, & copulantes delictum delicto, proficiſcebamini; imò præci- Rom. 6.
pitabamini in omne crimen, in dies fructificando morti & locupletãdo ſatellites eius, horribiles Ibidem.
(inquam) cæcitates, intollerabiles confuſiones, extremas miſerias & perpetuas calamitates.

Secundum ſæculum mundi huius. Obſerua Dexteritatem Apoſtoli: qui licet rem exaggeran-
do procedat, rem tamen agit verbis adeò circumſpectis; vt vulnus nedum non exaſperetur, ſed

Ambulare ſecũdum ſęculum quid ſit.

leniatur. Nam etſi Ambulare in delictis & peccatis, iuxtà ſæculum, hoc eſt, iuxtà curſum &
progreſſum huius mundi, hoc eſt, infidelium & peccatorum (Qui ille ſunt mundus, qui to- 1. Ioan. 2.
tus in maligno poſitus eſt, in quo nunquàm non abundant, concupiſcentia carnis, concupiſcẽ-
tia oculorum & ſuperbia vitæ: Mundus, qui Deum non cognouit; qui CHRISTVM odio ha- Ioan. 1.
buit & ſemper illius membra perſequitur: Denique mundus qui tranſit, & cuius figura ſæ- & 15.
pe nos decipit) Ambulare eſt in diebus malis: Ambulare eſt inquiete, & per vias diffici- 1. Ioan. 2.
les: Ambulare eſt cum his, quorum pedes feſtinant vt effundant ſanguinem & properant in F 2. Cor. 7.
perditionem; imò eſt in quoduis facinus dari præcipitem & in omni genere flagitiorum de- Ephe. 5.
mergi: Nihilominus exiſtentibus adhuc in mundo (ſicut erant Epheſij antequàm eligeren- 2. Theſ. 3.
tur de mundo, & ſuſcitarentur & aſſumerentur cum CHRISTO) nonnullus videtur ha- Sap. 5.
beri prætextus, nonnulla (vel vt minus imputentur) excuſatio; ſi cum labente ſunt lapſi: ſi à Prouer. 1.
compellentibus ſunt compulſi ad progrediendum cum impijs & peccatoribus, in omnibus
delictis & peccatis.

Secundum Principem poteſtatis, aeris huius ſpiritus. His pariter deprimit & excuſat. Deprimit,
quoniam ſicut operari, quod ſuapte natura bonum eſt, non ſolùm ex conſilio proprio, ſed
(& magis) ex conſilio Dei; ipſo potiſsimum aſpirante, fauente, perficiente, locupletante, eſt
opus reddere longe præclarius, vberius, excellentius; Ita operari, quod malum, ex ſeipſo eſt,
non ſòlùm motu proprio, ſed (& magis) inſtigatione Sathanæ, illo maxime ſuggerente, impel-
lente, cooperante & coexequente (quod eſt potiſsimum ambulare, ſecundum Principem po-
teſtatis, aeris ſpiritus) eſt opus reddere peſtilentius, execrabilius, ac longe deploratius. Excu-
ſat, quoniam ſicut exiſtentes in mundo, nonnullam videntur excuſationem poſſe prætendere, G
ſi cum peruerſo ſunt facti peruerſi; Ita, & exiſtentes ſub Principe poteſtatis Sathana, ad aliquam Pſal. 17.
excuſationem videntur poſſe admitti, ſi illo præcipiente (ad cuius volũtatem tenentur captiui)
lapſi ſunt & præcipitati. 2. Thi. 2.

Dicitur autem Sathanas princeps; tùm quia in ſibi ſubditos eſt Tyrannus, illoſque ſua pro
voluntate diuexat; tum quia tàm ardenti tenetur principandi libidine, vt nunquàm ad prin-
patum non aſpiret: Imò tantæ eſt inſaniæ & frontis euſque perfrictæ, vt omni principatu de-
ſtitutus, & in miſeram captiuitatem coniectus, ſe Principem iactet, & quæ Principatus ſunt, am-
pudenter inaniterque præſumat. Siquidem CHRISTO moriente, contritũ eſt eius caput, & Geneſ. 3.
ipſe foràs eſt à Principatu deiectus: CHRISTO deſcendente, Tartarus eſt ſpoliatus, & arma & Ioan. 12.
trophęa, quibus confidebat, ſunt direpta: CHRISTO triumphante, Nudus & captiuus palam & 16.
eſt oſtentatus, & reliquis eius membris in exemplum traductus. Luc. 11.
Ibidem.
Colo. 2.

Verùm, cum additur, poteſtatis (Quod hebræorum tropo eſt valdè potens) ſi ad naturam re-

Poteſtas Sathanæ quanta ſit, Et in quos.

fertur, plane potentiſsimus eſt, quandòquidem (Iobbe teſtante) nulla vis, nulla poteſtas eſt, quæ Cap. 41.
illi valeat comparari: Si ad vſum in ſubditos, tanta eſt, vt de illis & in illos, debaccetur vt libet: Si
ad vim in electos, tanta eſt, quanta ſibi permittitur; nec permittitur niſi in illorum frugem. Nã H
licet nunquàm non promptiſsimus ſit, vt electis officiat; licet nunquàm non circumeat, quærẽs
quem deuoret; non tamen Deus ſemper eius libidini fauet, aut quod extorquere nunquàm nõ 1. Pet. 5.
contendit, ſemper indulget.

Aeris autem nomine, & ſi locum (abſque controuerſia) in quo, velut cathenis caliginis, alli-
gatus reſeruatur, extremo tradendus iudicio, & in ignem æternum (qui illi vna cum ſatellitibus
eius & membris, ab initio eſt paratus) præcipitandus, omnes accipiant: Spiritus tamen (quod im
mediate ſubiungitur) varia acceptio eſt. At mihi ſatis arridet, ſi in vi adiectiui ſumatur, ſitque
determinatio aeris præcedentis; vt perinde ſit, ac ſpirati. Quod conſtat non ſolum non diſſona-
rẽ frequentiſsimo tropo Apoſtoli, ſed & veritati maxime conſentire. Nàm, cum eo pacto, aliud
dictu non ſit, quàm aeris commoti ac ventis concitati; liquet quàm veritati teſtetur: Licet enim,

Sathanas,

A Sathanas ſit in aere, non tamen eſt in toto, ſed in illa duntaxat parte, quę turbinibus eſt ſubiecta,
& caligine frequenter inuoluta: quæ & maximam habet intemperiem, eò quod eſt maximè frigi- In qua aeris parte generẽtur niues & tonitrua.
da: vbi & generantur niues, grandines, tonitrua, fulmina, & reliquæ tempeſtates, & agũtur va-
rij ventorum turbioes: vt verè ac meritò, dici poſsit etiam nũc, illum maximè diſcruciari, & cũ
Tartaro tradetur perpetuo, à frigore niuis, ad æſtũ ignis transferri: ſicut & de impijs eius mem-
Cap.24. bris, Iob apertiſsimè docet.

Idem eſt ſenſus, Siquis vi ſubſtantiui relicta, per appoſitionem, aeri adiunctum intelligat: vt
aeris dictum ſit, hoc eſt, ſpiritus vel qui eſt ſpiritus, vt alij etiam animaduertunt. Et poſſunt hęc
eò lubentius recipi, quo pronomen, huius, abundat, tametſi (mea opinione) pronomen nõ offi-
cit, ſi veluti contrahens acceptatur. Imò forſitan quadrat: vt percipiamus, non omnem aerẽ ha-
bere Sathanam, ſed illum qui ſpiritus eſt, hoc eſt, nimboſum, & ventis frequenter impulſum.

Qui nunc operatur, in filijs diffidentiæ. Filios diffidentiæ, ſeu (vt interpretantur alij) contumacię,
Iudęos (vt videtur) appellat. Qui etſi non ſemel ſubſcripſerunt mãſuros ſe, in omnibus illius prę-
Deu.31. ceptis, & mandatis: non ſolum tempore Moyſi, ſed Regum & Prophetarum: nihilominus, notis
Eſa.48. Acto.7. peruicaciæ, obſtinationis, & durę ceruicis, paſsim (nec immerito) ſunt inuſti, & proinde meritiſ-
& alibi. B ſimè inurendi, cum omnia, tum Legis, tum Oraculorum myſteria, poſsint etiam, vel manibus,
contrectare completa, & in CHRISTO conſummata: Et tamẽ eorum plurimi, imò omnes (reli-
quijs quibuſdam exceptis) redditi ſunt magis contumaces, & magis diuinæ voluntati rebelles.
Ioan.6. Et illi maximè, de qua ſcriptum eſt: Hæc eſt autem voluntas Dei, vt credatis in eum, quem ille
miſit: Siquidem, propria iniquitate, oculos occludentes ne viderent opera, quæ nemo alius fe- Volũtas Dei eſt vt credamus in Chriſtum.
Ioan.15. Ioan.7. cit: & aures obturantes ne audirent verba, quæ nunquam ſic loquutus eſt homo: aut ſi quando
(vel inuiti) illorum aliquod viderunt, vel audierunt: illud tamẽ, cum diſsimulantes, tum peruer-
tentes: iuſtiſsimo Dei iudicio ſunt obcæcati, & auribus aggrauati, nequandò (ſi fortè vellent) vi-
Eſa.6. deant oculis, aut auribus audiant, & conuertantur, & ſanentur. Quare, non iniuria, loco Princi-
pis CHRISTI, traditi ſunt Principi Sathanæ: qui ſua pro tyrannide, debaccetur in eos: Sintque
Luc.11. nouiſsima eorum, longè peiora prioribus, quemadmodum Seruator prædixit.

Et quanquàm hæc vera ſunt: quanquam deploratiſsimum eſt genus pertinacium Iudæorum:
Cap.11. nihilominus memor Apoſtolus, illius magni Sacramenti, quod ſcripſerat ad Romanos (Cæci-
tatem ſcilicet, ex parte, contigiſſe in populo Iſrael, donec plenitudo Gentium intret) Aduer-
C bium temporis, intercluſit: vt & hoc pacto, nec penitus deijcerentur Iudæi, nec nimium eleua-
rentur Gentiles, quod & maximè ea in Epiſtola obſeruare curauit. Verùm, ſicui placet hæc ad
omnis generis contumaces extendi, vt nedum percutiantur Iudæi, ſed & Gentes, quæ renuunt
euangelio obedire: & quòd in illos modò dominatur Sathanas, hoc eſt, durante tempore iſtius Sathanas nõ dominatur impijs, niſi tempore huius vitę.
vitæ (quandoquidem, dum vnà cum illo igni tartareo erunt aſtricti, non vltrà in illos Princi-
pem aget: ſed ambos pariter, eadem ſors inuoluet) Non inuitus ſubſcribo, ſed pleois (vt dicunt)
vlnis amplector.

Enarratio tertiæ Portionis Sectionis Supraſcriptæ.

In quibus nos, &c. Quanquàm Apoſtolus, ſermonem (vt dicebatur) attemperat, ne offendan-
tur Epheſij: ſimul tamen non minori ſtudio, ita Diuinæ benedictionis donum, in gratiam reij-
cit, vt meritò nec Græcus, nec Iudæus intumeat. Pergit ergò manifeſtare, etiam electis ex Iudęis
Dei benedictionem obtigiſſe, cum eſſent, non minus quàm gentes, peccatis & delictis præmor-
tui: imò inter filios contumaciæ deputati, & vndique vltioni obnoxij. Et licet aliquid poſsit cõ-
gitari diſcriminis (quandòquidem Iudæorum genus, vti à Deo Gentibus prædilectũ, illum po-
D tuit magis habere propitium) re tamen plenè diſcuſſa, in maiorem potius reducetur miſericor-
diam. Quippe qui ingratitudinis culpa, magis facti ſunt execrabiles, & durioribus adijciendi ſup-
plicijs. Sed verba proſequamur Apoſtoli.

In quibus (inquit) *& nos aliquando conuerſati ſumus.* Etſi non deſunt, qui relatiuum, quibus, pu-
tant referre delicta & peccata: mihi tamen eſt acceptius, ſi ad filios referatur contumaces. Pro-
pter quod conſonat, vt particula, in quibus, legatur (vt quidam transferũt) inter quos: Quemad-
modum, & pronomẽ quod ſequitur, licet poſsit totum genus Iudæorum cõplecti (Quandoqui-
dem omnes, ſine CHRISTO ſunt contumaces, & diuinæ voluntati rebelles: non ſolùm quia
Deo non parent, credendo (vt dicebamus) in CHRISTVM, qui finis eſt omnium promiſsio- Sine Chriſto Iudæi verè non ſatisfaciunt legi.
1. Reg. 16. num, ſed quia Legi non ſatisfaciunt: Propterea, quòd etſi extrinſecus nonnulla legis videntur
Roma.7. præſtare, corde tamen, quod Deus potiſsimum reſpicit, & lex maximè, cum ſit ſpiritualis,

requirit, ſine CHRISTI ſpiritu renouato, & ex lapideo, carneo reſtituto, non obſequuntur: E Ezec. 36.
Tam etſi, de externis legis operibus tumidi, illis ſeſe iuſtificatum iri, neglecta CHRISTI fide,
præſumptuoſe nugentur) Planius forſan, nihilominus reputabitur, ſi reſtringatur ad Apoſto-
lum, & alios ei ſimiles. Qui, licet vti reliquiæ, receperint CHRISTVM, prius tamen, cum Rom. 11.
eſſent in illum blaſphemi, conuerſati, ideſt, non breui vita, moribus & obſtinatione, filijs con
tumacibus non fuere diſsimiles. Siquidem, ꝙ Apoſtolum attinet, tam inſignis fuit perfidiæ &
rebellionis, vt non ſolùm CHRISTO non crederet, ſed immanè perſequeretur credentes. Acto. 9.
Quo longè, non aberant, qui etſi tandem, ſunt ex Sinagoga conuerſi, neceſſe fuit tamen, tùm
Paulum, tùm Apoſtolos alios, nullum non mouere lapidem, vt illos ad æmulandum adducerent: Roma. 11.
vt ſaltem pauci ſaluarentur ex eis. Roma. 11.

In deſiderijs carnis noſtræ. Si caro, pro carnali ſumitur Iſrael, de quo dicebat Apoſtolus, ſuum
ſe miniſterium honorare, ſi quandoad æmulationem, prouocaſſet carnem ſuam: ſatis perſpicua
ſunt deſideria eius. Erant quidem, Vehemens æmulatio legis: Zelus paternarum traditionum:
Supercilium generationis electę: Præſumptio propriæ ſanctitatis: & id genus ſimilia: in quibus
eòuſq; Paulus inſaniuit, vt non ſolùm, ſpirãs minarũ & cædis, palàm perſequeretur CHRISTVM. Acto. 6.
ſed & inueheretur furijs & dementijs: vt tandem non ſecus, ac carnifex & ſicarius, ſi poſſet quæ- F
dam ſaltem, ex illius membris, in vincula coniecta, adduceret Ieruſalem, & occideret.

Si verò recipitur, noſtra pro natura corrupta, ac miſerè peccato ſubiecta (de qua Dominus,
Quod natum eſt ex carne, caro eſt) eius pariter deſideria non ſunt occulta. Nec enim tantùm Ioan. 3.
ſunt, veneres, impudicitiæ, ignominiæ: ſed cuiuſuis generis concupiſcentiæ: vt ęmulationes, diſ-
ſenſiones, inuidiæ, inimicitiæ, cupiditates, præſumptiones, philauctiæ, impietates, Dei contem- Galat. 6.
ptus, blaſphemiæ & alia, ſicut refert Apoſtolus. Quę, & non raròprodeunt in publicũ, & palàm
exerunt ſeſe: non ſolum in fornicationibus, ſtupris, inceſtibus, adulterijs, & nefandis abomina-
tionibus: ſed & in ſchiſmatibus, ſectis, factionibus, hæreſibus: in extorſionibus, violentijs, occu-
pationibus, idololatrijs, & innumeris alijs ſceleribus, & apertis criminibus. In quæ, paſsim inci-
dunt, qui ſunt ſine CHRISTO: tametſi, non ſunt ſine lege: Quæ quidem lex licet non ſolum ſit Rom. 7.
ſancta & immaculata, ſed & conuertat animas: licet non ſolum mandatum ſit iuſtum, ſanctum & Pſal. 18.
bonum: ſed & teſtimonium eius fidele, ſapientiam præſtans paruulis: tamen, non ſuffragãte ſpi-
ritu CHRISTI, adeò in nobis infirmatur per carnem, vt non ſolum nequeat quenquàm ad per- Rom. 8. Heb. 7.
fectum adducere: ſed nec remedium, humanæ imbecillitati conferre: imò potius, veluti refrica- G
to peccato, vim eius, non leuiter exacuere: & tandem mortem ipſam adminiſtrare. 1. Cor. 15.

In hac vita nunquã non circũferimus veſtigiũ trãſgreſſionis antiquę

Facientes voluntatem carnis & cogitationum. Quemadmodùm nuſquam (communi lege) pror-
ſus exuimus, hac in vita, corruptionem carnis: ſed circumgeſtãtes corpus huius mortis, veſtigium Rom. 7.
circumferimus tranſgreſſionis antiquæ, quod peccato nunquam non ſanet, nunquàm nos, cum
illo frequenter non deijcit: Ita nunquam eiuſdem carnis concupiſcentijs deſtituimur, nunꝙ il-
lis non impetimur, nunquam non grauamur: eiſdem vndique obſidentibus, inſidiantibus, alli-
cientibus, oppugnantibus, ſubducentibus: & prorſus ac omni pacto, negocium facientibus.

Verùm, non modicum inuenitur diſcrimen, inter illorum carnis concupiſcentias, qui exi-
ſtunt in CHRISTO, & illorum, qui ſunt ſine CHRISTO. Siquidem exiſtentes in CHRISTO Philip. 1.
(cum ſint ſub gratia Dei, illos ſpiritu CHRISTI regente, ac moderante) & ſi deflent hanc ſar-
cinam, & ſi cupiunt abſolui, & eſſe cum CHRISTO: ſentiunt tamen, beneficio mortis eius, adeò
in ſeſe veterem hominem imminutum, adeò crucifixum: vt etſi prorſus deſtructum non eſt cor-

Qui ſunt in Chriſto poſſunt non ſeruire peccato.

pus peccati, ſit tamen ita attenuatum: vt (ſi velint) poſsint, non ſeruire peccato. Et licet pecca- Rom. 6.
ti fomes, qui in eis eſt, frequenter nonnihil malæ affectionis effutiat, & contrà ipſorum volun- Rom. 7.
tatem, illecebra carnis ſolicitet, & concupiſcentiarum æſtus inflammet: Illi tamen, vi ſpiritus H
CHRISTI, non ſolum, his affectibus non conſentiunt, non ſolum, membra non commodant,
vt peccati voluntatibus pareant, aut illius cogitationibus obſecundent: ſed (tametſi non ignari Ibidem.
ꝙ ipſi non operantur, quod nolunt, ſed quod habitat in illis peccatum: tametſi certiores facti ꝙ
illorum non accedente conſenſu, nihil damnationis eſt, his qui in CHRISTO IESV, non ſecũ- Rom. 8.
dùm carnem ambulant, ſed ſecundùm ſpiritum) etiam ſtudent iugiter, ea facta carnis ſupprime- Ibidem. Pſa. 136.
re, & mortificare: Student ad petram collidere, & crucifixa carne cum vicijs & concupiſcentijs, Galat. 6.
corpora ſua, Deo hoſtiam viuentem, ſanctam, beneplacentem, indeſinenter offerre. Rom. 12.

Exiſtentes verò ſine CHRISTO, cum ſint ſub peccati tyrannide, addita lege ad bonum ex-
timulante, & comminationibus & maledictis, à peccatis exterrente, peccatum ſentiunt lon-
gè inſolentius (quippè quod, vt peccatum appareat, ſit ſuprà modum peccans, hoc eſt, omni Rom. 7.

virili

Ioan. 8. Rom. 6.

A viriliſceleſtum, & vndique concupiſcentijs, maliſque affectibus ſcatens) nequeuntque (vtpotè qui ſine Dei gratia, ſerui perſeuerant peccati) illi, in carnis concupiſcentijs, non obedire, & mēbra, arma iniquitatis frequenter non exhibere. Qua de re, neceſſe eſt, vt fiant non ſolùm in eis, voluntates carnis (nàm in plurali loquitur textus Græcus) ſed & communi curſu, fiant ab eis. Siquidem diuina non afflulgente gratia, per IESVM CHRISTVM, non ſolum, carnis voluntatibus non reſiſtunt, ſed in omnibus obſequuntur. Voluntatibus, inquam: Non, ꝙ quęuis concupiſcentiæ, ipſæ ſint voluntates: quandòquidem etſi non reijcio non paucos hominis carnalis affectus, ad ſuperiorem partem animæ pertinere, ob idque nil prohibet nonnunquàm concupiſcētias, operibus voluntatis coincidere: nihilòminus & alię multæ ſunt, quæ ad inferiorem pertinēt appetitum: quæ, & hac in re vel tropo, dictæ ſunt voluntates: eò ꝙ ſicut in homine carnali, voluntas ad libitum debaccatur, ſine freno nedùm Diuinæ voluntatis, ſed & non raro humanæ rationis: iuxtà tyrrannicum illud (Sit quidem pro lege, ſit & pro ratione voluntas) ita & concupiſcentiæ, eos qui ſunt ſub peccato, vt libet impellunt, diſtrahunt, & præcipites tradunt: Vel ideò (quod minoris forſan probationis non eſt) quia, dum non exiſtentes in CHRISTO, facilè affectibus corruptæ carnis ſubſcribunt, illosq; ſpōtè eligunt, & ſequuntur: planè ꝙ non iniuria, in natu-

B ram quodammodo voluntatum, hoc eſt, volutariæ operationis, ſuccedunt.

In his ꝗ ſunt ſine Chriſto non ſolū ſūt voluntates carnis, ſed fiunt ab eis.

Ergò has, per voluntatis conſenſum, electionem, ſtudium, concupiſcentias facientes: nō immeritò dicentur carnis voluntates facere: quandòquidem etſi non ſemper concupiſcentiæ in ſeipſis voluntates ſunt, vt tamen voluntatis fauorem ſunt nactæ, ipſaq; pro illarum libidine abutūtur: inter voluntaria poſſunt, & non ſine ratione, comprehendi. Quod demum additur, Et cogitationum, quā optimè quadrat. Nam licet voluntas, ſine præuia cognitione nō ſit, & recta quidem non ſine conſilio, deliberatione, iudicio: voluntatibus tamen carnis, vtcunque cogitationes ſatis eſſe videntur, quippè quæ, dicto citius, parent, ac quantumuis vanniſſimæ ſint, temerè obſequuntur.

Et eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Creſcit Apoſtolus ſemper, in deijciendo ſeſe, & alios ex Iudæis, antequàm ſubſcripſiſſent CHRISTO: & ſancto ſe commiſiſſent Euangelio. Nam primū dixerat, ſeipſos inter cōtumaces verſatos: Deindè in deſiderijs ſuæ carnis nutritos, operantes carnis voluntates, & cogitationum eius: Nunc tandem (vt in ſumma cuncta concludat) ſubijcit, ꝙ & natura erant iræ filij ſicut & cæteri. Quo planè loco, ſi vox interpretata, Natura, æquè (vt volūt) interpretatur, Omnino, aut quippiam talis ſignificationis (vt exprimatur totum quod erant, di-

C uinæ obnoxium vltioni) optimè quadrat, quod diximus: Quandòquidem & filius, totum quod eſt (vt dicunt) ſui patris eſt. Ergò, ſi iræ filij, omnino ſunt Diuinæ maledictioni ſubiectū: neceſſe eſt, vt Leerna ſint omnium iniquitatum.

In prędicamentis ca. ad aliquid.

Filius id totū quod eſt, ſui patris eſt.

Si autem ſolitam interpretationem proſequimur, non ſolum tunc ſe verè maledictos fuiſſe, declarat: (Siquidem quod natura eſt aurum, verè eſt aurum: & quod eſt natura corruptum, maximè eſt corruptū) ſed & maledictionē, origine contraxiſſe, demonſtat: qua in iniquitate fuerūt concepti, ſicut & cæteri, hoc eſt, Gentiles quos aliàs peccatores appellat. Et licet, Gentium nunc nomen ſupprimat: factum tamen eſt, tum ne infirmi poſſent ſuſpicari conuicium: tum vt præberetur exemplū, charitatis Chriſtianæ, quæ nunquàm non lenis, nunquàm non benigna eſt.

Pſal. 50.

Deus autem, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, Et cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in CHRISTO,

Cum Iudæos declaraſſet, non melioris conditionis quàm Gentes in malo: non immeritò declarat eaſdem, non deterioris extitiſſe conditionis, in bono. Et licet Deus diues ſit in Potentia, vt cui nullum verbum eſt impoſſibile: diues in Sapientia, vt qui attingit à fine, vſque ad finem,

D ſapienter cuncta diſponens: diues in Bonitate, vt qui oriri facit Solem bonis & malis & pluit iuſtis & injuſtis: maximè tamen diues eſt in Gratia & Miſericordia. quippè qui Pater eſt miſericordiarum, & cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, & miſericordiæ eius, ſuper opera eius. Hinc quidem, inquit Apoſtolus: Non propter opera noſtra, non legis obſeruationes, & iuſtificationes: ſed propter multam, (ſic legitur in textu Græco) charitatem qua dilexit nos. Siquidē non ea vulgari dilectione, Iudæos proſequutus fuerat, qua proſequitur quamlibet creaturam: quandòquidem diligit omnia, & nihil odit eorum, quæ fecit: aut qua vniuerſum proſequitur hominum genus, à qua, nec Barbari, nec Scythæ, nec cuiuſuis perfidiæ Nationes, ſunt excluſæ: ſed dilectione inſigni, qua & illis, mirum in modum, ſe affectum eſſe monſtrauit: non ſolū præſcribendo legem, ſed credendo arcana, & eximias promiſſiones de CHRISTO. Propter quod electi fuerunt in Regnum, in Populum, in Peculium: imò in Proſapiam, de qua, Ille carnem indueret,

Luc. 1. Sap. 7. Matth. 6. 2. Cor. 1. Pſal. 144. Sap. 11. Exod. 20. Roma. 3. 9. Leu. 16. Exod. 19.

duceret,& ſic humanæ ſalutis negotium adimpleret. E

Adde, ꝙ ſi Deus tantæ eſt benignitatis, ſi tantæ miſerationis, vt miſericordiam profundat vſq; in generationes mille, diligentibus ſe: planè nemo ibit inficias, Iudęos, tametſi ꝓpter Euangeliū inimicos, dilecto: tamen & charos, nunquā non extitiſſe ꝓpter Patres, vt aliàs apoſtolus docet. Exod. 34. Rom. 11.

Iudęi & ſi ꝓpter Euangelium inimici, tamen ꝓpter Patres à Deo dilecti, & quomodo.

Ergò (ſiquis attendit) ex hac multa Dei dilectione, poteſt non ſolum, propenſio Diuinæ voluntatis, peculiari ratione, in Iudæos oſtendi: ſed & indè nonnihil (ſi dicere fas eſt) in Deo debiti, ad illis ſuffragandum, ac benefaciēdum deduci, cum proprium ſit Diuinæ charitatis, his quos amore proſequitur, opem ferre, & locuplètes veris bonis efficere. Imò, ſiquis accurratè perſpiciat, in tam eximia dilectione non ſolum vim contineri, illos locupletandi communibus muneribus gratiæ, ſed & communicandi ea ipſa diuina ſecreta, & inſignes paſciſcendi promiſſiones: poterit non tantum inferre Dei debitum ex Charitate, ſed quodammodo, ex Iuſtitia: quippè qui propter eandem dilectionem, non ſolùm vſq; ad præclaras promiſſiones effuſam, ſed & ad eaſdē non ſemel repetendas, & confirmandas extenſam: videtur ſeſe irreſolubili fide ligaſſe, & ſacroſancto fœdere conſtrinxiſſe.

Iudęi in quibus pręferantur Gētibus.

Ergò, etſi Gentes, non præcedunt Iudæos in peccatis: & ſi Iudæi non præferuntur Gentibus in reſurrectione cum CHRISTO: ſuperant tamen Gentes Iudæi in ea dilectione Patris qua diuites facti ſunt, multis excelſis prærogatiuis. Tametſi ob incredibilem ingratitudinē, & cōtumaciam, iuſtiſſimo Dei iudicio, illis in perniciem ceſſerint, & ad Gentes vſquequò earum ingreſſa fuerit plenitudo, maxima ex parte deuolutæ fuerint. Ergò cum ſubditur: Et cum mortui eſſemus peccatis, conuiuificauit nos in CHRISTO (Præter id, ꝙ Emphaſis in copula eſt) Iudæos oſtendit, non ſolùm cum CHRISTI beneficio opulentiſſimè ſunt facti participes, meliores nō fuiſſe Gentibus: ſed & vim Diuinæ dilectionis, tàm eximiam extitiſſe, vt, quibuſuis illorum peccatis non obſtantibus, fruſtratum iri non poſſet: quò minus viuificarentur in CHRISTO credētes ex eis, quàm credentes ex Gentibus. F Roma. 11. & 15.

(*Gratia ſaluati eſtis.*) Hæc, parentheſi intercluſa, Apoſtolus præoccupādo ſubijcit, vt apertius quod diximus patefaciat. Quia enim ex multa illa dilectione Dei, intendebat innuere Iudæos, in eò ſaltem, pręſtantiores exiſtere, ꝙ (tanta exiſtente propenſione cordis in Deo ad eos, & maximè propter Patres, vt non modò prorupperit ſæpe, in tàm egregias promiſſiones, & vſq; ad pactiones & fœdera ſacroſancta de CHRISTO: ſed & proſapiam, ex qua carnem indueret, elegerit apud illos) quaſi iure quodam, debuit peculiariter illis proſpicere, & vnà in CHRISTO reſuſcitare: Et non ſicut factum eſt gentibus: quæ debent ſolùm ſuper gratia, & miſericordia honorare Deum, prout alibi euidentius docet. Propter quod, & in perſona, miſſus eſt ad oues, quæ perierant domus Iſrael: Et miniſter factus eſt circuncìſionis; non niſi propter veritatē Dei, ad confirmandas promiſſiones Patrum. Rom. 9. G Math. 15. Rom. 14.

Chriſtus cur miniſter circunciſionis.

Et conreſuſcitauit & conſedere fecit in cœleſtibus in CHRISTO IESV. *Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes Diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos, in* CHRISTO IESV.

Quomodo electi per fidem ſint conuiuificati, & conreſuſcitati, & conſeſſum nacti in cœleſtibus in CHRISTO IESV, ſatis in præcedentibus eſt oſtenſum. Ergò quod ſupereſt, ꝓſequamur: Qua in re, finem tradit Apoſtolus, propter quem tantis beneficijs affecti ſimus. Nam licet Deus optimus maximus, omnia in ſui gloriam faciat, ea tamen potiſſimùm illam reddunt illuſtrem, quæ ex immenſo ſuæ bonitatis pelago, vbertim per illius gratiam diffluunt. Ergò, non aliam ob rationem, tanta munerum opulentia donati ſumus: niſi vt in ſæculis ſuperuenientibus, in quibus omni abſorpta vetuſtate, non ſolū omnia erunt noua, ſed in longè meliorem ſortem mutata, plenius apparente quod erimus, Diuitiæ diuinæ gratiæ, ſuper nos, lōgè ſupra omne, quod cogitari poteſt, in illius ſingulariſſimam gloriam, luculentiſſimè omnibus innoteſcant. Et quanquàm hæc veriſſima ſunt: quia tamen hæc de Iudæis ſunt allata: vt mentem explicemus Apoſtoli, videntur aliter interpretanda. Prouer. 16. H

Quantùm igitur capio, Non de ſæculis futuri orbis, poſt diem extremum, ſermo eſt, ſed de ſæculis plenitudinis Gentium, antè diem Iudicij, quando omnis Iſrael ſaluus fiet, eritq; vnum ouile & vnus paſtor. Et intendit ꝙ tunc maximè adimplebūtur promiſſiones illius populi, de Regno, de Peculio, & alijs eorum priuilegijs. Nàm licet hoc tempore eorū plurimi, iuſto Dei iudicio, ſint obcæcati, & auribus aggrauati: tamen cum tempus venerit præfinitum, aperiētur eorum aures, & reuelabuntur ipſorum oculi vt videant, aureſq; accōmodent & ſanentur. Innuitq; latenter (ſi non fallor) ꝙ ipſe & alij ex circunciſione, qui modò crediderunt in CHRISTVM, & ſunt reſuſcitati cum eo, tametſi non ſunt multi, ſed pauci, & quaſi reliquiæ; ſunt tamē velut Primitiæ, Rom. 15. Ioan. 10. Roma. 11.

Ibidem. A mitiæ, Arrhabo, ac Pignus, non ſolùm, ꝙ Deus non repulit plebem ſuam quam præcognouit:
ſed etiam ꝙ adueniente tēporis plenitudine, vberrimè adimplebit, quod eo in populo inchoa-
uit, opulentiſſimis locupletando donis, in CHRISTO IESV.

Enarratio Quartæ Portionis, Sectionis ſupraſcriptæ.

Gratia enim &c. Quanquàm omnes, tùm Iudæi tum Gentes, gratia ſaluati ſimus; quippè qui
Rom. 3. miſerè declinaueramus omnes, & inutiles facti, non erat qui faceret bonum, non erat vſque ad — Salus Gētiū
vnum, egentes ſinguli gloria Dei, vt iuſtificaremur gratis, per gratiam ſuam, per redemptionē, — cur gratiæ po
quæ eſt in CHRISTO IESV: quia tamen, ob promiſſiones ſibi creditas, & alias eorum prærroga- — tiſſimū aſcri-
tiuas, ſalus (vt dicebatur) ad Iudæos quaſi iure videbatur ſpectare: & maximè ob fœdera cum Pa- — pta ſit.
Rom. 11. tribus inita, propter quos chariſſimi erant Deo; Icirco mirum non eſt, ſi ſimpliciter Gentium
ſalus, quæ (vt non multò poſt euidenter oſtendit) erant ſine promiſſionibus, & alienæ à ciuilitate
Iſrael, aſcripta eſt Gratiæ, quemadmodum ſuprà, per parentheſim interpoſuit, & eam nunc, in
hac portione explanat. Et poteſt referri totus textus ad Gentes; tametſi fortè non diſplicet, ſi de
Iudæis in ſecunda parte loquatur.

B *Gratia* (inquit) *enim ſaluati eſtis per fidem.* Vos ſcilicet Gentes, quemadmodum præoccupaui-
Rom. 14. mus. Propter quod, ſuper miſericordia veſtrum eſt laudare Deū, & toto pectore tam ingens be-
neficium, cum gratiarum actione excipere & cuſtodire. *Et hoc, non ex vobis.* Nam etſi vt eſſetis
ſalui per CHRISTI fidem, conſenſus veſter acceſſit, id tamen non fuit ex vobis. Siquidem, fuit
fides veſtra veſtro conſenſu; ſed ille eſt Dei munere inſpiratus, vt latius in præcedentibus
pateſecimus.

Dei enim donum eſt, non ex operibus. Et ſi aliquibus placet, referri totum quod præmiſit: Gen-
tes ſcilicet ſaluatas eſſe ex fide (Quandòquidem nec ſalus, nec fides earum ex operibus prodijt, aut
quibuſuis earum meritis emanauit, quippè quæ mortuæ erant delictis & peccatis, ſed ſolùm ex
gratia ac miſericordia Dei) Quod & mihi planè non diſplicet: quia tamen communis interpre-
tatio non minus ſatisfacit; ideò lubentius illi ſubſcribo. Quare ad fidem hęc verba referens; in-
telligo explicari illam eſſe donum Dei, & non ex operibus; ne quis valeat gloriari: Licet enim ex — Fides Dei do
operibus viribuſq; noſtris, nonnulla in nobis poſſit aggenerari fides, quàm vocant acquiſitam, — num & non
hoc eſt talis, qualis vſu, vel lectionis, vel diſciplinę, ſolet acquiri, etiam de rebus ethnicis, ac rerum — ex operibus.
quaruncunque, narrationibus & hyſtorijs; ea tamen ab illa diſtantiſſima eſt, per quam ſalutem
S. Th. ſecū- C aſſequimur: Cum enim in nobis ſit perſuaſionis tàm eximiæ, vt ſuperet certitudinē omnium co-
da ſecundę gnitionum naturalium, & firmitudinem excedat principiorum omnium ſcientiarum: & præ-
quę. 1. ter hæc, in corde tanti ſit roboris & efficaciæ, vt facilè contemptum afferat totius mundi, & con-
ſtantiam in perſecutionibus ac mortibus; Obſcurum non eſt illam proficiſci à Deo: donumq;
eſſe ita præclarum, vt quemadmodum iàm admonuimus, proprium videatur electis.

Ipſius enim ſumus factura. Si hanc partē de Gētibus ꝓſequamur, docebit apoſtolus illas eſſe re-
genitas; planè per ſpiritum in baptiſmo, per fidem; atq; ad illam imaginem reformatas, quā ami-
Epheſ. 5. ſerant in primo Parente; Imò in meliorem forſan euectas, quandòquidem CHRISTVM in hac — Refinctio gē
Col. 1. regeneratione indutæ, euaſerunt os de oſſibus, & caro de eius carne; qui vnica ac ſingulariſſima — tium ad ima
imago Dei eſt. Quibus nec immeritò, ſeipſum adiūgit, cum illarum eſſet Apoſtolus & miniſter: — ginē Dei in
eiuſq; opera eſſent in CHRISTO initiatæ, & in illius membra aſſumptæ. — Chriſto.

In quo CHRISTO, vt ſubijcit, *Creati,* ſumus, *in operibus bonis,* ſeu, vt vertunt alij, ad opera
bona: *Quæ præparauit, vt ambulemus in eis.* Nam, licet antè refinctionem noſtram in CHRISTO,
multa valeamus opera facere; quæ iudicio humanæ rationis, quæ videt quæ foris parēt, habean-
1. Re. 16. D tur bona; eò ꝙ ſpeciem prætendunt bonitatis; ſi tamen, Diuinæ Maieſtatis oculis, qui intuentur
cor, obijciuntur; de intrinſeca redarguuntur malitia, eò ꝙ à corde malo procedunt.

Sed dentur opera ex corde, per Virtutes benè inſtituto, quemadmodùm Philoſophi tradunt;
Sap. 9. planè quidem non diffitebor, ea opera, opera quidem eſſe virtutis, iuxtà humanas vires, & iudi-
cium rationis rectæ, Quæ tamen vires, ob naturæ corruptionem, ſunt imbecilles, quemadmodū
& rationis iudicium pauidum, & illius deliberationes incertæ. Et ſi ad actus (vt dicunt) in ſingu-
lari, deſcenditur; rarò forſan aderunt debitæ circūſtantiæ, proùt & humana virtus requirit: quæ
& ad multa conniuet, contentaturque, vt ad Scopum, ſi non contingitur, accedatur; quemad- — Opera à Deo
2. Ethico. modum Ariſtoteles docet. Sed vtcunque res habet: Certum eſt, ꝙ ſine fide nequeunt placere — exiguntur à
Deo: certum, quòd & alijs ab eo exiguntur regulis, & alijs rationibus, eius iudicio ponderantur. — nobis, alijs re
Hebr. 11. Ergò verè, in CHRISTO, creamur in operibus bonis, quoniā in illo ſpiritu ſuo potiti, verè bo- — gulis, quàm à iudicio ra-

norum — tionis huma næ.

norum operum euadimus effectores. Nec id tantùm humano iudicio, quod eſt fallax, & ſępe ducit lucem ten ebras; ſed diuino quod rectũ ſemper eſt, & errare non poteſt. Et illorũ præſertim operum, quæ Deus præparauit (ſicut ſunt opera dilectionis, in quibus tota lex pendet & prophetę) vt ambulemus in eis, quemadmodùm & per Ezechielem promiſit. Ponam ſpiritum meum in medio veſtri, & faciam vt præcepta mea cuſtodiatis. F Eſai.44. Matt.22. Eze.36.

Verùm, Si hæc pars de Iudæis exponitur, non obſcuras prærogatiuas cõtinet illius populi; quibus (quaſi iure quodam) ſibi pollicebantur ſalutem. Et quod facturam attinet, Licet à Deo omnia facta ſint, Iſraeliticus tamen populus, veluti peculiari opificio factus eſt: quippè qui, ſingulari diligentia inſtructus fuit ab eo in lege & mandatis: in cultibus & ſacrificijs: atq; alijs præclariſſimis inſtitutionibus, doctrinis, oraculis, & continuis ſacramentis: vt quidem non temerè gloriatus ſit Moſes, non eſſe ſub cœlo aliam nationem tam grandem, quæ Deos habeat ità appropinquantes ſibi, ſicut illi propinquus erat Deus. Ergò iure alius Propheta clamabat: Verè tu fictor noſter es, & opus manuum tuarum omnes nos ſumus. Rom.9.9. Deut.4. Eſai.64.

Quod autem ſubditur, Creati in CHRISTO, in operibus bonis: Illis & rectè videtur cõgruere: quandoquidem à Deo creati non fuerunt ad ocium, ſed ad operationes; non quidem vanas, ſed ex ſuo genere bonas: quoniam ad operationes legis: cuius mandatum ſanctum & iuſtum & bonum: Non quidem vt in illis ſiſterent, ſed vt in illis ambularent; & in CHRISTO fidei greſſum figerent: Vt in illo, veluti ſuprà firmam petram ædificati, nullis aduerſitatum procellis, poſſent dimoueri ab eo. F Rom.7. Matt.7.

Obſeruationes Sectionis præmiſſæ.

Gaudendum de donis proximo collatis. Obſeruandum in Prima portione, Vt non ſolum Inuidiam exhorreamus fraternę gratiæ, quę venenum eſt Chriſtianæ dilectionis: ſed ita fratrum muneribus congratulemur, vt illis non ſecus ac proprijs gaudeamus: imò & pro illis gratias agentes Deo, augmentum ab illo iugiter flagitemus: quandòquidem non ſolùm, CHRISTI charitas non æmulatur, non ſolum congaudet ex animo veritati: ſed non quærit quæ ſua ſunt. 1.Cor.13.

Nitendũ nobis vitam cœlicã ducere. Obſeruandum in Secunda: Vt agnoſcentes ingentia beneficia Dei Patris, qui nos reſuſcitauit in CHRISTO, & ad ſui dexteram, ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, cum illo conſtituit, vitam viuamus cœleſtem: & quærentes quæ ſurſum ſunt, expectemus quæ ſupereſt, beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei & Seruatoris omniũ IESV CHRISTI. Vt ab eo conſummati, & à nobis ille, vt à membris, factus perfectus, vnum tandem (vt poſſumus) ſimus cum illo, ſicut ille eſt vnum cum patre. Coloſſ.3. Titum.2. G Ioan.17.

Obſeruandum in Tertia: Vt non ignorantes natura nos filios iræ, & vitijs ac peccatis præmortuos, à Deo in CHRISTO tot muneribus locupletatos eſſe, meritò ipſius gratiæ, ſtudeamus adeò ſanctis actionibus vitam malè actam redimere, vt ſi poſſibile ſit, amplius non delinquamus, aut quauis occaſione peccemus: præ oculis ſtatuentes non ſolum quantæ foret abominationis, poſt agnitam veritatem abire retrorſum, ſed & quantis eſſemus digni ſupplicijs, ſi tàm opulentã contemneremus gratiam, & tàm ingens negligeremus beneficium. 2.Pet.2. Hebr.2.

Obſeruandum in Quarta: Vt cum Gratia Dei, id ſimus, quod ſumus: creatiq; ſimus in CHRISTO, vt in præceptis progrediamur Diuinæ charitatis, aſſiduè omnem nauemus operam, vt qui ſuis in nobis fuerit fructus gratiæ, totum Deo referamus acceptum. Nec non promptiſſimè, quæ illius ſunt voluntatis amplexi, contendamus in omnibus, pro virili, illi fore conformes, eoq; pacto, gloriam ſuæ Maieſtatis promouẽtes, eidẽ vnicè per omnia placeamus: Merito IESV CHRISTI Domini noſtri. Cui ſempiternus honor & gloria. 1.Cor.15.

Quinta Sectio prioris partis Epiſtolę in qua oſtendit Apoſtolus, quòd etſi Gentes & Iudęi pariter rebenedicti ſunt à Deo & Patre, in omni Spirituali benedictione in CHRISTO: Id tamen beneficij, tanto magis, eſt ponderandum à Gentibus, quantò magis & diſtantes, & alienę eſſe videbantur ab eo. Et tribus portionibus conſtat. H

Prima portio. *Propter quod memores eſtote, quòd aliquando vos qui eratis Gentes in carne: qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circumciſio in carne manufacta: Qui eratis illo in tempore ſine* CHRISTO, *alienati à conuerſatione Iſrael, Et hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, Et ſine Deo in hoc mundo.*

Secunda portio. *Nunc autem in* CHRISTO, *vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine* CHRISTI. *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Et medium parietem maceriæ ſoluens inimicitias in carne ſua: legem mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in ſemetipſo, in vnũ nouũ hominẽ, faciens pacem: vt recõciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et veniens Euangelizauit pacem vobis qui longe fuiſtis, & pacem his qui propè: quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno Spiritu ad patrem.*

Ergò

A *Ergò iam non eſtis hoſpites & aduenæ, Sed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo Angulari lapide* CHRISTO IESV: *In quo omnis ædificatio constructa creſcit in templum ſanctum in Domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto.* Tertia portio.

Summa & intentio textus præſcripti.

Quanquàm in ſuperioribus, omnem operam Paulus feciſſe ſe coram Deo, ſatis atteſtatus videtur, tùm gratias agendo, tùm continuis orationibus inſtando: vt verè ſcirent Epheſij, per Spiritum ſapientiæ & reuelationis, quot ac quantis beneficijs ſunt locupletati à Deo, in CHRISTO IESV, Nihilòminus vti miniſter ſtrenuus, pro eorum ſalute nihil ſui muneris prætermittit, etiam rigando, & plantando; vt externo miniſterio vrgeantur attendere, quantæ illa ſint præſtantiæ,
1.Cor.3. quantiq; ſemper ſint pendenda ab eis: Nec ſolùm illam ob rationé, quòd illis obtigerunt præmortuis delictis & peccatis; quoniam & eamet conditio communis erat etiam Iſraelitis: ſed & quia non erant ex ſelecta familia CHRISTI, cum eſſent incircuncisi. Quæ quidem res, tanti quòque
Gene.17. æſtimata eſt apud Deum; vt exterminandum maſculum euulgari mandauerit, cuius caro præputij circuncisa non eſſet.
B Erant & alieni à Ciuilitate Iſrael, & teſtamentorum hoſpites; nec modò
Rom.9. ſine promiſſionum ſpe, ſed & ſine CHRISTO, imò & ſine Deo in mũdo. Et tamen ſunt eòuſq; prouecti, vt admiſſi ſint in electam politiam CHRISTI; & conſortes facti populi Iſrael, quibus Beneficia dei in gentibus.
ille promiſſus, hæreditas delegata, lata lex, & crediti omnes prophetæ. In ſumma. Qui Deo erãt
Exod.19. ità proximi, adeò grati, quòd illius dicebantur Peculium: ex quibus & Vnigenitum voluit carnem aſſumere, & ita orbem vniuerſum illuminare, vt amotis eo pacto omnibus diſſidijs, & ſublata quauis diſparitate; euadant ſanctorũ CHRISTI conciues, & domeſtici Dei: imò vnũ in CHRISTO corpus, & vna ædificatio ſuper eodem fundamento: nimirum Apoſtolorum & prophetarũ, Ipſo ſummangulari lapide CHRISTO IESV. In quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in Templum ſanctum in Domino. Et poteſt textus Portionibus tribus diſtingui, vt facilè deprehendi poteſt.

Enarratio primæ Portionis Sectionis ſuprascriptæ.

Propter quod. Vt tanta ſcilicet munera, vberius perpẽdatis, frequenter meminiſſe refert, quòd &,
Coloſ.2. *aliquando*, Antè donum, videlicet gratiæ, & fidei in CHRISTO IESV. Quibus regeniti eſtis in
C ſpiritu; & circuncisi non circuncisione carnis ſed cordis, non in expoliationem corporis naturalis, ſed in expoliationem corporis peccatorum, per circũcisionem CHRISTI: *Vos qui eratis Gentes*,: & modò euaſiſtis Iſraelitæ; non natura ſed fide; nõ carne ſed promiſſione; verè in ſemẽ Abra-
Galat.3. hæ & Iacobi exiſtimati à Deo, ſicut alibi Apoſtolus dicit. Eratis (inquam) *Gentes in carne.* Quoniam in illa degebatis naturæ corruptione, quam communi generatione contrahimus; Et quòuſq; per CHRISTI Spiritum nõ regignimur, in illa iniquitate detinemur; in qua quicunq; ſunt,
Rom.8. Deo placere non poſſunt.

Qui dicebamini præputium. Loco quidem nõ mediocris conuicij: at non à circuncisione labio-
Act.7. rum & cordis: ſed, *ab ea quæ dicitur*, iuxtà literam ac multo ſupercilio, *Circuncisio*, non in corde, cuius laus eſt apud Deum, ſed, *in carne*, cuius gloria eſt apud homines. Nec quidem ſpiritu, ſed,
Roma.2. *manu facta*, quæ Dei iudicio nihil eſt. *Qui eratis illo in tempore ſine* CHRISTO. Non ſolùm quia ab
Gala.5.6. illo veſtra iniquitate diuiſi, ſed quia & ab illius notitia penitus alieni. Ergò eratis ſine via, veri-
Eſa.9.
Ioan.14. tate, & vita. Nec mirum, quoniã eratis *alieni à conuerſatione*, vel, ſi Græcè mauis, ciuilitate, *Iſrael*,
Math.15. ad quos ille eſt miſſus. Nam ſi fas non erat illi populo, cum Gentibus cõuerſari, aut illas arcanorum ſuorum participes reddere; multò minus fas erat, eas intrà ſuam politiam admittere: Poteſt
D (& rectius) de Iſrael intelligi, ſecundum ſpiritum, ad quorum conſortium & ciuilitatem, nullus
Rom.12.
2.Cor.12. pertinet ſine CHRISTO: Qui illorum Politiæ eſt Princeps, & omnes in ſuum corpus, vti varia Iſrael ſecundum ſpiritũ non eſt ſine Chriſto.
Ephes.4. membra diſpenſat: & ſingulis proprium ſpiritum, iuxtà menſuram ſuæ donationis diſtribuit.

Sed eſto, illo in tempore, Gentes aliquid olfeciſſent de CHRISTO, parùm quidem potuiſſet accedere lucri, niſi fuiſſent hæredes, *teſtamentorum*, decretæ & non velut, *hoſpites*, reputatæ: Præterid, quòd *Et promiſſionis ſpem non habentes*, etiam, *ſine Deo, erant in Mundo.* Nam licet multorum Gentiũ opinione eſſent illis dij multi, & domini multi; re vera tamen, non erant dij, ſed dæmo-
1.Cor.8.
Pſal.95. nes: Quoniam omnes Dij Gentium Dæmonia. et Scimus quòd Idolum nihil eſt: Quoniam fig-
1.Cor.8. mentum inane eſt, à quo nihil poteſt proficiſci ſuffragij. Erant & ſine Deo, quoniam illius proſpectum, curam, prouidentiam ignorabant, committentes ſe fato, credentes ſyderibus, & omnia

rerum

rerum in euitabili ſerie & diſpoſitione, aſſerentes contingere. E

Sed de Epheſijs loquar: qui multimammiam venerâtes Dianam, templum illi (vt iam meminimus) conſtruxerunt inſigne. Quæ planè etſi nihil numinis habuit, ſic tamen illam occupabat ſathanas, vt miſerrimè ab illa dementarentur homines; & cateruatim ſub illius Tyrannide, in pditionem dırētur præcipites. At poſtquam ſubſcripſerunt CHRISTO, quemadmodum per illum, Deum verum, habuerunt pro Deo, omnem ſolicitudinem reijcientes in eum, certiores facti quòd illi eſt cura de nobis: ità & per eundem prorſus receſſerunt à ſathana, illum abnegantes cum omnibus idòlis & ſuperſtitionibus ſuis.

Act. 19.

1. Petr. 5.

Digreſſio de Teſtamento Nouo & Veteri, Et eorum differentia, & diſtinctione.

Cum res de Teſtamentis, à multis in ſacris literis, reputetur obſcura: (tametſi, quod locum attinet, poterat diſſimulari.) Non erit (ſi non fallor) ingratum, ſi illam paucis illuſtrare tentemus.

Diſpoſitio hęreditatis cur teſtamēti nomen accepit.

Conſiderandum igitur, ꝙ cum Teſtamentum, (omnium conſenſu) ad liberam pertineat hæreditatis diſpoſitionem; ideòque ita ſit nuncupatum, tum quia teſtis eſt mentis, tum quia cōmuni lege, coram teſtibus fit. Palam ꝙ, Si ad humana reſtringitur, Ea (Vulpiano authore) libera diſpoſitio eſt, qua cum inſtitutione hæredis, iuſta ſententia conſtituitur, quid agendum voluerit quis, ſuis de rebus poſt mortem (Sed hæc Iuriſperitis relinquo) Si verò ad diuina contrahitur, & propriè loqui volumus, (authoritate Spiritus ſancti in ſcripturis) Ea Dei noſtri ꝓmiſſio eſt, qua, pacto interueniente, & ſanguine confirmâte, nobis diſpoſuit bona ſua vti hæredibus poſſidēda.

Vulpian. F

Dixi, Si propriè loqui volumus: Propterea ꝙ & teſtamenti nomen in diuinis literis, quemadmodum & in humanis, etiam ad inſtrumentum ſiue Chirographum hæreditarium, quo ſcilicet, non ſolùm res legatæ ſed & obſeruandæ conditiones, ſunt deſcriptę, non rarò extenditur. Propter quod, Metonomia quadam factum eſt; vt lex ſiue vetus ſit (quæ ſcripta eſt in tabulis lapideis) ſiue noua (quæ ſcripta eſt in cordibus carneis, nonnunquam teſtamenti nomen acceperit; vt Galatarum quarto. Hæc duo ſunt teſtamenta: Alterum à monte Sinà, qui eſt Agar in ſeruitutem generans: Alterum à cœleſti Ieruſalem, quæ Sara eſt libera, & mater eſt omnium noſtrum.

Vtraq; lex dicitur teſtamētum.

Siquidem vetus lex lata in monte Sinà, magnis corruſcationibus & tonitruis, non valuit, niſi velut ancilla, timoris ſpiritu populum in Dei ſeruitutem refingere; & ſic tādem ad CHRISTVM, vti pedágogus introducere. Lex verò noua è Ieruſalem ſuperna deſcendens, ſeque per Spiritum ſanctum in corda noſtra diffundens; non poteſt (haud ſecus, ac mater ingenua) ſpiritu nos genuinæ charitatis non incēdere, & in cœleſtis adoptionis filios non reformare. Nec diſſimili locutionis tropo, etiam confirmatorius, tum veteris, tum noui teſtamenti Sanguis, teſtamentum appellatus eſt, ſicut conſtat Hebræorum decimo.

Gal. 4.

G

Dixi, Eſſe promiſſionem Dei: ꝓpptereà ꝙ ſic docet apoſtolus. Abrahæ (inquit) dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dixit in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo quod eſt CHRISTVS. Et ſubdit. Hoc autem dico teſtamentum. Et in epiſtola ad Hebręos, Sponſorem aſſerit longè melioris teſtamenti CHRISTVM, quàm Moſes; quia ſponſor eſt teſtamenti quod in melioribus promiſſionibus confirmatum eſt.

Galat. 3.

Cap. 7.

Dixi, Interueniente pacto: quandòquidem in Diuinis literis, non omnis promiſſio Dei, teſtamentum eſt, ſed Pactionaria tantum: hòc eſt, quæ pactum vel fœdus in ſe, habet incluſum. Propter quod, & Sinonima videntur in ſcripturis, Pactum, Teſtamētum, & Fœdus. Imò vna eademque vox eſt in Hebræo, quæ indiſcriminatim, illis tribus reſpondet. Vndè quod Exodi vigeſimo quarto, interpretatum eſt fœdus, Paulus Hebræorum Decimo, ſub teſtamenti nomine, introduxit.

Dixi, Et ſanguine confirmante: quoniam ſic Apoſtolus docet; Cum & Vetus ſtabilitū ſit ſanguine animalium, & nouum ſanguine Seruatoris.

H Heb. 9.

Dixi denique, Qua nobis, vti hæredibus, diſpoſuit bona ſua: eò quòd hæc conditio tam intima eſt teſtamento, vt ab illius ratione, ſecerni quouis modo non poſſit, ſicut ex ſeipſo liquet.

Verùm, quia Deus bonorum omnium Auctor & Dominus in duas claſſes ſua bona diſtinxit; alteram Temporalium quæ pertinent ad viuentem animam, in quam factus eſt vetus homo, alteram Spiritualium quæ ſpectant ad viuificantem ſpiritum, in quem factus eſt homo nouus; ambaſque, nobis pro ſua liberalitate promiſit, ac ſtipulatus eſt: non immeritò, duo diſtincta ſunt teſtamenta. Et primæ quidem claſſis Promiſſio, quia ad Prothoplaſtem, hominem veterem pertinet, illique primùm, & pro ſe, & poſteris credita eſt: non iniuria, vetus teſtamentum eſt appellata, atque in his, quæ cum temporalia ſint, ſeneſcunt & veteraſcunt, eſt potiſſimùm conſtituta.

Bona Dei nobis legata, claſſib' duobus contēta.

1. Cor. 15.

Secundæ

A Secundæ vero Promiſſio, quia CHRISTVM attinet nouum hominem, & omnia eius membra;
Col. 3. ſitáque eſt in his, quæ ſunt ęterna nec deficiunt ſed ſemper renouantur: meritò dicta eſt teſtamē-
tum nouum. Sed hæc declarari manifeſtius debent.

Dixi, Temporalia bona primum Adamo promiſſa: Propterea quod, cum illum Dominus in
Hortum delitiarum tranſtulit, & illorum arrhabonem & pignus ibidem guſtare conceſſit; attē-
Gene. 17. ta illi præſtita facultate ad libitum deliciandi, ac fructibus lignorum Horti potiēdi, arbore dun-
taxat ad ſciendum bonum & malum, ſub interminatione mortis excepta; profectò detrectandū
non reputabitur, ſiquis, illa ſibi ac poſteris fuiſſe quodam pacto promiſſa, ac ſtipulata, cōtendat.
Quanquam & de pertinentibus ad viuificantem ſpiritum (quorum claſſis altera eſt, & ſub pri-
morum inuolucro, ac certo ſacramento, videtur contenta) negari non debet, illum fuiſſe com-
monitum: imò & ei prænunciatum, tranſacta certa periodo, diuina voluntate præſcripta; ſe ſuoſ-
que poſteros, diuinis obtemperantes præceptis (indita ſibi nedum naturæ lege, ſed infuſa gratia
Spiritus ſancti, & fide noui hominis CHRISTI,) noui & ęterni illius teſtamenti futuri, hęredi-
tate perpetua pleniſſimè potituros: atq; à vita viuentis animæ, in vitam viuificantis ſpiritus, fœli-
ciſſimè tranſituros. Quę planè promiſſio, poſtquàm ab illa Prothoplaſtis delicto cecidimus, nō
Exod. 20. B ſemel diuina miſeratione eſt renouata; & maximè tempore Moyſi: cū & ſummatim naturæ lex
& 32. fuit in lapidibus ſculpta, & pactum ac fœdus animalium ſanguine confirmatum. Vndè & terra
Ioſue, 3. Chanaam, in quam populus per Ioſue eſt introductus, non immeritò, non ſecus ac deliciarum
Iere. 32. Hortus, eſt habita; imò illius horti veſtigium credita: quippè quę melle ac lacte manans, Paradi-
Eze. 20. ſum (quam multi illic propè fuiſſe conijciunt) referre facilè potuit: Tametſi, Neminem fugit, (Hortus deliciarū proximus terrę promiſſionis in typum patribus repromiſſę.)
Patres ſaltèm illius populi, qui & in CHRISTI membra, æterna Dei prædeſtinatione erant ele-
cti; terram illam in typum ſibi etiam creditam agnoſcentes, ad contentam myſticè ardentius ſu-
Hebr. 11. ſpiraſſe, & ad longè aliam meliorem ciuitatem, ab ea quam præſtitit Ieſu Nauè, animum contu-
liſſe; ſupernam, ſcilicet, Ieruſalem, ad quam ſolus introducit CHRISTVS verus filius Dei.

Dixi, Spiritualia bona, ad CHRISTVM nouum hominem pertinere: quippè cuius teſtamen-
Heb. 7. tum, vt inquit Apoſtolus, longè præſtantioribus promiſſionibus, eſt ſancitum. Et licet, huius
promiſſionis notitia, antè Abrahum in nonnullis extiterit; imò per fidem (ſaltem implicitè) ele-
Geneſ. 3. ctis omnibus communicata fuerit; & (Adamo religioſe poſteros commonente, de Verbo, futu-
ri ſeminis, quod Serpentis caput opportunè contereret, homines ab illius tyrannide liberaret,
in filiorum libertatem reduceret & bonis cœleſtibus opulentiſſimè reſtitueret:) à nō paucis fue-
C rit piiſſimè cuſtodita: & ab Angelis forſan etiam aliquibus (ita Domino moderante) clarius ex-
plicata; Eorum tamen nemini (ſi non fallor) eſt locupletius patefacta: vt potiſſimùm ea de ratio-
Ioan. 8. Mat. 2. ne, dictum videatur a Domino; q̄ Diem eius vidit, & gauiſus eſt. Vndè & ſingulariter Pater, nō
ſolùm dictus eſt promiſſionum ſed CHRISTI, & hæres non modò Chanaam ſed totius Mundi:
Roma. 4. Quandòquidem oriturus erat ex eo, qui hæres eſt vniuerſorum, & in quo benedicendæ fuerant
Gene. 22. omnes Gentes, in omni benedictione ſpirituali in ſupercœleſtibus, vt iàm in ſuperioribus dixit.
Et licet promiſſiones Gentibus non eſſent creditæ, quoniam diuinis carebant oraculis: in pro-
Epheſ. 2. miſſionibus tamen Iſraelitis factis, prorſus non erant excluſæ: tametſi videantur ad illas, vt adue-
næ accerſitæ, & deficientibus à Deo Iudæis, quaſi eorū loco ſubrogatæ; & ita ex oleaſtro, in pin-
Rom. 11. guem Oliuam inſertę, vt latius in Epiſtola ad Romanos.

Enarratio ſecundę Portionis Sectionis ſupraſcriptæ.

Nunc autem in CHRISTO IESV, Vti membra exiſtentes per fidem, *Vos qui eratis aliquando lon-
ge.* Siquidem cum eſſetis ſine fide, eratis ſub peccato, & ob id longè à Deo. Nam incolebatis
Luc. 15. D regionem longinquam, & cum ſcortis naturali diſſipata ſubſtantia, paſcebatis porcos: quandò-
Roma. 6. quidem naturæ viribus, vobis vtcunque per peccatum relictis, abutētes, membraque veſtra ſer-
uire nedum cuiuis immunditiæ, ſed iniquitati ad iniquitatem, accomodantes, maximam illis
1. Petr. 2. inferebatis iacturam. Nec modò longè eratis à Deo, ſed & longè eratis à CHRISTO: ignorantes
Medicum, Aduocatum, Pontificem, & Paſtorem animarum veſtrarum: in quo vnicè placē-
Eſai 46. mus Deo, & gratiam aſſequimur in ſalutem. Eratis & longè à vobis, vt meritò audire poſſetis:
Redite præuaricatores ad cor.

Nam licet, qui in peccato ſunt, Deo contempto omnia conuertant ad ſe; quippè quibus ardē- (Qui ſunt in peccato; nihil diligunt minus quā ſe.)
tiſſima Philautia eſt; re vera tamen, nihil diligunt minus, quàm ſe: vt qui in dies magis ſeſe ſuis
hoſtibus ſubdunt, & illis incunctanter obediunt. Quare & qui à patre diſceſſit, abijt ita à ſe, vt ſe
Luc. 15. prorſus nō agnoſceret, niſi poſtquàm eſt reuerſus in ſe. Demum & longè eratis à populo Iſrael:

rum,religione ciuilitate,vt in præmiſsis Apoſtolus dixit. E

Facti eſtis propè, in ſanguine CHRISTI. Nam cum ſanguinis CHRISTI vis, non ſolum trahat ad ſe; ſed ſibi copulet & compaginet, in quo vnicè eſt beneplacitum Deo; in quem ſapientiam & ſcientiam omnem effudit; propter quem, peculiaris populus eſt ſelectus, & inſigni lege ac religione dignatus: appoſitè quidem ſubiûgitur, Epheſios in CHRISTI ſanguine appropinquaſſe Deo ſibiipſis redditos; & intrà Iſraelis ciuilitatem admiſſos. Verùm quonam pacto, quauè ratione & operatione, id ſit exequutus, ex ſubiunctis mox declaratur.

Mira vis ſanguinis Chriſti. | Luc 3. Colo. 2.

Ipſe enim eſt pax noſtra. Sicut enim CHRISTVS, factus eſt nobis à Deo Iuſtitia, Sanctitas, & Redemptio: non ſolùm, ea ratione, q nos per fidem exiſtentes in eo, efficit iuſtos, ſanctos, & redemptos (imò eius iuſtitia, ſanctitate, redemptione, tùm nobis ſui ſpiritus participio impartitis, tùm eminentibus illarum perfectionibus, quibus in CHRISTO ſunt, nobis copulatis & impartitis, ac donis miro modo ſuperinductis; etiam conſummatè iuſti, ſancti, & redempti tandẽ & nominamur & ſumus) Sed quia adeò in iuſtitia, ſanctitate ac redemptione locuplètes euadimus, vt planè, non modò videri, ſed & diuino quidem iudicio (dummodo in CHRISTO ſimus) poſſumus quodam pacto, ac optimo iure, non ſecus, ac iuſtitia, ſanctitas ac redemptio reputari. Et tunc quidem maximè, cùm repleti omni benedictione ſpirituali, recipiemur in gloriam, non ſolùm in omnibus configurati CHRISTO, ſed vndiq: ab illo repleti, qui omnia erit in omnibus. Ita & pariter noſtra dictus eſt Pax non ſolùm, quia per ipſum ſumus reconciliati Deo, pacificati proximo, & conſcientiæ trãquillitati reſtituti; ſed quia exiſtẽtes in CHRISTO, eâtenus illius pace perfruimur quam ipſe habet in ſe: vt nullum nos valeat exturbare diſſidium, aut ab illa quoduis belli genus, abducere: quippè qui, & nunc pace in ſpiritu potientes, noſque CHRISTO per omnia commẽdantes, certiores ſumus, q ſemper nobis erit pro muro; nec vnquã deſeret in tribulatione & deniq;, q in eam tranquillitatem nos transferet, vbi in pace in idipſum perpetuò quieſcamus; & non ſecus tandem ac ipſa pax, tranquilli in æternum ſimus.

1.Cor. 1. | F | Philip. 3. | 1.Cor. 15. | Chriſt' quo pacto pax noſtra. | Eſai. 62. | Hebr. 13. | Pſal 4.

Qui fecit vtraque vnum: Et medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua: Legem mandatorum decretis euacuans.

Primum.

Declaratur modus, quo CHRISTVS noſtra factus eſt pax, & ex tribus conſiſtit. Primùm eſt, quia ex ambobus factum eſt vnum. Nàm cum duo exiſterent hominum genera, Iudæorum & Gentium; vtraque, in vnum ſunt genus redacta ambobus per fidem & lauacrum Spiritus ſancti regeneratis, & ita in vnum nouum genus euectis, vt exuta vetuſtate Adæ, & induta nouitate CHRISTI, in illo efficiantur pax, quemadmodum declarauimus. G Ephe. 4.

Secundum.

Secundum eſt, quia generis vtriuſque diſſidium ſuſtulit. ſiquidem ſe abominantes inuicem Iudæi & Gẽtes, non ſolùm non inibant commercia, fœdera, amicitias; ſed internis ſe perſequebantur odijs, dicterijs, maledictis. Dum Iudæi ſibi videbantur ſancti & Gentes habebant vt peccatores: è contra Gentes carnis ſapientię tumidę, Iudæos non ſolùm ſuperſtitionis inſimulabant, ſed de hypocriſi ac ſupercilio, non leuiter incrèbant.

Quod quidem diſſidium, Primùm, accommodato tropo, paries ab Apoſtolo dictus eſt medius, ac veluti maceriæ interſtitium; quo hi duo populi (non ſecus, ac ſolent inimicorum fines) cenſebantur diſtincti. Deindè, vt nemo in tropo poſſit eſſe ſuſpenſus, inimicitias, per appoſitionẽ adiungit; adijciens, In carne ſua. Quod poteſt duobus modis exponi. Altero de carne CHRISTI; & communior eſt interpretatio, vt indè percipiatur illius carnem, non ſolum ad omnes inimicitias ſubmouendas aſſumptam, atque ad omnes homines ad ſe pertrahẽdos, & ad inuicem copulando, crucifixam; ſed ita hac in peregrinatione geſtatam, vt tametſi genere erat Hebręus, non horreret tamen conuerſari cum Publicanis.

Altero de carne vtriuſque populi; quæ & fomentum præbuit omnis diſſenſionis. Et, præter conuicia, circuncìſionis & præputij, quæ paſſim improperabant alterutrum: pręter antiquitatum iactationes, dum illi, patres dicebant Abramum, Iſaccum, Iacobum; iſti Deos, Saturnum, Iouem & Martem præter ſcientias falſi nominis, dum gloriantur illi in literarum apicibus & elementis egenis & inualidis: iſti in ſiderum ſtudio & eruditione ſæculi: palàm eſt ex Apoſtolo, omnes ex carne ſuboriri lites, omnes diſſenſiones, iras, rixas, ſectas, contentiones, æmulationes, & id genus alia: quæ communi inimicitiarum voce, hoc loci comprehendit.

H | 1.Thi. 6. | Gala. 5.

Tertium.

Tertium eſt, Quia legem mandatorum, in decretis quàm pluribus ſitam, euacuauit. Quod & duobus modis intelligo. Et primo quidem non de vniuerſa lege, ſed ſolum de Cæremonijs, vt idem hoc in loco tradatur, quod ſecundo (ſi non fallor) traditur ad Coloſſenſes. Et vos (inquit) cum eſſetis mortui, in delictis & præputio carnis veſtræ; conuiuificauit cũ illo, donans vobis omnia

A nia delicta; & delens quod aduerſus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium no-
Cap. 2. bis: & ipſum tulit è medio affigens illud cruci. Nàm quòd per Decreti chirographum, Cære-
monias in lege ſcriptas intelligat (præter id ꝙ hæ maximè cruci videntur affixæ, maximèque è
Ibidem. medio ſunt ſublatæ, cum CHRISTI morte ſint prorſus abolitæ, & extinctæ) id euidenter oſten-
dit, quod immediatè concludit. Nemò ergò iudicet vos in cibo vel potu, aut in parte diei feſti &
neomeniæ, vel ſabbatorum; quæ vmbra ſunt futurorum, Corpus autem CHRISTI.

Videtur quoque, & ad rem non mediocriter facere; quiſquis præſentem locum in hũc mo-
dum exponat: non ſolùm, quia Iudæi conferentes ſe Gentibus, intumebant maximè ex cære- Iudęorũ tumor maximè ex cęremonijs.
Deu. 4. monijs, illud frequentius repetentes: Quæ Gens ſub cœlo tàm inclita, quæ tàm ægregias ha-
beat cæremonias, tamque ſolemnes ritus: ſed quia ſuis in ſacrificijs (quę cæremoniarum pars po-
tiſſima ſunt) illa mactabant animalia, quæ in honore habebantur à Gentibus, ſicut & Moſes corā
Exod. 8. Pharaone atteſtatus eſt. Quæ omnia maximam præbebant diſſidendi materiam. Et licet tota
lex Moſis ſit plena mandatis, quippè quæ continet vltrà ſexcenta præcepta; licet in tres partes di-
uiſa, quælibet pluribus præceptis conſtet: ea tamen, quæ dicitur de cæremonijs, non ſolùm reli-
quarum quálibet, ſed & ambas ſimul, longo tractu tranſcendit. Et quoniam cæremoniarũ prę-
B cepta non leuiter nutriebant fidem, eò ꝙ vniuerſa tendebant in CHRISTVM, non immeritò
additum eſt, In decretis, ſiue (ſi mauis) dogmatibus: quæ planè receptum eſt, ad fidem ac religio-
nem potiſſimum pertinere.

Secundo intelligo de tota lege: ità vt non ſolùm quæ iudicia, quæuè Cæremonias attinent,
ſed & quæ mores; per CHRISTVM eſſe euacuata (dummodò rectè intelligi velit) non dubite-
mus. Et quoniam ex parte morum, res reputatur obſcura, libuit paucis digrediendo tentare, vt
noſtris pro viribus, reddatur perſpicua.

Digreſſio, quo pacto. Lex Decalogi ſit abrogata, vel non abrogata, per CHRISTVM.

Conſiderandum itaque, ꝙ etſi Lex Decalogi, quæ (ſine controuerſia) mores omnes includit, Lex Decalogi omnes mores includit.
Psal. 4. maxima ſaltèm ex parte, eſt humanæ menti impreſſa, ac ſuper vnumquemque ab ipſa eius origi-
ne, non ſecus ac lumen diuinĩ vultus effuſa; oſtendens omnibus quæ agenda ſint bona, & quæ
2. Cor. 3. declinanda ſint mala; tametſi literis tandem deformata eſt in lapidibus, vt externis etiam ocu-
lis, tùm procedendi, tùm recedendi, inuiolabilis obijceretur ſemita: nihilòminus, ſi aliud non
C adijcitur, & vim, & eſſentiam legis penitus non aſſequimur, quandòquidem, & alia non pauca
ſunt, quæ & bona nobis, & mala præſcribunt vt omnes ſcientiæ, omneſque inſtitutiones de mo-
M. Tul. Cic. & alijs. ribus) & tamen non legis, ſed doctrinæ rationem retinent: Niſi forſitan quis, pro plena ratione
legis, diminutam illam, legis deriuationem recipiat: qua nonnullis, ob eam rationem à delectu
deſcendit, quia ad ea quæ ſunt deligenda, nos prouocat, & ab his quæ ſunt abominanda, nos re-
uocat. Quarè ſi rem penitus excuſſam percupimus, legem, neceſſe eſt non ſolũ agenda & cauē-
da præſcribere; ſed illos, quibus poſita eſt, ad ea præſtandum penitus alligare; & minis ac flagel-
lis, à ſingulis quæ ſunt præſcripta repoſcere: vt eo quidem pacto, Lex potius dicta ſit, quia ligat, Lex vndè verè ſit dicta.
Eſa. 61. & 6 quàm quia deligenda doceat. Hinc meritò dicta eſt, Vincula colli, Virga humeri, Sceptrum exa-
Iere. 23. ctoris, Oneris iugum, & Malleus conterens petram. Hinc generat in ſeruitutem, & adijcit timo-
Galat. 3.
Rom. 8. rem mortis & cædis. Hinc non eſt poſita iuſtis, qui virtutis amore non peccant, ſed impijs; vt à
Deu. 27. peccatis pęna cohibeat: & à tranſgreſſionibus, (ob quas poſita eſt) manum ſaltèm, ſi non animũ,
2. Thi. 1.
Gal. 3. cumulo maledictionum compeſcat.

Quid igitur? Duobus repertis in lege: nemini concipiendum eſt, illam ea ex parte euacua-
tam eſſe, qua & complectenda & execranda demonſtrat (Aliàs & abrogata forent præcepta di-
Matt. 22. D lectionis, in quibus tota lex pendet: imò & ſublata eſſet, vniuerſa IESV CHRISTI doctrina, &
totum abolitum euangelium: quod paſſim dilectionem inculcat, ad hoſtes vſque protendit, &
Mat. 5. 6. illam per omnem rationem abſoluit) Sed euacuatam illa duntaxat ex parte, teſtandum, qua ad
ea quæ oſtendit, nos vti vinculis ligat, atque ad præſtandum, ſtimulis nunquàm non ecar-
nificantibus, vrget.

Rom. 8. Siquidem cum in CHRISTO non acceperimus ſpiritum ſeruitutis, ſed libertatis, non formi-
Gal. 4. dinis, ſed dilectionis (vt qui non ſumus ex Ancilla nati, ſed ex Libera geniti: nec velut ſerui ocu- Spirit' Chriſti, ſpiritus eſt libertatis.
los erigimus ad mercedem, ſed vti filij paternam reſpicimus hæreditatem) palàm ꝙ tametſi, lege
præmoſtante, quæ ſunt ſeruanda cognoſcimus; illam tamen vt prædominantem vtuè præcipien-
tem, nequaquàm admittimus. Nam ſi ſumus filij, haud dubiè non ſumus ſub lege.

Non ꝙ detrectemus, quod illa præſcribit, ſed quia, dum præſcripta abſoluimus, non ducimur

iure legis, ſed ſtimulis charitatis; non metuendo pœnam velut ſerui exiſtentes ſub lege: ſed E 1.Cor.3.
morem gerendo paternæ voluntati, ſicut filij ſuperiores lege. Nec ideò ita facimus quia lex ita Roma.13.
iubet; ſed quia ita facere veros filios decet, obtemperantes non legi literæ mortis, ſed legi ſpiri-
tus vitæ; ſcriptæ non in tabulis ſaxeis, ſed in tabulis cordis; non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: 2.Cor.3.
Qua ſtimulante, nedum iuſſa legis perficimus, ſed pleno latoque corde, viam mãdatorum per-
currimus, quemadmodum Propheta docet. Pſal.118.

Ergò CHRISTVM euacuaſſe Decalogum, non eſt, doctrinam decalogi ſuſtuliſſe, ſed illius
imperium abrogaſſe. Nam quod iuſſit Decalogum in lapidibus ſculptum, iubet nũc Spiritus ef- Exod.32.
fuſus in corde: & quod vix extorſit comminatio, nunc vbertim præſtat dilectio: ſiquidem (vt Roma.5.
multùm quis tribuat illi legi) non niſi manum ex timore repreſſit: ſed iuſſis pectus nũquàm ob- Col.2.
temperauit. Ergò nec quis tranſgreſſionem euaſit; & proptereà nec mortem, nec reliquas ma- Rom.7.
ledictiones effugit. At legi ſpiritus vitæ, cor primùm obſequitur, & cordi manus poſtmodum ac-
commodatur; & ſic opus legis inculpatè perficitur.

Quid hoc in loco per legẽ decalogi.

Verùm, ne quis in clara luce cæcutiat, duo neceſſe eſt ſemper habere præ oculis; Alterum eſt,
Legem decalogi, aliud (hac in conſideratione) non eſſe, quàm nudam ſcripturam, nudas voces
& elementa, in ſolis lapidibus ſculpta; ſine ſpiritu, ſine gratia & miſericordia Dei: in nulla re no- F
bis fauentia, ſed in omnibus aduerſantia: ſiquidem cùm illa ſit ſpiritualis, rectos exigit mẽtis mo-
tus; non ſolùm vt externa dirigat, ſed vt concupiſcentias corrigat. Quarè & ſi, flagitia & crimina Matth.15.
punit, maximè tamen, vt pendent à corde: à quo effluunt nedum cogitationes malæ, ſed furta,
occiſiones, balſphemiæ.

Ergò, licet illi, ſine gratia & Spiritu ſancto, recti eſſe non poſſint; nihilòminus lex, quæ gra-
tiam & Spiritum ſanctum præſtare non valet, contrà hæc nõ habentes, ira & comminatione fu-
rens, inſurgit: & dum mandatorum obſeruationes expoſcit, & illa vel neglecta, vel minus quàm
par eſt inuenit abſoluta; mox de tranſgreſſione condemnat, & ſine miſeratione, reos mortis &
omnium maledictionũ eſſe pronunciat. Ergò, non immeritò dixit Apoſtolus (ſiquis & de tota Deu.27.
lege, vt placet multis, quæ ex Coloſſenſibus relata ſunt velit exponere: quemadmodum, & rectè Cap.2.
exponi poſſe concedimus,) Chirographum eſſe nobis contrariũ, & in omnibus ſemper infeſtũ.

Alterum eſt. Doctrinam decalogi, ex lapidibus per CHRISTVM tranſlatam eſſe in corda;
vt illam iam amplius non complectamur, quia in ſaxis erat impreſſa, ſed quia in nobis eſt Spiritu
ſancto deſcripta. Nam licet, ex conditione humanæ naturæ, præcepta decalogi, quodam pacto,
cenſeantur ſuborta nobiſcum, cum ad illa, non tam opera noſtræ rationis, quàm naturæ proprie- G
tate videamur contendere; quia tamen natura ſauciata eſt per peccatum, & ob id non mediocri- Luc.10.
ter eſt labefactata lex indita, adeò vt, cum rarò, tũ vix, mandata perurgeat, idque nunquàm ex di-
lectione Dei, ſed commodo & amore ſui; neceſſariò factum eſt, vt ſi hanc legem (vt æquum eſt)
adimplere debemus, opus ſit, vt altius eius impreſſionem recipiamus; vt ad perfectionem, lege
ſancto ſpiritu reuocata, ac eodem concitante, in nobis ad exequutionem deducta: ſincera Dei
dilectione, quicquid præcipit illa, præſtetur: Quo quidem pacto, non ſolùm, nulla ex parte, per
CHRISTVM illius eſt euacuata doctrina, ſed locupletata & omnibus numeris abſoluta.

Sed dicis. Eſto, res ita ſe habeat. Eſto, in lege incluſa ſit cõminatio. Eſto, hæc ſit per CHRI- Coloſ.2.
STVM ſublata, quandò lex cum illo eſt crucifixa. Eſto, quòd CHRISTI membra facti, & à Deo Rom.7.8.

An lex Moyſi ſuis in pollicitationibus euacuata ſit.

in adoptionem aſſumpti, non ſimus vltra ſub lege mortis, ſed ſub lege ſpiritus vitæ; Nũquid ideò
omnis vis erit legi perẽpta? Nũquid illa omni facultate priuata? Nunquid conſentaneum non
eſt omni legi, non ſolum ſupplicia comminari, ſed & præmia polliceri? Et licet lex Moſis eſſet 1.Thim.4.
omni maledictione grauida, erat quoque non minus, quàuis benedictione fœcunda: nec habe-
bat modò pollicitationes vitæ præſentis, ſed & quæ ſunt vitæ futuræ. Nũquid, & per CHRISTVM,
has promiſſiones amiſit, Vel non potius auxit, & locupletiores recepit? Nunquid ſine manda- H
torum obſeruatione, æterna vita donabimur; aut donis ſupercœleſtibus benedicemur? Ergò,
non ſolùm lex euacuata non eſt ex parte Doctrinæ, ſed nec ex parte Promiſſionũ: imò ſicut red- Matth.19.
dita eſt doctrina perfecta, ita & in pollicitationibus penitus conſummata.

Verum, his non eſt arduum, ſatisfacere. Fatemur quidem conſentire legi, poſſe nedum pœ-
nas præſcribere, ſed præmia polliceri: Sed ſiquis penitius rẽ inſpiciat, non mediocre inueniet in
noſtra lege, diſcrimen: ſiquidem facultas inferendi pœnas, non ſolum eſt ipſo facto probata, ſed
frequenti vſu facta legitima: quippè quæ innumeros condemnauit. Facultas verò conferendi
præmia, nunquam in vſum redacta, ſeipſa videtur abolita; quippè quæ neminem ad perfe-
ctum adduxit.

Ruſum

Heb.7. Gala.3. A Rurſum. Facultas inſerendi pœnas, ineſt legi ex officio, ad quod præcipuè erat intenta: quip-
pè quæ, propter transgreſſiones eſt poſita, non modò declarandas (ſiquidem per legem cognitio
Rom.3. eſt peccati) ſed conuincendas ac condemnandas. Nam concludit Scriptura, omnes qui ſunt ſub
Gal.3. lege, eſſe ſub maledictione omnes à lege redargutos & conuictos, veluti transgreſſores. Facultas
Iaco.2. conferendi præmia, & maximè perennis vitæ, legi non ineſt ex officio, ſed ex permiſſione: vel ſi
ex officio, non proprio, ſed quodammodo delegato; & proprio diuina liberalitate coniuncto.
Vndè, & non niſi oſtenſo, conuicto, ac condemnato peccato, conceſſum eſt legi ad ſpem miſeri-
Gal.3. cordiæ introducere, & ita, velut Pedagogo ad CHRISTVM prouocare, in cuius manu data eſt
lex: Qui planè non ſolum ab illius valet cõdemnatione abſoluere, ſed & populos etiam ſine le-
ge, ad vitam ſempiternam transferre: Quippè qui non vnius tantum populi mediator eſt factus,
ſed Gentium omnium & Nationum.

Gal.3. Amplius. Lex in lapidibus ſcripta, ex ſe viuificare non potuit, ſed ex ſe occidere potuit; nec ex
2.Cor.3. illa iuſtitia eſt introducta, ſed mors adminiſtrata: imò ex lege vis aucta eſt peccato, vt non iniuria
Rom.7. virtus ſit appellata peccati; quandòquidem lege ſuperueniente, peccatum non timuit abunda-
1.Cor.15. re, & per mandatum occaſione accepta, omnes ſuas vires expendere, & ſic velut à ſomno concu-
Rom.5. Roma.7. B piſcentias omnes excutere. Ergò longè propenſior lex fuit ad puniendum, quàm ad præmian-
dum: imò propter illud eſt introducta, & ad hoc quodam modo delegata; & non niſi proprio mi-
niſterio functa, ad poſteriorem functionem videtur admiſſa. Quod autem æterna vita, nobis
non niſi mandatorum obſeruatione proueniat, nihil ſupradictis obſiſtit: quoniam non ſunt illa
2.Thim.4. mandata legis in ſaxis, ſed ſunt mandata legis in corde, vt hoc quidem pacto, & bonum certamẽ
certantibus, curſum conſummantibus, fidem ſeruantibus, gratia & ſpiritu ſancto viam manda-
torum currentibus, repoſita ſit corona iuſtitiæ: & quærentibus per patientiam bonorum ope-
Rom.2. rum gloriam, honorem, & incorruptionem, nõ coram hominibus, ſed Deo & Patre per IESVM
CHRISTVM, reddenda ſit vita perpetua.

Et nihilòminus, non ſolùm Dei miſeratione & liberalitate, præmium longè eſt vltra condi-
Rom.6. gnum, ſed prorſus ex Dei gratia, obuenit æterna vita, ſicut Apoſtolus docet, non ſolùm coronã-
1.Cor.6. te Deo, quæ largitus eſt dona, ſed illis ſemper benefauente, & vſque ad brauium promouente ac Deus non ſolum ſua dona coronat, ſed promouet.
fortunante: vt tandem verè perfecta, & vndiq; abſoluta ſint opera ſua. Ex quibus perſpicuum eſ-
ſe poteſt, quales quales, legis fuerint promiſſiones ad æternam potiſſimum vitam pertinentes,
C potius longeq; maiori iure pertinuiſſe ad legem Spiritus vitæ, in illa verè comprehendi in illa
per CHRISTVM abſolui: & in nobis, illi obtemperantibus, accumulatiſſimè perfici & adim-
pleri. Sequitur.

Vt duos &c. Tribus quidem ex partibus conſtare modum, quo CHRISTVS noſtra factus eſt
pax, explicatum eſt; ſed modi partes, non ſunt penitus abſolutæ. Qua de re, quod dixerat (Vtraq;
vnum facta per CHRISTVM) primùm abſoluendo, & ob id finem explicãdo, ſubiungit: *Vt duos
condat*, ſiue creet, ſi Græcè mauis, populos, *in ſemetipſo.* Si retines Condere, alluſio eſt ſpiritualis
1.Pet.2. ædificij: quod in ipſo CHRISTO (vti viuo ac fundamẽtali lapide) ex lapidibus viuis ædificatur,
velut templum in Domino, ſicut & non multò poſt Apoſtolus dicet. Si probas Creare: exprimi-
tur hoc in opere, tum virtus maxima ex parte CHRISTI: quoniam creationis opus infinitæ ſem-
per eſt poteſtatis: tum maxima indignitas ex parte noſtri: quoniã creationis opus, ex nihilo, hoc
eſt, nullo ſuppoſito ſemper eſt.

Et quod additur, *in ſemetipſo*, Creationis explicat terminum, denotatque, quòd duo populi adeò
facti ſunt vnum: vt in CHRISTO rationem vnitatis acceperint, & per hoc, ſui ipſius eſſe, quo-
dam pacto, participauerint. Nàm ſicut creare, ex nihilo eſt aliquid facere; ita & in vnum, in quã-
D piam perſonarum aſſumi, eſt ad illius hypoſtaticum eſſe prouehi, & ad eandem cum illa, ſubſi-
ſtentiam perſonalem admitti, *in vno homine*, ſiue Græcè, & rectius, in vnum hominem: Qui eſt
CHRISTVS. Tanta quidem vis huius extitit creationis, ſiue ſtructuræ (ſi mauis) in CHRISTO:
vt efficax fuerit ad transferendum vtroſq; populos; non tantum in vnum populum, ſed in vnum
hominem: & adeò miram metamorphoſim faciẽdum, vt ambo ex veteri Adam, quem imbibe-
rant ex natiuitate carnis, euaſerint per omnia nouus CHRISTVS, ex regeneratione ſpiritus: iuxta In regeneratione quodã pacto euadimus nouus Chriſtus.
ea quæ in præcedentibus, non ſemel explicauimus, & in ſequentibus à Paulo reſumentur.

Faciens pacem. Poterant hæc præcedentibus iungi, ſed libuit, cum ſequẽtibus necti: vt ſint, ve-
luti ſummula illius partis, quam ſecundo loco perficit, & abſoluit: ſiquidem, quod in tropo præ-
miſerat (medium parietem maceriæ ſoluens) & quod explicando ſubiunxerat (inimicitias in car-
ne ſua) aliud in ſumma non ſunt, quam vtriuſq; populi facta pax, ſicut ex ſeipſo liquet. Ergò, &

quorſum inter illos conſtituta pax ſit, ſupereſt aperire. E
Itaque docet Apoſtolus, illam nõ ideò conſtitutam, vt ambobus conuenientibus inter ſe, ho-
ſtes remanerent cum Deo (quandòquidem præter id, ꝙ vera pax impijs eſſe non poteſt) parum, Eſai. 48.
vel potius nihil, per CHRISTVM illis acceſſiſſet lucri, ſi Deus remãſiſſet infeſtus: Sed, *Vt*, diſſen-
ſionibus & pugnis amotis, *ambos*, pariter, *in vno*, CHRISTI, *corpore*, non ſecus ac membra aſci-
tos, & vinculo fidei, ſpei, & charitatis coniunctos & conſtrictos, *reconciliet*, vel ſi Græcè mauis, re
conciliaret, *Deo*, ab ambobus offenſo, cum eſſent omnes ſub peccato, omnes impij, & inimici Rom. 5.
eius; filij iræ & digni non tam punitione, quàm exterminatione.
Et quanquàm membra CHRISTI, non poſſint eſſe, non amica Deo, imò non ſummè grata Matth. 17.
& accepta, cum ille filius ſit vnicè dilectus, & in quo ſemper ſibi benè complacuit: nihilòminus Luc. 3.
etiam, *Per crucem interficiens*, hoc eſt, per ſuam mortem & ſanguinem; per ſacrificium illud ex-
piatorium ac placatorium; per holocauſtum ardore charitatis ſuccenſum, in odorem ſuauitatis,
ad reconciliandum Deum, & delendum per modum interficientis, hoc eſt, extremam vindictã
exigentis, *inimicitiam*, quam meritò Deus retinebat nobiſcum, *in ſemetipſo*, tum obedientia Pa-
tris, tum noſtri dilectione, receptam, & ac ſi ipſe illam aliquo demerito incurriſſet, illi impoſitã
& computatam (quemadmodum non ſemel in præcedentibus patefecimus) vt ſecum cruci affi- F
xa, & interfecta, penitus tolleretur è medio.

Lex extincta prorſus fuit in cruce.
Et veniens, &c. Remanſit tertia & poſtrema pars, de euacuatione ſcilicet, legis. Quæ etſi
quantum erat ex ſe, euacuata eſt in primo aduentu CHRISTI, Paulo acclamante, ꝙ data eſt lex, Gal. 3.
donec veniret ſemen cui promiſerat: quia tamen penitus videtur extincta in illius cruce, quandò
myſterium totius redemptionis, eſt abſolutũ: Ideò de illa cõſummata euacuatione loquens, atq;
inchoatam huius rei doctrinam complere intendens, adiunxit. *Et veniens*, Secundò quidem in
mundum, poſtquã ſcilicet, ſurrexit à mortuis. Nam primò venit deſcendendo de cęlis, nec mini- Matth. 20.
ſtrari ſed miniſtrare: Secundò venit aſcendendo ab inferis, recturus ac moderaturus Orbem, &
omnes in ſui obedientiam redacturus: vt ſub illius ſuauiſſimo iugo, perpetua potiantur pace.
Ergò à mortuis excitatus, & in regiam maieſtatem aſſumptus, per ſuos Apoſtolos, *Euangeliza-* Matth. 11.
uit pacem, & vobis qui longè fuiſtis, & pacem his qui propè, fuerunt, mittens illos in mundum vniuer-
ſum, vt prædicarent euangelium omni creaturæ, hoc eſt: Deum omnibus reconciliatum, & pa- Mar. vlt.
cem toti mundo reſtitutam: vt iàm non ſoli Iudæi, qui reputabãtur ob promiſſiones propinqui,
ſed & Gentes, quæ veluti teſtamentorum hoſpites videbantur diſtantes, & ſedere & deliciari ha-
beant, in pulchritudine pacis, & cum Deo in CHRISTO, conſcientiæ tranquillitate, & pace po- G Eſa. 32.
tiri, quæ ſuperat omnem ſenſum: dummodò velint reſipiſcere, & Dei reconciliationẽ in CHRI- Philip. 4.
STO factam (quandòquidem Deus erat in CHRISTO, mundum reconcilians ſibi) per viuam fi- 2. Cor. 5.
dem accipere: Siquidem (vt alibi docet) miſſi ſunt Oratores in mundum à Deo, vt rogãtes & ob-
ſecrantes, verbum annuncient reconciliationis: vt homines audientes, & per fidem Euangeliũ 2. Cor. 5.
acceptantes, reconcilientur Deo: & per eum qui peccatum non fecit, ſed ſacrificium & hoſtia

Annũciatio Euangelij quid ſit.
factus eſt pro peccatis; iuſtitia Dei efficiantur in eo. Ergò annunciatio euãgelij: annunciatio eſt
reconciliationis Diuinæ, ergò euacuatio eſt iræ Dei: ergò abrogatio legis antiquę, quæ operaba- Ibidem. Rom. 4.
tur iram: ſiquidem neceſſe eſt, vt Luci cedant tenebræ, Vmbrę corpori, litera Spiritui, ira bene-
dictioni: Ergò & Moſes CHRISTO, & Lex Euangelio. Sequitur.
Quoniam per ipſum, acceſſum habemus ambo, in vno ſpiritu ad Patrem. Non ſunt hæc impertinen-
tèr adiuncta: ſed illuſtrem euacuationis legis rationem, explicantia. Nã ſi per CHRISTVM, adi-
tum habemus ad patrem, neceſſe eſt, vt in CHRISTO euaſerimus filij: ergò vt ſimus redditi ſupe-
riores lege: ergò vt lex prorſus euacuata ſit nobis. Igitur intendit Apoſtolus quòd cum beneficio
CHRISTI, tam Iudæi quam Gentes aditum habeamus ad Deum, non quidem velut inexora- H
bilem dominum, aut ſeueriſſimum iudicem, ſed veluti clementiſſimum patrem; Et ambo in vno
ſpiritu adoptionis: imò in vno Spiritu CHRISTI, qui eius eſt filius naturalis (quippè qui illius,
quodam modo partes, & veluti eius membra ſumus) conſtantiſſimum eſſe debet, ꝙ vltrà, nõ ſu-
mus, vti ſerui, ſub lege: nec ſpiritum accepimus iterùm, in timore, ſed Spiritum charitatis, quæ Rom. 8.
foras mittit timorem; ambulando in omnibus mandatis Diuinæ legis, non in ſpiritu ſeruitutis, 1. Ioan. 4.
ſed in ſpiritu dilectionis & euangelicæ libertatis.

Enarratio Portionis Tertiæ, Sectionis ſupraſcriptæ.

Ergo iam non eſtis &c. Concluſio hæc Apoſtoli, aptiſſimo declarat tropo, non ſolũ per CHRI-
STVM compoſitam eſſe pacem, inter Iudæos & Gentes; non ſolum ex ambobus populis vnum

A euaſiſſe,& in CHRISTO in vnum corpus,in vnum nouum hominem, myſterio commigraſſe: ſed & copiam omnium ſpiritualium benedictionum,tum vbertim,tum indiſcriminatim ambos à Deo & Patre in CHRISTO excepiſſe; Poſtquam pariter facti ſunt, Sanctorum conciues,& cōdomeſtici Dei;ſuper eodem fundamento constructi,& in eodem ſummangulari lapide colligati:vt creſcant in templum ſanctum,& in habitaculum Dei. *Ergo* (inquit,ex præmiſsis concludēs) *Iam non eſtis hoſpites & aduenæ*. Poſtquàm enim, per fidem eſtis inſiti CHRISTO,& cū Hebręis in illius mēbra tranſlati;non eſtis amplius teſtamentorū hoſpites, nec velut accolæ promiſsionū participes: ſed eſtis hæredes & promiſsionum filij. Quippe qui eſtis facti, *conciues ſanctorum & domeſtici Dei.*

Eccleſia quidem ſancta(quæ aliud non eſt quàm CHRISTI corpus)etſi hac in peregrinatione,dici poteſt ſanctorum Ciuitas;propterea ꝙ CHRISTI membra,non ſunt agreſtia,ſed ornata ciuilibus donis. non ſunt prophana ſed ſancta,munditia,firmitudine, conſecratione,nō ſunt confuſa ſed ordinata: non ſolum vti membra in corpore, ſed vt Ierarchicæ diſtributiones in cœlo: non ſunt diſsidentia,ſed conſonantia, non ſolùm in vno Deo, in vna fide, in vno baptiſmo; ſed in vno ſpiritu,in vno corde,in vna voluntate,& bonorum omnium communione: Et ſi dici B poteſt,Domus Dei viui, in qua (teſte Apoſtolo) vaſa ſunt aurea & argentea, quam CHRISTVS ædificat,ſuprà firmam petram,quam Deus inhabitat, & decet ſanctitudo: Longè tamen accommodatius,Eccleſia his vocibus, exprimetur in cœlo, vbi hęc,eò poſsidet locupletius,quò fons eſt riuulo exuberantior:& primitiæ anguſtiores copijs. Ergò, etſi Gentes factę ſunt conciues Sanctorum & domeſtici Dei in vita præſenti. longe tamen fœlicius erunt conciues & condomeſtici Dei & ſanctorum,in vita futura.

Qualia ſint Mēbra Chriſti.

Acto. 4. 2. Thi. 2. Mat. 16. Pſal. 92.

Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum. Fundamentum verum,totius Eccleſiæ,& cuiuſuis ſpiritualis, & ſolidæ ædificationis, aliud nemo ponere poteſt, præter id quod poſitum eſt,quod eſt CHRISTVS IESVS. Qui planè, dictus eſt fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum;non ſolùm,quia ab illis,eſt CHRISTVS, vti fundamentum, euangelizatus,& ab iſtis, vti fundamentum prædictus (Ecce mittam in fundamentis Syon lapidem: lapidem probatum,angularem, precioſum, in fundamentum ſolidisſimum, fundatum & poſitum) ſed quia illos primum ipſe fundat,& ſuſtinet: Quandòquidem Ipſi vti grandiores lapides viui, proximiores facti ſunt primo illi lapidi viuo,ab hominibus reprobato, à Deo autem electo & honorificato:& præſertim Apoſtoli qui adeò CHRISTO lapidi ſunt innixi,vt cum illo facti ſint fundamē C tū Eccleſiæ. & inter oēs,maximè Petrus,quippe qui virtute ſingularis fidei, & inſignis illius conſeſsionis,verè factus eſt Petrus & Petra;ſuper quā fundaretur Eccleſia, vt D. Hieronimus docet.

1. Cor. 3. Eſa. 8. 28. Rom. 9. 1. Pet. 2.

Chriſtus fundamētū Apoſtolorum, & Prophetarū.

Ergò electi ex Gentibus,qui Dei miſeratione facti ſunt lapides viui,ſed non adeò inſignes veluti Apoſtoli & Prophetæ: ſuperædificati quidē ſunt ſingulari illi fundamento,quod eſt CHRISTVS: ſed medijs Apoſtolis & Prophetis. Superædificati primùm quidem à Deo(Dei ædificatio eſtis(deindè à CHRISTO (Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam) & demùm à Paulo alijsque miniſtris: Quorum videat quilibet, quomodo ſuperædificet: Et dati ſunt Apoſtoli & Prophetæ,in ædificationem corporis CHRISTI.

1. Cor. 3. Mat. 16. 1. Cor. 3. Ephe. 4.

Ipſo ſummo angulari lapide CHRISTO IESV. In ſpirituali quidem ædificatione,fundamentum non iacet in imo ſed in ſummo,non deorſum ſed ſurſum. Quare etſi CHRISTVS eſt fundamentum, in ſummo tamen eſt conſtitutus,& in caput anguli collocatus,vt ambos parietes,vtrunque ſcilicet populum in ſe eleuet & connectat. *In quo omnis ædificatio conſtructa*, ſiue mauis, coaptata; tametſi dictio Græca præſentis eſt temporis,quod quadrat ijs,quæ immediate ſubiungit, *creſcit in templum*. Non in profanum ædificium, *Sanctum*, firmum, mundum & dicatum Deo, Tem-D plum Dei ſanctum eſt,quod eſtis vos. Nam Deus in Eccleſia eſt, veluti in templo in quo colitur & vt verus Deus habetur, *in Domino*, Non in diuitijs, honoribus, & vanitatibus huius mundi, quoniam in his ſemper decreſcit:ſed in Domino,per augmentum fidei, ſpei, & dilectionis: In quibus ſicut verus Dei cultus potiſsimum exercetur, ita & vera auctio ædificationis, in Domino conſummatur.

Pſal. 117. 1. Cor. 3. 2. Cor. 6.

In quo, ſummangulari lapide, CHRISTO IESV, *& vos coædificamini*, à Deo, CHRISTO, & Nobis, *in habitaculum Dei*: Quod dixerat templum,nunc dicit habitaculum. Vos(inquit alias) eſtis templum Dei viui ſicut dixit Deus: Quoniam habitabo in illis,& inambulabo inter eos,& ero illorum Deus. *In Spiritu ſancto*. Nunc quidem erigimur & ædificamur in habitaculum Dei, non in carne ſed in ſpiritu:in quo,eò magis creſcimus, quò magis in carne deficimus. Et quanquàm,Sancto, Græcis abundat,retentum tamen non nocet, ſed forſan inſtruit, tunc maximè

2. Cor 6. Leui. 26.

Quo pacto ædificamur & creſcimus in habitaculum Dei.

hanc

hanc ædificationem prouehi, quando in vera ſpiritus ſanctitate perficitur. E

Obſeruationes Sectionis præmiſſæ

Obſeruandum in Prima portiuncula textus, Vt ſemper habeamus præ oculis miſeriam hominis nondum regeniti; Deum pleno pectore flagitantes, ne poſtquàm nos ſua gratia, & CHRISTI beneficio, eruti ex illa ſumus, demeritis noſtris ad vomitum relabi permittat: Siquidem ante regenerationem in CHRISTO ſumus in carne; hoc eſt, in carnis affectibus & operibus degimus, illiſque per omnia militamus: In quo quidem ſtatu viuentes, Deo placere non poſſunt. Sumus incircumciſi, non tam carne quàm labijs & corde; vt veré exterminandi ſimus è populo Dei. Sumus ſine cognitione CHRISTI, ſine qua neceſſe eſt ambulare in tènebris, & lõge aberrare à via, veritate: & vita. Sumus alieni à Republica Iſrael, hoc eſt excluſi à cætu & peculio Dei; & ob id incluſi ſub tyrannide Sathanæ. Sumus alieni à Teſtamentis diuinis, & procul à promiſſionibus & oraculis, extrà quæ omnia ſunt mera vanitas, & afflictio ſpiritus. Sumus denique & ſine Deo in mundo, illum re vera non agnoſcentes, & illius fœlicitatem non participantes; imo ab illo vt inimici reiecti, & diris ſupplicijs iure optimo, traditi.

Miſeria hominis non regeniti & regeniti fœlicitas habenda præ oculis.

Roma. 8. Gene. 12. Ioan 14. Exo. 19. Eccle. 1.

Obſeruandum in Secunda, Vt è diuerſo, pariter non excidat animo, hominis regenerati fœlicitas, neque coram Deo ſimus minus ſoliciti, vt cuius hac in vita, dignatus eſt, conferre primitias, non dedignetur in futura elargiri copias. Nam poſt regeneratiõe ſumus in CHRISTO: quod vel ſatis eſſe poteſt ad cumulum totius fœlicitatis, quandòquidem in illo ſunt, & effluunt in eos qui ſibi coniuncti ſunt, omnes theſauri Dei. Sumus in illius corpus aſſumpti & illius nouitatem adepti. Sumus reconciliati Deo, in rempublicam ſuam accerſiti, à lege liberati, paci vndique reſtituti, euangelio eruditi, & ad Deum vti ad piiſſimum patrem introducti. F

Obſeruandum in Tertia, Vt agnoſcentes nos translatos in conciues Sanctorum & domeſticos Dei, imò erectos in Dei templum & habitaculum; non ſolùm ducamus vitam cœleſtibus ciuibus non diſſimilem, & à Dei domeſticis non alienam; ſed veluti ex mortuis ad nouam vitam excitati, nobiſcum non tàm verbo quàm opere repetamus (Noſtra politia in cœlis eſt: Et iàm in domo patris, multæ paratæ ſunt nobis manſiones) nunquam non memores, ꝙ Siquis violauerit templum Dei, diſperdet illum Dominus: Præter id, ꝙ ſi ſumus Templum Dei, neceſſe eſt vt in nobis habitet Spiritus ſanctus, qui diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Satagamus igitur illum non contriſtare, in quo & obſignati ſumus in diem redẽptionis: ſed in dies potius in illo magis coædificari, & conſummari, in abſolutiſſimum habitaculũ Dei, per illius gratiam & miſerationem; in CHRISTO IESV Domino noſtro Amen. G

Vita nobis ducenda cœleſtis.

Philip. 3. Ioan. 14. 1. Cor. 3. Sap. 1. Ephe. 4.

Sexta Sectio prioris partis Epiſtolæ, In qua oſtendit Apoſtolus, quòd licet definitum fuerit ab æterno, Gentes benedicendas in CHRISTO, omni Spirituali benedictione: & ob id transferendas in templum Sanctum & habitaculum Dei concorpores & comparticipes promiſſionum in CHRISTO: id tamen non fuit ita cognitum ſuperioribus ſæculis, ſicut modò Sanctis Apoſtolis, & Prophetis in Spiritu Sancto: Idque muneris maxime collatum eſſe Paulo, qui miniſter datus eſt ad inſtruendas Gentes. Pro quo præſtando etiam in vinculis exiſtens inuigilat, atque omnem lapidem mouet. Et in quatuor portiones reſoluitur, ſicut facilè patet.

CAPVT TERTIVM.

Huius rei gratia, Ego Paulus vinctus CHRISTI IESV *pro vobis Gentibus ſi tamen audiſtis diſpenſationem Gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis. Quoniam ſecundùm reuelationem notum mihi factum eſt Sacramentum, ſicut ſuprà ſcripſi in breui, prout legentes poteſtis intelligere Prudentiam meam in Myſterio* CHRISTI: *quod alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius, & Prophetis in Spiritu: Gentes eſſe cohæredes & concorporales & comparticipes promiſſionis in* CHRISTO IESV *per Euangelium. Cuius factus ſum ego miniſter ſecundum donum gratiæ Dei quæ data eſt mihi, ſecundum operationem virtutis eius.* — prima portio.

Mihi enim Sanctorum omnium minimo data eſt gratia hæc in gentibus Euangelizare inueſtigabiles diuitias CHRISTI. *& illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio Sacramenti, abſconditi à ſæculis in Deo; qui omnia creauit: Vt innoteſcat Principatibus & Poteſtatibus in cæleſtibus, per Eccleſiã multiformis Sapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſæculorum: quam fecit Deus in* CHRISTO IESV *Domino noſtro. In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius* — H Secũda portio.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, *ex quo omnis Paternitas in cœlo & in terra nominatur: Vt det vobis per ſpiritum eius in interiori homine,* CHRISTVM *habitare per fidẽ in cordibus veſtris. In charitate radicati & fundati ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas & profundum. Scire etiam ſupereminentem Scientiæ charitatem* CHRISTI, *Vt imple-* — Tertia portio.

A *nini in omnem plenitudinem Dei.*

Quarta portio. *Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis: Ipſi gloria in Eccleſia & in* CHRISTO IESV, *in omnes generationes ſæculi ſeculorum. Amen.*

Summa & intentio Textus pr. ſcripti.

Quoniam Sacramentum de Gentium prædeſtinatione & conuerſione, non erat omnibus reuelatum, & multos habebat contradictores ex circunciſione, non immeritò dubitabat Apoſtolus (præſertim iam detentus in vinculis) ne fortè a pſeudoapoſtolis & prophetis paſsim reclamantibus, ac veluti rem nouam & à ſæculis inauditam calumniantibus, Epheſij tandem, seducerentur: & ſic, vel reuerterentur ad vomitum, ad idolorum ſcilicet cultum, & vitam iſtius ſæculi, vel ſaltem deficerent & apoſtatarent à fide.

Prudenter itaq;, poſtquàm oſtendit illos benedictos in CHRISTO omni benedictione ſpirituali, & euectos in conciues Sāctorum & domeſticos Dei, imò in templum eius & habitaculum, & ſuper conſtantiſsimo fundamento Apoſtolorum & Prophetarum etiam conſtructos, occurrit B præmiſſo periculo: docetque, quòd tametſi iſtud myſterij, non fuit retroactis ſæculis ita detectu, ſicut modo ſanctis CHRISTI Apoſtolis & Prophetis ex acceptione Spiritus ſancti: id tamen factum non eſt, ſine ſacramento: quandòquidem placuit Deo & Patri, hæc non patefieri Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus, niſi Eccleſiæ miniſterio; vt ſingula excutientibus euidentius manifeſtabitur: Qua de rē hoc Tertio capite, ſuum primum officium à Deo accepiſſe commemorat, & ſimul conſtantiam ſuam & inſtructionem declarat: Deindè curam & ſollicitudine, quam habebat, argumento nō mediocri, demonſtrat: Et demùm in calce, Deo gratias refert & ad illius gloriam Primæ epiſtolæ parti, finem imponit.

Enarratio portionis primæ Sectionis ſupraſcriptæ.

Huius rei gratia, Nempe, quia non ſolum euulgaui, ſed potiſsimùm in hoc ipſum incubui: nō minus Gentes, quam Iudæos, benedicendas eſſe à Deo & Patre: non minus aſſumendas in vnū nouum hominem; in vnum templum & Dei domicilium, coædificandas in ſpiritu: Ego *Paulus*, ſum, *vinctus*, & ſic quidem vinctus, ſum quòque CHRISTI IESV; Quandòquidem propter
Rom. 8. vincula, non ſubij alium Dominum, aut deſij eſſe CHRISTI IESV; à quo nec vincula, nec car-C ceres, nec vita, nec mors, me poterunt ſeparare, *Pro vobis Gentibus*, Quia ſcilicet, vobis gentibus faueo, veſtræ ſaluti incumbo; in hæc vincula ſum coniectus. Nàm refert Lucas in Actis, Iu-
Cap. 21. dæos ex Aſia egreſerentes fructum Apoſtoli inter Gentes, illum in pluribus, Ieroſolimis accuſaſſe, & maximè q adeò illis fauiſſet, quod eas introduxiſſet in templum, & ſic illud profanaſſet; & hoc quidem pacto totam in Paulum ciuitatem commouiſſe, ità vt mox manus iniicerentur Apoſtolo, & ſic redigeretur in vinculis. Qui tandem poſt diutinam captiuitatem, Romam eiſdem in vinculis eſt perductus, vnde hanc epiſtolam ſcribit: nec quidem leuis illo in verbo efficacia eſt: quippe quod non ſolùm Epheſiorum pectora, facile in Pauli amorem ſuccendit, non ſolùm doctrinam ab ipſo prædicatam confirmat: ſed & ſtrenuitatem in ſua functione demonſtrat: ſi quidem pro illorum ſalute non renuit, in vincula conijci, & ſuam prædicationem, vſque ad vinculationem promouit, & tàm ſtrenue eo muneris eſt perfunctus, vt non crederent hoſtes ſibi ſatis proſpectum; vſquequo vinculis nō premeretur. Plane non mediocrem ſibi beneuolentiàm concitauit, doctrinam conſtantem oſtendit, & creditam ſibi functionem, non oſcitanter abſoluit. Paulus vinctus eſt Gentium occaſione.

Si tamen, Græce legitur, Siquidem: quod magis videtur congruere: quandòquidem res erat notoria, & nemini non confeſſa, *audiſtis*, Non erraſſet ſi dixiſſet, Vidiſtis, Experti eſtis, Pericu-D lo comprobaſtis: ſed modeſte loquens, verbum procul reddit ab inuidia, & contentus eſt ſi communi innitantur famæ, & remotioribus teſtibus, *Diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis*, ſiue ſi Græce mauis, inter vos, Si ſermo eſt de gratia diſpenſanda à Paulo, per gratiam intelligimus beneficium CHRISTI, quo ſumus redempti & benedicti à Deo & Patre: de qua & aliquando admonet, ne recipiatur fruſtrà: Huius, gratiæ diſpēſatio, credita eſt Apoſtolo à Deo, in Gratia pro beneficio Chriſti, & pro munere apoſtolatus.
2. Cor. 6. Gentibus: cum illi demandatum eſt, euangelizandum in præputio, & ad id muneris eſt tam in-
Acta. 9. ſigniter accerſitus. Si vero de gratia à Deo diſpenſata Apoſtolo, qui & ſi Spiritum ſanctum ſin-
1. Cor. 12. gulis diſtribuit prout vult, vnicuique tamen dat iuxta qualitatem membri, & menſuram dona-
Infra c. 4. tionis CHRISTI capitis; Gratia hoc loci munus eſt Apoſtolicum, quo functurus erat in Gentibus: de qua & ſubijciet paulo poſt, q ſibi Sāctorum omnium minimo ea gratia data eſt, vt euan-

gelizaret

gelizaret in Gẽtibus inueſtigabiles diuitias CHRISTI. Sed primũ magis eſt ad mentẽ Apoſtoli. B

Quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt Sacramentum. Cum Græcè non ſit, hoc in loco, dictio cauſalis, ſed potius expreſsionis, eò quod non legitur, Quoniam, ſed legitur, Quòd, non oportet vt hæc præcedentibus conectantur vt cauſa, ſed ſatis eſt ſi ſunt quædam illorum expreſsio, ac veluti dearticulatio: vt hoc pacto intendat Apoſtolus, Epheſios non ſolùm audiuiſſe creditam ſibi diſpenſationem gratiæ inter eos, ſed & plenam factam ſibi illius maximi Sacramenti detectionem (quòd illæ, ſcilicet, pertinent ad beneficium CHRISTI, & ſpiritualem benedictionem Dei & Patris) Non quidem ab homine, ſed (vt Galatis ſcribit) à CHRISTO IESV. Galat. 1.

Sicut ſupraſcripſi in breui, In hac eadam Epiſtola, *prout legentes poteſtis intelligere Prudentiam,* Siue Græcè mauis, intelligentiam, *meam in myſterio* CHRISTI; perinde ac ſi dicat. Non ſolùm quæ audiſtis, ſed & quæ hac in epiſtola videre poteſtis (tametſi ſummatim tradita ſint & arcta potius quà explicata) locupletiſsimo teſtimonio eſſe poſſunt, quod quæ doceo de myſterio CHRISTI, ab homine non accepi, & minus à meipſo confinxi: quando quidem legentes, vel quæ in præmiſsis capitulis ſcripta ſunt, euidenter poteſtis agnoſcere; quod ſunt tam profunde, tam prudenter poſita, & tot arcanis referta; vt ſine ſingulari reuelatione Dei, ne queât in humana corda aſcendere. & id præſertim, quod tam fœliciter Gentes eo in myſterio ſunt comprehenſæ, quòd Iudæis nedum eſt maxime inuidioſum ſed ad credendum præ omnibus perdifficile. Gal. 2. F

Paulus Myſteria Chriſti nec eſt edoctus ab homine, nec à ſeipſo confinxit.

Quod, Profectò myſterium de gentibus adijciendis, ac benedicendis in CHRISTO, *alijs generationibus,* hoc eſt, ſeculis vel ætatibus *non eſt agnitum filijs hominum,* non quod penitus fuerit ignoratum, ſed quia non fuit tam dilucide manifeſtum, *Sicuti nunc reuelatum eſt Sanctis eius Apoſtolis, & Prophetis.* Munus prophetandi hoc loco, munus eſt Scripturas interpretãdi; de quo multa ſcribit Corinthijs, vt illud: volo vos potius prophetare, quàm linguis loqui, *In Spiritu,* Græce additur, Sãcto. 1. Cor. 12. & 14.

Siquidẽ reuelatio, facta Apoſtolis & Prophetis, facta eſt per Spiritum ſanctum, & maxime in Penthecoſte, quando adueniente Spiritu ſancto datum eſt illis eloqui & prophetare, magnalia ac mirabilia Dei; vt legitur in Actis Apoſtolorum, & promiſſum fuerat in Oraculis prophetarũ; *Gentes eſſe coæredes,* Teſtamentorum cum Iudæis, in CHRISTO, *Et concorporales,* hoc eſt eiuſdẽ corporis membra, cum eis, *Et comparticipes promiſsionis,* Redemptionis, Remiſsionis peccatorum, cuiuſuis benedictionis ſpiritualis, & omnium priuilegiorum, & munerum populi Iſraelis, in CHRISTO IESV: in quo indiſcriminatim, habent ſuſtineri Iudæi, & Gentes: nec modò ſuſtineri, ſed vti membra coniungi, & velut ſuper fundamento coædificari, & veluti duo parietes in angulari lapide necti: & ita pariter in vnum templum & domicilium Deo, in Spiritu ſancto erigi, ac conſtrui. Acto. 2. Iohel. 2. G

Euãgelium, Dei organũ & vehiculũ Spiritus ſancti.

Per Euangelium, Vti per organum Dei, & vehiculum Gratiæ & Spiritus ſancti, qui eſt omniũ artifex: Vti per validiſsimam poteſtatem CHRISTI, in ſalutem expoſitam omni credenti, & Iudæo primùm & Græco, dummodo aures cordis percutiat: dummodo Spiritus illas aperiat, vt Verbum auſcultẽt: viua fide recipiant, & in omnibus illi obediant. *Cuius,* Euangelij *factus ſum ego miniſter,* Non iuxta merita propria, *Sed ſecundum donum gratiæ Dei,* quo non ſolùm ſum præuentus, ſed illius miſerationẽ, miniſter idoneus factus, *Quæ data eſt mihi.* Siquidem illam non emi, ſed dono ac gratis accepi, *Secundum operationem,* Græce legitur, energiam, hoc eſt, latentem efficaciam, *Virtutis eius.* Siquidem non inſcius Deus meæ imbecillitatis noluit euangelij huius functionem, meæ infirmitati committere; ſed energiæ ſuæ poteſtatis, cui nihil valet obſiſtere, reſeruare: vt & prædicatio humanæ ſalutis, non eſſet in potentia hominis, ſed eſſet in virtute Dei. Sap. 1. Rom. 1. 2. Cor. 3. 1. Cor. 2.

Enarratio ſecundæ Portionis Sectionis Supraſcriptæ.

Mihi autem Sanctorum omnium minimo. In Græco maior exprimitur extenuatio; cum denotatur etiam minor minimo. Quo exemplo inſtruimur, quidnàm de nobis ſentire debeamus; ſi tantus apoſtolus, ſi vas electionis minorem aſſerit ſeſe, minimo ſanctorum omnium: Et licet nõ pauci eſſent coràm Deo longe inferiores Paulo non tamen in tanta ſui deiectione mentitur; quippè qui ita vere ſentiebat de ſe: non quidem reſpectu donorum gratiæ, quæ mirum in modum ſplendebant in eo; ſed reſpectu ſuimet in propria cõditione: in qua eo magis ſe extenuabat, quo magis præcellẽtium donorum luce, illam clarius perpendebat: ſiquidem familiare eſt omnibus pijs, in Domino gloriari, & in ſeipſis confundi. H

Cum enim experti ſint frequenter ſuam imbecillitatem, & manibus attrectauerint quod ſiquis exiſtimat ſeſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit; nequeunt in dies non extenuare ſeſe: & quo præclarior in illis eſt lux gratiæ, eo euidentius propriam inanitatem agnoſcunt. Ergo non Hiere. 9. 2. Cor. 10. Dan. 9. Galat. 6.

repugnat

A repugnat excellentiſsima membra CHRSSTI, in quibus vberiores ſunt largitiones ſpiritus; cu-
mulatius ſe deijcere, & in ſua inanitate lógè abiectiores ſe præ cæteris definire. Nam cum Chari *Qua ratione ſancti ſentiūt ſeſe deteriores alijs.*
1. Cor. 13. tas non cogitet malum de fratre, & Humilitas alios ſe ſuperiores exiſtimet, fieri nó poſſe videtur
Phil. 2. vt (ſi rectè ſemetipſos attendunt, ſeq; inaniſsimam vanitatem concludunt) non ſentiant ſeſe de
Pſal. 38. teriores alijs. Et licet præcellentia Dei dona animaduertant in ſe; inde tamen non ſolum nó ha-
143. bent, quò gloriari poſsint, ſed potius vnde poſsint confundi: dum illis ſe contrectant indignos;
nec longo interuallo præſtare, quod exhibere tenentur.

Data eſt gratia hæc, Delegata eſt hæc functio, Prouincia iſta commiſſa, in *Gentibus*, ſiue Græce,
inter Gentes, *Euangelizare inueſtigabiles diuitias* CHRISTI. Vere imperueſtigabiles ſunt diuitiæ
Iob 36. CHRISTI: quoniam ſi de theſauris Diuinitatis loquimur, illi ſunt theſauri omnium perfectio-
num, quos conſtat, perueſtigationes cuiuſuis creatæ mentis excedere (ſiquidem Deus eſt ita ma-
gnus vt longe ſuperet omnem ſcientiam noſtram) Si de theſauris Humanitatis, ſiue teneant ſe ex
parte Gratiæ, ſiue ex parte Gloriæ, ſiue ex parte Sapientię & ſcientię, ſiue ex parte Poteſtatis, ſiue
ex parte Operum & meritorum: palam ꝙ cum infiniti ſint, à nobis perueſtigari non poſſunt.

Ioan. 1. Siquidem Gratiam non habuit ad menſuram, & ea gratia eſt repletus, qua repleri decuit Vni
& 3. B genitum Dei. Gloriam nactus eſt in dextera ſummi Patris, ſuper Principatus & Poteſtates, & om
Epheſ. 1. ne nomen quod nominatur in hoc ſæculo & in futuro; Sapientia adeo factus eſt locuples, vt in il
Colo. 2. lo ſint omnes Theſauri Sapientiæ & Scientiæ Dei. Poteſtate euſque eſt diues, vt omnem accepe *Sapientia, Poteſtas & merita Chriſti.*
Matt. vlt. rit in cœlo & in terra, Meritis demum ita refertus eſt, vt mundum vniuerſum mirum in modū
locupletare poſsit, & creatorum omnium imperfectiones obruere.

Ephe. 5. *Et illuminare.* Si quicquid manifeſtat lumen eſt, Illuminare hoc loco, non iniuria, interpreta-
bimur reuelare, ac manifeſtare, *omnes*, Non erratur ſi coarctetur ad Gentes; tametſi Paulus (vt
teſtatur Eccleſia) etiam illuminauerit Orbem, *Quæ ſit diſpenſatio Sacramenti*, Sacramentum eſt,
de benedicendis Gentibus (vt diximus) in omni benedictione ſpirituali in ſupercœleſtibus in
CHRISTO IESV. Diſpenſatio autem, Sacramenti huius eſt impartitio, ſiue exequutio, hoc eſt;
dictæ benedictionis participatio: qua potiuntur gentes, dum euadunt cohęredes, concorpores,
& comparticipes promiſsionis, in CHRISTO IESV. *Abſconditi à ſæculis*, Quod ſupra dixit Ge-
nerationibus, modo dixit ſęculis, *In Deo*, Nam etſi, Deus paſsim arcana multa detexit, & maxime
Spiritibus beatis in cœlo, infinita tamen in ſeipſo retinuit; inter quæ non pauca ſunt de myſte-
C rijs ſalutis omnium nationum: non eo pacto, ꝙ hæc illis penitus occultauerit ſed quia hæc illis,
nó in omnibus patefecerit. *Qui creauit omnia*, Græcis additur, per IESVM CHRSSTVM. Quod
confirmat quæ tradit ad Coloſſenſes, vt in præcedentibus manifeſtauimus, cum nonnullis ex
Cap. 1. epiſtola ad Hebræos, & Initio euangelij beati Ioannis.

Vt innoteſcat Principatibus & poteſtatibus in cœleſtibus, per Eccleſiam. Et ſi non deſunt qui hæc in-
telligunt, de Principatibus, & Poteſtatibus malis; mihi tamen conſonat, vt intelligantur de Po- *Angeli edocti per Eccleſiam, quádoque.*
teſtatibus, & Principatibus bonis. Et licet, non ibo inficias, non raro Eccleſiam edoctam eſſe per
Angelos; mirum tamen eſſe non debet, ſiquando & Angeli edocti ſint per Eccleſiam. Non ſo-
lum, quia illa eſt Sponſa, & ob id, arcanorum CHRISTI maximè particeps; ſed quia eſt cum
CHRISTO, ſuprà Principatus, & Poteſtates euecta, vt iā Angelos nó immerito illuminare poſsit.

Verum, quantum hunc locum attinet, ſatis eſſe videbitur, ſi ſanctos Angelos, ea ratione per
Eccleſiam, fateamur inſtructos; qua expleta per Eccleſiam didicerunt, quæ cóplenda, forſan in
cómunioribus rationibus nouerat. Vel quia videntes conſummari, quorū cóſummationū erát
percupidi; non poterant illa non vehementer probare, & perindè ac ſi túc illa nouiſſent gaudio *Cognoſcere in ſcripturis nónunq eſt experiri.*
immenſo non affici: quod nonnunquam in ſacris literis veluti tropo quodam, cognoſcere eſt.

D *Multiformis Sapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in* CHRISTO IESV. En,
quod notum factum eſt per Eccleſiam, Principatibus ac Poteſtatibus in cœleſtibus: Sapientia, ſci
Heb. 1. licet Dei multiformis (ſiue mauis) multiuaria, ſecundùm præfinitionem ſæculorum, facta à Deo,
in CHRISTO IESV. Nam ſicut per CHRISTVM, facta ſunt ſæcula, ita & per CHRISTVM,
(ſiquidem Hebræorum ſchemate, in CHRISTO & per CHRSSTVM idem penitus eſt) quæ exe
quutions quibuſuis ſæculis fuerant committenda, ſunt diſpoſita ac definita. Et planè (meo qui-
dem iudicio) bifariam poteſt hic locus, exponi.

Vno modo de Dei Sapientia in ſacris libris deſcripta, quam & Scripturam ſacram appellant.
Hæc quidem eſt multiuaria, quia multis & varijs ſacramentis abundans; adeò vt nec Iota, nec
Apicem, ſine ſacramento contineat, & iuxtà ſæculorum præfinitionem diſtributa; quandòqui-
dem diuerſis ſæculis, diuerſa illius myſteria ſunt patefacta; vt vel ſic, etiam ſupernis mētibus per

Eccleſiam,

Eccleſiam, reddita ſint magis illuſtria. Iuxta (inquàm) ſæculorum præfinitionem, ſactam in CHRISTO IESV; quoniam cum ille ſit Legis & Oraculorum omnium ſcopus, imò in Sacroſancto ſcripturarum volumine, tanta copia ſcriptum inueniatur, de eo, vt conſtantiſsimum eſſe poſsit, illas fere nil aliud continere; difficile creditu eſſe non poteſt, in quouis mundi ſæculo vel ætate, ex illis inſignem lucem, emicaſſe de CHRISTO; & maxime in poſtremo, in quo de cœlo deſcendit, & habitauit in nobis. E

Alio modò de Sapientia, hoc eſt, Ordine & diſpoſitione cõſilij, iudicij, & definitionis in mẽte Diuina. Quæ etſi in ſeipſa, ſimplex & inuariabilis eſt; in ſuis tamen effectibus & euentibus, planè multiuaria eſt. Non quidem caſu, ſed iuxta præfinitionem; qua diſpoſitum eſt in diuerſis ſæculis, varios euenturos ſucceſſus, & præfinitionem ſactam in CHRISTO IESV. Ergò ſicut ſine iactura ſimpliciſsimæ ſapientiæ Dei, ab æterno placuit Deo Patri (ſicut in præcedentibus amplius commoſtrauimus) Filium, hominem fieri, & in ipſo & per ipſum, certum electorum numerum condere: & propter illos, & Angelos, & corpora vniuerſi producere; & tandem electorum cœtu completo, & curſu huius peregrinationis conſummato; illos cum CHRISTO glorioſos ſuprà cœlos euehere: Et nihilominus placuit permittere Angelorũ lapſum, placuit & electorum tolerare ruinam, & ordinem totius vniuerſi peruerti, & omnem creaturam, quodammodo, à propria diſpoſitione concidere: Placuit Vnigenitum carnem induere, & pro reparandis electis ad crucem vſque humiliare, & miro ac incogitabili modo vniuerſum, non ſolùm in priſtinum reuocare, ſed & in ſtatum longè locupletiorem erigere; & ſic in maxima ſtultitia, maximam Sapientiam conſtituere; Ita placuit & Iudæorum Genus ſeligere, deindè placuit illud abijcere, excæcare, diſpergere, & in magnas calamitates conijcere, Et ad illorum æmulationem (vt verbis vtar Apoſtoli) Gentes quæ erant ſine lege, ſine promiſsione, ſine CHRISTO, ſine Deo immundæ, idololatræ, & in quoduis flagitiorum baratrum præcipitatæ, eorum in locum ſubrogare: ad ciuilitatem iſraeliticam introducere, & ad omnem illorum benedictionem admittere. Et hæc ſunt quæ variam reddunt Sapientiam Dei; quæ nec placuit ab initio etiam Angelis penitus detegi, ſed certis ſeculis, dum ſingula exequutioni traduntur, poſſe ex euentibus, claram eorum ſingulorum cognitionem, illos accipere. F

Mira Diuinę ſapientię diſpoſitio, ſecũdum prędefinitionem ſęculorum.

1.Cor.1.

Roma.11.

In quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia, per fidem eius. Siquidem in CHRISTO IESV domino noſtro, qui nobis, clipeus eſt & ſcutum. Imò murus & antemurale; habemus fiduciam; ſiue auſum Græcè; & acceſſum ſiue aditum: Et ſermo eſt de auſu liberè prædicandi, & de aditu (ſicut mihi videtur) multos admittendi ad ſe, vt Euangelium auſcultarent: Nam vt in Actis habetur, perductus Romam Apoſtolus, bienniomanſit in ſuo conducto: Et licet, vinctus catena, fungebatur tamen munere ſuo; quoniam libere euangelizabat, & liber erat aditus omnibus illum adeundi, & Euangelium audiendi. G

Pſal.5. &.17. Eſai.26. Act.28.

Paulus Romę in conducto, & ſi vinctus, non deerat muneri ſuo.

Nec temere audebat loqui, aut ad ſe venientes admittere, ſed confidenter, quoniam non ſolùm ſperabat, ſed vehementer ſperabat (nàm fiducia ſeu confidentia, ſi propriè loquimur, robur eſt ſpei) de fœlici ſucceſſu, de victoria contrà Sathanam, de fructu Euangelij, quod per illum in vinculis CHRISTVS diſſeminabat. Non quidem per merita propria (non ignarus quòd neque qui plantat, neque qui rigat aliquid eſt) ſed per fidem eius, qui dixit: Confidite, Ego vici mundum. Et illud. Dabo vobis os & Sapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri.

S. Tho. ſecunda ſecũdę.

1.Cor.3. Ioan.17. Luc.21.

Enarratio portionis tertię Sectionis ſupraſcriptæ.

Propter quod, Planè Sacramentum, de veſtra benedictione, ac locupletatione in CHRISTO *Peto*, quàm enixe, *ne deficiatis*, animo, ne remoremini in veſtra vocatione, & tàm ingenti, in vos, munificentia Dei, *in tribulationibus meis pro vobis*, Hoc eſt, propter tribulationes, quas veſtri occaſione libenter ſuſtineo. *Quæ eſt gloria veſtra*. Preſſura Pauli erat Epheſiorum gloria; tum quia, cum eſſet membrum CHRISTI, preſſura computabatur CHRISTI, qui iugiter patitur in ſuis membris: ergò ſicut gloriari congruit in cruce CHRISTI, ita & gloriari conſonat in paſsionibus Pauli: tùm quia, cum Paulus mirum in modum, charitatis vinculo conſtringeretur Epheſijs, vincula Pauli pro illorum ducebantur vinculis: ergo ſi electorum eſt gloriari in anguſtijs, debuerant & in illis vinculis gloriari Epheſij. Præter id, quòd non parùm etiam illorum accedebat gloriæ, quod nacti fuerant tàm ſtrenuum Ducem; qui paratus erat nedum alligari, ſed & mori pro CHRISTO: & in vinculis quòque non ceſſabat, pro illo ſuo munere fungi. H

Cur in preſſura Pauli gloriandum Epheſijs.

Act.9. Galat.6. Roma.5.

Act.21.

Huius

A *Huius rei gratia.* Ne, ſcilicet, deficiatis in tribulationibus meis, *flecto genua mea*, Non tàm exter
nè, quàm internè, flecto profitens infirmitatem & meam, & veſtram: præſertim in rebus tàm
arduis: Sicut ſunt, in afflictionibus æquo animo ſe habere, & à vera conſtantia non deficere, Fle
Hiere. 12 Iob. 13. cto (inquàm) genua, quoniam Deum accedo, non de meis aut veſtris viribus, quæ plane imbecil Cur accedentes Deum debemus genua flectere.
liſsimæ ſunt, facturus periculum, ſed vltrò, extremas amborum infirmitates proditurus. Accedo;
non diſputaturus cum eo, aut velut initurus certamen, (quandòquidem qui io virium expoſitio-
nem, ſeu oſtentationem accedunt, ſtare ſolent, non genuflectere) ſed exoraturus gratiam & mi
ſericordiam. Accedo, nō iactaturus vires & poteſtatem, ſed imploraturus robur & virtutem: *Ad
Patrem Domini noſtri* IESV CHRISTI, Ad quem, & Ille, qui eſt Dei virtus & robur, vt euiden
1. Cor. 1. tius teſtaretur, ſe pro nobis effectum iofirmum, genuflexit in horto: imò & procubuit illi in fa-
Luc. 22. ciem cadens. Ergò impiè quidam externos abijciunt religionis ritus; Cum ſicut alias in Publi- Impiè abijciūtur externi religionis ritus: ſicut hæretici faciunt.
Mat. 14. Mat. 26. cano edocti ſumus contuſionem pectoris, ita, cum in Paulo, tum in CHRISTO edocti ſumus,
Luc. 18. flexionem genu.

Ex quo omnis paternitas, Vox interpretata, Paternitas, rectius interpretatur, Cognatio, ſiue
πατριά. 2. Cap. 1. Familia: & monet Apoſtolus ꝙ omnis Diuina cognatio, vt de qua ſcripſit Petrus, ꝙ ſumus na-
B turæ Diuinæ conſortes, vel omnis Diuina familia, vt de qua ſuprà retulit Paulus, ꝙ ſumus ciues
Cap. 2. Sanctorum & domeſtici Dei: (quippe qui, ſumus facti cohæredes & concorpores, & compartici-
pes promiſsionis in CHRISTO) Non ſolum, *in cœlis, ſed, & in terra, nominatur*, hoc eſt, Hebræo-
rum tropo, inſigne nomen ſortitur. Quādoquidem omnis cognatio, ſeu familia Dei, de qua hic
Acto. 11. intendit Apoſtolus, non ſolùm nomen mutuauit à CHRISTO, vt dicantur Chriſtiani, quod
tùm Regiæ dignitati, tum Sacerdotali congruit conſecrationi; non ſolùm, vt dicantur ciues ſan-
ctorum & domeſtici Dei, quod illorum atteſtatur libertati & mutuæ beneuolētiæ; ſed vt dican-
Rom. 8. tur & ſint ipſius filij, & hæredes; imò non ſecus ac Dij, in CHRISTO. Non quemadmodum in
Prothoplaſte, arroganter rapere attentauimus; ſed ſicut Deus Pater, in CHRISTO, pro ſua in-
credibili ergà nos dilectione, efficere dignatus eſt.

Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem, Hoc eſt, vt ſecundum opulentiam ſuæ magni-
ficentiæ (ita nonounquam Gloria ſumitur io ſcripturis: Aſſuerus quidem parauit conuiuium
Eſter. 1. Heb. 1. grande, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ) vel ſecundum opulentiam exūdantem in CHRISTO,
qui ſplendor eſt eius gloriæ, donet vos locupletari robore & poteſtate: oon ad vegetandum ex-
C ternum hominem, qui corrumpitur, ſed ad roborandum internum, qui per Spiritum noui ho-
2. Cor. 4. minis CHRISTI, in illo renouatur de die in diem.
Col. 3.

Ergò flecto geoua mea ad Patrem domini noſtri, vt det vobis virtutem, *corroborari*, Græca
eſt phraſis, Et perinde eſt, ac vt corroboremini, *Per Spiritum eius*: Niſi Spiritus ſaoctus robuſtos Spiritus ſanctus cōfertur in confirmatione ad robur.
nos redderet, oon daretur in Sacrameoto confirmationis ad robur: Et Apoſtoli accepto in Pen
Acto. 2. thecoſte, Spiritu ſancto, non fuiſſent tàm potentes effecti, & robore ac virtute ex alto induti, *in
Luc. 24. interiori homine.* Et ſi ſpiritus Dei, oon ſolum replet Orbem terrarum, ſed eſt quocunque diffuſus
Sap. 1. Pſal. 138. (Quo ibo, inquit Dauid, à ſpiritu tuo;) Et ſi nulli non eſt efficax, qui eſt omnium artifex: omnia
Sap. 1. gubernat & regit; in electis tamen, duio hic ſunt, potiſsimum viget in mente (quam Paulus, in-
ternum hominem dicit) & in illa effectus robuſtiores producit: Quod tunc maximè eſt, cum
Rom. 7. CHRISTVS per viuam fidem, & boois operibus grauidam; ooo velut hoſpes, ſed velut domeſti-
cus, & ſicut in proprio domicilio habitat in eorum cordibus.

Ergò petendo, vt detur Epheſijs, corroborari per ſpiritum Dei in interiori homine, petit &
CHRISTVM *habitare per fidem in eorum cordibus.* Et præter id, quod CHRISTVS in corde ſibi do-
micilinm fixit, vt habitaret in eo; Non ſolùm, vt Sacerdos in templo, vt primitias guſtemus ſpi-
D ritualium benedictionum: Non ſolum vt Spooſus in thalamo, vt ſponſalibus potiamur ample-
xibus: Non ſolum, vt Rex in throno, vt regijs locupletemur dignitatibus; Ita quoque electo-
Prou. 23. 1. Reg 16. rum afficitur cordibus, vt oulla re delectetur magis: Quippe qui, illa ounquàm non petit;
Hiere. 17. nunquam non coofiderat, perſcrutatur, tenet in manibus, appendit in ſtatera: illa ſemper
Proue. 21. 2. Theſ. 3. dirigit, illa dilatat, inclinat, vulnerat, inflammat; & alijs ſexcentis ſuauiſsimis actionibus, fo-
Pſal. 118. uet ac perficit.

Cant. 4. *In charitate radicati & fundati.* Meo quidem iudicio, hic ſermo non eſt de charitate, qua nos Charitas qua De⁹ nos diligit, tam ingens eſt, vt omnē noſtrā cogitationē excedat.
Luc. 24. diligimus Deum; ſed de charitate, qua Deus diligit nos: Quam eſſe ingentem, & omoem
Ioan. 3. noſtram oaturalem cognitiooem ſuperare; vel ſermo CHRISTI, teſtimooio eſſe poteſt. Sic
Rom. 5. (inquit) Deus dilexit mundum, vt ſuum Vnigenitum daret, Et cum inimici eſſemus Deo, per
2. Cor. 5. Gal. 3. mortem Vnigeniti eius reconciliati ſumus. Et vt nos expiaret à culpis, illum pro nobis peccatum

L ordinauit

ordinauit: Et vt a maledictionibus nos eriperet, in cruce illum maledictionem fecit. In tàm ergò eximia ergà nos charitate Dei, cupit Apoſtolus Epheſios altius, radices chriſtianæ pietatis infigere: & ſuper hac, totum Chriſtianiſmi opus immobiliter ſuſtentare. E

Et licet ſermo ſit tropicus, intendit tamen euidenter inſtruere, eo pacto electos, Diuinæ in nos dilectioni inhærere debere, vt indè non dubitēt, vti è primo vitæ principio, omnem humorem Chriſtianę religionis attrahere, in vitā nouā ſuccreſcere, & fructus Deo gratos producere. Item, vt in illa non ſecus ac prima baſi, ſe fundent, & anchorā ſpei, vti primo loco conſtituāt. Et meritò quidem, quoniam, & ſi in CHRISTO agnoſcimus totam humanam ſalutem, illam tamē primò in Dei erga nos dilectionem, reijcimus, à qua & CHRISTVM Saluatorem accepimus.

Comprehendere hoc in loco eſt aſſequi ad quod peruenire ſtudemus.

Vt poſsitis, Particula, Vt, coniungitur cum præcedentibus. Et ſenſus eſt. Vt in charitate radicati & fundati, poſsitis, *comprehendere cum omnibus ſanctis*. Non eſt ſermo de comprehenſione, qua res cognoſcitur, quantum cognoſci poſsibile eſt; quoniam id nobis, pręſertim hac in peregrinatione, non conceditur; ſed de comprehenſione, qua rem aſſequimur pro noſtra viril quemadmodum & ea voce, vſus eſt, tertio ad Philippenſes. Nec intelligit de aſſecutione quæ communis eſt impijs; ſed de ea quæ propria eſt electis, & maxime Sanctis, hoc eſt, gratia & Spirituſancto ſuffultis. F

Latitudo, longitudo, ſublimitas & profunditas, ergà nos dilectionis Diuinę.

Quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum, ſiue Græce, profunditas. Et loquitur, vel de bonitate, vel (vt magis exiſtimo) de Dei, erga nos, dilectione: Et intendit, vt ſint eòuſq; in Diuina charitate fundati, ac radicati, vt aſſequi poſsint interna cognitione, quæ illius ſit latitudo, qua ſcilicet ſe extendit ad omnes; non ſolum ea ratione: ꝙ hominibus vniuerſis afficitur, volens omnes ſaluari & ad agnitionem veritatis venire: ſed ea quoq;, ꝙ ex omni natione elegit, 1.Thi.2.
& ad gloriam prædeſtinauit. Quæ longitudo, qua extenditur per omne tempus (Siquidem omni tempore diligit qui amicus eſt) Propter quod dicit ex ore Prophetæ: In charitate perpetua dilexi te. Quæ ſublimitas, qua comprehenditur excellentia omnis dilectionis: Quippe qui non vulgari dilectione electos diligit, ſed excellenti, ſed eximia, & ſublimi; quandoquidem amore paterno, imò amore illo, quo diligit CHRISTVM; cum dederit illos ſibi, non ſolum in fratres & cohæredes, ſed in membra ſui ipſius corporis. Et quæ profunditas, quippè quæ non eſt tantum extrinſeca, non (vt ſic dicam) in ſuperficie, ſed intima, ſed in viſceribus eius, quibus tandem permotus, nos viſitauit ex alto: quemadmodum Zacharias refert. Prouer.17. Hiere.31. Ioan.17. Luc.2.

Charitas Chriſti ergà nos, omnem cogitationē excedit.

Scire etiam ſupereminentem Scientiæ charitatem CHRISTI. Denique & hoc genuflexus petit à Patre, vt ſciant, non opinentur, non leuiter attingant, & velut ſubodorentur eximiam in nos dilectionem CHRISTI: & illam tantæ præſtantiæ eſſe cognoſcant, vt longe ſuperet, quamuis creaturæ notitiam. Dixerat ſe percupere, vt Dei ergà nos, eouſque aſſequerentur dilectionem, ꝙ apprehenderent illius latitudinem, longitudinem, ſublimitatem & profunditatem: Modo loquens de dilectione CHRISTI, oſtendit ſe non minus deſiderare, vt euidenter illam animaduertant, omnem noſtram cognitionem tranſcendere: Siquidem ille, noſtri eximia dilectione, non ſolum obtulit ſemetipſum Deo pro nobis, hoſtiam & oblationem in odorem ſuauitatis: nō ſolùm exinaniuit ſeſe vſque ad formam ſerui, imo vſque ad ſupplicium crucis; Sed (& præter innumera, & incredibilia excellentiſsimę dilectionis inſignia, ab æterno ergà genus noſtrum exhibita) Si maiorem ea dilectione nemo habet, quàm vt ponat animam ſuam pro amicis ſuis: plane ergà nos, omnem modum, menſuram, & ſublimitatem dilectionis exceſsit qui vitam, pro nobis, ſibi capitalibus inimicis, expoſuit. G Ephe.5. Philip.2. Ioan.15. Rom.5.

Nec quenquam exturbet ſi Græcè, Scientiæ, non eſt caſus Datiui, quemadmodum hic ſenſus expoſtulat, ſed vt communiter legitur, Genitiui: Quoniam (præter id, ꝙ Ambroſius & Theophilactus, hunc ſenſum ſine ſcrupulo ſunt complexi) poteſt, Genitiuo retento, aliquid ſubintelligi, puta captum, vel facultatem, vt percipiatur charitatem CHRISTI, cuiuſuis ſcientiæ noſtrę captum, ſiue facultatem ſuperare: Id quod nec eſt abſurdum, nec literis ſacris inſolitum. H

Deus ex ſapiētia cognitus à Philoſophis, ex potētia ab hebreis, ſed ex dilectione cognitus eſt à Chriſtianis.

Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Modus eſt loquēdi apud Hebræos, quo ſummā, & omnimodam exprimunt plenitudinem: ac ſi dictū ſit, vt vndiq;, ſiue perfectiſsimè repleti ſitis abſolutiſsima cognitione Dei. Verùm ſiquis exactius rem expendere cupit, cōcipere debet, Dei ergà nos dilectionem, veluti viuaciſsimum fontem; è quo exundat in nos perſpicua cognitio Dei. Nam licet Deus ex Sapientia, cognitus ſit à Philoſophis, qui attendentes ordinem immutabilem vniuerſi, non potuerunt totius mundi Monarcham, ac moderatorem, Sapientiſsimum non concludere: Licet ex Poteſtate, deprehenſus ſit ab Hebræis, non ſolum in creatione mundi aut in diuiſione maris, ſed in frequentibus vltionibus potentiſsimorum hoſtium: Ex ineffabili Rom.2. 12.Meth. Gene.1. Exod.14. 4.Reg.19.

tamen

A tamen in homines charitate, vnicè ac locupletiſsimè eſt patefactus Chriſtianis: quandòquidem ex hac, illud immenſæ bonitatis pelagus, in quo Deus maximè ſemetipſum prodit, nedum lar- Eſai.45. 1.Thi.6. giter hauritur, ſed manibus contrectatur. Quarè non immeritò Deus, antè aduentũ CHRISTI dicebatur abſconditus, & lucem habère inacceſſam, quam nullus hominum vidit: eò quòd ille oceanus dilectionis, nobis adhuc patefactus non fuerat: non dum extante temporis opportu- Galat.4. nitate, qua conſtitutum fuerat, Vnigenitum è ſinu Patris emitti, & per illum miram in nos Dei charitatem exponi, & opere quàm affluentiſsimè declarari.

Ergò, ex latitudine, longitudine, ſublimitate, ac profunditate dilectionis Diuinæ recte perſpectis, replemur veluti è perenni fonte, mira cognitione, & replemur vndiq; ac perfectiſsime: Quandòquidem, nulla via eſt ad hanc repletionem accommodatior, nulla locupletior, nulla fœlicior, Præſertim cum adijcitur, tantam eſſe in nos charitatem CHRISTI, vt nulla ſcientiæ facultate, illam aſſequi valeamus: In quo & Deus, ſine controuerſia, omnes theſauros ſuæ bonitatis profudit, ut illis tandem exuberantiſsime locupletemur.

Roma.8. Poſſet tandem, ſi placet, etiam Hebræam phraſim, forſàn quis in modum detorquere latinũ, Vt dicatur, nos quidem poſſe in hac vita, immenſa illius attenta dilectione, Diuina cognitione B repleri: ſed in alia nedum repleri, ſed etiam inundari: quod perinde eſt, ac in omnem cognitionis Dei plenitudinem, miro modo transferri.

Enarratio portionis quartæ, Sectionis ſupraſcriptæ.

Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm petimus aut intelligimus, ſecundum virtutem quæ operatur in nobis, Ipſi gloria in Eccleſia, & in CHRISTO IESV, *in omnes generationes ſeculi ſæculorum. Amen.*

Conſueuit Apoſtolus, Epiſtolas in duas partes, diuidere, ſicut & ſupra notauimus: & in priori, fidei myſteria pertractare, & in poſteriori, fidelium mores inſtituere. Ergò extremam impoſiturus manum primæ parti, aptiſsime illam in gratiarum actione concludit. Verùm eo pacto verba contemperat, vt & certam ſpem exorandi, quæ Patrem Domini noſtri, flexis genibus petijt, ſe habere declaret: quippe qui ei ipſi gratias agit, qui ex infinita poteſtate, cui nihil non cedit, potens eſt ſuper omnia facere, & longe ſuperabundanter quàm petimus, imò & quam intelligimus; & ex illa eximia in nos paterna ac ſupra quàm credi poteſt dilectione, nunquã non cupit, & C præſtantiora & opulentiora ampliſsime exhibere.

Agendo autem gratias, benedicendoq; Deo, illi precatur gloriam in Eccleſia: quam impenſiſsime diligit: propter quam omnes cœleſtes Theſauros patefecit, & eos in illam profudit. In Eccleſia (inquam) quæ eſt, in CHRISTO IESV. Quoniam licet, etiam in Eccleſia malignantium, velint nolint, cedant multa in gloriam Dei: in illa tamen, quæ eſt in CHRISTO IESV: quam Deus vnice diligit; quam Vnigenito in coniugem dedit: & ex illo, omnibus theſauris & cornucopijs, ſpiritualium benedictionum locupletauit; longe ſpecioſior & acceptior Deo gloria eſt. Quam gloriam precatur, non in certo tempore, non pro ſtatu præſentis duntaxat peregrinationis; ſed in omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen. Eccleſia quã Deus impenſiſſime diligit.

Licet autem in aliquibus variet textus Græcus in hac vltima portione, quia tamen res non ſunt magni momenti, lubens diſsimulaui. Abundat tamen copula, inter particulam, In Eccleſia, & particulam, In CHRISTO: quæ retenta etſi non obeſt, alium tamen ſenſum oſtendit. Quæ ſi placet, diceretur quòd precatur gloriam Deo, tum in Eccleſia, tum in CHRISTO: in hoc velut in capite, & in illa velut in eius corpore.

D

Obſeruationes Sectionis premiſſę.

Heb.5. Obſeruandum, ex Prima portione, Veros Dei miniſtros, qui id honoris, ſibi non ſumunt, ſed in hoc operis ſunt electi & aſſumpti à Deo, qui illis paſcendas ſuas oues tradidit, & veluti ſui loco Non timent boni paſtores, pro ouibus ſubire crucẽ & mortem. Ioan.10. præfecit, non timere, cum opus eſt, pro ouibus pati, & vincula & crucem & mortem. Nam & bonus paſtor animam ſuam ponit, pro ouibus ſuis. Quòd ſi quãdo, violenta detentione, oues quis eſt coactus relinquere; non derelinquat charitatis affectu; imò nec verbo, quandòquidem ſi detinetur alibi, præſentia corporali, poterit forſan ſcripto ſupplere; ſicut fecit Apoſtolus.

Obſeruandum ex Secuunda, Ne in myſterijs Diuinæ voluntatis & noſtræ fidei ſacramentis, Roma.11. ſimus plus æquo curioſi. Nàm Deo multa placuit & placet aliquando abſcondere apud ſe: & in ſui opulentiorem gloriam, & in noſtram cumulatiorem frugem; quemadmodum retroactis ſæculis factum eſt, non ſolùm cum antiquis patribus, ſed & cum ſuper cœleſtibus mentibus.

Obſeruandum ex Tertia, Vt frequentiſsimè, animo reuoluentes ineffabilem erga nos charitatem,tum Dei. tum CHRISTI, omnem impendamus operam, ne tam immenſæ bonitati ingrati ſimus;ſtudentes iugiter, cum pro noſtra virili,tum pro munere Diuinę gratiæ,quam flexis genibus in dies in nobis flagitemus excreſcere, apud Deũ & Patrem per IESVM CHRISTVM ut illos toto corde, mente, & viribus redamemus,& illorum voluntati ſemper & in omnibus ardentiſsime obſequamur. E

Matt. 22.

Obſeruandum ex Quarta, Vt in precibus noſtris ſemper æquo animo ſimus, non ob merita noſtra, ſed ob incogitabilem clementiam Dei Patris, qui dat omnibus affluenter,& non improperat; Si tamen in fide illum adeamus, & in omnibus illius gloriam quæritemus, quæ & pro illius bonitate & miſeratione, maximè ſemper ſplẽdeat in Eccleſia, quæ eſt in CHRISTO IESV. Cui ſempiternus honor & gloria. Amen.

Iac. 1.
Rom. 1.
1. Cor. 10.

Explicit prior pars totius Epiſtolæ.

Incipit poſterior Pars Epiſtolę, in Tres partes diſſecta in quibus traduntur inſtructiones morum.

Prima Sectio in qua adhurtatur Apoſtolus in Chriſtianiſmo, prouectos: ad progrediendum digne in ſua vocatione, patefactis in quibus potiſſimum progreſſus dignus conſiſtit. Et in quatuor portiones reſoluitur. F

CA. IIII.

Prima portio.

Obſecro itaq; uos, Ego uinctus in Domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati eſtis, cũ oĩ humilitate, et manſuetudine, cũ patientia ſupportantes inuicẽ in charitate: Soliciti ſeruare unitatẽ Spiritus in uinculo pacis.

Secunda portio.

Vnum corpus, & Vnus Spiritus, Sicut uocati eſtis, in Vna ſpe Vocationis Veſtræ. Vnus Dominus, Vna fides, Vnum baptiſma. Vnus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

Tertia portio.

Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis CHRISTI. *Propter quod dicit. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. (Quòd autem aſcendit quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, Vt adimpleret omnia) Et Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas Alios vero Euangeliſtas, Alios autem Paſtores & Doctores: ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij in ædificationem corporis* CHRISTI: *Donec occurramus omnes in Vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in Virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis* CHRISTI.

Quarta portio.

Vt iam nõ ſimus paruuli fluctuantes, et circumferamur omni uento doctrinæ, in nequitia hominũ, in aſtutia ad circumuentionem erroris: Veritatem autẽ facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput CHRISTVS: *Ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationẽ, in mẽſuram Vniuſcuiuſque mẽbri, augmentũ corporis facit, in ædificationẽ ſui in charitate.* G

Summa & intentio Textus prꝑſcripti.

Stulta & inanis fides, de qua præſumunt, hęretici.

Equidem non defuerunt, etiam temporibus noſtris non pauci, qui de CHRISTO inaniter gloriantes, ac fruſtra de quadam fide, non minus ſtulta quàm ſterili, præſumentes, pios negligũt mores: & contenti (vt dicunt) meritis CHRISTI; non ſolum ſanctis non ſtudent operibus, ſed nec curant quomodò vitam degant: Quorum inſaniam, multis explodere, aliud quidem nõ eſt, quàm rem pluſquam clariſsimam tenebris obſcurare.

Quis quæſo adeò cæcus, vt non videat tam intollerabilẽ petulantiam & aſſertionẽ pluſquàm prodigioſam, ſemetipſam confundere, ac propria abſurditate concidere? Quis tam mẽtis inops, vt concipere valeat, verè ſe ad aliquem pertinere, illi militare, eius potiri laboribus, & locupletari diuitijs; cui non ſtudet obſequi, quem negligit imitari, eius iuſſa capeſſere; imò & contra illius inſtitutum præſumit in omnibus laſciuire? Profectò tam profanis dementijs reclamant nedum paſsim literæ ſacræ, ſed &, quod in ethnicis relictum eſt, iudicium rationis: quo (vel ipſo periculo, & manuum, vt dicunt, attrectatione) diligentiſsimè eſt exploratum, & conſtantiſsimè ſtabilitum, nullam creaturam ſine cõgrua ſibi operatione, poſſe nedum ad finem deſtinatum pergere, ſed nec in ſui eſſentia permanere. H

2. de cælo.

Sed ne fruſtra, in re longè notiſsima verba proijciam, audiamus Apoſtolum: qui velut harũ dementiarum præſcius, nunquam de fide, qua CHRISTO vere ſubſcribimus, ſermonem habet, in quo & ſanctas cum illa operationes nõ nectat; probe quidem animaduertens, tum ingenium corruptæ carnis, quæ nunquam cupit non ſtertere, & à pijs actionibus feriari, tum inſidias Sathanæ qui à recta ſemper fideles conatur auertere, & à vera CHRISTI fide, quæ iugiter operatur per dilectionem, ſuis fraudibus reuocare. Qua de re, & hac in epiſtola, priori parte Epheſios de fidei ſacramentis inſtructos, inſtruit in hac poſteriori de operibus ſanctis & neceſſarijs. Et in prima hac ſectione, adhortatur in chriſtianiſmo Prouectos: In ſecunda Initiatos: In tertia

A Partibus œconomiæ aſtrictos;vt ſuis locis videbitur.

Et quanquam præſenti ſectione inſtruantur de moribus; quia tamen prouectiores (vt diximus) Epheſiorum alloquitur, non poteſt, non multis ſcatere myſterijs; & maxime de vnitate corporis myſtici, & communione omnium Sanctorum: vt planè ea de re nullibi habeatur doctrina præſtantior, nullibi locupletior: Et in quatuor portiones, poteſt ſectio tota diſtribui, vt ex ſequentibus animaduertere licet.

Enarratio primæ Portionis Sectionis Supraſcriptæ.

Obſecro. Vere Chriſtiana, & Diuina doctrina, quam ſi fideles ſimus, debemus non ſolum ſemper habere præ oculis, & pleno corde complecti; ſed opere præſtare, & in dies magis ac magis per totam vitam exprimere. *Obſecro* (inquit) hoc eſt, ob ſacra perurgeo. Puta, ob dilectionem Dei, ob beneficium CHRISTI, ob donum veſtræ vocationis: Et conſonat verbum, ardori Apoſtoli: Verum, ſi (quia, verbum hoc Græcis quoque adhorrari ſignificat) interpretari placet, adhortor: & ſi ſermo ita non ardet, non minus tamen prouectiores accendit: non ſolum quia ambulantibus ex ſe, opus non eſt tam vrgentibus ſtimulis; ſed quia dum modeſtius admoneri ſe vident, ſibique ob id Apoſtolum bene ſentire de illis, facilè perſuadent: & quod moniti ſunt, aggrediuntur ſuauius, & exequuntur ardentius. [Obſecrare quid ſit.]

B

Ego vinctus in Domino. Siquidem quòd Apoſtolus in conducto ſuo catena vinctus, Epheſinæ memor eſſet eccleſię, tam ingentia reuelaret arcana, ac tãto ſtudio tantoque pro illis ſolicitaretur affectu, multipendenda res fuit: Verum quòd præſtaret eadem vinctus in Domino vinculo charitatis; res longe magis erat exiſtimanda, & ardentiori pectore complectenda: quandòquidem etſi in viſceribus ſuis geſtabat ſemper Epheſios, & ex illis eructari non poterant, niſi verba paternæ dilectionis (quippe qui non minus illos quam Galatas Corinthios, euangelij prædicatione genuerat) nihilominus vinctus in CHRISTO, imò per ſpiritum in illum mirifice transformatus, eructare non poterat verba niſi è viſceribus CHRISTI: Per quem non ſolum fuerant in nouam creaturam regeniti, ſed in Dei filios adoptati, & ad ſupernam hæreditatem aſcripti. [Paulus in Chriſtũ mirifice transformatus.]

Vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. In præcedentibus non ſemel declaratum eſt Gẽtes eſſe vocatas, imò æterna prædeſtinatione admiſſas ad omnimodam benedictionem ſpiritualem, in ſupercœleſtibus in CHRISTO IESV: Et q̃ iccircò factæ ſunt, non ſolum cõciues ſanctorum

C & domeſticæ Dei: ſed cohæredes, concorpores, & comparticipes omnis promiſſionis in illo. Ergò reliquũ eſt, debere illas in ſua vocatione progredi, quò vſq; in CHRISTO dabitur glorificari.

1. Cor. 9. Verum quia, etſi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit præmium; meritò non quouis curſu vel progreſſu contentus Apoſtolus, admonet vinctus in Domino, è cuius fonte potiſsimum eius verba dimanant; vt eo pacto ſtudeant Epheſij progredi, quo illorum vocationi fuerit conſentaneum. Quod docet in quinque conſiſtere.

Mat. 11. *Cum omni humilitate.* Humilitas hoc in loco, illa præclariſsima virtus eſt; quam a mundi Sapientibus ignoratam, CHRISTVS qui vnicus eſt magiſter, & docuit & exemplo dilucidam fecit. Eſt autem humilitatis maxime ſingulare, his quæ in nobis, ex nobis ſunt, acute perſpectis, ac quàm inania ſint, conſtantiſsime iudicatis (quippe quæ aliud non ſunt q̃ defectus, culpa, peccatum: quandòquidem ex nobis, vt ex nobis, non eſt niſi malum & perditio, vt recte Propheta

Oſe. 13. teſtatur) & quæ in nobis ex Deo ſunt accurate perpenſis, ac vt vere bona ſunt, ſano iudicio comprobatis (vt quæ aliud non ſunt quam dona naturæ, vel gratiæ: quoniã a patre luminum & bono

Iac. 1. rum omnium oceano, non niſi bona data deſcendunt) primum extremam noſtri indignitatem pleno corde fateri: nos ſemper ad ima dijcere: nunquam nos in nobis non confundere, &

D in Deum, bonorum omnium ſemper (vt par eſt) gloriam & honorem referre, dicendo cum Propheta, Tibi Domine omnis honor & gloria: nobis autem non niſi ignominia, & facierum confuſio. [Quid Chriſtianę humilitati ſit maxime ſingulare.]

Deinde, Cum naturale videatur cuiuis indigenti, non niſi conueniens ſibi bonum appetere; haud dubiè (ſi homo recte ſemetipſum diſcutit, eorum ex parte quæ ex ipſo ſunt) quòd recto

Mat. 6. iudicio, indigniſſimum enunciabit ſeſe, quouis minimo bono; ſed in miſerrima ſui confuſione

Hiere. 26. tabeſcens, non audebit oculos ad quod vis bonum attolere. Verùm, ſi Dei liberalitatem attendit, qui Solem oriri facit bonis & malis, & pluit iuſtis & iniuſtis; imò ſi Diuinam illam ac prorſus ineffabilem in nos charitatem conſiderat, qua non ſolùm non deſpicit figmentum noſtrum, non ſolùm non cogitat ſuper nos afflictionem ſed pacem; ſed eòuſque in nos eſt propenſus, vt nunquam ſuper nos ampliſsimas munificentiæ manus non extendat: præſertim pro nobis

ſemper aduocante, mediante, ac propitiante CHRISTO, nullum eſt bonum, quod hac ex parte ſibi polliceri non poſsit. E

Ergò etiam humilitatis proprijſsimum eſt, ſpem illam, quæ in nobis, non quidem ex his quæ ex nobis ſunt, ſed ex his quæ ex Diuina liberalitate ac dilectione ſolita ſunt proficiſci, ſuboritur: ita frenare, vt nunquam laxatis habenis ſe erigat, ne quando naturæ deprauatione & proprij amoris procacitate, temerè inſoleſcat, aut quouis tumore præſumat. Quare humilitatis eſt, non penitus bona non concupiſcere, aut de illorum adeptione deſperare; ſed nec concupiſcere nec ſperare, innitendo his quæ ex nobis ſunt: (quippe quæ ſicut nullas ex ſe vires habent, ita & indigna ſunt omni bono, imò & dignißima omni ſupplicio) Sed concupiſcere ac ſperare, quantùm eſt ex Dei gratia & largitione, qui etiam vires ſuppeditabit & auxilia opportuna: quibus omnia & viriliter Deo cooperemur, & bona fœliciter aſſequamur: Ergò humilitatis eſt, hominẽ Deo ſpontè ſubijcere, & ab illo bona duntaxat præſtolari, qui dat omnibus affluenter: quæ planè res tanti ſit apud Deũ & Patrẽ, vt quo magis quis ſe deiecerit coràm illo, eò magis erigatur ab eo: cuius oculi nõ niſi qui humiles ſunt reſpiciũt: illis elargitur gratiã: ſuper illos ſuus ſpiritus requieſcit & illis arcana multa committit. Deniq; & humilitatis eſt, non ſolũ hominem in omnibus ſubditum ex animo reddere Deo; ſed & alios ſe ſuperiores exiſtimare, ſicut alibi Apoſtolus dicit Quod non ſolum (meo iudicio) verum eſt attentis altera ex parte, quæ ex nobis ſunt, erroribus ſcilicet & defectibus: & ex altera quæ in alijs ex Deo ſunt bonis & muneribus eius: ſed etiam ſimul collatis quæ ex nobis ſunt imperfectionibus, cum imperfectionibus quæ in alijs inueniuntur ex illis: Idq; non ſimplici ratione. F

Humilitas hominẽ ſpõtè ſubijcit, Deo & alios ſe ſuperiores exiſtimat.

Luc.1. Luc.18. Pſal.101. &.102. Iaco.4. 1.Pet.5. Mat 11. Pſal.61. Philip.2.

Primò quidem, quia noſtri defectus, cum nobis ſint nedum præſentanei ſed manibus (vt ſic dicam) comprehenſi, facilius valent ponderari à nobis, & debent (optimò prorſus iure) ſeuerius animaduerti. Rurſum: Cum noſtræ imbecillitatis conſcij, tametſi in nobis agnoſcimus dona Dei, nobis tamen diſsimulare non poſſumus, quàm ſegnes ſimus in vſu gratiæ eius, & in exhibendis conceſsis talentis ad menſam quàm frigidi: quod tamen non debemus temere ſuſpicari de proximis.

Luc.19. Mat.25.

Sed eſto, Sint aliqui flagitioſi, adulteri, fures, à quibus tu criminibus abſtines; num te illis deteriorem conſtitues? Difficile nõ erit quod dicam. Si quidem illa crimina ea pro parte conſideres, quà externe exerunt ſeſe: plane negare non debes illa non reperiri in te: ſed id inter ea non eſt, quæ ſunt ex te, quippe qui (attenta naturæ deprauatione, & peruerſa peccati radice) promptus eſſes ex te, etiam maiora cõmittere; ſed inter ea eſt, quæ ex Dei bonitate reperiuntur in te, qui ſua gratia te cuſtodit & ſeruat. Ergò ꝙ illa non committis, non tibi, ſed Deo aſcribendum eſt. G

Si verò pro illa parte perſpicias, qua interne æſtuant omnia ſcelera, non facile illis te præferes: Quod vel ſi minus forſan internum feruorem ſcelerum ſentis; vide ne contingat ex aliqua non minori culpa, qua ad ſcelera factus ſis ſtupidus: vel ſi tibi diuinæ munere beneuolentiæ eſt prouiſum, inde non ſumas, quo glorieris, ſed potius vt te humilies magis; quippe qui nil boni habes, quod non acceperis. Adde, quod etſi dona Dei conferantur hinc inde, & ſermo ſit de illis quæ dantur ad vtilitatem Eccleſiæ; licet opus non ſit alium me ſuperiorẽ agnoſcere, ſi muneris excellentia ponderetur (quandoquidem placuit me donari munere prophetiæ, quod præſtantius eſt dono linguarum, quo ille donatus eſt) ſi tamen functio exactius exigatur, ſorte non deerit in me, quo iure, linguis loquentibus me humiliẽ. Si vero loquimur de donis gratificis, conſtat (peculiari reuelatione ſubmota) quàm temere me præferrem: cum illorum iudicium reſeruetur Deo, & tutum ſit ſe ſemper deijcere, & periculoſum de ſe alte ſentire.

1.Cor.4. 1.Cor.14.

Et quanquam hæc (meo iudicio) vera ſunt, alium tamen ſenſum, illis in verbis admittit Apoſtolus: & illum potiſsimum (ſi non fallor) intendit. Siquidem inde monere videtur, quòd quantumuis magni ſimus, expedit tamen nos in omnibus, fratribus humiliari, perinde ac ſi inferiores eſſemus: id, quod CHRISTVS tum opere, tum doctrina frequenter admonuit. Nam cum eſſet in forma Dei, vere filius Dei; non quia rapinã arbitratus eſſet, æqualem ſe eſſe Deo, exinaniuit ſeſe & formam ſerui ſuſcepit, vt euaderet in illa inferior eo; ſed potius vt quodam pacto fieret inferior nobis: quippe qui venit non miniſtrari: ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis; Qua de re & diſcipulos primatus ambitione commotos, his verbis benigne compeſcuit. Principes Gentium dominantur eis: & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt veſtrum fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt ſicut miniſtrator. Et rurſum. Nonne maior eſt qui recumbit, quàm qui miniſtrat? Ego autem in medio veſtrum ſum, non ſicut qui recumbit, ſed ſicut qui miniſtrat. H

Roma. 12. Eccle.3. Phil.2. Matt.20. Ibidem. Luc.22.

Ioan. 13. A Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, & vos inuicē faciatis: Si enim laui veſtros pedes, & vos alter alterius debetis lauare pedes.

At dicis. Hæc planè externæ humilitatis opera ſunt, quæ quidem (non refragor) præſtare debemus: verùm non ſine recta mentis exiſtimatione. Ergò (niſi hypocritæ ſimus) neceſſe eſt, vt quos externè ſuperiores teſtamur, ſuperiores mente reputemus: & ſic in priorem redimus ſenſum Apoſtoli, minus intentum ab eo. Ad quod hunc in modum reſpondeo. Primum non inficior, externam humilitatem, rectam exiſtimationem requirere, & ob id non reijcio, ꝙ qui alios vt ſuperiores habet, verè mente, vt ſuperiores concipit: Sed ꝙ ſuperiores concipiat, aliundè poteſt contingere, quàm ex cauſis ſuprà inductis. Siquidem cōtingere poteſt ex charitate, quæ vrget vt inſeruiamus inuicem, vt alibi Apoſtolus ſcribit, qui & admonet ne noſtra quæramus, ſed quæ aliorum ſunt. Contingere poteſt ex natura membrorum eiuſdem corporis, in quo mutuò ſibi deſeruiunt: Non enim caput ſibi tantùm videt nec commedit, ſed & reliquis membris: nec ſibi illa tantùm proſpiciunt, ſed etiam capiti: imò illi forſan vberius, dum ſuòpte ingenio ſe pro illius conſeruatione tradunt. Contingere poteſt ex lege Diuinæ voluntatis, quæ vt fœlicius conſeruetur pax, in Republica CHRISTI, has regulas docet.

Humilitas externa, vt vera humilitas ſit, rectā exiſtimationem requirit.

Gal. 6. 1. Cor. 10.

B Sed alius forſitàn vrget. Si CHRISTVS, tùm exemplo, tùm verbo, illam humilitatem nos docet, quæ audita non eſt in Sapientium Academijs: illam (inquam) pereximiam ac ſingularē exinanitionem ſui, qua quis perſpecta propria abominatione, in ſeipſo confunditur: conſtantiſſimè perſuaſus indigniſſimum eſſe ſeſe, etiam minimo fauore Dei; ſed ſiquid promittere ſibi fas eſt, id totum ex mera Dei benignitate ac dilectione promittere fas eſt; quo nam pacto poterunt hæc, habere locum in illo, qui non ſolum erat vnigenitus Patris, in cuius manu, nedum omnia dederat, ſed & quem iure optimo, hæredem vniuerſorum inſtituerat, Qui nec aliquid, in ſe deprehendere potuit, quo cōfunderetur in ſe, cum nullum peccatum fecerit, nec dolus in illius ore repertus fuerit?

Vera humilitas à Christo exemplo ac verbo tradita.

Ioan. 1. 13. Hebr. 1.

Cui breui reſpondeo. Et miſſa conſideratione CHRISTI ſecūdum ꝙ Deus, cum naturæ Diuinæ (Deo exiſtente quò maius cogitari non poteſt) virtus iſta non congruat: Attendendum ꝙ CHRISTVS in eò ꝙ homo, poteſt biſariam diſcuti: vno modo ſecundùm id quod habuit ex ſua conceptione: alio modo ſecundum id, quod tum ex obedientia Patris, tum ex noſtri dilectione in ſe ſpontè ſuſcepit. Siquidem ex ſua conceptione, cum illa facta ſit ex Spiritu ſancto, nil ſortiri valuit quod non eſſet vnicè bonum. vndè & corpus factū eſt ſine peccato, & illi anima glorioſa C infuſa, vt eſſet ex omni parte pfectus. Et licet corpus, ex gloria animæ, gloriæ debuiſſet portionē recipere; diuina tamen diſpenſatione factum eſt, vt ad tempus illa careret; vt in carne paſſibili pati poſſet pro nobis. Verùm ex obedientia Patris, & noſtri dilectione, voluit omnium hominum crimina in ſeipſo congerere, & non ſecus ac propria reputare, vt latius ex præcedentibus manifeſtum eſt.

1. Pet. 2. Matth. 1.

Ergò, ſi conſideretur CHRISTVS primo modo, conſtat ꝙ etſi ſemet humiliare potuit, eo pacto, vt in exemplum noſtri, omnibus inſeruiret: non tamē eo pacto, vt ob repertas in ſeipſo culpas & abominationes, ſe in ſeipſo confunderet. Si verò ſecundo modo penſetur, cum (congeſtis in ſeſe omnibus iniquitatibus noſtris, ac veluti ſibi proprijs, eiſdem ſibi aſcriptis) perſonā induat non ſolum vnius hominis peccatoris, ſed omnium ſceleſtiſſimorum hominum; haud dubie, ꝙ & propter reperta in ſeipſo ſcelera valuit nedum humiliari, ſed humiliari quàm maxime: vt & plane non immeritò in illas poſſet voces erumpere. Ego vermis ſum & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, Infixus ſum in limo profundi & non eſt ſubſtantia. Tu ſcis Domine inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita. Ergò CHRISTI exemplum potuit nos etiam ad extre- D mam humilitatem prouocare, vt ab optimo vnicoq; magiſtro diſceremus ex corde ac in corde, in omnibus ac præ omnibus deijci, & in omnibus, ac præ omnibus, ſemper humiliari.

Humilitas vera & eximia, quo pacto attribuatur Christo, vt & vermem ſe diceret.

Pſal. 21. 48 Ibidem.

Et manſuetudine. Manſuetudo virtus eſt, & non minus humilitate, Chriſtiana & vere Diuina: & maxime ſi ad mentem hic audiatur Apoſtoli. Siquidem (meo iudicio) Paulus hoc loco, magis intendit quam exprimit: Nàm exprimit manſuetudinem, quæ appetitum moderatur vindictæ, ſicut Clementia pœnam moderatur impoſitam, de qua & alibi dixit Apoſtolus: Non vos defendentes Chariſſimi, ſed date locum iræ: Scriptum eſt enim, Mihi vindictam & ego retribuam: & Sapiens, In manſuetudine perfice opera tua, & ſuper hominum gloria diligeris: & intendit de Mititate; de qua ſcriptum eſt, Beati mites quoniam ipſi hæreditabūt terram. Conſonū enim eſt, vt vtranq; à CHRISTO ſimul edocti (Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde) vtranq; ſimul

Rom. 12. Deu. 32. Eccleſi. 3. Math. 5. Mat. 11.

ſimul quoque doceamur à Paulo; & maximè vincto in CHRISTO IESV. Nec inſolitum eſt diuinis literis, Manſuetudinem aliquando pro Mititate ponere; ſicut Dauid fecit in Pſalmis Manſueti (inquit) hæreditabunt terram (quod Dominus dixit de mitibus) & delectabuntur in multitudine pacis. Addit quidem Mitis ad Manſuetum: quoniam non ſolùm Mitis vindictam non ſumit, ſed comprimenti ſe cedit, imò & benefacit: quandòquidem non ſolùm non patitur ſe vinci à malo, ſed vincit bono malum. E Pſal. 36. Rom. 12.

Mitis quid ſupra Manſuetum Addit.

Ergò, vt rectus ſit noſtra in vocatione progreſſus, appoſitè Mititas Humilitati eſt addita, & velut indiuiduus eius comes, ſecundo loco expreſſa. Siquidem qui cognita propria abominatione in ſeipſo confunditur, ſeque dignum quouis ſupplicio ex animo conteſtatur, facilè non retaliat ſi offenditur: & in Domino cõfiſus ſtudebit, nedum æquo animo offenſas ſufferre, ſed & offendenti bonũ aliquod contribuere: vt & Dei gratia ſit ſimilis CHRISTO, qui non ſolùm maledicentibus non maledixit, nec comminantibus eſt comminatus: ſed expanſis manibus tota die, ad populum non credentem ſed contradicentem ſibi, ardore charitatis orauit pro eis: Ne ſtatuas illis hoc peccatum: imò vt & maledictiones ſibi maledicentibus debitas, in benedictiones cõuerteret, pro illis maledictionem ſe fecit; quando & pro Paulo ſe blaſphemante ac perſequente, & alijs Paulo non diſſimilibus, nobis ſcilicet Deo inimicis, omnem in cruce maledictionem ſubijt: F Nec ſolùm ſimilis CHRISTO, ſed ſimilis Deo, qui ſuauis & mitis ſemper eſt, & præſtabilis ſuper malitia noſtra: non ſolùm de offenſis ſibi factis, condignam vltionem non ſumens, ſed frequenter beneficijs & donis nos obruens: vt & non raro, vbi abundauit delictum videamus ſuperabundare & gratiam. Rom. 10. Eſai. 65. Luc. 23. 1. Cor. 5. Gal. 3. Pſal. 85. Iohel. 2. Rom. 5.

Diſcrimẽ inter Patientiã & lõganimitatem.

Cum patientia, melius Græcè, cum Longanimitate. Eſt enim Patientiæ munus æquo animo tollerare, & præſertim mala & afflictiones extremas, quod ſatis incluſum erat in Mititate, ſed Lõganimitatis proprium eſt animum ad expectandum bonum extendere, & hoc pacto illius dilationem & afflictionem (quoniam ſpes quæ differtur affligit animum, & teſtante Apoſtolo, facit frequenter ingemiſcere) æquanimiter tollerare. Ergò commodè ad ambulandum rectè, tertio loco Longanimitas ponitur: quoniam etſi Spe, qua ſalui ſumus facti, non confundimur, contingit tamen aliquando ſuprà modum grauatos, & præſentis vitæ pertæſos, dilationem plus æquo longam exiſtimare, & in nobiſipſis altius ingemiſcere: Ideò opus eſt, vt hæc virtus electis ſuccurrat, nunquam illis non repetens & adurgens: Expecta Dominum: Viriliter agè: Suſtine ad modicum tempus, quoniam veniens veniet & non tardabit: & quòd illud quod in præſenti eſt, leue & momentaneum eſt, & tamen æternum gloriæ pondus operatur in nobis. μακροθυμίας Prouer. 13. Rom. 8. 2. Cor. 15. Pſal. 26. Eccle. 1. G 1. Pet. 1. Abac. 2. 2. Cor. 4.

Supportantes inuicem in charitate. Quod quartum eſt requiſitum. Cum enim homines ſimus & peccato non penitus deſtituti, neceſſe eſt vt non paucæ inter nos imperfectiones occurrant. Ergò conſonat vt & compatiamur & tolleremus nos inuicem: & fortiores maximè, ad quos (vt diximus) nũc Apoſtolus loquitur, imbecillium debẽt infirmitates ſufferre, quemadmodum ad Romanos docet; non quidem in diſceptatione, ſed in charitate, quæ patiens & benigna eſt: quæ nõ æmulatur non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt: non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, ſed congaudet veritati, & boni omnia conſulit. Roma. 15. 1. Cor. 13.

Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis. Quintum & vltimum requiſitum, ſtudium eſt (nam ſtudentes legitur Græcè) conſeruandæ vnitatis ſpiritus; ſatagendo illam intrà nos ſtringere ac retinere in vinculo pacis. Et poteſt duobus modis intelligi. Altero, vt pax ipſa ſit vinculum, quo CHRISTI ſpiritum (de hoc enim loquitur) intrà nos cogimus ac ſtringimus; & indiuiſum, ſiue indiſciſſum ſeruamus ac retinemus.

Sed vt res ſit magis illuſtris, Attendendum quòd Pax, non ſolùm, ideò commẽdata videtur, quia res eſt in ſe bona, & cuiuis multitudinum neceſſaria: non ſolùm quia non raro in Euangelio eſt nobis ſuggeſta, & tandem à CHRISTO perindè ac ſingulare peculium diſcipulis veluti teſtamẽto relicta; ſed quia non ſecus ac limes quidam ac terminus, vim videtur habere ſeruandi, imò & perficiendi & locupletandi: quandòquidem & Concordia paruæ res creſcunt, & Diſcordia maximè dilabuntur. Quare ſicut Deus optimus maximus, qui pacis author eſt & amator; poſuit fines pacem ciuitati ſupernæ, vt in vno ſpiritu ſeruarentur ac conſummarẽtur ciues cœleſtes, & domeſtici domus Domini, qui in cęlis ſemper vident faciem Patris; ita & CHRISTVS, qui eſt pax noſtra, & fecit vtraque vnum, poſuit fines pacem Eccleſiæ; in hac peregrinatione, vt vno in ſpiritu, electi ſeruarentur ac conſummarentur in terris; qui per fidem progrediuntur ad contẽplandam faciem Dei. Ergò hoc pacto intendit Apoſtolus, vt in vinculo pacis, quæ ſuapte natura conſeruatiua res eſt; & pacis quidem CHRISTI, quæ ſuperat omnem ſenſum, & conſeruatiua H Ioan. 14. Saluſtius. Pſal. 147. Matt. 18. Philip. 3.

Pacis eſt, nedum res ſeruare, ſed augere.

A tiua CHRISTI ſpiritus eſt: vires omnes adhibeamus, vt non ſcindatur vel diuidatur ſpiritus
CHRISTI, ſed conſeruetur ac ſua vnitate retentus, augeatur & locupletetur.

Col. 3. Altero (& hoc ſi non fallor magis volebat Apoſtolus) vt vinculũ pacis, ſolito Hebraiſmo, vin-
culum ſit pacificum: quod planè ac ſine controuerſia, vinculum eſt chriſtianę charitatis: Nec ſo-
lum ea ratione, quia amor ſuòpte ingenio vim habet alligandi, diſcordias componẽdi, & pacem
vnicè conſeruandi; ſed quia chriſtiana dilectio non ſolum eſt vinculum pacis, ſed & omnis per-
fectionis, vt alibi Apoſtolus dicit.

Nec mirum eſſe debet, ſi poſtquam monuit inuicem ſupportãdos in charitate, moneat in ea-
dem & conſeruandam vnitatem ſpiritus; quandòquidem chriſtiana charitas, non ſolum vtrunq;
ampliter præſtat, ſed & omnia, quæ ad perfectionem pertinent, nouæ in CHRISTO vitæ, locu-
1. Ioan. 3. pletiſſimè confert. Vndè & Ioannes poſt CHRISTI fidem, ſolam dilectionem agnoſcit, Hoc — Sũma totius pietatis chriſtianę.
(inquiens) mãdatum Dei eſt, vt credamus in nomine eius filij & diligamus alterutrum, ſicut de-
Ioan. 13. 15 dit mandatum nobis: hoc eſt (& CHRISTO, & Paulo interpretantibus) ſicut CHRISTVS di-
Ephes. 5. lexit nos. Quare & in hac mutua dilectione, dubium non eſt, ꝙ lex tota perficitur ac conſeruatur
Rom. 13. Gal. 5. (vt aliàs Apoſtolus docet.)

B Spiritum autem hoc loci, eſſe ſpiritum CHRISTI, facilè eſt animaduertere; quandòquidem
1. Cor. 15. ſi factus eſt CHRISTVS in ſpiritum viuificantem, opus eſt vt viuamus per ſpiritum eius. Propter
quod aliquando ſcribit Apoſtolus, quòd qui ſpiritum CHRISTI non habet; hic non eſt eius: &
Rom. 8. ſi Spiritus CHRISTI in vobis eſt, caro quidem mortua eſt propter peccatum, ſpiritus autem vi-
ta propter iuſtitiam. Putandum enim eſt, non ſolum CHRISTVM nobis eminere vt caput, ſed — Chriſt⁹ p ſpiritũ habitat in nobis vt anima.
per ſpiritum in nobis habitare vt anima: adeò ꝙ CHRISTI Spiritus per Eccleſiæ corpus diffuſus,
vnumquodque membrum regit, nutrit & auget in vita ſpirituali, ſicut anima membra naturalis
corporis in vita animali; dummodò imperfectiones ſemper excipias, & proportionalem rationẽ
attendas: vt ſcilicet quod facit anima in naturali corpore, operibus varijs & diuerſis potẽtijs: ſuo
modo operetur ſpiritus CHRISTI ſuis fructibus, virtutibus ac chariſmatibus, diuidendo ſingulis
prout vult, iuxtà menſuram fidei, & donationis capitis, & qualitatis cuiuſcunq; membri.

Nec propterea, Spiritum ſanctum diffitemur Eccleſiam regere, illam per ſua membra & offi-
Sap. 1. cia diſtribuere; quandòquidem nec ſpiritus CHRISTI, alius à Spiritu ſancto eſt: quo etſi reple-
tum eſt vniuerſum: quoniam Spiritus domini repleuit orbem terrarum: maximè tamẽ, ac ſingu-
C lariſſimè repletus eſt CHRISTVS: cui datus non eſt, ad menſuram, ſed tanta copia: vt indè
Ioan. 3. omnes valeamus accipere, & de illius exundantia affluentiſſimè haurire, & ſic noſtra pro
Eſa. 13. menſura repleri.

Quid ergò? Spiritus ſanctus nobis promiſſus, in nos diffuſus, nos inſtruens & gubernans, verè
CHRISTI ſpiritus eſt: non ſolùm quia à CHRISTO, vt à ſecunda in Trinitate perſona procedit; — Cur ſpiritus ſanctus in nobis dictus ſit Spũs Chriſti.
Eſa. 12: ſed quia ad membra nullo pacto dilabitur, niſi iàm dilapſus ad caput: imo poſtquàm eſt dilapſus
ad caput, ſuper quem cum donorum omnium plenitudine, & ſemper & vnicè requieſcit, dila-
Eſa. 11. bitur ad nos; vt neceſſe ſit ex hoc ſolo fonte Saluatoris, iuxtà vaticinium, cum gaudio ſuper nos
Spiritum ſanctum effundi. Vndè nobis concipiendum eſt, ſancti ſpiritus opificium, quo ſancti-
Ioan. 2. ficatur humana natura, & in templum Diuinitatis homines eriguntur, & conſecrantur, potiſſi-
Coloſ. 2. mum in CHRISTO fuiſſe conſummatum, & vndèquaque perfectum: quì ſingulariter illud eſt
auguſtiſſimum templum Dei, in quo plenitudo Diuinitatis eſt corporaliter; imò quod eſt San-
cta ſanctorum, vbi profuſiſſimè ſunt omnes Cornucupię munerum & gratiarum: & ex illo dein-
dè ad nos, ſancti ſpiritus opificium, vt ad illius membra deſcendere, & pro illius voluntate parti-
ri, & miro modo diſtribui.

Verùm supereſt & de huius ſpiritus vnitate aliquid conſiderare: ſiquidem ſermo hoc in loco
D non eſt de ſpiritus vnitate in ſe, cum Spiritus ſanctus, natura indiuiſibilis ſit, ſicut & Deus: & pro-
pterea opus non habet, quouis vinculo in ſui vnitate cogi ac conſeruari.

Nec ſermo eſt de vnitate ſpiritus ex ratione donorum, quoniam liquet ꝙ hoc pacto non eſt
vnus ſed multiplex; & ꝙ in Eccleſia tàm varia ſunt ſpiritus dona, quàm diuerſa membra ſunt &
1. Cor. 12. officia. Ergò vnitas ſpiritus (ſi non fallor) eſt vnitas cordium & animarum in Domino; quæ & — Vnitas Spiritus, hoc loci, vnitas eſt cordiũ & animarum in dño.
Roma. 12. proprium, & cõmune omnibus ſpiritus opus eſt: de quo & clarè habetur in Actis. Et vnitas qui-
Cap. 4. 1. Cor. 1. dem cordium, non ſolùm in eo (vt videtur) conſiſtit, vt idem dicamus ac ſentiamus omnes, non
admittentes ſchiſmata, non diuortia voluntatum: ſed & in hoc ꝙ eiſdem tangamur affectibus,
Ibidem. congaudendo gaudentibus, & condolendo dolentibus: imò & ꝙ magis curemus quæ ſunt alio-
12. 10. rum, quàm noſtra, minuſq; non teneat nos ſolicitudo alienæ ſalutis, quàm propriæ.

Vnitas

Vnitas verò animarum, cum anima frequenti ſcripturarum vſu pro vita inueniatur accepta; E non incongruè illorum communicatio intelligi poteſt, quæ hanc vitam attinere videntur: ſiue eorum more, qui in principio omnia conferebant in medium: ſiue vt ſaltem nemini, in quantũ poſſumus, denegemus ſubſidia, aut quæuis pietàtis officia, præſenti peregrinationi accommoda; nunquam non attendentes, quòd vnius ſumus corporis membra, eodem ſpiritu potati, & ad vnam & eandem hæreditatem aſcripti. Quæ quidem omnia, cõſtat charitatis vinculo, quæ ſummè pacifica eſt, non ſolùm miro modo ſoueri, ſed augeri ac perfici.

Act. 4. 1. Cor. 12. 1. Petr. 1.

Enarratio ſecundæ Portionis Sectionis ſupraſcriptæ.

Vnitas ſpũs non tollitur multitudine donorum.

Vnum corpus. Quamuis ſpiritus CHRISTI ſimpliciſſimus ſit in ſe, diffuſus tamẽ (vt diximus) per Eccleſiæ corpus, multiplex eſt in donis. Quare non immeritò viſum eſt Apoſtolo declarare, quòd donorum multitudo ſpiritus vnitati non obſtat, ſicut nec membrorum varietas, corporis vnitati præiudicat: quod & pulchris confirmat exemplis. Primum igitur aſſumit quod diximus, ſed conciſè.

Vnum, inquit, *corpus*, ſupple eſt, tametſi membra ſunt multa, nec ſingula eundem actum habent: ita ſupple, *Et vnus*, eſt, *ſpiritus*, tametſi, tùm officia, tùm dona ſunt varia: quandòquidem ea omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Vnus, inquam, Spiritus: non ſolùm ſicut & vnum corpus, ſed, *Sicut*, & vna fœlicitas & vocatio: ſiquidem eo pacto, *vocati eſtis, in vna ſpe vocationis veſtræ*: Vt etſi in vnam ſperatam fœlicitatem eſtis vocati, ſint tamen in domo patris manſiones diuerſæ: & cum vnitate termini, vocationis veſtræ, ſint onera & officia varia. Et ſubdit primum exemplum. F 1. Cor. 12. Ioan. 14.

Primum exẽplum.

Vnus, eſt, *Dominus*, ſcilicet CHRISTVS, qui hac voce communiter à Paulo (vt monuimus) denotatur: quippè qui Rex eſt regum, & Dominus dominantium: Et tamẽ eius in regno ac domo ſunt multi miniſtri, imò & miniſtrantiũ ordines, non minus quàm in regnis & domibus alijs. Vndè, & regina Sabà admirata eſt ordines miniſtrantium in domo Salomonis, & nos miramur vaſorum diuerſitatem in miniſterio templi: Et in domo magna vaſa viſuntur, aurea, argentea, lignea & fictilia. Secundum, Apoc. 19. 3. Re. 10. 2. Thim. 2.

Secundum exemplum.

Vna, eſt, *fides*, Et tamen diuerſi ſunt fidelium gradus: aliàs non dixiſſet Apoſtolus, Vnicuiq; ſecundùm menſuram fidei: Et ſi cum fidei vnitate non ſtarent variæ fidei participationes, non docuiſſet iuſtitiam Dei, in euangelio reuelari ex fide in fidẽ: nec diceret Dominus mulieri, Magna eſt fides tua: & Petro, Modicè fidei: & Diſcipuli non rogarent, Adauge nobis fidẽ. Tertium. Rom. 12. Rom. 1. G Matth. 15. & 14. Luc. 17.

Tertium exẽplum.

Vnum, eſt, *baptiſma*. Nam licet à Patribus ſit diſtinctus baptiſmus, Spiritus, Aquæ, & Sãguinis; quia tamen (Euangeliſta teſte) hi tres vnum ſunt; Baptiſmus vnum & ſimplex Sacramentum eſt. Et quanquàm illo fideles omnes ſumus initiati, & rectè accedentes, gratia ac Spiritu ſancto perfuſi, CHRISTO regeniti & eundem induti; non tamen omnes, etiam tempore Pauli, erant quouis ſpiritus dono repleti: ſed aliquibus dabatur donum loquendi linguis, vt conſtat ex actis: aliquibus non dabatur, quoniam (vt inquit Paulus) non omnes linguis loquuntur: aliquibus donũ interpretationum: alijs gratia ſanitatum, quandòquidem (inquit) non omnes interpretãtur, nec habent ſinguli ſpiritum curationum. Quartum. 1. Ioan. 5. Ioan. 3. Gala. 3. Cap. 2. 1. Cor. 12. Ibidem.

Quartum exemplum.

Vnus, eſt, *Deus*, Qui fideles omnes condidit in CHRISTO, *Et Pater omnium*, Qui eoſdem in filios adoptauit in eo, *Qui eſt ſuper omnes*, Quia ſingulariſſimè omnibus ſuperintendit electis; nõ modò vt Deus, ad quem ſpectat omnibus proſpicere, ſed vt piiſſimus Pater, ad quem pertinet attendere veluti filijs, & hæreditatem ſingulis (vt par eſt) diſtribuere, *Et per omnia*, debet legi, per omnes: & denotatur quòd etſi Deus per omnia eſt diffuſus, & ſuam potentiam, ſapientiam, bonitatẽ, aliaſq; perfectiones, nuſquàm non noſtris oculis offert, ac peruias facit, maximè tamen vti Deus H ac Pater, diffuſus eſt per filios, ſiue electos, per quos & mirum in modũ lucet, *Et in omnibus nobis*, planè velut in Templo, in Regno, in Peculio: denique velut in re ſibi chara, ſibi iocunda, & ſuprà modum dilecta: Nihilòminus cum tàm eximijs vnitatibus & electorum communibus excellentijs, nil vetat admittere diuerſas manſiones ſingulis ordinatas & diſtributas in cœlo, & ſingularibus donis, etiam ſingulos impartitos: ità vt abſq; cuiuſuis præiudicio vnitatis, prout Deus & Pater indiuiſim eſt ſuper omnes, per omnes, & in omnibus nobis, liberè dicere valeamus de vnoquoq;, ſicut & Sacroſancta dicit Eccleſia, Non eſt inuentus ſimilis illi. Ioan. 14. Rom. 12. 1. Cor. 12. Eccle. 44.

Quo pacto Deus eſt in Electis.

Et licet forſan aliquibus deſiderari poſſent, exempla magis accommoda, ſi quis tamen rem accuratè perſpiciat, comperiet fore nedum accommoda, ſed rem maximè explicantia. Cum enim quos inhabitat CHRISTI ſpiritus, illos moderetur ſuauiter: quippè qui ad ſalutem illis non ſolum

A lùm adeſt,ſed illos regit & inſtruit: mouet & impellit: & maxima deniq; ad illam cum ſuauitate ſubducit; neceſſe eſt tàm inſignem huius moderationis effectum,omnibus eſſe communem.

Ergò & difficilè non eſt,Primo exemplo vnitatem ſpiritus, eo in effectu perpendere, & nihilòminus & donorum varietatem,quibus electorum ſinguli ſua pro vocatione ſunt prædıti, & ab eodem Spiritu ſancto donati(vt diuerſis,vt ita dicam,eiuſdem ſpiritus moderationibus, iuxtà illorum onera & officia,quibus diuina prouidentia ſunt diſtributa,exactius, ſi dicere fas eſt, famulentur,& ſœlicius obſequantur)ſine vnitatis communis regiminis præiudicio, non ſolũ manifeſtè concipere licet,ſed pari facilitate concludere.

Explicat intentũ in exẽplo vnitatis Domini.

2.Cor.4. Amplius.Et in eiſdem omnibus, fidem ipſe Spiritus gignit: propter quod & fidei ſpiritus aliquando à Paulo eſt appellatus(Habentes,inquit, eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt) Ergò & vnitas fidei,in omnibus electis vnitas eſt ſpiritus ſancti,quoniã vnitas,effectus ſpiritus ſancti proprij,& muneris à quouis fidelium participati: ſub quo & remanent conſtituẽdi effectus, ſingulis peculiares,& dona ex diuina voluntate & vocatione,diuiſim cuilibet diſtributa.

Ioan.3. Item. Et communis effectus baptiſmi, proprius effectus eſt ſpiritus ſancti: cum ſpiritus proprium,videatur eſſe regignere: vt ſicut quod natum eſt ex carne caro eſt, ita & quod renatum
B eſt ex ſpiritu ſpiritus ſit. Quare niſi renatus quis fuerit ex aqua ac ſpiritu ſancto, ad regnum
Math.3. Dei pertinere non poteſt.vndè & baptizato CHRISTO aperti ſunt cœli, & Spiritus ſanctus in
Geneſ.1. ſpecie animalis prolifici,viſus eſt.Propter quod & Spiritus ab initio cubat ſuper aquas: & ex illis animæ viuentes productæ ſunt.Præter id, ꝙ Paulo baptiſmus lauàcrum eſt regenerationis & re-
Titum.3. nouationis Spiritus ſancti,in quo & datur abundè: Et CHRISTVS baptizat in Spiritu ſancto &
Math.3. igne tribulationum,vel ardentiſſimæ charitatis. Ergò & regeneratio omnibus CHRISTI mẽbris communis; Vnitas ſpiritus eſt: quam & comitari nonnunquàm etiã peculiaria in aliquibus dona,explicatum in ſuperioribus eſt.

Deniq; & ꝙ Deum cognoſcamus ac habeamus pro Deo,nonne effectus Sancti ſpiritus eſt(cũ
1.Cor.2. animalis homo nõ ſapiat quæ Dei ſunt) Nec modò pro Deo,ſed pro Patre? Planè effectus ipſius
Roma.8. Spiritus eſt,in quo clamamus Abba Pater. Et tandem ꝙ Deum & Patrẽ plenè nouerimus eſſe
Gala.4. ſuper nos,per nos & in omnibus nobis,ſine dubio eiuſdem Spiritus opus eſt; qui reuelat arcana
2.Cor.2. Dei,quæ nec reuelantur nobis,niſi per Spiritum ſuum.Ergò præter ea, quæ de vnitate cordium & animarum(quam in præmiſſis,Spiritus vnitatem eſſe cõcluſimus) etiam hæ quæ exemplis inſinuatæ ſunt, velut vnitates Spiritus retinendæ ſunt: atq; ex omnibus velut pluribus ex partibus
C congregata,aut ſi mauis,pluribus modis expreſſa: abſoluta vnitas Spiritus conflanda eſt: quam omni ſtudio,adhortante Apoſtolo,in vinculo pacis ſeruare,& conſouere debemus.

Enarratio Tertiæ, Portionis Sectionis ſupraſcriptæ.

Vnicuique autem noſtrum. Non ſatis ducit Apoſtolus declaraſſe, ꝙ ſine vnitatis Spiritus læſione,poſſunt certis Eccleſię membris,ſingularia quædam dona diſtribui;niſi & illa ſingularia dona declaret,non ad illorum membrorum exaltationem,ſiue profectum eſſe collata, ſed ad conſummationem Sanctorum,in opus miniſterij,& ædificationem corporis CHRISTI,& vſque ad præfinitum tempus à patre.Sed verba conſideremus.

Gratiæ gratis datę ſunt ad profectũ Eccleſię.

Vnicuique(inquit) *noſtrum*, Et ſi de omnibus CHRISTI membris hæc poſſunt exponi; puto tamen Paulum de illis peculiariter membris intelligere,quæ ad peculiarem vocata ſunt functionem,& in aliorum vtilitatem peculiari decorata ſunt munere. Quare pronomen (noſtrum) ad miniſtros reſtringendum videtur, *Data eſt Gratia*, Parui refert, intelligas de gratificante, vel munere miniſterij, cum vtrunque ſit verum, & pro munere miniſterij, detur donum gratificantis gratiæ.

D *Secundum menſuram donationis* CHRISTI, Conſuetus tropus, hoc eſt, menſuram donatam à
Mat.10. CHRISTO. Quod perindè eſt, ac ſecundùm quantitatem(nam menſura ad quantitatem pertinet)non emercatam aut extortam, ſed dono à CHRISTO acceptam. Sicut enim CHRISTI eſt
Ioan.15. certos ſibi miniſtros eligere:(non vos me elegiſtis,ſed ego legi vos)Et ſelectos ad certum, ſuo ꝑ
Act.13. arbitrio,onus deputare: (ſegregate Barnabam & Saulum,in opus ad quod aſſumpſi eos) ità & il-
2.Cor.3. lius eſt ſelectos ac certo oneri deputatos, per gratiam idoneos facere:(qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti,non litera ſed ſpiritu.

Pſal.67. *Propter quod dicit*, Dauid de CHRISTO, *Aſcendens in altum*, Græcè,participium pręteriti tem-
ἀναβὰς. poris eſt: Et, cum aſcendiſſet interpretari potuit. Et loquitur Paulus de illa aſcẽſione CHRISTI,
Act.1. qua maxima cum gloria & triumpho, quadrageſimo reſurrectionis die, ſuſpicientibus nedum

hominibus

hominibus,ſed admirantibus Angelis,ſe recepit in cœlum, Tunc, *captiuam duxit captiuitatem.* E Alluſio eſt,ad Principem reuertentem ad Patriam cum victoria: tunc enim triumphātium more,deuicti hoſtes ducuntur coràm illo captiui. Sic igitur CHRISTVS ad cœleſtem patriam rediens, hoſtes debellatos(Sathanam,Peccatum, & Mortem, quibus humanum genus tenebatur captiuum)coràm ſe captiuos duci fecit: vt oſtentaret palàm, per ſemetipſum ſe triumphaſſe de illis, vt ſecundo ad Coloſſenſes Apoſtolus dixit.

Quam captiuitaté duxerit captiuam Chriſtus.

Poteſt intelligi,& rectè de Sanctis, quos expoliatis Principatibus & Poteſtatibus, aſcendere ſecum fecit in gloriam. Siquidem cum miſera fuiſſent apud inferos captiuitate detenti, non iniuria poſſunt captiuitatis nomine deſignari: & cum velut præda ſpoliaque ducerentur victoriæ, haud diſſimili ratione dicentur duci captiui. *Dedit dona hominibus.* Quod & fecit in die Pentecoſtes,miſſo Spiritu ſancto de cœlo·ſed de quibus donis intelligat, nō multò poſt Apoſtolus docet. Act.2.

(*Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm, in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia,*)

Hæc veluti parentheſi interclusit: non ſolùm vt percipiamus Aſcenſum & deſcēſum CHRISTI, (Illum quidem ſuper omnes cœlos, quò altius cogitari nō poſſit, vt adimpleret omnia, tùm ſcripta de illo, tùm creata per illum: quoniam & eo pacto ſcripturæ ſunt conſummatæ,& creaturæ illius gloria factæ illuſtres, & pro ſuo tempore perfectæ renouationi aſcriptæ: imò in CHRISTO iàm arrhabone recepto, certiores ſunt redditę q liberabuntur ab omni corruptione, in reuelatione gloriæ filiorum Dei: Iſtum verò in partes inferiores terræ, quoniam non ſolum in terram, ſed in terræ inferiora deſcendit, vt verè iuxtà oraculum Ionæ, tribus diebus ac tribus noctibus fuerit in corde terrę.) Propter quod nō ſolum ex parte corporis, quo iacuit in ſepulchro, ſed & magis, ex parte animæ, qua manſit in limbo, vt ritè aſſerit orthodoxa fides, CHRISTVS in terræ viſceribus fuit. F Roma.8. Ioan.2.

Quo pacto Chriſto ſup cœlos aſcendente adimpleta sūt omnia.

Non ſolùm(inquam)vt percipiamus illius aſcenſum & deſcenſum; ſed vt erudiamur deſcenſum peperiſſe aſcenſum: dum deſcendendo, ſeſe non ſolùm exinaniuit(poſt habita forma hominis glorioſa, ad quam primò eſt prędeſtinatus, prout ex ſuperioribus licet accipere, & induta forma humiliſſimi & abiectiſſimi ſerui) ſed & in forma ſerui, ad mortem vſq; ſe humiliauit, & mortem quidem probroſiſſimam crucis: propter quod & Deus illum exaltauit, & dedit nomē ſuper omne nomen; vt in nomine IESV omne genu curuetur cęleſtium, terreſtrium & infernorum; Simulq; exemplo capitis nos eius membra perurgeat, vt humiliemus nos ſub potenti manu Dei noſtra vocatione contenti, vt & exaltemur ſicut illud in nouiſſimo die: quoniā omnis qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. Philip.2. Ibidem. 1.Pet.5. G

Et ipſe dedit, Ecce donatio, *Quoſdam quidem,* Non omnes, *Apoſtolos*, Munus apoſtolicum declaratum eſt ſuprà, *Quoſdam Prophetas*, Munus propheticum, hoc loco munus eſt interpretandi ſcripturas, de quo in epiſtola ad Corinthios, *Alios Euangeliſtas,* Munus euangeliſtæ, munus videtur annunciandi euangelium, ſicut dicitur ad Thimoteum: Opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple: *Alios Paſtores & Doctores.* Notauit Hieronymus & Auguſtinus, inter Paſtores ac Doctores, coniunctionem, ſeu copulam, non poſitam eſſe fruſtrà, ſed vt inſtruamur paſtores eſſe debere doctores: quippè qui docere valeant ſanam doctrinam, & illos qui cōtradicunt arguere. Paſtoris eſt regere, & Doctoris inſtruere. Non ſatis ergò eſt ad curam animarum, ſiquis regat, ſed neceſſe eſt vt regat & inſtruat, vt ſit paſtor & doctor. Luc.18. 1.Co.12.14 2.Thim.4. Titum.1.

Paſtores debent eſſe doctores.

Ad conſummationem Sanctorum. Finis proximus, quo non tàm miniſtri, quàm & diuerſi miniſtri Eccleſiæ dati ſunt, Conſummatio, hoc eſt, perfectio explicatur Sanctorum, & maximè imbecillium, quales ſunt inferiora membra, non minus tamen in corpore neceſſaria. Et licet omnes qui ſunt conſummandi, ſint ſancti, hoc eſt ſuo modo mundi, conſtantes & conſecrati; pauci tamen in hac vita inueniuntur ità perfecti, vt opus non ſit vlterius perfici ac conſummari. Et quāquam Deus eſt qui incipit bonum & perficit, cuius & opera ſunt ſemper perfecta; placuit illi tamen, id communi lege, ſine ſelectis miniſtris non facere: Quandòquidem & non mediocriter ad membrorum id confert vnionem & mutuam charitatem, cum inter membrum quod fauet ac proſpicit, & membrum cui fauetur ac proſpicitur, oriri debeat & neceſſitudo ſuauior, & copula diuturnior. 1.Cor.12. H philip.1. Deu.32.

In opus, Non ocium: non delicias, ſiue Diuitias: & opus non quodlibet, ſed, *Miniſterij*, non imperij ſeruiendi non dominādi: ſiquidem qui maior eſt veſtrum, veſter eſt ſeruus. Nec dominantes in Clerum, ſed forma gregis facti: non lucri gratia ſed CHRISTI dilectione. Diligis me? paſce oues meas. Docet ergò datos quidem miniſtros pro imbecillioribus membris, Apoſtolos, Matt.20. 1.Petr.5. Ioan.20.

Prophetas,

A Prophetas, Euágeliſtas, Paſtores & Doctores, & ſiqui ſunt alij dominico gregi præfecti, ad ope-
randum per modum miniſtri: & hoc vt ſeruiant, *in ædificationem*, Non in deſtructionem, aut
quoduis aliud opus, *corporis* CHRISTI, quod eſt Eccleſia. Nam ædificatio Eccleſię non eſt opus — Aedificatio Eccleſię opus eſt Dei, ſub ſeruientibus miniſtris.
1.Cor.3. Mat.16. noſtrum, ſed Dei: Dei (inquit aliàs) ædificatio eſtis: non eſt opus miniſtrorum, ſed CHRISTI: Et
ſuper hanc petram, Ego Petre, non tu: ædificabo Eccleſiam meam.
1.Cor.3. Subſeruiunt ergò illi extremo miniſterio, Deo ſic ordinante, velut plantantes ac rigãtes, hoc
2.Ca.4. eſt materiam diſponentes: non quidem virtute propria, ſed à Deo accepta. Qui adminiſtrat (in-
quit Petrus) tanquam ex virtute Dei. Sed hæc nihil faciunt, niſi Deus & CHRISTVS incremen-
Pſal.126. tum adijciant: Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam:
1.Cor.3. Et quid eſt Paulus, quid Apollo; niſi miniſtri eius cui crediſtis? Ego quidem plantaui, Apol-
lo rigauit, ſed Deus incrementum dedit: ſiquidem nec qui rigat eſt aliquid, neque qui plantat,
ſed Deus qui incrementum donat.

Donec occurramus omnes. Periodus fungendi miniſterij, ſortietur terminum in die iudicij. Tũc
enim occurremus obuiam CHRISTO in aera: non quidem omnes homines, ſed omnes electi,
1.Theſ.4. vt Apoſtolus docet; & vt puto non mediocri miniſtrorum gaudio: quippè qui (licet dum fun-
B cturi legatione pro CHRISTO, euntes irent, iaciẽdo ſemina prædicationum ſuarum, & arguen-
Ioan.16. do mundum de peccato, iuſtitia, & iudicio; & attendentes extremas hominum calamitates, qui
Pſal.125. degebant ſub tyrannide ſathanæ, peccati & mortis, amariſſimè flerent) reuertentes tamen tan-
dèm ad illum qui miſit eos, veniunt cum exultatione: poſtquam mundus, à ſathana eiuſq; ſatel-
litibus, morte ſcilicet & peccato, Dei gratia vindicatus; & CHRISTO, per quem factus eſt, in vi-
uam fidem & veram eius agnitionem coactus, reſtitutus eſt. Siquidẽ videntes ſe non fruſtrà one-
2.Cor.2. ra ſuſcepiſſe; ſed manipulos ex meſſibus ſibi creditis, fœliciter reportaſſe, Illi, qui ſua pro libera-
litate, & metentibus vim, & ſegetibus fructum auxit, & ad conſummatam maturitatem adduxit,
eos cum immenſo gaudio deferunt ac reſtituunt.

Igitur omnes occurremus CHRISTO, ſed poſtquam peruenerimus, *in vnitatem fidei:* ſiquidẽ
Matth. 24 antè Iudicium vniuerſale, euangelium prædicandum eſt toti mundo, & omnes homines redi-
Ioan.10. gendi ſunt in vnum ouile; & præſertim electi, qui non ſolùm peruenturi ſunt in vnitatem fidei,
ſed & veræ *agnitionis filij Dei.* quippè qui, non ſolum ſine hæreſibus & ſchiſmatibus, veram induẽt
CHRISTI fidem; ſed & ſine quibuſuis erroribus, vnam & veram agnitionem, quæ electis pro-
pria eſt, & de qua ſatis explicatum eſt ſuprà. Nec mòdò poſtquam electi crediderint & agnoue-
C rint, ſed & poſtquàm, *in Virum perfectum*, euaſerint. Nam CHRISTI corpus quod eſt Eccleſia, — Chriſti myſticũ corpus & numero & integritate perfectum.
antequam poſtremus ſuperueniat dies, debet eſſe perfectum; non ſolum integritate nume-
ri, vt nullus ſcilicet à numero electorum deficiat, ſed membrorum cõſtantia & perfectione, quẽ-
admodum membra reperiuntur in viro. Sed quando hæc tandem? *in menſuram*, ſubdit, *ætatis*, hoc
Apoc.6. eſt in termino durationis: non mundi, quoniam illius duratio propter electos eſt: ſed, *plenitudi-
nis* CHRISTI. Si de CHRISTO, hoc eſt, CHRISTI corpore intelligatur, ſicut aliàs CHRISTVM
1.Cor.12. intellexit Apoſtolus; conſtat terminum durationis functionum dictarum non prius eſſe futurũ,
quàm plenum ac perfectum fuerit Myſticum CHRISTI corpus. Si de CHRISTO, hoc eſt, Ser-
uatore interpretemur; ſimiliter terminus antè imponendus non eſt, quàm ex omnibus ſuis cõ-
ſtiterit membris, & ſingulis virilitate conſummatis.

Verùm ſi verbum (occurramus) legatur, perueniamus, vt Græcè legẽdum videtur, res eſt ma-
gis dilucida: Clarè quidem percipitur terminum eſſe præfixum, cum peruenerimus omnes ele-
cti in vnam fidem, & peculiarem illam notitiam, ad quam ſingulis fortè diebus, nonnulli
(vt videtur) perueniunt; quam & Epheſijs Apoſtolus ſuperius expetiuit: & ita perueneri-
D mus, vt exuta infantia, & quauis alia ætatis imbecillioris imperfectione, euadamus in virum
perfectum ac conſummatum, & membrorum integritate, & propria cuius membro virtute.
Quod quidem erit cum peruenerimus in menſuram ætatis, non CHRISTI, ſed plenitudinis
eius: Quam ſcilicet Deus præfixit, ad complendum illum vndique & ex omnibus partibus, & in
omnibus ſuis membris.

Enarratio Quartæ Portionis, Sectionis ſupraſcriptæ.

Vt iam &c. Et ſi dixerat, datos miniſtros, ad conſummandos Sanctos, modum tamen non ex-
preſſerat, quo per miniſtros conſummandi ſint. Quarè vt locupletius rem aperiat, non ſolum id — Quo pacto conſumandi ſint ſancti.
docet ex parte functionis miniſtri, ſed ex operatione corporis totius Eccleſiæ. Ex functione autẽ
miniſtri, oſtẽdit imbecilliores Sanctos, adeò cõſtãtes reddi in ſua vocatione, vt nõ ſolũ, nõ facilè

abducantur cuiuſuis impulſu doctrinę; ſed & veritatem ſtudioſè, ſectentur exercitio charitatis, & E
ſanctarum operationum, vt tandèm hoc pacto conſummentur in perfectione.

Dicit ergò ꝙ ideò miniſtri dati ſunt ad conſummandos Sanctos, quia dati ſunt, *vt*, per illos,
nos imbecilles, *iam*, exiſtentes in tempore gratiæ (Hora iàm eſt, inquit aliàs, de ſomno ſurgere, Roma. 13.
quo quidem tempore propior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus) ſiquidem iam ſumus inſi-
ti CHRISTO ex oleaſtro, iam facti ciues ſanctorum, & liberati à pedagogo legis, vt amplius, *non* Rom.11.
ſimus, nec ambulemus vt, *paruuli*, ſenſu & intellectu; tam etſi malitia debemus eſſe paruuli, & Epheſ.2. Gala. 3.
quaſi modò geniti, ſine dolo, & per humilitatem effici velut pueri: quibus Deus & Pater dele- 1.Cor.14.
ctatur; & arcana, quæ ſapientibus ſolet abſcondere, omni ſolet velo detegere. 1.Petr.2.

Sunt igitur in paruulis quæ & meritò deteſtemur: Sunt quæ & meritò complectamur. Quare Matth. 13.
miniſtrorum ſtudio, in eò eſt maximè inſiſtendum, vt paruuli ſenſu non ſimus, *fluctuantes*; ex le- & 11.
uitate animi, ex incapacitate iudicij, ex ſuggeſtione ſathanæ, ſinentes nos à verâ in CHRISTO
conſtantia ac tranquillitate, ſi non penitus dimoueri, ſaltèm ex parte turbari: *Et*, veluti ſtipula-
tionis, qua CHRISTO in baptiſmo ſubſcripſimus, immemores facti, *circumferamur*, quod inaniū 1.Pet.3.
ſtipularum eſt, quæ & igni tradendæ ſunt inextinguibili, *omni vento doctrinæ*, Et tamen, etiamſi Luc. 3.
Angelus de cœlo aliter euangelizaret vobis quàm accepiſtis, Anathema ſit. F Gal.1.

In nequitia, Græcè & melius, legitur fallacia, *hominum*, qui ſuàpte natura, ſunt fallaces, & ma-
ximè inflati nouitate alicuius mendacis eruditionis, & falſi nominis ſcientiæ, *in aſtutia, ad circum-* 2.Thim.6.
uentionem erroris, Sunt enim non pauci, qui non ſolum mendaciter docent, ſed aſtutè, vt aliquo
circumueniamur errore, nullum lapidem ſua calliditate non mouent, vt nos ſeducant, & in per-
Hæretici Sirenes ſūt ſathanæ. nitioſum errorem præcipitent. Ergò, hoc primum præſtabunt miniſtri ad conſummandos ſan-
ctos; vt præſeruemur à talibus Sirenibus ſathanæ, quales ſunt omnes Hæretici, & Satellites Anti-
chriſti: nec dimoueamur quouis pacto à doctrina, qua per euangelium initiati ſumus: ſed
(& eſt, ad quod ſecundo loco nituntur) vt declinato malo, proſequamur bonum, de quo im- Pſal.33.
mediatè ſubiungit.

Veritatem autem facientes, Alij & explicatius, ſunt interpretati, Sectantes, & vt ſenſum planio-
rem faciat, particulam aduerſandi præponunt. Sed (inquiunt) veritatem ſectantes. Et veritas, hoc
loco, euangelij Conſtantia eſt: non ſolum, quia ſicut nihil eſt veritate validius, ita euangelio ni-
hil poteſt eſſe conſtantius; ſed quia euangelium, cum promiſſorum à Deo exhibitio ſit, ipſa Dei
veritas eſt. Hanc igitur veritatem, hoc conſtantiſſimum euāgelium, quod Diuina gratia & mi- G
niſtrorum prædicatione recepimus, omni ſtudio conſectari debemus, *in charitate*, quæ via excel- 1.Cor.13. 1.Thim.1.
lentiſſima eſt, finis omnis præcepti, & vinculum totius perfectionis: diligentes nòs mutuò, non Coloſ.3.
lingua tantùm, ſed opere & veritate. 1.Ioan.3.

Rurſum, poteſt & per veritatem Fidelitas accipi, ex parte noſtri: iuxtà ſponſionem ac ſtipula-
tionem baptiſmi: vt inſtruamur ex hoc, ita nobis manendum eſſe promiſſis; vt illa ſanctis con- 1.Petr.3.
firmemus operibus, nobis à Deo in charitate præparatis, vt ambulemus in eis. Ergò miniſtrorū Ephe.2.
opera ac functione, non ſolum fit vt in euangelio, ac fidelitate baptiſmi inueniamur conſtantes;
ſed vt & hæc in charitate, vita & moribus exprimentes, *creſcamus*, hoc eſt, creſcere ſemper tente-
mus, & quantum ex nobis fuerit, in dies augeri nitamur: certiores facti, ꝙ etſi Iuſtorum ſemita Prouer.4.
velut matutina lux ſplendens, creſcit vſque ad perfectum diem: augmentum tamen ex nobis, vt
ex nobis proficiſci non poteſt, ſed ex Deo, qui omnibus incrementum dat: & his quoque, quæ 1.Cor.3.
in nobis ex Deo ſunt, augmenti ſcilicet deſiderium, creſcendi ſtudium, & exercitiū in operibus
charitatis; cum ille largiatur omnibus, & velle, & perficere pro ſua ergà nòs bona voluntate. Philip.2.

In nobis creſcere eſt decreſcere. *In illo*, Non in nobis, quādòquidem in nobis creſcere eſſet decreſcere, & ad paruulorum im-
becillitatem redire, ſed in CHRISTO: in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum H
ſanctum in Domino: vt in illo effecti membra robuſta, tranſire poſſimus in virum perfectum:
Per omnia, quæcunque nobis poſſint occurrere. Hoc eſt, creſcamus in CHRISTO, ſiue per infa- Sup.c.2.
miam ſiue per bonam famam: ſiue per gloriam, ſiue per ignobilitatem: ſiue per vitam, ſiue per 2.Cor.6.
mortem. Vel creſcamus in illo per omnia, hoc eſt, ex omni parte: ex parte ſcientiæ: ex parte ſan-
ctitatis: ex parte ſpiritualis exercitij, & ſanctarum operationum. Creſcamus, inquam, in illo, *qui*
eſt caput, noſtrum, vt illi reddamur conformes, quem hac in vita oportuit ſemper creſcere, nō ſo-
lum ſapientia, ætate & gratia: ſed & merito apud Deum & homines, CHRISTVS, qui eſt Deus Luc.2.
benedictus in ſæcula. Roma.6.

Nec multum referre videtur, ſi non habetur Græcè, creſcamus, ſed augeamus, vel auge-
ſcamus, vt alij: & ſi omnia, legitur, & non, per omnia: cū parum vel nihil a ſenſu diuertat: (Nam
licet

A licet augete, vel augeſcere, ſiquis malit, non nihil magis de actione retineant: quia tamen ex nobis non debemus præſumere ſed ex illo, qui agit omnia verbo ſuæ poteſtatis) conſtat quòd non magni pendenda res eſt. Et ſubtractio quoque præpoſitionis, non nocet, ſed ſenſum reddit magis illuſtrem; dum clarè videtur omnia augenda in CHRISTO: & planè quidem, nō quæ in nobis ex nobis ſunt, cum hæc exterminanda ſint, ſed quæ in nobis à Deo data ſunt: quippè qui nobis quinq; talenta dedit, vt exercitio fraternæ charitatis, & ſanctarum operationum, pecuniā eius demus ad menſam; vt tandèm veniens debitis cum vſuris illam excipiat.

Math. 15.

Ex quo, Oſtendit augmentum, quo augemur in CHRISTO, reliquis etiam membris eſſe cōmune: non ſolum quia ab omnibus participatur, ſed quia à toto corpore modo quopiam coefficitur, non quidem virtute ipſius corporis, ſed efficacia CHRISTI capitis, vt textum proſequendo liquet. Igitur Ex quo capite hoc eſt, ex illius dono, priuilegio, virtute, cooperatione, *totum*, eius, *corpus*, myſticum: Quod (tametſi eiuſmet CHRISTI ſpiritu, miro eſt modo, *compactum*, ſiue mauis, conſtructum: quandòquidem cum ſit omnium artifex, voluit corpus quod inhabitaret, eximia arte compingere & conſtituere: necnon, *connexum*, ſiue vt Hieronymo placuit, conglutinatum, omnibus in ſuis partibus reddere: nexu indiſſolubili ac glutino inſeparabili, charitatis & pacis:) Nihilòminus in ſtatu præſentis peregrinationis. poteſt ſemper augmentum in charitate recipere; & ita tandem (Deo benè omnia moderante) in Virum perfectum euadere.

Augmētum t Chriſto omnibus membris commune.

B

Ex quo, inquam, capite totum corpus compactum, & cōnexum, *augmentum corporis facit* (Talis debet eſſe conſtructio, ſi res eſt reddenda perſpicua) Siquidem, & auget totum corpus, & augetur totum corpus, ſed modo diuerſo. Nam auget quidem totum corpus, virtute capitis, & auget per partes ſibi coniunctas, At non per omnes partes cōiunctas, ſed tantùm per materiā augmenti ſuggerentes. Cum enim non ſemper omnes partes huius corporis orent, nō ſingulæ ſemper ieiunent; ſed hæ modò orent, illæ cras ieiunent, aliquæ aliquando quieſcant; conſtat ꝙ non ſemper omnes partes coniunctæ, augmenti materiā ſubminiſtrant; & ob id, opus non eſt vt omnes partes coniunctæ, ſemper augmentum faciant. Et hoc eſt illud quod dicit, *Per iuncturas*, hoc eſt iunctas partes, hebræorum more, qui non rarò abſtracto vtuntur pro concreto, vt iuſtitia pro iuſto, & morte pro mortuo, *ſubminiſtrationis*, hoc eſt, ſubminiſtrantes, eorundem vſu, & Paulo familiariſsimo, vt ex præcedentibus conſtat.

Qua ratione totum corp⁹ auget & augetur.

Ergò, & ſi totum corpus dicitur augmentum facere, non opus eſt tamen, vt id per omnes partes efficiat; ſed ſatis eſt ſi per aliquas, vel etiam aliquam faciat Sicut & homo dicitur videre, dicitur intelligere, & tamen non ſecundum omnem partem intelligit, nec ſecundum quamlibet videt. Satis, inquam, eſt præſertim cum id faciat, *ſecundum operationem*, Græcè legimus Energiam, hoc eſt, vim occultam & intrinſecam efficaciam: quæ planè vis & efficacia, vis & efficacia eſt ſpiritus CHRISTI: qui ſpiritus, primum eſt non partium, ſed totius corporis: & ad ipſum pertinet, ſubminiſtratam augmenti materiam (tametſi ſine illo non ſubminiſtraretur) membris ſingulis applicare, & vnicuiq; lance conuenientiſſima diſtribuere.

C

Augetur verò totum corpus, etiam virtute capitis, à quo omne recipit incrementum: Et augetur in omnibus ac ſingulis partibus, ſed, *in menſuram*, hoc eſt commenſurato ac proportionato modo, & certa ac congrua auctione, iuxtà exigentiam, *Vniuſcuiuſque membri*, quemadmodum (proportione ſua) contingit in corpore animali: & ſic tādèm fit, vt & hæc auctio omnium ac ſingularum partium, cedat, *in ædificationem*, totius, *ſuimet*, corporis: non quidem in diuitijs, honoribus, dignitatibus, imò nec in quibuſuis donis gratis datis (cum hæc ad ſubſtantiam alimenti nō faciant; & illa nonnunquàm augmentum impediant,) ſed, *in charitate*, quæ, orat Apoſtolus, vt in nobis magis ac magis ſemper abundet, & in qua ad extremum vſque diem debemus proficere: vt tandem Deus qui charitas eſt, maneat perfectè ſemper in nobis, vndique replendo nos; & nos ex omni parte perfectè maneamus in eo, repleti ac locupletati omnibus chariſmatibus ac muneribus ſuis.

Quo pacto totum augeatur corpus & ſingulę eius partes.

Philip. 1.

1. Ioan. 4.

D

Ergò totus profectus, tota auctio CHRISTI corporis, quod eſt Eccleſia, hac in peregrinatione in charitate eſt: In qua quantum proficimus, tantùm in CHRISTO grandeſcimus, & ad virum perfectum accedimus.

Digreſſio de communione ſeu communicatione Sanctorum.

Verùm quia Sanctorum Communio eſt articulis fidei, & multis eſt intellectu difficilis, expedit (ſi non fallor) paulò locupletius rem tractare. Ergò, vt à ſignificatione ſit exordium, planū eſſe poteſt ex literis ſacris, communionē aliud non eſſe, quā bonorū in mediū expoſitionē, vt ea

Communio ſanctorū eſt articul⁹ fidei & quid ſit.

omnibus ſint communia: quemadmodum ratione ſua, in humanis ſocietatibus accidit, & ſicut re vera factum eſt Apoſtolorum tempore, quo vendebãtur poſſeſſiones, & alia eius generis bona; vt illorum precio omnes participarent, ac vnà pariter viuerent in communi. Vndè & Collectæ quæ fiebant per Eccleſias, vt ſubueniretur indigentibus ſanctis, qui degebant in Ieruſalem, de quibus mentio nõ ſemel fit, in Epiſtolis Paulinis, communiones ſeu communicationes ſunt appellatæ, in pluribus earum locis. Vndè Romanorum decimo quinto, Probauerũt, inquit, Macedonia & Achaia communionem facere in ſanctorum pauperes, qui ſunt in Ieruſalem: & ſecũda Corinthiorum octauo, mirum in modum laudat eaſdem Eccleſias Macedoniæ, ꝙ locuplètem communionem miſerunt pro ægenis in Ieruſalem. E

Act. 4.

Ergò ſicut volũtaria bonorum temporalium in medium expoſitio, vt toti ſint ſocietati communia, aut diſtribuantur ijs qui opus habent, communio vel, ſi mauis, communicatio dicitur in ſacris literis: ità & in medium collatio bonorum ſpiritualium, vt communia ſint omnibus membris Eccleſiæ, dicta eſt Sanctorum communio ſiue communicatio, & inter articulos fidei repoſita eſt. Quam quidem ſpiritualium bonorum expoſitionem ſiue collationem, debemus primò facere exemplo CHRISTI: qui licet eſſet caput, ac membrum præcipuum totius corporis, omnes tamen ſuas ſpirituales diuitias, & bonorum omnium Cornucopias, in reliquorum membrorum vſum & commodum dedit, & in medium, vti rem omnibus communem expoſuit: Quod eò lubentius quis facere poteſt, quò bona cuncta quæ facit, longè potius CHRISTI bona ſunt, qui in illo operatur & viuit, quàm ſua; & qui ſicut dictum eſt, nihil vnquàm in cõmodum & cõmunem Eccleſiæ locupletationem, non exhibet. Et quanquàm non dubito, bona quæ noſtro modo facimus: cum à CHRISTO & in nobis & cum nobis, eadem præcipuè ac vberius faciente, ſua pro liberalitate donata ſint nobis, bona noſtra dici debere: nihilominus eſſet immane facinus, ſi ea in re non gratificaremur CHRISTO; atque eius exemplo moti, quicquid ad nos boni quouis iure pertineat, non conferremus in medium. F

Gal. 2.
Philip. 1.

Omnes fideles vnũ ſunt corpus & vn' ſpiritus.

Amplius. Negari non poteſt, Dei ordinatione ac Prouidentia conſtitutum, vt omnes fideles vnum ſint corpus: non ſolum politicum, quemadmodum in rebuſpublicis, in quibus tamẽ multi ſunt prouentus, & multa bona communia: ſed veluti naturale, vt non ſemel docet Apoſtolus: in quo palàm eſt omnia eſſe communia; imò & membra ſingula, toti magis quàm ſibi proſpicere: quippè quæ pro illo ſunt magis ſolicita; imò & magis comprobantur affecta, dum pro totius ſalute ſe non verentur obijcere, & propriam iacturam ſuſtinere. Nec modò vt eſſent vnum corpus, ſed vt & vnum haberent ſpiritum, quo non ſecus ac anima (vt dictum eſt) in vnum ſeruarentur, regerentur, ac agerentur. Qui per ſingula membra diffuſus, ſingulis mox adeſſet, nulli non prouideret, aut vnicuiq; prout opus eſt, nihil non impartiret. G

1. Cor. 10.

Adde ꝙ Communis eſt omnibus fides, vt communis omnium haberetur doctrina: Cõmunis baptiſmus, vt communis eſſet omnibus generatio: Communis dominus, vt vna eſſet omnibus lex: Communis pater, vt vna omnibus eſſet hæreditas: Communis Deus, vt vna eſſet omnibus beatitudo. Denique Eadem omnibus patria, in qua ſumus aſcripti ciues: Eadem domus, in qua omnes condomeſtici: Idem cibus & potus, panis ſcilicet vitæ, & poculum ſalutis perpetuæ: quod & vnitatis Simbolo in altari nobis quotidiè præparatur, vt ſingulis liceat, cum libet, accipere.

Quæ quidem omnia, haud dubiè excitant nos, imò ſtimulant ac perurgent, vt omnia ac ſingula, promptè ac propenſe in medium conferamus; ac quantum in nobis fuerit, omnibus communicemus. Hinc illæ voces Apoſtoli, Adimpleo quæ deſunt paſſionum CHRISTI in corpore meo, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia: & Omnia ſuſtineo propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur: Et ſi quid patimur, patimur pro veſtra ſalute. Imò & actus idem aliquando, ardore charitatis, quæ non quærit quæ ſunt ſua, ſed quæ ſunt aliorum: etiã cupit, ſe ſeparari à CHRISTO vt fratres ſaluentur in CHRISTO. H

Colo. 1.
2. Thi. 2.
2. Cor. 1.
Rom. 9.

Emergentes ſcrupuli de cõmunione ſanctorum.

Sed duo emergunt ſcrupuli. Alter propter ordinem Charitatis, quo nobis potius, ſpiritualia procurare debemus quàm proximo, imò nec illum ex æquo amare vt nos: quandòquidem dictum eſt, Dilige proximum tuum ſicut te, & non quantum diligis te. Alter ex intentione facientis, quoniam pauci videntur, ſuis in benefactis intentionem ad communem Eccleſiæ vtilitatem dirigere; cum & id oneris miniſtrorum videatur publicæ functionis, & nõ cuiuſlibet mẽbri Eccleſiæ in particulari.

Deu. 6.
Mat. 22.

Verùm difficilè non eſt ambos eruere: & primum quidem, attendendo ꝙ aliud eſt comparare vnum hominem alteri, & aliud, membrum corpori, & ciuẽ reipublicæ. Et quicquid ſit, in prima comparatione, non moror; quippè quæ ad rem non facit: & in illa locum habet præceptũ de

A dilectione proximi,& diſcuſſio ordinis charitatis de quo facta eſt mentio: Sed negocium pręſens
eſt in ſecunda comparatione: & res (meo iudicio) ex ſe perſpicua eſt, cum etiam natura ſubindi-
In Eth. & Poli. cet, partè ſuòpte ingenio, toti longè plus affici, quàm ſibi,& Ciuem, & ſua & ſe pro ſalute Rei-
publicæ tradere atque exponere: Nec quidem aliter ordo charitatis habet, cum & illo clariſſimè
doceamur, non ſolùm plus amandum totum Eccleſiæ corpus, ſed & membra illa præcipua ſine
quibus corpus nullo modo ſubſiſteret: quādòquidem & in naturalibus idem euenire cognoſci-
mus, quæ planè gratia non debet deſtruere ſed perficere. Nam imminente diſcrimine, non ſolū
toti corpori, ſed capiti vel cuiuis membrorum, ſine quo corpus non viueret, mox ſuòpte naturæ
2.Philip. inſtinctu (qui haud dubiè à Deo eſt: cum opus naturæ (ſine controuerſia) opus ſit primæ intelli-
gentiæ) membrum aliud, cuius iactura, corpus vita nou deſtituitur, ſemetipſum offert, ac prom-
ptè percuſſionem ſeu abſciſionem excipit.

Sap. 7. Nec vereor hanc animi propenſionem (ita moderante ac agente ſpiritu CHRISTI, qui cum
ſuauitate vniuerſa diſponit) ſi ſeſe offerret occaſio, in quam pluribus reperiendam fidelium; qui
Gal. 2. proculdubio, non ſolùm pati vellent quoduis incommodum, & gnantacunq; dici poteſt, iactu-
ram, pro ſalute totius Eccleſiæ, aut pro capite eius CHRISTO; ſed pro ſalute, vtputà Pauli aut Pe-
B tri, & ſimilium: quos Deus vti columnas ac fundamenta Eccleſiæ ſacroſanctę conſtituit: & ſuper
qnos nos reliqui ſumus quodam pacto fundati, vt in præcedentibus Apoſtolus dixit.

Cap. 2. Nec ob id inferre aliquis debet, ꝙ membra Eccleſiæ non diligant ſe; quandòquidem bonum
illud quod toti percupiunt; imò & quod in medium ad communem omnium frugem & vtilitatē
exponunt; non deſinit illorum eſſe bonum, ſed præſtantiori potiùs ratione, ad illa redundare vi- Pijs Communicātibus bona ſua magnus accedit prouentus.
Dioni. de Diui. no. detur, cum bonum cōmunius, indubiè efficiatur diuinius. Et licet bonum commune primùm
correſpondeat toti, in cuius commodū principaliter cedit; nihilòminus etiam deſcendit in par-
tes, cum totum nunquam ſit ſine partibus, in quibus ſemper conſiſtit: imò & locupletius & præ-
ſtantius ad partes reuertitur, quàm à partibus dimanauerit.

Sed eſto, bono illo quod partes exponunt, partes remanerent priuatæ; quia tamen proprium
exponendo bonum, opus tam inſigne patratur, à quo & deſtitui quouis modo nō poſſunt, vt ve-
rè exponendo magis lucrentur, quàm ſi totum quod vnquam lucratæ fuerant retinuiſſent in ſe;
à liberali ac permagnifica illa exhibitione, remorari non debent.

Secundum autem ſcrupulum eruimus, conſiderando ꝙ etſi intentio exponendi quicquid bo-
C ni habent in vtilitatem totius Eccleſiæ, aut laborandi ac ſuſtinendi, aut quouis modo merita cu-
mulandi; pro toto corpore, quod eſt Eccleſia, explicitè inueniretur in admodum paucis; nihilò-
minus propterea non infertur, ꝙ vera Eccleſiæ membra, penitus & implicitè ſaltem ea deſtituta
ſint intentione: tùm quia in illis eſt charitas quæ ſuaptè natura communicatiua eſt: tùm quia in Charitas ex ſui natura cōmunicatiua eſt.
illis eſt intentio obſequendi diuinæ voluntati, & morem gerendi capiti CHRISTO; qui ita con-
ſtituit, & omnia in Eccleſiæ frugem conuertit. Quarè & ſi non ibo inficias, multorum intentio-
nem magis ad ſui ſalutem reſtringi, quàm ad proximi ſalutem extendi; puto tamen paucos ma-
gis illam ſibi cupere, quàm cupiant vniuerſæ Eccleſiæ.

Et licet ad procurandum Eccleſiæ commune bonum, publici ſint inſtituti miniſtri; non tamē
1.Cor. 12. eo in negocio, reliquis membris abſtinēdum eſt, quoniam ſi membra omnia pro inuicem opus
eſt eſſe ſolicita, eò ꝙ vnius corporis membra ſunt; multò magis neceſſe eſt omnia ſolicitari pro
toto corpore, propter quod potiſſimum inſtituta ſunt.

Ergò vti res conſtituta ac compertiſſima omnibus eſſe debet, in CHRISTI corpore, quod eſt
Eccleſia, ſpiritualia ſanctorum omnium bona eſſe communia & præſertim quæ ad ſalutem om-
nium pertinent (quippè quibus communis eſt ſpiritus, vita, meritum, alimentum, auctio, chari-
D tas, gaudium, afflictio & id genus reliqua) Itèm, & communes omnes CHRISTI diuitias, theſau-
ros, cornucopias, & fœlicitates; vt qui eſt primùm membrum, cum ſit caput: & præcipuus ſan-
ctus, cum ſit ſanctus ſanctorum. Quæ & planè diſpenſanda ſunt iuxtà membrorum proportio-
nem, pro ſingulorum opportunitate, ad indigētium commodum & ad communem omnium
profectum, locupletationem, ſalutem: Et primum, indubitanter à Deo & CHRISTO IESV,
per ſpiritum ſanctum, per internam diſtributionem, iuxtà magnificentiam Dei, donationem
CHRISTI, conditionem & qualitatem membri: Deindè, à membris coniunctis quidem & vi-
uis, per modum ſubminiſtrationis, ſicut ſuperius eſt attactum; & demùm à miniſtris, Eccleſiæ
paſcendæ præpoſitis; & præſertim à Summo omnium Pontifice, cui cura ouium totius orbis de-
mandata eſt: Vt eo, poteſtate ſibi tradita à CHRISTO (quæ & ſuprema eſt in Eccleſia Dei,
vt qui immediatus eſt vicarius CHRISTI) præmiſſos theſauros ouibus diſpenſante, ac ſingulis

CHRISTI loco, vt par eſt, diſtribuente; ſaltèm viſa illa ſenſibili diſpenſatione, nos qui ſumus natura ſenſibiles, euadamus certi pro noſtra imbecillitate, diſpẽſationis quæ nobis inuiſibiliter impartitur à CHRISTO: quandòquidem ratum ſe ſemper in cœlis habiturum promiſit, quod Petri ſententia comprobauerit. E

Indolgeotiarum Theſaurus, ex quib' cooſtet & ad quid fuerit Iſtitutus.

Ex quibus omnibus rectè ponderatis, & vt cõuenit benè diſcuſſis, difficilè non eſt Sacro ſanctum Indulgentiarum Theſaurum conſtituere, quemadmodum catholica docet Eccleſia: ex CHRISTI ac membrorum eius meritis & afflictionibus conſtantiſſimè conſtitutum, ad ſatisfaciendum Deo pro peccatorum pœnis, poſt baptiſmum Chriſti fidelibus debitis, & inſolutis ab eis. De qua re & alias, domino concedente, vberius dicturi ſumus.

Obſeruationes Sectionis præmiſſæ.

Obſeruandum in Prima portione, ꝙ ſi (vt etiam ethnici tradunt) quæ morum ſunt, non eam ob rationem aggredimur vt ſciamus, ſed vt boni ſimus; tota virili, quæ hortatur Apoſtolus operibus referre debemus; præſertim cum non ſolùm ſint, totius vitæ ſpiritualis fundamentum (Diſcite quia mitis ſum, & humilis corde) ſed fraternæ dilectionis exercitium, per quam eiuſdem vitæ acquiritur conſummatio: vt non multò poſt Apoſtolus monuit. Siquidem fraterna charitas, cum non ſit procax nec arrogans, eſt ſemper ſubmiſſa; & inſeruire omnibus ſtudioſa: & quia nõ quærit quæ ſua ſunt, non irritatur iniurijs, nec laceſſitur contumelijs: imò bene precatur omnibus etiam hoſtibus. Eſt quoq; longanimis nihil non credens, nihil non ſperans, & in omnibus ſemper ſe Deo committens: Omnia ſuſtinet, & cum omnibus, quantum poſſibile eſt, pacem cuſtodit; vt vnanimes, vno corde, ore, & ſpiritu, benedicamus Deum & Patrem per IESVM CHRISTVM.

1. Ethic. — Matth. 11. — F 1. Cor. 13. — Ibidem. — Roma. 12 & 15.

Deus & Chriſtus in omnibus habendi pię oculis.

Obſeruandum in Secunda, ꝙ tot nexibus colligati, verè non poſſumus nõ eſſe vnũ in CHRISTO, & ob id de proximis non ſecus ſolicitari, ac ſolicitamur de nobis; & ſuper omnia, CHRISTVM vti caput non ſuſpicere, à quo omnis membrorum nexus, omniſq; ligatura dependet; & in quem, quicquid in nobis eſt boni, reducimus. Nec modò CHRISTVM, ſed Deum Patrem debemus ſemper habere præ oculis, ac coràm illo, pio filiorum affectu verſari: quippè qui eſt ſuper omnes, & per omnes, & in omnibus nobis. Quo pacto (eodem atteſtante) poſſumus facilè in ſpirituali vita proficere, quemadmodum dixit Abramo: Ambnla coràm me & eris perfectus: & Sapiens. Beatus qui in ſapientia morabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei.

Gene. 16. — Eccleſi. 14.

Obſeruandum in Tertia, vt vnuſquiſq; contentus ſit dono ſibi dato à CHRISTO, & cum illo conetur cœlum aſcendere, per cœlicam conuerſationem, oblitus per omnia quæ ſuper terram ſunt. Quod planè ſecurè non fit, niſi & cum illo deſcendat ad infima terræ, humiliando extremè ſeſe vſq; ad ſuam crucem: qua ſpontè ſuſcepta, intrepidè ſequatur CHRISTVM; vt exaltetur tandem cum eo. Et quanquàm non omnes ſimus Apoſtoli, non omnes Prophetæ, Euangeliſtæ, Paſtores & Doctores; omnes tamen certa ſumus vocatione vocati, in qua & ambulare & creſcere ſemper in CHRISTO debemus: quod quidem erit, cum CHRISTVS per veram fidem & cognitionem, adoleſcet in nobis, non egens amplius reformatione, ſicut egebat in Galatis, de quibus Apoſtolus (Filioli mei quos iterum parturio, donec CHRISTVS formetur in vobis) aut veluti infans veſci nequeat niſi lacte, quemadmodum in Corinthijs, quibus, cum eſſent carnales, & zelus & contentio eſſet inter eos, non poterat loqui Paulus niſi velut carnalibus, & lac dare potum non eſcam.

G — Luc. 4. — 1. Cor. 5. — Gal. 4. — 1. Cor. 1. 2.

Conandũ ne quouis pacto hęreticorum flatibus agitemur.

Obſeruandum in Quarta, ꝙ validè perſiſtamus in catholica fide, & Eccleſiæ ſacroſancta doctrina: nec veluti paruuli corrupto iudicio, ſinamus nos quibuſuis hæreticorum flatibus agitari, aut a prurientibus auribus falſis magiſtris: qui inſtigatore Sathana coaceruati ſunt vndique, ab orthodoxa veritate diuelli. Sed tenentes caput CHRISTVM, & agnoſcẽtes Sanctorum omnium communionem, nitamur in dies creſcere in charitate; & omnia conferamus in medium: vt quẽadmodũ vnum ſumus in CHRISTO, ita & vnum ſimus inter nos, vnà pariter viuentes & creſcẽtes in eo: vt ille pariter ſemp viuat & grãdeſcat in nobis. Cni ſempiternus honor & gloria. Amẽ.

H 2. Thi. 4.

Secunda Sectio poſterioris partis Epiſtolę, In qua Paulus alloquitur initiatos in Chriſtianiſmo: obteſtaos eis prorſus recedendum eſſe à malo, ſatagendo in dies exoere veterem homioem, qoi corrumpitur ſecundum deſideria erroris: & amplectendum omne bonum, induendo hominem nouum, qui creatus eſt io iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Prima portio

Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant, in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum: alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter

cæcitatem

A *cæcitatem cordis ipſorum: qui deſperantes ſemet ipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ita didiciſtis* CHRISTVM, *ſi tamen illum audiſtis, & in illo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in* IESV: *Deponere vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis.*

Secunda portio. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini & nolite peccare, Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: Nolite locum dare Diabolo. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat unde neceſsitatem tribuat patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſiquis bonus eſt; ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autē inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicē, ſicut & Deus in* CHRISTO *donauit vobis.*

CAP. V. *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij Chariſsimi & ambulate in dilectione, ſicut & CHRISTVS dilexit nos. & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem &* **B** *omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatē in Regno* CHRISTI *& Dei. Nemo uos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum: Eratis enim aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino: Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, et veritate: probantes quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite: quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur à lumine manifeſtantur: Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit. Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te* CHRISTVS.

Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes ſed vt Sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria ſed impleamini Spiritu ſancto loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus: cantantes et pſallentes in cordibus ueſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, *Deo & Patri, ſubiecti inuicem in timore* CHRSESTI.

C Summa & intentio Textus preſcripti.

Hæc ſectio, tametſi maximæ eſt frugis: non tamen eſt magnę difficultatis. Nec mirum, cum [Heb.5.] initiatos Paulus (vt dictum eſt) alloquatur: quibus opus non eſt ſolido cibo.

Obteſtando itaque primùm in communi, ſeu mauis in vniuerſali, illos à prophana ac perditiſſima gentium vanitate, (qua non ſecus ac cæcæ, in via omnium vitiorum palpantes. præcipites dabant ſeſe in perdicionem) auocare conatur, reductis illis in mentem, quæ profeſsi ſunt in baptiſmo, cum ſubſcripſerunt CHRISTO, & receperunt euangelium. Nempe exuere veterem hominem, qui corrumpitur iuxtà erronea deſideria, & induere nouum, qui ſecūdum Deum creatus, eſt in iuſtitia & vera ſanctitate.

Deinde deſcendendo ad multa particularia, in quæ Gentes præcipitantur & vetus homo in dies magis corrūpitur; vrget illos abſtinere debere, à ſingulis illis vicijs, & exercere ſe in eorū cōtrarijs; vt ſingula expendentibus conſtat. Quare & ſi ob prolixitatem, poſſet textus in plures portiones diſtingui, quia tamen res eſt per ſe ſatis perſpicua, ſat erit illum duabus abſolui.

Enarratio primæ Portionis Sectionis Supraſcriptæ.

D *Hoc igitur dico & teſtificor.* Dixerat, dono CHRISTI, alios datos Apoſtolos, alios Prophetas: quoſdam Euangeliſtas, non nullos Paſtores & Doctores: ad conſummandos ſanctos in opus miniſterij, in ædificationem corporis CHRISTI, vt iam non ſimus velut paruuli fluctuantes, & circumueniamur omni vēto doctrinæ; ſed veritatem ſectando in charitate per omnia adoleſcamus in CHRSSTO.

Et quia Paulus datus erat Epheſijs, vt Apoſtolus, Doctor & Euangeliſta; palàm quod illum attinebat in eos ſuo munere fungi; vt illorum imbecilliores perficerentur, & non fluctuarent vt paruuli; ſed vita & moribus veritatem ſectarentur in CHRISTO IESV. Quamobrem merito inferendo ex dictis, admonet & obteſtādo perurget, quippe qui deeſſe nō debet muneri ſuo. Quid autem dicat, quid vè obteſtetur, ſubiungit, Vt iam, initiati CHRISTO, *non ambuletis ſicut*

& Gentes,

& Gentes, aliæ in quibus non eſt lumen fidei. *ambulant in vanitate ſenſus ſui.* E

Si vanitatem accipis ſicut Eccleſiaſtes, totum quod Deus non eſt: palam gentes quæ non ſub ſcripſerunt CHRISTO, ambulare in vanitate; quoniam cum ſine Deo vero exiſtant, in illo ambulare non poſſunt. Si verò ſicut Philoſophi, fruſtrationem conatus, vt cum quis putat ſe aliquid conſequi, ad quod fruſtra nititur: conſtat pariter illas ambulare in vanitate, quoniam cum omnes (vt inquit Auguſtinus) Beati eſſe veliot: ſine CHRISTO Beati eſſe non poſſunt. Cap. 1. In lib. de Trini.

Ambulatio autem gentium ſine CHRISTO, fluxus (ſi non fallor) vanarum cogitationum intelligi poteſt; quibus ſe voluunt & reuoluunt, & implicant tãdem inutilibus conatibus ac deſideriis, de quibus propheta. Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et rurſum. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Pſal. 4. Pſal. 93.

Quanquàm autem innumeræ ſint in homioibus, qui ſine CHRISTO ſunt, cogitationes vanæ: quanquam de Deo, de vltimo hominis fine ac fœlicitate, de futura ac perpetua vita tumultus ſint & digladiationes: fons tamen quàm plurium in gentibus vanitatum, eſt in ſeipſis tumeſcere, & nimis ſuis in cogitationibus, ſibi blandiri: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, meritò ſtultę factę ſunt, vt alibi Apoſtolus dicit: Et licet Græcè non legatur, ſenſus ſed mentis, & propterea illis textus ſit dilucidior, ſiquis tamen attendit, ſenſum hoc loco, mentis ſignificare iudicium, paruſpendet forſan à noſtro textu ſecedere. Rom. 1. F

Tenebris obſcuratum habentes intellectum, Siue intelligas de fallacijs ac deceptionibus mentis humanæ, quæ nonnunquam in ſcripturis dictæ ſunt teoebræ (Lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehenderunt) Nam poſtquàm conſenſit mens noſtra in primo homine, patri mendacij ac tenebrarum principi, reddita eſt in ſuis actionibus miſere fallax, & multis tenebris eſt obducta: Siue de peccatis, erroribus & malis affectibus, quæ pariter tenebræ appellata ſint (Vt conuertátur gentes à tenebris ad lucem: & Abijciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis) Siue de affectatis (vt vocant) ignorãtijs & peruerſis intentionibus (Si lumen qđ in te eſt teoebræ ſint, tenebrę quantę? & Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus teoebroſum erit) rectè ſemp intelliges: quandoquidem hæc omnia ſunt in Gentibus ſine CHRISTO, qui lux vnica eſt omnis creaturæ, & Sol veræ & abſolutæ iuſtitiæ omnium nationum.

Tenebrę, modis pluribus in ſcripturis. Ioan. 1. Acto. 16. Rom. 13. Mat. 6. Luc. 22. Malac. 4.

Alienati à vita Dei. Non eſt ſermo de vita hominum naturali, tametſi & illa à Deo eſt, imò non niſi in Deo viuimus, mouemur, & ſumus: ſed vel de vita, hoc eſt viuendi modo, quem Deus præcipit ac præſcribit (qui quidem non eſt ſine fide; non ſine charitate, quoniam iuſtus ex fide viuit, & qui non diligit manet io morte) vel de vita, hoc eſt CHRISTO, qui non ſolum eſt vita Dei in ſe (ſicut enim Páter habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo; & cum eius filius ſit oaturalis, neceſſario eſt origo viuentis à principio viuente coniuncto in ſimilitudine ſpeciei) ſed etiam eſt vita Dei in nobis (Viuo ego iam non ego, viuit verò in me CHRISTVS: Ego ſum via veritas & vita, qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet: & Cum CHRISTVS apparuerit vita veſtra:) Vel de vita æterna in cœleſti patria repromiſſa, quæ Deo proprijſſima eſt: quippe qui non ſolum ex ſeipſo & in ſeipſo; & vnice beatus, & perpetuò fœliciſſimus eſt; ſed fons & oceamus totius beatitudinis, & perpetuæ omnium fœlicitatis: quibus omnibus conſtat, Gentes ambulantes in vanitate mentis, eſſe alienatas ac prorſus excluſas, vt quæ ſunt non ſolùm ſine fide, charitate, & lege Diuina, ſed & ſine CHRISTO, ſine ſpe promiſſionum & æternæ hæreditatis.

Vita dei qđ hoc in loco. Act. 17. G Abac. 1. Rom. 1. Ioan. 6. Metha. 5. Galat. 2. Ioan. 14. Colo. 3.

Per ignorantiam quæ eſt in illis. Siquis per ignorantiam hoc in loco, mundi intelligat Sapientiã; quæ etſi non erat in omnibus gentibus, erat tamen in præcipuis, & velut capitibus ſuis, meo iudicio non erraret: quoniam illa apud Deum, nedum ſumma ſtultitia eſt, ſed & maxima ignorantia: Et vt mittamus Sydera, Cœlorum motus, Elementa, & quæ ex his ſunt, cum omnibus (vt dicunt) naturalibus huius mundi, quorum notitiam mirum in modum iactat: tam etſi inquàm pluribus, non ſolùm ſit hallucinata, ſed maxime cæca: quis non attrectat palpabiles huius ſapientiæ tenebras, ſi Diuina ſuſpiciat? 1. Cor. 3. H 2. Mett.

Equidem ſi mundi ſapientum facilè Princeps, atteſtatur noſtrę mentis oculos, haud ſecus habere ſeſe ad Diuina, ac noctuarum oculi ad meridianum Solem: quis (niſi amens) ſolo ſapientiæ huius præſidio: audebit quicquam de Deo præſumere, aut inſignem ſibi illius notitiã arrogare?

Vndè & qui minus inter illos deſipiunt, apertiſſimè tradunt, potius attingi poſſe, quod Deus nõn eſt, quam quod eſt: imò & ſummam, quam de illo poſſumus habere notitiam, eam eſſe, ꝙ illum noo valemus agnoſcere: quippe qui ſuperat omnem naturalem captum, & trãſcendit omnem noſtram cogitationem.

Suprema notitia quę naturali conatu haberi poſſit de Deo.

Sed

A Sed eſto nouerint illum aliqui: cum præſtanti, quo præditi fuerunt, ingenio; tum liberali ac munifica Dei diſpẽſatione: prout hac in natura corrupta, cognoſci ab hominibus poteſt (Vt demus cum Apoſtolo, quod notum eſt Dei, fuiſſe manifeſtum illis: & ꝙ inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt, ab ipſis fuere conſpecta: Sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: nõ quidem exactè, non abſolutè, ſed eouſque vt in excuſabiles redditi ſint, ſi illum vt Deum non ſunt venerati) Nũquid ea notitia, inſignem non habuit ignorantiam?

Rom. 1.
8. Phy.
12. Meth.

Nec eam ſolum ob rationem, quòd non paucis falſitatibus eſt reſperſa; dum vt Deum faterentur æternum, mundi finxerunt æternitatem: vt infinitæ virtutis, perpetuitatem motus: vt præſtãtis intelligentiæ, & inculpatæ iuſtitiæ, detraxerunt ei infimarum rerum curam & cognitionem: Sed quia (quod maximè conducit, maximeque pendendum eſt) non cognouerunt conſiliũ Dei, de reparando mundo, de ſeruandis hominibus, de locupletandis electis diuinis theſauris; & demũ de illo vnico, maximo, ac ter fœliciſſimo Dono, quo donati ſumus eius vnigenito; cum omnibus quæ in eo ſunt.

Sapientũ figmenta et errores.

Ioan. 3.
Roma. 8.

Verùm etſi forſan non paucis placet interpretatio hæc, puto tamen Apoſtolum aliter interpretandum: quandoquidem (ſi non fallor) non loquitur de Gentibus quibus prædicatum non
B ſit euangelium CHRISTI, ſed de jis quę audierant & forſan inter Epheſios erant, ſed credere contemnebant; nolentes perſuaderi, & quantùm ex illis poterat, ad obediendum fidei animum applicare: Ergò ſermò eſt de ignorantia myſteriorum Gratiæ, non excuſante, ſed condemnante atque excæcationis pœnam, à Deo (optimo iure) inflictam comitante; ſicut immediatè ſubiũgit.

πώρωσιν.

Propter cæcitatem cordis ipſorum, Græci legunt, excæcationem, Quod rem magis reddit illuſtrẽ. Vt ergò nemini mirum eſſe poſſit, ſi in aliquibus ex Gentibus, quibus Euangelium fuerat inuulgatum, intellectus obſcuratus eſt; cauſam explicauit: Nempè quia iuſto iudicio (vt quæ magis tenebras dilexerunt quàm lucem) ſunt cæcitate percuſſæ: Et à Deo quidem, qui lux eſt in qua tenebræ non ſunt vllæ, per lucis ſubtractionem: à Sathana verò, qui Princeps eſt tenebrarum, per tenebrarum offuſionem; quemadmodum factum eſt in hebræis non paucis: qui propria iniquitate in tenebris perſiſtentes; & à Deo vero, iuxtà vaticinium ſunt obcæcati, ne quandò videãt oculis: & à Deo huius ſæculi, vt illis non ſulgeat illuminatio euãgelij gloriæ CHRISTI; ſicut de omnibus infidelibus, qui pereunt, Apoſtolus dicit.

Ioan. 3.
1. Ioan. 1.
Infra. 6.
Eſai 6.
2. Cor. 4.

Excęcatio fit à Deo & Sathana: ſed diuerſimode

ἀπηλγηκότες.

Qui deſperantes, Græcè legitur, indolentes. Si placet lectio noſtra, vt mihi maxime placet, perinde eſt ac ſine ſpe fœlicitatis & vitæ futuræ: quales ſunt quam plurimi Epicuri ac Sardanapali;
C quorum Deus venter eſt: qui dicunt, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur: Nec alius eſt interitus hominum & iumentorum, ſed æqua vtrorumq; cõditio. Ergò nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: vbique relinqamus ſigna lętitiæ, & concupitis fruamur amplexibus, replendo nos vino & præcioſis vnguentis; quoniam hæc eſt pars noſtra & ſors noſtra. Propter quod ſubdit ꝙ, *ſemet ipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.*

Phil. 3.
1. Cor. 15.
Eccle. 2. 3
Sap. 2.

Verùm ſi placet lectio Græca, idem eſt, in dolentes, ac ſenſu & dolore ſui mali carentes. Quales ſunt qui eò dementię ſunt prolapſi, vt non ſolum non erubeſcant cùm maleſecerint, ſed exultent in rebus peſſimis: vel quales qui eò profunditatis malorum, Dei iudicio, ſunt traditi, vt etſi prorſus redditi non ſunt ſtupidi, aut ſine quouis ſenſu ſui mali, contempſerint tamen, vt ſcriptura teſtatur.

Prouer. 2.
Ibidem. 18.

Hi ergò tradunt impudicitiæ ſemetipſos, ad patrandum quácunque volueris immunditiam, in auaritia; quę hoc loci, inexplebilem importat auiditatem: ad explicandum (meo iudicio) ꝙ omnes voluptates carnis, omnes vè concupiſcentias ſuas explere non poſſunt. Vnde nec filius malefrugis poterat implere ventrem ex ſiliquis, quas porci manducabant; quandoquidem, Diuina prouidẽtia factũ eſt, vt quicunq; biberit ex aquis iſtis, ſemper ſitiat, & ita ſitim explere nõ poſſit.

Luc. 15.
Ioan. 4.

D Quæ autem operationes ſint cuiuſuis immunditiæ, expreſſum eſt in Epiſtola ad Romanos. Vbi & dictum eſt, has in ignominias traditas gentes à Deo, cum tamen hic velit, eas tradidiſſe ſeſe, quoniam & vtrunque eſt verum. Siquidem à Deo traditæ ſunt tanquàm permittente, ac quatenus pœnæ ſunt infligente: à ſe verò tanquam illas patrantibus, ac ſponte ſe illis ſubijcientibus, ac in illas præcipitantibus.

Ga. 2.

Gẽtes in mũdiciæ traditę & à ſe, & à Deo.

Vos autem, Qui non ſolùm audiſtis euangelium CHRISTI ſed didiciſtis: hoc eſt: ab illo perſuaſi eſtis, & viua illud fide excepiſtis: & per hoc CHRISTVM accedentes, manum illi dediſtis: (quippè qui eſtis ex ouibus eius, quæ vocem eius audiunt, & audientes diſcunt, & diſcentes illum accedunt) *Non ita didiciſtis*, CHRISTVM, vt rem iudicaretis ſtultam: (Nos prædicamus CHRISTVM crucifixum, gentibus quidem ſtultitiam;) non vt poſt receptionem verbi, vt canes

Ioan. 10.
& 6.
1. Cor. 1.

rediretis

rediretis ad vomitum: non vt permaneretis in corruptione peccati, & vetuſtate primi Parentis. E 2.Pet.2.

Si tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in IESV. Quanquàm hæc Græcis affirmatiua ſunt. Siquidem (legunt) illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, Et quadrat (vt videtur) contextui: Nihilominus ſermo non diſſonat, etſi dubium præſeferat. Et inſinuat Apoſtolus, ſatis nō eſſe Verbum externis auribus inſonare, niſi Diuinus ſpiritus magiſtrorū optimus, edoceat nos in corde: non quidem vt pſeudo Apoſtoli fingunt: euangelium legalibus obſcurantes, vel vt ſuo indulgeant ventri, doctrinam CHRISTI quæſtui exponentes: ſed pure, ſed candide, ſicut veritas eſt in IESV. Qui candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.

Nō ſatis verbum exterius inſonare.

Roma.16. Sap.7.

Et quanquam veritas doctrinæ in IESV, veritas ſit totius ſalutis, & exhibitio omnis Diuinæ pollicitationis; ſufficit tamen hoc in loco Apoſtolo: quo de moribus agit cum Epheſijs: ad eā partem huius veritatis deſcendere, quæ moribus, credentium vitam inſtituat. Icircò pergit & dicit.

Deponere vos. En quod edocti eſtis in CHRISTO: En ſinceræ veritatis perſuaſio in IESV: nō quidem progredi in vanitate ſenſus, aut manu ad aratrum poſita reſpicere retrò, vt aliqui ex gentibus faciunt, quibus forſan ſatius fuerat, lucem non aſpexiſſe, quàm poſt aſpectam ad tenebras oculos reuocaſſe: ſed pro virili, omnique ſtudio ſemper incumbere; vt quantum in vobis fuerit, deponatis: non quidem penitus, quoniam dum hic ſumus, prouincia eſt impoſſibilis, cum nobiſcum circumferamus ſemper corpus peccati, & carnem repugnantem ſpiritui: *ſed ſecundum priſtinam conuerſationem*: quod Dei opitulante gratia, ſub qua degitis, non ſolùm non eſt impoſſibile, ſed facile. *Veterem hominem.* Veterem hominem vocat, quicquid renatis in CHRISTO, remanet primi Parentis: nempe fomitem, ſiue concupiſcentiam carnis, non ſecus ac contagij originalis reliquias: quibus hac in paleſtra militantis Eccleſiæ, exerceri debent electi, quemadmodum in terra promiſsionis, reliquijs gentium, debuerunt exerceri Iudæi.

Luc.9. 1.Petr.4. F Rom.7.

Qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Quemadmodum dictum eſt, ex primo homine, dum hic ſumus, geſtamus concupiſcentiam carnis, quæ nuſquam multis non æſtuat deſiderijs, non quidem iuſtis, ſed iniquis, & erroribus plenis: propterea ꝙ nunquam nos non conantur ſeducere, & à recta retrahere. Iuxta quæ deſideria, etſi ſemper in nobis vetus homo viget, non tamen viget in ſalute, ſed viget in corruptione: quandoquidem, niſi vigore Spiritus CHRISTI deſideria hæc comprimantur; quod in nobis eſt vetuſtatis, in dies euadit deterius, & ad corrumpendum bonum efficacius.

Deſideria carnis: deſideria ſunt erroris.

Renouamini autem. Non ſolùm edocti eſtis in CHRISTO, ſecundum priſtinam conuerſationem deponere veterem hominem, qui iuxta deſideria erroris corrumpitur, de die in diem; ſed & in illa noua vita, quam CHRISTI ſpiritu participatis, renouari (ita legendum eſt Græce, & ſermo eſt magis connexus, tametſi litera noſtra retenta, idem prorſus ſit ſenſus) Et eo quidem pacto (quaſi rem notam ſupponens didiciſſe Epheſios ſpiritu CHRISTI, renouari debere) illos adhortatur, vt exerceant ſeſe in hac renouatione, ſpiritu mentis ſuæ, amplius induendo nouum hominem, in iuſtitia & ſanctitate veritatis, vnde & ſubdit. G

Spiritu, mentis veſtræ. Licet mens noſtra ſit ſpiritus, quoniam pars eſt ſuperior animæ, quæ ſpiritus in Diuinis literis dicitur: non illa tamē aſſerit nos renouari debere, ſed ſpiritu qui in ea eſt: qui (vt diximus) Spiritus eſt CHRISTI; qui in mente ſibi domicilium ſtatuit, illamq; hac in peregrinatione renouat, & vitam noui hominis, qui CHRISTVS eſt, participare facit: Et quanquam res ita ſe habet, vt illo ſemper ſpiritu renouari, hoc eſt, in renouationis exercitio, imò & in ipſamet renouatione, ſemper debeamus proficere (vt ſicut qui iuſtus eſt, in hac vita, ſemper opus habet, vt iuſtificetur adhuc, & qui ſanctus vt ſanctificetur adhuc, ita & qui renouatus eſt, neceſſe eſt, vt renouetur adhuc) Nihilominus, ſicut nec magis iuſtificamur aut ſanctificamur iuſtitiæ ſpiritu ac ſanctitatis, nobis illo cum ſpiritu, ad augmentum in iuſtitia ac ſanctitate, non concurrentibus, atq; in actionibus ſanctis, ſpiritui non militantibus, vel non obſequentibus: ita & in renouationis augmento, neceſſe eſt, vt cum ſpiritu, viribus noſtræ mentis contendamus, & renouationi, hunc in modum fructificemus. H

Gene.2. Pſal.51. 30. Roma.8. Apoc.22.

Et licet expreſſerit Spiritum mentis, exercitium tamen virium noſtræ mentis, prorſus non tacuit, præſertim in litera noſtra: tam etſi etiam litera græca, idem ſufficienter oſtendit, animaduertentibus quòd etſi renouatio, non donatur nobis ſine nobis (quandoquidem iuſtificatio, quæ in renouatione concluditur, in nobis non fit ſine nobis, quoniam qui fecit te ſine te, non iuſtificat te, ſine te) multo magis renouationis progreſſus, & augmentum non conceditur nobis ſine nobis: vt planè ex augmento iuſtitiæ ac ſanctitatis poteſt eſſe conſpicuum: Ergò edocti ſumus in CHRISTO, per ſpiritum quidem mentis, iugiter renouari debere, ſed non ſine meis

Aug. Super.

operibus:

A operibus: in qua cum ſit volũtas & intellectus: & fauor Spiritus ſancti: neceſſe eſt vt illius opera,
1. Ian. 3. ſint opera fidei, ſpei & chritatis: quia Deum diligamus & proximũ non verbo tantum, ſed opere
& veritate, vt in præcedentibus diximus.

ἐνδύσασθαι. *Et induite*, Græci legunt, induere, Vt intelligamus quòd ſicut fuerũt edocti renouari ſpiritu
mentis, ita & induere, *Nouum hominem*, CHRISTVM ſcilicet, qui tam etſi eſt homo, eſt tamen
vndique nouus: non ſolum quia omnem tandem vetuſtatem explodet, cum in calce huius mun- Christus eſt hõ vndique nouus: quem induimus in baptiſmo.
Apoc. 21. di, faciet omnia noua; ſed quia ſicut noua ſemper delectant, ſemper virent, & recentia ſunt: ita &
CHRISTVS iuſtis nuſquam non placet, nuſquam non viret, nuſquam non eſt recens.

Rom. 6. Hunc quidem induimus in Baptiſmo, quando cum illo in nouitatem vitæ ſuſcitati, illum in-
Ioan. 6. 10. trãmus, & intra ipſius viſcera cõtinemur. Siquidẽ illi dati à Patre, ab illo non eijcimur forás, ſed
ad interiora pertrahimur. vt ingredientes per fidem, & egredientes per opera pietatis, nunquam
in illo paſcuis non perfruamur. At quanto magis, poſtquam cum illo erimus plenè commortui
Rom. 11. & verè correſuſcitati, & per hoc in illo penitius inſiti, & ex oleaſtro in bonam Oliuam prorſus
translati, illum non ſolum in omnibus induemus, & omnibus eius donis affluentiſsime potie-
mur, ſed in illum penitiſsime transformabimur?

B Rurſum CHRISTVM induimus imitatione, cum illum æmulamur in ſanctis operibus, in hu
militate, manſuetudine, dilectione, ieiunijs, caſtitate, & in omni vitã: quandòquidem omnis il-
Greg. lius actio, noſtra inſtructio eſt: vt quemadmodum ille ambulauit, & nos ambulare conemur.
Nec hoc loci loquitur Paulus de induitione noui hominis abſolutè, ſed de induitionis progreſ-
ſu & augmento, quemadmodum & de renouatione dictum eſt, Nec ad alteram tantum ſe in-
duitionem reſtringit, ſed vtranque complexus eſt.

Col. 1. *Qui ſecundum Deum creatus eſt*. Verè CHRISTVS ſolus, ſecundum Deum conditus eſt, non Christus ſolus ſm Deũ conditus.
Ioan. 1. ſolum quia reliqua omnia ſecundum CHRISTVM condita ſunt, vt in præmiſsis oſtẽdimus: non
ſolum quia verbum eſt patris, per quod, & ad quod, facta ſunt omnia: ſed quia in illo ſolo Deus
Luc. 3. ſibi abſolute complacuit, & per ipſum cætera voluit ſibi abſolutè placere. Et quanquam CHRI-
Matt. 17. STVS conditus eſt ſecundum Deum, in omni perfectione: quod ſufficienter mox addita verba
poſſunt exprimere, *In iuſtitia, & ſanctitate veritatis*, lubet tamen, & ad mentem (ſi non fallor)
Apoſtoli, ea præſtantiſsima munera potiſsimũ, in illis intelligere, quibus corã Deo, CHRISTVS
eſt adeo iuſtus & ſanctus, vt in illo, impij omnes & peccatores, reddi poſsint vndique iuſti & ſan-
1. Cor. 1. & 2. 5. C cti: quæ munera ſunt ſingulariſsima CHRISTO: quippe qui vnica eſt iuſtitia, & vnica ſanctifi-
catio noſtra, vt non ſemel Apoſtolus dicit. Nam ſicut ex plenitudine gratiæ eius, recipimus gra-
Ioan. 1. tiam, qua euadimus grati coram Deo, cui eramus inimici: ita ex plenitudine illius iuſtitiæ & ſan-
Roma. 5. ctitatis, euadimus coràm illo iuſti & ſancti, coram quo eramus impij & peccatores.

Enarratio ſecundæ portionis, Sectionis ſupraſcriptæ.

Propter quod. Poſtquam obteſtatus eſt, recedendum eſſe ab illis vicijs, in quæ præcipitantur
Gentes, ambulando in vanitate ſenſus, contempto euangelio ſuæ ſalutis, in communi & (vt ſic
dixerim) in vniuerſali: deſcendit eadem obteſtatione, ad illam et vitia in particulari. Et quanquã
enumerat multa, & ſuum ſingulis antidotum addit, poterat nihilominus & alia aggregare non
pauca; niſi ſatis duxiſſet (vt reor) diſtinctim exprimere, in quibus gentes videbantur delinquere,
& ad quæ forſan, Epheſij maxime erant propenſi.

Propter quod, inquit, ꝙ non debetis ambulare ſicut & Gẽtes, ſed vt edocti eſtis in CHRISTO,
deponendo veterem hominem, & induendo nouum: quemadmodum & profeſsi eſtis in baptiſ-
mo, *Deponentes mendacium*, quod plane pertinet ad veterem hominem, qui ex patre mendacij,
Ioan. 8. D cui contra Deum, qui veritas eſt, impiè credidit, extreme factus eſt mendax, adeò ut & gratis fal-
Pſal. 115. lere non rarò proximum iuuet. Et quanquam mendaciorum multæ ſunt ſpecies, ex hoc ꝙ nulla
eſt expreſſa, nulla etiam eſt excluſa. Et uere omne mendacium eſt execrandum, cum quodlibet Oẽ mendacium execrãdum: & qua ratione.
repugnet nedum euangelicæ ueritati, ſed lumini rationis.

Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo, Hoc eſt antidotum: & pertinet ad nouum ho-
Luc. 10. minem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Et nomen proximi
Exo. 21. comprehendit quemlibet hominem, etiam hoſtem. Nec inſolito ſcripturarum uſu, quo & Sa-
maritanus dictus eſt proximus illi, qui incidit in latrones: & Egyptij proximi fuerunt Hebræis, à
quibus uelut à proximis, mutuati ſunt uaſa aurea, & argentea. *Quoniam ſumus inuicem membra*. Er
gò iniquum eſt, nos inuicem fallere: quemadmodum & offendere, Ergò ſi nefas eſt, membra ſi-
bi mutuo iniuriam facere, ex parte corporis; longè execrabilius erit iniuriam inuicem irrogare

ex parte mentis: ſicut facit mentiens, quauis ratioue mentiri contingat. E

Quo pacto peccatores, & reprobi dici valeāt membra Chriſti.

Et ſi ſermo eſt de membris corporis CHRISTI (quemadmodum eſt) vt generalis ſeruetur acceptio proximi, amplianda ſunt membra, non ſolum, ut comprehendamus uiua per gratiam, aut quouis modo actu tincta per Baptiſmum: ſed etiam ea, quæ etſi actu neutro modo membra ſunt, ſecundum præſentem iuſtitiam, ſunt tamen membra, ſecundum æternam diſpoſitionem Dei: uel ſaltèm, quia homines ſunt, non repugnat in membra reputari, & per diuinam liberalitatem, in membra aſſumi: quæ tanta eſt vt neminem velit perire, ſed ſaluari omnes, & ad veritatis agnitionem deduci. 1. Thi.

Iraſcimini, & nolite peccare: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Et hic vetuſtatis eſt morbus, q cum aliquid ex ſententia non ſuccedit, illicò in proximum commouemur: & vel tantillum læſi ad vindictam protinus concitamur. Et quanquàm non minus ad iraſcendum, quàm ad mentiēdum eſſent procliues: quia tamen mendacium, cum ſit ſecundum ſe prauum, non poteſt quauis ratione admitti, & propter id, nec vt virtutis inſtrumentum aliquandò aſſumi: ideo non immeritò illud ſimpliciter eſt prohibitum, hæc autem, remota culpa, eſt tolerata. Quod maxime tunc exiſtimamus contingere, cum ſol humanæ rationis, vel veræ iuſtitiæ: non obſcuratur ſuper iracundia noſtra. F

Nolite locum dare Diabolo. Et ſi cunctis in rebus, Sathanas ſe impuderiter iniiciat, & ſi quoduis peccatum, illi aditum faciat: maxime tamen illi locum parat Accidia, qua non ſolum facilè ociamur, ſed diuinis rebus oſcitanter attendimus: quod & non leue in nobis, vetuſtatis indicium eſt.

Qui furabatur. Furti nomine etiam quemuis iniquum quæſtum includit: in quod ſcelus, ita homo ex vetuſtate propendet, vt quantumuis habeat, nunquàm ſibi ſatis videatur habere. Quod malum tunc homo potiſsimum hauſit, cùm ſuadente Sathana, rapinam æqualitatis Dei facere non erubuit, *Iam non furetur*, Prima hæc pars antidoti eſt, ſubiungit ſecundam, *magis autem operetur manibus ſuis quod bonum eſt*, Non ſolum vt ſibi neceſſaria paret, ſed etiam, *ut*, memor commēbrorum ſuorum, *habeat vndè tribuat, neceſſitatem patienti.* quod vere dilectionis opus eſt.

Omnis ſermo malus, ex ore veſtro non procedat. Non loquitur de quouis ſermone malo, ſed ſpurco, vt græcè conſtare poteſt: Et eſt alius hæreditarius morbus ex Prothoplaſte: in quem miſerè nedum incidimus, ſed paſsim debaccamur. Nec modò lubet obſcæna verba proferre, ſed audire: Et tamen corrumpunt bonos mores colloquia mala: *Sed ſiquis bonus eſt*, procedat, ac repetatur, *ad ædificationem fidei*, Sicut ſermo eſt Euangelicus, & totius ſcripturæ Diuinæ. Ex cuius auditu, ſicut gignitur fides, ita & ædificatur: quia per illum ſolidatur & augetur. σαπρὸς. 1. Cor. 15. Ex Menandro. Rom. 10. G

Vt det gratiam audienti. Poteſt intelligi de gratifica gratia. Si enim auditus ſermo purificat (Iam mundi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum vobis:) Si euangelium prædicatum, virtus eſt in ſalutem: Cur non poterit, velut inſtrumentum Dei, etiam gratifica gratia audientem perfundere? Poteſt & intelligi de quouis dono Dei, quod ritè auſcultantibus ſolet concedere, vt puta, eruditionis, admonitionis, pietatis & id genus pluribus. Ioan. 14. Rom. 1.

Contriſtare Spiritum ſanctū quid ſit.

Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei. Metaphoricus ſermo eſt: & contriſtatio ſpiritus ſancti, nobis à Deo in CHRISTO impartiti, expulſio eius eſt: quandòquidem cum à nobis recedit, qui nobis impenſiſsimè fauet, non niſi contriſtatus videtur abire. Vel contriſtare ſpiritum ſanctum, qui Dei ſanctitas & munditia eſt: templum eius (quod nos ſumus) eſt aliqua fœditate polluere: vt non læto, ſed triſti (vt ſic dicam) oculo nos reſpiciat. 1. Cor. 3.

In quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Quid nam ſit ſignum, quo in Spiritu ſancto ſumus obſignati, ſatis conſtare poteſt in præcedentibus: ſed quis redemptionis ſit dies, diuerſis modis poteſt intelligi. Cum enim ſermo præſens non ſit, de die, quo redemptio eſt peracta, & in cruce CHRISTI ſanguine perſoluta, ſed de die in quo ea redemptione potimur: intelligi poteſt, vel de die initiationis, quandò per baptiſmum regeniti, donamur redemptionis primitijs: vel de die conſummationis, cum ſedente filio hominis in ſede maieſtatis, penitus regenerabimur, potituri redemptionis copijs: Et licet vtro modo intelligatur, multum non referat: licet, ſi die, in auferēdi caſu legatur, faueat initiationi, & ſi in accuſandi (vt Græcus præſefert) conſummationi. mihi tamen poſterior modus, non ſolum magis arridet, ſed & magis videtur intentus. H Mat. 25.

Omnis amaritudo, animi, qua aliquis non ſolum inſuauiter, ſed amarulenter afficitur proximo ex eodem vetuſtatis fonte dimanans, *Et ira, & indignatio*, præpoſteræ ſunt dictiones, & præcedit indignatio, ſiue furor, vt legitur Græcè, Siquidem poſtquam amarus eſt animus, facilè indignatur ac furit in proximum: & ſubſequitur ira, quæ deſiderium eſt vindictæ, Et, quod raro nō eſt, in Deum, *Blaſphemia*, vt experientia teſtis eſt, *tollatur*, eradicetur inquantum poſsibile eſt, θυμὸς.

à vobis,

Deut. 32. Roma. 12. Mat. 5. A *à vobis*. Primùm quidem beneficio Dei, ſine quo nihil poſſumus: deindè ſtudio ac ſolicitudine veſtra, qui pro virili niti debetis, crebrius repetentes: Mihi vindictam & Ego retribuam: & Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: & Qui dixerit Rachà, reus erit concilio: & Qui dixerit fatue, reus erit Gehennæ ignis.

Et ſummatim quod reliquum eſt cogens, *cum omni*, ſubdit, *malitia*. In quo cunctas vetuſtatis reliquias voluit eſſe comprehenſas, de quibus longum eſſet verba facere: Et mox ad Antidotũ ſe conuertens adiungit. *Eſtote autem*, pro ſed, *inuicem benigni*, hoc eſt mites, ſuaues, & dulcès: & antidotum eſt amaritudinis. *Et miſericordes*, Hoc eſt non ad nocendum, ſed à miſerijs ſubleuandum proximos veſtros, propenſi, & antidotum eſt furoris ſiue indignationis. *Donantes inuicem*, Antidotum eſt vindictæ: & quomodo donandum ſit ſubdit.

Sicut & Deus in CHRISTO *donauit nobis*, Hoc eſt, non ſolum ingenuè, non ſolum liberaliter, non ſolum maxima charitate, & perpetua obliuione, reuocatis nobis in priſtinum gradum; imò in celſiorem euectis: ſed in CHRISTO errata noſtra ponendo, illique imputando: & pro illis diluendis, illum ad mortem vſque tradendo & exponendo: Ita & vos non ſolum condonetis, ſiquis læſerit vos, ingenue, liberaliter, ex dilectione, læſione prorſus obliuioni tradita, & læden- Quo pacto condonandę iniurię ad imitationem Dei.
B tibus in priſtinum locum aſſumptis, imò vobis ardêtius copulatis: ſed & vobiſipſis, omni (vt ęquũ eſt) læſione aſcripta, quandoquidem non illi læſionem fecerunt, cum nemo lædatur niſi à ſe, ſed ad exercitium vos prouocantes, lucrum potius obtulerunt: quod inſanientes damnum exiſtimatis. Ergò contrà vos potius, par erit inſurgere, & ex uobis vindictam ſeueriorem exquirere.

Cap. 5. *Eſtote ergo imitatores Dei*. Hic initium eſt quinti capitis, Et propter rei decentiam, veluti con- Initiũ. 5. cap.
cluſam ponit non ſolùm imitationem Dei, ſed, vt ſubdit, imitationem CHRISTI. Dicit ergò, *Eſtote*, omnes, *imitatores* Dei, in condonandis iniurijs: Non quidem vt ſerui, ſed, *ſicut filij*, qui non timore, non minis: ſed dilectione ac animi ingenuitate imitantur patrem. Qua in re & cò præſtantius niti vos decet, ꝙ eſtis non modò filij, ſed, *Chariſsimi* filij, hoc eſt, valde dilecti ab eo. Ergò decebit uos non ſolùm imitari Deum vt filij, ſed imitari eum in ſimilitudinem filij eius chariſsimi, & vnicè dilecti. Ergò decebit vos, & progredi in dilectione, ſicut progreſſus eſt CHRISTVS, quemadmodum ſubijcit, *& ambulate in dilectione*, proximi, *ſicut & CHRISTVS dilexit nos*, *&*, ita dilexit nos, quòd *tradidit ſemet ipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo, in odorem ſuauitatis*.

C Tractandum eſt, de ſacrificio CHRISTI, cum de illius tractabimus Sacerdotio, & eius auguſtiſsimo Regno: quod erit, vt iam diximus, abſoluta enarratione totius Epiſtolæ. Ergo modo ſit ſatis attendere, quod ſicut CHRISTVS errata noſtra in ſeipſo recepit, ac non ſecus ac ſua computauit; propter quod pro illis abolendis, nobiſque Deo reconciliandis, in oblationem, & hoſtiam Deo ſe exhibuit; ita & nos (vt in dilectione ambulemus cum eo) errata proximorum,
Pſal. 50. Rom. 12. vt noſtra reputare debemus, ac pro illis (vt fas eſt) diluendis, nos Deo ſemper offerre, ſacrificantes illi ſpiritum contribulatum, cor humile, & in veritate contritum quod Deus non deſpiciet: Atque in ieiunijs, afflictionibus & mortificationibus carnis, nunquam non exhibere nos ac corpora noſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, in odorem ſuauitatis.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis. Quanquam & hæc enumeranda ſunt inter reliquas vetuſtatis peſtes: & incluſa etiam ſunt, in verbo (cum omni malitia) ocioſum tamen non fuit illa peculiariter tangere, vt exactius ponderentur à gentibus; quibus vti leuiora, & forſan nullius momenti reputabantur mala. Et de fornicatione cõſtat quod Gen-
Acto. 15. tibus non credebatur peccatum: vnde & neceſſarium fuit, vt conſtitueretur in illo Sacroſancto Fornicatio, à Gẽtibus nõ habebatur peccatũ, nec immunditia
D Ieroſolimitano Concilio, Gentibus abſtinendum eſſe à fornicatione. Similiter & immũditia,
Ariſto. 7. politi. qua aliquis aliquando fœdat ſeſe, non ſolùm non habebatur peccatum, ſed vel ad exonerandum naturam, à præcipuis eorum magiſtris perſuaſa res fuit. De auaritia quòque (non dico quæ oppoſita eſt liberalitati, quoniam illa, quam pluribus erat exoſa, ſed quæ oppoſita eſt ipſi iuſtitiæ) id facilè concipi poteſt, attendentibus quod dominandi gratia, non reputabant illicitum, liberas opprimere ciuitates, depopulari prouincias, inuadere regna ac regiones: nec contractus, vſque ad dimidium iuſti precij, præſcindunt Gentium leges. Et tamen Apoſtolus tanto hæc diſcrimine voluit Gentibus eſſe prohibita, vt non ſolùm nefas eſſet illa committere, ſed nominare, *ſicut*, inquit, *decet ſanctos*. Sicut enim fideles debent eſſe ſancti in corde, & in opere, ita & ſancti eſſe debent in verbis.

Aut turpitudo, quibuſuis actibus, quibuſuis modis cõtingat. *Aut ſtultiloquium*, quod eſt ſeipſo

reprehenſione dignum: Et ſi enim cuiuſuis hominis ſermo, tamen Chriſtiani debet eſſe ſale conditus, vt alias Apoſtolus dicit. *Aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet*, Et ſi ſcurrilitas, ſiue, vt vertunt alij, Comitas vel Facetia, aliquãdo tolerari poteſt; imò nõ nunquam eſſe comem & facetum, ad virtutem pertinere videtur; & multorum ſales habiti ſunt in magna exiſtimatione: exercere tamen hiſtrionicam artem, aut agere mimum, & ex profeſſo dare operam iocis & facetijs, vt abſurda & à Chriſtianá profeſsione aliena, deteſtãda ſunt. E Col. 4.

Sed magis gratiarum actio. Et ſi gratiarum actio pro beneficijs, nunquàm non acceptis à Deo, frequentiſsima eſſe debet, adeò vt iure ſcriptum ſit, In omnibus ſemper gratias agite: hoc tamẽ loci, vt etiam Hieronymo placuit, de gratioſo ac benigno ſermone Paulus loqui videtur: vt hoc quidem pacto, è regione occurratur ſermonibus turpibus: Et aduerbium, magis, nõ inſolito ſcripturarum vſu, nõn comparationis aut auctionis vim habet, ſed correctionis. 1.Theſ.5.

Hoc autem ſcitote. Ne in poſterum ignorantiam obtendatis, *intelligentes*, Non contentatur quauis ſcientia & nõtitia, ſed illam expetit, quæ illos verè reddat inſtructos, propenſe conſiderãtes, & animaduertentes: quoniam res eſt ad ſalutem penitus neceſſaria. *Quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in Regno* CHRISTI *& Dei.* Eccè quanti momenti res ſit: &, ob id, quantum referat ſcire illam & animaduertere. Et quanquam plura prohibita ſunt: tria tamen ſolum repetit, vt quæ maxime ſunt capitalia, & à CHRISTI & Dei regno (quod vnum amborum eſt,) præ reliquis, habent excludere. Quod dicitur de auaro, ꝙ idolorum eſt ſeruitus, clarius eſt in græco, qui loquit, idolorum eſt cultor. Siquidẽ quẽadmodum gulæ dediti, gulam velut Deum faciunt, ita & auari, cupiditatem, ſiue (vt cõformiter auaritiam ſumamus præcedentibus) dominandi libidinem, vti Deum obſeruant. F

Auaritia eſt idolorum ſeruitus.

Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Non deerant (vt puto) qui ſeducere illos tentabant, vana ac fallaci doctrinã, vt communiter faciunt, non ſolùm hæretici, ſed falſi philoſophi: cum a vera CHRISTI doctrinã, multos conantur auertere: nec quidem niſi inanibus verbis: quippe qui, contrà veritatem, nihil poſſunt moliri ſolidum, nihil conſtans & efficax. *Propter hæc enim*, Fornicationem, immunditiam, auaritiam, *venit ira*, punitio & vindicta: nõ hominis, cui præſumas reſiſtere, ſed, *Dei*, cuius eſt ita percutere, ita occidere, vt nemo eripere valeat de illius manibus: aut cõtra illius furorem ſe quouis modo oppõnere.

Inſignes ſunt vltiones in ſcripturis. Nam Sodomitæ conſumpti ſunt ab igne, cadente de cœlo: Iſraelitæ fornicantes vſque ad viginti & quinque millia, extincti ſunt vna die. Sed mitto vltiones antiquas, quoniam de præſentibus, (cum, venit, præſentis temporis ſit,) loquitur Paulus: admonens, tametſi velut cæci rem nõn perpendimus: multarum tamen calamitatum quas patimur (vt peſtilentiæ, bella, deuaſtationes) ſcortationes, immũditias, auaritias verè cauſam eſſe: & propter hæc à Deo, & has & alias in dies maledictiones infligi. Gene.19. G 4.Reg.19.

In filios diffidentiæ. Hi ſunt qui diffidunt verbis diuinis, manifeſtãtibus voluntatem Dei: quales ſumus nos, quibus hæc & alia, lege diuinæ voluntatis manifeſtata ſunt: & tamen ſemper obſurdeſcimus, & velut increduli ac diffidentes paſsim contrauenimus, & obedire contemnimus. Vndè & Græci non legunt diffidentiæ, ſed potius inobedientiæ, hoc eſt, inobedientes, ſolito tropo: quod & ſi parum diſtat à ſenſu (quoniam nõ rarò, ex diffidentia & incredulitate Diuinæ voluntatis, inobedientia eſt) ſenſum tamen reddit magis perſpicuum: *Nolite ergò effici participes eorum.* Cum res ita ſe habeat, operam date, ne participetis cum eis, primum in culpa, & poſtremum in pœna.

Eratis enim aliquando tenebræ. Planè cum eratis ſine CHRISTO, qui lux eſt, nedum omnium hominum, ſed & totius mundi. *Nunc autem lux.* Tunc eòuſque eratis addicti tenebris, peccatorum, ignorantiæ, Sathanæ, quòd eratis veluti tenebræ: nunc autem initiati CHRISTO, ſi vultis, eòuſque eritis perfuſi luce iuſtitiæ, veritatis, & CHRISTI, vt euadatis veluti lux, Non quidem in vobis, ſed *in Domino*, CHRISTO innixi, imò CHRISTVM induti, qui eſt lux: in ipſo lux (ſine dubio) eſtis: nec ſecus ac lux in Domino reputamini. Ergò, *Vt filij lucis ambulate.* Conſonat quidem vt relictis tenebris, & induta luce, vita & operibus ambuletis in luce, fructificantes ſemper in operibus bonis. Ioan.1.&.7. H

Chriſtus lux totius mũdi.

Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. Licet Græcè non legatur, lucis, ſed Spiritus, quia tamen omnes latini codices, lucis habent, & ſuperioribus magis conſentit, de fructu lucis interpretabimur: tam etſi fructus lucis, & fructus ſpiritus, idem penitus eſt. De hoc ergo dicit Apoſtolus, ꝙ non modò apparet, ſed vere eſt, in omni, non in aliqua bonitate &c. Siquidem opus lucis, cum ſit bonum, ex omni parte bonitatẽ requirit, cum bonũ (vt probe Dioniſius

inquit)

A inquit) vniſariam ſit, quoniam ex integra bonitate eſt. Quarè actiones lucis, & ex natura operis, & ex modo operandi, & ex fine operationis, & ex multis alijs conditionibus, & (vt vocant) circunſtantijs, vt ſint vndique bonæ: neceſſe eſt bonitatis integritatem excipiant.

De diuino.

Nec modò (inquit) in omni bonitate, ſed in omni iuſtitia: vt nemini ſit iniuriæ, ſed omnibus commodo: ſingulis tribuens quod decentiſsimũ eſt. Et demum, eſt, & in omni veritate: quoniã nullũ fucum, nullã hypocriſim habet, ſed ſinceriſsimus, & ex vera animi propẽſione ſemper eſt. *Probantes quid ſit beneplacitum Deo*. Equidem ipſe fructus lucis cum in omni ſit bonitate, iuſtitia, & veritate, optima atteſtatio, optimaque probatio eſt beneplaciti Dei, quippè qui eſt ſummè bonus, iuſtus, & verax: nunq̃ bonitatem, iuſtitiam, & veritatẽ non docens, aut à nobis non exigens.

Et nolite communicare, Vita, moribus, exercitatione, *operibus infructuoſis*, plus intendit, quàm exprimit. Non ſolùm enim, *tenebrarum*, opera ſunt infructuoſa, ſed nociua. Nec modò, non communicandum eſt illis operibus, ſed longè fugiendum ab eis. *Magis autem redarguite*. & aduerbiũ magis, hoc loci, ſicut & ſuprà, non augentis, ſed corrigentis eſt: quandòquidem opera tenebrarum ſunt maxime reprehendenda, imò eliminanda. *Quæ enim fiunt ab ipſis in occulto*, qui adhuc tenebræ ſunt, *turpe eſt & dicere*. Nam in tenebris etſi plurima patrantur flagitia, maximè tamen
B quæ turpitudinem habent: & præſertim venerea, & ignominioſa, de quibus modeſti homines, verentur verba facere.

Omnia autem quæ arguuntur, ſeu redarguuntur, hoc eſt, quæ reprehenſioni ſubdũtur, & correctioni ſunt, velint nolint, expoſita, *à lumine*, ſiue luce, *manifeſtantur*. Si enim non eſſent manifeſta, certum eſt, ꝙ reprehendi minime poſſent. Et quanquàm id quod occultiſsime facimus, nunquàm nobis non eſt manifeſtum, lumine ſaltem intellectus quo ſumus illuſtrati, & conſcientiæ reclamatione quæ mille eſt teſtes: quanquam ſemper ſunt manifeſta Deo, & Angelis, eius, qui ad bonum nos ſemper ſolicitant, & diuinam legem ſemper ſuppeditant: de ea tamen manifeſtatione Apoſtolus, hoc locò ſentire videtur, qua errata noſtra, in aliorum hominum notitiam veniunt, quorum iudicio, cum ſint expoſita, nunquam non ſunt condemnata.

Et quanquàm multis modis poſſunt occultiſsima detegi: *Omne autem quod manifeſtatur*, Græce participium eſt medium: etſi reddatur actiue, omne quod manifeſtat, rem facit magis perſpicuã, *lumen eſt*: Hoc eſt, luminis (cui proprium eſt tenebras ſubmouere) rationem habet. Nam licet luminis ſit prodere ac manifeſtare: eſt nihilominus etiam manifeſtari ac prodi: quandòquidem
C nec modo, medium eſt lux, quo cognoſcimus: ſed & res eſt quam cognoſcimus. Ergo, & omne quod manifeſtat luminis rationem induit, & quicquid manifeſtatur (cum neceſſario ſit luce manifeſtante perfuſum) à luminis ratione excludi non poteſt.

Lux mediũ eſt, quo cognoſcimus, & res quã cognoſcimus.

Propter quod, Scilicet, ꝙ omne quod manifeſtatur eſt lumen, & quicquid manifeſtatur à lumine redarguitur, *Dicit*, Dominus, ſeu Spiritus ſanctus in diuinis ſcripturis: vt communiter omnes intelligunt: tam etſi non ab omnibus, de loco, vndè quæ ſubdit deſumpta ſunt, conſentiatur, Puto tamen non eſſe contrà mentem Apoſtoli, ſiquis aſſerat, non citari hoc in loco, peculiarem ſcripturam: ſed ad conſiderandum nos potius prouocari, ꝙ nunquàm Deus & Spiritus eius, electorum potiſsimum cordi ac conſcientiæ, non videtur ſuggerere; illos excitando, vrgendo, extimulando (ſiquidem ille ſtat ſemper ad oſtium pulſat, & dicit) *Surge*, expergiſcere, excitare piger, *qui dormis*. Hora eſt iam de ſomno ſurgere: Paululum dormies, Paululum dormitabis, & veniet tibi ſicut viatori egeſtas. Siquidem habent electi non ſolum ſomnum leuiorem, torporis, ignauiæ, negligentiæ; ſed & quandòque lethiferum, delicti ac mortalis peccati: quo non ſolum plus æquo ſoporantur, ſed & aurem in vtranque obdormiunt. Quare non immerito inculcatur eorum ſingulis, non tantum, Surge qui dormis, ſed, *& exurge a mortuis*. Nam quieſcentes
D in peccatis, quales ſunt, qui illorum (vt debent) fœditatem non horrent, nec diſcrimina ac pericula quibus nunquàm ob peccata, non ſunt proximi, magnifaciunt, nec ꝙ vlteriori ſemper expoſiti ſunt præcipitio, ſerio animaduertunt: quippe quos cum peruerſo, peccato ſcilicet, neceſſarium eſt peruerti, & admiſſorum pondere peccatorum, in admittendorum voraginem trahi; videntur quaſi ſecuri dormire, cum re vera tamen dicendi ſint mortui. Ergo ne ex hoc ſomno lethali, in mortem in qua redemptio nulla eſt, pertrahantur, non deeſt Dei ſpiritus frequentiſsime, cordis auribus inſonare: Exurge à mortuis.

Apoc. 3.
Rom. 13.
proue. 6.

Et licet in hominis poteſtate non ſit à peccati morte, per ſeipſum reſurgere: in illius tamen eſt poteſtate, vocanti Deo non obſurdeſcere, & exporrigenti manum obſequium non renuere. *Et illuminabit te* CHRISTVS, qui illuminat omnem hominem, luce gratiæ & veritatis. Et licet noſtra litera conſtantiſsima ſit, non deſunt tamen, qui legunt. Tibi illuceſcet CHRISTVS;

Et ſi homo ꝑ ſe non poteſt à peccato reſurgere, poteſt tamẽ vocanti Deo nõ obſurdeſcere.

&alij. Tangette CHRISTVS: quas lectiones non reprobo. E

Et prior videtur ſupponere, id muneris nobis obuenturum à Deo, qui pater eſt luminum: vt illuceſcat, hoc eſt, nobis frequenter appareat, ipſe CHRISTVS: quem & Pater (vt in præcedentibus dictum eſt) nobis reuelare ſolitus eſt. Vnde & ſecundæ Corinthiorum quartò, Apoſtolus ſcribit. Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in faciem CHRISTI IESV. Poſterior vero, poteſt ob oculos myſterium illud reducere, quo & CHRISTVS, luto cum ſputo permixto, tetigit oculos cęci, & viſum reſtituit. ſiquidem tactus ſpiritualis CHRISTI, qui lux eſt totius mundi, nequit non illuminare & à quibuſuis tenebris, in ſe credentes non eripere.

Iac. 1. Ioan. 9.

Videte itaque fratres. Volens admonitionem, qua initiatos obteſtatus eſt, tandem abſoluere, præcipit velut ex præmiſsis concludens, vt diligenter animaduertant, quàm accurate in ſua vocatione proficiunt. *Videte*, inquit, *fratres* (In principio Eccleſiæ omnes qui modo dicuntur Chriſtiani, dicebantur Fratres) Et licet Apoſtolus non immeritò, illos appellaſſet filios, quippè quos per euangelium in CHRISTO genuerat; placuit tamen appellare fratres, vt non ſuperiorem, ſed æqualem ſe illis efficiat, exemplo CHRISTI: qui cum ſit Dominus noſter & nos eius pluſquam mancipia, non confunditur vocare nos fratres.

Qui modò dicũtur Chriſtiani, in principio dicebantur fratres.

Hebr. 2. F Pſal. 21.

Quomodo caute ambuletis. Siquidem cum viatores ſimus, ambulandum eſt nobis: ſed nitendum eſt, vt ambulemus cautè, præſertim cum iter ſit periculoſum, *Non quaſi inſipientes*: qui non habentes præ oculis finem, nec quò diuertant curantes; ſicut temerè proficiſcuntur, ita & pernitioſe præcipitantur. *Sed ut Sapientes*: quorum vtrunq; eſt diligenter perſpicere, & præſertim ex lumine Dei. Nam vt in præcedentibus dictum eſt, Sapientes in ſcripturis dicũtur, qui ex ſupremæ cauſæ cognitione, facilè poſſunt iudicare, ac definire de omnibus alijs: & ſecundùm ꝙ iudicauerint ac definierint, opere complent.

Redimentes tempus. Sicut ſapientes ciues nunquam occaſionem omittunt promouendi Rempublicam: ſapientes milites, nullam prætereunt opportunitatem conſequendi victoriam: & ſapientes ruſtici nacti commoditatem temporis, nunquàm deſunt ſuo muneri inſeruire: ita & ſapientes peregrè proficiſcentes, inſtante opportunitate, itineri ſunt ſemper accinti: imò opportunum tempus, vti rem precioſam exiſtimantes, omni opera & impendio ſtudent illud redimere, ab omnibus quæ illos remorari poſſent, nihil omittẽtes, vt ſibi illius occaſione proſpiciant, præſertim cum iter eſt plenum inſidijs, ſicut eſt iter peregrinationis humanæ: in quo grauati ſarcina carnis & vndique obſeſsi ab hoſtibus, frequenter peregrinamur à Domino. Ergò maximè nobis, opportunitas temporis amplectenda eſt, vt dum tempus habemus commodum, operemur bonum, *Quoniam dies*, noſtræ peregrinationis, *mali ſunt*, hoc eſt, multorum malorum occaſiones ſubijciunt.

G 2. Cor. 5. Galat. 6.

Propterea nolite fieri imprudentes, omittendo ſingula perſcrutari, quæ vel iter impedire, vel ſaltem retardare poſſunt, *Sed intelligentes quæ ſit voluntas Dei*: iuxta quam, perinde ac infallibilẽ regulam, omnia debetis conferre: nec ab illa, vel vngue tenuiſsimo declinare. Et licet volũtas Dei multis quidem modis, in ſcripturis manifeſta ſit: licet & ea ipſa ſit, quam Paulus in præmiſsis verbis expoſuit: Puto tamen, quantum vniuſcuiuſque ſaluti noſſe ſuffecerit, illam eis continuè reuelari: qui proprijs reiectis affectibus, Deo in omnibus ſe commitunt: efflagitantes toto pectore cum Propheta. Doce me facere voluntatem tuam, quoniam Deus meus es tu.

Quibus Diuina voluntas prout illis expedit, reueletur.

Pſal. 142.

Et nolite inebriari vino. Et ſi Ebrietas in ſe, non leuiter reprehendenda eſt, propter intemperantiam, & propter euerſionem iudicij; non minus tamẽ deteſtanda eſt propter fornicationem; quoniam Venus ſine baccho friget, quemadmodum Apoſtolus ſubdit. *In quo eſt luxuria*. Fecit autem hac de re mentionem in particulari, quia (vt puto) non leuiter in ea delinquebant Epheſij: ſicut & in quàm pluribus aliis, de quibus dictum eſt ſupra. *Sed impleamini*, quantum veſtro ſtudio conſequi vos poteſtis, *Spiritu ſancto*, qui non ſolum exhilarat mentem, ſicut vinum lętificat cor, ſed & eructare facit abſcondita à conſtitutione mundi: quemadmodum Apoſtoli repleti Spiritu ſancto, cenſebantur ebrij ab iis, qui non capiebant myſterium Dei.

H Pſal. 103. Mat. 13. Acto. 2.

Loquentes nobiſmetipſis in Pſalmis, hymnis, & canticis Spiritualibus. Etſi intelligi poſſunt hæc, de locutione vocis, qua alter loquitur alteri, vel vnus pluribus, vt admoneamur quos ſermones habere debemus ad inuicem: nimirum non de rebus profanis, non de inutilibus ac ocioſis, ſed de conducentibus, ac Spiritu ſancto plenis (vt ſunt verba Dauidis, & aliorum oraculorum) mens tamen Apoſtoli eſt, de locutione mentis, qua quis loquitur ſibi ad ſui excitationem: quæ locutio aliud quidem non eſt, quàm meditatio, ſeu contemplatio eorum, quæ & lumen Dei afferunt, & ignem

A & ignem charitatis ſuccendunt; quibus facilè prorumpimus in Dei laudes, & gratiarum actiones: hoc in loco, per Pſalmos, Hymnos & Cantica, comprehenſas ac explicatas: quemadmodum exponendo ſubiungit.

Cantantes & Pſallentes in cordibus veſtris Domino, Gratias agentes ſemper pro omnibus. Intellige, vel pro omnibus CHRISTO initiatis, vt ſic frequenter reminiſcantur communionis ſanctorum, vel pro omnibus rebus occurrentibus vobis: Non ignorantes quod a Deo & Patre, per IESVM CHRISTVM, nihil vobis poteſt obtingere, quod veſtræ ſaluti non conferat, dummodò agendo gratias, agatis illas, *in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI, Qui mediator ac diſpenſator
1.Cap.1. Galat.6. eſt omnium bonorum Dei, cum ſit caput noſtrum, & influat in omnia membra, *Deo & Patri,* qui in illo vnicè ſibi ſemper complacuit, *Subiecti inuicem in timore* CHRISTI. Quod alias dixit, per charitatem debere ſeruire nos inuicem, nunc dicit debere nos inuicem ſubdi. Et timor CHRISTI, ſiue Dei, vt legitur Græcè, ſcripturæ acceptione, cultus & veneratio eſt. Nec eſt ſermo de timore ſeruili, quoniam ille non eſt in charitate, ſed filiali: quo (vti pij filij charos parẽtes) ex dilectione Deum ac CHRISTVM religioſè colimus, ac veneramur: & non velut ſerui ex formidine ad oculum inſeruimus.

B

Obſeruationes Sectionis præmiſſæ.

Obſeruandum illud erit præ alijs, ex Prima portione quod nunquàm ocioſa eſt CHRISTI doctrina, ſed ſemper ferax, & nunquam operibus ſanctis non grauida. Et præter id quòd edocti à Patre non ſegniter pergunt ad CHRISTVM: omni ſtudio ſemper annituntur, depònere veterem hominem cum actibus ſuis, & induere nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt. Ergò verè edocti à CHRISTO, nunquam non vacant propriæ mortificationi, & operibus chriſtianæ charitatis: vt quemadmodum geſtauerunt imaginem Adami terreni, facti terreni, ita geſtent imaginem CHRISTI cœleſtis, facti cœleſtes.
2.Cor.15.

Obſeruandum quoq; præ alijs in Secunda, quòd ſi filij Dei ſumus: imitatores eius efficiamur, non ſolùm diligendo bonos & malos, iuſtos & iniuſtos; ſed & hoſtes & aduerſarios. Nec modo diligendo, ſed ita diligendo, quemadmodum & nos dilecti ſumus à CHRISTO: qui nos, cum ipſius eſſemus inimici, eòuſque dilexit, vt ſeipſum pro nobis in mortem traderet. Frequenter repetentes quod caput debent æmulari membra: & quòd exemplum reliquit nobis, vt quemadmodum ille fecit, & nos ſimiliter faciamus.
Roma.5.

C

Poſtrema Sectio poſterioris partis Epiſtolæ. In qua Paulus partes inſtruit, œconomiæ Chriſtianæ. Qua abſoluta, ad omnes totius Epheſiorum Eccleſiæ verba conuertens, ſaluberrimam illis adhortationem habet. Et ſic tandem toti Epiſtolæ extremam manum imponit.

Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut CHRISTVS *caput eſt Eccleſiæ: Ipſe Saluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt* CHRISTO, *ita & mulieres viris ſuis, in omnibus. Viri diligite vxores ueſtas, ſicut &* CHRISTVS *dilexit Eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro ea, vt illam ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ: Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam ſponſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, Sed ut ſit ſancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit ſeipſum diligit. Nemo enim carnem ſuam unquàm odio habuit, Sed nutrit & fouet eam: Sicut &* CHRISTVS *Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter quod relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt (Ego autem dico) in* CHRISTO *& Eccleſia. Verumtamen & vos ſinguli unuſquiſq; uxorem ſuam, ſicut ſeipſum diligat. Vxor autem utrum ſuum timeat.* Prima portio.

CA. VI. D *Filij obedite parentibus ueſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam: Quod eſt mãdatum primum in promiſſione, ut bene ſit tibi et ſis longæuus ſuper terram. Et uos patres nolite ad iracundiam prouocare filios ueſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correctione Domini.* Secunda portio.

Serui obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in ſimplicitate cordis ueſtri, ſicut CHRISTO, *nõ ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui* CHRISTI, *facientes uoluntatem Dei ex animo cum bona uoluntate, ſeruientes ſicut Domino et non hominibus: Scientes quòd unuſquiſq; quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino ſiue ſeruus ſiue liber. Et uos Domini eadem facite illis, remittentes minas: ſciẽtes quòd & illorum & ueſter Dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Tertia portio.

De cætero fratres cõfortamini in Domino, et in potentia uirtutis eius, Induite uos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & Poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contrà Spiritualia nequitiæ in Quarta portio.

cœleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt poßitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. E *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate: & induti loricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poßitis omnia tela nequißimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei: Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in Spiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione, pro omnibus ſanctis; & pro me: vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena iſta, ita vt in ipſo audeam, prout oportet, me loqui.*

Quinta portio. *Vt autem ſciatis & vos, quæ circa me ſunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus charißimus frater & fidelis miniſter in Domino: quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis, quæ circa nos ſunt, et conſolentur corda veſtra. Pax fratribus & charitas cum fide, à Deo Patre & Domino* IESV CHRISTO. *Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM, *in incorruptione. Amen.*

Summa & intentio Textus preſcripti.

Quemadmodum dictum eſt, poſtrema hac ſectione poſterioris partis epiſtolæ, inſtruit quonàm pacto habere debeant ſeſe Epheſij, in conuerſatione domeſtica. Et quoniam œconomiæ (Ioan. 13.) partes ſunt tres (Vxoris & viri: Parentum & filiorum: & ſeruorum & domini) iccircò hæc F pars non temerè in tres portiones erit diſſecta. Quibus cum ſubijciatur adhortatio communis omnibus militantibus CHRISTO: & demum conſummatio & abſolutio totius epiſtolæ: erit tota ſectio quinque portionibus explicata, vt cuique facilè patet.

Enarratio primæ Portionis Sectionis Supraſcriptæ.

Prima œconomię pars. *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint.* Inſtructurus Apoſtolus primam œconomiæ partem, exorſus eſt (Gene. 2.) ab vxore: admonens, quòd etſi vxor viro data non eſt in ancillam, ſed commodum & auxilium: & ſi coniugium ſacrum eſt inter eos, quod æqualitatem habet: etſi non ſecus cenſentur ac duo in carne vna: nec vir poteſtatem habet ſui corporis, ſed mulier, nec mulier poteſtatem habet ſui (1. Cor. 7.) corporis, ſed vir: nihilominus vxor debet ſubijci viro, illumquè veluti Sara, ſuum dominum (1. Pet 3. Gen. 18.) appellare: imò & illi ſubijci debet, *Sicut Domino*, non quidem ſeruili formidine, ſed reuerentia & dilectione.

Quoniam vir caput eſt mulieris, ſibi matrimonio copulatæ, *Sicut*, & CHRISTVS *eſt caput Eccleſiæ*, coniugali copula ſibi vinctæ. Ergò, non ſolum vxor habet à proprio viro diligi, regi, doceri: ſed protegi & ſaluari: quemadmodum caput CHRISTVS, nedum regit, gubernat & G docet Eccleſiã: ſed defendit & ſaluat. *Ipſe, enim, ſaluator*, eſt, *corporis eius*, quod eſt, Eccleſia. Nã (Vxor protegenda & ſaluãda à viro.) ſicut naturale eſt, vt membra corporis, exponant ſe pro ſalute capitis: ita & naturale eſt, vt & caput exponat ſe pro ſalute corporis: qñquidem nec corpus ſine capite, nec caput ſine corpore eſt.

Sed ſicut, Si particula, Sed, interpretaretur, Autem, ſicut re vera interpretanda videtur, Senſus magis eſt ſuauis. Ergò, legendum eſt, *Sicut autem Eccleſia ſubdita eſt* CHRISTO, *ita & mulieres viris ſuis, in omnibus*, hoc eſt, in omni re: Et aduerbium, ſicut, non exprimit omnimodam ſimilitudinem, ſed proportionalem: vt percipiamus vxorem in omni re ſubijciendam proportionabiliter viro, ſicut in omni re Eccleſia ſubijcitur CHRISTO. Conſtat autem (vt modo rem attinet) Eccleſiam ſubijci CHRISTO, & vt ſponſa coniugi, & vt corpus capiti. Ergò & vtròque modo, viro ſubijcienda eſt vxor: & in omni quidem re: ſed ad vtramque ſubiectionem ſpectante. Ad virum autem ſubiectio eſt in ratione coniugij, vel potius oneris matrimonij: In quo potiſsimum incluſa eſt, tùm educatio prolis, tum cura rei domeſticæ: & nemini quidem dubium eſt, quod his in rebus vxor ſubijcienda ſit viro, cum hæc iuxtà viri beneplacitum diſpẽſanda ſint. Ad caput verò ſubiectio eſt, in ratione regiminis peculiaris: quoniam capitis eſt videre, audire, H odorari, guſtare, nedum ſibi ſed corpori. Ergò, & viri erit nedum ſibi proſpicere, ſed & prouidere etiam coniugi: nedum ſibi audire & diſcere, ſed ita audire & diſcere, vt vxorem domi poſsit inſtruere: non ſolùm ſibi odorari, hoc eſt, pro ſe bonum à malo diſcernere: non ſolùm ſibi edere & guſtare, hoc eſt, victum neceſſarium pro ſe procurare, ſed & propriæ coniugi, Nec eã duntaxat (Gene. 3.) ratione, ꝙ vxoris eſt, negocijs domeſticis occupari, & ad virum omne illius deſiderium ſeri: ſed quia eſt viri curæ commiſſa, & illius obedientiæ tradita.

Et quanquam hæc inter CHRISTVM ſponſum & caput, eiuſque ſponſam & corpus Eccleſiam, longè præſtantiori modo contingant, quemadmodum & coniugium, & regimen inter illos eſt longè ſublimius & excellentius: nihilòminus ſicut Eccleſia eſt ſubdita CHRISTO in educandis filijs, qui perinde ac oliuarum nouellæ, ſemper CHRISTO, velut (Pſal. 127.)

Oliuæ

A Oliuæ veræ, ſuppullulant,& adminiſtrandis domeſticis rebus, hoc eſt, myſterijs & ſacramentis,
2.Thi.2. illa in magna domo, in qua ſunt vaſa nedum aurea & argentea, ſed lignea & teſtacea: & præter
hæc ad illius imperium imò nutum,& moderationem, omni cum obedientia, imò omni cum ve
neratione nunquàm ſe promptiſsimam, imò ardentiſsimam non exhibet: ita & (proportione
ſua) in omnibus (vt iam non ſemel expreſsimus) vxor ſponte debet, ac propenſe ſubijci viro in
Domino: ſemper ob oculos habens, CHRISTVM, & coniugem eius Eccleſiam.

Viri diligite vxores veſtras. Etſi vxor ſubdenda eſt viro, non tamen dictum eſt viro, vt domine-
tur vxori, ſed vt diligat eam: nec vulgari quidem dilectione, ſed, *Sicut & CHRISTVS*, Caput
eius & ſponſus, *dilexit Eccleſiam*, qui illam eouſque dilexit, *quòd & tradidit ſemetipſum pro ea*, ad cru-
cem, & mortem *vt illam ſanctificaret*: non ſolum eam erigendo in auguſtiſsimum ac fœliciſsimũ
1.Cor.3. templum Dei, quod & ſanctum eſt; & in illud perpetuum & admirabile tabernaculum, quod fi-
Heb.8. xit Deus & non homo, quod & ſacratiſsimum eſt. ſed & conſecrando ſacratiſsimo matrimonio, *Chriſtus quo pacto, maxime ſanctificauit Eccleſiam.*
quod in CHRISTO & Eccleſia, non ſolùm maximum eſt ſacramentum: ſed baſis & fundamen
tum omnis ſacroſancti coniugij, ſeu ſacramenti, veri matrimonij, quod inter multa illius mem
bra, hac in peregrinatione celebratur. Quæ quidem membra, ſicut nunquam decet, caput
B CHRISTVM, vita & moribus non exprimere: ita nunquàm æquum eſt, matrimonij ſacramen-
to coniungi, niſi erectis oculis ad illud maximum ſacramentum, quod eſt inter CHRISTVM &
illius ſponſam Eccleſiam.

Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Si intelligis de lauacro materialis aquæ, quod fit in ba
ptiſmo: CHRISTVS in crucem tradidit ſemet pro Eccleſia, vt redderet illam ſanctam & mũ-
dam: quia licet ex eius latere, dum penderet in cruce robur traxerint omnia ſacramenta: maxi-
me tamen baptiſmus: qui & baſis & ianua eſt omnium ſacramentorum: vt non ſine cauſa ex illo
emanarit ſanguis & aqua. Et quanquàm aqua ex ſui natura, vim mundandi ac ſanctificandi cor
noſtrum non obtinet. obtinet tamen ex addito verbo Dei: in cuius mira virtute, dum corpus tã-
git, animam abluit, quemadmodum Auguſtinus dicit. Obtinet (inquàm) ex verbo Dei; non illo
Matt.28. duntaxat, quo baptiſmus vti forma, in eſſe ſacramenti perficitur, dicente Domino, Baptizantes
eos in nomine Patris & Filij & ſpiritus Sancti (Nam accedente hòc verbo ad elementum, mox
efficitur Sacramentum) ſed & illo, quo Babtiſmus in ſacramentorum ordinem eſt euectus, & vti
Aug. regenerationis ac ſanctificationis lauacrum datus & inſtitutus. Sicut enim facto, CHRISTVS ſu
ſcipendo baptiſmum illum ſanctificauit: ita & eum verbo inſtituendo, vim illi ſanctificandi con
C Mar.vl. tribuit: nec modò cum dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: ſed &, Niſi quis re-
Ioan.3. natus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

Si intelligis de lauacro ſpiritualis aquæ, hoc eſt, Gratiæ & ſpiritus ſancti, quæ non raro aqua-
rum nomine ſunt, ſcripturis expreſſa: latior mundationis ac ſanctificationis apertus eſt campus:
Ezec.36. & docebimur eo ſenſu, CHRISTVM tradidiſſe ſeſe, non ſolum vt mundaret ac ſanctificaret Ec
Ioan 17. cleſiam lauacro baptiſmi (cuius effectus, haud dubie, ſine gratia ac Spiritu ſancto eſſe no poteſt)
Apoc.21. 22. ſed vt illam etiam à quotidianis maculis, ſemper ablueret (quandoquidem etſi aliquis in baptiſ-
Ioan.13. mo lotus eſt, indiget tamen, vt pedes, hoc eſt, terreni affectus, quibus hæc mortalis vita frequen
ter maculatur, illi ſæpe lauentur) & à quouis errore fidei & doctrinæ, immunem perpetuo con- *Eccleſia conſtituta immunis ab errore fidei & doctrinę.*
Ibidẽ.16. ſtitueret: illius vitalis verbi virtute, quo Eccleſiæ dictum eſt: Spiritus ſanctus adueniens, docebit
Luc.22. vos omnem veritatem: & ſummo illius Pontifici Petro, Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Qui-
bus & ſatis conſentire videtur quod ſubijcit.

Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Et
Roma.8. quanquàm nõ dubito, potiſsimùm hæc veritatem habere, cum reuelabitur gloria filiorum Dei,
1.Cor.15. D & quando, quod modo ſeminatur in ignobilitate, tandem reſurget in gloria (ſiquidem tunc ma
xime, CHRISTO adiungetur Eccleſia, & erit vndique glorioſa: erit penitus noua, penitus & ex
Pſal.44. omni parte regenita: in veſtitu deaurato, & tanquàm ſponſa ornata, vt undique copuletur viro
Apoc.21. ſuo: erit neſcia nedum cuiuſuis peccatorum maculę, ſed & omnis vetuſtatis rugę, & reliquiarum
antiqui parentis) nihilominus nemo quoque debet reijcere, etiam illam in præſenti vita,
Galat.6. merito crucis CHRISTI, (in qua & vnice gloriobatur Apoſtolus) non mediocriter glorio-
ſam effectam.

Pſal.44. Et licet ab intus ſit omnis gloria eius, quæ & gloria eſt internæ pacis ad Deum qua: & gloria-
Rom.5. tur in ſpe gloriæ filiorum eius, & in teſtimonio bonæ conſcientiæ: quandoquidem hæc eſt glo-
2.Cor.1. ria noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: attamen nec prorſus gloria etiam illi deeſt externa,
ex interna quodam pacto redundans; qua Eccleſia glorioſa eſt & illuſtris, etiam in oculis mũdi:

Nec quidem ſolùm propter opera ſancta, quibus haud ſecus ac ſtella matutina, fulget in medio E Eccle. 50.
nebulæ, & velut lucerna ſuper candelabrum poſita, lucet in caliginoſo loco; ſed & propter an- Mat. 5. 2. Pet. 1.
guſtias & afflictiones iſtius corruptibilis vitæ: quibus (præter id ꝙ probatio fidei ſuæ rutilantior Phil. 2.
auro, in tribulatione facta, quod per ignem probatur, inuenitur in laudem & gloriam Dei) mũ 1. Pet. 1.
dum vincit, & mirificè triumphat de eo. Nec modò eſt glorioſa ſed & ſine macula & ruga: quo-
niam Vnica eſt Columba mea, Amica mea, Formoſa mea, & macula non eſt in te. Vnde & vnã Cant. 4. 5. 6.
non immeritò credimus Eccleſiam, Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam: eamquè publicæ
fidei ſimbolo profitemur.

Sed vt ſit ſancta & immaculata. Hæc ad ſtatum relata futuræ vitæ clariſſima ſunt: quandoqui-
dẽ nihil coinquinatum admittetur in eam. Similiter ſi referimus ad vim illius exhibitionis, qua
CHRISTVS tradidit ſemetipſum in cruce, ſine ſcrupulo ſunt: quoniam ſanguis ille, tam eximiæ
extitit efficaciæ, vt quantum ex ſeipſo eſt, poſſit nedum ſufficere ad prorſus ſanctificandam &
immaculatam reddendam vniuerſam Eccleſiam, ſed & vniuerſum orbem. Sed ſi de Eccleſia re-
Quo pacto Eccleſia hac in peregrinatione ſancta ſit & immaculata. cipiantur etiam in ſtatu præſenti, non diſſimulandum ſcrupulum continent: non ſolum quia ne
mo, eòuſq; ſanctitatis & inculpationis, hac in vita videtur proficere, vt nulla penitus macula con-
ſedetur: ſed quia Eccleſia ſancta catholica, etiam intrà ſe malos admittit: cum hac in peregrina- F
tione ad diem vſq; iudicij, tritico admiſceantur paleæ, & zizania bono ſemini; & in ſagena ac lin Matt. 3. 13.
teo, inuenti ſint omnis generis piſces, & multa immũda animalia: & demum inter virgines, vſq; Act. 10.
ad clauſuram ianuæ, etiam fatuæ inuentæ ſunt. Matt. 25.

Verùm hunc ſcrupulum facilè ſubmouemus, ſi ſanctitatem & inculpationem, ad fidei doctri
nam reſtringimus: quandoquidem in his quæ fidei ſunt & doctrinæ, Eccleſia in hac vita ſemper
extitit illibata, & ab omni macula aliena: ſuo illam ſponſo, qui veritas eſt, conſeruante: atque il Ioan. 14.
li per Spiritum ſanctum, nuſquam quæ vera ſunt non ſuggerente, quemadmodum & illi promi & 15.
ſit. Sed ſi hæc ad mores extendimus, forte res videtur difficilis. Verùm ſi quis mente retineat, ꝙ
etſi CHRISTVS iam aſcendit in cœlum, & ſedet ad dexteram Patris, non ob id tamẽ reliquit Ec- Matt. vlt.
cleſiam, ſed cum illa eſt omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſęculi (vt illam non ſolùm il Ioan. 1.
luminet, qui vera lux eſt, quæ illuminat omnem hominem; non ſolum iuſtificet, qui à Deo datus 2. Cor. 5.
eſt vt iuſtificet multos; non ſolùm ſanctificet, qui factus eſt ſanctificatio noſtra: ſed & immacula- 1. Cor. 1. Eſai. 53.
tos faciat, qui candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula) & memor etiam ſit communio- Sap. 7.
nis ſanctorum, & præcipue capitis CHRISTI: qui omnem ſanctitatem, omnemq; ſuam incul-
pationem, vt membris omnibus efficeretur communis, in medium contulit, & ſic totam Eccle- G
ſiam his theſauris locupletauit, nullas forſan patietur anguſtias. Ergo, etſi non nihil deficit ſan-
ctitatis: non nihil inculpationis in Eccleſia, in præſenti tẽpore: abunde tñ illius ſanctitate & in-
culpatione, qui factus eſt ſanctus ſanctorum: & cum peccatum non fecerit, hoſtia factus eſt pro 2. Cor. 5.
peccato, vt inculpati euaderemus in eo, poteſt ſuppeditari: & ob id, ſine falſitate, ſancta & imma
culata, ſi non in ſe, in CHRISTO, abſolutiſſimè definiri.

Amplius. Sicut ad hoc quòd homo videat, opus non eſt vt quæuis pars hominis videat: nec
ad hoc vt Reſpublica faciat, neceſſe eſt vt quilibet de ciuitate faciat: Ità ad hoc ꝙ Eccleſia in hoc
ſtatu ſit Sancta & inculpata, neceſſarium non eſt, vt fidelium quilibet ſit ſanctus & inculpatus.
Qua ratione Eccleſia dicitur ſancta & immaculata. Nam quemadmodum ex paſtoribus, penes quos poteſtas eſt moderandi Eccleſiam, & præſertim Act. 20.
ex ſummo Pontifice, penes quem plenitudo reſidet poteſtatis; Eccleſia habere dicitur poteſta-
tem, dicitur excommunicare, ſuſpendere, abſoluere, & quicquid poteſtatis eſt clauium exercere
(cum tamen ea poteſtas non ſit in ſingulis eius membris, ſed tantum in Prælatis, & potiſſimum
in ſummo Pontifice) Ita ex aliquibus ſanctis & inculpatis Eccleſię membris, quæ dubium nemi-
ni eſſe debet reperiri ſemper in ea: (non ꝙ neceſſe ſit, vt eadem ſint ſemper ſancta, & immacula H
ta: quoniam eſſe poteſt, vt membrum quod hodie eſt ſine labe, cras inueniatur cũ labe: & quod
hodie eſt cum culpa, cras ſit ſine culpa: ſed quòd nunquàm deſint aliqua membra ſancta, &
nunquam deſint aliqua immaculata) tota CHRISTI Eccleſia poteſt dici Sancta & immaculata,
etiam in præſenti peregrinatione.

Ergò, mandat Apoſtolus vt eo pacto vxores diligantur à viris, ſicut Eccleſia dilecta fuit à
CHRISTO, hoc eſt, non ſolum verbo, ſed facto: & tali quidem facto, vt non ſolùm quoduis in- Ioan. 14.
commodi pro illis ſubire: ſed & mortem (ſi opus) eſt non recuſent oppetere: vt illæ tandem ſan- 1. Cor. 1.
ctificentur, lauacro Sapientiæ ſalutaris, mundentur in verbo Euangelij CHRISTI, qui vita, Malac. 4. Sap. 7.
ſanctitas & ſapientia eſt: vt & hoc pacto, adiungant ſibijpſis vxores oculis diuinis illuſtres, Eccle. 24.
non inquinatas peccatorum maculis, aut rugas retinentes vetuſtioris vitæ: ſed indutas,

ſplendore

A ſplendore Solis iuſtitiæ, & luce doctrinæ Chriſtianæ. Ergò, quemadmodum negocium vxorum eſt, in omnibus ſubijci viris ſicut CHRISTO: ita & virorum onus eſt, modis omnibus ſalutẽ ſuis procurare vxoribus, ſicut & CHRISTVS ſuæ procurauit Eccleſiæ.

Ita & Viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim carnem ſuam odio habuit. Sed nutrit & fouet eam, Sicut & CHRISTVS Eccleſiam: Quia ſumus corpus eius, de carne eius, & de oſſibus eius.

Biſariàm hæc poſſunt introduci: Altero modo vt connexa præmiſſis: Reliquo vt argumentũ nonum, pro vxorum dilectione. Priori modo rationem habent, vel baſis, vel expoſitionis baſis, vt quaſi non contentus Apoſtolus dixiſſe, vxores diligendas à viris, quemadmodùm Eccleſia eſt dilecta CHRISTO: niſi & rei fundamentum afferat, ex quo & ardentior amor inſurgit. Eſt autem fundamẽtum, quia vxor corpus eſt viri, & vir caput vxoris, ſicut Eccleſia corpus eſt CHRISTI, & CHRISTVS eſt caput Eccleſiæ. Ergò ſicut conſonat caput diligere corpus, ſeque propenſum exhibere pro illius ſalute, vt & corpus, etiam vt par eſt, habeat ſeſe ſub ſuo capite: ita cõſonat virum vxorem diligere, & nihil pro illius ſalute diſſimulare, vt conuenienter ſub illo habeat ſe. Imò vxorem diligere, eſt ſeipſum diligere, cum corpus noſtrum non ſit extrà latitudinẽ
B noſtri: & vnicuiq; naturaliſſimum eſt ſuam carnem, hoc eſt, proprium corpus (ita hoc loci ſumitur caro) odio non habere, ſed nutrire, & non ſecus ac decet, refocillare.

Vxorem diligere eſt ſeipſum diligere quę nõ ſecus ac ꝓpriũ corpus habẽda.

Expoſitionis verò, vt quaſi moderetur quod dixit de dilectione CHRISTI, æmulanda in dilectione vxoris. Nam cum illa fuerit tàm eximia, tantæque præſtantiæ, vt verè nemo ad illã poſſit accedere, ne fortè ab ea re aliquis exterreretur, voluit interpretari ſeipſum, perindè ac ſi apertius eloqueretur. Exigo quidem viros vxores diligere, ſicut CHRISTVS dilexit Eccleſiam, ſed eo ſenſu: vt eò loci ſemper illas habeant, quò habent corpora propria, quoniam & hoc pacto, etiam CHRISTVS habet Eccleſiam: Atque ob id, vt cognoſcant illas eſſe nõ minimam partem ſui, quodquè diligentes vxores non minus diligunt ſeſe: & perſpicuum eſt omnibus, neminem ſuum corpus odio proſequi, ſed nutrire, & opportuno ſuæ ſalutis fauore non deſtituere, quemadmodum & CHRISTVS etiam nutrit & fouet Eccleſiam: quia ſumus nos corpus eius, de carne eius, & de oſſibus eius.

Poſteriori autem modo, Nouum ſumitur argumentum, vt ſicut primò argumẽtatus eſt ex dilectione CHRISTI, ita modò argumentetur ex cõnexione corporis cum capite: & copula poſt aduerbium, ita, accipienda erit pro, etiam, vt intelligamus, Ita etiam, à vobis diligendæ ſunt cõ-
C iuges veſtrę, quemadmodum diligẽda ſunt corpora veſtra. Qua quidem ex re, eximere ſe nemini licet, ſicut & à ſui dilectione nemo exemptus eſt: nam & qui vxorem diligit, ſeipſum neceſſariò diligit: & naturaliſſimum eſt, vt carnem ſuam nullus odio habeat, ſed foueat veſte, nutriatq́; cibo, & omnibus opportunis: dummodò id faciat quemadmodum decet. Et Chriſtianum quidẽ non decet ad luxum carnis, ſed obſequium ſpiritus: ſicut & CHRISTVS nutrit, fouetque ſuam carnem & corpus, quod eſt Eccleſia. Quoniã nos fideles, qui CHRISTO, in baptiſmo ſubſcripſimus, corpus eius ſumus, formati in eius coniugem, de illius oſſibus, & carne, cum obdormiuit in cruce: non minus quàm Eua ex coſta & carne Adami ædificata eſt, cum ille dormiuit in horto voluptatis: tam etſi in formatione Euæ, quia formanda erat, in ratione materialis corporis, os detractum eſt cum carne, ſecundum materiam: & informatione Eccleſię, quia formanda erat in ratione corporis myſtici, os deſumptum eſt cum carne ſecundum myſterium: ſiquidem cum os ad robur corporis, & caro ad illius pertineat imbecillitatem: non iniuria, os cum carne IESV CHRISTI in cruce, eius eſt robur, in extrema illius humilitate. Nam etſi non ſolùm viſus eſt deſpectus, à Deo humiliatus, & contritus in infirmitate: ſed & nouiſſimus factus eſt virorum om-
D nium, vir dolorum & ſciẽs infirmitatem: imò opprobrium hominum & abiectio plebis: nihilòminus in extrema ac maxima eius imbecillitate, cum non ſolùm ab hominibus iudicabatur, ſed maledicebatur, maledictio pro nobis factus in cruce, omnium factus eſt robuſtiſſimus, & inuictiſſimus triumphator, mortis, peccati, ac ſathanę: nec non depredator inferni, & redemptor captiuitatis totius mũdi. Ergò Eccleſiam ex oſſe ac carne CHRISTI, eſſe in cruce formatam, aliud non eſt: quàm illam ex CHRISTI robore ac imbecillitate, quæ potiſſimum enituerunt in cruce, eſſe miro modo compoſitam adeò vt etſi ex vna parte, tantùm nacta roboris eſt, vt non ſolũ non timeat mundi Principes, ſed nec aereas poteſtates, nec inferorum portas: ex altera tamen tantùm ſortita eſt imbecillitatis, vt ſatis nõ ſit ꝙ geſtat theſaurum iſtum in vaſis fictilibus (vt gloriatio omnis ex Deo ſit, & non ex hominibus, qui elegit infirma vt confunderet fortia) niſi & in continuis afflictionibus & humiliationibus, nedum verſetur ſed gemat.

Caro quo pacto diligẽda, & fouenda.

Geneſ. 2. Eſai. 53. 1. Pet. 2. Gal. 3. Ioan. 12. Matt. 16. 2. Cor. 4. 1. Cor. 1. Roma. 8.

Propter

Propter hoc, Scilicet q̃ vxor cenſetur corpus & caro viri, nec ſecus ac ſi ex oſſibus eiùs conſtaret & carne, quemadmodum & cenſebatur Eua: de qua mox expergefactus Adamus, illamq; vt par erat, intuitus, hoc modò, inquit, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc ergò, *relinquet homo patrem & matrem*. hoc eſt, paternum & maternum thorũ, in quo genitus eſt: relinquet paternam & maternam domum in qua educatus eſt, *& adhærebit vxori ſuæ*, nec modò adhęrebit, ſed (vt Græcè legitur) agglutinabitur: & glutino quidem indiſſolubili, quoniam quos Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Nec propterea filius abſolutus eſt, à nexu parentũm, quos nunquã nõ debet veneratione, & pietate ꝓſequi, illis nõ inſeruire, & neceſſaria prout opus eſt, nõ miniſtrare: quandòquidem & ſi gluten vxoris & viri arctiſſimum eſt, & ob id in multis opus eſt, vt deſerantur parentes: non tamen dirimit vinculum legis, tùm naturalis, tùm ſcriptæ, quo filius parẽtibus (iure optimo) eſt aſtrictus. E

Gene. 2.

Math. 16.

Et, ita adhærebit, tam arctè agglutinabitur, quod tam etſi antè initum matrimoniũ duo eſſent, in duabus carnibus, in duobus, oĩ iure ſeparatis, corporibus, eò quod neuter alterius carnis corporiſuè poteſtatẽ habebat, ſed ambo, retento in ſui tantum poteſtate proprio corpore, alterius corporis, non ſecus ac rei penitus alienæ, nullum ius obtinebat: verum matrimonio celebrato, *erunt*, quidem, *duo*, quoniam non niſi duorum matrimonium eſt, nec niſi duo ritè matrimonio copulantur, ſed erunt, *in carne vna*. Quoniam tunc eorum neuter carnẽ ſuam, propriũue corpus, vti rem ſuam amplius ducet, ſed vt ambobus, pari ratione communem, & neutri eorũ quouis modo diuiſam. Imò matrimonio conſtituto, vir vltra ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vxor: & è diuerſo, vxor ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Ergò cum corpus viri nedum commune ſit coniugi, ſed in illius poteſtatem ceſſerit, & corpus coniugis non ſolum cõmune factum ſit viro, ſed illius ditionis euaſerit palàm quòd in tam eximia metamorphoſi difficilè non eſt intelligere, quo pacto cõiugum amplius non ſunt duæ carnes, ſed vna caro: & quomodo amborum corporum, vtriuſq; ſit indiuiſa poſſeſſio. F

Nõ niſi duo ritè matrimónio copulantur, qui fiunt vna caro.

1.Cor. 7.

Quòd autem Græcè non legitur in carne vna, ſed accuſandi caſu, in carnem vnam, non ſolũ veritati non obſtat, ſed cum in matrimonio, tranſire adinuicem coniuges in vnam quodammodo carnem, euidentius prę ſe ferat, illi non mediocriter fauet: vt quilibet animaduertere poteſt.

Sacramentum hoc magnum eſt. Et ſi matrimoniũ inter Chriſti fideles verè ac propriè Sacramẽtum eſt, & inter ſeptem eximia ſacramenta ab vniuerſali Eccleſia eſt meritò collocatum: nõ tamen inter illa cenſetur præcipuum, imò nec inter illorum ſuprema. Ergò, cum magnum hic dicitur ſacramentum, vel ideò dicitur, quia inter illa quæ (vt diximus) eximia ſacramenta ſunt, annumeratum eſt, vel (& eſt ſi non fallor, ad mentem Apoſtoli) quia res per matrimonium, nõ collata, ſed antè oculos poſita, & ſignificata, res excellentiſſima eſt: quoniam copula inter CHRISTVM & Eccleſiam eſt, quam matrimonij ſacramentum, miro modo ſignificat, & à qua rationem indiſſolubilitatis potiſſimum obtinet. Quòd autem hac de ratione, matrimonij ſacramentum, hoc in loco, magnum ſit appellatum, mox adiuncta demonſtrant. G

Hoc autem dico in CHRISTO *& Eccleſia*. Perindè ac euidentius dixerit. Et ſi carnale matrimonium ab initio coſtitutum, vim habuerit transferendi coniuges in carnem vnam: non tamen niſi aliud acceſſerit, ſacramenti rationem habuit. Oportuit itaque vt talis copula inſtitueretur ſignum, illius ſpiritualis copulæ ac maximi matrimonij, ſacratiſſimi & omni ratione inuiolabilis, quod eſt inter CHRISTVM & Sponſam eius Eccleſiam. quo non ſolum matrimonium noſtrum, dignitatem ſortitum eſt ſacramenti, ſed & nomen magni ſacramenti: quãdòquidem, hoc non dico magnum ſacramentum, niſi vt inſtitutum ſiue ſundatum, in CHRISTO & Eccleſia; Siue (ſi græcè mauis) in CHRISTVM & Eccleſiam: Vt ex accuſandi caſu, cum præpoſitione, in, percipiatur iccircò dictum eſſe noſtrum matrimonium, magnum ſacramentum, quia in matrimonium nos ducit CHRISTI & Eccleſiæ: quod & maximum & ſacratiſſimum matrimoniũ eſt, H

Vnde matrimonium rationem obtinet ſacramẽti, & cur magnũ dicitur ſacramentũ.

Nec eſt quod aliquem iuſtè commoueat, ſi Myſterium legitur Græcè: quoniam tam etſi hinc nonnulli occaſionem voluerunt accipere, vt matrimonium deijcerent à ratione ſacramenti, iactantes ſacris in literis, aliud eſſe Myſterium, aliud Sacramentum: re vera tamen, quæ dicunt, nõ ſunt alicuius efficaciæ: propterea q̃ etſi forſan non diffiteremur, quantùm eſſet ex natura vocũ, intereſſe nonnihil, inter Myſterium & Sacramentum, conſulentibus tamen Diuinas ſcripturas, non raro hæc inuenientur confundi: nec ſemper (vt mẽtiũtur illi) in ſignificatione & vſu diſtingui. Nam & Sacramentum etiam dicitur res occulta, quemadmodum & Myſterium. Sacramẽtum Regis (inquit Raphael) abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare ac confiteri honorificum eſt: & ſomniũ ſecretũ Nabuchodonoſor, Sacramentũ dictum eſt à Daniele ꝓpheta.

Tobię. 12.

Cap. 2.

Quarè

A Quarè ex his vocibus non videtur argumentum ſolidum poſſe deduci, niſi ex præcedntibus, aut ſequentibus verbis, ſenſus clariſſime deſumatur: vel ex ſacroſanctæ Eccleſiæ interpretatione (quę in interpretandis ſacroſanctis ſcripturis, & in his maximè, quæ hominum ſalutem attinent, illam & illuminante ac moderante ſemper Spiritu IESV CHRISTI, errare non poteſt) firmetur ac conſtituatur. Ergò cum hoc loci de matrimonio indubiè ſermo ſit, vt ex pręcedentibus & cõſequentibus conſtat, huncq́; locum de matrimonij Sacramento (vt ſacramentum ad illa ſeptem notiſſima coarctatur) à Sacroſancta Eccleſia, quæ columna & fundamentum eſt veritatis, inueniamus expoſitum & intellectum, vti rem firmiſſimam ac conſtãtiſſimam, prorſus debemus amplecti: & hinc quoque matrimonium ritè inter fideles celebratum, vnum ex ſeptem Eccleſiæ ſacramentis, validiſſimè ſtabilire.

1.Thi. 3. — Matrimoniũ eſſe indubitãtiſſimè ſacramentum.

Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſq; ſuam vxorem ſicut ſeipſum diligat. Hæc ſubdit Apoſtolus, non ſolùm ad repetendam præcipuam concluſionem (vt viri ſinguli, vxores proprias, non ſecus ac ſeipſos diligant) aut ad oſtendendum q̃ etſi ſacramentum matrimonij inter fideles, tendit in Sacramentum matrimonij CHRISTI & Eccleſiæ, atque ad illud ſemper erigendi ſunt oculi, nõ propterea tamen refrigere debet vxoris dilectio: ſed etiam ad excludendam vxorum pluralitatẽ. B Hinc illæ voces, Singuli, Vnuſquiſq; Et ſuam vxorem, in ſingulari. Quod forſan neceſſarium duxit, ne quis poſſet cõcipere, q̃ ſi matrimonium noſtrum repreſentat matrimonium CHRISTI: ſicut Eccleſia, quæ eius eſt vxor, multitudinem quandam admittit, ita & nobis id cõtingere poſſet, quandòquidem & ſi id de CHRISTI coniuge verum eſt, non tamen oportet, vt matrimoniũ noſtrum ex parte coniugis, Eccleſiam repreſentet, vt multitudiuem continet, ſed vt vnius vxoris rationem habet.

Excluſa a Paulo vxorũ pluralitas.

Vxor autem virum ſuum, timeat, Timore (vt diximus) non ſeruili, ſed reuerẽtiæ: quod & repetit, non ſolum quia pars eſt concluſionis intentæ: ſed quia hic timor perneceſſarius eſt in coniuge, vt viri dilectio, in illam cum ſuauitate perduret: ſiquidem mnlieres ſuòpte ingenio, ſunt valdè leues, & cum vident à viris ſe diligi, facilè fiunt præſumptuoſæ. Ergò egẽt fræno timoris ac reuerentiæ: vt & conuictus ſit ſuauior, & dilectio continuò poſſit eſſe ardentior.

Enarratio ſecundę Portionis, Sectionis ſupraſcriptæ.

Filij obedite parentibus veſtris. Quemadmodum in prima œconomiæ parte exorſus eſt ab vxore, & indè acceſſit ad virum, ità in hac ſecunda orditur à filijs, & tranſit ad parentes: & in tertia C ordietur, à ſeruis, & tranſibit ad dominos. Dicit ergò filijs, vt audiant dicto, parentibus: Et intellige non ſolùm, qui genuerunt eos ſecundum carnem (tam etſi de his principaliter loquitur) ſed & qui illos regeneranerunt, vel erudierunt ſecundum ſpiritum. Singulis tamen, *in Domino*, hoc eſt, in lus quæ Deo, vel CHRISTO conſentiunt. Qui & præcipui noſtri ſunt Patres, vt in ſnperioribus diximus: & quibus debemus omnes maximè obedire. vel, in Domino, ſolito ſcripturarum vſu, hoc eſt propter Dominum, (Non dimittet vos Pharao niſi in manu forti, hoc eſt, propter plagas validas.) Propter primnm ſcriptum eſt. Qui diligit patrem ſuum & matrem ſuam pluſquàm me, nõ eſt dignus me. Propter ſecundum: Omnia quæcunque facitis, ſiue in verbo, ſiue in opere: omnia in nomine Dñi noſtri IESV CHRISTS facite, gratias agentes, Deo & Patri.

Secũda œconomię pars. — Exod. 3. — Matth. 10. — Coloſ. 3.

Hoc enim iuſtum eſt. Non ſolum qnia ad pietatem pertinet, quæ pars eſt iuſtitiæ, ſicut obtemperare Deo, ad Religionem, & Maioribus, ad Obſeruantiam: ſed quia lege Dei ſancitum & conſtitutum. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, Exodi vigeſimo capite. Et licet ad honorem patris & matris, non ſolum pertineat obedire, ſed revereri, obſequi, opẽ ferre, alimenta aliquandò D præſtare: obedientia tamẽ eſt expreſſa, quia in ea veluti præcipua, reliqua facilè ſubintelligi poſſunt. *Quod eſt mandatum primum.* Non ſolum in ſecunda tabula, ſeu ſi mauis, inter ea quæ ſpectant ad proximum, ſed, *in promiſſione.* Siquidem huic mandato, & primùm, & peculiariter addita eſt promiſſio. Nam quod præmiſſum eſt ibi, poſt prohibitam idololatriam in prima tabula: (Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitãs iniquitatem patrum in filios, in tertiã & quartam generationem, eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea) non pertinet ad promiſſionem, ſed comminationem, & prouocationem. Et commune eſt toti legi vt ex ſemetipſo conſtat.

Honor parẽtum in filiorũ obediẽtia pleniſſimè cõtinetur.

Vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. Hæc eſt promiſſio, duas continens partes. Nec mirum, quandò pietas in parentes, vt alibi dixit, nedum promiſſionem habet vitæ præſentis, ſed futuræ. Propter vitam futuram dictum eſt ab Apoſtolo, vt benè ſit tibi, quãdòquidem in illa, ve-

1.Thi. 4. — Vita tum pręſens, tum futura pietati promiſſa.

rè noſtrum eſt bonum. Propter vitam præſentem, vt longæuus ſis ſuper terram. Ergò, & ſi nunquàm nobis non ſuſpirandum eſt ad cœleſtem Patriam, non tamen contemnendum eſt corpus peregrinationis noſtræ: præſertim quia etſi diſſolui & eſſe cũ CHRISTO, multò magis melius: manere tamen in carne, aliquando magis neceſſarium eſt propter alios: & vt noſtra in vocationè, diutius militemus Deo, in CHRISTO IESV. E

Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros. Iracundia, ſiue (vt Græcè legitur) Ira, etſi appetitus poſſit interpretari vindictæ, in quem nonnunquam factioſi patres extimulant filios ſuos, vt per illos vindicentur, ſi quandò paſſi ſint aliquam offenſionem: nihilòminus (ſi non fallor) quadrat magis indignationem, ſeu animi exacerbationem, in præſenti per iram accipere, in quam non raro incidunt filij, propter nimium moroſos patres: qui nunquàm etiam in leuibus, illos deſinunt increpare, non conſiderantes ætatem, nec liberorum ingenium. Propter quod ſæpe euenire poteſt, vt nedum ſegniores fiant ad ea quæ ſunt morum ac pietatis Chriſtianæ (eò quòd videntes ſe nunquàm commendari, ſed frequenter reprehendi, concidunt animo, & viciũ puſillanimitatis incurrunt:) ſed & renitentiores. Quandòquidem ſicut peccatum factum eſt per mãdatum ſceleſtius, ita & per frequẽtes obiurgationes poteſt euadere obſtinatius. Et admonuit ſuper hoc patres, & non matres: quia illi in hoc videntur aſperiores, & monitione indigent magis quam matres: quæ communi lege ſunt indulgentiores. Rom. 7. F

Non raró frequẽtes obiurgationes reddũt homines obſtinatos.

Sed educate illos, in diſciplina & correctione Domini. Et ſi diſciplina, aliquando caſtigationem ſignificat (Quod ſi extrà diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergò adulteri & non filij eſtis) Aliquando aſſuefactionem) Nunquid poteſt Aethiops mutare pellem, aut pardus ſuas varietates? ſic & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malùm, hoc eſt, occallueritis in operibus malis) Aliquando eruditionem (Tu vero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum) Et ſi hæc neceſſaria ſunt ad rectè educandos filios, directè tamen (vt videtur) pro eruditione hoc loci, poſita eſt. Correctio autem, ſiue (vt volũt alij) admonitio, ad religionem pertinere reputatur, quod & mihi probatiſſimum eſt: vt correctio domini, pertineat ad timorem domini, & admonitio ſit de his quæ ſpectant ad venerationem Dei. Et quadrat, vt in religione & timore Dei educentur filij: quoniam hinc initium eſt verę ſapientię. Et denique, Beati omnes qui timent Dominum: Et Deum time & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo.

Heb 12. Ier. 13. pſal. 46. Eccle. 1. Pſal. 110. & 127. Eccle. vlt.

Correctio & Admonitio.

Enarratio Tertiæ Portionis, Sectionis ſupraſcriptæ.

Tertia œconomię pars.

Serui obedite Dominis carnalibus. Et ſi varia ſeruorum ſunt genera, & forſan nullum excluditur: De emptitijs tamen ſeruis, loqui videtur, qui addicti ſunt dominis ſecũdum carnem, hoc eſt, ſecundum corpus, & non ſecundum ſpiritum. Quoniam licet ſecundum corpus emi potuerint, & dominis ementibus ſubijci: ſecundum ſpiritum tamen, nemini ſeruire debent, niſi Deo, cui & manus dederunt in ſuſceptione baptiſmi, Et quanquam illis præcipiat auſcultandum dominis, quemadmodum & filijs auſcultandum parentibus: nihilòminus ſeruorum obedientiam, longè pluribus conditionibus, quàm filiorum expreſſit. Sequitur. G

Seruorũ obedientia qualis exigatur.

Cum timore, & tremore, Quibus denotatur, talem ab eis obedientiam exigi, vt ſemper timeant & tremant, dominos offendere: hoc eſt, obedientiam ſedulam, induſtriam, & dominis gratam, & in nullo à præſcripto ſibi diuerſam. *In ſimplicitate cordis veſtri, ſicut* CHRISTO. Nõ ſatis eſt ſeruis obedire cum timore, & tremore: ſed requirit Apoſtolus vt obediant cum ſinceritate animi, & innocentia cordis, quemadmodum CHRISTO: hoc eſt, cum animo minimè vafro, verſuto, verſipelli: vt qui ſeruiunt ad decipiendum, fraudandum & ſupplantandum dominos ſuos: ſed cãdido, ſincero, innocuo, ſicut debent obedire CHRISTO: quem, dominis ſeruientes, ſemper habere debetis præ oculis, illique per dominos præcipienti, maximè auſcultare. H

Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, Sed vt ſerui CHRISTI *facientes voluntatem Dei, ex animo cum voluntate,* Græcè melius, cum beneuolentia, *ſeruientes ſicut Domino & non hominibus.* Ergò in dominis attendendus eſt CHRISTVS & Deus. Quibus dum ſerui obediunt, debent cãdidum adhibere animum, ac reminiſci ꝙ non ſolùm voluntatis eſt Dei, quòd in hac ſunt ſeruorum vocatione, ſed & quòd mandetur illis ab heris, & ideò ex animo, & beneuolentia eorum mandatis obtemperare. *Scientes quòd vnuſquiſq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.* Nec modò recipiet bonum vnuſquiſque quod fecerit, (in illius planè operis prę-mium, & retributionem) ſed recipiet cum menſura bona conferta, exagitata, ſupereffluente, imò centuplum recipiet & vitam æternam poſſidebit. 1. Cor. 7. Luc. 6.

Et vos Domini eadem facite illis. Eadem quidem, ſed certa proportione. Sanè ſeruos decet obe-

dite

A dire,& Dominos imperare:ſed ſicut ſerui debent obedire dominis, cum timore & tremore, ne illos offendant, cum ſimplicitate ex animo, cum beneuolentia ſicut CHRISTO: ita & vos cum timore & tremore imperate, ne offendatis Deum, ſub quo illis conſerui eſtis, & cum ſinceritate animi & beneuolentia, ſicut membris CHRISTI & conſeruis veſtris ſub eo, *remittentes minas:* non ſolùm quia plerunque in paſſione commouemini, in qua facilè eſt excedere: ſed quia & vos indigetis, vt vobis minæ dimittantur à Deo. *Scientes quòd illorum & veſter Dominus, eſt in cœlis:* qui & eſt iuſtus omnium iudex, *Et perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Quoniam apud eum non eſt ſeruus, neque liber, non maſculus, neque fœmina, non Iudæus, nec Græcus: ſed omnes ſunt vnum in CHRISTO.

Domini quales præſtare ſe debeut, imperando ſeruis.

Pſal. 7. Gal. 3.

Enarratio quartæ Portions, Sectionis ſupraſcriptæ.

De cætero fratres. Monet omnes in genere, hortaturque: Primùm vt veluti milites ſtrenui, nõ tamen in ſe confiſi, ſed in robore ſui præſtantiſſimi ac validiſſimi Ducis, muniant ſeſe, condecẽtibus armis: vt militiam huius vitæ, quæ nunquàm fidelibus non eſt expoſita: nec quidem leuis, cum aduerſus ſit Sathanã & ſatellites eius, viriliter militare poſſint: Deindè vt inſtent orationibus, tũ pro oĩbus, tũ pro ſe, vt liberè perfungatur munere ſuo. Ait itaq;, *De cætero fratres,* Quod ſupeſt, vt claudamus Epiſtolam, rem vobis omnibus ſuggero maximè neceſſariam. Cum enim militia, vita hominis ſit ſuper terram: & omnes qui piè viuere volunt in CHRISTO perſecutionem patiantur: primùm neceſſarium eſt, neminem exterreri, animòue concidere. Quare, *confortamini,* non in vobis, non ignari veſtræ imbecillitatis, ſed, *in Domino,* IESV CHRISTO, noſtro præſtantiſſimo duce, qui ad ſe accedentes nunquàm non recreat, præſertim laborantes & oneratos in prælio huius peregrinationis: *Et in potentia virtutis,* ſeu ſi mauis, Roboris vel poteſtatis, *eius:* qui Dominus eſt fortis & potens, Dominus potens in prælio: cuique data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra; qui & induet vos virtute ex alto.

1. Thim. 1. (B) Iob. 7. 2. Thim. 3. Matth. 11. Pſal. 23. Mar. vlt.

Induite vos armaturam Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Armatura Dei, qua abſq; periculo conſiſtimus aduerſus Sathanam: vel ipſe CHRISTVS eſt, quoniam ſicut illum per fidem in baptiſmo induti, euaſimus ab illius tyrannide, ita & per imitationem, eundem reinduere ſatagentes, protecti ſumus ab illius inſidijs, vel eſt Diuinũ præſidium, cuſtodia, fauor: quæ induimus cum nos illis committimus, ac confidenter ſub vmbra alarum cœleſtis protectionis abſcondimur, & tutos eſſe nos credimus: Vel eſt Sacroſancta ſcriptura, quam & CHRISTVS induit, & ob id, eandem nos induere docuit: cum contrà Sathanam dimicauit: Vel tandẽ, ſanctæ & à Deo infuſæ virtutes, quas aliàs arma lucis appellat: & illas induimus, cum ad Deum per Sanctum ſpiritum prouocati conuertimur.

Gala. 3. Pſal. 16. 36. 90. (C) Matth. 4. Rom. 13.

Armatura Dei multis modis intelligi poteſt.

Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem. Et ſi varias hic locus expoſitiones admittit, meo tamen iudicio, per carnem & ſanguinem, hoſtes imbecilliores intelligit. non ſolùm quia hæc ſuaptè natura fragilia ac defectibilia ſunt, quoniam omnis caro fænum, & omnis gloria eius velut flos agri: ſed quia pugna noſtra cum carne & ſanguine, poſtquàm regeniti ſumus in CHRISTO, eiuſque ſpiritum intrà nos retinemus, etſi diuturna eſt, valdè tamen imminuta eſt. Nec ob eam duntaxat rationem, quòd peccatum, quod remanſit in carne amplius non dominatur: ſed quia eiuſdem ſpiritus gratia, miro modo reprimitur. Et quamuis multa, quæ nolumus faciamus, vigentibus adhuc in nobis primi Parentis reliquijs: fauore tamen gratiæ CHRISTI, hæc nitimur in dies crucifigere & ad petram collidere. Econtrà pugna cum Sathana eo pacto in nos videtur inſtructa, vt quò ſanctiores viderit, eò telis vrgentioribus petat: nuſquam ad mortem vſq; nos deſerens: nuſquam callidiores ſemper inſidias, & maximè in calcaneo: hoc eſt, vitæ extremo, non moliens: nuſquam non tendens.

Eſa. 6. Roma. 6. Ibidem. 7. Pſal. 136. Geneſ. 3.

Pugna cum carne & ſanguine ſanctis imminuta.

(D) *Sed aduerſus Principes & Poteſtates,* Quia principes, multos habent ſatellites: Quia poteſtates, maximam poſſunt inferre vim: *Aduerſus mundi rectores tenebrarum harum,* rectores quidem ſunt mundi, non tamen huius creati à Deo, ſed illius quem ipſi parauerunt ſibi, qui conſtat ex tenebris peccatorum & iniquitatum. Hunc peruerſitatis mundum, qui in malis hominibus ſitus eſt, ipſi conſeruare ac promouere non deſinunt. *Contra Spiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Quantò robuſtiora ſunt carnalibus, quæ ſunt ſpiritualia: tantò validior eſt lucta, quam patimur à Sathana eiuſq; membris, illà quam patimur à carne & ſanguine: & eò magis, quòd Sathanas & ſatellites eius, nedum ſpiritualia ſunt, ſed nequiſſima ſunt: & ad tempus quidem quo permiſſum eſt, diuexare fideles: in cœleſtibus, hoc eſt, in aereis ac turbulentis tenebrarum locis morantia: ſed tandem parato ſibi ab initio igne, in profundum tartari detrudenda, ac perpetuò alliganda.

Propterea, vt dicebamus, *accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo.* Qui dies, tempus eſt E
tentationis, hoc eſt, tentationi ſauẽs. Nam licet (vt dictum eſt) nunquam non tentet nos Satha-
nas, qui ſemper circumit quærens quẽ deuoret: licet nunquam non egeamus armatura Dei, ma- 1.Petr.5.
ximè tamen in nos vires exponit, maximèque nobis opus eſt, vt ſimus Diuinis armis inſtructi, in
aliquibus temporis opportunitatibus: vtputà, dum alia ratione aliquando ſimus afflicti, & in
aliqua alia aduerſitate grauati. Siquidem afflictione ſuperueniente afflicto, & aduerſitate nau-
fragium paſſo, verè opus eſt magno pręſidio, ſi immoti debemus conſiſtere. *Et in omnibus perfecti*
ſtare. Hoc eſt nulla ex parte à perfectione in pugnando deficere.

State ergo ſuccincti lumbos veſtros, in veritate. Profani milites præcinguntur baltheo, vt circa lũ-
bos & ventrem ſint tuti: ſed milites CHRISTI, præcingunt lumbos & ventrem, per continen-
tiam, non quidem ſimulatè ſicut hypocritæ faciunt, ſed præcingunt verè, quoniã in CHRISTO Luc.12. Ioan.14.
Thorax iuſtitia. præcingunt ſe, qui veritas eſt. *Et induti loricam iuſtitiæ,* Pectus illi munire ſolent thorace: iſti verò
iuſtitia. vt nunquam eorum pectus non æſtuet æquitate, nunquam non ſpiret quæ cuique con-
Calcei euangeliũ pacis. uenientia ſunt. *Et calciati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Curant illi crura pedeſque prote- Luc.1.
gere: iſti progreſſus euangelicæ pacis dirigere, ac ad propagandũ euangelium CHRISTI, eiuſq;
fructus producendum, affectus extendere, & illius gloriæ ſemper promptiſſimè inſeruire. F

In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Demùm ſcu-
tum, galeamque ſumunt mundi milites: illud vt hoſtium facile auertant iacula, iſtam vt caput ꝓ-
Scutum, fides. tegant & defendant: At CHRISTI milites, ſcuti loco accipiunt Fidẽ, qua omnia quantùmuis
Galea ſpes. ignea, quantumuis nequiſſima ſint, tela reijciunt & extingunt: & loco galeę, Spem ſalutarẽ, Roma.8.
Et galeam, ſubdit, *ſalutis aſſumite:* ſiquidem ſpe ſalui facti ſumus: hac contegunt caput, dum ad
ea quæ ſurſum ſunt animum erigunt, mentem ab omni concuſſione, tutiſſimam faciunt. Tan-
dem, & enſe opus eſt, vt non ſolum, nos defendamus, ſed & hoſtem profligemus. At illis gladius
Gladius verbum Dei. eſt materialis, ſed nobis eſt ſpiritualis: *Et gladium* (inquit) *Spiritus, quod eſt verbum Dei,* Penetran- Heb.4.
tius quouis gladio ancipiti.

Per omnem orationem, & obſecrationem: En quo pacto conſortati poterimus ſemper in Domi-
no, & facilè Dei armaturam induere: orando ſcilicet, & obſecrando. Et, *orantes,* & obſecran- Luc.18. Rom.8.
tes, *in omni tempore.* Nam & ſemper oportet orare, *in ſpiritu,* qui poſtulat gemitibus inenarrabi-
libus. Oramus autem & obſecramus in ſpiritu, cum non excitati affectibus noſtris, ſed affectibus
tantùm Spiritus ſancti, hoc eſt, inſufflatis ac prouocatis in pectoribus noſtris ab eo: non quæ-
rendo quæ nobis ſunt commodo, ſed quæ conſentiunt gloriæ Dei, & profectui in nobis, Spi- G
ritus ſancti.

Et in ipſo, Mendoſus eſt codex, & legendum eſt, *Et in hoc ipſum, Vigilantes in omni inſtantia.* Luc.11.
Etſi inſtanter ac perſeueranter in omni re, ad ianuam pulſare licet, in ea tamen maximè, vt ſuc-
ceſſum habeant honor & gloria Dei: quæ maximè nitent in prædicatione, & fructu euangelij
IESV CHRISTI. Ergò vigilandum cum omni inſtantia in hoc ipſum. *Et,* omni, *obſecratione,* tũ,
& pro omnibus ſanctis, ſiue ſint audituri, ſiue verbum annunciaturi, tum, *& pro me,* qui ad prædi-
candum euangelium ſelectus ac ſegregatus ſum, & vobis præſertim gentibus: *Vt detur mihi ſermo*
Euangelium liberè prędicare cupiebat Apoſtolus. *in apertione oris mei.* Tropus eſt hebræus, quo intendit exorandum eſſe, vt liberẽ ſibi permittatur
Euangelizare, ſicut mox ipſe ſubiungit. *Cum fiducia,* ſeu auſu, vt ſcribitur Græcè, *notum facere*
myſterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena. Licet etiam vinctus venietibus ad ſe euange-
lium ſalutis effunderet, cupiebat tamen latius & audentius muneri ſibi credito deſeruire: iccir-
cò ſubiungit, *ita vt in ipſo audeam, prout oportet me loqui.* Nec propterea diffidebat Apoſtolus, ꝙ Philip.1.
Deus qui cęperat per illum in gentibus Euangelizare, perficeret opus vſque in finem: Sed ardo-
re gloriæ Dei, & ſalutis totius mundi, id ipſum efflagitabat, & Epheſios non minus efflagitare
volebat: non ignarus ꝙ ea, quæ à Deo per nos exequutioni tradenda, ordinata ſunt, & à nobis H
omnibus modis, & apud illum maximè, promouenda ſunt: vt & locupletius in gloriam cedant,
& exuberantius in noſtram frugem proficiant.

Enarratio poſtremę portionis, Sectionis ſupraſcriptę.

Vt autem ſciatis & vos, quæ circa me ſunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus fra-
ter & fidelis miniſter in Domino. Quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis, quæ circa nos ſunt, & con-
ſoletur corda veſtra. Pax fratribus & charitas cum fide, à Deo patre noſtro & Domino IESV CHRISTO.
Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, *in incorruptione. Amen.*

Cum chriſtiana charitas omnia ducat communia, volebat Apoſtolus, vt etiam non ignora-
rent

A rent Epheſij,& quæ agebantur ſecum, & quid agebat ille cum alijs. Ideò mittit fidelem Tychicum dilectum fratrem in Domino,& ſanctorum miniſtrum, vt illos de his certiores faciat, & cõſoletur,ſiqua affecti eſſent triſtitia de vinculis ſuis. Et tandem precatur fratribus pacem, charitatem,& fidem; à Deo Patre & Domino IESV CHRISTO. Et (vt finis epiſtolæ, initio conſonet,) Gratiam precationi coniungit,cum omnibus, qui diligunt CHRISTVM Dominum in incorruptibilitate exiſtentem, cum ſit reſuſcitatus à mortuis: Vel ipſis in incorruptibilitatem diuina electione aſcriptis,& iam quodam pacto ad illam cum CHRISTO aſſumptis: Et demùm, quantùm dum hic ſunt,fieri poteſt, etiam in incorruptibilitate degentibus. Amen.

Obſeruationes Sectionis præmiſſæ.

Cap. 1. 2.Cor. 11. Exod. 10. Obſeruandum in Prima portione, quòd etſi CHRISTVS eſt ſponſus Eccleſię: eſt nihilominus & ſponſus animarum noſtrarum, cui ſinguli deſpõſati ſumus in fide, iuſtitia, iudicio & miſericordia, ſicut dicit in Oſæe propheta. Ergò exhibeamus nos illi virginẽ caſtam & impollutam, ſecundum adhortationem Apoſtoli. Si Chriſtus ſponſus animę illi nos ſpõſam exhibeamus caſtam.

Math. 23. B Obſeruandum in Secunda, quòd etſi debemus parentibus ſecundùm carnem obedientiam, iuxtà præceptum Domini: longe magis debemus obedientiam Deo, qui iuxta verbum CHRISTI vnus eſt Pater noſter qui in cœlis eſt. Qui & regenerauit nos, in ſpem viuã, per reſurrectionem IESV CHRISTI a mortuis: & in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, nobis reſeruatam in cœlis. (1.Pet.1.)

Rom. 13. Luc. 1. Obſeruandum in Tertia, ꝙ etſi debemus obtemperare Dominis carnalibus, & quibuſuis pręſtantioribus poteſtatibus ſubijci, multò magis debemus obtẽperare CHRISTO, qui verè & vnicè eſt omnium Dominus, noſque ſibi maximo illo precio comparauit, vt illi tantùm ſeruiamus in iuſtitia & ſanctitate, omnibus diebus vitæ noſtræ. Non quidem ad oculum, ſed in cordis ſinceritate: nec timore impulſi, nec mercede allecti, ſed ex animo ad ipſius gloriam & honorem.

1.Thi. 4. Obſeruandum in Quarta, vt nunquam excidat mẽte, nos hic militiam agere, & hoſtibus vndique premi, qui confidunt ſeductionibus & fraudibus ſuis. Quare ſimus peruigiles, & armis, quæ nobis præſcribit, ſemper induti; vt certantes bonum certamen, & ad finem vſque cum fide peruenientes, recipiamus coronam vitæ, quam reddet nobis Dominus iuſtus iudex. Vndique hoſtibus circundan, ſimus ſemper ſpiritualibus armis protecti.

C Obſeruandum demùm in Quinta, non ſolum affectus Apoſtoli quo aſtringebatur ſua notificare Epheſijs, eoſque conſolidare in pietate Chriſtiana, & qui, quod non poterat coràm, præſtitit per Epiſtolam, & per fideliſſimum nuncium, vt & indè diſcant qui curam gerunt aliorum, quantùm debent eſſe ſoliciti, & nihil omittere, quod poſſit conducere illorum ſaluti & conſolationi in CHRISTO; Sed etiam quanti pendenda ſit pax, & gratia cum fide & dilectione, quãdòquidem nedum ab illis Apoſtolus exorditur ſemper Epiſtolas, ſed & in illiſmet, eas abſoluit. Quæ ſunt à Deo Patre & Domino noſtro IESV CHRISTO. Quibus ſit, & vnicus, & ſempiternus honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Expliciunt enarrationes, non minus doctæ quam piæ, nec minus catholicæ, quam eruditæ, in Epiſtolam Diui Pauli Apoſtoli ad Epheſios, eruditiſſimi Patris ac Reuerendiſſimi Domini, Iacobi Naclanti Epiſcopi Clugienſis, ex ordine prædicatorum aſſumpti.

ENARRATIONES PIAE,

DOCTÆ, ET CATHOLICÆ,

In Epiſtolam D. Pauli ad Romanos.

Jn quibus & contenta, & iuxta ſacram doctrinam, & Orthodoxam fidem, ſunt exactiſſimè explicata, præcipua Chriſtianæ religionis ſacramenta.

Accedunt & tractationes peculiares, de Myſterio ſacratiſsimæ Trinitatis, de Tempore quo Petrus extitit Romæ, de Recto Imaginum cultu, de Originali labe, & de Prędeſtinatione ac reprobatione hominum: ſicut verſa pagina docet.

Per R. P. & D. Jacòbum Naclantum Epiſcopum Clugienſem.



VENETIIS APVD LVCAM ANTONIVM
IVNTAM. M D LXVII.

TRACTATIONES, SVB DIGRESSIONVM

titulo, quas ex textus occaſione, viſum eſt interſerere: quæ & hac tempeſtate, non modò ſunt opportunæ ſed neceſſariæ.

Tractatio, de veſtigio ac imagine ſacratiſsimæ Trinitatis.

Tractatio, quando & quomodo Petrus Romam acceſsit, cathedram pontificiam fixit, & quot annis in illa permanſit.

Tractatio, de recto imaginum vſu, in Eccleſia Dei.

Tractatio, de peccato originis, quid ſit, quomodo transfundatur, & qui illius fructus & pœnæ.

Tractatio, de prædeſtinatione, ac reprobatione hominum.

INCLYTO AC SERENISSIMO PRINCIPI D. LAVRENTIO PRIOLO,

Necnon Ampliſsimo, Illuſtriſsimoq; Senatui Veneto: Iacòbus Naclantus, Clugienſis Epiſcopus, Fœlicitatem perpetuam.

B ROMA, quæ & Latinis poteſt nuncupari Valentia, Sereniſſime Princeps, Integerrimeq́ Senatus: cum Paulus hanc ſcripſit epiſtolam, ſuis habitabatur collibus, & validiſſimis cingebatur mænibus, turribus, aggeribus, & tot tormentorum machinis cataphractis, vt quibuſuis incurſionibus, hoſtilibusq́ conatibus, non modò foret impenetrabilis, ſed inacceſſibilis. Splendebat & inſignibus Phanis, Delubris, Fornicibus, Obeliſcis, Coloſſis, & innumeris, ingentibus constructis ſumptibus, molibus ac ædificijs: nedùm marmoribus, peregrinisq́ lapidibus tabulatis, ſed auro & argento nitentibus. Fulgebat & illo heroico fæliciſſimoq́ Senatu, Conſulibus, Tribunis, Cenſoribus, alijsq́ magiſtratibus, ornatiſſimo conſultiſſimoq́: cuius & circunſpectione, iudicio, prouidentia, pietate, iuſtitia, non modò toti proſpiciebatur vrbi, ſed orbi. Idq́ non ea duntaxàt ratione, quòd & maximæ, & potiſſimæ, illius dominabantur parti, ac præclariora moderabantur membra: ſed & quia eorum probitas, æquitas, & ardor publici commodi, facilè poterant, & ſuarum legum ſplendore, & præſtantium facinorum generoſitate; quantùmuis remotiſſimis populis, ritè conſulere, ſicut & compertum erat; in vtriſq; quouis loco fragrare. *Antiquioris Romę robur & ſplendor.*

C Erat & eo tempore, veluti communis patria, ad quam & confluebant, ibiq́ & non raro, ſuorum oblitæ larium, domicilia commutabant, ex quouis orbis angulo nationes: allectæ non ſolùm vrbis proſperitate, aut rerum omnium cornucopijs; cum ad illam paſſim, terra, mariq́ veherentur merces, annonæ, res peregrinæ: ſed & maximè libertate, ac ſuauitate vitæ, propterea quòd non ſolùm, ſine grauamine, & abſque extorſione, ſed liberè ac periocundè, valebat quis rebus potiri proprijs: & publica fretus iuſtitia, fæliciq́ actus magiſtratuum moderatione, nullus verebatur exturbari, aut impunè iniuria laceſſiri. Nec cogebantur modò, gentium nationes, ſed & præcipui, ac ſplendidiſſimi inter eas: & (miſſis Regibus, Principibus, Ducibus, Oratoribus, primis ſtrenuisq́ militibus, quos dubium non eſt, Romam eò temporis, & paſſim, & cateruatim acceſſiſſe,) nemini eſt inexploratum, opifices in qua volueris arte illuſtres; (vt Praxiteles; Phidiæ, Parrhaſij; Zeuxes,) illò vndiq́ trāſmigraſſe. Quibus ſunt & adijciēdi Philoſophi, Medici, Muſici,

D Poetæ, & in omni facultate, viri percelebres: quibus à ſuis fotis Mæcenatibus, & ubertìm, & paſſim, de omnibus prouidebatur opportunis. Præſidebat & eo tempore Claudius, qui licet (vt hominum fert imbecillitas) nonnunquàm aliquid fuerit paſſus humani, ſua tamen, qua tandèm nituit, probitate, modeſtia, religione, præſtantia, imperium non mediocritèr promouebat: Quarè & (præter eruditionem latinam, & græcam, qua non modò principibus, ſed & quibus præſunt imperijs, inſignis accerſitur gloria) non ſolùm in pluribus conſuluit Reipublicæ, ſed & collapſis nonnullorum moribus: quin & imperium ampliauit, Brictannis domitis, & Orchadibus regno adiectis. Mitto publica ædificia, *Quid ſplẽdoris ſub Claudio Cęſare acceſſerit.*

*aquæductus, emiſſorium Fucini lacus, & Oſtienſem portum: quorum alterum ab Augu- E
ſto extitit denegatum Marſis, poſtremùm & ſi à Iulio ſæpius deſtinatum, ob rei tamen
difficultatem, nunquàm eſt exequutioni commiſſum.*

*Scripſit inquàm, & tunc Paulus, at non omnibus, qui verſabantur Romæ, ſed initia-
tis tantùm, & ſanctis, ac Deo dilectis: non ignarus: quòd & ſi ea vrbs iàm fuerat delecta
caput Reipublicæ* CHRISTI, *eò quòd illam acceſſerat Petrus, ibiq; ſummi Pontificis, præ-
fixerat principatum, adhuc tamen ex magna parte dementabatur à Sathana: necdum la-* Dan.2.
*pis qui ſine manibus, abſciſſus erat de monte (& ſi ad illos peruenerat percuſſeratq́;) pedes
contriuerat ſtatuæ, prout & decreto tempore fecit. Scripſit & epiſtolam præſtantiſsimam:
& quidem non actus ſpiritu ſuo, ſed motus ſpiritu* CHRISTI, *qui & viuebat, & loque-* Gal.2.
*batur in eo: Nec ea ſanè doctrina, quam acceperat à Gamaliele, aut ab apoſtolorum quo-
piam, ſed quam imbiberat à Deo &* CHRISTO IESV, *ad tertium vſque cælum eue-* F 1.Cor.15.
*ctus. Scripſit planè non ſolùm vt illos in Euangelio confirmaret, ſed vt & in illo, non
mediocritèr promoueret: edoctus ſpiritu* CHRISTI, *Romæ non tantùm ſtabiliendam
eſſe, vniuerſalem Eccleſiam, inſignium Apoſtolorum opera, ſed & inde ad extre-
mos orbis populos, protendendam: vt non iniuria, & caput, & mater omnium effi-
ceretur Eccleſiarum.*

*Quid tandem? Ego quidem Sereniſſime Princeps, ampliſſimèq; Senatus, non ſolùm
fateor, me non eſſe Paulum, ſed & pleno atteſtor pectore, poſtremum fore, omnium ho-
minum: cui & ſi non ſcripſi epiſtolam, ſed ſcriptam enarrare præſumpſi (prouinciam non
hominis imbecillis, ſed validi, & à Pauli ſpiritu, non penitus alieni) videtur tamen
poſſe, & ſine temeritate concedi, quòd ſiquid, hac in re, non indignum prorſus apoſtoli-
co deprehenditur pectore, indubiè à* CHRISTI *liberalitate eiuſque ſpiritu profectum ſit,
qui non ſolùm dignatur loqui per homines, ſed & per aſinam Balaam: & hac ex par-* G Nume.22.
*te, opus hoc, non immeritò veſtræ ſublimitati dicaui, ac dicatum eſſe percupio: non vt
vobis aliquid afferatur commodi, cum inſigni beneficio Dei, non modò neceſſè non ſit,*
Sancta Veneti Senatus prouidentia, pro religione Christi. *Rempublicam veſtram, philoſophia* CHRISTI *diteſcere, ſed & veſtra prouidentia ac
religionis ardore, ſanctiſsimè conſtitutum ſit (ne fortè ſua ſub ditione, circumueniatur quis,
lethali flatu doctrinæ, per fallaciam hominum: deſciſcatq́; à recta Eccleſiæ ſacroſanctæ)* Ephe.4. Colo.2.
*non ſolùm vt eiuſmodi ſeductores, è veſtro arceantur Principatu, quin & compriman-
tur, & meritiſsimis mulctentur pœnis: ſed vt & reuocentur, ſiquos contigerit errore ſe-
duci, & confirmentur ſiqui ex imbecillitate, in fide, minus quam par ſit, reperiantur conſi-
ſtere. Non inquàm, vt vobis aliquid afferatur commodi: ſed vt ſplendore veſtro, ſiquæ
mea pro hebetudine, acceſſerunt tenebræ, aliquid nanciſcatur lucis: quo & fœlicius pro-
deat, & inoffensè ſeſe, oculatis exhibeat. Quanquàm & pignus aliquod eſſe volo, meæ er-* H
*gà vos obſeruãtiæ, ac meritiſsimæ ſeruitutis, qua & uobis non ſimplici nexu deuincior: cum
præter gloriam ac ſplendorem Italiæ, quæ non iniuria, vnicè debentur vobis (propter quæ*
Vrbs Veneta ſplendor Italiæ. *& omnes qui hinc originem trahimus, mirificè vobis aſtricti ſumus) non modò, veſtris de-
gam ſub alis, ſed & pluribus afficiar beneficijs. quæ non ſolum aſsiduè, meos verſantur ob
oculos, ſed perurgent indies: vt ſi non poſſum, vt debeo, rependam tamen vt valeo, non
nullum grati pectoris ſymbolum: quo cum, & me, qualis qualis ſum, promptiſsimum ſem-
per, veſtris in obſequijs, & teſter, & patefaciam.*

Proindè & mihi, ſatis congratulandum non dubito, quòd lucubrationes hæ, eo à me tē-

nore,

A pore, veſtris dicatæ ſunt excellentijs: quo compertiſsimum eſt, vrbem Venetam, non modò
cum Romana, quantumuis, ea tempeſtate florida, iure contendere, ſed & illam, interuallo
non modico ſuperare. Et quanquàm Romanum nomen, magni videretur faſtus, quãquàm
& nationibus pluribus, foret ingenti pauori: Venetum tamẽ quouis ſuauiſsimè fragrat, nulli
non blãdum, nemini non amicum, & vniuerſis acceptum. Et quid ni, cum preſtò adſit in=
uocantibus, patrocinetur deſtitutis, & opem ferat oppreſsis? Et licet Roma, nacta ſit no=
menclationem Valentiæ, perſpicuum tamẽ eſt, & cæcis, quanto id iure, veſtra ſibi Ciuitas,
valeat vendicare, & quàm illuſtrius quàm Romæ, poſsit illi ſubſcribi: quandòquidem etſi
non eſt conſtructa in collibus, aut vallata muris, & aggeribus, longè tamen eſt conſtructa
validiùs, longeq́ fundata conſtantiùs, nimirùm in vndarũ inſulis Adriatici pelagi: quas
& præſtat, & tutiſsimas facit, non ſolùm à quibuſuis hoſtium incurſibus, ſed & ab omni=
B bus, quæ humano excogitari poſſent ingenio, hoſtilibus apparatibus. Cui nec deſunt claſsicæ
munitiones, non omnis generis tormenta bellica: quin & his non modò inuenitur exuberãs,
ſed & vrbibus quibuſuis præſtans, & longè præeminẽs (tàm etſi pro validiſsimo, & mu=
ro, & antemurali, non ſolùm adſit integerrima fides, religio, pietas: ſed & Senatorum, im=
mò & quoruncunq; in ea degentium vnitas, concordia, pax, & ardor ingens commodita-
tis publicæ, quibus nihil pugnacius, nihilq́ impenetrabilius eſt.) Et quanquàm in illa, nõ of=
fenduntur Phana, Delubra, Fornices: nõ Obeliſci, nõ Coloſsi (quandò quidẽ nec hoc debuit,
cum ab annis pluribus ſubſcripſerit CHRISTO, quin & vrbis fundamenta, illius ſint au=
ſpicata fauore) nitet tamen multis, & auguſtiſsimis templis, ac permagnificis, tùm priuatis,
tùm publicis ædificijs, nedum marmoribus, ſed & lapidibus Aegyptiacis, & è peregrinio=
ribus locis aduectis, nec illis modò ornatis, ſed ſtructis: quibus nec deſunt vaſa ex argento,
auroq́ mirificè fabrefacta, immò & adſunt tanta copia, vt nullibi quidem amplius, nullibi
C locupletius. Aſtant quàm plurimæ, & ad viuum quidem ſculptæ expolitæq́ ſtatuæ, vi=
ſuntur paſsim imagines, ſtemmataq́: at non Deorum mendacium, ſed electorum Dei, He=
rôumq; ac Proauorum ſuorum, quibus nihil fuit antiquius, quam de Republica benemere=
ri, & politicæ vtilitati conſulere.

Verùm, quod omnium eſt ſpectatu digniſsimum, in ea non modò floret nitetq́ præcelſus
eximiusq́ Senatus, Conſulibus, Tribunis, Cenſoribus, alijsq́ magiſtratibus perinſignis, quos
& miro ordine, ſineq́ perſonarum reſpectu, in communem frugem ſeligitis, vt & tales ſe
præſtent, quòd in illis non dominetur cupiditas, ſed ſplendeat æquitas, non tumor dominan=
di, ſed ardor Rempublicam promouendi, vt præſidentium multitudine, conſultius veſtris
(qui & plurimi ſunt) proſpiciatur populis: non modò inquàm floret nitetq́ Senatus, ſed eò
Romano præſtantius, eò & abſolutius, quò ſolùm complectitur nobiles, & viros inſignes;
D quorum mores, actusq́, quemadmodùm non ſunt Ethnici, ſed Chriſtiani, ità & Pruden=
tia, Iuſtitia, Religio, Pietas, reliquæ virtutes, & probitates, neceſſe eſt, vt & ſine
controuerſia, ſint magis inſignes, magisq́ illuſtres: nec ſecùs anteponendæ his, quæ in Ro=
manis videbantur niteſcere, ac corpus anteponendum eſt vmbræ, vel lux meridiana,
luci præponitur auroræ: quibus dum aguntur, nihil eſſe poteſt, quod in ſucceſſum non
cedat. Ergò quid mirum, ſi & veſtra inculpata moderatio, non modò toti vrbi, to=
tiq́ veſtro proſpicit Principatui, qui & nobiliſsimam (ni fallor) non ſolùm Italiæ, ſed
& mundi complectitur portionem, verùm & quibuſuis nationibus hominum: dùm
exemplo veſtro commoniti, ſuis conſulere valent Ciuitatibus, riteq́ ſuæ ditionis, & regere,

Præſtantia ac circũſpectio Veneti Senatus.

 & mo=

& moderari habenas. Et quis non probat, hanc veſtram vrbem, vt communem omnium patriam? Quis non agnoſcit, ſtupetq́, non modò omnes in ea nationes, imò & viros omnium nationum illuſtres, eximiosq́, in qua volueris facultate (vltra Principes, Nuncios, ac ex omni mundi parte Legatos) illam accedere, & vitam lubentiſsimè ducere: quippè qui valent hic nedùm liberè & periocundè, ſed & ſacroſanctè verſari, ac proprijs non ſolùm ad libitum frui, ſed & ſi velint, in illis locupletiores reddi? In qua, & probi, & ſcientia adornati, vel arte, ac ingenio inſigniter præditi: tot fouentur patronis, quot & viri in ea inueniuntur illuſtres, quorum auſpicijs, tùm proteguntur, tùm promouentur, vt ſingulis conducibile eſt. E

Deniquè & ſi imperium non moderatur Claudius, moderatur tamen, pròut & congruit, LAVRENTIVS, ex inclito Senatorū numero, Priolus, primusúe, quia ex Heròum primoribus, numine ſuperno ſelectus: ac laurea tàm præcelſa meritiſsimè inſignitus. F Cuius eruditio, probitas, manſuetudo, ſicut nunquàm non ſunt pollicita principatum, eò quòd & ſi homo, vix tamen humana eſt paſſus, ſed potius ſemper ſuprà hominem vixit, ità & ſuo iure, in præſentia, ingenti omnium gaudio, elargita ſunt illum, cum ſuum omnia tempus habeant, & cuiuis negocio ſua ſtet opportunitas. Nec modò ſunt elargita, ſed in conſtantiſsimam euexerunt ſpem, quòd non ſecus, ac in Claudio, in illo principatum ſint auctura, ac in vberiorem fælicitatem Rempublicam promotura: præter id, quòd nec aberit aliquandò occaſio, & decorandi nouis ædibus vrbem, & emittendi flumina, ſiqua regioni forent infeſta, & mari portubuſque inſignem adhibendi operam, prout & nonnunquàm opportunitas vrget. Et denique faxit Deus, vt plurima ſuæ adijciat ditioni, & eas ſaltèm mundi partes, ſuo accumulet principatui, quas indebitè occupant infideles: quarè vt hæc præſtet, diu illum dominus ſeruet, & vt maiora, quæ fortè concepit animo, compleat, eidem in omnibus faueat. G

Non ſinè numine tantæ Republicę princeps Laurentius Priolus.

Eccle. 3.

Ergò Veneta vrbs, Romanæ non iniuria redditur æmula, imò & inuidioſa: at non eo in ſtatu, in quo Roma eſt in præſenti (quo in Sedē ſupræmi euecta eſt principatus, cū in Sedem euecta ſit ſummi Pontificis, & Vicarij CHRISTI IESV, quo nihil præſtantius, nihil & illuſtrius eſt: propter quod, & illi cedunt imperia, regna & quos volueris, principatus: quin & illi cum opus fuerit, meritò obſequuntur, ſicut & hactenus fecit, & iugitèr facit Chriſtianiſsima Reſpublica veſtra: quæ non ſolùm CHRISTI Vicarium, vt Romanum veneratur Antiſtitem, ſed & vniuerſalis Eccleſiæ paſtorem & caput, cui & cælorum claues, omni cum amplitudine delegatæ ſunt) Sed in eo quidem, in quo erat ſub Imperatoribus mundi, & præſertìm cum Romanis ſcripſit Apoſtolus. Pro qua re & gratias debemus agere Deo, aſsiduè deprecantes, vt quod cæpit, augeat, perficiat, & abſoluat, Cui & gloria ſempiterna. Amen. H

Math. 16.

Io. Franciſci Paſii Rauenoldi Brixien. carmen.

Moſaicæ legis ſectator, ſtrenuus hoſtis
Chriſticolon, Stephani conſcius atque necis;
Qui fuit & Saulus, perculſus fulgure magni
Numinis, & Chriſti verbere, vel tonitru,
Squamma oculos clauſus, triduo ieiunus & anens,
Factus euangelij mox, tuba terribilis,
Chriſticolæ fidei baſis, Pater, atque prophetes,
Redditus en luci, nunc tibi Paulus adeſt.

ENARRATIONES PIAE DOCTÆ, ET CATHOLICÆ,

In Epiſtolam D. Pauli ad Romanos.

Authore R. P. ac D. Iacobo Naclanto Epiſcopo Clugienſi.

Pręſtantia, Scopus : & Diuiſio, totius Epiſtolæ.

Epiſtola ad Rom. cur primo loco poſita.

EPISTOLA ad Romanos, tametſi non eſt primùm edita, ſui tamen præſtantia, non iniuria eſt primùm locum ſortita. In ea quidem, non modò inſigniter congeſta ſunt elementa fidei, ſed & tam perſpicuè, præcipua chriſtianæ pietatis ſacramenta detecta: vt nullibi quidem illuſtrius, nullibi locupletius. Et quanquàm
B apoſtolus, nuſquàm non ardet, quanquàm tota epiſtola, eſt plena tonitruis: id tamen paſsim, ac potiſsimùm vrget, imò vti ſcopum, ac totius negocij cardinē ſtatuit, ac perſuaſos nos penitus eſſe contendit: ſalutem noſtram, proficiſci ex gratia Dei, & beneficio CHRISTI.

Diuiditur autem, in quatuor partes, Inſcriptionem, Præfationem, Tractationem, & Commendationem: In quibus omnibus, ac ſingulis, tantæ eſt vbertatis, vt nihil deſideres, quod fidem promoueat, nihil quod pectus inflammet, aut ad pietatem extimulet.

Inſcriptio Epiſtolę, in quatuor portiones diſſecta.

1. ca. Epiſtolæ.

Prima portio *Secunda.* *Tertia.*

PAVLVS *ſeruus* IESV CHRISTI, *uocatus Apoſtolus, ſegregatus in euangelium Dei. Quod ante promiſerat, per prophetas ſuos, in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo: qui factus eſt ei, ex ſemine Dauid ſecundum carnem: qui prædeſtinatus eſt filius Dei, in virtute, ſecundùm ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum, IESV CHRISTI, domini noſtri. Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum, ad obediendum fidei, in omnibus Gentibus: in quibus eſtis, & uos uocati* IESV CHRISTI. *Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, uocatis ſanctis: Gratia uobis & pax, à Deo patre noſtro, & domino* IESV CHRISTO.

C

Summa & intentio Textus pręſcripti.

Solent epiſtolis inſcriptiones præponi, non modò ad authoritatem, & robur, ſed ad erigendum, exhilarandumque animos, imò & ſolicitandum, attentos, dociles que reddendum, & maximè inter amicos: quibus tùm frequentius, tùm familiarius ſcribitur. Propter quod & non raro, vim, locumque procemij obtinent, vindicantque. Hunc morem æmulatus apoſtolus, hæc eo facit præſtantius, quo ea ſeruat vberius. Quare in hac epiſtolæ inſcriptione, Primùm prodit ſe ſe, tùm à nomine, tùm à conditione, & officio: Secundo crediti ſibi muneris ſummam, tanta dexteritate perſtringit, vt nullam inſignium illius conditionum pertranſeat: Tertiò finem ſuæ functionis affert, & docet illam, etiam ad Romæ commorantes extendi : Et demùm ad quos ſcribit, nō ſolùm titulis non obſcuris illuſtrat, ſed & totius cumulum fœlicitatis, gratia & pace comprehenſum, illis à Deo patre, & eius vnigenito IESV CHRISTO, ardentiſsimè promoueri, & multiplicari deſiderat.

Enarratio primę partis inſcriptionis.

Aris. Politic. 1. *1. Cor. 14.* *1. Cor. 4. & 3.* *2. ad Thim. 2.* *3. Reg. 10.*

Seruus eſt organū domini, & totum quod eſt dñi eſt.

Paulus ſeruus IESV CHRISTI. De nomine, Paulus. itèm de nominibus, IESVS, & CHRI-
D STVS, ad Epheſios diximus: ergo ſatis fuerit, ſi de Pauli ſeruitute dicamus. Si itàque ſeruus, vt dicunt, eſt organum domini, Paulus verè ſeruus extitit CHRISTI, quia illius fuit ſpiritu motus, actus, & impulſus. Verùm quia ſeruus organum domini eſt, non inane, ſicut inſtrumētum, quod vocem dat ſine anima, vt eius vtar verbo, ſed viuum & voluntate præditum, ſicut miniſter & famulus, per quem & ſi dominus operatur, non tamen ſine illius conſenſu, & obſequio operatur: iccircò non immeritò aliàs de ſe ipſo dicit. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros CHRISTI: Et quid eſt Paulus, quid Apollo, niſi miniſtri eius, cui credidiſtis?

Et quoniam in Regis curia, non modo ſunt diuerſi miniſtri, ſed diuerſi miniſtrorum ordines: & in magna domo multiplicia reperiuntur vaſa: propter quod & Regina ſaba nō ſolùm admirata eſt multitudinem, ordinemque miniſtrantium Salomonis, ſed & copiam, ac vaſorum varietates in templo: conſtat Paulum fuiſſe miniſtrum CHRISTI, qui Rex eſt regum, inſignem,

quemad-

quemadmodum & in magno Eccleſiæ templo, vas ſelectum, & ad tàm eximium miniſterium deputatum, vt CHRISTI nomen non modò paſsim inſonaret, ſed & conſtantiſsimè coràm regibus, principibus, & filijs Iſrael, immò & toto mundo perferret. Conſtat inquam, miniſtrum fuiſſe inſignem, non modò quia Apoſtolus, qui primas tenent in Eccleſia Dei, ſed & quia inſignis inter apoſtolos: quippe qui non ſolùm nihil minus fecit à magnis apoſtolis, ſed plus omnibus laborauit, & locupletius miniſterium ſuum abſoluit. E

[Acto.9. 1.Cor.9. 2.Cor.11.]

Si ſeruus, totum quod eſt, vt tradunt, ſui domini eſt: palàm & apoſtolum ſeruum fuiſſe CHRISTI IESV, cùm illum ex omni parte referret, nunquam non ſpiraret, euangelizaret, exprimeret. Teſtes ſunt illæ voces: Non iudicaui me ſcire aliud quã IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum. Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri IESV CHRISTI, per quem mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo: Omnia detrimentũ feci, & vt ſtercora reputaui, vt CHRISTVM lucrifacerem: Viuo ego iam non ego, viuit verò in me CHRISTVS: Et quod viuo in carne, in fide viuo filij Dei: & denique. Magnificabitur CHRISTVS in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem: nàm & mihi viuere CHRISTVS eſt, & mori lucrum: & paratus ſum, non ſolum alligari, ſed & mori propter nomen Domini CHRISTI IESV.

[1.Cor.2. Galat.6. Philip.3. Gal.2. Philip.1. Acto.21.]

[Paul⁹ ſeruus Chriſti multiplici ratione.]

Nec ſimplici quidem iure, ſeruus euaſerat CHRISTI, cum ab illo fuerit in bello captus precio emptus, & mercede conductus. Captus in bello: non ſolùm quandò pugnauit cum principe huius mundi, ad cuius voluntatem, Paulus tenebatur captiuus, & eo alligato, capiteque contrito, illum vnà cum reliquis captiuitatis vaſis, ac ſpolijs fraude occupatis, & iniquitate detentis, iuſto marte diripuit: ſed & quandò illum aduerſus ſe multa iactantem, ac prælium hoſtiliter ſuſcipientem, mirificè vicit, proſtrauit, & eo pacto, mancipium iure optimo fecit. F

[2.Thim.2. Acto.6.]

Emptus precio: at non auri, vel argenti, ſed ſui ſanguinis immaculati. Et licet id commune ſit omnibus, quandòquidem & nos, eo magno precio empti ſumus: niſi tamen id inſigniter verum eſſet in Paulo, profectò de ſe non tàm inſigniter diceret. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Et rurſum. Superabundauit gratia Domini noſtri in me, cum fide & dilectione quæ eſt in CHRISTO IESV. Et non longe poſt. CHRISTVS venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum: ſed ideo miſericordiam conſequutus ſum, vt in me primũ oſtenderet CHRISTVS IESVS omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi, in vitam æternam.

[1.Petr.1. Galat.2. 1.Thim.1.]

Mercede conductus: non ſolùm quia per ipſum nón ſecus ac per ſtrenuiſsimum militem, debellandi fuerant CHRISTI hoſtes, deſtruendæ omnes illorum munitiones, humilianda omnis altitudo extollens ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigendus omnis intellectus, in obſequium CHRISTI, ſed quia & per illum, perinde ac per prudentiſsimum ſeruum, paſcendus erat grex Domini, & veluti per indefeſſum agricolam plãtanda vinea ſacroſanctæ Eccleſię & conſtat ꝙ nemo militat alteri, ſtipendio proprio, nemo alterius gregem paſcit, aut vineam illę plantat & colit, qui ſaltèm de gregis lacte non comedat, aut de vineæ fructibus non participet. G

[2.Cor.10. Matt.21. 1.Cor.3. &.6.]

Et quoniam merces apoſtolo debita, nõ iuxtà carnem, ſed iuxtà ſpiritum fuit potiſsimum debita (quemadmodum & militia præter carnem fuit potiſsimùm geſta, armiſque non carnalibus, ſed ſpiritualibus, at Deo potentibus conſummata: & ſicut domini grex, ab illo, non carne ſed ſpiritu, eſt nutritus, & vinea Eccleſiæ, opera non carnali ſed ſpirituali plantata, & miniſterio nõ carnis, ſed ſpiritus culta) iccircò mirum non eſt, ſi iuxta carnem, non ſit illa potitus, immò ſi nec eorum aliquo, quæ iure optimo potuit, ſicut & teſtatur, ſit vſus: ſed in ſpiritu quidem, licet in carne degens, non modo illius eſt primitias aſſequutus, ſed illis ampliter locupletatus: quandòquidem non tantum, vt reliqui ex apoſtolis, hæc habuit in primitijs ſpiritus, in exuberantià gratiæ, in excellentia muneris apoſtolici, & in plenitudine ſapientiæ & prudentiæ ſpiritualis, ſed longè ſuprà omnes apoſtolos: quippe qui raptus fuit in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ nefas eſt hominibus loqui. Et deniq; cum ſtrenuè decertaſſet bonum certamen, cum fidem ſeruaſſet accuratiſsimi & vigilantiſsimi ſerui, & aduenisſet terminus peregrinationis propriæ, exutus carne, meritiſsimam adeptus eſt coronam iuſtitiæ, & perpetuo conſtitutus eſt ſuper omnia bona Domini ſui: immò & obrutus eſt omni benedictione ſpirituali, in ſupercœleſtibus in CHRISTO IESV, non ſolum cum omnibus, qui diligunt eius aduentum, ſed & præ omnibus, ni fallor, qui eidem obſequuti ſunt, in eiuſmodi famulatu, quandoquidem & ſua aſſertione, laborauit præ omnibus: & æquum eſt, vt omnis, prout & aliquando dicit, ſuo pro labore conſequatur mercedem, tametſi & iniquũ nõ eſt, ſi & qui minus laborauit, cum in gratiam & liberalitatem reijcitur, non minoris vbertatis remunerationem aliquando recipiat, ac illum, qui ſubijt diei pondus & H

[1.Cor.9. Eph.1. 2.Cor.12. Mat.25. Ephes.1. 1.Cor.15.]

[Locupletiſſima ſapientia Pauli.]

æſtum

A æſtum, ſuperexcedat.

Vocatus apoſtolus. Non temerè hanc prouinciam ſubij, ſicut de quibus non ſemel conqueſ-
Ierem.23. ſtus eſt Dominus: Non mittebam eos, & ipſi currebant, non loquebar ad illos & ipſi propheta-
Cap.6. bant, non vltro me obtuli, quemadmodum Eſaias: Ecce ego, mitte me, ſed à Deo vocatus ſicut Vocatio Pauli, non ſimplici ratione inſignis.
Heb.5. Aaron, illam accepi. A Deo inquam, vocatus, & tam præſtanti vocatione, vt nec Aaron, nec
apoſtolorum alius, vocatus ſit tam preſtanti. Et quod Aaron attinet, vocatus eſt miniſterio Moy
Exo.4. ſi: Ecce, inquit Dominus, occurret tibi Aaron, aſſume illum tecum, & erit interpres tuus ad po-
Gal.1. pulum. At ego, ſicut non ab homine, ità nec per hominem, ſed per CHRISTVM proximè, ſum
ad hoc honoris accitus. Quòd verò ad apoſtolos ſpectat, etſi illi proxime ſunt vocati per CHRI-
Act.9. STVM, per illum tamē vocati ſunt, dum ageret in humanis: ſed ego per illum vocatus ſum, dum
Ez 3. triumpharet in cœlis. Nec quidem petita ſorte, ſicut factum eſt in vocatione Mathiæ, ſed voce de
cœlo miro modo collapſa quod vnicè factum eſt in vocatione mea.

Ad hæc. Vocatus ſum cum maximè longè eram à CHRISTO, immò cum dimicarem aduer
ſus Eccleſiam eius: & furijs vectus ſæuirem immanitèr contra illos, qui credebant in eum. Nec
modo ſum vocatus, ſed tàm valide vocantis voce commotus, vt non ſolùm protinus omnis ſim
B ferocitatis oblitus, ſed in virum alium transformatus: vt non modo non vltrà præſumerem, in
CHRISTVM aliquid attētare: ſed geſtirem illi in oībus obedire. Qua de re, etſi vocatus ſum ad
prouinciam ſuprà vires, immo contrà mei propenſionem animi (quippe qui vocatus non modò
ſum ad euangelium prædicādum, hoc eſt, CHRISTVM crucifixum, vnicam eſſe ſalutem, omni- Euangelium cur gentibus & Iudęis ingratum.
1.Cor.1. bus perſuadendum, quod planè Iudæis eſt ſcandalum, Gentibus verò ſtultitia, ſed ad illud genti
bus detegendum: vt aperirentur eorum oculi, & de tenebris conuerterentur ad lucem, & de po
Acto.26. teſtate Sathanæ ad Deum viuum & verum: vt & ipſæ remiſſionem acciperent peccatorum, & ſor
tem inter omnes ſanctos, quod mihi alijſque ex Iudæis, non ſolum cenſebatur abſurdum ſed pia
Exo.4. culum execrandum) nihilòminus auſus non ſim, prouinciam detrectare, non cum Moſe impe-
Ierem.1. ritiam ſermonis obtendere, aut cum Ieremia infantiam meam obijcere: ſed mox vocanti reſpō-
Acto.9. di. Domine quid me vis facere? En ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ: tum eſt iubere, meū au-
Pſal.115. tem iuſſa capeſſere. Siquidem ſum optimè perſuaſus, quòd tu feciſti os hominis, & cū uis, labia eius
2.Cor.3. aperis, & deniq; cum tibi libuerit, idoneum mē miniſtrum efficies, qui & vocas ea quæ nō ſunt,
Roma.4. perindè ac ea, quæ ſunt, & vis vt prædicatio fidei, non ſit in ſapientia hominis, ſed in virtute Dei.
1.Cor.2.

C *Segregatus in euangelium* Dei. Non ſolùm ad apoſtolatum accitus, ſed vt liberius eò muneris fun
gerer à grege ſum ſeparatus. Et primò quidem immundorum, ſi dicere fas eſt, animalium, qua-
lis tunc erat populus gentium: qui cum membra eſſent primi hominis (nempè ex immundo il-
lius ſemine propagati, ac nullis legis purificationibus loti, immo peccatis ac facinoribus longè
Pſal.49. ſordidiores redditi, ſine controuerſia, gregem conſtituebant immundum) qui in honore poſi-
tus non intellexit, & ob id, non iniuria, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus
Galat.1. eſt illis. Ab his inquam non modo ſegregatus ſum, ab vtero matris (nimirum qui ſum natura iu-
Phil.3. dæus, ex ſemine Abrami, & tribu Beniamini) ſed quia circunciſus octauo die, & in his, quæ legis
ſunt, non ſolum optime inſtitutus, ſed & in omnibus iuſtificationibus eius, ſine querela ſum di-
uerſatus: quæ plane non modo auocabant me, à commertio gentium, ſed & maximum inter nos
Ephe.2. conſtituebant interſtitium.

Secundo: à grege iudæorum, qui cum veſcantur animalibus mundis, & externa niteant mun
ditia legis, cum frequentibus diluantur baptiſmatibus, & aſperſo immolatitio ſanguine, & cine
Heb.9. re vitulæ rubeæ, ſanctificentur ad emundationem carnis: non abſurde apud homines, qui vidēt,
1.Reg.16. quæ foris parent, dici poſſunt animalia mūda, tametſi coràm Deo, qui intuetur cor, habeantur,
Matt.23. D velut dealbata ſepulchra quæ ſunt plena putredine. A quibus quidem ſum ſegregatus, non ſo-
Galat.1. lum quando non acquieſcens carni, & ſanguini ſum prorſus à ſynagoga diuiſus, ſed quando legi,
2.Cor.2. per legem ſum mortuus, quando à lege literæ mortis, ſum in legem ſpiritus vitæ translatus, & re
Gal.4. lictis ancillæ filijs, inter filios liberæ ſum aſcriptus.
Acto.13.

Tertio: & à puſillo, tametſi ſacroſancto, apoſtolorum grege, quando orantes ac ieiunantes
iuſſi ſunt à ſpiritu ſancto vt vnà me ſegregarent cum Barnaba in illud opus, in euangelium ſcili- Grex apoſtolicus ſacroſanctus.
cet inuulgandum, in quod placuit aſſumere nos. Igitur ego Paulus, non modò ſeruus ſum
CHRISTI, non modo apoſtolus factus, ſed & ad prædicandum fauſtum fœlixque nuncium,
Pſal.115. quod euangelica vox ſignificat, non quidem hominis, qui natura eſt fallax, ſed Dei, qui mentiri
Rom.3. non poteſt, multis modis ſegregatus ſum.

Obſeruationes

Obſeruationes huius partis. E

Obſeruandum ex particula (ſeruus) ꝙ etſi Dei bonitate, & CHRISTI eximia dilectione, euecti ſumus in CHRISTI fratres, immò in illius membra & corpus euecti: vt ſecum ſimus in menſa ęternę fœlicitatis, in dextera patris, & in eadem ſede cum eo: nihilominus ſicut nos decet, de nobis modeſte ſentire, ità & nos decet, de nobis humiliter loqui: vt ad conuiuium euocati, ac extremo loco poſiti, iuxtà CHRISTI verbum cum gloria compellamur aſcendere. Ergò exemplo Pauli, non erubeſcamus vocare nos CHRISTI ſeruos, immò & (vt admonet) inutiles ſeruos, etiam ſi omnia expleremus, quæ mandata ſunt nobis. Nec immeritò, cum noſtris obſequijs CHRISTO nihil accedat: quin & illi obſequentes aliud quidem non facimus, niſi quòd perfectionibus eius perfundimur, ac ſuis copijs in dies, ditiores euadimus. Nec ſolùm non erubeſcamus vocare nos CHRISTI ſeruos, ſed & eius ſeruis per charitatem exhibeamus nos ſeruos, memores facti, quòd quicquid vni ex minimis eius ſeruis impenditur, CHRISTO impenditur: & ꝙ ſiquis eorum alicui, potum dederit aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam.

Roma. 8. Luc. 22. Ephe. 2. Luc. 17. Matt. 25.

Fideles non erubeſcũt vocare ſe ſeruos inutiles.

Obſeruandum ex particula (ſegregatus) quòd licet electi ſint ſegregati à reprobis, non modò ab vtero matris cum illis concreatus eſt timor Domini, ſicut ſapiens dicit, ſed & ab initio mundi, & antequàm aliquid fieret à principio: licet & in fine ſæculi ſegregandi ſint, quandò oues non ſolùm ſtatuentur à dextris, & hœdi à ſiniſtris, ſed quandò aſſumentur illi, ad poſſidendum regnum, & eijcientur iſti, in profundum tartarum: nihilominus dum hic agimus, diuina prouidentia factum eſt, vt in area triticum admiſceatur paleæ, & in ſagena ſint omnis generis piſces. Quarè non immeritò electis eſt continue ſatagendum, vt vita & moribus dum hic ſunt, ſegregentur à reprobis: & quemadmodum monet apoſtolus, ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, ità ab eiuſmodi declinent, vt nec cibum ſumant cum eo. Tam etſi Paſtoribus, quibus commiſſum eſt CHRISTI gregem attendere, æquum ſit nullum peccatorem negligere: immò errabundas oues ad paſcua ſolicitè reuocare, & cum opus eſt, etiam ſuper humeros illas aſſumere.

Electi multis modis ſegregantur a reprobis.

Eccle. 1. Epheſ. 1. F Matt. 25. Matt. 13. 1. Cor. 5. Ezec. 38.

Enarratio ſecundæ partis inſcriptionis.

Quod ante promiſerat. Volens Apoſtolus, crediti ſibi muneris ſummã, perſtringere: Primum aſſerit ſeſe in illud Dei euangelium ſegregatum, quod longè ante ab illo non modò extitit conſtitutum, ſed & pluries repromiſſum. Siquidem præſcius Deus lapſus generationis humanæ, & ob id, ſelecti ſibi regni, ac vnice dilecti peculij incredibili ergà nos dilectione, non modo, conſilium ab æterno noſtræ reparationis iniuit, ſed & reparationem, immò in longe meliorem ſortẽ, euectionem decreuit. Et quidem non ſine Seruatoris conſenſu, immo non ſine illius impulſu, ac extimulatione, vt aliàs apoſtolus docet. Nec modo decreuit, ſed opportunis tẽporibus inuulgauit: immo & ſe palàm, illam præſtiturum, cum promiſſione, tum iureiurando aſtrinxit. Vt tandem homines, tanto audito euangelio, oculos eleuarent ad lucem, & in fide futuræ reparationis per CHRISTVM: ardentius proficiſcerentur ad eum.

G

Decretum reparationis humanæ, tẽporibus reuelatũ opportunis. & quib.

Ephe. 1. Act. 26.

Per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis. Non dubitat Paulus, noſtræ reparationis euangelium, ab Angelis non ignoratum, tam etſi ante exhibitionem, illis penitus non ſit detectum: nec excludit ab illis homines aliquando edoctos, ac multis myſterijs impartitos, ſed ſat ducit oracula prophetarum: non quidem Baal, aut cuiuſuis falſi numinis, ſed Dei veri, per quos olim patribus multiparie multiſque modis eloquutus eſt. Sat inquam, ducit præconia prophetarũ; at non oretenus facta, ſed literis commiſſa. Non quia illa contemnat (ſiquidem tum non humana voluntate allata ſit aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſint ſancti Dei homines & prophetæ, palàm ꝙ illorum non ſunt oracula contemnenda, ſed exoſculanda) ſed quia cum ijs, ad quos illi loquuti non ſunt, ſermonem habet. Quare & eas decuit prophetarum aſſertiones afferre, quæ illis poterant eſſe præ oculis: Quæ quidem tam etſi crebræ ſunt, vt paſſim in ſcripturis occurrant: cum & à Prothoplaſte, qui (teſte Paulo) non modo de CHRISTO dèque Eccleſia eius, inſigniter prophetauit, ſed & typum exactiſſimum geſſit, vſque ad Ioannem, in quo omnia, quæ de primo CHRISTI aduentu extabant oracula, ſunt abſoluta, quotquot fuere prophetæ, omnes prophetauerunt de eo, quemadmodum & Petrus apoſtolus docet. Vnde & Dominus, nõ ſolum quæcunque ad illius mortem & reſurrectionem pertinent (quibus primi aduentus myſteria conſummantur) in lege, pſalmis, & prophetis, non ſemel tradidit ampliter contineri, ſed & aliquando cum nonnullis ex diſcipulis, Emauntem progrediens, ex ordine dignatus eſt, quæ de illo ſcripta fuerant, interpretari.

H

Heb. 1. 2. Pet. 1. Eph. 5. Mat. 11. Luc. 16. Acto. 10. Luc. 24.

Quod

A Quod autem addidit, ſanctis, conſtantiæ atteſtatur promiſsionis, quandòquidem ſi promiſsio
Pſal. 115. in ſcripturis extaret profanis, cum illæ proficiſcantur ab hominibus, qui ſunt natura mendaces,
non immeritò poſſent haberi ſuſpectæ. At diuinæ ſcripturæ, cum ab ore effluant veritatis, & per — Diſcrimẽ ſcripturę ſan... & profan...
Pſal. 18. prophetas veritatis deferantur ad nos, nequeunt omnis erroris, omniſque ſuſpitionis, non eſſe
Mat. 24. expertes (ſiquidem lex Domini immaculata) nequeunt non eſſe irrefragabiles (nàm prius cœlũ
& 5. & terra tranſibunt, quàm iotha vnum, aut vnus apex, cadat ex lege) prætèr id, quod ſunt conſecra
pſal. 18. tæ Deo, vtpotè illius fideliſsima teſtimonia, in quibus & eius bonitas miro modo relucet.

De filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum IESV CHRISTI *Domini noſtri.*

Euangelium Paulo creditum, totum eſt de filio Dei, CHRISTO IESV Domino noſtro, (in
auſerendi, & non gignendi caſu, reddenda ſunt vltima verba) Et licet euangelium, de quo ſer-
mo, plurima cõplectatur myſteria, ſumma tamen in hoc, ab apoſtolo cõſtituitur: ꝙ CHRISTVS
Gal. 4. IESVS, temporis adueniente plenitudine, factus eſt non ſolùm diuina diſpenſatione, ſed delibe
rato Trinitatis conſilio, filius Adæ, hoc eſt, hominis, ut appellare ſolet ſeſe, & per hoc ærumnis
B humanis obnoxius: propter quod factus eſt, ex ſemine Dauid ſecundum carnem, hoc eſt, com-
Hebr. 2. municando carnis noſtræ miſerijs, quemadmodum excepto peccato, communicauerunt & pue-
ri, quos ſibi dederat Deus, vt qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno ſint omnes.

Qui tamen CHRISTVS IESVS, prædeſtinatus eſt, non modo ab æterno, ſed & ante decre-
tum permiſsionis, lapſus humani, filius Dei: tam etſi non in carne mortali, ſed in virtute, hoc — Chriſt⁹ quo pacto prędeſtinatus.
1. Cor. 15. eſt, perennitate vitæ indiſſolubilis, ſecundum ſpiritum ſanctitatis, quippe qui non ſolum futurus
erat in ſpiritum viuificantem, ſed & ſanctificantem. Et, vt vno verbo dicam, in eo ſtatu, in quem
translatus eſt, ex reſurrectione à mortuis, & ſedet ad dexteram Dei. Hic, meo iudicio, eſt ſenſus
apoſtoli. Et licet ad Epheſios, vbi hæc fuſiſsimè pertractauimus, nonnulla ſimus ſecus interpre-
tati: hæc tamen, quæ & tunc non omiſimus, immò & latiùs patefecimus, ſimpliciter, ſi non ſal-
lor, retinenda ſunt.

Obſeruationes huius partis.

Obſeruandum ex particula. (Quod ante promiſerat per prophetas ſuos, in ſcripturis ſanctis)
quanti pendendum ſit euangelium iàm exhibitum: ſi vt maximi penderetur, non modò a mun
C di exordio hominibus eſt patefactum, ſed & tot teſtibus repetitum, & tàm crebro priſcorum ſæ-
culis inculcatum. Et probe quidem, cum & aliud nomen nobis ſub cœlo datum non ſit, in quo
Acto. 4. (vt inquit Petrus) valeat quis ſaluari. Ergò ſi omnia quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcri-
Rom. 15. pta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus: ſi omnis ſcriptura
2. Thim. 3. diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, vt integer ſit homo
Rom. 1. Dei, ad omne opus bonum inſtructus: maxime tamen, tùm ſcripta, tùm reuelata ſunt, quæ euan-
gelium CHRISTI, vel pollicentur, vel exhibitum atteſtantur: cum & vnicè virtus Dei ſit, in ſa
Ioſue. 1. lutem omni credenti, vt Paulus ſuo loco dicet. Quare ſi ritè à Deo dictum eſt Ioſue, ne recede-
ret volumen legis à corde, non ab ore, ſed ꝙ meditaretur in eo, die noctùque, & faceret omnia,
Colo. 1. quæ ſcripta eſſent in eo: meritiſsime plane & à Paulo dictum eſt cuicunque fideli, vt Dei verbũ,
& 3. & intelligit euangelium, non ſolùm habitet ſemper in eis, ſed vt habitet in omni ſapientia & in-
Eph 2. tellectu: vt & hoc pacto ambulent digne Deo, illique ſemper & placentes & fructificantes, tum
in omni ſcientia Dei, & CHRISTI IESV, tùm in omni opere bono, quæ præparauit vt am-
bulemus in eis.

D Obſeruandum ex particula (Qui factus eſt ei, ex ſemine Dauid, ſecundùm carnem, qui præ-
deſtinatus eſt filius Dei in virtute) quanto iure, exemplo capitis, deceat nos eius membra deij- — Quantũ deceat nos, exẽplo chriſti deijcere.
cere, ac pro comembrorum ſalute, ſi quid in nobis inueniretur commodi, ſiquid præſtantiæ &
Phil. 2. excellentiæ, floccipenderè, immò à nobis prorſus abijcere. Siquidem vnigenitus æterni patris,
qui non rapina erat in forma Dei, ſicut rapina in illa videbatur Sathanas, qui vti Deus, coli præ-
ſumebat in mundo, ſed in ea erat ſuaptè natura, vt qui genitus erat Deus, ex Deo: nec rapina
apud Deum erat in forma hominis, & ea quidem non fragili, nec morti expoſita, ſed glorioſa &
vitæ perennis, ſicut in qua reſurrexit à mortuis, ſed irreuocabili prædeſtinatione Trinitatis: nõ
modò vt repararemur, ſed vt in opulentiorem ſortem transferremur, voluntariè exinaniuit ſe-
Pſal. 21. ſe, & forma ſerui ſuſcepta, non ſolùm habitu factus eſt paſſibilis homo, ſed opprobrium homi-
Eſai. 53. num: vir dolorum, & contritus in infirmitate: quonàm pacto detrectabimus nos, ſi ſumus eius

membra

E Galat. 5. Roma. 8. 1. Ioan. 2. Rom. 5. Ephe. 5. Rom. 8.

membra, ſi illum induimus in baptiſmo, ſi ſumus prædeſtinati vt conformes ſimus imaginis eius, ambulare quemadmodum CHRISTVS ambulauit, aut ſicut ille, & poſuit, & tradidit animam ſuam pro ſeruis, immò & pro hoſtibus & nos, & ponere, & tradere, vt poſſumus, animam noſtram, pro fratribus & commembris? Iure quidem, ſi lubet nos regnare cum CHRISTO, neceſſe eſt, vt & patiamur cum eo, & ſi reſurgere, & in gloria cupimus configurari cum capite, neceſſe eſt, vt nos deijciamus cum illo, dum agimus in hoc peregrinationis corpore.

Enarratio Tertiæ Partis inſcriptionis præmiſſæ.

Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum. Poſſunt hæc, ad omnem fidelem extendi, tam etſi ex Pauli, ni fallor, intentione ad illum & reliquos ſuæ claſſis apoſtolos, debeant coarctari. Si ad omnes extendimus palàm quod gratiam attinet, fidelium vnumquemque, gratificam quidem, ſaltem cum initiatur per CHRISTVM, accipere: immò cum in baptiſmo, illi non ſolùm inſeratur vt palmes, & alligetur vt membrum, ſed illum induatur, immò & in illũ mirificè transformetur vt indubiè dici poſſit CHRISTO commortuus, cor ac reſuſcitatus: haud obſcurum illam non ſolùm per CHRISTVM accipere, ſed vbertim illa perfundi ac locupletari.

F

Quod verò ad munus pertinet apoſtolatus, etiam nemini eſt nõ conſtans, non modò illo, ſed & cuius volueris functionis dono, omnes quodammodò impartiri: non quia ſinguli ſint Apoſtoli aut ſinguli Euangeliſtæ: non quia omnes prophetæ, paſtores, & doctores, ſed quia omnia in illorum inſtituta ſunt frugem, cũ omnia inſtituta ſint in ædificationem CHRISTI corporis, vt verè quidem teſtari poſsit apoſtolus, omnia fore fidelium, ſiue Paulus, ſiue Cephas ſiue mundus. Præter id, quòd ſi CHRISTI corpus, oẽs fideles complectitur, & ſi quæ ſunt in corpore, a membris omnibus participantur: indubie & munus apoſtolatus, & cuiuſuis alterius miniſterij, cum in corpore ſit, totius Eccleſiæ, nec obſcura, nec inualida ratione, in quæuis membra miro pacto redundat: idque non niſi & propinante, & communicante CHRISTO IESV, cum ex illo veluti ex apoſtolorum Apoſtolo, ac prophetarum Propheta, proxime quoduis donum diſtillet, & ſicut à capite in corpus & ad mẽbra, pro ſingulorum ratione dimanet. Verum ſi ad Apoſtolos iſta reſtringimus, conſtat pariter, illos non ſolum gratiam & apoſtolatum, recepiſſe per CHRISTVM, ſed ùtraque tum inſigniter, tum vberrime recepiſſe per eum. Et de gratia quidẽ liquet, cum non modò donati ſint primitijs ſpiritus, ſed & ſpiritu ſancto repleti: immò coùſque obruti, vt non ſecus ac riuuli proximi viuaciſsimo ac effluctuſsimo fonti, immò & ampli canales immenſo gratiarum oceano, paſsim exundarent, & perinde ac ampliſsima flumina, ad nos etiam vſq;, eorum è viſceribus chariſmata ſpiritus, ſe profunderent, ac totam Eccleſiam irrigarent.

Gratię gratis datę, frugi cedunt totius Eccleſię. & qũo cuilibet fideli cõmunes.

Eph. 4. 1. Cor. 3. Rom. 8. Ioan. 6.

G

Amplius: non ſolum munere donati ſunt apoſtolico, ſed illo, vt verbo vtar Pauli, ſuprà modum donati ſunt. Nec quidem mirum, cum eo non ſint donati per homines, velut Dionyſius, qui apoſtolus dictus eſt Galliarum, & Epaphroditus qui apoſtolus vocatus eſt Philippẽſium, ſed proxime ſunt donati per CHRISTVM: Quippe qui & Paulum per ſeſe, vt diximus, apoſtolum fecit ac gentibus delegauit, & reliquos eiuſdem claſsis, pariter per ſeſe non modò eodem titulo inſigniuit, ſed vt & quòuis proficiſcerentur, præcepit: ac vt paſsim euangelizantes, & eo pacto populos, vnam in Eccleſiam colligentes, tandem fideles omnes, ipſi non ſecus ac grandiores lapides, veluti ſundamenta reciperent, ac ſuſtinerent.

2. Cor. 8. Philip. 2. Acto. 9. Mat. 28. Eph. 2.

Ad obediendum, ſiue obedientiam, *fidei, in omnibus gentibus*. En proximus functionis apoſtolicæ finis, vt ſcilicet obediatur fidei: non quidem ab omnibus gentibus, quoniam etſi quantum eſt ex parte diuinæ liberalitatis, fides omnibus eſt expoſita; etſi apoſtolico miniſterio omnibus inculcata, cum Deus omnes velit ſaluari, & ad veritatis agnitionem deduci, quin & ad nuptias non ſolum fidei, ſed & cœleſtis hæreditatis admitti, immò & compelli, tum ſcripturarum tonitruis, & prodigiorum corruſcationibus, tum atteſtationibus martyrum, angelorum obſequijs, ſtudio ac cura miniſtrorum Eccleſiæ, & potiſsimum motionibus & impulſionibus ſpiritus ſancti: non omnes tamen (reclamantibus facinoribus proprijs) fidem recipiunt, nec omnes qui recipiunt, fidei, ſicut debent, obediunt: quin & poſtquàm manum miſerunt ad aratrum, non pauci ſunt, qui reſpiciunt retrò, & non ſecus ac canes, reuertuntur ad vomitum.

1. Thim. 2. H Matt. 22. Luc. 14.

Quibus modis compellamur ad fidẽ.

Luc. 6. 2. Petr. 2.

Ergò finis proximus apoſtolici miniſterij, non eſt, vt obedientia fidei, ab omnibus præſtetur gentibus, ſed vt præſtetur in omnibus gentibus, hoc eſt, in qua volueris natione: quãdoquidem apud Deum, Barbarus non eſt diſtinctus à Scytha, nec reſpectus eſt alicuius perſonæ: ſed in omni gente, qui facit veritatẽ, & operatur iuſtitiam, hic acceptus eſt ei, quemadmodum & princeps

Coloſſ. 3. Rom. 1.

apoſtolorum

Acto.10. Eſa.43. Acto.13. Ibidem. A apoſtolorum docet. Vnde & ex omni mundi parte colliguntur electi, & ad vitam æternam præordinati, qui paſſim euangelio reſonante credunt ad prædicationem Eccleſiæ, ſicut & factum eſt Antiochiæ ad prædicationem Pauli.

Acto.13. Et quanquam Iſraelitarum, hoc in loco, non meminit, non tamen exiſtimandum eſt, quòd à fidei obedientia, ſint excluſi, cum & illis primum euangelium oportuerit prędicari, & iàm nonnulli ex illis fidei obedierint: quin & in Eccleſia, ſicut ad conſummationem ſanctorum da Eph.4. ti ſunt à Deo paſtores & doctores, ita & apoſtoli & euangeliſtæ, donec occurrant omnes, in vni Rom.15. tatem fidei, & agnitionis filij Dei: & certum eſt, ꝙ cum gentium introierit plenitudo, omnis qui relictus fuerit ex Iſrael, ſaluus erit: ſed apoſtolatus ideò ad obediendũ fidei, in omnibus na- Eph 2. Heb.12. tionibus dicitur ordinari, vt percipiatur gentes poſt CHRISTI mortem, non fore teſtamentorum hoſpites, ſed illorum euaſiſſe participes: immò & in primogenitorum cętum commigraſſe, ac illis in longe maiori numero potituras fuiſſe: quandoquidem & parum fuerat, CHRISTVM Eſai.49. mori ad ſuſcitandas ſolum tribus Iacob, & conuertendas feces ex Iſrael, quemadmodum & oraculum docuit. Conſiſtit autem, prout & capio, fidei obedientia, maximè in duobus: Et alterum 2.Cor.10. B eſt, ea captiuatio intellectus, de qua aliquando apoſtolus, in captiuitatem omnem redigẽtes in- Ephe.2. tellectum in obſequium CHRISTI: reliquum autem ea eſt inculpatio vitæ, quæ decet cõciues ſanctorum & domeſticos Dei, immo & eius chariſsimos filios, quandò per fidem CHRISTI, filij efficimur Dei. Siquidem cum in fide CHRISTI multa ſint, quæ captum intellectus excedũt, quibus tamen non modò neceſſe eſt adhærere, ſed adherere conſtanter, & eouſque conſtanter, vt nulli rei adhæreatur conſtantius. haud dubium ꝙ inſigni opus erit ſubiectione. Obedientia fidei, max͞ mè i duobu conſiſtit.

S.Tho.2.2. Et licet, nonnihil ad hoc valeat, efficacia voluntatis, propter quod & fides à Theologis, in ea parte ponitur intellectus, qua natus eſt moueri à voluntate, nihilominus niſi deſuper munus accedat, inualidè niteretur voluntas: propterea quòd etſi fortè ſub ipſius impetu, minus intellectus obſiſtit, illique quaſi coactus obſequitur, id tamen ad plenam CHRISTI fidem non ſufficit. quandoquidem non ſolum fideli credendum eſt conſtanter, ſed libenter, immò & magna Sap.7. cum ſuauitate. Quare Dei munus accedens, etſi tropicè intellectum dicitur captiuare, eo ꝙ ad credendum, & CHRISTO ex animo obſequendum alligat & aſtringit: id tñ non fit aliqua violentia, ſed mira ac ſuauiſsima operatione: & maxime cum munus eſt viuum, & igne charitatis ſuccenſum. Siquidem intellectus tali ſub munere conſtitutus, non modo liberè ſpontèq;, his quę C fidei ſunt ſubſcribit, ſed ità ſubſcribit, vt à ſubſcriptis nihil ſe dimouere permittat.

S.Tho.2.2. Amplius. Cum obedientia, ea pars ſit iuſtitiæ, quæ ſuperiorem attendit, eòque reſpiciens, vt quod iuſſerit exequutioni tradat, conſtat quòd obediens fidei, primum neceſſe eſt vt illam verè, vti ſuperiorem ſuſcipiat, & per hoc, vt & de his, quæ ad fidem pertinent, ſua pro facultate mini- Rom.12. Eccle 3. Iac 2. Galat.5. mè ponderare præſumat: optimè perſuaſus ꝙ ſapiendum non eſt, pluſquam ſapiendum eſt, & ꝙ nefas eſt, altiora ſe quærere, ac proprio captu iudicare: deinde vt quæ præcipit nõ ſecus ac ſacroſancta ſuſcipiens, in illis exhibendis omnes neruos expendat. Præter id, ꝙ CHRISTI fides, non modo eſt bonorum operum ferax, ſed ardenti ſtudio per charitatem operans: quin & omni pro virili, legem dilectionis adimplens. Ergo obedientia fidei non ſolum habet credendis ſubſcribere, ſed & chriſtianæ religionis opera adimplere.

Pro nomine eius. Quod poteſt duobus modis intelligi: Altero, vt idem ſit, ꝙ pro gloria CHRISTI, & hoc pacto expreſſus eſt finis, tum proximus reſpectu obedientiæ fidei, tum poſtremus Heb.12. reſpectu functionis apoſtolicæ (ſiquidem CHRISTVS non ſolum eſt apoſtolus ſuper apoſtolos, ſed fidei & confeſsionis noſtræ, author & conſummator, Reliquo, vt idem ſit, quod loco CHRI- 2.Cor.5. & 13. STI, & inſinuatur per hoc, ꝙ ad obediendum fidei, apoſtoli vrgere debent gentes, non in perſonis ac viribus proprijs, ſed in perſona ac virtute CHRISTI IESV, qui euangelizabatur, ac D per hoc vrgebat gentes in eis. Apoſtoli quo pacto pro Chriſto, ſuo fungerentur munere.

Mat.15. Roma.14. Et licet CHRISTVS, cum primo in mundum introductus fuit à Patre (quod factum eſt cum ſecundum carnem, ortus fuit ex Dauide, & miſſus ſolum eſt ad oues, quæ perierant ex Iſrael: & miniſter factus circuncisionis, vt promiſsiones confirmarentur patrum, & prætextum perfidi, ſi illi non crederent, non inuenirent) non ſolum per ſeſe gentibus non euangelizauit, Matt.10. ſed nec ad morte vſq;, illis diſcipulos paſſus eſt euãgelizare: nihilominus cum iterum in mundũ introductus eſt ab eodem, hoc eſt, cum Patri ſecundum ſpiritum renatus fuit ex mortuis, quem- Heb.1. Acto.13. Pſal.2. Eph 4. Matt.28. admodũ tunc gentes poſtulauit, & illas in hæreditatẽ accepit, ita & eo tẽpore veniens, pacẽ euangelizauit, non ſolum his qui erant prope, ſed & his qui erant longe. Vnde & miſsis quouis terrarũ apoſtolis, per illos nõ ſolũ gẽtibus prędicauit, ſed & multos, oĩ ex natione, militię ſuę aſcripſit.

P Ergo

E Ergò non mirum, ſi vox apoſtolica, vox extitit inſuperabilis poteſtatis, & incredibilis energię: nec immeritò, ſi remiſsibilius erit Sodomę & Gomorrę in die iudicij, quàm ijs, qui non auſcultarunt apoſtolis, aut illos noluerunt recipere. Mat. 11. Luc. 10.

In quibus, ſeu ſi mauis, inter quas, *eſtis & vos vocati* IESV CHRISTI. Non eſt ſermo de vocatione, ſed de vocationis munere ac beneficio, vndè & vocati, hoc in loco non eſt participium, ſed nomen: & intendit, iudicio meo, non de vocationis beneficio, cuiuis nationum communi, ſed de peculiari, imò & inſigni, quemadmodum. & CHRISTVS ad vocandum eos, apoſtolorum inſignium, Petri in quam & Pauli, vſus eſt miniſterio. Et pręter id, quòd copula interiecta emphaſim habet, vrgetq; vt aliquid in vocationis eorum munere ponderemus, palàm eſt ex particula, IESV CHRISTI, ſubiuncta, ꝙ munus hoc nequit non eſſe excellens.

Vocatio Roma. inſignis.

Etſi caſus gignendi, pro caſu ſumitur auferendi, haud eſt obſcurum, quod dicimus: quandòquidem à CHRISTO IESV proficiſci non poteſt, niſi munus præclarum, & maximè per miniſtros præcipuos, & eò quidem loci, quem ſibi in primam ſedem delegerat, conſtitueratque. Si verò gignendi caſus, in ſeipſo relinquitur, nihilòminus habetur intentum: propterea ꝙ etſi in vniuerſum, munus vocationis, munus eſt CHRISTI, non ſolum quia CHRISTVS illa ſapientia eſt, quæ tum intus pulſat ad oſtium cordis, tum foris in plateis clamitat ciuitatis, non ſolum quia eouſque vocandi eſt addictus officio, quòd vnicè vocantis nomen accepit: ſed quia vocationes inſignes (vt quæ proprię ſunt electis, quarùmque non pœnitet Deum, cum ſint tantum membrorum ſuorum, quæ non modò ſibi pro voluntate delegit, ſed illis miro pacto repleri, ac perfici ſtatuit) haud dubium, vocationes ſunt CHRISTI IESV, ſicut & eorum reliqua priuilegia. Et cum CHRISTO nihil congruat, quod maxime non ſit præſtans, liquet ꝙ illæ vocationes non poterunt eſſe obſcuræ, ſed erunt præclaræ, ac peregregiæ.

F Apoc. 3. Proue. 2. Rom. 9. Roma. 11. Epheſ. 1.

Obſeruationes huius partis.

Obſeruandum ex particula, (ad obediendum fidei.) Quòd ſi in populo Iſrael, irritam feciſſet aliquis legem Moyſi, quæ nec vmbram, & quidem tenuem, futurorum præferebat bonorum, vnde nec viuificabat, nec aliquid ad perfectum adducebat, ſine miſeratione ſub duobus aut tribus moriebatur teſtibus, quànto magis exiſtimandnm eſt nos, qui profeſſi ſumus militiã CHRISTI, deterioribus afficiendos eſſe ſupplicijs, ſi quis noſtrum irritam fecerit legem fidei, quę non gerit cœleſtium vmbram, ſed claram imaginem, noſque vitæ reſtituit, ad perfectionem trãsfert, & primitijs æternæ fœlicitatis potiri concedit? Ergo profeſſionis noſtræ memores, non ſolum fidei obediamus in omnibus, ſed obediamus ex animo, vt veluti obedientiæ filij, perfecte ſperare poſſimus in eam, quæ nobis offertur gratiam, in reuelatione CHRISTI IESV.

Heb. 12. & 1. & 7. Gal. 3.

Quã acriter plectẽdi, qui apoſtatarũt à Chriſto.

G Rom. 8. Eph. 2. 1. Pet. 1.

Obſeruandum ex particula, (vocati eſtis, IESV CHRISTI.) Quòd ſi nullus, ſicut & par eſt, muneris vocationis CHRISTI ſit particeps, vt quidem ſtertat, aut diſſoluatur ocio, ſed vt ſtrenue ſuo inſeruiens muneri, omni pro virili contendat ad brauium vocationis æternæ, ſicut apoſtolus monet; profecto & nos maxime niti opus eſt, quia non ſolũ de peccatorum tenebris vocati ſumus, in Dei admirabile lumen, ſed cum non eſſemus populus eius, vocauit vt ſimus populus eius, cum non eſſemus dilecti, aut miſericordiam conſequuti vocauit nõ ſecus ac dilectos, ac miſericordiam cõſequutos, imò & cum eſſemus ſine promiſſione, in filios tranſtulit promiſſionis, & hæredes ſupernæ fœlicitatis, vt primum vocationem noſtram certam reddamus operibus bonis, deindè vt exemplo capitis, cum ſimus membra de membro, cum patientia huius peregrinationis perferamus anguſtias, vt tandem & benedictionem cœleſtis patris, perpetua poſſideamus hæreditate, ad quam ſumus vocati cum illo.

Tota virili ad brauiũ cõtẽdendũ eſt.

Philip. 3. 1. Petr. 2. Roma. 9. Ephe. 2. 2. Pet. 1. 1. Cor. 12. 2. Pet. 3.

H

Enarratio poſtremę partis inſcriptionis.

Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis. Ergò ſcribit nedum Romanis, ſed & Romæ quouis modò degentibus, dummodò ſint Dei dilecti, vocati, & ſancti. Quòd ſi intelligis ex parte Dei, dilectio, vocatio, & ſanctificatio erunt non ſolum æternæ, ſed electioni, ac prædeſtinationi connexæ, immo parum ab illis diſtinctæ: propterea quòd ſicut æquum eſt, vt ij fauores, fulgeant illuſtrius in prædeſtinatis, quippe qui illis potiuntur abſolute, quàm in reprobis, qui illis ſolum potiuntur ad tempus, ità & æquum eſt, vt & Paulus eorum maxime ſalutem ardeat, ſicut & pro illis, vt docet alibi, omnia lubentiſsimè ſuſtinet: & per hoc etiam æquum eſt, vt & illis potiſsimum hanc epiſtolam edat dirigatque. Ergò & de dilectione, vocatione & ſanctificatione inſignibus, hic ſermo eſt, quibus & Deus vtitur ergà filios, &

2. Thim. 2.

A membra CHRISTI IESV. Et hoc pacto, particula, Dei, in vi ſumitur genitiui, exprimitque ad illos apoſtolum loqui, quibus Dei dilectione, vocatione & ſanctificatione nō ſolum fauetur, ſed ampliter ſubuenitur. Si verò intelligis ex parte noſtri, dilectio, vocatio & ſanctificatio munera ſunt, quibus homines & præſertim electi, tempore definito afficiuntur à Deo: quæ ſine controuerſia, nequeunt non eſſe eximia, cum nec ſecus deceat, tùm munificentiam cœleſtis Patris, tùm præſtantiam filiorum Dei, immò & membra, vt diximus, primogeniti ſui, in quo nunquàm non ſibi benè complacuit. Et hoc pacto, particula, Dei, in vi ſumitur ablatiui, denotatq; quòd inſigni beneficio, tùm dilectionis, tùm vocationis & ſanctitatis, ſunt donati ab eo. Et ſi cet materialis Roma foret præclariſsima ciuitas, licet & ſedes adhuc temporalis haberetur imperij, non ſecus ac caput & domina totius mundi: Roma tamen ſpiritualis facta, hoc eſt, in Eccleſiam CHRISTI euecta, ac in ſedem Pontificis maximi, ſupremique vicarij Imperatoris omnium definita, & in caput totius chriſtiani populi exaltata, proculdubio reddita eſt longè præſtantior, longèque illuſtrior; quam & apoſtolus hic præ oculis habet, & in ea degentibus ſcribit. Ergò & quæ in hac epiſtola tradit, non modo omnibus ſunt communicanda fidelibus, ſed omnibus ſunt ex intentione edità: & in Romæ exiſtentibus, omnibus deſtinata. *Gratia nobis & pax, à Deo patre noſtro, & Domino* IESV CHRISTO. B Apoſtolicæ ſalutationis forma; ſed Epheſijs enarrata, & ſatis ſuperq; diſcuſſa.

Eximia tum dilectio, tum vocatio electorum dei.

Luc. 3.

Obſeruationes huius partis.

Obſeruandùm ex particula (dilectis Dei, vocatis ſanctis) quòd & ſi non dedecet CHRISTI membra, religioſis mutuò honeſtare ſe titulis, tùm in gloriam & honorem ſui capitis, tùm in ſtimulum ſuauioris & ardentioris obſequij inter ſe, decet tamen maxime, in dies talia ſe præſtare, vt illis ſe non reddant indigna, vt & tandem, dum hic quidem, non ſecus ac vaſa gloriæ, & animam & corpus, omni cum honeſtate ſatagunt poſsidere: cœleſtibus mereantur gloria & honore, à Deo & CHRISTO IESV perenniter coronari.

Præfatio duplici portione diſſecta.

Primum quidem gratias ago Deo meo, per IESVM CHRISTVM, *pro omnibus uobis, quòd fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo, teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in euangelio filij eius, quòd ſine intermiſſione, memoriam veſtri facio ſemper, in orationibus meis: obſecrans ſi quo modo, tandem, aliquãdo* C *proſperum iter habeam, in voluntate Dei, veniendi ad uos. Deſidero enim videre uos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandum vos, id eſt, ſimul conſolari in vobis per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram, atque meam.*

Pria portio.

Nolo autem uos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui venire ad uos, & prohibitus ſum vſque adhuc, vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in cæteris gentibus. Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum: ita quod in me promptum eſt, & vobis, qui Romæ eſtis euangelizare. Non enim erubeſco euangelium: Virtus enim Dei eſt in ſalutem, omni credenti, Iudæo primùm, & Græco: Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur, ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt. Iuſtus ex fide uiuit.

Secunda portio.

Abac. 2.

Summa & intentio Textus præſcripti.

Cum Paulus, eò temporis, non ſolum Romæ non euangelizaſſet, ſed nec Romam forte vidiſſet; mirum non eſt, ſi non ea familiaritate ſcribit Romæ degentibus, qua ſolet ijs, cũ quibus eſt diuerſatus, vel quos CHRISTO per euangelium eſt adeptus, ergò & prudenti conſilio, poſt inſcriptionem, ſubijcit & præfationẽ: vt & validius beneuolentiam captet, & frugalius ad D ea quæ ſuggerit, attentiores reddat. Et primum quidem priori efficit ſectione, dum non ſimplici argumento, non vulgarem ergà illos oſtendit affectum: ſecundũ verò præſtat, in ſectione, quę ſupereſt, dũ onus ſibi creditũ tangit, & negociũ quod tractat tãti exprimit fore momẽti, vt ex illo pẽdeat omniũ ſalus. De quibus omnibus, paucis interpoſitis, nõ nihil ꝓgemus attingere.

Digreſſio. Per quos primùm euangelizatum eſt Romæ. Quando illò Petrus acceſſit, cathedram pontificiam fixit, & quot annis in illa permanſit.

Epheſ. 2.
Philip. 1.

Etſi quæſtio, prima facie, quo organo, quauè occaſione, quis initietur in fide, haud magni videtur eſſe momenti orthodoxorum nemine detrectãte, quòd fides eſt donum Dei, & CHRISTI IESV, qui & quando volunt, & quo modo volunt, & per quos volunt, opportunis tamen modo & tempore, & maxima cum ſapientia & ſuauitate (quippè qui operantes oĩa, in numero

pondere & menſura, & attingentes à fine vſque ad finem fortiter, vniuerſa diſponunt ſuaui- E
ter) cum expedit quidem, de tenebris lumen iubent ſplendeſcere in cordibus noſtris, & ele-
ctorum maximè, quorum vt non ſemel ſcriptura docet, fides peculiare munus eſt: ad illumina- 2.Cor.4.
tionem ſcientiæ gloriæ ſuæ, compartientes illam vnicuique ac commenſurantes pro qualitate Ephe.1.
membri, & officio vocationis propriæ, ad quod electi & prædeſtinati ſunt ab initio, ſecundum &.4.
beneplacitum voluntatis patris, & interuentionem CHRISTI IESV: Et ſi fortè non videtur 1.Cor.1.
præſtare, vt glorietur quis in hominibus, aut poſſit iactare ſeſe, ego quidem ſum Pauli, ego
autem Apollo, ego verò Cephæ, ne CHRISTVS cenſeatur diuiſus, quemadmodum & apo-
ſtolus admonet; nihilominus ſiquis attendat quòd patribus non mediocri curæ ſunt filij, quòd-
que ſua intereſt ſolicitari pro eis, illis congregare, & omni pro virili proſpicere, nec non &
retineat CHRISTI præcones, quorum opera regeneramur in eo, à nobis parentum loco co- 2.Cor.12.
lendos, habendoſque, indubiè animaduertere poteſt, & per quos euangelium ſalutis imbibi-
mus, non ſolum non eſſe contemnendos, ſed obſeruandos, ac non immeritò ſuſpiciendos. Vn
dè & non temere, ſed prouidè factum eſt, vt diſtributo apoſtolico cætu, ſinguli certis deputa-
rentur prouincijs, non ea tantùm ratione, vt vniuerſum celerius euangelio irrigarent, ſed &
ea quoque vt peculiares populi, peculiaribus illuſtrati patronis, frugalius diuinis initiaren- F
tur ſacramentis, & fœlicius cœleſtibus perfunderentur cornucopijs. Ergò ſi non fruſtra glo-
riabatur apoſtolus, ab Ieruſalem ad Illyricum, repleuiſſe ſeſe euangelium Dei: & ſi proui- Rom.15.
de inculcabat Corinthijs, quòd licet pedagogorum decem millia habuiſſent in CHRISTO,
non multos tamen habuerant patres, ſed illos ipſe in CHRISTO per euangelium genuerat
haud obſcurum quòd nec fruſtra, nec temere poterant eorundem locorum gloriari fideles,
pro tam inſigni Doctore, Patre, & Apoſtolo: cuius & auſpicijs nihil eſſet diuini fauoris, quod
ſibi à Deo polliceri non poſſent. Ergò rem quidem inanem non agimus, ſi & à quibus Roma
euangelium edocta ſit, perpaucis illuſtrare tentemus.

Siquando gloriãdũ eſt in hominibus & quo pacto.

Primùm igitur exploratiſsimum eſſe debet, Euſebio, ac Tertulliano teſtantibus, haud lon-
ge à tempore, quo paſſus eſt CHRISTVS, Pilatum per literas certiorem reddidiſſe Tiberium: In chronicis.
tùm de CHRISTO, tùm de chriſtianorum dogmate: Exploratiſsimum & Cæſarem, non ſo- In Apologetico.ca.5
lùm quod acceperat retuliſſe ſenatui, ſed & prærogatiuam attuliſſe ſuffragij, vt CHRISTVS
Romæ conſecraretur Deus. Et licet ſenatus rem non probauerit ſed reſpuerit, Cæſar tamen in
ſententia manſit, & vt potuit, rem promouit: propter quod non ſolum credentibus annuit, ſed
& eorum accuſatoribus periculum comminatus eſt. Rurſum, & cõpertiſsimum eſt, quòd in die G
Penthecoſtes, quo apoſtoli illapſu ſpiritus ſancti, adeò ſpectabiles facti ſunt mundo, vt omnes Act.2.
ferè, qui erant in Ieruſalem, rei magnitudine in ſtuporem ſint verſi, inter reliquos inſignes vi-
ros, qui tunc aderant, non ſolùm ex tota Syria, ſed ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, erant &
aduenæ Romani, qui vel mox, vel non longe poſt potuerunt Romam reuerti, & palàm euan-
gelizare de CHRISTO & illa atteſtari prodigia, quæ conſpexerant, ac manibus pertractaue-
rant. Quod & eò potuit cõtingere efficacius, quò ni fallor, ex illis fuiſſe videntur, q̃ viſis ſignis
& auditis quæ concionatus eſt Petrus, opera ſpiritus ſancti non modo ad fidem ſunt excitati ac
promoti, ſed penitus perſuaſi, vt ſpontè ſubſcriberẽt CHRISTO & euangelio eius: nec quidem
mirum, cum teſtimonio Lucæ non eſſent inter murmurantes, ſed inter religioſos viros, qui Acto.2.
non ſolum fuerunt admirati, ſed in ſtuporem verſi in die Penthecoſtes, apoſtolis varij euange-
lizantibus linguis, proùt ſpiritus ſanctus ſuggerebat eis. Et forte quòd inter eos, Iunias fuit &
Andronicus, quos & Paulus iubet infrà ſaluere; qui erant & natura Iudæi, & inſignes in apoſto- Cap.16.
latu, & ante Paulum credentes in CHRISTVM. Et licet forſan non eſſent oriundi Roma, nil
tamen prohibet comites Romanis àduenis extitiſſe: quanquam nec detrecto ſiquis & ſeorſùm H
ab illis, Romam aſſerat eſſe profectos, vel eo tempore, quo ob mortem Stephani, credentibus Acto.8.
ſæua excitata eſt perſequutio, & per loca diuerſa, Eccleſia quæ Ieroſolimis aderat, eſt diſperſa,
aut alio forte, non longe poſt ab eo.

Tiberius per literas certior factus de Christo.

Tertiò, receptiſsimum eſt, & omnium hyſtoriarum conſenſu probatum, principem apoſto
lorum Petrum, anno ſecundo Claudij, Romam veniſſe, ibique Dei iuſſu vt Marcellus & Marcellus.
martyr & Pontifex teſtis eſt, ſummi Pontificis cathedram collocaſſe, ac in ea, vt Eccleſiaſtica
tradit hyſtoria, annis quinque & viginti rexiſſe, à quo & indubie Roma habuit nedum euan-
gelium perdoceri, ſed in euangelio validiſsime ſtabiliri: immò & ſtabilitam eſſe, impium ac
nefarium eſt, à quopiam dubitari. Quare & merito Eccleſia Romana, Eccleſia non ſolum
nuncupanda eſt apoſtolica, ſed vnica omnium Eccleſiarum magiſtra, immo & caput, & totius

Romana Eccleſia, merito apoſtolica & aliarum magiſtra. & Põt. Roman. pontifex vniuerſalis Eccleſię.

Eccleſiæ

A Eccleſiæ nobiliſsimum membrum, cuius & appellatione, ſine alicuius iniuria, immo ſummo & optimo iure, & frequenter, & paſsim, vniuerſalis ſignificatur Eccleſia: non ſolum eo locutionis tropo, quo dicitur, quòd tota ciuitas facit, cum præcipua illius pars aliquid facit, ſed & ea conſtantiſsima veritate, qua vnum eundemque conſtat eſſe Pontificem, & Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, penes quem non modo facultas eſt Eccleſiæ vniuerſalis, ſed & ſupra Eccleſiam vniuerſalem: propter quod & ſi Romæ reſidet, de omnibus tamen, quouis fuerint loco fidelibus, iure optimo, proprioque ex officio, abſque appellatione diſponit, quin & tanto fœdere vtraque in ſeipſo complectitur, vt vbicunque ſit, & Romanæ & vniuerſalis eccleſiæ, Pontifex ſit: Et quanquam auſi ſunt nonnulli, tùm temere, tùm impudenter, & ſuis (ſi non fallor) conſcientijs reclamantibus, an Petrus fuerit aliquando Romæ, in dubium reuocare, immo & eorũ aliqui eò ſunt vſq; progreſsi, vt illum vere nunquàm fuiſſe Romæ, præſumpſerint definire: idq; mea ſententia, non ꝙ perſuaſerint ſibi, mendacium tàm impudens, haud facile profligandum eliminandũq;, ſed vt plurima confundentes ac prophanantes, nunq̃ nouo negocio catholicos nõ vexarent, & quod maximo inſectantur odio, illiq; præ omnibus inuident, Romanum ſcilicet Pontificem Petro ſuccedere, & per hoc in ſupremum CHRISTI vicarium, & Eccleſiæ uniuerſalis caput, eadem, qua & Petrus authoritate ſubſtitui, vndiq; deducerent in diſcrimen, aut nube quouiſmodo perfunderent.
B Nihilòminus ſicut & in reliquis, quæ vbertim veriti non ſunt edere monſtris, arduum non fuit, luce orthodoxæ veritatis dolos deprehendere, ac eorũ portenta validiſsime redarguere: ità & hoc in auſu tàm prophano, magni quidem non eſt negocij, prodigioſam temeritatem explodere, ac perfrictiſsimam impudentiam prorſus eludere.

Petrum fuiſſe Romę, nõ modo omnis teſtatur antiquitas, ſed orbis vniuerſus.

Ireneus. Quòd ergo Petrus fuerit Romæ, non modo omnis teſtatur antiquitas (ſiquidẽ id Irenęus docet. 3. contrà hæreticos ca. 1. vbi habetur ꝙ Matthæus, tùm hebraice euangelium ſcripſit, cum Petrus & Paulus euangelizabant Romæ: & cap. 3. A glorioſiſsimis, inquit, apoſtolis Petro & Paulo, Romæ fundata eſt Eccleſia. Et Tertullianus. 4. aduerſus Marcionem, Romanis Petrus & Paulus euangelium reliquere ſignatum ſanguine ſuo: & in lib. de hæreticorum præſcriptione, Petrum aſſerit Romæ paſſum: Et Linus papa, qui proximè ſucceſsit Petro, de martyrio Petri Romæ peracto, orientalibus ſcripſit: Et Papias Ioannis euangeliſtæ diſcipulus, Petrum tradit ſuam primam epiſtolam edidiſſe Romę,) ſed & vniuerſus orbis, idq; ab annis fere mille & quingentis, quia à tempore ſuæ mortis quam paſſus eſt quartodecimo Neronis anno, vnà cum apoſtolo Paulo: vt non modo teſtis eſt Dionyſius Corinthiorum epiſcopus, qui Romæ extitit anno centeſimo ac ſeptuageſimo Seruatoris, ſed & Dionyſius diſcipulus eiuſdem Pauli: & præter hos, Euſebius. 2. hiſto. 25. cap. & Ambroſius ſermone ſexageſimo ſeptimo.

Tertullianus. Linus. Papias. Dioniſius corin. epiſcopus. C Dio. Theo. Euſebius. Ambroſi⁹.

Et certum eſt, quòd id factum eſt in perſecutione Neronis, quæ cœpit anno decimo illius imperij quando atrociſsimo igne, Roma, opera eius cremata eſt, & tamen eius incendij Chriſtiani inſimulati ſunt, quemadmodum & Tacitus refert quintodecimo lib. Tunc enim, vt Egiſippus. 3 de excidio Ieroſolimæ ſcribit, Nero cauſas quæſiuit occidendi chriſtianos, & maximè Petrum & Paulum. Et ſubijcit, quòd dato, vt comprehenderentur præcepto, à fidelibus, qui erant Romæ, rogabatur Petrus, vt alio conferret ſeſe: quod & facere attentauit. Verùm Roma egreſſo, vt idem. 2. cap. dicit, CHRISTVS obuiam factus eſt, aſſerens Romam ſe progredi, vt in ea rurſum affigeretur cruci. Cuius rei & Ambroſius meminit, in oratione de conſtruendis baſilicis, in morte Theodoſij: Vndè & Romæ adhuc occurſus huius viſuntur veſtigia, extrà portam quæ ducit ad catacumbas: quin & euangelium id ſatis videtur innuere, cum his verbis mortem Dominus vaticinatus eſt Petro: Cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas quòcunque volebas, at cum ſenueris alius te cinget, & ducet quo tu non uis.

Nero cur, & quando in chriſtianos maxime ſęuijt.

Ambroſius. Ioan. 21.

Nec ſolum Petrus extitit Romæ, aut martyrio in ea eſt coronatus, ſed & ibi, vt tactum eſt, cathedram ſummi Pontificatus erexit, & in illa annis viginti & quinque permanſit.
D Siquidem Romam venit anno ſecundo Claudij, vt non ſolùm Hieronymus de Viris illuſtribus teſtis eſt, ſed & omnes hyſtoriæ: & venit quidem miſſus à Deo, vt Marcellus dixit, & 2. hyſtoriarum Euſebius tradit: In ipſis inquiens, temporibus Claudij, clementia prouidentiæ Dei, omnium Apoſtolorum probatiſsimum, maximumq; magnificentia fidei, & merito virtutis primorem ac principem Petrum, Romam deduxit: Et venit, vt idem Hieronymus ſubdit, ad expugnandum Simonem magum, quemadmodum & Irenæus longè antè atteſtatus eſt. Conſtat autem à. 2. Claudij (qui authore Suetonio, annis. 13. & menſibus octo, imperio potitus eſt) vſque ad Neronis, qui Claudio mox ſucceſsit, decimum quartũ, annos quinq; & viginti intercedere, quibus Petrus, & vrbis, & orbis pontificatum geſsit. Vnde & Euſebius de temporibus ſcribit, ꝙ

Hieronymus. Marcellus. Euſebius. Ireneus. Suetonius. Euſebius.

E Hieronymus.

chriſtianorum pontifex Petrus, cum primùm Antiochenā fundaſſet Eccleſiàm, Romam proficiſcitur, & quòd ibi Euangelium prædicās, annis viginti quinque vrbis Epiſcopus manſit: Et Hieronymus in eodem loco, Princeps apoſtolorum, poſt epiſcopatum Antiochenæ eccleſiæ, Romā pergit, & ibi ſacerdotalem cathedram, annis uiginti & quinque occupauit: Quod planè quidē, intelligendum non eſt, quòd aſſiduè Romę tot annis reſederit, ſed quòd eo temporis Romanam cathedram non commutauerit: quandòquidem & ſi aliò aliquādo diuertit, aut ad tempus eſt alibi, nec ſine pià vrgentiùe rationē, commoratus, non iccircò Romanus deſijt eſſe Antiſtes, ſicut & in præcedentibus attactum eſt.

Geſta Petri à reſurrectione domini. — a Cap. 2. vſque ad. 10. Cap. 1. Cap. 9.

Et vt res ſit illuſtrior, ordinem perſtringamus hyſtoriæ. Siquidem, vt ex Actis facilè eſt accipere, Petrus poſt reſurrectionem CHRISTI, per tres annos & aliquot menſes manſit in Ieruſalem, vbi & illum conuenit apoſtolus, manens apud eum per dies quindecim, vt ad Galatas docet: quo tempore, & hebdomadā ſeptuageſima, quæ oraculo Danielis erat confirmationis pacti cum populo Iſrael, abſoluta eſt: Cum enim in eius dimidio eſſet imolādus CHRISTVS, qui tres annos & aliquot menſes, ad patrum promiſſiones firmandas, miniſter extitit circunciſionis, nō modò illis euangelium prædicans, ſed miris ſignis confirmans, profectò ad complendum illius hebdomadæ tempus, neceſſe fuit, vt eo in officio ſubſtitueretur apoſtoli, & potiſſimum Petrus, cui inſigniter ſuas vices commiſit, cum illum ſui locò in paſtorem præfecit. Et quāquam eo tempore, lapidato Stephano, per Iudeæ ac Samariæ regiones fideliū plurimi ſint diſperſi, Apoſtoli tamen non receſſere a Ieruſalem: niſi quòd ad tempus, & quidem breue, Petrò & Ioanni, apoſtolici ſenatus conſilio, perſuaſum eſt, proficiſci vſque Samariam, quę annunciante Philippo receperat euangelium, vt eorum interuentu, qui crediderant, donarentur ſpiritu ſancto, ſicut & factum eſt, etiam multis Samaritanorum pagis euāgelio illuſtratis, & ad fidem conuerſis. Deindè, duobus proximis annis, in quibus Eccleſia in Iudæa, Galilæa, atque Samaria, pace potita eſt, deſcendit Petrus ad diuerſos populos, oībus euangelizās CHRISTVM. Et veniēs Lyddam, Enēā à paraliſi curauit, & progrediens Ioppem, Tabithani vitæ reſtituit, & Cęſaream tandē profectus, Cornelium initiauit & baptiſmate tinxit. Habuit & eò vſque ſucceſſum verbum Dei, vt Antiochiam penetraret, & gentes in illa tanta fruge conuerteret, vt non immerito eorum Eccleſia, nomen à CHRISTO mutuata ſit: & ſicut Antiochiæ, credentes primum ſunt nuncupati chriſtiani, ità & Antiochiæ, non iniuria primo Petri ſedes à CHRISTO conſtituta eſt.

F Roma. 15. Ioan. 20. Acto. 8. Acto. 9. & 10. & 11.

G Suetonius. Luc. 3.

Ergo conſonat, vt quinquennio à CHRISTI morte completo, & per hoc in calce imperij Tyberiani, quod teſte Suetonio, annos durauit ferè viginti tres, cuius quinto decimo Seruator fermè trigeſimum inchoauerat, Petrus cathedram erexerit Antiochiæ, in qua & annis ſeptem, hoc eſt vſque ad ſecundum Claudij, quo Romam, vt diximus, profectus eſt, Pontificem egit. Nec opus eſt, vt inde ſeptemnio non diſceſſerit, cum rationi congruat, vt aliquando acceſſerit Ieruſalem, immo niſi & quandoque, diſceſsiſſet ab illa, non dixiſſet Apoſtolus, illum, cum ibi ageret, Antiochiam veniſſe, & ab eo reprehenſum eſſe. Nam cum Paulus à Barnaba ductus fuerit Antiochiam, idque à principio conuerſionis illius ciuitatis, manſeritque eo loci, vt videtur, pluribus annis, quippe qui non ſolum in ea inuentus eſt, quando Agabus vaticinatus eſt de fame in Iudæa futura, quæ & facta eſt quarto Claudij, ſed quando eleemoſynæ eo loci collectæ ſunt, vt mitterentur ſanctis qui erant in Ieruſalem, vt qui vnà cum Barnaba, eo in miniſterio miſſus eſt, accidit, quòd Petrus aliquando Antiochiam rediens, & iuxtà ſolitum cum gentibus edens (ſiquidem etſi erat natura Iudæus, vitam tamen liberam vti & Gentes agebat) ſuperuenientibus tamen à Iacobo quibuſdam, ſubtrahebat, ac ſegregabat ſeſe, timens eos, qui erant ex circunciſione: propter quod & palam ſibi reſtitit Paulus, fauens euangelicæ libertati: Et denique ſi quando inde non receſsiſſet, non miſiſſet Herodes in eum manus, cum eſſet Ieroſolymis, nec illum conieciſſet in carcerem, volens poſt paſcha producere eum populo: Immo & quorundam opinio eſt, quam tamen non maxime probo, vt non modo aliquando ſeceſſerit, ſed quòd Eccleſias Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Aſiæ, & Bithiniæ, eo in tempore inſtituerit: Quod eo potuit liberius attentare, quo Paulus agebat Antiochiæ. Quin & id forſàn inquiunt, debuit non omittere, cum illi inſigniter credita ſit circunciſio, ſicut & Paulo creditum eſt præputium.

Quando Petrus cathedrā erexit Antiochię. — Galat. 3. Acto. 11. Ibidem. Gal. 2. H Acto. 12. Gal. 2.

Petrus ergò in carcerem truſus, & mirum in modum ab Angelo liberatus, abijt (vt Lucas dicit) in alium locum; & planè non ſolum longe à Ieruſalem, ſed & longe à iuriſditione Herodis. Vndè & Dei nutu iuſſùue profectus eſt Romam, vbi & manſit annos circiter quinq;, vſque ſcilicet ad nonum, vel potius (& verè) ſeptimū Claudij, quo ſtatuit Iudæos omnes è Roma ſecedere;

Quando Petrus pfectus eſt Romam. — Acto. 12.

de quo

Act. 15. Gal. 2.

A de quo Actorum 18. ca. quo tempore redijt Ieruſalẽ, & ibi acta eſt apoſtolorum ſynodus, in qua & inuentus eſt Paulus, iuſſus vt adeſſet per reuelationem à Deo, & fuit anno quartodecimo ab ea die, qua aſcendit Ieruſalem videre Petrum, & per hoc, vt rectè Hieronymus ſentit decimoſeptimo à conuerſione ſua. Nec Romam redijt, ni fallor, ante tempus Neronis, idq; nec in principio eius imperij, quoniam ſecundo Neronis anno, Paulus vinctus illò perductus eſt, ſicut Hieronymus dicit, & illic Petrum non repperit: aliàs congrueret rationi, vt peculiarem eius mentionẽ faceret, vel cum fratribus, qui occurrerunt ei ad tres tabernas, ſeu forum Appij, vel cum illis qui toto biennio ingrediebantur ad eum. Eadem ratione, nec Romæ fuit, cum Romanis ſcripſit epiſtolam, non modo quia non magnum tempus interfuit, eò ꝙ ſcripſit, vt facilè computatur, circa finem imperij ipſius Claudij, cum iter pararet Ieroſolymam, & indè Romam conſtituiſſet accedere; ſed & quia illum ſaluere iuſſiſſet, immò & primùm omnium ſalutaſſet. Venit autẽ forſan, poſtquam Roma diſceſſit apoſtolus, hoc eſt quarto, aut quinto Neronis, & fortè ꝙ inde vltrà nõ receſſit, niſi cum impulſu fratrum, molitus eſt aufugere, & Dominus illi obuiam factus eſt: ſiquidem ꝙ Paulus poſt biennium, quo Romæ perſtitit in ſuo cõducto, libertatem acceperit, & eundi, & prædicandi, quo vellet: ſatis docet. 2. ad Timo. epiſt. Ergo ſicut Petrus à ſeptimo Claudij, vt

(Margin: Apoſtolorũ Synodus, quãdo celebrata ſit. — Hierony. — Act. 27.)

B conſtantius dicitur, vſq; ad quartum quintumuè Neronis, extra vrbem commoratus eſt, etſi nõ fallor, eo in tempore Eccleſias diſperſorum, aduenarumq; Iſrael, qui erant Ponti, Galatiæ, Capadociæ & alijs in locis, vt in prima epiſtola ſcribit, quam ad illos è Roma deſtinauit, vt ſolidior aliorum ſententia eſt, ſuper fundamento CHRISTO iecit, addiditq;, ità & Paulus à quarto Neronis vſq; ad tertiumdecimum eius, diuerſis peragratis prouincijs, euangelium ſeminauit, & innumeros CHRISTO populos acquiſiuit. Ex quibus, haud obſcurum eſt animaduertere, quàm impudentiſſimo nitantur mendacio; quanq; futilibus hac in re glorientur argumentis hæretici noſtræ tempeſtatis, cum aliter hoc prodigioſum non vrgeant paradoxum, quam ꝙ Petrus decimoſeptimo, aut decimo octauo anno à reſurrectione Domini, erat Ieruſalẽ: & ꝙ Paulus ad Romanos ſcribens, eius non meminit, & ꝙ Romam ductus illi non aſtitit: & demum ꝙ Lucas ea de re nullam mentionem fecit. Sed ex dictis ſatis perſpicuum eſt, quantum hæc omnia valeant: ergo ſupereſt, vt redeamus ad Textum.

(Margin: Impudens & inane hæreticorũ figmentum.)

Enarratio prioris partis præfationis.

C *Primum quidem gratias ago Deo meo per* IESVM CHRISTVM, *pro omnibus vobis.* Conciliaturus ſibi Paulus animos degentium Romæ, ac vſurus efficaciſſimo medio, nimirum non vulgari ergà illos affectu, primùm illum ex eo prodit, quòd dona illis à Deo exhibita, haud ſecus ducit ac ſibi peculiaria, cum nec aliter ac de proprijs, Deo grates exſoluat: quod cum indubiè ex munere proficiſceretur charitatis, non valuit niſi ingenti cum ardore præſtari. Licet enim & moralis amicitiæ vis, præſertim cum longa eſt conſuetudine parta, amicis omnia ducat eò vſq; communia, vt mutuò lætentur de commodis, ac viciſſim triſtentur de aduerſis; id tamen quando à vi euangelicæ dilectionis progreditur, & longè æſtuat vehementius, & vrget multò efficacius, quippè quæ non modò cum CHRISTI fidelibus, quos & aliquando non vidit, omnia ducit eſſe communia, ſed nec quærit quæ ſibi ſunt propria: nec ſolùm beneprecatur amicis, ſed etiam hoſtibus, quin & cum expedit, eorum etiam pro ſalute, & ſe & ſua lubentiſſimè tradit.

Ioan. 3. Et probè quidem, per CHRISTVM gratias agit Deo, quoniam ſicut nemo eſt, qui iure aſcendat in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo; ità & nemo eſt, qui dignè Deo grates exſoluat, niſi per illum per quem dona è cœlo deſcendunt, vt & eo pacto ad ſuũ locum flumina reuertantur, quo pacto ab illo proficiſcuntur, vt opportunè copia vberiori redũ-

(Margin: Meritò Deo, agendæ ſunt gratiæ p chriſtum. — Eccle. 1.)

D dent. Præter id, quòd ſicut per CHRISTVM aſcendant, neceſſe eſt, orationes noſtræ, vt illi ſint gratæ: ità & per eundem, opus eſt, aſcendant & gratiarum actiones, vt ſint illi acceptæ. Nec arroganter, Deo, adiunctum eſt, meo, ſed vt ad Dei gloriam conſtet, quòd ſingulari gratia, ſibi inſigniter fauet, proſpicit, & cuncta in ſucceſſum conuertit. Quod & ſi proprium Deo eſt ergà omnes, nimirum qui omnibus dat affluenter, & ſolem oriri facit bonis & malis, maximè tamen proprium Deo eſt, ergà eos quorum eſt peculiariter Deus: vndè & vti prærogatiua inſignis, repromiſſum eſt populo Iſraelis, quòd Deus, qui Deus eſt omnium, eorum Deus eſſet peculiaris, vt non ſemel legitur in diuinis literis. Quòd autem agendo gratias, illas agat pro omnibus, potiſſimùm chriſtianæ charitati conſentit, quam notum eſt reſpectum non habere perſonæ, ſiue Iudæus, ſiue Gentilis ſit, & maximè cum ſunt Deo dilecti, vocati, & ſancti, de quibus in præſentia ſermo eſt.

(Margin: Luc. 11. — Matth. 6. — Lau. 26. & alibi.)

Quòd

E

Quòd fides veſtra annunciatur, in vniuerſo mundo. Etſi ad quòs ſcribit ſorent Deo dilecti, vocati, & ſancti, & ſi ſorent non infimis muneribus locuplètes, ſibi tamen Apoſtolus ſatisfacit, ſi pro illorum duntaxàt fide, Deo gratias referat: neç quidem caſu, cum non modò baſis ſit omnis gratuiti beneficij, ſed & cum viua eſt, omnem complectatur perſectionem. Immò nec proximè gratias agit de fide, ſed de illius ſplendore & manifeſtatione, quæ tantòpere refulgebat in eis, vt pateſceret in vniuerſo mundo. Siquidem cum Roma caput cenſeretur orbis, & inuenirentur omnes ferè gentium nationes in ea: non erat difficilè, illorum fidem, quòcunque fragrare, & ità ſuæ religioois famam quduis terræ diffundi.

Luc. 2.

Et quanquàm hic non detrectarem hyperbolem, tùm quia non totus orbis Romanæ ditioni ſubſcripſerat, tùm quia nec ad multa terrarum ſpacia, Romanis etiam inaudita, euágelium quouis modo peruenerat; nihilòminus quia hunc loquendi modum, Romanum ſibi vindicabat imperium, (ſiquidem mandauit Auguſtus orbem vniuerſum deſcribi) & obſcurum non eſt, non tarò quod ſupereſt, ritè potiori parte comprehendi, forte ꝙ poteſt, nec ineptè, & ſine hyperbole, locus in præſenti ſaluari.

F

Ier. 29. Act. 16. Coloſ. 2. Rom. 8. Gala. 5. 1. Cor. 14. Roma. 8.

Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meò, in euangelio filij eius. Non erat ſatis apoſtolicæ dilectioni, quòd gratias egerat Deo, pro acceptis à fidelibus; ad quos loquitur, beneficijs: niſi & aſſiduè precibus flagitaret, vt quæ illis fuerat elargitus, perficeret. Quarè Deo, qui intima videt, & omnium quæ fiunt, eſt iudex & teſtis, in teſtem religioſè producto, quippè qui illum colit vt Deum, hoc eſt, vti bonorum omnium pelagus, ex quo in quo, & per quem viuimus, mouemur & ſumus: nec quidem in vmbra Moſaici ritus, aut circuncifione manufacta in carne, cum iàm vmbræ ceſſerint corpori, baptiſmo circuncifio, & ritus Moſis ritui euangelij, ſed in ſpiritu, cuius locupletatus primitijs, immò & repletus copijs, non modò illo, ſoli Deo viuebat, ac eo coràm viriliter ambulabat, ſed indeſinentèr pſallebat, patrem acclamabat, & gemitibus, qui enarrari non poſſunt, expoſtulabat.

Spiritus Pauli, ipſius Chriſti, ſed certa menſura contractus.

Ioan. 3. Luc. 6.

Et licet ſpiritus Pauli, indubiè foret ſpiritus CHRISTI, cum illius foret coniunctiſſimum membrum, licet ſpiritus CHRISTI ſpiritus ſit infinitus, cum ſit ſpiritus ſine omni menſura; vt tamen participatur in Paulo, & Pauli ſpiritus dicitur, & ad certam eſt menſuram contractus, tam etſi confertam, coagitatá & ſupereffluentem, vt verbis vtar euangelij. Ergò & ſi Paulus Deo ſeruit in ſpiritu CHRISTI, in ea tamen portione ſeruit, qua eſt donatus, & pro ratione membri, & pro præſtantia ſui muneris & officij: quod eſt, ſuo in ſpiritu Deum colere, ac illi pro dono ſibi per ſpiritum præſtito, militare.

G

Et quanquam nihil eſſet in Paulo non ardens gloriã Dei, nihil nõ obſequens, nihil non præconizans diuinam gratiam, vt qui nedum probè nouerat, ſed & palàm inculcauerat, totum quod ſumus, facimusq́;, non ſolùm debitum eſſe, vt cedat in gloriam Dei, ſed & debitum, vt eo pacto cedat, ꝙ in hoc totus ſit animus, & omnes adhibeamus vires; nihilòminus ſatis expreſſum in præſeotia ducit, ſi expreſſum ſit, quod functionẽ attinet ſui apoſtolatus quod aliud non erat, quàm incumbere euangelio Dei, planè præſeferens non modo ſe totũ io hoc ipſo verſari, ſed & omnibus neruis inſiſtere. Præter id, ꝙ eo verbo, etiam ad rem, de qua agere inſtituerat, iter parat: & per hoc ad candorem euangelij, illos pedetentim allicit ac prouocat.

Pauli preces aſſiduę.

Luc. 18.

Quòd ſine intermiſſione, memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, obſecrans ſi quo modo, tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos. En' cuius rei teſtimonium expetit, nempè ꝙ nunquàm ſuis in precationibus, quæ indubiè frequentiſſimæ ſunt (ſiquidem opus eſt, ſemper orare, & nunquam deficere) intermittit, illorum non modo reminiſci, ſed & peculiarem mentionem facere; vt percipiatur quidem, orationes apoſtoli cedere in eorum frugem, non ſolùm ex vi communionis ſanctorum, ſed ex illius applicatione particulari: quod planè nõ faceret, niſi peculiari ad illos teneretur affectu. Et cum oratio petitio ſit decentium, & per hoc eorum maxime, quæ attinent gloriam Dei, & commodum electorum ſuorum, haud dubium ꝙ peculiaris hæc memoria Pauli, horũ peculiaris erat expoſtulatio, & ob id, vt Deus illis in vtriſq; faueret, fortunaret & ad perfectionem deduceret, aſſidua repetitio.

H

Damaſc.

Ethi. 7. 8.

Et licet res ità ſe habeat, licet in his potiſſimum intentus eſſet apoſtolus, quia tamen (ſi amicorum eſt conuiuere, & mutuis, ſe recreare colloquijs) alienum non eſt à dilectione chriſtiana, immò & illi videtur maxime intimum, vt (in quantùm conceditur) non modo fideles mutuo refocillentur, ſed & ſe in Domino perfruantur: ideo vt etiam hoc ex capite, ſuum in illos ardorem aperiat opportunè ſubiungit, ꝙ ſignanter apud Deum vrget, obſecratq́;, *Vt ſi quo modo*, recto tamen ac beneplacente, Deo, *tandem*, poſt tot ardentia deſideria & crebras petitiones, *aliquandò*,

Fideles ſe mutuò in domino perfruantur.

ſecum

A ſecum agatur tàm proſpere, vt *iter* nanciſcatur, *proſperum, in Dei voluntate*, qua non modo cun-
Sap. 7. cta moderatur ſuauiter, ſed cum proſpero, & fœlici ſucceſſu, vt ire valeat ad videndum eos; non
ſolùm, vt ore ad os alloquatur illos, ſed vt ſpiritu refocilletur in eis, quemadmodū & ſubijcit.

*Deſidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandos vos, id eſt, ſimul
conſolari in vobis, per eam, quæ inuicem eſt, fidem veſtram atq; meam.* Deſiderium, amoris & præſer-
tim vehementis, eſt comes: immò & illi eſt adeo intimum, vt reſpectu rei abſentis, aut parum, aut
nihil diſcrepare videatur ab eo; cum & aliud, quàm ardor ille non ſit, quo cōcupiſcimus re ama-
ta potiri, ac pro voluntate frui. Ergo tàm impenſe hos amare ſe docet, vt ſibi nō ſatisfaciat, exi-
mia ac præclara, quæ de illis paſſim & vbiq; afferebantur, audiuiſſe: pro quibus & gratias agebat,
& eorum profectum precibus flagitabat, niſi & tàm proſpere ageretur ſecum, vt illos aliquando
videret, in amplexus prorumperet, & ore loqueretur ad os, vt amicus ſolitus eſt cum amico; idq;
non ex concupiſcentia carnis, ſed ex ardore ſpiritualis prouentus, quem pollicebatur ſibi, tùm
corporali præſentia, tùm viuæ vocis oraculo: qnandoquidem & ſi per epiſtolam non parum illis
acceſſiſſet lucri, habet tamen neſcio quid latentis energiæ, actus viuæ vocis, cum non ſolùm attē-
tiores reddat, ſed vrgentius ſtimulet, ac efficacius perſuadeat. Poteſt autem hoc in loco, ſpiritua-
B lis gratia, ſiue vt placet alijs, ſpirituale donum, tribus modis exponi. Et primo de gratia ſpiritus Spiritus ſan-
ſancti: quæ ſicut & charitas, per eum, non ſecus ac per authorem proprium, effunditur in cordi- cti gfa, qūo
bus noſtris. Et hęc quidem à Paulo non aliter impartienda erat, quàm vti à miniſtro, organoque imparriri po-
ſpiritus ſancti extrinſeco, & id quidem medio illius gratioſo ac ſale condito ſermone, qui niſi eo tuit ab apo-
Col 4. muneri foret accommodus, alibi non hortaretur ad eum, ſermo veſter. inquiens, ſale ſit condì- ſtolo.
tus, vt detur gratia audienti: Quod & ſi congruit cuiuis fideli, maximè relucebat in Paulo: cum
1.Co.12. eo teſte, CHRISTVS, qui eſt ſermo ac ſapientia Dei, per quem & facta eſt omnis gratia, loque-
retur in eo. In hac ergò gratia poterant confirmari Romæ degentes, dum admonente, ac verbis
Ioan. 1. ſpiritu & gratia grauidis illos concitante, ac inflammante Apoſtolo, conſtantiores reddi pote-
2. Cor. 14. rant in aduerſis, & ſolicitiores in operibus pietatis. Nam & ſi inferius atteſtatᷣ de eis, quòd pleni
Cap. 15. erant dilectione, & per hoc pleni gratia ſpiritus ſancti, non tamen in illa erant tam ſolidi, vt ten-
tationibus nequiuiſſent quaſſari: præter id, quòd non pauci inter illos erant infirmi, & egebant
miniſterio apoſtolico, ne fortè ſuprà vires grauati deficerēt, aut falſis abducti doctrinis, circum-
Epheſ. 5. uenirentur in aſtutia hominum, aut in fide periclitarentur euangelij.

2.Cor. 8. C Secundò, intelligi poteſt, de gratia, hoc eſt, beneficio CHRISTI, de qua alio loco dixit. Vi- Gratia aliqñ
dete gratiam CHRISTI, qui cum diues eſſet, pro nobis factus eſt pauper. Et illud. Gratia Dei, in pro beneficio
gratia vnius hominis CHRISTI, abundauit in multos. Hoc ergò beneficium, quod non ſolùm Chriſti.
dicitur gratia, quia gratis impenſum, ſed quia omnem gratiam affluentiſſimè continet, haud ali-
tèr impartiturus erat apoſtolus, quàm ardentiſſima eius inculcatione, ac illuſtratione, quippè cui
1.Cor. 9. diſpenſatio credita fuerat tanti ſacramenti; vt eo altius cordibus eorum impreſſo, nulla poſſet
remanere ſuſpitio, quòd quouis pacto deflecterent ad ſuperſtitionem legis, aut idolorum cultū:
non modò ſcientes, ſed manibus, vt ſic dixerim, pertractantes, quàm optimum ſit, gratia ſtabili-
Hebrę. 13. re cor, & non eſcis nihil conducentibus his, qui ambulauerunt in eis.

Tertiò, intelligi poteſt de CHRISTO, & maximè ſi quod interpretatū eſt gratia, vt vox græ-
ca ſignificat, interpretetur donum. Siquidem CHRISTVS nobis indubiè eſt à patre donatus,
quoniam non modò, Paruulus natus eſt nobis, ſed & filius datus eſt nobis. Et ipſe apud Ioannē.
Cap. 3. Deus tàm impensè dilexit mundum, vt proprium vnigenitum daret: quem & ea liberalitate de-
Cap. 8. dit, vt & omnia nobis darentur cum eo, vt Apoſtolus ſuo loco dicet. Ergo CHRISTVS eſt do-
num: Et licet habeat verum, carneum, ac ſolidum corpus, quippe qui eſt ſubſtantialiter homo,
D & per hoc integram habens naturam humanam, quæ animam includit & corpus, nihilòminus
Ioan. 4. non ſolùm quia & verus eſt Deus, qui ſpiritus eſt, ſed quia & homo eſt cordis; vti Petrus inquit,
1. Ca. 3. & in corde per fidem domicilium habet, vti Paulus docet, non ſolum quia hac in peregrinatio-
Epheſ. 3. ne illum minime iuxta carnem cognoſcimus, ſed iuxta ſpiritum, quemadmodum & apoſtolus
2.Cor. 5. aſſerit, quo & verſatur cum nobis, vſq, ad conſummationem ſæculi: ſed & quia ad viuificandum
Math. 28. nos in ſpiritu venit, quippe qui in viuificantem ſpiritum factus eſt, vt ſpiritu in exilio iſto renati,
1.Cor. 15. viuamus, gemamus, & iugiter ambulemus in eo, quin & patrem in ſpiritu adoremus, inuoce-
Ioan. 3. mus, ac repetamus, & tandem in cœleſti patria, cum, ſanctitatis ſpiritu erunt omnia renouata, in
Gal. 5. ſpiritualem ſtatum trāſlati, quem & ille ingreſſus eſt, cum reſurrexit à mortuis, perpetuo vti an- Vita futura,
Ioan. 4. geli Dei, vitam ſpiritualem ducamus, vt latius declaratum eſt ad Epheſios. vita angeli-
Rom. 8. Gal 4. Mat. 22. Ergo hoc pereximium donum, fidelibus, qui Romæ ſunt, impartire geſtit Apoſtolus, non ca.

quaſi

quaſi illo non eſſent, modo quopiam impartiti (nam ſubſcripſerant CHRISTO, illumque in ba- E
ptiſmo, iuſtificatione, & alijs muneribus in ſpiritu, ac per ſpiritum, participauerant) ſed quia ad
id muneris erat electus, vt nomen CHRISTI quouis loci diffunderet, ac imperueſtigabiles il- Act. 9.
lius diuitias omnibus euangelizaret, propter quod nec aliud inculcabat epiſtolis, nec aliud ſo- Ephe. 3.
nabat in concionibus, quàm CHRISTVM, & hũc crucifixum: immò nec aliud ſe profitebatur 1. Cor. 2.
ſcire, aut alia in re, vnquam ſtuduit gloriari, quàm in CHRISTO, & illius cruce. Ergo cum vt Galat. 6.
ꝓprio nõ deeſſet officio, tũ vt ardori, quo nomini afficiebatur CHRISTI, ſatisfaceret locuple- 2. Cor. 12.
tius, de illo coràm cupit habere ſermonem, vt impartiatur illis, eorum aliquod arcanorum, quę
didicit, euectus ad tertium cœlum: quæ etſi nefas eſt hominibus loqui, cum adhuc ſunt carna-
les, nec veſci poſſunt ſolido cibo, cum tamen ſunt prouectiores in ſpiritu, & ad profectum con-
tendunt pietatis Chriſtianæ, non modo nefas non eſt, ſed æquum & iuſtum, eorum aliquid nõ 1. Cor. 2.
reticere, ſed libere communicare, vt ſolidiores reddantur in eo, & conſtantius ſuper petrã, quæ
CHRISTVS eſt, ſtabiliti, tutiores ſint, ne ſubuertantur à ventis, aut deijciantur à flumine. Matth. 7.

Adde: ꝙ cũ Eccleſia eò tẽporis Romæ coacta, partim cõſtaret ex gẽtibus partim ex iſraelitis,
& iſtis ſuaptè natura CHRISTVS videreť ſcandalum, illis verò videretur ſtultitia: probeq; calle- 1. Cor. 2.
Ingeniũ carnis & fallacia mundi. ret apoſtolus, quantùm poſſit, etiam in renatis, ingenium nondum regenitæ carnis, quantũq; F
nos ſeducere apta ſit fallacia iſtius mundi, qui non modo CHRISTVM non colit, ſed odit, exe-
cratur, perſequitur: & demũ, quanta ſit ſolicitudo Sathanæ, qui nunquàm non circumit quærẽs 1. Pet. 5.
quem deuoret, nunquàm non ſatagit nos ſuis impetere telis, arietibus, ac machinis conquaſſa-
re: prudenter quidem, & apoſtolicæ ſolicitudini conſentaneè, ardet vberius illos CHRISTVM
participare, vt ſua pro virili non deſit, quo conſtantius contrà omnes munitiones Sathanæ, cõ-
trà omnes fallacias mundi & illecebras carnis poſſint perſiſtere, ac immotiſſimi in ſpe euange- 2. Cor. 10.
lica permanere. Præter id, ꝙ inter illos, plures, vt dictum eſt, erant infirmi, multi in quibus non Colo. 1.
deſecerat Moſes, multi qui vti canes immundi, ad vomitum non horrebant reuerti infideli-
tatis: aliàs non tàm ſolicitè, hac in epiſtola, modo percuteret gentes, modo iſraelitas, vt eius 2. Pet. 2.
ex decurſu liquet.

Poteſt & quartò, ſpirituale donum, pro aliquo eorum chariſmatum ſumi, de quibus vndeci-
mo Eſaiæ, vt eo pacto concupiſcat impartire Romanis, vel donum intellectus, vt per illud eua-
derent cõſtantiores in fide, vel donum ſapientię, vt locupletius arcanis CHRISTI perſpectis,
validius perſeuerarent in eis, vel dona, ſcientiæ & conſilij, ne in præſtandis quæ euãgelium præ-
cipit, quauis occaſione torpeſcerent, vel dona, timoris & fortitudinis, vt iſto a proprio inſtituto, G
ſuaq; profeſſione, nullis remorarentur preſſuris, & illo minimè exterrerentur ab eis, qui occi-
dunt corpus, ſed ab eo, qui in gehennam animam perdit & corpus, vel deniq; donum pietatis,
ne auelli paterentur ſeſe à verò, probatoque catholicæ religionis ritu, hallucinati quouis ſuper- Matth. 10.
Plures, religionis ſplendore, hallucinati. ſtitionis ſplendore, vt fecerunt Galatæ & alij, qui diſſimiles non fuerunt ab eis. Nec caſu, dictũ
non eſt, omne donum, ſed aliquod donum, tùm quia forſan illis opus non erat locupletari in
omnibus, ſed ſolùm in aliquibus, tùm quia erant inter eos gradus, cum eſſent diuerſa corporis
membra, & alios vberiores reddi conducebat in vno, alios verò in alio, & vnicuique prout erat
opus, impartire cupiebat apoſtolus.

Quod ſubdit, *hoc eſt, ſimul conſolari in vobis*, profectò additum eſt, non modo modeſtiæ cauſa,
ne fortè ſuſpicarentur aliquid arrogantiæ, ut minoris apud illum viderentur opinionis, quip-
pè quos putabat confirmari poſſe per eum: ſed etiam vt palàm faceret, quæ communicare illis
inſtituerat, communicanda non eſſe, per modum correctionis ſed conſolationis: immò & ea
lege, vt è diuerſò, & ſuorum illi donorum Paulum participem facerent, vt & conſolatione affi-
ceretur in eis, & hoc interueniente mutua eorundem fide, ſicut immediatè ſubiungit. Quod &
duobus modis interpretor, altero de fide catholica, qua credimus in Deum & CHRISTVM, H
altero de fide morali, non modo acquiſita, ſed vtràque infuſa, qua inuicem credebant con-
fidebantque. Primo modo ſenſus eſt, quòd cauſa conſolationis mutuæ, mutuæque impartitio-
nis ſpiritualis gratiæ, erat communis eorum fides, qua vtrique militabant Deo, & CHRISTO
IESV: propter quod & neceſſe erat, vt & illa impartitio, ac conſolatio, non eſſet ſine fidei exer-
Charitas fidẽ viuam non deſerit. citio, aut ſine ardore mutuæ dilectionis, quæ fidem viuam non deſerit, vt ad Epheſios latius ꝓ-
ſequuti ſumus. Secundo verò ſenſus eſt, ꝙ cauſa ſperati fructus, ex vtraq; parte, mutua eſt fides,
quàm habent in inuicem: Siquidem illi multum confidebant in Paulo, vti apoſtolo per inſigni,
& Paulus multùm confidebat in eis, vt qui pleni erant dilectione, & diuites ſapiẽtia CHRISTI:
ſicut inferius ſuo loco docet.

Obſerua-

A

Obſeruationes huius partis.

Obſeruandum ex particula (Gratias ago) ꝙ licet gratiarum actio ſit debita Deo, non ſolùm à nobis, ſed à qualibet creatura, & quidem pro omni re, quæ in vniuerſo contingit, cum quælibet ex datis à diuina bonitate procedat, immò ex immenſo ſuæ bonitatis ac liberalitatis fonte effluat & dimanet: id tamen maximè debitum eſt fidelibus, qui & probè perſuaſi ſunt, ꝙ nec pilus in eo-
Luc. 21. rum corpore nutat ſine illius beneuola volũtate, qua illis cuncta in commodum cedunt: & pręſertim ſi ſunt electi, quibus & peccata cooperantur ad frugem. Pręter id, quòd obruti ſunt infi-
Roma. 8. nitis charismatibus CHRISTI, cuius per gratiam, fidem, & dilectionem, viua ac vera efficiuntur membra, illiusq́; ſpiritu, tùm potati, tùm vbertim refecti, nequeunt bonis operibus non eſſe grauidi, ac fructibus ſancti ſpiritus diuites. Adde: quòd & ſanctorum potiuntur communione, Vis communionis ſanctorum.
1. Cor. 15. Colo. 3. in qua, & per quam, & Deus & CHRISTVS, ſunt in omnibus omnia, vt nõ ſemel Apoſtolus docet: & hic quidem largiendo primitias, in futuro verò obruendo affluentiſſimis copijs. Ergo, cũ omnibus electis, ne tot, tamq́; eximijs locupletati muneribus, Deo & CHRISTO reperiantur
Act. 17. ingrati, cum & illis Deus vere ſit Deus, & CHRISTVS vere ſit CHRISTVS (ſi in eis, vt par-
B eſt, in dies ſtuduerint eſſe, viuere, & moueri, ſicut & ipſi in illis iugiter viuũt, mouẽtur, & ſunt) & gratitudinis ſit, beneficium acceptum agnoſcere illud, ac benefactorem commẽdatione afficere, & omni pro virili, prout & poſſumus, vices rependere: haud dubium, ꝙ in horum exercitio
Pſal. 49. 50 & 115. aſſidue debent incumbere, ac neruos omnes exponere. Et præter ſacrificium laudis, quo honorificatur à nobis, & ſacrificium contribulati ſpiritus, quod ipſe non deſpicit: calix accipiendus eſt ſalutaris, & panis æternæ vitæ, vt eorum oblatione, iugiq́; altaris ſacrificio, rependatur, quod rependere pro noſtra imbecillitate non poſſumus.

Obſeruandum ex particula (quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio) ꝙ etſi ſanctorũ preces, cum ſint membrorum Eccleſiæ, ſunt cuiuis fideli ſalubres, & ex vi communionis corporis myſtici, ac diſpenſatione (qui in eo eſt) ſpiritus ſancti, ac proſpectu regimineq́; capitis CHRISTI (ſicut & aliæ ſpirituales, Eccleſiæ ſuæ diuitiæ) certa impartiuntur lance, & prout ſingulis expedit, & vt proprio ſibi merito, quodlibet comparauit: nihilòminus ſicut fas eſt cuiuis fidelium, Iuſtorũ preces, cuiuis fideli ſalubres
poſt ſolicitudinem pro toto corpore, etiam pro membro ſolicitari peculiari, præſertim cum illi
1. Cor. 12. timetur, aut aliquod paſſurum periculum, dubitatur (aliàs membrum non proſpiceret membro, non dolenti doleret, aut gaudenti gauderet) ita & fas eſt, immò & quouis iure probatum, publi-
C cos miniſtros Eccleſię, poſt fuſas preces pro myſtico corpore, debere pro fidelium ſingulis, preces effundere, & ꝓ eis maxime, quibus aſtricti ſunt peculiari vinculo: immò & in omnibus precibus iuſtum eſt, eorum memoriam facere, quemadmodum & pro Romanis, faciebat Apoſtolus. Ergo hoc ex loco, diſcamus Sacerdotes, & maximè ſi animarum cura ſumus aſtricti, vt nõ ſolum pro populis nobis creditis interpellemus, ſed & cum vrget occaſio, preces pro ſingulis per- Munus paſtorũ animarum Chriſti.
Ioel. 2. fundamus, quin & admonente propheta, Inter veſtibulum & altare vbertim flere debemus, vt
Iaco. 6. Deus faueat, tum omnibus, tum ſingulis qui opus habent, ac ſingulatim in orationibus ſunt expreſſi. Siquidem multum valet oratio iuſti, ſi ſit aſſidua: & ſi Stephanus nõ oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet. Nec modò ea præſcripta lege, orandum eſt à miniſtris Eccleſiæ, ſed & ſingulatim à quouis fideli: tum quia vnicuique mandatum eſt de proximo ſuo, tum quia pro inuicem
Idẽ ca. 5. Math. 6. orandum eſt, vt ſaluemur, ſicut frater Domini docet: immò & orãdum eſt pro capitalibus hoſtibus, vt ſimus filij cœleſtis patris, qui ſolem oriri facit bonis & malis, & pluit iuſtis & iniuſtis.

Obſeruandum ex particula (deſidero videre vos, vt aliquid impartiar vobis.) Quòd quamuis & natura moralis amicitiæ, ità amicos nectat & copùlet, vt iuuet pariter viuere, colloqui, conuerſari, quia tamen non puro ſemper conciliatur honeſto, ſed haud raró admiſcetur com-
D modum, immò & delectabile, nemini dubium, quòd vt reliquæ res humanæ, frequenter eſt imperfecta, ac magna ex parte fucata: præter id, quod maximè refert, quòd caret debito fine, nõ ea tantum de ratione, quòd non ſtudet gloriæ Dei, ſed quia nec commodo intendit amici, niſi & illud quouis pacto regrediatur ad ſe: propter quod & ſcitè Sapientes docent, aut vix, aut nunquã inter homines amorem reperiri amicitiæ, cui amor annexus non ſit concupiſcentiæ, vnde nec mirũ eſt, ſi deficit in tribulatione. At amicitia charitatis Chriſtianæ, præter id, quòd amicos vinculo longe arctiori coniungit, immò vnum in corpus non ſecus ac membra compaginat, ardet Vis mira & abſolutiſſima charitatis chriſtianę
non modò ſimul viuere, colloqui, conuerſari, ſed & quicquid habet pro amicis impendere, non quidem vt ſibi proſit, aut aliquid impendendo lucretur, ſed vt illi proficiant, & ditiores euadãt præter id, quòd Deum ità habet præ oculis, vt quicquid illis confertur, vnicè in eius gloriam cedat.

dat. Ergo & in hoc æmulemur Apoſtolum, vt cuiuis fidelium, CHRISTI neceſſitudine copu- E
lati, cupiamus noſtra pro tenuitate proſpicere, ac donũ aliquod ſpiritualis gratiæ, quatenus no-
bis eſt fas, ſpiritualiter impartire. Quod ſi præſtare non poſſumus mutatione loci, aut prædica-
tione verbi, ſatagamus precibus apud Deum obtinere, vt opportunis illos chariſmatibus ditet:
nitamur & literis rem procurare, ac eo pacto vitam ſanctis operibus inſtituere, vt lucentes mun- 1.Pet.2.
do, velut in caliginoſo loco, fidelibus exemplo ſimus, & hunc ſaltem in modum, illorum ꝓfectui Ephe.5.
conſulamus: haud obliti, ꝙ fructus lucis, ſunt in omni bonitate, iuſtitia, & veritate.

Enarratio poſterioris partis præfationis.

Nolo autem vos ignorare fratres &c. Conciliatis fidelium animis, qui erant Romæ, argumentis
ex ingenti ergà illos affectu acceptis, eoſdem pergit attentiores facere, ex præſtantia euangelij,
quam ſummatim, ac non ſecus ac epiſtolæ thema conſtituit. Verùm antequam illò deſcendat,
non ſolùm hoc muneris ad ſeſe pertinere declarat, ſed & propenſionem animi in ea re, valido
argumento conuincit: à quo & orditur hoc modo. *Nolo*, inquit, quantum ex me pendet, *igno-
rare*, ſed certò cognoſcere, *vos*, qui mihi, non ſolùm eſtis amici, ſed chariſſimi, *fratres*, quippè
qui vnum eundemque patrem agnoſcimus, & vnam eandemque hæreditatem expectamus: nec F
mihi ſolùm eſtis fratres, ſed & CHRISTI IESV, quippè qui non confunditur vocare nos fra- Heb.2.
tres, immò & ſui corporis membra. Nolo inquàm, vos ignorare, quòd non ſemel, ſed *Sæpè pro-
poſui*, decreui, animo deſtinaui, *venire ad vos*, non quidem, vt vrbem, quæ dominatur orbi,
attenderem: non vt eximia, quæ in ea ſunt ædificia, contemplarer: aut vti Romanus ciuis, in
cœtu Senatorum & populi, meæ ſortis periculum ſumerem, ſed, *vt fructum aliquem*, profectò
Prædicationis apoſtolici fructus. non carnis, ſed ſpiritus, de quibus ad Galatas ſexto, non legis, ſed gratiæ, non Moſis, ſed Euan-
gelij, quod in alijs nationibus creſcit, & in ſegetem paſſim exuberat: non vt illum ego produ- Coloſ.1.
cam, ſed vt illum, *habeam*, non vt proferam, ſed vt aliquando afferam. Siquidem non ſecus ac Ioan.15.
reliqui miſſus ſum, vt afferam fructum, non qui deleatur, aut igne conſumatur, vti fœnum, 1.Cor.3.
lignum, & ſtipula, ſed qui maneat, & tandem mercedem recipiat, quando vnicuique reddetur corona iuſtitiæ. 2.Thim.4.

Habeam, inquàm, *in vobis, ſicut &*, habui, & habere deſidero, *in reliquis gentibus*, quippè qui
gentium omnium ſum Apoſtolus, illiſque omnibus debeo, ſiue ſint Græci, qui exactè loquun-
tur, ſiue Barbari, qui vim vocis ignorantes, abſonè ſermonem proferunt, ſiue ſint ſapientia ac
prudentia præditi, ſiue ſimplices ſint & idiotæ, deficientes ingenio & iudicio. Nam euangeliũ G Mat.28.
prædicandum eſt cuilibet creaturæ, quoniam ſicut apud Deum & CHRISTVM, maſculus non Gal.3.
eſt neque fœmina, non ſeruus nec liber, ità nec circunciſio nec præputium, nec Scytha nec Col.3.
Barbarus, ſed omnes vnum ſunt: quippè qui ſunt omnium Domini, nihil non condentes,
nihil, quantum ex eis eſt, non reſtaurantes. Quare & mihi vehemens animi propenſio eſt, vt
mea pro virili, *& vobis, qui Romæ eſtis euangelizem.* Quod & præſtarem, eo lubentius, quò Ro-
mæ omnes ferè inueniuntur populi, ritus, & nationes, vt iure (ſicut & princeps Apoſtolo- 1.Petr.5.
rum fecit) dici poſſit vti maxima Babylon. Et licet ità frequenter ſtatuerim apud me, non va-
lui tamen hactenus voti fieri compos, eo quòd in adminiſtratione verbi, & ſanctificatione
euangelij, impeditus ſum, dum me oportuit, ità diſponente Deo, & munere mihi credito exi-
gente, alijs prouincijs occupari, & ab Ieruſalem vſque ad Illyricum, Dei euangelium adim- Rom.15.
plere. Sequitur.

Non enim erubeſco euangelium. Dixerat ex officio incumbere ſibi euangelizare omnibus po-
pulis, addiderat & propenſionem ſui animi, ad euangelizandum Romæ: ſed quia id poterat re-
putari audax, cum negocium eſſet, natura difficile, immò & carnis iudicio execrabile, eo quòd H
Prædicatio euãgelij, prædicatio eſt Chriſti crucifixi in ſalutem alias nõ eſſet euangelium. prædicatio euangelij, prædicatio eſt CHRISTI crucifixi, qui Iudæis eſt ſcandalum, Gentibus 1.Co.2.
verò ſtultitia: vnde & pudore afficiebantur plurimi, periculo comprobantes, quanto expone-
bantur diſcrimini, quin & non raro plectebantur capite, qui tantæ prouinciæ nauaſſent ope-
ram, iccirco rem velut præoccupando, ac eiuſmodi iudicio occurrendo, ſubiungit, ꝙ illum non
pudet euangelij: plane optimè perſuaſus, ꝙ ſiquis illud erubuerit, & hunc filius hominis eru-
beſcet in nouiſſimo die. *Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti.* Efficaciſſima ratio, cur ne-
minem euangelij pudere fas ſit: nimirum, quia illud, *virtus*, hoc eſt, vis, poteſtas, robur, effi-
cacia, *eſt*, non hominis, qui natura eſt imbecillis, nec cuius volueris creaturæ, quæ niſi omnipo-
tentis manu ſeruetur, cedit in nihilum, non totius vniuerſi, quod eget moderatore, cuius nutu,
non ſolùm agatur, ſed in ſeipſo conſiſtat, ſed, *Dei*, hoc eſt, patris, filij, & ſpiritus ſancti (ità &

hoc

A hoc loci ſumitur Deus) qui non modò author eſt hominis: & cuiuſlibet creaturę, ſed orbis moderator & rector, quin & tã immenſæ poteſtatis, vt nihil ſibi non cedat, ſed & pro arbitrio, quicquid libuerit, incunctanter efficiat.

Eſt, inquam, Dei virtus, at non in perditionem, ſed, *in ſalutem*, aliàs nec euangelium foret euangelium, quia non eſſet fœlix, fauſtumque nuncium, ſi homines non ſaluaret, ſed perderet: præter id, ꝙ nec Deo congruit, qui Deus eſt ſalutis, nec CHRISTO, qui venit non vt mundũ iudicaret, ſed ſaluaret: dummodo credamus in eum, vnde & ſubdit, *omni credenti*, profectò fide non mortua, & informi, prout inuenitur in Sathana, aut in quouis homine, qui & ſi baptiſmo ſit tinctus, eſt tamen ſine gratia Dei: ſed viua & charitate formata, fide quæ operibus ſanctis eſt grauida, & per dilectionem nunquàm opportunè non operans.

Ioan. 5. — Gal. 5.

Quod ſubdit, *& Iudæo primùm & Græco*, non ea dũtaxàt factum eſt ratione, vt hominum genus doceat his duobus includi, ac eo pacto, credentes cuiuſuis nationis complecti, ex quibus, haud ſecus ac duobus parietibus, vno in lapide angulari CHRISTO coniunctis, tota ædificetur Eccleſia: ſed & ea qnoque, vt explicet euangelium vtriſque expoſitum, immò & æquè exhibitum, quandòqnidem etſi Iudæi blandientes ſibi, iactabant ſe hæreditatem Dei, à quo & eximijs B illuſtrati fuerant priuilegijs, vt & non longè poſt, Apoſtolus refert, Gentes tamen illis in euangelio non inueniuntur poſtpoſitæ, vt & quæ benedicendæ erant in CHRISTO, iuxtà pollicitationem Abrahæ factam à Deo: quin & in illius peculium eleuandæ, inxtà petitionem CHRISTI, poſtquàm fuit excitatus à mortuis. Ergò particula, primùm, nota non eſt præſtantiæ, aut præceſſionis in euangelio: ſed æqualis ſortis & conditionis, in conſequenda ſalute. Nam licet ante aduentum CHRISTI, inſignem valuerint Iſraelitæ ex oraculis notitiam habere de eo: licet & in aduentu eius, illis prius euangelium ſit prædicatum, nimirum propter promiſſiones patrum, & proſapiam, ex qua originem duxit, non tamen gentes, ob id, in recipienda ſalute, inferiores ſunt redditæ, quin & illo excitato à mortuis, ſuiſque eum non recipientibus, præcones CHRISTI conuerſi fuerunt ad gẽtes: & fractis ramis naturalis oliuæ, ex oleaſtro in oliuam pinguem ſunt inſitæ, vt Paulus ſuo loco docet.

Epheſ. 2. — Cap. 9. — Gene. 22. — Pſal. 2. — Math. 15. — Rom. 15. — Act. 13. — Roma. 14.

Euangelium ęquè expoſitum iudęis & gręcis.

Verùm vt res reddatur dilucida, perſpiciendum eſt, euangelium bifariam, hoc in loco accipi poſſe, non ſecus ac teſtamentum & lex: altero pro verbis vocibusq;, quibus explicatur, ſiue ſint ore prolata, ſiue ſcripturæ commiſſa: reliquo, pro re, voce, vel ſcripto expreſſa, de qua dicendum eſt paulò poſt. Et primo qnidem modo, haud obſcurum eſt, qno pacto virtus ſit Dei, cum C indubiè aliter nõ ſit, quàm artificis organum, virtus & poteſtas eius eſt (nimirum per metonomian) ea ſcilicet ratione, ꝙ per illud, virtus artificis tranſit, dilabiturq; ad rem, quam arte cõſtituendam eſſe decreuit, ita quidem & verbis euangelicis prolatis, vel editis, Dei virtus, haud ſecus ac organo quodam, ad corda noſtra pertingit, percutit emollit, innouat, & regenerat, vt verè ex mancipijs Sathanæ, filij efficiamur Dei. Vnde & ad prædicationem Petri & Pauli, immò & apoſtolorum omnium, homines reconciliabantur Deo, ſubſcribebant CHRISTO, & ſalutari ſe committebant lauàcro, vt per verbum renaſcerentur in ſpiritu. Nec modò ad prædicationem, ſed ad ſcripti euangelij exhibitionem, multis accedebat ſalus: cum Bartholomæus & Barnabas, librum euangelicum ſupponẽdo, ſanarent ægrotos, non ſolùm corpore, à quo initiũ proficiſcebatur ſalutis, ſed & animæ, ad quam ſalus dirigebatur carnis (tam etſi, ſubſequente doctrina, ac gratia ſpiritus paraclèti, ſine qua ſalus animæ nulli contingit) Conſtat ergò, qno pacto euangelium priori modo acceptum, virtus eſt Dei, & quomodo ad ſalutem proficit omni, qui credit, ſed id non intendit apoſtolus.

Bartholomęus. — Barnabas.

Secundo autem modo, euangelium auditur pro CHRISTO, & quidem crucifixo, quod pręcipuè D continetur in eo: & potiſſimum hoc in loco, eſt intentum à Paulo. Et quidem quòd pręcipuum ſit contentum, vel ex hoc eſt euidens, quòd non alia ratione, verbum nuncupatum eſt crucis: & Corinthijs reſummens Apoſtolus, quid potiſſimum, euangelizãdo eis impartitus ſit, Tradidi, inquit, vobis, quòd CHRISTVS, mortuus eſt pro peccatis noſtris. Quòd verò à Paulo maximè ſit intentum, vel ex eo eſt conſtans, quòd ſuis in concionibus & epiſtolis, nihil ęquè profitetur, vt CHRISTVM crucifixum; quem non modo dicit virtutem Dei, ſed & ſapientiam eius. Siquidem CHRISTVS crucifixus, licet ex parte, qua eſt vnum cum patre, indubiè ſit omnipotens, ex ea tamen, qua eſt vnum cum nobis, ſine controuerſia, eſt infirmus, eò quòd communicauit carni & ſanguini, ſicut & nos communicamus eiſdem: quia etſi non induit carnem peccati, induit tamen peccatrici perſimilem, vt habitu inueniretur, vt homo.

1. Co. 1. — Cap. 15. — 1. Cor. 2. — Heb. 2.

Chriſtus maximè fortis, & maximè imbecillis & qua ratione.

Quid ergò? Etſi valet CHRISTVS, Dei nuncupari virtus, vt Deus, in præſenti tamen, virtus

Dei nuncupatur vt homo. Non eo pacto q̃ à natura noſtra, quæ in eo eſt, ſit profecta, ſed quia E Colo. 2.
ex diuinitate, quæ in eo corporaliter habitat, ad illam vberrimè eſt transfuſa. Nam ſicut ex par-
te animæ, nactus eſt omnem gratiam Dei, quippè qui plenus ea eſt, non ſolùm pro ſe, ſed & pro Colo. 2.
nobis, vt de illius locupletemur vbertate, immò & pro ſpiritibus cœli, vt qui caput eſt nedum
hominum, ſed Angelorum, ſicut & verè decet vnigenitum patris, cui non ſolùm omnia iure
debent eſſe ſubiecta, ſed & in illo Dei prouidentia mirificè recapitulata: & ſicut ex parte men- Ephe. 1.
tis ditatus eſt omnium cognitione, vt in quem profuſi ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei, vt Coloſſ. 2.
meritò lux euaderet mundi, omneſque veritatis luce perfunderet, qui verſantur in tenebris, Ioan. 1.
& vmbra mortis, nobis à Deo datus non ſolùm vt Apoſtolus, ſed vt doctor & magiſter, quem Heb. 3.
maximè audire debemus, vt Pater non ſemel atteſtatus eſt: ità & ex parte poteſtatis, do- Matth. 17.
natus eſt omnium poteſtate, vt meritò virtus euaſerit Dei: ſi quidem illi omnia Pater dedit in Ioan. 14.
manu, & poteſtatem aſſequutus eſt, omnis carnis, & omnium ferendi iudicium, quia filius
hominis eſt.

Qua de re attendendum, quòd etſi Deus ſemper eſt mirabilis & creatis mentibus incompre-
henſibilis, in reparatione tamen hominis, & recapitulatione in CHRISTO, & per CHRISTVM, F
totius vniuerſi, longè mirabilior, longèque incomprehenſibilior eſt: vt qui præter omnium
exiſtimationem, ſicut maximam CHRISTI gloriam, in maxima conſtituit contumelia, ſupre-
mam exaltationem, in extrema humilitate, & immortalem vitam, in execrabiliſſima morte: ità
& efficaciſſimum robur & vim, in ſumma illius poſuit imbecillitate, ac virium defectione. Ergò 2. Co. 12.
ſi Dei prouidentia, virtus in infirmitate perficitur, ſi Paulus cum infirmatur, fit potens, ſi infir-
ma à Deo eliguntur, vt fortia confundantur: nemini erit obſcurum, CHRISTVM euaſiſſe tunc, 1. Cor. 1.
maximè validum, cum maximè viſus eſt imbecillis: ergò validiſſimus fuit in cruce, in quam
non modo ſuffectus eſt in infirmitate, ſed extremè contritus in ea, non ſolùm derelictus ab Eſai. 53.
amicis, Apoſtolis, & ardentiſſimo patre, ſed traditus voluntati ſuorum hoſtium, vt pro libito Pſal. 21.
debaccarentur in illum: à quibus & humiliatus, afflictus, percuſſus, & immaniſſimè diuexa-
tus, non modo non retaliauit, non modo non comminatus eſt, ſed non ſecus ac agnus coràm
tondente, vellicante, mactante, non eſt conqueſtus, immò eſt beneprecatus, vt oraculum mo- 1. Pet. 2.
nuit, & princeps apoſtolorum compleuit. Eſa. 53.

Omnipoten- Ergo non mirum ſi in cruce poſitus, non modo fortiſſimus, ſed & ipſa Dei virtus, factus eſt. Luc. 11.
tia crucifixi. Ergò non mirum ſi Sathanam debellauit, & illius caput attriuit: non mirum ſi depredatus eſt G Eph. 4.
tartarum, & captiuam captiuitatem eduxit: non mirum ſi mortem occidit, peccatum extermi- Col. 2.
nauit, mundum ſuæ ditioni ſubiecit: & denique omnia ad ſe non ſolùm conuertit, ſed pertra-
xit. Nec quidem vt iudicium attentaret, ſed vt ſalutem afferret, immò ab omni malo eripe- Ioan. 12.
ret: quippè qui non ſolùm venit ſaluator, ſed vt cornu ſalutis, vt Zacharias cecinit. Ergo Luc. 1.
euangelium virtus Dei eſt in ſalutem, quia CHRISTVM, nobis exhibet crucifixum, in quo
mirum in modum emicat efficacia, ac potentia Dei, qua decreuit vniuerſum ſaluare, & ho-
mines ad cœleſtem hæreditatem & fœlicitatem reducere, immò & in illa longe locupletio-
res reddere.

Amplius, poteſt & prædictis proximè, euangelium eo pro beneficio ſumi, quo inſigniter af-
fecti ſumus à CHRISTO: cum & illud inter præcipua ſit, quæ continentur in eo. Quod & ſi ſua
ex præſtantia præclara multa complectitur, quæ tamen, nemine diſcrepante, potiſſimum illud
nobis reddunt illuſtre; iuſtificatione, ſanctificatione, ac redemptione comprehenſa ſunt: pro-
pter quod & Apoſtolus, illud breui perſtringens, CHRISTVS inquit, datus eſt nobis à Deo, 1. Cor. 1.
iuſtitia, ſanctitas, & redemptio: & alibi, iuſtificati eſtis, ſanctificati eſtis, redempti eſtis, per no- 1. Cor. 6.
men Domini IESV. Et quanquàm tria hæc, in euangelio non ſolùm ex CHRISTO, & quidem H
crucifixo, profecta docemur, ſed & ad illa non ſegniter excitamur: ſatis tamen eſt: ſi illa in ſalu-
tis verbo, in quo & ea Paulus in præſenti comprehẽdit, animaduertimus. Nàm licèt, & ſalus eſ-
ſe poſſit à quouis genere mali, maximè tamen ac optimo iure, ab eo genere eſt, quod ſimpliciter
malum includit, quod indubiè peccatum eſt: ergo nec ſimpliciter ſalus eſt, niſi à peccato ſit. er-
go quia ſalus, quam euangelium exhibet (quia ſimpliciter ſalus eſt) vt ſalus à peccato ſit, neceſ-
ſarium eſt: propter quod & CHRISTVS, per quem ſalus euangelica facta eſt, venit quidem vt
ſaluaret populum, at in præſenti non ab omnibus malis, quoniam non ab incommodis & pœnis
Tria in pecca- huius vitæ, quæ & electis in exercitium relinquuntur virtutis, ſed vt vaticinatus eſt Angelus, à Matth. 1.
to cõnexa, & peccatis & delictis, quæ præcipitant hominem in perditionem.
per Chriſtũ
excluſa. Ergo cum in peccato connexa ſint tria, culpa, macula, & pœna, conſtetq́; primum recon-
ciliari

A ciliari iuſtitia, ſecundum ablui ſanctitate, & tertium deleri redemptione, profectò imprimis de-
trectari non poteſt, in ſalute, (quæ eſt à peccatis) quæ diximus, vrgenti ratione concludi: dein-
de & præſentem interpretationem præmiſſæ non diſſonare, ſed proximè illam accedere, immò
cum non niſi à CHRISTO, eoque crucifixo tria illa dimanent (quippè qui ideò pro peccatis
2.Cor.6. immolatus eſt, vt iuſtitia Dei euadamus in eo, à quib⁹ & lauit nos in ſanguine ſuo, & redemit nō
Apo.1. auro, vel argento, ſed effuſione ſanguinis precioſi) indubiè quòd illam ſupponit, immò & eo
1.Pet.1. pacto complectitur, vt ſine illa eſſe non poſsit. Quare ſi CHRISTI beneficium, CHRSSTVM
continet crucifixum, haud difficilè eſt accipere, quomodo & illud virtus appelletur Dei: præ-
ter id, ꝙ & alia illud ſibi vendicat ratione, nimirum ꝙ iuſtificare, ſanctificare, redimere, idque à
peccatis & delictis, nequit ex cuiuſuis creaturæ poteſtate procedere, eo quòd in ijs præſtandis
opus eſt infinita virtute, quæ rebus creatis non conſonat: nec modo opus eſt infinita virtute, ſed
& quæ validiori nitatur conatu quàm factum eſt in creatione mundi, vt ſcite Auguſtinus docet:
propter quod & iure conſtitutum eſt, vt Seruator hominum, non tantum tranſcenderet homi-
nem, ſed etiam Angelos, quin & virtute omnem excederet creaturam, vt tandem tanti media-
toris impēdio, ac tam eximio & incogitabili beneficio, nedū ſaluarentur homines, ſed & quic-
Ephe.1. B quid lapſu ceciderat hominis: ac eo pacto omnia recapitularentur in CHRISTO.

Denique, & cum in beneficio CHRISTI, gratia implicetur ſpiritus ſancti, haud dubium, ꝙ
& ea euangelicæ vocis explicatio, qua illa dicitur contineri, à mox poſita acceptione, non di-
ſcrepat. Siquidem, & non ſemel, in ſcripturis euangelium dictum eſt ſpiritus, vt cum contrapo-
2.Cor.3. nitur legi, quæ dicta eſt litera: & ſpiritus vitę, ſicut è diuerſo litera dicitur mortis, & per hoc ſpi-
Rom.8. ritus gratiæ, quæ vita ſpiritus eſt: vnde & frequenter euangelium, verbum dicitur gratię, & Pau-
Act.20. lus, quia ad euangelizandum eſt aſſumptus, miniſter ac diſpenſator dictus eſt gratiæ, vt conſtat
Ephe.3. in epiſtolis ſuis. Et quadrat etiam hoc in loco ita euangelium ſumere, cum & gratia non ſolum
Ioan.1. nobis impartiatur à CHRISTO (nā ſicut lex data eſt per Moſen, ità & gratia facta eſt per CHRI-
Eph.6. STVM) ſed & virtus Dei eſt, qua potentes euadimus, tùm in debellandis hoſtibus, contra quos
iugis nobis eſt colluctatio, tùm in perferendis aduerſis, quæ nobis relinquūtur ad frugem: quin
Rom.6. & ad aſſequendum fœlicitatem repromiſſam, quoniam gratia Dei vita æterna, in qua omnis ſa-
lus abſoluitur, ac quod volueris bonum mirifice aggregatur.

Iuſtitia enim Dei, in eo reuelatur, ex fide in fidem. Præmiſit euangelium eſſe poteſtatem Dei omni
C qui credit, modo id valida ratione conſtituit: non ſolum vt conſtantius, quod præmiſit, ſubſi-
ſtat, ſed vt & thema, quod pertractaturus eſt, compleat & abſoluat. Et vt aliquid de ſingulis at-
tentemus, principio attendendum, iuſtitiam hoc loci, & ad mentem, ſi non fallor, Apoſtoli,
ſumendam eſſe è regione Dei, vt de illa quidem recipiatur, qua & eſt, & dicitur iuſtus: quod
& planè poteſt tribus modis exponi. Primò quidem, vt aliud non ſit quàm bonitas, ſed integra
& abſoluta: quod nec inſolitum eſt literis ſacris, nec phyloſophorum ſcholis. Nam a iuſtitia
hoc pacto, & Abel, & Noe, & Iacob, & Ioſeph, & Zacharias, & Simeon, & plures, nuncupati
ſunt iuſti: & clarum eſt apud phyloſophos, nonnunquàm iuſtum acceptum eſſe, pro bono, &
2.Ethi. iuſtum maximè, legali iuſtitia. Siquidem cum virtus quælibet, bonum (vt dicunt) reddat, il-
lam habentem, ea ſaltem ex parte, qua moderatur eum, vt ſobrietas ex parte potus, & caſtitas
parte veneris: haud dubium, quòd legalis iuſtitia (cum omnes complectatur virtutes) eum apud
quem nituerit, bonum quidem conſtituet: at non ex parte, ſed integrè. Ergo hoc pacto audita
iuſtitia, perſpicuum eſt, quòd congruit, & potiſſimè Deo: immò quòd illi congruit abſolutè &
Math.10. vnicè, quippè qui nedum eſt ſummè bonus, ſed ità eſt bonus, vt ſolus ſit bonus, CHRISTO teſtā-
Luc.18. te, ꝙ nemo eſt bonus, niſi ſolus Deus.

Ps.47.21. D De hac iuſtitia ac bonitate Dei, ſermo non rarò fit in ſcripturis: Vt, iuſtitia plena eſt dextera
144.10.& tua: Annunciabunt cœli iuſtitiam eius: Memoriam abundantiæ tuæ eructabunt, & iuſtitia tua
144.124. exultabunt: Et illud. Iuſtus Dominus, & iuſtitiā dilexit. Et iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis.
Et miſericors Dominus, & iuſtus, & multæ miſericordiæ inuocantibus ſe. Quæ & in euangelio,
hoc eſt, in CHRSSTO crucifixo, vel ſi mauis, in beneficio eius, ſiue gratia ſpiritus ſancti, maxi- Iuſtitia ſeu
mè (ſine controuerſia) fulget: quin & eò vſque fulget, vt verè amplius fulgère non poſsit. Si bonitas Dei,
enim bonitatis eſt, liberalem ac beneficum eſſe, ſi ad illam ſpectat effundere, ac communica- maximè in
re ſeſe, ſi ei proprium eſt mouere, attrahere, & magna cum ſuauitate ad ſeipſam adducere, tùm euāgelio ful-
omnia, tùm potiſſimum corda humana (nam bonum, inquiunt, quod omnia appetunt: & in- get.
Ethi.1. quieta ſunt corda noſtra, donec in ſummo bono quieuerint) diſſimulari planè non poteſt in
Aug. euangelio, non dicam innui, inſinuari, ſub vmbra ac velo contineri, ſed palàm, ſed patentiſ-

ſimè detegi, exhiberi, & manibus pertractari, oceanum liberalitatis, quin & (ſi dicere nefas non eſt) prodigalitatis Dei experiri, immò maximo cum ſtupore, rem perinde ac incredibilem, profiteri pluſquàm profuſiſſimam communionem ſui: quippè qui non ſolùm mũdo vnigenitũ dedit, aut pro nobis cruci expoſuit, ſed & cum eo & ſe, & omnia impartiuit, immò & magnificẽtiſſimè elargitus eſt. In quo vnigenito, & maximè cruci affixo, tàm validè, tàmque mirificè cum omnia, tùm homines præcipuè, conuertit ad ſe, compulit, & adiunxit: vt denique non quieuerit, quouſq; ea in ſe, inſolubili nexu reuinxerit, ac modo quopiam trãsformauerit, vt tandem omnia eſſe poſſit in omnibus. E

Roma. 8. Ioan. 12. 1. Cor. 15.

Secundò, iuſtitia idem eſt, quod veracitas, ſeu fidelitas promiſſionis Dei: quo modo, & non raro, ſumitur, & in diuinis literis, & in Ethnicorum placitis. Cum enim hoc pacto, aliud non ſit, quàm promiſſi conſtantia exhibitioque, certum eſt, quòd non immeritò, ſi ab vtriſque pars definitur iuſtitiæ, quæ ex ſui ratione, vnicuique reddit, quod debitum vnicuiq; eſt. Conſtat autem, quòd iuſtitia exigit, vt qui promiſit, maneat promiſsis, quæ & opportunè perſoluat: aliàs nota inureretur perfidiæ, mendacij, & inconſtantiæ: quod apud homines, maximè execrãda res eſt. Quare etſi quęuis iuſtitia principem decet, ea tamen maximè, qua promiſſa adimplet, & pręſtat quod ſpopondit: & potiſsimum ſi & promiſſa, iuramento ſanciuit. Ergo & ſupremum maximumque omnium principem, Deum inquàm optimum, vt ſtet promiſsis, ſitque fidelis in verbis, & iuſtus in ſponſionibus, præ omnibus decet: & maximè quas iureiurando firmauit. Qua de re, & ſi ſponſiones Dei erant multæ, & ſi maxima ex parte, iuramento ſacratæ, eò tamen quòd omnes pertinebant ad CHRISTVM, qui ſicut eſt legis, & oraculorum ſcopus, ità & pollicitationum Dei finis & terminus: ideò eo incarnato, ac cruci appenſo, Deus ſuis promiſſionibus eſt iuſtificatus, vt qui ſtando promiſſis, non ſolùm ſuis in ſermonibus fidelis & verax eſt habitus, ſed & eòuſque fidelis & verax inuentus, quòd vt præſtaret, quod erat pollicitus, vnigenito non pepercit, quem vnicè diligebat, & in quem omnes diuinitatis ſuæ theſauros coaceruauerat. F

Pſal. 144. Roma. 10. 2. Cor. 1. Roma. 3. Epheſ. 1. Col. 4.

Promiſſiones Dei, omnes pertinere videntur ad Chriſtum, qui tandé nobis eſt exhibitus.

Et licet CHRISTVS, repromiſſus fuerit ab exordio mundi, licet & in ſtatu innocentiæ, matrimonium conſecratum ſit, in myſterium CHRISTI & Eccleſiæ eius, licet & mox patrato peccato, pronunciatum ſit ſemen mulieris, caput contriturum Sathanæ, & non longe poſt, orſus ſit Enos inuocare in nomine IEHOVAH, quod vt alibi comprobatum eſt, non ſolum nomini cõſetit IESV, ſed myſterio continetur in eo: licet & præmonitus eſſet Abramus eius in ſemine, hoc eſt, vt interpretatur Apoſtolus, in CHRISTO IESV, omnes benedicendas gentes, & per Moſen poſt exitum de Aegypto, inculcatũ eſſet populo Iſrael: prophetã eſſe vẽturum, quem ſiquis contempſerit, exterminandus eſſet de familia Dei: & denique licet diuerſis ritibus, cœremonijs, ſacrificijs, quibus vndique ſcatebat lex, paſſim adumbrata ſit immolatio CHRISTI: quia tamen, non niſi extante temporis plenitudine, propria in perſona eſt exhibitus, mũdo donatus, & orbi redditus manifeſtus, haud dubium quòd tandem, ſed opportunè, iuſtitia promiſſionis Dei locupletiſſimè reuelata, hoc eſt, omni velo detecta, vniuerſo orbi in ſalutem, & tradita, & expoſita eſt. G

Geneſ. 2. Ephe. 5. Gene. 4. Gen. 22. Gala. 3. Deu. 18. Heb. 9. 10. & 11. Gal. 4. Eſai. 9.

Tertiò, iuſtitia ſumi poteſt, pro mulcta & ſatisfactione, noſtris quidem facinoribus debita, & à nobis iure optimo requiſita. Verùm quia ſoluendo non ſumus, quippe quibus per peccatum vires eouſque ſunt fractæ, adeò redditæ imbecilles, vt non ſolum nõ valeámus eximere nos ab infinito debito, quod in Deum committendo contraximus, ſed nec opus aliquod cogitare, quod ſine gratia & miſericordia Dei, eo in negocio efficaciter proſit: haud dubium, quòd ſi iuſtitia hæc, locum habere debet in mundo, neceſſe eſt, vt peculiari modo proficiſcatur à Deo, cui nihil eſt impoſsibile. Et quanquam Deus, & pluribus, & infinitis modis, illam valuiſſet efficere, libuit tamen illam non præſtare, niſi interuentu vnigeniti proprij, in quem (paſsibili ei coaptato corpore, & perſoſsis auribus, vt propenſus eſſet ad obediendum) facinora noſtra conijceret, ac in illo omni cum ſeueritate mulctaret, & hoc pacto nos ab impoſsibili nobis, ſatisfactione redimeret. Siquidem ea ratione Deus, CHRISTVM, qui peccatum non fecit, noſtris pro peccatis ſacrificium fecit, vt nos tanto redempti precio, iuſtitia Dei efficeremur in eo. Hac ergo de iuſtitia tertiò intellexit Apoſtolus, tradens eam in euangelio, hoc eſt in CHRISTO, vt ſæpe diximus, crucifixo, eiuſque beneficio, & dono ſpiritualis gratiæ detegi, ac omnibus inuulgari. Quod non ſolùm res eſt explorata, ſed tàm perſpicua, quòd importunum eſſet verbum adijcere. H

2. Cor. 5. Luc. 1. 2. Cor. 5.

Satisfactio noſtra à Deo profecta, & in Chriſto exhibita.

Verùm ſi iuſtitia Dei è regione ſumitur noſtri, vt multi & grauiſſimi doctores accipiunt, pro ea ſcilicet, qua donamur ab eo, res eſt illuſtris, & perpaucis valet explicari: quandoquidem omnibus eſt compertum, eam Dei iuſtitiam, in euangelio palàm ac ſine inuolucro exhiberi,

Aug. & alij.

quam

A quam ipſe nobis pro ſui ergà nos dilectione, gratis impartit, immò in nos vbertim effundit.
Quæ proculdubio eſt iuſtitia CHRISTI, in quo ſolo abſoluitur, & interuentu eius gratiæ, &
ſingulariſſimi beneficij: à nobis per ſpiritum eius participatur: quandòquidem etſi iuſtifica-
Roma. 3. mur gratis à Deo per gratiam ſuam, id tamen non contingit ſine redẽptione, quæ eſt in CHRI-
STO IESV, ſed de his ſuo loco diffuſius.

Quod autem ſubdit, *ex fide in fidem*, & ſi varios ſortitur interpretes, & ſi argutè res à pluribus
explicatur: ſat tamen fortè pręſtitiſſe videbimur, ſi quod nobis, noſtra pro imbecillitate ſuccur-
rit, breuibus afferamus. Ergò noſtro quidem iudicio, cum præmiſiſſet apoſtolus, euangelium
forè Dei potentiam in ſalutem, non quidem omnibus, ſed credentibus, & conſtituiſſet primam
eius partem, nimirum Dei virtutem eſſe, conſequebatur planè, vt cõſtitueretur poſtrema: om-
ni inquam, qui credit: quod & præſtat his verbis. Siquidem ex illis liquet, quæ illa ſit fides, qua Fides in fidẽ, omnibus ad ſalutem neceſſaria.
tenemur credere, vt ſalutem aſſequamur, nempè quòd ea eſt, quæ tendit ac reijcit ſeſe in fidem,
& per hoc, ſine dubio, quòd fides eſt viua, chriſtiana, catholica: quam Paulus definit ad He-
Cap. 12. bræos, ſubſtantiam eſſe eorum, quæ ſperantur, & argumentum rerum, quæ non videntur. Er-
gò difficilè non eſt agnoſcere, ad fidem, de qua ſermo, eſſentialiter pertinere, non ſolùm inni-
B ti præteritis ac præſentibus, ſed etiam futuris. Ergò & neceſſe eſt credentibus in fide progre-
2. Cor. 5. di, & (vt inquit Paulus) dum hic agimus, per illam ambulare, ac eo pacto ex fide in fidem iugi-
Epheſ. 2. ter tendere, & vt dicemus, ſeſe in illam reijcere.

Verùm vt hæc ſint illuſtria, attendenda ſunt duo, Alterum eſt, quòd fides, de qua loqui-
Cap. 9. mur, eſt veluti medium quo proximè Dei iuſtitiam adipiſcimur, vt ſuo loco apoſtolus docet:
propter quod, vt litera ſit perſpicua, vocula, poſſidenda, (aut quæuis non diſſimili, quæ & in-
dubiè eſt ſubintellecta,) ſupplenda eſt. Reliquum eſt, quòd fide viua, chriſtiana, catholica,
dum hoc verſamur in ſtadio, primitijs potimur beneficij CHRISTI, & per hoc, ſalutis, & re-
demptionis humanæ, præſtolantes abſoluta peregrinatione, vbertates & copias, quando mor-
1. Cor. 15. Philip. 3. tale induet immortalitatem, & corruptibile incorruptionem: quãdo reformabit CHRISTVS,
corpus humilitatis noſtræ, in configurationem corporis claritatis ſuæ. Ergò fides, qua aſſe-
quimur iuſtitiam Dei, partim eſt reſpectu præſentium, eo quòd per illam impartimur diuina
iuſtitia, & partim eſt reſpectu futuri, eo ꝙ per eam credimus quę ſperamus in patria. Ergo in fi-
de, qua iuſtificamur, progreſſus quidam includitur, quo ex fide præſentium, in fidem pro-
gredimur futurorum: & ea quidem firmitudine, vt nulla eorum maneat hæſitatio, propter
Hebr. 11. C quod, & fides ſubſtantia eorum eſt, quæ ſperamus, & argumentum eorum, quæ non videmus,
vt latiſſimè ad Epheſios diximus.

Amplius, quod dicit, *in fidem*, pro Dei ſumi poſſet fidelitate, vt hoc doceamur ex loco, fi-
dem, quæ iuſtitiam Dei aſſequitur, eius eſſe naturæ, ꝙ eorum quæ expectantur reſpectu, inni-
tatur maximè veracitati diuinæ, immo ꝙ in illam perindè ac tutiſſimam anchoram reijciat ſeſe: Fides Dei veracitati innixa.
Heb 10. certiſſima facta, ꝙ fidelis eſt, qui promiſit. Præter id, ꝙ & hoc pacto, illa audita particula, inſtrui-
mur, noſtris non innitendum operibus, aut quibus volueris exercitijs, quoniam à Deo omnia
pendent, qui alio debito non aſtringitur creaturæ, niſi debito promiſſionis proprię: ergo noſtrũ
eſt illius fidei nos committere, & ab illa præ omnibus dependère. Et licet prior interpretatio
mentem aſſequatur Pauli, hæc tamen, cum & vera ſit, non recedit ab ea: immò futura expecta-
taq; bona, cum arctiori ad nos iure, nequeant pertinere, quàm iure pollicitationis Dei, qui ve-
rax eſt, & mentiri non poteſt, palàm eſt in bonis futuris, ad quæ fides, vt patuit ſe extendit, Dei
pollicitatione includi: & per hoc ambas interpretationes quodammodo connecti, immò &
alteram ex altera, non obſcura ratione iuuari.

D *Sicut ſcriptum eſt*, ſecundo oraculorum Abacuch, *Iuſtus ex fide viuit*, græcè non legitur viuit,
ſed viuet, nec ſolùm in præſenti loco, ſed Galatarum tertio, & Hebræorum decimo. Et licet
hæc verba, varios patiantur ſenſus, quia tamen ſunt pręmiſſis annexa, eorumq; rationem quo-
dammodo explicantia, ritè (ſi non fallor) poſſunt hunc in modum exponi. Cum enim proximè
dictum ſit, iuſtitiam Dei, à nobis excipiendam, ac poſſidendam ex fide, ſed tendente ac ſe reij-
ciente in fidem: vt id redderetur conſtans, adiungit quòd, *iuſtus*, non quidem iuſtitia ſua, (quã
Rom. 3. Paulus arbitratur aliquando vt ſtercora, & Propheta pannum mulieris immundæ, ſed iuſtitia
Philip. 3. Dei, quam ſortientes in CHRISTO, & bonus odor Deo euadimus, & impolluti illius tribu-
Eſa. 64. nali aſſiſtimus: Iuſtus, non iudicio mundi, qui videt quæ foris parent, & ſæpe tenebras iudicat
2. Cor. 2. 1. Re. 16. lucem, ſed iudicio Dei, qui intuetur cor, cuius & iudicium rectum, ac ſacroſanctum. Iudicio, in- Quis iuſtus Dei iudicio & abſolute.
Eſa. 5. quam Dei, & maximè quo iuſtus aliquis decernitur abſolutè, & non quo iuſtus iudicatur ad tẽ-

Q iij pus

pus,& ob id,quo iuſtus iudicatur prædeſtinatus, & abſolutè inter filios Dei aſcriptus: propter quod & Paulus ad Hebręos,pronomen (meus) adiungit, volens ea verba ex ore Dei progredi, & per hoc,de iuſto ſuo,hoc eſt, ab eo abſolutè dilecto,ac inter filios ſimpliciter enumerato,interpretari. Et licet digladientur multi, an meus, ſcripſerit Abacuch, vt refert Apoſtolus, iuſtus meus ex fide viuet,an ſua,vt transferunt ſeptuaginta, & modo in textu circunfertur prophetæ, iuſtus ex fide ſua viuet, irrefragabilis tamen ſententia eſt Apoſtoli, & tutius prophetæ textum admittitur deprauatum,quàm Paulum infidelem: præſertim cum non fuerit arduum, ſed facilè, textum eo loco corrumpere,quoniam exploratum eſt,affixum Iod, in affixum Vau, non rarò à minus aduertentibus commutari,propter ſimilitudinem figurę. E Cap.10.

Vita ſalutis, vita ſimpliciter.

Viuet, quod duobus modis interpretor: altero de vita ſalutis, quæ vita eſt æterna,& per hoc, vita ſimplicitèr,in qua nulla imago offenditur mortis: vt viuet, eo pacto ſumatur, quo ſumi videtur decimo Lucæ (hæc fac, & viues) & ea confirmatur thematis pars, qua dictum eſt, in ſalutem. Nàm cum præmiſiſſet euangelium eſſe Dei virtutem, in ſalutem omni qui credit,idq́; non inualida ratione probaſſet, quia in eo reuelatur iuſtitia Dei, excipienda poſſidendaque, vt dictum fuit, ex fide in fidem, non fuit inopportunum adiungere, Dei iuſtitiam, ex fide in fidem acceptam & poſſeſſam, præſtare ſalutem. Reliquo de vita præſenti: in quo attendendum, quòd magis intenditur quàm exprimatur, nam vita exprimitur abſolutè, & intenditur commoda & iocunda,ſicut & Ieremię vigeſimo primo. Si quidem iuſtum non conturbabit quicquid illi acciderit, vt & Sapiens docet. Et ſcitè verbo vtitur in futuro,vt percipiatur, quòd viuet eo pacto indeſinentèr, quandòquidem niſi qui perſeuerauerit,ſaluus eſſe non poterit. F Prouer.12. Luc.12.

Ex fide, ſinè dubio, tendente ac ſe reijciente in fidem. Et iuxtà primam interpretationem vitæ,res eſt perſpecta, quandò nemo eſt,qui non videat,Dei iuſtum, de quo ſermo, eo pacto tandem,ex fide in fidem, illius poſſidere iuſtitiam, ꝙ victurus eſt vita beata. Iuxtà verò interpretationem poſtremam,etiam res ſatis eſt clara,quandò ſicui vita præſens eſt commoda, & ærumnis minus infeſta,ea maximè eſt,quam iuſtus,ex fide ducit,in fidem. Nàm cum iuſtus hoc pacto, nõ pendeat ex his,quæ ſunt mundi præſentis, quippè qui illo vtitur ac ſi non vteretur, haud ignarus ꝙ decipit,& ꝙ totus in maligno poſitus eſt,ſed pendeat ex his,quæ ſunt mundi futuri, quippè qui non contemplatur, quæ videntur, & temporalia ſunt, ſed quæ non videntur, & æterna ſunt,optimè perſuaſus, ꝙ ſua politia in cœlis eſt, & ꝙ ſi in præſentia neceſſe eſt, illum in aliquo diuexari, illud tamen modicum eſt & leue, & tamen quod expectatur, æternum habet gloriæ pondus: indubiè non ſolùm habet aduerſa omnia, quibus in peregrinatione premimur, æquanimitèr tollerare,ſed & periocundè vitam iſtam tranſigere,certior factus, quòd ſpes in qua gloriatur,illi repoſita eſt,quæ & non confundit. 1.Cor.7. 1.Ioan.5. 2.Cor.4. philip.3. 2.Cor.4. G 2.Thi.4. Rom.5.

Hactenus præfatio & thema totius epiſtolæ.

Obſeruationes huius partis.

Chriſti crux ſacroſancta pijs.

Obſeruandum ex particula (Non enim erubeſco euangelium) Quod ſi CHRISTVS, crucifixus, mundo res eſt execrabilis,& ob id,euangelium (eius iudicio) res eſt ſtultiſſima, his tamen qui ardore charitatis CHRISTI affixi ſunt cruci, & carnem crucifigunt cum vicijs & concupiſcentijs, res eſt celeberrima,ſacroſancta, & omni obſeruatione digniſſima: vt qui ſtigmata Domini noſtri, non ſolùm habent in corde, ſed & patiuntur in corpore, ac nequeunt niſi crucem ſuſpicere, amplecti, exoſculari,& illi omnem gloriam attribuere: idque plusquam optimo iure, cum CHRISTI crux ſit gloria Dei,propitiatio mundi,contritio Sathanæ, abolitio delicti, depredatio tartari,& recapitulatio,immò & renouatio,totius vniuerſi. Ergò chriſtianum hominem,non tantum euangelij pudere non decet,(ſed illi debitum eſt, illud & ſemper, & paſſim, tùm verbo,tùm vita præſtare, non modò æquo animo, ſed & ardenti affectu, exemplo capitis, ſuam excipiendo crucem,) nunquam non memorem, ꝙ ille patiendo pro nobis, nobis dimiſit exemplum,vt ſectemur veſtigia eius. Quòd ſi mundus rem execratur,repetamus intrà nos, ꝙ illi renunciatum eſt in baptiſmo,vt crucifigatur nobis,ſicut & illi nos crucifixi ſumus: ſi illudit ſapientia carnis,& ſtulta Michol deridet tripudiãtem Dauid,coràm arca Domini, nõ èxcidat animo, ꝙ ſapientia carnis inimica eſt Deo,& ꝙ qui in carne viuunt, Deo placere non poſſunt: quin & qui carnis audiunt deſiderijs,moriuntur,& qui ea reſpuunt,viuificantur. 1.Co.1. Gal.5.6. H 1.Pe.2. Gal.6. 1.Paral.15. Rom.8.

Obſeruandum ex particula (Virtus Dei eſt,in ſalutem omni credenti.) Quòd etſi diuina virtus valuiſſet nos ſine fide ſaluare, eo quòd in illius voluntate cuncta ſunt poſita: placuit tamen, ac profuſiſſima in nos charitate conſtituit, vt fide nanciſceremur ſalutem: vt illa præſenti Heſter.13.

A peregrinatione, non ſecus ac ſalutis participio locupletati (nam & qui credit, æternam vitã in-
choauit in ſe) ad illud, quod reſeruat in patria, & ardentius ſuſpiremus, & celerius progredia-
Ioan.3. mur. Sicut enim Deus ardorem cuiuis indidit creaturæ, ad naturalẽ finem, ita & electis, quibus
& timor Domini concreatur à uulua matris, ardor ingens inſerendus eſt, ad fœlicitatem patriæ,
Eccle.1. quæ & longo interuallo, naturæ facultatem excedit, qui & maxime, ex viua fide conſurgit, quæ
& ſubſtantia eſt rerum ſperandarum, & argumentum non apparentium. Ergò ſi rite penſetur,
Hebr.11. quòd munificentia Dei patris, ciues ſumus aſcripti ſanctorũ, domeſtici Dei, & conſortes naturæ
Eph.2. 2.Pet.1. diuinæ, immo & membra CHRISTI IESV: & propterea quòd iure præſtare aſtringimur vitam
non difformem ab eis, quin & quòd capitis vita omni ſtudio exprimenda eſt à nobis, quippè qui
Rom.8. & prædeſtinati ſumus in imaginem eius, vt ſit primo genitus inter fratres: omnibus poteſt eſſe
perſpectum, quantæ neceſſitatis ſit, non ſolùm credere, ſed per fidem ambulare, illius promiſſa
ſuſpicere, ad illa operibus pietatis contendere, & hoc pacto, quæ diuinæ ſunt voluntatis, pro vi-
ribus adimplere. Ergo non modo prouide factum eſt à Deo, vt credamus, ſed ſuauiter ab eo con
2.Cor.10. ſtitutum eſt, vt credendo ſaluemur. Qua de re non ſolum iuſtum eſt, vt credamus, ſed vt creda-
Eph.3. mus ex animo, non tantùm intellectum captiuando in obſequium CHRISTI, ſed & pectus di-
B latando, ad complectendum eum, qui per fidem geſtit habitare in cordibus noſtris. Vt comple-
Gal.6. ctamur inquam, CHRISTVM, & maximè crucifixum, cum in illo non ſolum ſalus ſit, & redem
ptio noſtra, per quem & ſaluati & liberati ſumus, ſed & virtus ille ſit vnica in ſalutem: quoniam
Acto.4. ſub cœlo datũ non eſt aliud nomen, in quo valeat quis ſaluus fieri, vt Petrus apoſtolus docet.

Et ſi alio medio, Deus valuit nos ſaluare, non immeritò tamẽ placuit, vt ſaluemur fide.

Obſeruãdum ex particula (Iuſtitia Dei, reuelatur in eo, ex fide in fidem.) Quòd ſi iuſtitia Dei,
non modo reuelatur, ſed & mirum in modum fulget, immo & mundo vberrimè exhibetur in
CHRISTO, eoq; crucifixo: nihilòminus & reuelari, & in dies reſplendeſcere debet in omnibus,
Colo.1. qui ex animo CHRISTO ſubſcribunt, vt adimpleatur quod paſsionum eius deeſt, in corpori-
bus ſuis, pro corpore eius, quod Eccleſia eſt. Ergò ſi membrorum eſt æmulari caput, ſi fratrum
exprimere primo genitum, ſi ſeruorum geſtare inſignia Domini, & militum conformare ſe du-
Gal.6. ci: omni ſtudio annitendum eſt nobis, vt crucifigamur cum CHRISTO, vt portantes ſtigmata
Ephe.4. eius in corporibus noſtris, non ſolùm ad imaginem refingamur noui hominis, in iuſtitia & ſan-
Heb.12. ctitate veritatis, ſed nec fatigemur, aut animo concidamus, in perferendis aduerſis: quin & pro-
ptiſsimi ſimus pro fratribus, noſtriſq; commembris, non ſolum illius exemplo, ærumnarum ali-
1.Ioan.3. quid pati, ſed & vitam ipſam profundere, ſicut & pro nobis ille profudit. Et mortui nobis, mun-
C do, & Sathanæ, non ſolum non fructificemus peccato, non ſolùm illius excutiamus iugum, ſed &
quod in nobis, illius veſtigium remanet, inſectemur, nunquàm non allidentes ad lapidem, qui
Pſal.136. CHRISTVS eſt, paruulos eius: vt tandem in ſpiritu reſuſcitati cum CHRISTO, & in vitæ noui-
tate progredientes cum eo, ac ex fide tendentes ac ſuſpirantes in fidem, fauore & gratia eius, nõ
ſolùm triumphemus de hoſtibus, non ſolùm fœcundiſsimi ac grauidiſsimi ſimus actionibus ſan-
ctis: ſed in CHRISTVM, miram methamorphoſim paſsi, vnum idemque quodammodo, euada-
mus ſacrificium, vnum idemque holocauſtum, coràm Deo, cum illo, quod pro nobis, ab eo
eſt oblatum in cruce.

Nõ ſimplici ratione aſtringimur æmulari Chriſtũ.

Obſeruandum ex particula (Iuſtus ex fide viuet,) Quòd ſi naturalis vita, adeò expetibilis eſt
viuentibus ea, vt ea pro, faciant, quicquid faciunt, & quod in ſe perpetuò retinere non poſſunt,
2.Lib.de anima. ſucceſsione retinere conantur (nam eouſque natura in quouis viuentium (ſi tamen non ſint or-
bata, aut ſpontanea generatione producta) eſt ad generandum propenſa, vt nihil æquè forſitàn
concupiſcat, q̃ tale, quale vnumquodq; eſt procreare, vt modo quo valet, æterno diuinoq; eſſe
participet) quantò vehementius vita gratiæ, & æternæ glorię, nobis expetẽda eſt, & ea pro, quic-
D quid agimus conſecrandum, vt tãdem in nobis ſimus perpetui, immò & diuina fœlicitate beati,
& per hoc adeò bonorum omnium cumulis obruti, vt nihil ſuperſit quod deſiderari valeat? Er-
go ſi iuſtus, ex fide in fidem, victurus eſt perpetuò, ſi cœleſti, æternaq; potiturus eſt fœlicitate: cur
quæſo, torpeſcimus ex fide in fidem tendere, Dei iuſtitiam amplexari, illam accuratiſsimè poſsi-
dere, & in dies eam nobis locupletiorem efficere, ac bonorum operum fructibus, ſemper vberio
Gal.2. rem oſtendere? Rurſum, ſi CHRISTVS ea vita eſt, ſi Paulus quod viuit in carne, in fide viuit fi-
Ioan.6. lij Dei: cur tàm frigidi, tamq; deſides ſumus, vt non feramur ad eum, præſertim trahente Patre,
& 10. vocante nos filio, ac mirum in modum ſubducente nos ſpiritu ſancto, cum & certiſsimi ſimus, q
Can.1. nos non eijciet foras, ſed ad interiora trahet, in cellaria introducet, vt ingredientes & egredien-
tes refocillemur in eo? Ergo annitendum omni virili, vt iuſti Dei ſimus, annitendum vt ex fide
in fidem non ſegniter proficiſcamur, annitendũ vt rapiamur in CHRISTVM, & prorſus tràſfor

Expetibilis vita naturæ, ſed magis vita gratiæ.

memur in eum: vt hoc pacto, non ſolũ viuamus in illo, in quo planè viuimus, mouemur & ſumus, ſed & ille eòuſque viuat in nobis, vt verè, libereq́; cũ Paulo gloriari valeamus, quòd nos quidem nõ viuimus, ſed CHRISTVS viuit in nobis. Quod pręſtare ille dignetur, qui cum Patre & ſpiritu ſancto, viuit in ſęcula ſęculorum. Amen. E Acto. 17. Gal. 2.

Tractatio in duas partes diuiſa, priori traditur eruditio fidei, poſteriori inſtructio morum: Illa egeritur Thema, Hæc, quæ conſequi habent ad Thema. Prior pars tribus portionibus conſtat, quarum prima immediatè ſubſcribitur, & ſeptem membris diſſecatur.

Primum huius portionis membrum.

Reuelatur enim irà Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent, quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis, Deus enim illis manifeſtauit.

Secundũ mẽbrum.

Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in imaginem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum. Propter quod tradidit illos Deus, in deſideria cordis eorum, in immundiciam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Quia commutauerunt veritatem Dei, in mendacium, & coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſæcula, amen. F *Propterea tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt naturalem vſum, in eum vſum, qui eſt contrà naturam: ſimiliter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit erroris ſui, in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Qui cum iuſtitiã Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniã qui talia agũt, digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.*

Tertiũ membrum. 2. ca. Epiſt.

Propter quod inexcuſabilis es ò homo omnis, qui iudicas: In quo enim alium iudicas teipſum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas, ſcimus enim quia iudicium Dei, ſecũdum veritatem eſt in eos, qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ò homo, qui iudicas eos: qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & G *reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius. Iis quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio et anguſtia, in omnem animam hominis operantis malum: Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor et pax, omni operanti bonum: Iudæo primum & Græco.*

Quartũ mẽbrum.

Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis, iuſtificabuntur. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus in die, cum iudicabit Deus occulta hominum ſecũdùm euãgelium meum per IESVM CHRISTVM. *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatem eius, & probas vtiliora inſtructus per legem: cõfidis te ipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ, & veritatis in lege? Qui ergò alium doces, teipſum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris: Qui dicis non mœchandum mœcharis? Qui abominaris* H *idola, ſacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt. Circuncisio quidem prodeſt, ſi legem obſerues, ſi autem præuaricator legis ſis, circuncisio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? Et iudicabit id, quod ex natura eſt præputiũ, legem conſummans, te: qui per literam & circunſionem præuaricator legis es. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto in carne eſt circuncisio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circuncisio cordis, in ſpiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.*

Quintũ mẽbrum. 3. cap. Epi.

Quid ergò amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circũciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei. Quid enim, ſi, quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas eorũ, fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt enim Deus verax omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, vt iuſtificeris

cerus

A ceris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Si autẽ iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Abſit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei, in meo mendacio abundauit, in gloriam ipſius: quid adhuc et ego tanquam peccator iudicor, & non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala, vt eueniant bona? Quorum damnatio eſt. Quid ergò? Praecellimus eos? Nequaquam. Cauſati enim ſumus Iudæos et Græcos, omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt. Quia non eſt iuſtus quisquam, non eſt intelligens, nõ eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, uenenum aſpidum ſub labijs eorũ. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio et infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerũt, non eſt timor Dei antè oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcũq; lex loquitur, his, qui in lege ſunt loquitur. Vt omne os obſtruatur, et ſubditus fiat omnis mundus Deo, quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.

Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autem Dei, per fidem IESV CHRISTI, in omnes & ſuper omnes, qui credunt in eum. Non enim eſt diſtinctio. omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redẽptionem, quæ eſt in CHRISTO — Sextũ membrum.

B IESV, quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſsionem præcedentium delictorum in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore, vt ſit ipſe iuſtus, et iuſtificans eum, qui ex fide eſt IESV CHRISTI. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſſa eſt. Per quam legem? factorum? Non, ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentium, immò & Gentium. Quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergò deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legem ſtatuimus.

4. ca. epiſt. Quid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriam ſed nõ apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei, ſicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus: Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitate, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui nõ imputauit Dominus peccatũ. Beatitudo ergò hæc in circunciſione tantum manet: an etiam in præputio? Dicimus .n. quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergò reputata eſt? In circunciſione an in præpu- — Septimũ membrum.

C tio? Non in circunciſione, ſed in præputio. Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio, vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam. Et ſit pater circũciſionis, non his tantum qui ſunt ex circunciſione, ſed & his, qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius, vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Ideò ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini. Nõ ei, qui ex lege eſt ſolum, ſed et ei, qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt. Quia patrẽ multarum gentium poſui te, ante Deum, cui credidiſti: qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt tanquam ea, quæ ſunt. Qui contrà ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gẽtium, ſecundum quod dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & arena maris. Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum. & emortuam vuluam Saræ. In repromiſſione etiam Dei, non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſime ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere. Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autem ſcriptum tantùm propter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ſed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui ſuſcitauit IESVM CHRISTVM Dominum noſtrum à mortuis: qui traditus eſt propter delicta

D noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Summa & intentio Textus præſcripti.

Quoniam Pauli inſtitutum, ſicut ab initio admonuimus, erat perſuadere Romanis, & in eis fidelibus vniuerſis, ſalutẽ noſtram dependère à Deo et CHRISTO IESV, quod indubiè non ſolũ euãgelium continet, ſed exhibet: planè nõ fit temerè, ſed prouide, ſi indè nõ ſolùm auſpicetur ſed et negocium penitus deſumatur. Ergò conſultò apoſtolus ab euangelio eſt exorſus, ac de morè, ſumma (non ſecus ac thema rei pertractandæ) præſcripta, rem accedit, nec minori quidem perſpicacia, nec alio prorſus ordine, quàm ſolet in alijs, negocium ad finem vſq; perducit. Quarè & duas in partes epiſtolam diuidit, priori explicans eruditionem fidei, & poſteriori in-

ſtructionem

ſtructionem morum: propter quod etſi à themate non digreditur, priori tamen parte, digerit E
quæ themate ſunt incluſa, poſteriori verò, ſubijcit quæ themati ſunt conformia. Primùm præſta
tur vſque ad duodecimum caput: ſecundum inde, ad quintũdecimum. Et prior quidẽ pars, quæ
& thematis portiones abſoluit, triplici ſectione partitur: propterea ꝙ quatuor capitibus primis,
explicat iuſtitiam Dei, omnibus eſſe detectam, ac omnibus ex fide in fidem poſsidendam fore,
quod tertia pars thematis eſt: deinde ſequentibus totidem, euangelium aſtruit poteſtatem Dei,
in ſalutem omni credenti, quod primo loco in themate eſt. Et demùm in tribus, quæ remanent
huius partis, egerit quonàm pacto hæc habeant ſeſe, reſpectu Iudæorum ac gentium: vt tandem
& ea thematis portio non deſeratur, qua dictum eſt: Et Iudæo primum & Græco, vnà cum au-
thoritate prophetæ: Iuſtus ex fide viuit. Et licet prior pars, cum quatuor explicetur capitibus, in
pluribus valeat diſſecari membris, ſortè tamen ſatis eſt, ſi ſecetur in ſeptem: quæ (ſi non fallor)
poſſunt eſſe præcipua. Verùm ſicui placet, arcticulatius rem excutere, non contendemus: nos ta
men, ne nimis videamur moroſi, his ſumus contenti, nec puto accidet digladiatio, vbi nulla in-
uenitur contentio.

Diuiſio ſupraſcripti textus.

Intendens ergo hac in parte apoſtolus, perſuadere Dei iuſtitiam omnibus neceſſariã, eamq;
recipiendam, poſsidendamq; non ex lege, tùm naturæ, tùm Moſis, ſed ex fide in fidem, ſuppo- F
nensq; vniuerſum hominum genus, duabus claſsibus, Iudæorum inquam, & Gentium ſufficien
ter includi: primùm aſſumit ambos obnoxios diuinæ vindictæ, quemadmodum & ambo onuſti
ſunt impietatibus & iniuſtitijs, idq; non natura, ſed voluntate, non ex ignorantia ſed malitia, cũ
& vterq; illuſtratus ſit notitia Dei: Deindè conuerſus ad gentes, earum ingratitudinem, ſu-
perbiam, ac vanitatem redarguit, & quò tandem inſipientiæ, præcipitauerũt ſeſe, & in quòd fla-
gitiorum barathrum, iuſto Dei iudicio traditæ ſunt, pergit obijcere: profectò vt & illas non ſu-
giat, quàm ſallax ad agendum probè, ſit ſapientia mundi, & per hoc manibus tractent, quàm il-
lis neceſſaria ſit iuſtitia Dei. Tertiò tranſit ad Iudæos, quos & eadem ratione conuincit, non mi-
nus obnoxios iræ Dei, quam Gentes, immo grauioribus innuit afficiendos eſſe ſupplicijs, in die
reuelationis iuſti iudicij Dei.

Quartò pergens loqui Iudæis, oſtendit carnis eis non proficere circuncisionem, minusq; ob
illam præferendos Gentibus: quin è diuerſo & Gentes poſſe præferri Iudæis, in circunciſione
cordis, & obſeruantia mandatorum legis. Quintò quod, etſi Gentibus valent anteponi Iudæi,
ex oraculis ſibi & non Gentibus creditis, quæ & neceſſaria erant humanæ ſaluti, & eòuſque ſoli
da in ſeſe, vt eorum incredulitate, non euaſerint irrita: non tamen Gentibus anteponendi ſunt G
in fide CHRISTI, & operibus bonis. Quare colligit & concludit, ambos ſub eadem damnatio-
ne comprehendi, ambos egere gloria Dei, certiores reddens, ꝙ ex legis operibus iuſtificari non
poſſunt. Sextò infert Dei iuſtitiam omnibus neceſſariam, eamq; accipiendam ac poſsidendam,
ex fide in fidem, eò ꝙ iuſtificandi ſunt Iudæi, & Gentes, gratis quidem per gratiam Dei, & re-
demptionem, quæ eſt in CHRISTO IESV. Et ſeptimò id confirmat ex his, quæ acta ſunt cum
Abramo, qui pater eſt omniũ noſtrum: aſſerens ꝙ id quod factum eſt in eo, neceſſe eſt, vt fiat &
in omnibus nobis, propter quos & ſcripta ſunt, quæ in illo Deus operatus eſt.

Enarratio primi membri, portionis ſuprà ſcriptę.

Reuelatur enim ira Dei de cœlo. Volens perſuadere apoſtolus, Dei iuſtitiam omnibus neceſſa-
riam, eamq; non operibus poſsidendam, ſed fide, accipit hoc in loco omnes homines diuinæ vl-
tioni eſſe ſubiectos, idq; proprijs impietatibus & iniuſtitijs, à quibus nullius rei prætextu valent

Ira dei quomodo in ſcripturis audiꝰ & quo modo reuelatur.

excuſari. Ait ergo, quòd *ira*, hoc eſt, vltio & condemnatio diuinæ iuſtitiæ (ita enim ira Dei in di-
uinis ſumitur literis, cum & conſtantiſsimum ſit, iram, quæ poſtrema eſt paſsio animi, vltimoq;
loco ponitur in iraſcibili, in Deo, in quem nulla cadit paſsionis affectio, quippe qui actus eſt pu H
rus, reperiri non poſſe) *reuelatur*, hoc eſt, palàm, & abſq; vlla vmbra detegitur: Gentibus quidẽ
luce naturæ, qua perſpicuũ eſt deteſtari flagitia: Iudæis verò lumine legis, quæ non ſolùm pec-
cantibus comminatur, ſed & innumeris maledictionibus ſubijcit: Vtriſque demum fulgòre euã
gelij, extremas illis ſtatuentis pœnas, & perpetuos inferni cruciatus, in ſupremo iudicio, *de cœlo*,
quod duobus modis intelligo, Altero tropice, vt vel idem ſit, quod, è tribunali ſupremo (nam &
cœlum thronus eſt Dei, è quo vniuerſa dijudicat) quo pacto notatur, quòd ab ira Dei, appellare
non poſſumus, vel idem, quòd vltio maxima grauiſsimaque, vt quæ non modo quòuis fugerint
pecccantes inuoluat, ſed omni cum ſeueritate diuexet. Reliquo emphatice, & ſenſus eſt, quòd
tanta eſt ira Dei, vt etiam de cœlo, vbi omnia ſunt fœlicia, iure deſæuiat: præter id, quòd & peri-

culo

Geneſ.7.8 & 19. A culo non ſemel exploratum eſt, inſignes vltiones à Deo reuelatas è cœlo: vt ſubmerſio mundi in cataclyſmo, patefactis catharactis in cœlo, combuſtio quinque ciuitatum ſulphure, igneq; cadē-
Ioſue.10. 4.Reg.1. te de cœlo, interfectio hoſtium Ioſue, lapidibus, qui deſcenderūt de cœlo, & duorum quinquagenariorum, igne veniente de cœlo.

Super omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum. Et ſi non rarò has voces ſcriptura confundit, etſi impius frequenter ſumitur pro iniuſto, & iniuſtus è diuerſo pro impio: hic tamen ſecus eſt. Et quàmuis impietas communi lege, pro eo accipiatur flagitio, quo non ſolum parentibus, patriæ, ac ſanguine iunctis, non deferimus quod deferre debemus, ſed & quo aliquid contrà illos committimus, vt etiam ethnici tradunt: impietas tamen frequenti vſu ſcripturæ, ea pro iniquitate capitur, qua ingratè, iniquè, aut quòuis modo agimus flagitioſè, aduerſùs cœleſtem patrem, ſupernam Ieruſalem, & membra CHRISTI IESV. Siquidem tàm immenſus eſt Oceanus bonitatis diuinæ, & tàm ingens ardor ergà nos, dilectionis eius, quòd nos eòuſque dignitatis euexit, vt aſciſceremur in filios, ſuperna donaremur patria, & vt non ſolum conciues eſſemus ſan-
Ephe.2. 2.Petr.1. ctorum, & condomeſtici Dei, ſed vt vno, & ad illum, & ad inuicem, connecteremur ſanguine, & conſortes euaderemus diuinæ naturæ, non horruit naturam noſtram aſſumere, ac eòusq; illam
Philip.2. B proprio vnigenito copulare, vt non modo in forma Dei exiſtēs, habitu inueniretur vt homo, ſed & ad ſe omnes homines, & præſertim electos mira attractione ſubduceret, in membra eueheret, ac charitatis vinculo colligaret, vt tandem per ſpiritū eiuſdem effecti ſanguinis, immò & eorundem oſsium, cum vnigenito Dei (ſiquidem & in illo baptizati, ac in vnam ab eo Eccleſiam conſtituti, os euadimus de eius oſſe, & caro de eius carne) omnes eſſemus affines.

Diſcrimē impietatis & iniuſtitię.

Ergo impietatis nota, hoc loci poſſunt inuri Iudæi, qui ob ſingularem multáq; dilectionem
Ephe.2. Deut 7. & 14. Oſe.11. Pſal.81. Exo 4. Eſai.1. Heb.11. Dei in eos, non tantum euaſerant illius peculiaris populus, ſed & chariſſimi filij, immò & veluti primogeniti. Illis decreta erat patria cœli, cuius & vmbram terra geſsit promiſsionis. propter quod & Abraham cum Iſaac, & Iacob, repromiſsionis hæredibus, in ea demoratus fuit vt aduena, quippe qui, vt apoſtolus dicit, ciuitatem illam ſuſpiciebat, cuius artifex & conditor Deus eſt: quin & defuncti ſunt illi tres, non acceptis repromiſsionibus, ſed à longè aſpicientes ac ſalutantes eas, & verbo & opere proteſtantes, q̄ peregrini & hoſpites erant in terra. Quare & mox infert apoſtolus, q̄ hæc profitentes, ſignificant ſe inquirere patriam (ſiquidem nullus peregrinatur, vt ſemper peregrinetur, ſed vt aliquando in patriam reuertatur) & quidem, ſi illius de qua exierant meminiſſent, habebant vtiq; reuertendi tempus, nunc autem meliorem appetūt, id eſt
C cœleſtem, ideo non confunditur Deus, eorum dici Deus, nam & illis parauit ciuitatem: & ad illos deniq; non modo facta ac repetita eſt CHRISTI promiſsio, ſed & de illis ſecundùm carnem genitus eſt, vt non ſolum cognatione ſpiritus, illi efficerentur affines, ſed & cognatione carnis, quoniam ex eorum patribus natus eſt. Et tamen euſq; fuerunt ingrati, peruicaces, & duræ ceruicis, vt frequenter rebellauerint Deo, paſsim inſeruierint idolis: & denique in tantam impietatem ſunt prolapſi, vt interfecerint CHRISTVM, & odio capitali eius inſectati ſint membra.

Antiqui patres, cur ſe cōfitebātur peregrinos.

Iniuſtitia autem, & ſi genus eſt cuiuslibet iniquitatis, meo tamen iudicio ſatis eſt hoc in loco, ſi opponitur religioni, Et cum non omnis religio, Deum veneretur ſub peculiari ratione patris ſed aliqua ſub generali ratione Dei, quoniam fidelibus innoteſcit, vt pater, infidelibus communi lege, vt primum rerum principium: difficile non eſt agnoſcere pietatem, de qua locuti ſumus, ſpeciem fore religionis, & per hoc, iniuſtitiam in præſenti non modo è regione poſitam pietati, ſed & alteri ſpeciei eius. Ergo quadrat & iniuſtitiam ad gentes in præſentia pertinere: vt ſicut impietate prænotantur Iudæi, ità & iniuſtitia prænotentur gentes. Et licèt gentibus communi, vt dictum eſt, curſu, Deus agnitus non ſit vti pater: non tamen videtur penitus exhorren-
D dum, ſi quæ perſpicacioris ingenij, aut vberiori à Deo luce perfuſæ, etiam eò cognitionis acceſſerint, vt illum venerari valuiſſent vt patrem. Et licet non ea ratione, qua illum venerantur fideles, quibus datum eſt noſſe arcana liberalitatis diuinæ, quippe qui ſine fide non valuerunt ad ſacramentum attingere adoptionis, & per hoc, nec ad communionem cœleſtis hæreditatis, nil tamen prohibet, vt perſpecta inſigni prouidentia Dei, quàm præ cæteris de hominibus habet, quæ non modo non eſt inferior, ſed longè præſtantior ea, quam pater ſolet habere de filijs, potuerint illum etiam vti patrem agnoſcere, & vti patrem agnitum venerari: Ergò iniuſtitiæ ratione taxantur, non modo Gentes, quæ Deum agnouerunt vt Deum, ſed & quæ illum attigerunt, vt Patrem.

Quomodo gentes, deum valuerunt uenerari, vt patrem.

Qui veritatem Dei, in iniuſtitia detinent. Relatiuum, qui, cum referat homines, ad alteram claſſem non vrget: & per hoc, tùm Iudæos, tùm Græcos complectitur. Quare mens apoſtoli eſt, de

vtriſq;

vtriſq; loqui, cum & ambo inſignem edocti ſint veritatem, & ambo illam detinuerint in iniu- E
ſtitia. Qua in re attendendum quòd etſi particula, Dei, deficit in textu græco, quia tamen dubiũ
non eſt, Paulum non de quacunque veritate loquutum, quoniam non de logica, phyſica, ma-
thematica, ſed de inſigni, ſolida & ſincera: de veritate, quæ ſuaptè natura extimulare, vrgereque
poterat ad religionem, palàm ꝙ rectè interpretatur de veritate diuina, & de ea quidem, quæ nõ
ſolùm à Gentibus potuit naturæ luce deprehendi, ſed & de ea, quam fas fuit Iudæis, oraculis in-
uulgari: de qua re paulòpoſt. Eam igitur veritatem, quæ natura ad religionem prouocat, ab
hominibus impijs, & iniuſtis, & per hoc à Iudæis & Gentibus, aſſerit fuiſſe detentam, hoc eſt,
contrà illius vim, naturam, & legem, ſuppreſſam, coactam, ac conſcientia reclamante, vti feris
quibuſdam reclusam, in iniuſtitia, hoc eſt, in falſa, impia & prophana religione. Cum enim na-
turale ſit veritati diuinæ, ad religionem homines excitare, vrgere, compellere, vt Deum perin- Acto. 17.
de ac bonorum omnium pelagus (in quo viuimus, mouemur, & ſumus: qui & nobiſcum agit, ne
dum liberaliſsimè, ſed & vti pater, proſpicit accuratiſsimè) agnoſcentes, illum vt par eſt, obſer-
uemus, veneremur, colamus, ſuæ bonitati, ſuæque munificentiæ referentes acceptum, quicquid
poſsidemus boni: nihilòminus peruerſa nonnunquàm accidit voluntate, ꝙ non modò illius nõ
auſcultamus ſtimulis, non modò obſurdeſcimus inique ad eos, ſed & illis aduerſamur ex animo, F
ac prophana acti religione, etiam quod vnicè debemus Deo, impijſsimè detorquemus ad Satha-
nam; qui ſicut ab initio arſit eſſe ſimilis Deo, ità & in dies nullum non mouet lapidem, vt Dei Eſa. 14.
veritatem obumbret, immò & ſi poſsit euertat: vt eo pacto homines à vero Dei cultu, in idolola
triam pertrahat, & præcipitet.

Quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Dixerat in iniuſtitia hominum veritatem fuiſſe
detentam, ſed modò ſubijcit rationem: ex eo ſcilicet, quòd id, quod poteſt cognoſci de Deo, in
illis manifeſtum fuit. Si enim, quod communi lege, de Deo cognoſcibile eſt, pateſactum fuit in
eis, hoc eſt, in mentibus ſuis, palàm quòd erant iniuſti detinendo comprimendoque, quam de
Deo cognouerunt veritatem: cum & illi proprium ſit prodere ſeſe, & in authorem ſuum, qui
Qualis Dei notitia apud Iudæos, & qualis apud Gentes, Deus eſt, ſuapte natura reuerti, non modo vt agnoſcatur, ſed veneretur. Et quidem quod Iu-
dæos attinet, vere quod noſcibile erat Dei, non quidem abſolute, aut quouis modo, vel ſtatu
(nam & plurima ſunt, quæ reſeruantur patriæ, nonnulla de quibus fas non eſt curioſe diſquire- 1. Cor. 12.
re, cum & captum excedant humanum, & Paulo non pauca credita ſunt arcana, quæ non licet
hoĩbus loqui) ſed quod eorũ potuit cõferre ſaluti manifeſtũ fuit in illis, ĩ quo & adeò præ cęteris
redditi ſunt illuſtres, adeò locupletes, vt nõ iniuria Deus diceret in Iudæa notus, & ꝙ nõ fecit ta G
liter oĩ nationi, & ꝙ arcana ſua non manifeſtauit alijs. Quod vero ſpectat ad gentes, perſpi- Pſal. 75. & 147.
cuum eſt, quòd & illis, quod Dei noſcibile eſt luce naturæ, manifeſtatum eſt: nempe Deũ eſſe,
Deum eſſe vnùm, eſſe ſimpliciſsimum actum, òceanum omnium perfectionum, digniſsimum
omni laude, gloria, & honore, & id genus quàm plura. Et quanquàm hæc indubitata ſunt, nõ
tamen putãdum id Iudęis contigiſſe pro meritis, aut Gentibus ſola excellentia intellectus, quan Auer. 3. de anima
dò quidem intellectus humanus (præter id, quòd ſuaptè natura poſtremus eſt in genere intelle- Ariſt. 2. Meth.
ctus) poſt peccatum adeò factus eſt hebes, vt non ſecus cæcutiat ad diuina, ac noctua ad meridia-
num ſolem, & uoluntas adeò ad merendum eſt reddita ſegnis, vt raro, quod eſt uerè bonum, vt
congruit, cõcupiſcat, ſed totum profectũ eſt, ex inſigni beneficio Dei: vnde & ſubdit, *quòd Deus
illis manifeſtauit*. Et planũ eſt, quòd Iudæis id præſtitit lege, promiſsione, oraculis (multiphariè Heb. 1.
enim multiſque modis, locutus eſt patribus in prophetis) Gentibus autem effectibus & creatu-
ris, quibus peculiari modo, ſuam detexit virtutem, ſapientiam, bonitatem, profuſionem (nam
à magnitudine ſpeciei & creaturæ, poterit creator rerum agnoſci: & opifex valet ex opificio Sap. 13.
contemplari.) Verùm de hoc latius in ſequenti membro. H

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula. (Reuelatur ira Dei de cœlo.) Quòd & ſi perhorrendum eſt om- Heb. 10. Deut. 32.
nibus, incidere in manus Dei viuentis, in cuius poteſtate eſt vita & mors, ſanitas & percuſsio, ſa-
lus & gehenna, ijs tamen maxime, qui veritatem Dei detinent in malitia ſua: quippe qui reſi-
Plures hominum gradus, qui detinent dei veritatẽ in iniuſtitia. ſtentes ſpiritui ſancto, & peccatis ſubijcientes ſeſe, iure hoſtia deſtituti ſunt pro peccato, ſed ter- Acto. 7.
ribilis eos manet expectatio ignis, in die iudicij quæ conſumptura eſt eos. Quibus & accedunt Heb. 11.
proxime, qui poſtquàm nouerunt veritatem, abiere retrorſum, & non ſecus ac canes redie- 2. Pet. 2.
runt ad vomitum: & ſicut qui manum poſuit ad aratrum, & perinde ac vxor Loh, reſpicien- Luc. 9.
tes ad ea quæ retro ſunt, & vertuntur in ſtatuam ſalis, & inepti redduntur regno Dei, Deniq; nec Gen. 19.

longe

Phil. 3. A longe ſecedunt ab his, qui licet non reuertantur ad ea, quæ poſteriora ſunt, non proficiſcuntur
tamen ad ea, quæ anteriora ſunt, extendentes ſeſe ad profectum euangelij, ac nouitatis vitæ,
quam profeſsi ſunt in baptiſmo: quin frequenter intrinſecus excitati, ac rore ſpiritus ſancti ſæ-
pè perfuſi, lento progrediuntur pede, & quod eſt deplorandum, aliquando ſubſiſtunt, non ha-
Heb. 12. bendo præ oculis, quòd & terra ſæpè ſuper ſe venientem bibens imbrem, nec proferens her-
bam opportunam ijs, à quibus colitur, ſed germinans ſpinas & tribulos, reproba eſt, & male-
Eccle. 9. dictioni proxima, cuius conſummatio eſt in combuſtionem. Ergò dum hic agimus, quodcun-
Mat. 7. que valet manus noſtra facere, inſtanter operemur, quia nec opus, nec rano, apud Inferos ſunt,
quò properamus. Ergò contendamus ingredi per anguſtam portam, quoniam lata eſt via, quæ
Hebr. 12. ducit ad perditionem. Ergò omni ſtudio feramur ad certamen nobis propoſitum, non fracti
Ioan. 16. animo, aut remorati periculis, ſed ardenti pectore, & periculorum ignari, illius ope, qui omnia
Apoc. 6. vicit, non modo viriliter progredientes ad brauium, ſed & vim inferentes regno cœleſti, vſque-
Philip. 3. quò reddatur nobis corona iuſtitiæ.
Mat. 11.
2. Thim. 4. Obſeruandum ex particula. (Quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis.) ſi non ſo- Quant ſint
B lùm de Iudæis, ſed & de philoſophis, veritatem in iniuſtitia detinentibus, Deus tàm inſignem plectẽdi ſup-
exigit vltionem, vt ſuper illos reueletur ira ſua de cœlo: quàm dira, quàmque immania exiſti- plicio, qui nõ
mandum eſt illum à fidelibus exacturum eſſe ſupplicia, quibus tàm eximia credita ſunt arcana, proficiunt ex
Ioan. 1. diuinaq; maieſtas reddita eſt euſque illuſtris, vt eorum collatione, Deus retroactis ſæculis dici notitia Dei.
1. Thi. 6. poſsit ignotus, & q lucem habuit inacceſſam, quam nullus hominum vidit? Siquidem emiſſo
Eſa. 11. ad nos vnigenito ſuo, non ſolùm terra repleta eſt ſcientia Dei, non ſolùm edocti ſumus, quæ
Eph. 3. hactenùs recondita fuere mortalibus, aut quibuſuis præclariſsimis uiris, ſed & quæ vel occulta,
vel non planè detecta exiterunt cœleſtibus mẽtibus: quin & tàm ingẽti ſumus Dei luce perfuſi,
tàm præſtanti gratia illuſtrati, vt vel ſimplex idiota, tranſcendat quantumuis eruditos Rabinos,
Matt. 26. ac quoſcunque excellentes philoſophos. Ergo omni virili conandum, ne eo prolabamur impie-
Luc. 9. tatis, vt tanto munere conuincamur indigni: conandum ne talentum creditum fodiamus in ter
ram, aut illud detineamus in qua volueris iniuſtitia, ſed illud exhibeamus ad menſam, præſtãdo
opere, non ſolùm ad quod illud extimulat, ſed & ſupererogando, ſi fieri poſsit, prout & ardor
charitatis expoſtulat; vt eo pacto non ſolùm cum vſura, ſed cum opulentiori prouentu, regredia
tur ad Deum, qui mutuò illud dedit, non quidem vt illi aliquid accedat, qui bonorum noſtro-
pſal. 15. C rum non eget, ſed vt nobis mercedem locupletiorem retribuat. Ergò ſine intermiſsione glorifi
1. Thi. 1. cemus Deum, qui ſolus dignus eſt omni gloria: & ſine intermiſsione agamus gratias munificen
1. The. 2. tiæ eius, qui nullo momento, nouo nos non afficit beneficio.

Enarratio ſecundi membri, portionis ſuprà ſcriptę.

Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Quemadmodũ
attactum eſt, hoc in membro Paulus alloquitur Gentes: & præmiſſo, quàm ritè profecerint in
notitia Dei, ſubijcit quàm inique defecerint in veneratione ipſius, & demùm in quàm horren-
dam flagitiorum voraginem, ipſo iure traditi ſint ab eo: in quibus & ſat non fuit ex animo de-
bacchari, ſed & alijs, vt in illis pariter debaccharẽtur, nefarie conſentire. De notitia ergò Dei, ſic
dicit. *Inuiſibilia enim Dei.* Aſſumpſerat noſcibilia Dei, non latuiſſe Gentes, quin & ab eodem
1. Ioan. 1. fonte defluxiſſe ad illas: & quanquàm ſuffragio lucis diuinæ, interueniente tamen opificio mũ
di, quod & modo perſtringit. Et licet Deus in ſeſe maxime viſibilis ſit, nẽpè qui lux eſt in qua
tenebræ non ſunt vllæ: quia tamen ea lux ſpiritus eſt, & oculis creatæ mentis eſt impar, immo lõ-
ge in immenſum excedens, ſine controuerſia, hac in peregrinatione hominibus inuiſibilis
Gene. 33. D eſt (ſi quidem illum non videbit homo & viuet) Nec ſolùm Deus nobis inuiſibilis eſt, ſed &
quæcunque in eo ſunt, nobis inuiſibilia ſunt, nimirum quia omnia Deus ſunt, cum nihil in
Deo ſit, quod idem, quod Deus, non ſit. Verùm & ſi res ita ſe habet, & ſi Deus, & quicquid
in eo eſt, inuiſibile eſt, nedum oculis carnis, ſed & oculis mentis; quædam tamen in Deo ſunt, Inuiſibilia
quæ naturali lumine, peculiariter inuiſibilia ſunt, quippè quæ non ſolùm ſunt inuiſibilia no- Dei de qui-
bis, ſed etiam Angelis: & de his (ſi non fallor) apoſtolus loquitur: intenditque quòd eòuſque bus apoſto-
notitiæ, euectæ ſunt Gentes, quòd etiam illas arcanum non fugit Triniratis, tàm & ſi non tan- lus, etiã ange
ta profuſione lucis, quanta in noua lege fideles: qui non ſolum nominibus proprijs, perſo- lis, natura in-
nas diſtinguunt, ſed & earum nomine inuocato tinguntur, & eo paſsim repetito, religioſè quic uiſibilia
quid faciunt, auſpicantur. Et quidem quòd Gentes, & præſertim qui ſapientiores erant ex ſunt.
Ariſt. 1. de eis, ſacramentum olfecerint Trinitatis, compertũ eſſe poteſt ex Pythagora, Platone, Ariſtotele,
cœlo.

Trimegiſto,& alijs: quandòquidem non caſu vel temerè, Pythagoras Deum trino venerãdum numero, conſtituit in ſacrificijs, nec abſque ratione Plato, in Deo (vt Porphirius teſtis eſt) tres videtur enumerare perſonas, primam patrem ſtatuens vniuerſitatis; ſecundam primã mentem, vel filium (vti Macrobius refert) tertiam animam mundi, quã & Poeta ex Platonis plácito, ſpiritum dicit. Nec inſcitè Peripateticorum princeps, cum alias in Deo quaſcunq; dignitates admittat, tres ſolùm ſuæ ſapientiæ duodecimo, Dei perfectiones proſequitur: & quidē nō ea tantū ratione, quia magis præſtantes, ſed ea quoq;, quia ad inſinuandam in Deo trinitatē, magis accōmodæ: & ſunt, viuere, intelligere, & frui. Siquidem exploratiſsimum eſt, viuere iure conuenire patri, cum viuenti naturaliſsimum ſit, gignere ſibi ſimile, intelligere filio, qui eſt ſapientia genita, & ſpiritui ſancto frui, qui amor eſt amborum, & quo indiuiſim inuicem fruūtur ſeſe. Deniq; nec abſurdè de Deo Trimegiſtus ſcripſit, ꝙ Monas gignit Monadē, & ſuum in ſe reflectit ardorem. Et quanquã me non latet, hæc philoſophorū placita, aliò forsàn ex parte, detorqueri poſſe, nil tamen offendetur ſcrupuli, nil quod obſiſtat veritati, aut repugnet catholicæ fidei, ſi tantū lucis gentium præclariſsimis cōcedatur, ꝙ myſterium hoc quodam pacto, ſed tenui, ſed ſub obſcuro, ſed imperfecto, diuina permiſsione attigerint: quin & Dei liberalitati non mediocriter faueat, & naturæ facultati, graui ratione conſentit, cum & res productæ, veſtigium vt dicetur, retineant Trinitatis, & humana mens, nonnullam eius gerat imaginem, vt Moſis oraculum docet.

Viuere intelligere, frui quo tribus attribuãtur perſonis.

E — vide Aug. 4. de ciui. — Aene. 6. — 2. de anima. — In Aſclepio. — F Gen. 1.

A creatura mundi. Vox reddita, creatura, reddi potuit, creatione, & conſonat veritati rei: ſed ſolita interpretatio magis, ſi non fallor, mentem habet apoſtoli: qui meo iudicio, per illam denotauit philoſophos, ſiue peritiores ex gentibus; de quibus & hoc loci, verba facit. Nam cum illi non ſolum ex animo ac toto affectū pendeant ex ipſo mundo; nil attentando, niſi vt eius aucupentur gloriam & fauorem, ſed & mundus è diuerſo, nulla in re ſtudeat, inuigiletque magis, nullo in negocio vim & robur adhibeat diligentius, & ad ſuum inſtitutum, ſuamque voluntatem exigat accuratius, non quidem immeritò, immò & pereleganti tropo, illius creatura nuncupati ſunt. Quod nec inſolitum eſt in ſcripturis, cum & Iudæi, quia illis Deus peculiariter fauit, & vt extabat oraculum, ad ſui gloriam vti figulus finxit, mores per legem compoſuit, & perindè ac aquila pullos ſuper alias geſtauit, non iniuria, illius ſunt appellati figmentum, creati in operibus bonis, vt proficiſcerentur in eis. Ergò haud diſsimili proportione, eadē locutionis forma, qui ex mundo propendent, & ad illius voluntatem in omnibus accommodantur: ſicut toti ex mundo ſunt, ità & eius figmentum, & creatura ſunt.

Eſa. 64. — Exod. 19. — Eph. 2.

G

Per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciūtur. Inuiſibilia quidem Dei, hoc eſt, Trinitatis perſonarum in eo, à philoſophis, & præſtanti ingenio viris, fauente quidem Deo, conſpecta ſunt, per ea quæ ars diuina, in orbis fabrefactione compinxit, profectò vti per medium accommodatum, ac ritè diſcuſſum & penetratum ab eis. Sicut enim accuratè perſpecto alicuius artificis opificio, & maxime eximio ac præſtanti, deducimur in notitiam artis, excellentiæque eius, qui condidit illud; ità & inſpecta machina totius mundi, ac ponderata illius elegantiſsima diſpoſitione, in authoris eius notitiam, facilè eſt deduci, & in illius excellentiam erigi. Ergò non extitit mundi ſapiētibus impoſsibile, creaturis accuratè conſideratis, etiam inuiſibilium Dei, quampiam excipere notionem, præſertim cum earū productio (eo quòd eſt Dei opus ad extrà) indubiè à tota emanauerit Trinitate: propter quod & exordium mundi, Deo in numero aſcriptum non eſt ſingulari, ſed plurali, atteſtante Moſe, quòd in principio creauit Elohim (quæ vox numeri pluralis eſt) cœlos & terram. Et exploratum eſt, non caſu ab antiquis vniuerſum in tres claſſes, perinde ac in tres mundos, fuiſſe diſtinctum: quarum prima mentes complectebatur angelicas, ſecunda ſpheras cœleſtes, & tertia elementa, & quæ ex eis ſunt. Verùm quia validius, in Triadum attinctionem, philoſophos prouehit, cum earum veſtigium altius in quauis creaturarum impreſſum, tū imago inſigniter mentibus noſtris inſculpta; iccircò forte non erit ab re pauca de vtriſque ſubijcere.

Quo pacto philoſophi, cōſpectis quæ creata ſunt, Triadem perceperunt.

Gen. 1. — H

Digreſſio de Trinitatis veſtigio, in omnibus creaturis, & de eius imagine in anima rationali: & quo pacto diuinæ ex illis repræſententur perſonæ.

Qua de re attendendum, quòd in qualibet creatura, præter eſſe, quod baſis eſt omnium aliorum, quodque velut radius eſt diuinæ naturæ, quæ non tantùm ab oraculis, ipſum eſſe definitur (Ego ſum, qui ſum: & qui eſt, ille me miſit,) ſed à philoſophis, illam decernentibus actum purum, fontem & oceanum omnium perfectionum, quod indubitatum eſt, ſolùm ipſi ſimpliciſsimo eſſe, abſtracto ac ſubſiſtenti in ſeſe, poſſe congruere: quo fit vt nequeat quis mirari, ſi tātopere vnaquæque res, ſuo afficitur eſſe, ſi illud omni virili tuetur, ſi nihil omittit: nihil

Eſſe, quod in qualibet repertū eſt creatura, radius eſt naturæ diuinæ.

Exo. 3.

A non tentat, omnia explorat, vt in ipſo (nàm vt diximus, portio videtur, diuinę naturæ) perſiſtat
Præter inquàm, eſſe, qualibet in re deprehenditur vnitas, veritas, & bonitas, quæ non obſcurè
triadis veſtigium referunt. Et vnitas quidem, non eo tantùm pacto, quia principium eſt cuiuſli-
bet multitudinis, ſed & quia conditio eſt primi principij abſolute, nõ abſurde innuit perſonam
patris, qui ex propria ratione, primum eſt principium Trinitatis., & ex attributa, ſiue (vt dicũt)
Ioan.14. &15. appropriata, primum principium eſt, quarumcunque rerum. Veritas autem, non ſolùm, quia
eſt propria filio, ipſo teſtante, Ego ſum veritas, & in hoc natus ſum, eaque de cauſa in mundum
veni, vt teſtimonium prebeam vèritati: ſed & quia ſicut in his, quæ proficiſcuntur ab arte (vt
verè recteque diſpoſita ſint) opus eſt, vt referantur ad eam, ſintque illius rationi conformia; ità
& in his, quæ dimanant à Deo, vt vere recteque, ſua in natura habeant ſeſe, neceſſe eſt, vt diuinæ
conferantur arti, illique, vt par eſt, conformentur: cum & earum veritas, ſine controuerſia, in
eiuſmodi conformitate conſiſtat, indeque per omnia pendeat: quæ plane ars, cum ſine dubio
ſubſcripta ſit filio, ſicut & mundus archetypus, quo facta ſunt omnia, eò quòd per verbum
ſummi patris, haud ſecus ac per eximium maximumque opificem, omnia fabrefacta ſunt, pa-
làm eſt quòd perſpicuè innuit perſonam Verbi. Et dẽmum Bonitas, perſonam refert ſpiri-
B ctus ſancti, propterea quòd ſicut bonitatis eſt effundere ac communicare ſeſe, ità & amoris, qui
ſolo bono afficitur, ab ipſoque propendet, eſſe munificum, ac omnibus ſeſe reddere libera-
lem: & ſpiritui ſancto, qui amor eſt patris, & filij, proprium eſt, non ſolùm atteſtari boni-
tatem Dei, ſed & illa locupletare mundum, & ſingula quæ in eo ſunt. Poſſunt & alia Tria-
dis aſsignari veſtigia, quoniam in qualibet re creata, reperitur principium, medium, & fi-
nis: reperitur numerus, pondus, & menſura: ſpecies, modus, & ordo: poſſe, operari, & appete-
re: ſed hæc modò, ſunt ſatis.

Et vt aliquid de imagine, quæ in nobis eſt loquar, attendendum eſt, quod etſi humana mens;
nõ ſimplici ex capite, typum gerit ſummæ Deitatis, quippè quæ non ſolũ ſpiritus eſt, non ſo-
lùm natura ſimplex, inuiſibilis, incorporea, immortalis, eiuſque capacitatis, vt nulla creatu-
ra, poſsit expleri, ſed & omnia quodam pacto complectens, cum valeat omnia in ſeſe traijcere,
omnia fieri, ac in omnia transformari: non ſolùm non circunſcribitur corpore, nullo in ipſo
continetur ergaſtulo, ſed ea eſt tota in toto, & tota in qualibet eius parte: nihilòminus quod
rem attinet, imaginem ſymbolumuè miro modo refert ſanctiſsimæ Trinitatis: quod vt ſit ma- Mens noſtra mirum Trinitatis exemplum.
C gis illuſtre, præſtat (ſi non fallor) breuibus eo de arcano præfari. Principio ergò, conſtituen-
dum ob oculos, Deum eſſe vnicum, ſimplicisſimum, ac ſingulariſsimum actum, & per hoc vni-
ca, ſimplicisſima, ſingulariſsimaque conſtare natura, quam Deitatem, ſeu Diuinitatem vo-
cant: quæ, tum radix, tum abſolutio, omnium eſt nobilitatum & ob hoc, oceanus omnium
perfectionum. Ergò conſtantiſsimum erit, illum intelligentem, & amantem eſſe, cum hæc
non ſolùm ſint perfectiones, ſed perfectiones eximiæ. & per hoc, Deo non modo congruentes,
ſed & maxime conſentaneæ. Conſtantiſsimum inquam. Deum fore, intelligentem, amantemq;
& potiſsimum quidem ſeſe, quo nihil intelligibilius nihilque amabilius eſt: & per hoc intelligẽ-
12. Metha. tem, & amantem etiam alia, cum in ipſo, omnia ſint ſupereminentèr incluſa, vnde & ſcitè dictũ
eſt, illum, etſi nihil latère, extrà ſe tamen nihil intelligere. Deinde concipiendum eſt, vnicum
hunc, ſimplicisſimum, ac ſingulariſsimum Deum, induere (vt hoc pacto, balbutire liceat) per- Deus quo pacto, perſonã induit patris & filij. & ſpiritus ſancti.
ſonam patris, & filij, & ſpiritus ſancti, eo quidem pacto, vt hæ tres hypoſtaſes, tres nõ ſint Dij ſed
vnus, ſimplicisſimus, ac ſinguraliſsimus Deus: quemadmodum & in eis, vna ſimplicisſima ac ſin
gulariſsima eſt natura, nullo pacto diuiſa, ſed una eademque prorsùs, tum in omnibus, tum in
ſingulis perſonis diuinis. Et hypoſtaſim quidem Patris, hũc in modum agnoſcimus. Cum enim
D ſemetipſum intelligat, perfectiſsima quidem, & per hoc, ſimplicisſima ac vnica intellectione, du
bitandum non eſt, quòd intelligẽdo ſe, ſibijpſi loquatur ſicut & exploratum eſt cõtingere no-
bis, qui nihil experimur intelligere, niſi intrinſecus loquendo nobis, reiectis tamen quæ in no-
bis imperfectionis ſunt: & ſicut in Deo vnica ac ſimplicisſima eſt intellectio, ità & in eodem vni
ca ac ſimplicisſima eſt locutio. Et quoniam compertiſsimum eſt, locutionem omnem, ad verbũ
aliquod exprimendum inſtitui, conſequitur neceſſariò, vt in hoc loquente Deo, opus ſit verbũ
produci: & planè vnicum, ſimplicisſimumq;, quemadmodum & vnica ac ſimplicisſima præceſsit
intellectio, locutioque.

Ergò ſi cum omnibus, vt par eſt, orthodoxis, Deum hunc loquentem, quatenùs loquentem, Naturalis locutio dei, eterna eſt generatio filij.
Patris, Genitoriſuè voce, profitebimur explicari, profectò noſtræ non ſuberit facultati reij-
cere, eius locutionem generationem dici, & per hoc, nec quod tali locutione exprimitur,

generari(& vt conſequitur)naturalis,vnigenitique filij,& nomen,& rationem ſortiri. Et deni- E
que, tum quia verbum eſt loquenti perſimile,tum quia filius repręſentat patrem,vrgenti infer
tur ratiocinatione,quòd genitus ex loquente Deo) id quod non ſemel apoſtolus docet) exactiſ- 2.Cor.4.
ſima eius imago eſt,in vna tamen,eademq; diuinitate cum eo, quod & Seruator oſtendit, cum Colo 1.
dixit:Ego & Pater vnum ſumus:Et ad patrem:Omnia tua mea ſunt:Et omnia mihi tradita ſunt Joan.8. & 17.
à patre meo. Ergò duabus conſtitutis perſonis, conſtituenda eſt tertia,quæ cum amor vtriuſque Mat.11.
ſit,isque puriſſimus caſtiſſimusque, non immeritò ſpiritus ſanctus appellata eſt. Et vt res ſit cla- Luc.10.
ra,attendendum quòd ſicut paternæ intellectionis, indiuiſus comes eſt interna locutio, ita &
Notionalis ſpiratio ex mutua dilectione patris & filij.
mutuæ dilectionis patris, & fillij, indiſſociabilis eſt interna ſpiratio. Siquidem inuicem aman-
tes ſeſe duæ primæ perſonæ, amorem ſpirant ſuàpte natura, qui ſpiritus ſanctus eſt: ſpirant in-
quā,at vna eademque ſpiratione,quemadmodum & vna atque eadem dilectione, & volũtate:
qua & eadem natura,ſubſtantia,deitate,virtute: voa, pariterq;, ab vtriſq; perſonis, abſolutiſſi-
ma,conſummatiſſimaq; commuṅione donatus, vnus idemq; Deus prorſus exiſtit cum eis.

Hanc autem de Trinitate ſententiam,omnes venerantur fideles,amplectuntur,exoſculãtur,
ac pleno pectore confitentur:deteſtantes penitus,quicquid taoto ſacramento non quadrat. Er-
gò his præ oculis conſtitutis,facile quod deſiderabamus,liquet. Accepta igitur hominis men- F
te, fac vt ſeipſam intelligat, ſibique (vt conſequitur) intelligendo loquatur; non ne vides ſym-
bolum hypoſtaſis Patris? Deinceps attende verbum intrà ſeſe, ſua prolatione productum, &
hoc non ne ſymbolum filij? Denique ſi perpendis amorem, ex vtriſque procedere, ſicut &
phyloſophi docent,indubiè & ſymbolum ſumes ſpiritus ſancti: in quibus totius Trinitatis ima-
go coōſiſtit, & ſi noo quouis, ac exactiſſimo modo, vt tamen natura patitur: nàm ſicut huma-
na meos quàm longè à diuina diſſentit, ita & ſine iniuria factum eſt, vt Trinitatis imago, quæ
ei coocesſa eſt, longè à ſuo exemplari deficiat. Solent & aliter imaginem noſtræ mentis acci-
pere: nàm triplici in ea conſtituta virtute, memoria ſcilicet, intellectu, & voluntate, primam
volunt primam referre perſonam (ſiquidem & Pater ex memoriæ fęcunditate vnigenitum gi-
gnit) ſecundam adumbrare ſecundam, nec immeritò, cum filius genita ſapientia ſit, quæ ve-
rè cum intellectu conſentit, & tertiam denòtare tertiam, propterea quòd voluntas amori ſu-
bijcitur, & ſpiritus ſanctus, vt amor quidem procedit, & per voluntatem patris, ac filij profi-
Arcanũ Trinitatis, non ſemp ab omnibus æqualiter agnitũ.
ciſcitur. Sed iſta in præſenti ſufficiunt. Et quanquàm ad tàm eximiam de Trinitate notitiam,
nemo ſolo naturæ lumine, valuerit peruenire: quanquàm prioribus ſæculis, arcànum hoc,
agnitum non ſit, tàm dilucidè, iure tamen nullus ibit inficias, illud, cum ex naturæ veſtigijs, G
tum ex mentis imagine, ſaltem præſtantiores aliquos, olſeciſſe attigiſſeque. Et vt de talibus
proſequar, nulli dubium, eos adeò diuinarum rerum extitiſſe percupidos, quòd vt eorum
quippiam aſſequerentur, nulli pepercere labori, nil quamuis perarduum, non ſuperarunt, Ariſt.16.
haud inſcij quòd longè expetibilius eſt, de ſupernis aliquid attentare, ad illaque oculos no- animaliũ.
ſtræ mentis attollere, etiam ſi eorum ſub fulgore caligent, quam plurima de inferioribus
noſſe, etiam ſi intima illorum rimemur penetremusque. Hac de re, Pithagoras Memphiti- Pithag.
cos acceſsit vates, Plato peragrauit Aegyptum, Appollonius penetrauit ad Perſas, Brach- Plato.
manas, & Gymnoſophiſtas: & creditu non eſt difficile, etiam non pauca Hebræorum ſa- Apollon.
cramenta exploraſſe, plurimaque ex ſecretioribus eorum Theologis conſequutos eſſe quin
& in eorum forſitàn libris, qui Eſdræ conſilio editi ſunt, in quibus & multa, quæ hoc ſacra-
mentum illuſtrant ſunt tradita, fuiſte verſatos: cum & indubitatum ſit, Platònem, Moſen
& Prophetas, non ignoraſſe, indeque (vt & Auguſtinus refert) in ſuos libros etiam ali- 8.de ciu.
qua transtuliſſe. Cap.11.

Scriptura, aliquam in deo exprimit multitudinẽ, & vbi,& quã.
Ergò cum ſacra pagina, non ſolum aliquam in Deo conſtituat multitudinem (aliàs non tra-
didiſſet Moſes, ab initio Elohim creaſſe cœlos & terram: nec Deus in Adæ formatione pro- H Gen.1.
nunciaſſet, Faciemus illum ad imaginem noſtram, ſicut ſimilitudinem noſtri) ſed & Trinita-
tem: non quidem in natura,Moſe docente,Audi Iſrael, Deus,Deus tuus,Deus vous(ſiquidem
etſi ter, nominat Deum, non plures tamen,ſed vnum aſſerit Deum) ſed in perſonis: id quod nõ Deut.6.
modo adumbratum eſt, quando Abramus tres vidit, & vnum adorauit, ſed & quaſi expreſſum, Gene.18.
cum Eſaias concentum angelorum audiuit, certatim, vni Deo canentium, Sanctus, Sanctus,
Sanctus, Dominus Deus Zebaoth. Nam ex hoc, quòd ter repetunt Sanctus, hypoſtaſum Ca.6.
exprimunt Trinitatem, vt & Ionathæ targum, etiã nominibus earum appoſitis, quàm clariſ-
ſimè docet: ex eo autem quòd ſubditur, Dominus Deus, vnitas exprimitur naturæ diuinæ: tam
etſi, quia vox prima eſt IEHOVAH, & ſecũda Elohim, ſecretiores Hebræorũ magiſtri, plurimũ

phyloſophentur

A phyloſophentur in eis, indeque non contemnendis arcanis etiam, tum ſimpliciſsimam eſſentiã Dei, tum perſonarum Trinitatem hauriant, ac clara luce deducant; Myſterium, in præſentia pertranſimus, quia id, dies enarrando fabrefactionis mundi, ſatis ſuperque proſequimur. Ergò & ſi phyloſophorum præcipui, dum quæ facta ſunt intelligerentur ab eis, conſpexerunt, vt diximus, inuiſibilia Dei, id tamen non ſunt adepti, ſolùm ingenij perſpicacia, ſed dono Dei peculiari, & auxilio eloquiorum eius, ac peritiorum in lege, & Prophetis.

Regreſſio ad enarrationem textus.

δύναμις. Vt autem redeamus, non ſolum ab illis inuiſibilia Dei ex creaturis conſpecta ſunt, ſed &, *ſempiterna quoq; virtus*, ſiue poteſtas eius conſpecta eſt. Et quidem non ſolùm, quia vniuerſum condidit, ſeruat, & continet: ſed & agit, moderatur & proſpicit: ſine qua nec vertũtur cœli, nec influunt ſydera, nec conſiſtunt, nec miſcentur elementa. Per quam teritur terra, fluunt, ac refluunt maria, pluit aer, calefacit æther, aguntur fulmina ac tonitrua. In ſumma. Illa viuunt plãtæ, animalia, homines; quorum & dinumerantur pili, & ſine eius nutu, nullus è loco mouetur. (Luc. 6.)

B Et quoniam virtus Dei, eſt Deus, qui cum ſuprà tempus exiſtat, nec quouis pacto ab alio procedere poſsit, indubiè ſempiternus eſt: argumento conuincitur irrefragabili, q̃ & illa pariter perennis eſt. Et quanquàm Peripatetici, illam & ſempiternam, & vigoris aſſerant infiniti, eo quòd poteſt per ſe primo, in perpetuitatem motus: quia tamen ea, qua nituntur, ratiocinatio, accipit mundum motumque eſſe perpetuum, quod nec eſt verùm, nec ſolida ratione firmatum, iccircò etſi quod inferunt, non reijcitur, aliorum tamen ſententia, nimirùm conſtantiſsima baſi fundata, iure illi præfertur. Siquidem virtutem Dei infinitam, immenſam, omnipotentem, eo reuincunt fundamento, quòd ipſe Deus eſt: qui indubie infinitus, immenſus, & omnipotens eſt, quippè qui actus purus ac ſimpliciſsimus eſt: tàm etſi & valide, & conſtanter, idẽ poſsit aſtrui ex creatione mundi, quæ cum ex nihilo facta ſit, ex infinita dependeat poteſtate, neceſſarium eſt. (8. Phy. & 12. meta.) (Primus motor, apud Ariſt. vigoris infiniti.)

Et diuinitas. Quod ſine controuerſia, incomprehenſibilem exprimit maieſtatem, præſtantiſſimam, ac excellentiſsimam vitam, immò tàm eximiam, tàmque præcelſam naturam, vt eam, nec verbis, nec cogitatione, creata mens, aſſequi poſsit. Propter quod, & ſcitè Deum eſſe dicunt, quo maius concipi nequit: quin & quòd tunc in illius cognitione proficimus, quando periculo contrectamus, quòd minimè illum attingimus. Siquidem (vt teſtis eſt Dauid) tenebràs poſuit latibulum ſuum. Et propheta. Verè tu Deus abſconditus, vincens omnem ſcientiam noſtram. (Pſal. 17. Eſai. 45.)

C Verùm etſi hæc conſtantiſsima ſunt, neminem tamen fugit, Dei nomine, aceruum explicari omnium bonorum, oceanum totius liberalitatis, & fontem profuſsimum omnis beneficentiæ. qui omnibus adeſt, indigentibus præſto eſt, nulli non fauens, ſingulis proſpiciens, vniuerſa complectens, promouens, recreans, ardens. In ſumma. A quo cuncta propendent, qui omnia ac ſingula ditat, gaudens ab omnibus poſsideri. Hæc indubie non latuere phyloſophos, & ob hoc, quòd ad illum vnicè erigẽdus eſt animus, quòd ei ſoli honor debetur & gloria, cultus & gratiarum actio: quippè qui principium & finis eſt omnium rerum, in quo omnia, ex quo omnia per quem omnia, & condita, & conſeruata, & abſoluta ſunt. Quare non ſolùm illis, quodam pacto, tres diuinæ illuxere perſonæ, ſed & ter fœliciſsima, illis eſt diuina patefacta natura. (Quid omnes intelligãt, nomine dei.) (1. Thim. 1.) (Roma. 11.)

Ita vt ſint inexcuſabiles. Græcè, in hoc, vt ſint inexcuſabiles. Et particula, in hoc, rem mox ſubiungendam determinat. Si quidem non eſt mens apoſtoli, quod eòuſque in notitia Dei profecerint: vt excuſari nequeant in quacunqe re, ſed in iniuſtitia, ſeu impietate, *quia*, ſcilicet, *cum cognouiſſent Deum, illum non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt*. Nàm cum tanta ſint donati notitia Dei, nullum potuerunt velamen prætendere ſuæ impietati, ſi illi debitam non repẽ

D derunt gloriam, vel nullas retulere gratias: illam propter excellentiam, has propter beneficia. *Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis &c.* Cum enim illuxiſſet eis, Deum eſſe bonorum omnium, & viuaciſsimum, & effluentiſsimum fontem, cuius effluxu omnia perfunduntur, obruunturq́; profecto non poterant ignorare, q̃ quicquid hauſerant cognitionis diuinæ, ex illius dimanauerat liberalitate, & propterea quòd & nefas erat, in illum omnem nõ reijcere gloriam, & ſua pro facultate, non rependere gratias: ſed longè ſecus, ab eis factum eſt. Siquidem fallaci ſuimet amore ſeducti, ſibiq; blandientes plus æquo, ſuo ingenio ſtudioq; vindicarunt, quòd eo intelligentiæ, euecti ſunt, quo & reliquis comparati, ſuo iudicio, non ſolùm poſſent decerni heroes, ſed & veluti Dij. Quare incipientes intumeſcere, & efferri cogitationibus vanis, eo inſaniæ præcipitati ſunt, vt dicerent profiterenturq́;, ſe ſapientes eſſe, nihil non tentando, vt apud homines aucuparentur gloriam, quo nihil inanius, nihil futilius eſt. Verum Dei iudicio factum (Origo lapſus ſapiẽtũ mũdi, amor ſuimet.)

E

1.Cor.1. Iob.5. 1.Cor.3. 2.Macca.9.

eſt,vt euaderent ſtulti,nec ſolùm apud Deum, qui perdit ſapientiam ſapientum, eoſque comprehendit in aſtutia ſua,ſtultam reddens ſapientiam hominis, quæ aduerſa eſt ſapientiæ Dei:ſed & apud homines,non modo afflatos lumine fidei, ſed etiam non deſtitutos iudicio intellectus, cũ nequeant tandem non haberi, pro ſtultis, qui nolunt ſe ſubijcere Deo, & cum ſint mortales non horrent paria illi ſentire. Nec modo Dei iudicio facti ſunt ſtulti, ſed & eorum mens adeò reddita eſt obſcura,vt palàm cæcutirent in media luce. Et vt pertranſeam ſtultas eorum opiniones,cum de moribus,tum de fœlicitate humana,de qua atteſtatus eſt Varro, quòd fuerunt vltrà ducentas & octoginta,ſectæ,quid dementius,quàm gloriam,quę vnicè exhibienda eſt Deo,exhibere etiam viliſsimę creaturæ,quin & lignis,& ſaxis? Sed audiemus Apoſtolum. Quod autem ſpectat ad textum, etſi non nihil variationis ſumi poteſt ex Græcis, quia tamen aut nullius, aut parui eſt momenti,facilè diſsimulari poteſt:litera tamen eo pacto ordinanda eſt, vt vanarum cogitationum,comes ſit profeſsio ſapientiæ,quam proximè ſubſequatur ſtultitia, & demum obtenebratio cordis.

Aug.9. de ciui.

Lapſus ſapiẽtium mundi nõ diſsimilis lapſui Sathanę.

Nec indignum animaduerſione, quod lapſus ſapientium mundi,abſimilis non fuit lapſui Sathanæ,ac ſui ſatellitij. Lucifer enim ſplendore ſuæ ſapientiæ tumidus, ac phylautię pèdica captus,ſtolide præſumpſit fieri ſimilis Deo,eaque præſumptione obcæcatus, non aduertit rem impoſsibilem:quare & arſit,& ſtuduit illi ſe ſimilem facere,iactando in corde ſuo. Ego plenus ſapientia & decore,in cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli ponam ſolium meum: & ſimilis ero altiſsimo. At longe aliter contigit,quia diuina animaduerſione, omnem perdidit ſapientiam,& priuatus eſt omni decore, quin & obſcœniſsimis comparatus eſt animalibus: ac ad inferna detractus,etiam in profundiorem lacum coniectus eſt.

F

Ezec.28. Eſa.14.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei. En progreſſus impietatis, & iniuſtitiæ: en inſignis amentia,& obtenebratio cordis.

Multiplex acceptio glorię in ſcripturis.

Et gloria quidem,vario eſt vſui in ſcripturis, & aliquando ſignificat maieſtatem (repleuit tabernaculum gloria Domini) aliquando diuitias(de ſubſtantijs noſtris,tulit hanc vniuerſam gloriam) aliquando magnificentiam (Aſſuerus fecit grande conuiuium, vt oſtenderet gloriam ſuam) aliquando liberalitatem (in ſiniſtra eius, diuitiæ & gloria) aliquando potentiam (ite & renunciate patri omnem gloriam meam) aliquando laudem (gloria in altiſsimis Deo) aliquando honorem (tunc erit tibi gloria coràm diſcumbentibus) aliquando ſplendorem, & claritatem (non poterant filij Iſrael reſpicere in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius) Et omnibus modis non ſolùm Deo congruit, ſed præſtantiſsime,ac vnice congruit. Et tamen impij ac ſceleſti,non modo illam (reclamantibus conſcientijs) non impenderunt Deo, ſed quantum ex eis fuit,amouerunt ab illo, eam dimouentes à ſuo naturali & genuino loco, & contorquentes, non modò ad corruptibiles, ſed obſcænas, ac immũdiſsimas creaturas: nempe ad quadrupedia,reptiliaque:quin & ad ligna,& ſaxa, quia ad eorum imagines & ſimulacra,ſicuti & immediate ſubiungit.

Exo.40. Gene.31. Heſter.1. Proue.3. Gene 45. Luc.2. & 14. 2.Cor.3.

G

Inſipiẽtia ſapientũ mundi in cultu diuino.

In ſimilitudinem imaginis, corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Quibus, cum nihil ſint(nam & idolum, vt inquit Paulus, nihil eſt:nimirum quia figmentum ac fictio eſt) vt vero tamen numini,ac immortali Deo,non modo capita inclinauerũt,genua deflexerunt,ſuſpenderunt anathemata, implorauere ſuffragia: ſed & conſtruxere templa, & immolauere victimas, & ſacrificia. Et licet non renuo,imagines hominum,volucrum,reptilium,quadrupedum,ad figuras poſſe referri cœleſtes,quas aſtronomi, in orbe deſcripſerunt octauo, decernentes eas, octo & quadraginta,dum ſtatuerunt duodecim in Zodiaco, vnam & viginti in emiſpherio artico,& reliquas in antartico,quas & non inficimus ſuperſtitioſe à pluribus obſeruatas, immo & cultas,nihilominus hoc loci, apoſtolum ſimulacra crediderim potius deteſtari, in quibus & obſcurum non eſt,mundi ſapientes & ſtultiſsime debaccatos,& impijſsime in Deũ contumelioſos effectos: vt ex Euſebio,Strabone,& alijs difficile non eſt animaduertere. De litera autem, non quidem in accuſandi, ſed auferendi caſu, prima reddenda eſt particula, & explicatur clarius, Dei gloriam ad creaturas in ſuis imaginibus eſſe contortam, & Hebræorum vſu,ſingulare poſitum eſt pro plurali,ſicut & alibi, die pro diebus, & muſca pro muſcis. Quod pariter fit in particula,hominis:ſi quidem non vnius tãtum hominis ſed multorum, ſimulacra conſtituta ſunt,& illis Dei honores impenſi.

1.Cor.8.

H Euſebius. Strabo.

Geneſ.2. Exo.8.

Digreſſio de imaginum vſu,ac cultu,in Eccleſia Dei.

Verùm quia in Eccleſia Dei,non modo celebris eſt imaginum vſus, ſed & cultus,illeque ſacroſanctus;forte non reputabitur importunum,ſi quid ea de re,breui tractetur. Ergo attendendum,ꝙ etſi de imaginum,cum vſu,tum cultu,non nunquam digladiatum eſt,etſi à nõ paucis,& impie,

A impiè,& ſchiſmaticè, ſunt aliquando ſublatæ, ac veluti res execranda, à chriſtianorum venera-
tione reiectæ: ſicut tamẽ moris eſt in qualibet veritate, ꝙ ad tempus poteſt, tum humana iniqui-
tate, tum peruerſa Sathanæ ſuggeſtione, offundi, deprimi, calumniari, quæ tamen nõ modo op-
portunè reſurgit, ſed perindè ac aurum in fornace, redditur rutilantior, ac celebrior: haud ſecus
& de vſu cultuuè imaginum, in Eccleſia factum eſt. Et miſſis, qui religioſo, ſed indiſcreto zelo,
illas aliquando delerunt, vt Serenns Maſſilienſis epiſcopus, quem Gregorius monuit, & vt re-
ſtaurari curaret, adhortatus eſt; conſtat primùm (vt ſeptima atteſtatur Synodus) Manichæos &
Marcianos, imagines reſpuiſſe: deinde & opera Leonis tertij, qui Conſtantinopolitanum gere-
bat imperium, è templis eſſe dimotas, deſtructaſq́;, propter quod & iure à Gregorio tertio, tum
imperio, tum fidelium communione priuatus eſt: quem & ſequutus eſt Conſtantinus quintus,
& poſt illum, Leo quartus, qui fuit filius eius: cui impietati, & Cõſtantinus ſextus, Leonis quar-
ti filius, (ſanctionem aſpernatus ſacroſanctæ Synodi, quæ illius aſſenſu, dum minoris eſſet ætatis,
Irene matre adminiſtrante imperium, Nicęæ ex trecentis & quinquaginta præſulibus congre-
gata eſt,) prouectior grandiorque factus, fauit & adhæſit. Et quanquàm ea hęreſis, à Doctoribus
validè eſt exploſa, & à Concilijs ſacroſanctis merito condemnata, nihilòminus à Valdenſibus
B poſt multos annos, ab Orco denuo excitata eſt, quam & non longè poſt, amplexatus eſt Ioan-
nes Vuitcleff, & demum noſtra tempeſtate Carolſtaldius, alijs cum hæreticis. Verùm imagines
CHRISTI & ſanctorum, fuiſſe vſui Eccleſiæ Dei, & apoſtolorum tempore indubitatum eſt; nõ
ſolùm ex teſtimonio patrum, Chryſoſtomi, Damaſceni, Athanaſij, qui & in memorato concilio
de imagine atteſtantur Saluatoris à Nicodemo effecta, & poſtmodum ad apoſtoli Iacobi manus
deducta, & tandem Beryti ſtupendo miraculo conſecrata, ac clariſſima reddita: & exploratiſſi-
mum eſt, Lucam euangeliſtam plures virginis depinxiſſe imagines: & Euſebius, ſe vidiſſe refert
imaginem CHRISTI, quæ à muliere, quæ curata fuit à ſanguinis fluxu, Cęſareæ ſuis pro fori-
bus erecta eſt: itẽ, de peruetuſtis imaginibus Petri & Pauli, & forte quòd fuerũt illę, quas Adria-
nus Pontifex, teſtatur Syluestrum prædeceſſorem, magno oſtendiſſe Conſtantino, poſtquã no-
cte, apoſtolorum principes apparuerunt ei: ſed etiam euidentiſſimum eſt ex vſu ſacroſanctæ Ec-
cleſiæ, qui ſemper fuit in ea, vt in eodem Concilio affirmatur, quin & vt hæretici ſemper ſunt
habiti, & pro hæreticis in Concilijs ſacroſanctis definiti, qui earum vſui ac pio cultui, contraire
præſumunt. Ergò fas non eſt, vſum cultumùe imaginum, in dubiũ fidelibus reuocare, ſed æquũ
C eſt, à calumnijs illas eximere: & qnonam pacto colendæ, venerandæque ſint, ob oculos aliquã-
do reducere, ne quorundam abuſibus, earum veneratio deprauetur, & in ſuperſtitionem pie-
tas dilabatur.

Serenus eps ſeptima ſynodus. Manichęi. Marciani. Leo. 3. imperator. Greg. 3. Platina de vitis ponti. Conſtãt. 5. Leo. 4. Cõſtanti. 6 Irene. Secunda Nicęna ſynodus. Valdẽſens. Io. Vuitcl. Carolſtad. Chriſoſt. Damaſce. Athanaſ. 7. hiſt. eccl. 34. cap.

Impia imaginum ſublatio.

Imagines fuerunt Eccleſię vſui etiã apoſtolorũ tempore.

Igitur attendendũ, ꝙ imagines, putà ſacratiſſimæ Trinitatis, Saluatoris noſtri, Crucis glorio-
ſæ, Sanctiſſimæ matris, Angelorum, Sanctorum omnium, vſui eſſe in Eccleſia, poteſt multis mo-
dis intelligi: quandòquidem & admitti poſſunt, & gratia ſuccurrendi memorię, vt recordemur,
quòd in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis tincti ſumus, illiq́; manum dedimus in baptiſmo, quòd
per CHRISTVM ſumus ſaluati, & in illius Cruce redempti, quòd Virgo noſtra eſt aduocata,
quòd Angeli ſunt cuſtodes, ſemperque pro nobis ſuſpiciunt faciem Patris, quòd Sancti interce-
dunt pro nobis, & quòd erant ſimiles nobis, & tamen eo robore, in pręſenti perſtiterunt agone,
vt aſſequuti ſint palmam. Admittũtur & vt ſint veluti idiotarum libri, vtque heroica eorum ge-
ſta, etiam doctis, exhibeantur in promptu; & denique vt illis debitus impendatur honor & cul-
tus, in quo & totum huius rei negocium eſt. Qua in re, perſpicaciter attendendum, imagines,
de quibus diximus, poſſe trifariam diſcuti. Vno quidem modo, vt in ſemet res quædam ſunt, pu-
tà aurum, lapis, lignum, color, pictura: item, vt pulchræ, & fabrè pictæ, vel ſculptæ, vt talibus li-
D neamentis, geſtibus, ſitu, aſpectu, & id genus alijs, finctæ; & hoc pacto compertiſſimnm eſt, ne-
mine reclamante, quòd nequeũt honorari, nec coli. Alio vero modo, vti res benedictæ, ac quo-
dam pacto Deo conſecratæ. Siquidem quamprimùm in templo conſtitutæ ſunt, etiam ſi nõ alia
dicarentur benedictione, vti eius portiones ac membra cẽſentur, & per hoc, ſicut ſacroſanctum
eſt templum, illudque prophanare, immane eſt piaculum, ità & ſacroſanctæ redduntur imagi-
nes, & ideò illas ſuo priuare honore, execrandum eſt ſcelus: Præter id, ꝙ in templo poſitæ, non
modo ſunt rerum, quas repręſentant, imagines, ſed & illis peculiariter ſunt addictę, immò & eo-
rum loco erectæ. Ergò & hoc pacto, indubiè dignæ ſunt debita obſeruantia, honore ac venera-
tione. Tertio autem modo, vti imagines, & quidem ea ſub ratione pręciſe. Quod vt clarè perci-
piatur, aduerte quòd imago, vt imago, relatiuum eſt, & ad prothotypon, hoc eſt, repręſentatum
refertur. Et quoniam relatiua mutuo reſpicere habent ſeſe, neceſſe eſt, è diuerſo, vt & protho-
typon

Ad quid imagines in Eccleſia.

Imagines poſſunt trifariã diſcuti.

Ariſt. in prędicamẽtis.

Imago vt imago diligenter excutitur.

typon quodam pacto, referatur ad eam. Nec id tantum eſt de ratione imaginis prothotypique, vt mutuo reſpiciant ſeſe, ſed vt & certo modo, exiſtant in inuicem, tam etſi non vna eademque ratione: quandòquidem imago in repreſentato eſt, velut in fundamento, à quo ſortitur, vt veſa illius habeatur imago, vt quæ non ſolùm ab illa exprimitur deduciturque, ſed & in illo eius veritas ſuſtentatur, & abſoluitur, repræſentatum vero, in imagine eſt, velut in ſpeculo, in quo & cernitur, & ſi par eſt, honoratur. Ergò cum plura ſint de ratione imaginis, quia non ſola relatio, qua ad prothotypon refertur abſolutè, ſed & continentia, qua illud, perinde ac ſpeculum continet: haud dubium, ꝙ cum de imaginis adoratione, vt imago eſt, ſermo fit, non reſtringitur ad eam tantùm imaginis partem, qua ad prothotypon abſolute refertur, ſed & eam complectitur, immò & hæc potiſſimum conſideratur, qua & illud vti ſpeculum continet: quandòquidem & ſecundum hanc partem rationemque, & maximè, illi exhibendus eſt honor, & cultus. E

Quo ſenſu, quaue rõne imago dicitur coli.

Quare & ſcitè dicitur, ꝙ vtique adoratur imago, & non ſecundum quam volueris rationem, ſed ſecundum eam, qua prothotypon relucet in illa, vnde etſi imago colitur, ratio tamen abſolute ipſa non eſt, ꝙ colatur: ſed res repræſentata, ac in ea contenta, ratio adorationis eſt. Et quoniam ſicut vnum, de facto nó eſt diuiſum ab alio, (quoniam etſi prothotypon abſolute aliud ab imagine eſt, vt tamen in ea emicat, ab illa ſegregatum non eſt) ità nec amborum diuiſus eſt cultus, aut adoratio, ſed vnus eademq; vtriuſque eſt, ſicut ex phyloſophorum placitis liquet. Siquidem tradunt vnum eundemq; motum, ad imaginem, & ad rem, cuius imago eſt, terminari: eò quòd & vnum ratio eſt alteri, vt vnus integerque conſtituatur terminus, à quo & vnus denominatur motus. Ergo non ſolùm fatendum eſt, fideles in Eccleſia adorare coràm imagine, vt nónulli ad cautelam forte loquuntur, ſed & adorare imaginem, ſine quo volueris ſcrupulo: quin & eo illam venerantur cultu, quo & prothotypon eius: propter quod, ſi illud habet adorari latria, & illa latria, ſi dulia, vel hyperdulia, & illa pariter, eiuſmodi cultu adoranda eſt. F

Ariſto. de ſom. & vigilia.

Diſcrimen fideliũ & gentium, de adoratione imaginum.

Ex his arduum non eſt animaduertere, quantum ſit diſcriminis inter Gentes & nos, de imaginum cultu: quandòquidem illæ ſimulacra colentes, putabant ea nacta aliquid numinis, vel ex conſtellatione, ſub qua fuerant ſculpta, vel ex miris oraculis ac reſponſis, quę procedere videbantur ab eis, illa Sathana occupante, ac eo pacto homines ſeducente. Quòd ſi nonnulli venerabantur ea, non vti res quaſdam, ſed vti prothotypon continentia: tamen illud, vel res erat prophana, immò ſceleſta, ſicut ſimulacrum Herculis: Bacchi, aut alterius, non diſſimilis, monſtri, quod rite debuerant execrari, vel ſuperſtitioſa, ſeu prodigioſa, ac nullo cultu digna, vt quando repræſentabantur planetæ, Saturnus, Iuppiter, Mars, aut ſigna cœleſtia, Aries, Taurus, Capricornus: quæ longo diſſident interuallo, ab his quæ fiunt à nobis: qui Deum in imaginibus colimus, & ſanctiſſimos cœleſtis regionis Heroes abſque vllo fuco, vlloue errore, ſuſpicimus ac veneramur. Verùm etſi permittitur aliquos (licet perpaucos) antè idòla inclinatos, vel vt morem gererent vulgo, eoq; pacto, idiotarum mederentur calumnijs, furoribusq;, vel vt Deum ipſum extrinſecus, peculiari colerent ratione, vtputà, quia omnibus iuuat, in ſtatua Iouis, quia omnes exſaturat in ſimulachro Saturni: nihilòminus etiam ſi res húc in modum haberet ſeſe, haud dubium, eiuſmodi cultum longe diſentire adorationi fidelium, quippè qui non colunt imagines, in gratiam vulgi, ſed vt religioſe inſeruiant Deo: nec ementitis idolis, fingunt Dei munificentias, non ignari quòd illo plena ſunt vniuerſa, nempè qui cœlum & terram replet, & irriguis ſuæ bonitatis cũcta perfundit: præter id, quòd etſi ex parte poſſet res, eo diſſimulari prætextu, enimuerò nihil afferetur operculi, de idòlis animalium, volucrum, ſerpentum, quadrupedum: quæ Paulo atteſtante, conſtat mundi ſapientes, etiam inſigni locupletes notitia Dei, paſſim adoraſſe, illiſque procubuiſſe. Nec eſt cur ſerpentem obijcias æneum, quandòquidem etſi in illum religiosè aſpiciebat populus, etſi fortè obtulit in deſerto thura: haud dubium, quòd ſine idololatria factum eſt. Siquidem cum certum eſſet ex lege, non procumbendum idòlis, minuſque ſacrificandum eis (profectò vt procumbebant, ſacrificabantque Gentes) obſcurum eſſe non poteſt, ꝙ Deus, qui ſerpentem inſtituit, myſterium ſerpentis, pandere non diſſimulauit: quod indubiè nec Moſen, nec ſeniores populi ſugit. Cum enim, vt Seruator docet, typũ ſui gereret, vt in quo vetus crucifigendus erat Adamus, qui à ſerpente ſeductus, infectuſque, nó iniuria illi ſimilis per peccatum eſt redditus, & per hoc, mores ſerpentinos indutus, nó immeritò eſt, & vti ſerpens exiſtimatus: non eſt obſcurum, quòd tàm eximium edocti ſacramentum, poterāt quidem ſinè idololatrię labe, in ſerpentem illum reſpicere, & reſpiciendo futuri CHRISTI fidem exercere, & per hoc & illi religioſè procumbere. Et licet non omnes forſan ſacramentum caperent, quia tamen maiorum, & maximè Moſis, & fortè ſeptuaginta delectorum ab eo, ſuoq; impartitorum ſpiritu,

G

Nume. 21.

H

Serpẽs æneus, qua rõne in deſerto adoratus eſt.

Num.11. A ritu, vt promiſerat Deus, fide in multis dirigebatur populus, ad illosq́; reſoluebat ſeſe: profectò illis nefas non erat, ſi rem prorſus non penetrabant, ſed prouectiorū conſilio, ſe committebant, ac eo pacto, vt decretum fuerat ſeniorum, ſerpentem obſeruabant colebantq́;. Quare poſtquàm
4.Re.18. illius ſuperſtitioſus factus eſt cultus, vt tempore Ezechiæ regis, meritò confractus eſt.

Ex præmiſſis etiam facilè eſt, calumnias hæreticorum retundere, quibus inurunt nos ſcelere idololatriæ, ac pluſquam abominabilis ſacrilegij, mentientes nos & idola colere, quemadmodū & Gentes, & contrà præceptum Domini erigere ſculptile: quod etſi quādoque in ſcripturis admittitur, non tamen vt adoretur: A quibus vt à maniſeſtiſſimis impoſturis ex prædictis eximimur, ac liberamur. Et quanquam non detrahimus, aliquos in his abuſus, poſſe contingere, ſicut & in multis alijs ad religionem ſpectantibus; Eccleſia tamen Dei, illis non fauet, ſed ſanctorum reueretur imagines rite & religioſe, vt poteſt ex determinatis clara luce deduci. Diluuntur hæreticorum calumniæ.

Regreſſio ad enarrationem textus.

Propter quod, tradidit illos Deus, in deſideria cordis eorum, in immunditiam. Patrata culpa, infligenda eſt pœna. Et quoniam iram Dei, dixit reuelari de cœlo, iure à Deo aſſerit mulctam inflictam.
B Qua in re attendendum, quòd etſi Deus cum ſit optimus, nequit quouis pacto peccare, quia tamen æquiſſimus eſt peccantium iudex, ad illum pertinet in peccantes animaduertere, ac illos iuſta lance punire. Conſtat autem, ſi penitus peccatum excutitur, quòd etſi volūtarium eſt, etſi ardenti cum delectatione patiatur, iuſto iudicio Dei, nō mediocris eſt pœna peccantis. Iuſſiſti Do- Peccatū Dei iudicio, eſt pœna peccati.
Lib. conf. mine (Auguſtinus eſt teſtis) & vere ſic eſt, vt pœna ſibi ſit, omnis inordinatus animus. Et præter id, ꝙ in quouis peccato, eſt inordinatio voluntatis, non ſolùm reſpectu honeſti, à quo peccando diuertit, & ad bonum ſenſuale dilapſa plus æquo, oblectatur in eo, ſed & reſpectu legis diuinæ, contemnens ſubdi voluntati Dei, qui legē illi præſcripſit, à qua nefas eſt declinare, propter quod & rite in peccato duplicem diſtingunt inordinationem, tam etſi vna abſq́; alia inueniri nō poſſit. Præter id, inquam, ꝙ inordinatio voluntatis, non leuis eſt pœna, cum boni ſit ſibi debiti, ſuæq́; naturæ conſoni deſtitutio, quo ſanè nollet, ſine dubitatione, priuari, vnde & inordinationi illi inuite ſubijcitur, quandòquidem licet voluntarie prorumpat in actum peccati, qui vt actio à voluntate procedens, induit rationem culpæ, nollet tamen peccans inordinationem illam, ſi foret poſſibile, in ſe ipſo recipere, ex quo & ſuſcipit rationem pœnæ, haud inſcius quòd non minima ſui deterioratio eſt: præter id, ꝙ & maculam affert, & obnoxium reddit non ſimplici vltioni
C Dei. Siquidem annexam habet cæcitatem mentis, aggrauationem aurium, obdurationem cordis: & ſuper omnia, deſtitutionem diuinæ gratiæ, & dimiſſionem in manibus inimicorum noſtrorum. Et quoniam inflictio pœnæ, eſt opus iuſtitiæ, haud dubium, ꝙ maximè ad ſupremum pertinet iudicem, qui Deus eſt: propter quod etſi peccatum ab illo proficiſci non valet, in ratione culpæ, proficiſci tamen habet ab eo, in ratione pœnæ. Quare & deordinationem voluntatis, non quatenùs voluntario peccantis actu progreditur, ſed quatenus contrà peccantis voluntatē in ipſo recipitur, ipſumq́; à conſona ſuæ naturæ dimouet diſpoſitione, multis afficit malis, & varijs addicit flagellis, Deus iuſto ac recto operatur iudicio: ſicut & eadem etiam operatur, non ſecundum (vt diximus) deformitatem culpæ, ſed cōditionem, quæ in ea eſt (vt dicunt) entitatis propriæ. Ergò cum Deus quempiam tradere dicitur in rem aliquam, quæ eſt peccatum: non intel- Pœnæ annexæ peccato. Deus quo pacto tradat in peccatum.
Lib.conf. ligitur in illam tradere ratione culpæ, in ea inuentæ, ſed ratione pœnæ, Dei iuſſu (vt Auguſtinus dicit) indiſſociabiliter culpæ annexæ. Præter id, ꝙ & tradere dicitur indirectè, iure ſub trahendo manum, auxilium, & fauorem, quibus amotis, prolabimur præcipitamurq́; in quoduis flagitiorum genus, acti concupiſcentijs, impulſi à Sathana, & allecti à corruptiſſimo mundo: vt mirum
D non ſit, ſi paruo momento, in voragines demergamur ſcelerum, & in barathrum omnium detrudamur iniquitatum. Sed accedo verba apoſtoli.

Propter quod. Si accuratius textus reſoluitur, Gentium ſcelus, in tria mēbra ſecatur, & quodlibet peculiari mulcta punitur. Quare particula, *propter quod*, etſi nonnullis congeriem vniuerſam complectitur, mihi tamen videtur ſatis, ſi ad illam reſtringitur portionem, qua dixit, ab illis Deum eximie cognitum, ſed minimè glorificatum, nec pro munerum profuſione, vt par fuerat, benedictum. Propter hoc igitur, ꝙ prouecti in tam præcelſam notionem Dei, non glorificauerunt eum, nec gratias agentes, tantùm muneris, reijciebant in liberalitatem eius: iuſto ac meritiſſimo iudicio ſuo, *tradidit*, non quidem inclinando, non impellendo, ſed præſtito deſtituēdo fauore, gratia, auxilio, immò & ſubijciendo (vti iudex æquiſſimus) meritiſſimæ pœnę, *illos*. Vnūquodq́; id eſſe dicitur, quod in eo videtur præſtantius: ergò ſufficit, ſi potior eorum pars, qua re-

liquis

liquis præeminent animalibus, quæ & portio nuncupatur ſuperior, ac ratione inſignis, tradita E
eſt. *Deus*, à quo nulla remanet appellatio, *in deſideria*, vel deſiderijs, vt legitur græce: hoc eſt, aſ-
fectibus, concupiſcentijs, vt agitarentur ab eis. Quod planè longè execrabilius, longeq́; horri-
bilius eſt, quàm ſi forent traditi, quantùmuis immaniſſimis, ac ferociſſimis beluis, diſcerpen-
di ac lacerandi ab illis, *cordis*, græcè legitur in plurali, & rectè: quandòquidem eorum concupi-
Diuerſa habet corda, qui eſt ſibi dimiſſus.
ſcentiæ, qui illis dimiſſi ſunt, adeò multę, adeò variæ, & diuerſæ ſunt (omnes tamen ardentes,
improbę, & procaces) vt cor in plures diſtrahant, ac diſſecent partes, haud ſecus ac ſi plura inue-
nirentur corda, *in immunditiam*. En' quò tendunt, quoùe reſoluuntur deſideria cordium: pro-
fectò ad rem prorſus immundam, ſceleſtam, prophanam: nec ea duntaxat ratione, vt ſuprema
eorum pars, ſola fœdetur, ſed etiam vt & fœdetur infima, vt tandem fœdatis extremis, comma-
culatum deprehendatur & medium, ac eo pacto totum quod ipſi ſunt, *Vt*, quod emphaſim ha-
bet: vt percipiatur eòuſque, in cordium concupiſcentijs, immundè detruſos & immerſos, quòd
etiam, *contumelijs affecta ſint corpora ſua*, ab illis, *in ſemetipſis*, id quod faciunt molles, de quibus
ſcribit apoſtolus, q; non hæreditabunt regnum Dei: & tamen Ariſtoteles faciendum, aliquan- 1. Cor. 6.
do nō horret, ſed docet. Hactenus primum ſceleris membrum, & ira Dei in præſenti vita ſuper Polit. 7.
illud reuelata, de cœlo. Sicut enim & Prothoplaſtes, à Deo præcelſo dignatus honore, impro- F
bitate ſua noluit intelligere, & iccircò adeò in iumenta degenerauit, vt perindè ac vnum ex illis
redditus ſit, quippè qui brutorum affectibus ſubditus, vitam haud diſſimilem animalibus vixit: Pſal. 48.
ità & ſapientes mundi non abſimiles primo parenti, floccipēdendo diuinæ cognitionis præſtā-
tiam, qua donati erant à Deo, vt non modo longo interuallo præferrentur brutis, ſed mortali-
bus alijs, pro eo q; fuerunt ingrati, nec gloriam (vt par fuerat) retulerunt in Deum, iure brutali-
bus affecti ſunt deſiderijs, illiſq; meritiſſimè traditi, vt debachentur in eis, etiam fœdius quam
debachentur bruta. Quod, & non longè diſſimili ratione experimur in Sathana, qui tam eximia
Sathanas cur ſuper pectus dī progredi, & terra toto tēpore paſci.
nitidus ſapientia, Deum vt authorem, largitoremque, ingratus non animaduertens, non mo-
do eſt deiectus de cœlo, & adeò terrenis deſiderijs occupatus, vt pectore, hoc eſt, mente & cor-
de, repat aſſiduè ſuper terram, ac puluere cunctis diebus vitæ ſuæ, hoc eſt, vſq; ad extremum diē,
quo terrenis, illi inhiare cōceditur, paſcat ſeſe, (ſiquidem terrenis hominibus, hoc eſt reprobis,
qui teſte Seruatore, de terra ſunt, ac de terra loquuntur, concors factus, non ſatis ducit, quòd ſu- Ioan. 3.
per illos tyrannum agit, niſi & circumeat eos, ſemper quærens vt deuoret) non ſolùm inquàm,
exulauit è cœlo, & terrenis detinetur cupiditatibus, ſed & modo quodam, vti brutum effectus G 1. Pet. 5.
eſt, in quo non eſt intellectus. Propter quod, & in ſcripturis, frequenter ſub nominibus bruto-
rum exprimitur, quorum & ipſe formas non horret, ſed ſæpiſſimè induit: non ſolùm vt illis no- Pſal. 31.
bis illudat, ſed vt & in illis diuinos ſibi honores, apud ſuæ farinæ homines vendicet.

Qui cōmutauerunt veritatem Dei, in mendacium. Explicat ſecundum ſceleris membrum. Siqui-
dem non ſat fuit ſceleſtis illis, ingratiſſimos exhibere ſe Deo, non referendo gratias, aut repen-
dendo debitam gloriam, niſi & in illum euaderent immanè ſacrilegi ac cōtumelioſi facto, quod
debuerant Deo, immundis reddendo creaturis, illas vti Deum colentes, ac victimas ſacrificātes.
Dicit itaque. Quòd &, *veritatem Dei*, qua indubiè eò vſque erant locupletati ab eo, vt nedum
illum, eiuſque vim ac poteſtatem, conſpicerent ex creaturis, ſed & quæ illius inuiſibilia ſunt: in
quibus adeò euaſerant illuſtres, adeò diuites, vt non niſi extrema iniuſtitia factum ſit, q; veritas
ipſa, non prodiderit, ac oſtentauerit ſeſe in vero cultu, & religione Dei, *commutauerunt*, ſeu trā-
ſmutauerunt, græcè, illam transferendo è ſuo proprio ac naturaliſſimo loco, ac ſceleſtiſſimè at-
tribuendo, vt diximus, creaturis: nec illis quidem in ſemet ſumptis, ſed, *in mendacio*, vt legitur
Idòla ſunt, re vera mendacia.
græcè, hoc eſt, in ſimulacris ementitis: quę & ſine controuerſia, mendacia ſunt, mentientia ſeſe
aliquid eſſe: immò & numen aliquod claudere, & tamen nihil in veritate ſunt, quoniam non H
aliud quàm figmenta inaniſſima ſunt, tàm etſi non rarò à Sathana occupata, vt eo pacto homines
dementententur ab eo, *Et coluerunt ac ſeruierunt creaturæ.* Licet ſimulacrum, quatenus ſimulacrum
non ſit aliquid, quia falsò mendaciterq́; repræſentat, vel Deum, vel numen, vel aliquid venera-
tione dignum, & tamen longè aliter eſt: nihilòminus vt res eſt, putà aurum, lignum, lapis, quia
creatura eſt, haud dubium, q; cum illi, eo pacto procumbunt q; creaturam colunt, ac illi ſuperſti-
tioſè inſeruiunt, *potius quàm creatori.* Etiam ſi græca lectio, pręſenti cōſentit, quæ ſonat vltrà vel
ſuprà creatorem, non tamen opus eſt deducere, q; & creatori delatum ſit aliquid cultus, ſed (vt
probè notauit Hilarius) particula, potius, ſumitur pro particula, pręter, vt idem ſit, q; prętermiſ- 12. de Trin.
ſo poſt habitoq́; creatore: quod quàm ſit execrandum, non eſt cur moremur: Nam inſigne qui-
dem erat ſcelus, honores ſoli Deo debitos, deflectere ad creaturas, ſed longè abominabilius ac
intollerabi-

A intollerabilius, tanta illum afficere cõtumelia, vt illud factum ſit creatore relicto, reiecto, contẽpto. Qui tñ velint nolint, *eſt benedictus*, ab omni creatura, quoniã omnis eum colit, illi ſeruit, & gratias agit, non ſolùm in cœlo & in terra, ſed ſub terra, in mari, & in omnibus abyſſis: quin & ipſi ſceleſti homines, dum illum inhonorant, illuſtrem nobis reddunt, vel iuſtitiam, vel patientiam eius, in quibus benedicitur, & meritò vti glorioſus habetur, *in ſæcula*. Licet mundus idòlis ſeruiat, licet illis procumbat, id tamẽ erit ad tempus, & quidem breue: at Deus in ſæcula, ab omnibus adorabitur, ac benedicetur, vniuerſis ſimulacris deiectis, ac prorſus extinctis. *Amen.* quod non modo eſt aſſerentis, ſed & optantis benedictionem Dei, cui ſoli omnis debetur honor & gloria ac gratiarum actio.

Apo.5.

Propter quod tradidit illos Deus, in paſſiones ignominiæ. Pœna eſt idololatriæ congruens. Cũ enim adeò inhonoraſſent Deum, vt eo poſthabito, coluerint creaturas, quin ſerpentes & quadrupedia: immò ligna & lapides; æquum erat, vt ſpurcis ac ignominioſis afficerentur affectibus, nec modo affectibus, ſed ſceleſtis ac infandis operibus. Propter quod ſubdit, *Nam fœminæ eorum*, quæ communi lege, mirum in modum vacant pudicitiæ, ac curam habent de bono nomine, non modo fornicatæ ſunt, ſed &, *mutauerunt uſum naturalem, in eum uſum, qui eſt contrà naturam*, quandòquidem ſat non fuit ſubijci viris, ſed voluerunt ſubijci fœminis; contrà naturam ſui ſexus.

Pœna idololatriæ congruens.

B *Similiter & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis*, ſeu græcè, in concupiſcentia ſua, *in inuicem*, nec modo exarſerunt in concupiſcentia ſua in inuicem, ſed & facinus admiſerunt, *maſculi in maſculos turpitudinem operantes*, & eo pacto, *mercedem quam oportuit erroris ſui*, minus dicit & plus intelligit, quandòquidem nõ modo fuit error, ſed ſcelus, *in ſemetipſis recipientes*. Siquidem ſi Deum, vt debuerant, honoraſſent, nõ modo in honore, quo illos proſequutus eſt perſtitiſſent, ſed & profeciſſent: quoniam Deo rectè omnia moderante; illis quoq; non parum honoris acceſſiſſet & gloriæ, apud homines. Sed quia è diuersò, euerterunt gloriam Dei, iuſto illius iudicio, decretum eſt, vt quaſi retributionis loco, infandis obruerentur ſceleribus, quibus & apud homines, meritiſſimis inurerentur infamijs, & perpetuis dehoneſtarentur ignominijs. Et quanquam hoc in loco, explicentur fœminæ, explicentur maſculi, non tamen ſuſpicandum eſt, maiores ac mundi ſapientes, ab hac pluſquam brutali libidine, non vexatos, aut à monſtruoſis his obſcœnitatibus impollutos, cum & Ariſtoteles hæc probauerit, & Plato, (etſi quandòque à Republica expulit) puerorum tamen ardentiſſimus fuerit: immò cum hæc potiſſimum pronuncientur in eos, non modo non habent excludi, ſed in præmiſſis, quaſi vt in membris capita, contineri.

Polit.7.

C *Et ſicut non probauerunt*, vita & opere, *Deum habere in notitia*, cum tamen in illis Dei beneficio, fuerit non modo mediocris, ſed præſtans, & inſignis (Et hoc, vt poſtremum membrum eſt ſceleris) *Tradidit illos Deus, in reprobum ſenſum*, Et eſt conſentanea pœna. Cum enim elegerint eſſe reprobi in notitia Dei, non modo illam non pręſtando operibus, immò in contrarium adnitendo, ac veritatem cognitam, impiè in iniuſtitia retinendo, ſupprimendoque; factum eſt optimo iure, vt reprobi euaderent in proprio ſenſu, reprobè iudicantes ac decernentes, non ſolùm quæ ad Dei pertinent cultum, ſed & quæ ſpectant ad hominum mores, *Vt faciant quæ non conueniunt*, non ſolùm legi diuinæ, ſed nec iudicio rationis humanę, *repletos omni iniquitate*, clarior eſt ſenſus, ſi legitur repleti, vt ad verbum referatur, faciũt, ſicut & repletos, ad tradidit, & iniquitas nomen generale eſt, comprehendens quodlibet vitium, ſicut è diuersò, iuſtitia amplectitur omnẽ virtutem, *fornicatione*, qua omnia denotantur venerea, *malitia*, quæ non ſolùm exprimere poteſt aſtutiam, fraudulentiam, deceptionem, ſed & eam vitiorum colluuiem, quæ ex induſtria cõmittuntur, *auaritia*, quæ eſt malorum omnium radix: nec ſumitur ſolùm vt liberalitati oppoſita, ſed vt pars ponitur iniuſtitiæ, qua quis plus ſibi vſurpat, quam iure conueniat, *nequitia*, hoc eſt ignauia, deſidia, laſſitudine, ocioſitate, quę cum ſentina omnium ſit malorum, nequam hominem facit, *plenos*, ſiue pleni, *inuidia*, vitium eſt capitale, & omnibus notum, *homicidio*, tùm facto, tùm animo, nam & qui odit fratrem, homicida eſt, *contentione*, vt cum quis pertinaci animo, rem defendit, *dolo*, vt cum aliquid fit, & aliud fieri fingitur, *malignitate*, cum quis adeò malis moribus eſt affectus, vt nequeat pacificè cum alijs conuerſari, *ſuſurrones*, qui ſeminant inter fratres diſcordias, *detractores*, qui abſentis famam commaculant, improbè obloquendo de eo, *Deo odibiles*, rectius Dei oſores, qui non poſſunt eſſe niſi perditiſſimi, corruptiſſimique: hi quidem odio habent Deum, quia ſuorum ſcelerum conſcij, vident ſibi imminere iudicium, *contumelioſos*, ſeu contumelioſi, vt, qui alios laceſſunt iniuria, *ſuperbos*, ſiue ſuperbi, vt qui iactant ſeſe, efferuntq; ſuper alios, & plerumq; impio improboq; facinore, *elatos*, ſeu elati, nempe qui alijs contemptis, ad cę-

Cur, & quo pacto, ſapientes mũdi, ſenſu euaſerunt reprobi.

D

lum

lum vſque erigunt ſeſe, *inuentores malorum*, & id in quouis genere mali, puta, veneris, latrocinij, blaſphemię, & deinceps, *parentibus non obedientes*, quod eſt impium, & contrà ius naturæ, *inſipientes*, quoniam dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, *incompoſitos*, ſeu incompoſiti, hoc eſt, intemperati, qui prętermiſſa lege, & rationis iudicio, temerè & inordinatè feruntur, *ſine affectione*, quippè qui non diligunt niſi ſeſe, contorquentes omnia, ad commodum proprium, *abſque fœdere*, non ſolùm quia amicitiæ hoſtes, fędus non ineunt, ſed quia etſi quando ineunt, illud frangũt non ſtando promiſſis, quod conſonat verbo græco, *ſine miſericordia*, quod vndique inhumanum eſt. *Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent*, nimirum q; non probat iniquitates, ſed deteſtatur, vlciſciturq; flagitia, & vt vno verbo dicatur, cognouiſſent q;, *qui talia agunt digni ſunt morte*, ità quidem legitur græcè. Et tamen *non ſolùm ea faciunt*, perpetrant, paſſim & vbiq; admittunt, *ſed & conſentiunt facientibus*, minus exprimit, quàm intendit, quandòquidem non ſolùm de conſenſu intendit, quaſi ſolùm conniueant perpetrantibus, ſed & de aſſentatione, adhortatione, ac ſua ſceleſtiſſima vita, impulſione, ac præcipitatione. E

Obſeruationes huius membri.

Quo pacto, Deus qui glorioſiſſim9 eſt in ſe, ab omnibus glorificetur creaturis.

Obſeruandum ex particula, (Cum cognouiſſent Deum, non glorificauerunt vt Deum, q; etſi Deus ſemper in ſeſe glorioſiſſimus eſt, etſi CHRISTVS, qui ſplendor eſt gloriæ, nuſquam illum rebus vniuerſis glorioſum non facit, etſi Angelici ſpiritus & certatim & irrequietè concinunt, Plena eſt omnis terra gloria tua, & ſi Sancti omnes qui ſuper cœlos ſunt, nunquam non repetũt, Dignus es Domine accipere gloriam & honorem, etſi Cœli enarrant gloriam Dei, etſi Elemẽta, & quæ conſtant ex his, illum aſſiduè benedicunt, ac celebrem faciunt, etſi paſſim, die noctuq;, huius peregrinationis Eccleſia, canit gloriam patri, filio, ac ſancto flamini; non propterea tamen, ſinguli debent torpere fidelium, præſertim cum præ reliquis, huius exilij creaturis, illum agnoſcant illuſtrem, ac omni laude digniſſimum, quippè qui non ſolum arcanum edocti ſunt ſacratiſſimę Trinitatis, non ſolum probant oceanum omnium fore perfectionum, inſuper & tàm validæ poteſtatis, vt mox poſſit quicquid agere inſtituerit; ſed quia agnouerũt, ac manibus pertractarunt, viſcera ſuæ charitatis, ardorem humanæ ſalutis, quanta patientia errantem expectet, quanta excipiat benignitate, quanta indulgeat miſericordia, quanto amplexetur & oſculetur affectu, & in cœtum filiorum admittat, vt verè longo interuallo affectum ſuperet nedum cuiuſuis pientiſſimi patris, ſed & viſcera, & ardores, cuiuslibet indulgentiſſimæ matris. Ergò fas non eſt, vt aliquando recedat à corde, aut ab ore, quin & illud ſemper atteſtemur operibus, Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in ſæcula ſæculorum; ne meritò eo inuramur impietatis, q; Deum quidem præcelſe cognouimus, ſed illum, vt par erat, non glorificauimus. Proteſtemur & toto pectore, quòd vnicè illi manet honor & gloria, at nobis ignominia, & facierum confuſio: Proteſtemur quòd nihil habemus, quod non ſit acceptum ab eo, in quo tamen & tam deſides ſumus, vt aſſiduè egeamus gloria eius: in quo & vnicè nos gloriari oportet, ſi quando gloriari nos iuuat. F Heb. 1. Eſa. 6: Apoc. 5. Pſal. 18. G Dan. 9. 1. Cor. 4. Roma. 3. 1. Co. 10.

Idololatria non vno modo cõtingit.

Obſeruandum ex particula. (Mutauerunt gloriam Dei: Et quia commutauerunt veritatem Dei in mendacio &c.) Vt primùm fugiamus ab idolorum cultura, vt aliàs Apoſtolus monet, & per hoc vt voraginem deteſtemur auaritiæ, quæ inſignis idolorũ eſt cultus, vt abominemur crapulam & ebrietatem, quibus detenti ſunt, quorum Deus venter eſt, vt omnem execremur inobedientiam, quoniam non ſecus ac ariolandi peccatum, ac veluti idololatriæ ſcelus, nolle obedire: & demum vt nullum admittamus facinus, in quo impiè, quo fruendum eſt, vtimur, & quo vtendum eſt, fruimur, quod aliud non eſt, quam Deum creaturam facere, cum & aliud non ſit, quàm ab illa, velut à ſupremo fine pendère. Deinde vt mente repetamus, quàm flagitioſum quamquè deteſtandum ſit, Dei veritatem, & præſertim, qua fideles donati ſunt in CHRISTO IESV, qui veritas eſt, & in hoc natus, ac in mundum venit, vt teſtaretur de veritate (quæ proculdubiò veritas eſt ſalutis, cum veritas ſit euangelij, veritas ſumma, veritas ſacroſancta, incomprehenſa à philoſophis, inaudita à ſæculis, deſiderata à patribus, & tandem non abſolutè recepta, niſi ab electis, quos & liberos facit, & velut ſcuto circundat, vt à quibuſuis aduerſantium ſpiculis tutiſſimos reddat) quouis fuco, mendacio, falſitate, non dico peruertere, quoniam manet in æternum, ſed offundere, non ſolùm fallacibus verbis, vt ſolent hæretici, non ſolùm corrupuſſima vita, vt ſolent in quibus nullus timor Domini eſt, ſed hypocriſi, ac ſimulatione, vt qui veniunt in veſtimentis ouium, & tamen ſunt lupi rapaces. Ergò ſtudendum nobis eſt, vt Deum vnicè adoremus, ipſique ac illius vnigenito CHRISTO IESV, in omnibus ſeruiamus, procumbentes 1. Cor. 10. Epheſ. 5. Philip. 3. 1. Reg. 15. H Ioan. 14. & 18. Ioan. 8. Pſal. 90. pſal. 116. Math. 7.

A bentes eis, perindè ac omnium bonorum authoribus, corde, verbo, & opere, liberè acclamando ab illis omnia proficiſci; ac in euangelij veritate radicati, non modo progrediamur in ea, ſed
2.Cor.11. & viriliter decertemus pro illa, ad deſtructionem munitionum, cóſiliorum cordium, & cuiuſdibet altitudinis, extollentis ſe ſe aduerſus ſcientiam & veritatem Dei, & ad reducendum in ca-
Luc.21. Matth.16. ptiuitatem omnem intellectum, in obſequium CHRISTI, illius confiſi præſidio, qui os largitur & ſapientiam, cui nequeũt reſiſtere aduerſarij, immò nec inferorum portæ, dum modo veritatem, de qua ſermo, eo pacto tractemus, vt illam prius opere compleamus, ſoli Deo innixi, qui eſt benedictus in ſæcula.

Obſeruandum ex particula (Tradidit illos Deus, in deſideria cordium, in paſſiones ignominiæ, & in reprobum ſenſum) Vt primùm noſtras deploremus tenebras, qui tam extremas vltiones Dei (vt par eſt) non excutimus, & tamen tàm horrendum eſt noſtris tradi cupiditatibus, vt nihil excogitari valeat horribilius, nihil peſtilentius, nihil quod diuexet atrocius, præſertim cũ neceſſe ſit prolabi, conijci, ac præcipitari in adinuentiones noſtras; quæ cum ſint frequẽter peruerſæ, nequimus non peruerti, & cum aſſiduè ſuggerantur à Sathana, nequeunt in Deum non eſſe flagitioſæ, & per hoc in omnes abominationes non dare pręcipites. Quarè mirum non eſt,

Nihil execrabilius, quàm proprijs cupiditatibus tradi.

B ſi & lapſus illarum, hæc comitantur, ignominiarum, quæ nos non ſolùm Deo reddunt odibiles, ſed & mundo inglorios, & obſcuros, immò & portentoſos, ac etiam præ beluis omnibus execra-
Apo.21. biles, ſicut & præ illis reddunt obſcænos, in quas & Deus iuſtè debacchari permittit, vt eo pacto qui amant ſordes ſordeſcant in eis: quin & in reprobam proijcit mentem, quo nihil formidabilius, nihil exhorreſcendum magis, cum eo caſu Leerna euadamus omnium ſcelerum, & pelagus quarumcunque iniquitatum, ſicut & apoſtolus ſubijcit. Has inquam, vltiones iraſq;, iuſtitiæ Dei, non ritè diſcutimus, qui eòuſque ſumus amentes, quòd illas non animaduertimus, & non raró in his demerſi, & ſecurè & voluptuosè viuimus, dormientes in vtranque aurem; & nó ſecus ac ſi omnia ſint in tuto, noſq; applicuerimus portum, paſſim deliciamur, & intrepidi omni voluptate potimur. Deinde vt ſi peculiari gratia, tantum luminis nacti ſumus, vt calamitates, in quas meritis conijcimur peccatorum, non penitus ignoremus; ſupplices flagitemus Deum, ne nobis tandèm in perpetuum cędant interitum, vt cedunt reprobis, & membris perditiſſimi
1.Cor.5. Titum.3. Sathanæ, pro quibus non dico vt roget quis, vt qui ſunt prorſus ſubuerſi, ac propria conſcientia condemnati; Et annixi Dei fauore, vitam prauè actam redimere, ac ſcelera in holocauſta com-
C mutare, inſtemus apud illum per CHRISTVM, (cui, etſi modo immundi ac flagitioſi, geſtimus vti membra coniungi) vt tandèm eius interuentu, in illius ſanguine dealbemur, & in illius iuſtitia, diuinis oculis iuſti euadamus.

Enarratio tertij membri Portionis ſupraſcriptę.

Cap.2. *Propter quod inexcuſabilis es, ò homo omnis, &c.* Tranſiens Paulus ad Iudæos, præſenti membro oſtendit, illos non minori iræ obnoxios, quàm ſuperiori obnoxias oſtenderit Gentes, immò & iure plectendos acrius, vt qui ob deteſtabilem duritiam ſui cordis, vltionem coaceruant ſibi in die iræ, & iuſti iudicij Dei, quo reddęt vnicuique iuxtà opera ſua. Ait ergo, ꝙ propter eandem cauſam, quæ primo explicata eſt mẽbro, eò ſcilicet, quòd Dei veritatem, non minus quàm Gentes, detinent in iniuſtitia (nam illò referenda eſt particula, *Quod*,) Et meritò, cum vtraq; claſſis ibi ſit comprehenſa, & eadem pro ratione taxata, ac reddita diuinæ vltioni ſubiecta, *Inexcuſabilis es, ò homo.* Vbi attendendum, quòd ſicut Gentes alloquens, non vtitur nomine Gentium, ſed creaturæ mundi, ità & ad Iudæos verba faciens, illos non appellat Iudæos, ſed homines & neutrum ſine ratione. Et quia de mundi creatura iam diximus, reſtat vt de hominis tropo dicamus.

Iudęi cur expreſſi nomine hominis.

D Conſiderãdum itaq;, ꝙ etſi Iudæos poteratè regione, dicere creaturam Dei, quos & alìas illius
Ephes.2. teſtatur eſſe figmentum; nihilòminus quia (etſi peculiariter à Deõ videbantur creati & in bonis operibus inſtituti, non erant tamen ab eo creati & inſtituti, vt ſundarent ſe, aut figerent ſiſterentq; pedem, ſed vt ambularent proficiſcerenturq; in operibus illis, ac niterentur, omniq; virili ad CHRISTVM properarent per ea, in quo vnicè debuerant ædificari, ac immoti perſiſtere) nó progrediebantur ex fauore mundi, quemadmodũ Gentes, immò odio erant ipſi mundo, quippè qui abominantes Gentes, illiſq; magno ſupercilio longè preferẽtes ſeſe, non iniuria execrabiles erant eis; non ex fauore fidei, ſeu ſpiritus ſancti, qui vt alìas ſcribit, eſt ſpiritus fidei, immò
1.Cor.4. parum aut nihil pendebant ab eo, ſed ſolo progrediebantur fauore carnis, & falſa exiſtimatione hoĩs, ideò nõ immeritò ſi hominis appellationẽ ſubeunt, qui & à Paulo nõnunquã ꝓ iudicio, affectu, ac ꝑſumptione accipiĩ carnis, vt infrà. Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Secundum

Appellatio te hominis, qd ſępius in ſcripturis.

hominem loquor: Et aliàs, cum inter vos, zelus ſit & contentio, nonne homines eſtis, & ſecundũ hominem ambulatis? Et rurſum, ò homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Denique quis neſcit in diuinis literis, hominis nuncupatione, frequenter rem denotari carnalem, vanitate plenã, vmbraticam, & ærumnis expoſitam? Non permanebit ſpiritus meus æternò in homine, quia caro eſt. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius velut vmbra prætereunt. Homo natus de muliere, repletur multis miſerijs.

E Cap. 3. 1. Cor. 1. Rom. 9. Geneſ. 6. Pſal. 143. Iob. 13.

Quia ergò Iudæi, re uera ſe habebant vt homines, quia vt carnales, præſumptuoſi, ſuperbi, temerarij, ac propriæ vanitatis, immò & impietatis neſcij, cenſores agebant aliorum, & maximè Gentium; quandòquidem etſi illas diffiteri non poterant, peritia rerum illuſtres, & ſi fas non erat inficiari, eò excellentiæ ſore euectas, vt agnouerint inuiſibilia Dei, eiusq; eſſentiam & poteſtatem; nihilòminus tanto ſupercilio blandiebantur ſibi, & tam inſigni impudentia præſumebant de ſanctitate, ꝙ eas paſſim inſimulabant impietatis, ſacrilegij, idololatriæ, & cuius volueris abominationis: quin & quòd erant athei, ꝙ illis non manebant promiſſiones, non teſtamenta, non ſpes cœleſtis hæreditatis. Ergò Iudæos aggrediens, primùm non iniuria, homines vocat, deinde & eidem obnoxios dicit eſſe iudicio, quo condemnabant Gentes: immò & ꝙ acriori fragrantioriq; inurendi ſunt cauterio, quàm pronunciant inurendas Gentes, quoniam feſtucam in oculis aliorum attendunt, & trabem illos excæcantem non curant. Ergò verè inexcuſabilis es, ò homo, ò Iudæe, qui fortè non attendis te eſſe hominem, carnalem, præſumptuoſum, elatum, temerarium, *omnis*, nam omnes appello, neminem excludo, *qui iudicas*, qui damnas Gentes. Reminiſcere quòd in CHRISTO, nec circunciſio, nec præputium aliquid prodeſt, ſed ſola gratia Dei, qua noua efficimur creatura; quin ob oculos tibi conſtitue, ꝙ Iudæis ob incredulitatem repulſis, euangelium eſt deuolutum ad Gentes, & ꝙ fractis ramis naturalis oliuæ, ex oleaſtro alij ſunt inſiti, ac naturalium loco, iure optimo ſubſtituti.

F Matt. 7. Luc. 6. Gal. 5. Act. 13. Roma. 11.

Sed eſtò, Gentes ſint impiæ, eſto ſunt idololatræ, ſint ſacrilegæ, immundæ, execrabiles, eſtò inurendæ ſint, & alijs ſex centis ſceleribus; nunquid & tu ſolus immunis? nunquid tu ſolus ſine peccato? tu ſolus ſine crimine? nunquid ſine illis flagitijs, & ſceleribus agis? nonne & his omnibus, & atrocioribus ſcates, immò obuolutus es, & immerſus? Verè quidem, *in quo alterum iudicas, teipſum condemnas, eadem enim agis, quæ*, vel potius, qui, vt legitur græcè, *iudicas*. Siquidem, cum & tu, in iniuſtitia Dei veritatem contineas, quin & vehementius opprimas (vt cui Dei munere, lumen maius acceſſit) & ob id, in multa ac innumera ſis prolapſus facinora, immò & Dei iudicio, & tua peruerſa libertate præcipitatus in ea; hauddubium, ꝙ etſi de conſimilibus aliquem damnas, inexcuſabiliter teipſum inuoluis, quin & iram Dei acerbius, exitialiusque aduerſum te prouocas, & accumulas. *Scimus enim*, & maximè nos Iudæi, ex lege diuina, ꝙ *iudicium Dei*, quo errata caſtigat, *ſecundùm veritatem*, (non enim eſt ſicut iudicium hominis, quod fallitur, & ſæpe falsò dijudicat, ſiquidem omnis homo mendax,) eſt verum, infallibile, & ſine reſpectu perſonæ, *eſt in eos*, & quidem acritèr, ſicut & peccatum agitur inexcuſabiliter, *qui talia agunt*; ſcelera, crimina, flagitia: & hoc ſi refertur ad peccata, de quibus inurebant Gentes, ſed ſi ad iudicium iungitur Iudæorum, ſcimus inquit, nos euangelio illuſtrati, quòd Dei iudicium in eos, qui alios dãnare præſumunt, eàdem fit lance, ſed ſemper verè, quoniam eadem menſura, qua alijs menſi fuerimus, remetietur nobis.

Dei veritas, in iniuſtitia, ſupreſſa magis à Iudęis, quàm gentibus.

G Pſal. 115. Luc. 6.

Exiſtimas autem ò homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quòd tu effugies iudicium Dei? Dixerat inexcuſabiles eſſe Iudæos, tùm quia Dei veritatem, perinde ac Gentes, detinebant in iniuſtitia, tùm quia condemnantes Gentes de his, in quibus & ipſi erant inuoluti, inexcuſabiliter condemnabant ſeſe. Proſequitur hoc poſtremum, & ne elabantur eo proſumptionis diffugio (quo iactantes ſe peculium Dei, populum electum in hæreditatem, quorum adoptio, legislatio, cultus, & demùm quorum patres, ex quibus eſt CHRISTVS ſecundùm carnem, putabant ſibi vniuerſa licere, immò & ſui muneris eſſe, alios & Gentes maximè, non modò clanculo iudicare, ſed palàm ac liberè redarguere: in quo, & profecerunt eòuſq;, vt etiam magiſtratibus (ſi non voce propter timorem, opere tamen propter inſolentiam) aliquando detraxerint, ac illos non ſecus ac tyrãnos habuerint: vnde & ſub eorum degentes imperio, nõ horrebãt illos defraudare tributis, ac dolo declinare debita vectigalia, propter quod & infrà illos monet apoſtolus, vt ſublimioribus ſubditi ſint poteſtatibus, & reddãt oĩbus debita: quin & adeò fuerũt ſupbia demẽtati, vt prorſus perſuaderẽt ſibi, non ſolũ, & ad libitum, & impunè alios ſugillare poſſe, ſed & ſe à nemine diudicari debere, ſecum crebrius repetentes: nos natura Iudæi, non ex Gentibus peccatores: nos ex fornicatione nati non ſumus, vnum patrem habemus Deum: nos ſemen Abraham,

H Cap. 13. Gal. 2. Ioan. 8.

Iudęis vnde ſupercilium.

A liam,& nemini ſeruiuimus vnquam)argutè Paulus horum temeritate ſuppreſſa,ac ea parte,qua
neminem præſumebant habere iudicem,quaſi diſſimulata,immò quaſi admiſſa (non enim præ-
ſtabat de tribunalibus,iudicijsq; hominum,in præſenti contendere,aut vulnus acrius exaſpera-
re)ad Dei iudicium,quod nullus ſine controuerſia declinare poteſt,ſe transfert,ac breui quidẽ,
ſed valide ſic eam impudẽtiam deprimit. Eſtò,ò Iudęe, iudicium effugeres hominum, eſtò iudi-
cium,quod ſumis aduerſus alios,non inuolueret te; nunquid adeò inſanis,vt arbitreris effugere
poſſe iudicium Dei? aut q̃ iudicium à te prolatum, ratũ habendum ſit ab illo pro alijs,& irritan-
dum pro te,cum & tu eadem opereris,& in eiſdem ſceleribus(& quidem flagitioſius)deprehen- Homo, quid ſit vere.
Ioan.3. daris? ò, verè, *homo,* verè caro,verè vanitas,verè inops ſani iudicij; vere quod natum eſt ex carne
1.Co.2. caro eſt:& animalis homo,non percipit ea,quæ Dei ſunt. Quòd ſi fortè eò temeritatis dilapſus
es,vt tã ampliter arroges tibi liberalitatem Dei,vt non imputet tibi flagitia tua, vel ob id, quòd
Eccleſi.5. illius vltionem non ſentis(peccaui inquit ſtultus,& quid mihi accidit triſte?) quæſo ne oſcitan-
ter attendas, *An,* hoc pacto, *diuitias bonitatis Dei,* hoc eſt,cumulos & cornucopias benignitatis,
clementię,& lenitatis eius,quibus non modò ditiſſimus eſt in miſericordia,ſed pater miſericor-
1.Co.1. Ezec.18. diarum,nolens mortem peccatorũ,ſed vt conuertãtur & viuãt:item,theſauros, *patientiæ,* quibus
B non ſolũ tolerat malos, non ſolùm patienter expectat, ſed & iugiter expandit manus, pulſat, &
Eſai.65. prouocat populum,etiam non credentem,ſed contradicentem ſibi, *&*, copias *longanimitatis eius,*
Roma.10. quibus mirum in modum differt,protrahitq; in longũ, vltiones ſumere pro peccatis, *contemnis?*
Prouer.18. quod planè perditiſſimorum hominum eſt(ſiquidem impius non niſi in voraginem malorum
Eccle.8. demerſus contemnit;& quia citò non profertur,Dei benignitate,in malos ſententia,filij homi-
num,planè Dei iudicio condemnati,ac in reprobum ſenſum coniecti, abſq; timore perpetrant
mala) *ignorans quòd benignitas Dei,* expectando,differendo mulctam,procraſtinando, non præbet
facultatem impune peccandi,ſed tempus indulget pœnitẽdi: ſiquidem eo pacto, *ad pœnitentiam*
2.Pe.3. *te adducit.* Etenim non tradat Deus,ſed patienter agit propter nos,nolens quempiam perire:&
Eſa.30. alibi: Expectat nos Deus,vt miſereatur noſtri. *Secundum duritiam tuam.* Cor durum,male habe-
Eccl.3. bit in nouiſſimo die. Quòd etſi multis commune ſit peccãtibus,peculiare tamen Iudæorum eſt, Cor durũ peculiare iudęis.
qui ſemper inuenti ſunt duræ ceruicis,quia ſemper obſtinati,& obicem ſpiritui ſancto opponẽ-
Act.7. tes,vt etiam in illos prothomartyr obijcit, *& impœnitẽs cor,* Pœnitentia ex tribus partibus cõſtat,
contritione,confeſſione,ſatisfactione,ſed contritio reliquarum baſis in corde eſt: ergò cor im-
C pœnitens,cor eſt incontritum,cor inhumiliatum,quod peccatorum grauitatem non ponderat,
quod Dei non deteſtatur offenſam,nec emendationem curat, *theſaurizas,* recondis, aggregas,
accumulas, *tibi,* ad tuam planè perniciem,& damnationem, *iram,* vltionem,vindictam, *in die iræ,*
qui dies eſt iudicij,vel vniuerſalis,vel particularis,quod fertur in hora mortis: qui dies,ſicut ele-
ctis dies eſt maxim gratiæ,ità & reprobis,& præſertim accumulantibus iram Dei,dies eſt extre-
Matth.25. mi ſupplicij. Ergò ſicut electi,cum appropinquauerit, meritò eleuabunt capita, hoc eſt exhila-
Apoc.6. Dan.3. rabunt corda,ità & reprobi,cum illum viderint imminere,in tãtis erunt anguſtijs, vt dicturi ſint
1.Cor.4. montibus,cadite ſuper nos,& collibus operite nos, *& reuelationis,* tunc aperientur libri, & ma-
nifeſtabuntur conſilia cordium, *&*, ità additur græcè, *iuſti iudicij Dei,* qui etſi ſupremus eſt iu-
dex,tamen iuxtà legem quam ſanxit,ſententiam profert; quæ ſicut eſt ſancta,irreprehenſibilis,
Infra. ca.7. immaculata,& mandatum ſanctum,iuſtum,& bonum,ità & iudicium iuſtum, vndiq; abſolutũ,
& perfectum. Vnde & ſubditur. *Qui reddet,* quod eſt munus iuſtitiæ, *vnicuiq;,* ſiquidem iuſtitia
reddit ſingulis, *ſecundum opera ſua,* non ſecundùm reſpectum perſonæ,ſed ſecundùm vim ac me-
ritum operis,his qui valuerunt operari.

Et quoniam hic ſermo eſt de iudicio,& reddere,vt præmiſimus,eſt actus iuſtitiæ, neceſſe eſt, Retributio operis, nõ fit iuxtà quantitatem abſolutã, ſed proportionalẽ.
D vt æqualis ſit retributio operi,ſi non abſoluta quantitate,debita proportione. Quare etſi pręmij
ac pœnę diſtributio,ad tribunal iudicis,iuſtitiæ lance diſpartienda eſt, ad thronum tamen gra-
Matth.19. tiæ,& pręmium donatur vltrà condignum,quoniam centuplum recipietur pro vno,& pęna in-
Trin.3. fligitur citrà demeritum,quoniam miſericordiæ Domini, quòd non ſumus conſumpti, his qui-
dem, *qui ſecundùm patientiam boni operis,* non ſatis eſt bonum opus incipere, ſed neceſſe eſt in illo
perſiſtere,& in finem vſque vitæ,in probis actibus perſeuerare: nec ſolùm obſecũdantibus re-
bus,ſed aduerſantibus, nobisque ſemper aliquid negotij ſuperinducentibus,quod vtique aſſi-
duum eſt fidelibus,quorum vita eſt continua pugna, nec modò aduerſus carnem & ſanguinem,
ſed aduerſus mundi rectores, & principes tenebrarum harum. Ergò vt perſiſtamus in ope-
ribus bonis, neceſſe eſt, vt multa patiamur, & velut aurum in fornace, tribulationis igne
probemur, *gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus,* & ſi Græcis eſt participium,

vt tamen ſine offenſione Romanis legatur, reſoluendum erat in verbum, *quærunt vitam æter-* E
nam. Et poteſt textus duobus modis exponi, ſicut & diſtribui. Alter eſt, vt verbo quærunt, æter-
na copuletur vita, & verbo reddet, gloria, honor, & immortalitas; denotetur que quòd diuino
tribunali, quærentibus patientia bonorum operum, æternam vitam, hoc eſt ſummam, ac pe-
rennem fœlicitatem, ad quam omnes contendimus, & non niſi mandatorum obſeruatione per-
uenimus, tandem retribuetur, *gloria*, tùm animæ, tùm corporis (nam quod in præſenti leue eſt 2.Cor.4.
tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis) & licet omnis gloria noſtra di- Pſal.44.
manet ab intus, niſi tamen diffunderetur ad corpus, non admonuiſſet Paulus, reformãdum cor- Philip.3.
pus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis CHRISTI: & Quod ſeminaẽ nũc in igno- 1.Co.15.
minia, reſurget tandem in gloria: *& honor*, niſi poſt gloriam retribueretur honor, non ſcriptũ Pſal.8.
eſſet de CHRISTO, deq; illius mẽbris. Gloria & honore coronaſti eos: & illud. Siquis mihi mi- Ioan.12.
niſtrauerit, honorificabit eum pater meus: & Nimis honorati ſunt amici tui Deus: *& incorru-* Pſal.138.
ptio. quoniam mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionẽ. 1.Cor.15.
Reliquus è diuersò, vt verbo, quærunt, reſpondeat gloria, honor & incorruptio, & verbo, red-
det, uita perpetua. Et ſenſus eſt, vel ꝙ quærentibus per patientiam boni operis, gloriam, hono-
rem, & incorruptionem Dei, non quibus exiſtit in ſe, quandòquidem natura glorioſus, excel- F
ſus, & immutabilis eſt, ſed quibus glorioſus, excelſus, & immutabilis eſt in nobis (nã in hoc no-
bis ſtudendum eſt, in hoc expendendæ ſunt vires, vt quãtùm ex nobis eſt, Deus glorificetur, ho-
noretur, ac immotus conſiſtat in nobis) vti pręmium, vita reddetur ęterna; vel ꝙ quærentibus ſi-
bimet, gloriam, honorem, & incorruptionem, non quidem apud homines, vt ſolent hypocritę,
ſed apud Deum, vt ſolent eius filij, qui ſtudent patientia boni operis lucere apud patrem, qui vi- Matt.5.
det in abſcondito; & ſi quando lucent hominibus, non lucent vt placeant eis, ſed vt glorificetur
pater, qui in cœlis eſt, reddetur vita æterna, cum hic in primitijs, tùm ibi in copijs, & plena ſatie-
tate. Vtraque interpretatio vera, ſed prior, ni fallor, intenta. Quo ex loco conuincitur, non ſo-
lùm quærendam æternam vitam operibus bonis, ſed iure, vti mercedem obtinendam à Deo; de
quare, ad Epheſios explicatum eſt ſatis.

Eterna vita iure datur operibus bonis.

Iis autem, qui ſunt ex contentione &c. Si iudicio diuino, reddendum vnicuiq; eſt, iuxtà meritũ
operum, neceſſe eſt, vt ſicut quærentibus æternam vitam actionibus ſanctis, perſoluẽda eſt glo-
ria, honor, & incorruptio, ità & iis, qui in malis perſeuerant operibus, quod nec ſine patiẽtia eſt
(aliàs non quererentur impij, ambulauimus vias difficiles, & lapſi ſumus in via iniquitatis) tàm Sap.5.
etſi coacta, & peruerſa, ira reddenda eſt, indignatio, tribulatio, & anguſtia. Et quanquàm in Iu- G
dæos agetis, illos è directò percutit, quia tamẽ perſeuerare in malo poteſt æquè contingere Gẽ-
tibus, iccircò & illas, ſi pariter implicantur, pari condemnationi ſubijcit. Fore autem ex conten-
tione, non ſolùm hoc loci, eſt contentioni vacare, ſed & obſtinata mente contẽdere, quod ma-
ximè faciunt Iudæi, non tàm mordicus retinendo legem & traditiones patrum, quàm duriſſima
ceruice paſſim digladiando pro eis, ſicut & ſolebat apoſtolus, dum addictus erat carni & ſangui-
ni, ac proficiebat in iudaiſmo, ſuprà multos coætaneos ſuos; tàm etſi hæc præſtiterit, priuſquàm
CHRISTO ſubſcriberet, & Iudæi, ad quos loquitur, poſtquàm fuerant baptizati, & ſacroſanctũ Gal.1.
profeſſi euangelium; quippè qui non ſolùm erant adhuc imperfecti, & impotentes veſci ſolido
cibo, ſed plus æquo rebus Moſaicis implicati, non modo maleferebant legem abrogari, ſed &
abrogatam proteſtantibus, nitebantur pugnaci contentione reſiſtere. Vnde & ſubdit, *& non ac-*
quieſcunt veritati, quæ docet vmbram cedere corpori, tenebras luci, moſen CHRISTO, & legem
euangelio: *credunt autem*, obtemperant græcè, *iniquitati*, non quidem legis, quę ſancta eſt & im- Pſal.18.
maculata, ſed proprię, qua iniquè & præſertim cum non zelo iuſtitiæ, ſed ſuæ tuendæ ſententiæ
(quæ tamen nec cedit in fauorem legis, quæ non extendebat vim vltrà Ioannem, vt quę lata eſt Matt.11.
donec veniret ſemen, cui promiſerat Deus: nec in profectum ſalutis, immò cum euangelium in- H Gal.4.
firmaret, periclitabatur fides, ſine qua ſalus nulli accedit) & contrà omne fas iuſq; pertinaciter Rom.10.
contendendo, vt ſua ſtatuerent, impiè euangelio derogabãt: *ira & indignatio*, tranſpoſitæ ſunt
dictiones, ſiquidem prius indignamur, poſtmodum molimur vindictam, *tribulatio*, græcè, preſ-
ſura, *& anguſtia*, ſupple, iuſto Dei iudicio, reddenda eſt.

Indignati ſolemus moliri uindictam.

Et licet indignatio iraque accipi poſſint ex parte Dei, qui vti iudex, meritò indignatur ma-
lo, illiq; vt par eſt, vindictam decernit, quo pacto ad rationem ſpectant diuinæ iuſtitiæ, poſſunt
& nihilòminus ſumi ex parte noſtri, qui in peccatis perſiſtentes, indignationem & iram Dei in-
currimus, quo pacto indignatio effectus eſt cõmotionis Dei, putà abominatio, qua fas vltra nõ
eſt illius comparere conſpectui, & ira, taxatio congruiſſimę pœnę, quam & nulla licet declinare

ratione,

A ratione,& ſequentibus verbis exprimitur. Siquidem præter id, quòd preſſura & anguſtia extremæ videntur afflictiones, nimirũ quibus perditi afficiendi ſunt in inferno, denotant & nihilòminus illis pœnis vexatos, nullo pacto conſumi, quandòquidem & ſi res premitur, & ſi anguſtiſſimo ergaſtulo coarctatur, non propterea deſinit eſſe: ità & apud inferos & ſi immaniſſimi cruciatus ſunt, perpetui tamen ſunt, & non poterunt perditi mori, tam etſi ſemper verſentur in mortibus, & ſibi continuo videantur mori, *in omnem animam:* aduerſus omnem hominem, vel ſcripturarum more, à potiori parte deſcriptum, vel quia vt locum habeat vltio Dei, non expectatur reſurrectio corporis, vel quia ſicut ab anima, vt è primo fonte, omnis ſcatet iniquitas, ità & iure in illam potiſſimum animaduertitur, ex qua & redundat in corpus, ſicut & in patria gloria æternæ fœlicitatis, *hominis,* planè carnalis, animalis, terreni: in ſumma, *operantis,* plus exprimitur græcè, quoniam non quouis operantis modo, ſed aſſiduè perſeueranterque, *malum,* peccatum, quod ſimpliciter eſt malum. *Iudæi primùm & Græci.* Siquidem ſine delectu perſonæ, quilibet puniendus eſt, & æquè de omnibus ſumetur iudicium, dummodo æque admiſerint iniquitatem: ſicut è diuerſo, *gloria, & honor, & pax, omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco,* ſi pariter bonum operati ſunt, pariter retribuenda eſt. Damnati etſi dire vexant, non tamen conſumũtur.

B

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula, (In quo alium iudicas, teipſum condemnas.) Quòd ſi à iudicandis fratribus, ius non reuocat diuinæ dilectionis, cui proprium eſt non ſuſpicari malum, ſed boni cuncta conſulere: ſi non retrahit ratio Chriſtianę modeſtię, quę alios ſemper meliores exiſtimat, corde aſſerẽs cum apoſtolo, minimus ſum, velut abortiuus, & maximus omnium peccatorum: ſi non exterret verbum CHRISTI, Nolite ſecundum faciem iudicare: & Paulus, Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Exterreat, quòd dum in alios animaduertimus, inexcuſabiliter in nos ſententiam fulminamus: quippè qui & non raro eiſdem, & deterioribus quandoq; vrgemur anguſtijs, & non ſolùm diſſimulamus, ſed penitus cœcutimus. O amentiam carnis, quæ erratis alienis intenta, non ſentit quàm pernitioſe impingit. Tàm procax, tamque inſolens eſt ingenium corruptæ naturæ, vt aliorum facta verſemus ob oculos, & noſtra reijciamus poſt tergũ: in illa ſæuimus, ad hæc conniuemus: illa exageramus, noſtra deijcimus. In ſumma: adeò ea in re obſtulteſcimus, vt ferè nihil occurrat in fratre, quod non calumniemur, nihil in nobis, cui non blandiamur: quod non modo eſt iniquum, ſed inhoneſtũ. Ergò ſi qua in nobis ſcintilla eſt charitatis, ſi quod humilitatis veſtigium, ſi qua ratio mandatorum CHRISTI, ſi quis timor condẽnationis propriæ, hanc excutiamus inſaniam, erubeſcamus tantam inſolentiam, & præſumptionem, vt vendicemus nobis quod eſt proprium Dei, cui omne manet iudicium, nec iudicat ſecũdum faciem, ſed ſcrutatur renes & corda. Quòd ſi quando noſtri muneris ſit, ius in aliquem pronunciare, nobis non pronuncietur indiſcuſſis, ac exactiſſimè condemnatis, vt iudicati a nobis, vt monet Paulus, non iudicemur ab alijs, quin nec iudicemur à Deo, qui & iudicat ſine reſpectu perſonæ. Rurſum nec pronuncietur ſine timore, quoniam in multis offendimus omnes, & qui iudicat, ſit ſine crimine, iuxtà CHRISTI verbum: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat: non ſine animi lenitate, clementia, & miſericordia: non ſolùm quia hæc prouehunt exaltantq; iudicium, ſed quia cum ſine his iudicatur, etiam ſine illis à Deo iudicium audietur. Ergò ſaluberrimum eſt, primùm nos emendare, deinde ſi qua culpa in proximo ſit, quã diſſimulare non poſſumus, vel lachrymis, à Deo illi veniam impetremus, vel ſaltèm vt par eſt, ex charitate illum, vt euangelium tradit, ſuauiter moneamus, vt illum tali pacto lucremur.

1.Cor.13. Philip.2. 1.Cor.15. Math.7. Infra. c.14. — A iudicandis fratribus, cauẽdum multiplici rõne.

C — Iere.17. 1.Cor.11. Ioan.8. Iaco.1. Math.18. — Quando & quo pacto iudicandum, vt probè proficiſcatur iudicium.

Obſeruandum ex particula. (Benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit.) Quàm ingens ſit clementia Dei, & quàm execranda ſocordia noſtra. Siquidem cum apud Deum nihil deteſtabilius ſit peccato, nihil quod exaſperet, & furorem accendat, niſi culpa; non tamen mox ſæuit, nõ vlciſcitur ſtatim, non horret delinquentes, ſed diſſimulat, ægreferens quẽquam perire. Nec modo diſſimulat, ſed amicè agens, ſexcentis modis ad reſipiſcendũ prouocat: nec ignarus figmẽti ſui, compatiens ac miſereſcens noſtri, non cogitat contrà nos afflictionem, ſed pacem: quin nec CHRISTVM (quem profuſorem inſtituit gratiæ) aliam ob rationem, quàm vt vberius opitularetur nobis, non ſat duxit noſtris ſubiacere ærumnis, non ſat vt tẽtaretur, ac probaretur in omnibus, ſed & voluit vt in ſe noſtrorum ſcelerum vltionem exciperet, ac proprio ſanguine expiaret, haud inſcius quòd tanto impẽdio perſoluto, liberalius gratia perfunderemur ab eo. Verùm quanto exuberantior eſt benignitas Dei, tãto exitialior eſt peruerſitas noſtra, qui luci occludimus oculos, obturamus aures veritati, pulſanti obdureſcimus corde, & trahenti obſiſtimus ac

D — Pſal. 102. Iere.29.

 reluctamur.

reluctamur. Nec animaduertimus miſeri, quòd tandem ſons ſiccandus erit miſericordiæ, quòd conſummatis Amorrẹorum ſceleribus, ianua eſt claudenda ſalutis, non quidem defectu diuinæ clementiæ, cuius nullus eſt numerus, ſed meriso noſtræ obſtinationis, qua iram theſaurizamus nobis in die iræ. Siquidem oraculum admonet, ſuper tribus ſcelerihus parcendum eſſe hominibus, ſed ſuper quarto, minimè parcendum eis: quandòquidem parcendum delinquentibus eſt ob ignorantiam, infirmitatem, malitiam, & non delinquentibus ex obſtinatione, vt qui obicem opponendo gratiæ, vt pecudes computreſcent in ſtercore ſuo: & ratio vrget, quoniam ſi omnia à Deo, certo conſtituta ſuns numero, pondere, & menſura, ſi cuilibet rei determinata eſt ſua periodus; cur & nobis determinasa nõ erit reſipiſcendi meta? non quidem ea ratione, quòd dum hic agimus, non ſit ſemper miſerendi tempus, ſed quia optimo iure fit, vt non ſolùm abſq; timore Domini pro libitò debacchantes in omni flagitiorum genere, ſed & contẽnentes reſipiſcere, tandèm tradamur in reprobum ſenſum, in quem traditi nequeamus veraciter pęnisere; lices timore mortis, aliquoties contingat pœnisentiam ſimulare, ſicut fecit Antiochus, Iudas, & Virgines fatuæ. Gene. 15. Math. 25. Amos. 1. Sap. 12. 2. Mac. 9. Mat. 27. & 25.

Potiores electorum ſtimuli.

Obſeruãdum ex particula (Qui reddet vnicuiq; iuxtà opera eius.) Quòd etſi præſtat illud iugiser inculcari: Omnes ſiſtemur tribunali CHRISTI, vt referat vnuſquiſque, tum bonum, tùm malum, prout geſſit in corpore: etſi refers continuè reminiſci, quòd ſicut inter bona quæ facimus, calix ponderandus eſt aquæ frigidæ, ità & inter mala quæ committimus, verbum excutiendum eſt ocioſum: etſi expedis nouiſſimorum eſſe memorem, vt improbis carnis medeatur affectibus; Iis tamen qui in adoptionem ſuns electi, & vs membra potiuntur ſpiritu CHRISTI, nõ tam commodum eſt, ad bonum prouocari ex pollicitatione pręmij, aus à malo exterreri ex comminatione ſupplicij, ſicut cum viſcera ſuſpiciunt charitatis æterni patris, ac non ſecus ac pientiſſimi filij (idque potiſſimum, vt obſequantur patri) ſuſpirant ad hæreditatem cœli, ad quam nũquàm non ſtudent, tum ſui ſenſus abnegatione, tum ſanctorum operum exercitatione, vt decet conciues ſanctorum, & domeſticos Dei, quin & membra vnigeniti CHRISTI IESV, viriliser peruenire. Verùm quia in area huius mũdi, granum mixtum eſt paleæ, & zizania probo ſemini, quia conſonas ingenio corruptæ carnis, vt non raro deijciamur timore, erigamur ſpe, alliciamur præmio, & refrenemur ſupplicio: quin & communi curſu, ex timore ſolemus cõcipere, parere, ac parturire ſpiritum ſalutis, propser quod, & lex merito præuènit euangelium, & Ioannes præcucurrit CHRISTVM; ictirco & rectè & prouidè factum eſt, vt ira Dei præconſtituatur improbis; vt territi condemnatione iudicij, & attriti excarnificatione pœnæ, reuocentur sandèm à vijs ſuis peſſimis, & compeſcantur ab omni iniquitase. Ergo etſi meritò à probis, oculi eleuandi ſuns ad gloriam, honorem, & immortalitasem; nihilòminus & altius in gemiſcendum eſt à reprobis, quia illos manet indignatio, ira, anguſtia & preſſura. Et quia dum hic agimus, ęquum eſt, vt cum timore & tremore noſtram operemur ſalusem, ſasagentes patientia boni operis, ad cœleſtem fœlicitatem attingere, contentionibus ſedatis, in veritatis obſequio, & iniquitatis abnegatione: æqnum & humiliare, ac deijcere in omnibus ſeſe, nunquam oblitos, quòd ſiquis exiſtimas ſe eſſe aliquid, cum reuera ſit nihil, ipſe ſe ſeducit; palàm quòd & opus quidem eſt, ſic ad ſuperna reſpicere, vt non liceas tartarea floccipendere. Rom. 14. 2. Cor. 5. Matth. 10. & 12. Eccle. 7. Ephe. 2. Matt 3. & 13. Eſa. 26. Eſa. 21. Ezec. 18. 2. Cor. 7. 1. Pet. 2. Gal. 6.

Ex timore, cõmuni ſenſu, ſpiritum hauſimus ſalutis.

Enartatio quarti membri Portionis ſupraſcriptę.

Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Pergit loqui Iudæis, oſtendens illos non præferendos Gentibus, ſiue ex lege ſcripta, ſiue ex circuncisione carnis, immò q; ſi legem non præſtãt opere, & circunciſionem carnis, circuncifio non comitatur ſpiritus, nihil eis proficiunt. Aſſumit ergò, q; *Non eſt acceptio*, ſiue reſpectus, *perſonarum apud Deum.* Quod etſi confirmat, quod mox præmiſit (Et Iudæo primum & Grȩco) eſt & nihilominus initium præſentis membri, in quo ambos docet, diuino tribunali haberi æquales, quantum fuerit ex conditione perſonæ, tam etſi alter, valeat præſtare alseri, ex ratione operis. Acceptio perſonæ, opus eſt iniuſtitiæ, & per hoc vitium eſt, quod committitur in iudicio, quando non ex intuitu meriti, ſed ex conditione perſonæ fis diſtributio: quod & Deus deteſtatur in lege. Non conſideres (inquis) perſonam pauperis; nec honores vultum potentis, ſed iuſtum iudicium iudica. Et alias. Deus magnus, potens, & terribilis, qui nec perſonam accipit, nec munera, ſed iudicium facit pupillo & viduæ. Es vt res ſit pręclarior, ſubijcit. *Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt.* Quod ſpectat ad Gẽtes, quibus lex Moſis non eras lata, quæ comprehendis nedum mores, ſed cæremonias & iudicia: tam etſi lex morum eſſet eorum mentibus ſculpta, cum vnicuique inditum ſit lumen vultus diuini Leui. 19. Deu. 10. Pſal. 4.

Acceptio perſonę vitium eſt iniuſtitię.

quo

A quo vrgemur ad bonum & dehortamur à malo. Quare & ſi peccauerunt Gẽtes ſine lege Moſi, nõ tñ peccauerũt ſine lege naturę, quę lex, quia à Deo, lex dicitur Dei: aliàs nec fuiſſet peccatũ, cũ nec fuiſſet legis trãſgreſsio. Siquidẽ nec aliud eſt peccatũ, q̃ tranſgreſsio legis diuinæ, & cœleſtiũ inobediẽtia mandatorũ. *Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur*. Quod pertinet ad Iudæos, quibus erat lex ſcripta, & contrà quam peccabant. Ij ſunt plectendi per legem, quia maledictionibus ſubijciendi ſunt legis: & cum & ipſi ſint homines, & per hoc legem habeant naturalem, non modo tranſgreſtores conſtituuntur legis ſcriptæ, ſed inditæ. Quare etſi Gentes, naturæ legi non obtemperantes peribunt, & Iudæi legem tranſgredientes Moſis, iudicãdi ſunt; haud obſcurum, quòd leuius non eſt iudicari, quam ſit perire (niſi fortè per Gẽtes quis accipiat infideles impiosq;, qui venire non habent in iudicium, in quo iudicati ſunt, quod tamen nõ intendit apoſtolus, cum non ſolum alloquatur fideles, ſed & credentes, præputium ac circuncifionem conſerat inter ſe, & id reſpectu tribunalis diuini.) Ergò iudicari hoc in loco nõ eſt mitius, ſed fortè ſæuerius: quippè quod eo ſcripturarum ſumitur vſu, quo nõ modo eſt vlciſci, aut vtcũque rependere, ſed vindictam exactiſsimam ſumere (Gentem, cui ſeruituri ſunt, iudicabo: Iudicet Dominus inter me & te) Et id genus quàm plura.

Amb. de parad. cap. 8.
Pſal. 1.
Gene. 15.
1. Reg. 24.

B *Non enim auditores legis, iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur*. Aſtruit quod aſſumpſit, oſtendes non ſatis fore tum Iudæis tum Gentibus, ſi legem audiunt, illi quidem ſcriptam, iſtæ verò ſculptam, ſed opus eſſe, vt opere compleant: aliàs ſi quod iuſſerit non exhibetur, quilibet vt trangreſſor meritò iudicabitur. Ait ergo, *quòd auditores legis*, ſiue Iudæi ſint, qui non modo legem ſcriptam audierunt à Moſe in deſerto, non modo per omne ſabbatum à Sacerdote audiunt in Synagogis, ſed & illi frequenter ſubſcribunt, ſicut & polliciti ſunt Deo, vt ſeruarent quæcunque præciperet: ſiue ſint Gentes, quæ non ſolùm audiunt legem inditam, ſtimulis conſcientiæ, clamore ſynderesis, & oſtenſione luminis naturalis, ſed & admonitione Solonum, Socratum, Lycurgorum, qui ſaltèm aliqua ex portione, quę ſunt iuris naturę explicãt, ſuggeruntque, non quia audiunt, aut etiam auditis ſubſcribunt, *iuſti ſunt*, non dicit apud homines, quorũ iudicium facile floccipenditur, ſed, *apud Deum*, cuius ſententia exceptionem non patitur: *Sed factores legis*, tum naturæ, tum Moſis, *iuſtificabuntur*, apud Deum. Quod plane de iuſtificatione recipiendum eſt abſolute, hoc eſt, quæ claudit & peccatorum remiſsionem, & vitæ nouæ primitias, vt vberius definitum eſt ad Ephesios. Et duplex eſt ſenſus: Alter vt intelligatur de ea legis obſeruatione, quam poſſumus naturali viril ; & verum eſt, ꝙ hi qui hoc pacto legem cuſtodiũt

Non ſufficit legem audire, ſed neceſſe eſt, & opera pręſtare.

Acto. 13.
Exo. 19.

C coram Deo efficientur iuſti, & quòd obſeruatio illa ad iuſtificationem, hoc eſt, peccatorum expiationem, & vitæ nouitatẽ diſponit præparatq;, ſicut & alia opera bona, præſertim ſi fides adſit, per quam & valemus cor ad Deum erigere, & ad illum, quod facimus, deſtinare, quod non minima ad iuſtitiam præparatio eſt: tametſi fides ſine charitate ſit, & per hoc ſine gratifica gratia Dei. Vnde & aliàs Paulus hortatur fideles, quibus iratus eſt Deus, vt benefactis illum reconcilient ſibi: Beneficentiæ (inquit) & communionis ne obliuiſcamini, quoniam eiuſmodi victimis placatur Deus. Et hoc quidem pacto haud dubium, quòd iuſtificatio ex vi non accedit operum, ſed ex liberalitate Dei, in vi tamen meritorum CHRISTI IESV; tàm etſi opera neceſſaria ſunt, vt diſpoſiti iuſtificatione donemur. Reliquus eſt, vt de illa recipiatur legis obſeruatione quæ præſtatur interuentu gratiæ Dei: vt eo pacto Paulus loquatur, non ſolùm de fidelibus, ſed & Deo gratis, hoc eſt, gratia gratum faciente præuentis. Nam etſi iam per gratiam iuſtificati ſunt, nihil prohibet tamen, quin probe agentes, ac per hoc legem obſeruantes, amplius iuſtificari poſsint: immò & adhortatur Dilectus, vt etſi iuſti ſumus, demus tamẽ operam, vt iuſtificemur magis. Vel non inſolito ſcripturæ ſenſu, iuſtificabuntur apud Deum, quia palàm illius tribunali decernentur, ac pronunciabuntur iuſti: vt eo pacto curia exhilaretur cœleſtis, quæ mirifice ſu-

Heb. 13.
Apoc. 22.
Luc. 15.

D per reſipiſcente congaudet, vt ſacrum euangelium docet.

Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex. De lege ſcripta ſermo eſt. Et poteſt locus tribus modis exponi. Primo de Gentibus nondum regenitis. Secundo de regenitis, ſed gratia Dei vacantibus. Tertio de regenitis, & in gratia Dei degentibus. Et primo quidem monemur, Gentes etiam ſine notitia CHRISTI, poſſe naturaliter obſeruare legem, non in omnibus, quoniam non in cæremonijs & iudicijs, cum naturæ luce deprehendi non poſsint, ſed in his, quæ hominum reſpiciunt mores: non eo pacto, ꝙ totum morale negociũ (quod ſcilicet nobis iuxtà rectam congruit rationem) abſoluere valeant, quoniam hoc vim trãſcendit naturæ corruptæ, ſed quia valent abſoluere quædam, & forſitàn ſingula & eorum maxime, quæ explicata ſunt in decalogo: quare & prudenter apoſtolus nõ dixit, omnia faciũt (quod

Quo pacto gẽtes ſine notitia Chriſti legẽ naturaliter ſeruent.

eſt

eſt vniuerſale)ſed dixit, ea faciunt (quod eſt indefinitū.) Nec obſtat ſi in natura corrupta, quæcunque mores attinent, poſſent exactè deprehendi, quoniam præter id, ꝙ opus non eſt rē concedere, immo cum in corruptione naturæ, vulnus includatur ignorantiæ, quo nequimus ad plenum eſſe prudentes, & ob id, nec de omnibus, quæ iuxtà rectitudinem intellectus agenda ſunt, probè diſponere: (Siquidem mortalium cogitationes ſunt timidę, & incertæ omnes prouidentię noſtræ) iuſtum non eſt, rem admittere; quandoquidem voluntas deprauatior eſt intellectu, & ſenſu corruptior eſt appetitus: quæ tamen proximè ad mores concurrunt, immò & in his penitus occupantur ac perficiuntur. Valent inquam, abſoluere quædam, & ſeorſum forſitàn ſingula, non ſolùm quò ad ſubſtantiam operis, ſed & quò ad accidentia eius, hoc eſt affectiones, vel vt vocant, debitas circunſtantias actus: & id quidem in genere moris, & non ſupernaturalis meriti: Qua in re attendendum, quòd homo natura, ciuis inſtitutus eſt humanæ politiæ, & ob id neceſſe eſt, vt ſuópte ingenio mores induat viri politici: immò cum pars ſit ſuæ ciuitatis, opus eſt vt illi reipublicæ viuat, ac ad illam iuxta rationem rectam mores accommodet, quod & naturæ lex tradit. Ergò actiones humani ciuis, non modo ſubſtantiam ſortiri habent actionum moralium, emanantium ex habitibus virtutum, aſſuefactione partis, ſed & affectiones, vel neceſſarias circūſtantias, ſecundum iudicium præceptumque prudentiæ, in ordine ad rectè inſtitutam rempublicam, cuius ille portio eſt. Siquidem actiones humanas, hoc eſt, liberas, & iudicio rationis productas, perinde ac naturales res, conſueuere diſtinguere, & per hoc, & ſubſtantiam & accidentia in illis animaduertere: ergò ſicut in igne deprehenſus eſt calor, leuitas, lux, vti accidētia eius, & baſis, ſeu fundamentum, quo illa fulciuntur ac ſuſtentantur, quod icircò ſubſtantiam nuncupant ignis; ita (ſed ſua ratione) morale opus, putà munificentiæ, in id ſunt partiti, quod in ipſo conſideratur vt baſis, & circunſtantias, quæ in eo ſunt, veluti accidentia: ſubſtantia eſt bonorum erogatio, accidentia ſunt, vbi, quando, cur, & quomodo, rectæ rationis præſcriptione opus eſt, elargitio.

Quæ ſint actiones humanę, quę in illis ſubſtantia, & quę accidentia.

Quia ergò in ordine ad politiam humanam, poteſt non ſolùm naturæ vi aliquid donari, ſed vbi, quando, cur, & quomodo, vt diximus, opus eſt elargiri; haud dubium, ꝙ moralis actus præſtari naturaliter poteſt, non ſolùm ex parte ſubſtantiæ, ſed etiam accidentium: tametſi in eiuſmodi, opus non ſit ſingula tam exactè, ac ad viuum vſque, etiam minima reſecare, cum hæc à nobis, tanta non exigantur abſolutione, poſtquàm natura eſt corrupta, quanta exigerentur ſi permanſiſſet integra. Quin nec forsàn opus ęſt, vt quicquid virtutis actus, hoc in ſtatu quouis modo requirit, prorſus examuſſim præſtetur: quoniam in moralibus, nonnunquam ad minima conniuetur, & ſat ducitur, ꝙ ſi ſcopus in centro non attingitur, ſaltem non longè recedatur, quandòquidem & morales virtutes, virtutes ſunt humanæ, & ob id, neceſſe eſt, vt & humanæ ſint imbecillitatis participes.

Verùm, quia homo fauore Dei, in ciuem eſt euectus cœleſtem, & pars redditus ſupernæ ciuitatis, cui ſat non eſt, vitam moreſque, iuxtà prudentiam hominis, aut præceptum naturalis legis inſtituere; icircò vt ſuas (ſicut & par eſt) actiones abſoluat, neceſſe eſt, vt eum in ſtatum eleuetur, in quo & ſubſtantiam magis eximiam, & circunſtantias magis perfectas, ſuæ actiones accipiant. Quare gratia ſpiritus ſancti regenitus, & in conſortium diuinæ naturæ translatus, euadit de terreno cœleſtis, de carne fit ſpiritus, de immunditia ſanctitas, de impio iuſtus, & de homine Deus: quare nulla iniuria fit, ſi ab illo exigitur, vt ſupra hominem operetur. Ergò actiones exiſtentis in gratia, indubie actiones ſunt, ordinis diuini, & ob id earum præclarior eſt ſubſtantia, & longè excellentiores affectiones. Vnde & opus munificentiæ exiſtentis in gratia, elargitio eſt cœleſtis, ſpiritualis, ſancta, iuſta, diuina, & illius circunſtantiæ, ſunt tam inſignes, vt fiat quidem non vbi, quando, cur, & quomodo iudicat prudentia hominis, ſed vbi, quando, cur, & quomodo conſtituit ſapientia Dei, quæ & omnia, & ſingula dirigit ad politiam cœleſtem, & ad gloriam & honorem Dei, nihil adurgens, nihil atteſtans, niſi in nomine CHRISTI IESV, vt & cuncta cedant i gloriā ſui. Huc tendit lex fidei, ſpei, & charitatis, quę lex eſt euangelij, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis ſaxeis, ſed carneis, in tabulis cordiū, iuxta oraculum Ieremię prophetę. Hinc & conſtat ratio ſupernaturalis meriti, & præſtantia ac vis noſtrarum operationum, etiam ad conſecutionem ęternæ fœlicitatis.

Homo per gratiā, ciuis euaſit politie cœleſtis.

Sed quorsùm hęc ſuggero? Planè vt perſpectius ſit, legem Moſi mediam fore quodam pacto, inter legem naturę, & euangelium CHRISTI: propter quod, illam perficit, ad hanc prouocat & diſponit. Quare & pedagogus appellatur ad CHRISTVM, introductio melioris ſpei & vmbram pręferens futurorum bonorum. Et licet compertum ſit, quod non abſoluitur ſine dilectione

Margin: E — Sap. 9. — F — G — Ariſt. 2. ethi. — Ioan. 5. Titum. 3. 2. Pet. 1. 1. Cor. 15. Ioan. 3. — H — 1. Cor. 10. Colo. 3. — Cap. 31. — Galat. 4. Heb. 7. & 10.

Matt.22. A ctione Dei & proximi, quoniam in his, tota lex pendet: fortè tamen vt ſpectat ad Moſen, contentatur dilectione naturæ, & ſi vt ſpectat ad CHRISTVM, præexigit dilectionem gratiæ, vt ritè præſtetur: immo & cum illa, dum hic agimus, non plenè perficitur. Vt autem ad apoſtolum redeam, *Cum*, inquit, *Gentes*, iuxta primum ſenſum, non dum in CHRISTO renatæ, *quæ*, Moſis *legem non habent*, nimirum quæ lata non eſt niſi Iudæis, *naturaliter*, hoc eſt, naturæ viribus, *ea quæ legis ſunt faciunt*, quoniam moralia legis, pro ſua valent facultate præſtare, *ipſi*, in hac parte, *ſibi ſunt lex*, viua. Sicut enim iuſtus, viua lex eſt, vt dicunt, operationis iuſtæ; ita & legem ſeruans, viua lex eſt operationis legitimæ, *qui oſtendunt*, non fucatis obſeruantijs, aut frigidis ſolùm cæremonijs, ſed opere, & veritate, *opus legis*, vt venerandum eſſe Deum, honorandos qui genuerũt nos, neminem lædendum, & id genus reliqua, *ſcriptum*, impreſſum, firmum, explicatum, *in cordibus ſuis*, non in fimbrijs & phylacterijs, *teſtimonium reddente eis, conſcientia ſua*, non eſt opus teſtibus, niſi ante tribunal: ergò de illis ſermo eſt, qui ſuimet iudicem agunt, ad præſcriptum conſcientiæ diſcutientes opus, quod exequutioni committunt, quæ non poteſt non eſſe vera, cum illius atteſtatio, vim mille habeat atteſtationum, vt in adagio eſt. Verùm græcè, conteſtante legitur conſcientia, & abundat pronomen: vndè cum non exprimatur, cui atteſtetur, nec quis ſit

Dilectio, tũ à Moſe, tum à chriſto præcepta, nõ vnius forſitã rationis.

Ariſt. 1. ethi.

B iudicis loco, ad quæ ſequuntur, referendum eſt. Et intendit, ꝙ conſtitutis Gentibus, quę ſine lege ſunt, ante tribunal diuinum, vel in iudicio vnicuique proprio, quod ſortimur in die mortis, vel in iudicio vniuerſali, quod ſubituri ſumus in nouiſſimo die; & vtrumque quidem ſecũdum euangelium prædicatum à Paulo, futurum per IESVM CHRISTVM (cui etiã iudicium eſt traditum, & conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum) oſtenditur legis opus, ſcriptum in earum cordibus, quæ potiſsimum excutienda ſunt, non ſolùm atteſtantibus, patre, verbo, & ſpiritu ſancto, qui teſtimonium dát in cœlo, non ſolùm angelis, qui earum cuſtodiæ erant aſcripti, dum verſabantur in terra, non ſolum his, qui pietatis officijs ſunt affecti ab eis, dum agerent in humanis, ſed & conteſtantibus cum his omnibus, conſcientijs propriis. In quo iudicio, nec deerunt aduocati, hinc inde adinuicem confligantes, tum accuſando, tũ defendendo, qui erunt (vt ſubdit) cogitationes internæ, hoc eſt, illi continui, ac inteſtini ſtimuli, qui dum peregrinamur, à Synderéſi ſuggeruntur, vrgentes vt recedamus à malo, & operemur bonum. Vnde & vertendum non fuit, in caſu gignendi, cogitationum accuſantium, aut defendentium, ſed in auferendi, cogitationibus accuſantibus, aut defendentibus, quemadmodum & eodem caſu, conſciẽtia verſa eſt. Hactenus expoſitio prima.

Ioan. 5.
Acto. 10.
1. Ioan. 5.
Heb. 1.

Quid diuino excutiendũ iudicio, qui teſtes, & ad vocati.

C Tertia autem, quæ & forsàn potiſsimum intenta eſt, de Gentibus locum intelligit, nedum regenitis, ſed in gratia perdurantibus, & ita habet, vt dicat eas, quæ legis morũ ſunt naturaliter facere, eo loquendi ritu, quo vel aqua calida naturaliter dicitur calorem emittere, vel quę non inuitè, ſed animi propenſione, ac iocunditate fiunt, dicuntur naturaliter fieri, vel probè acta, iuxta naturam dicuntur acta, non ſolùm quia bonum hominis eſt ſecundum rationem viuere, ſed & quia rectè agere, eſt ſecundùm naturam hominis ſanam, quod indubiè ſortitur per gratiam Dei; pręter id, ꝙ in gratia exiſtentes, præſtant quę morum ſunt, non iuxta politiam humanam, ſed cœleſtem, & per hoc ſecundum ꝙ donati ſunt ciuilitate ſanctorum, quibus naturaliſſimũ eſt operari, vt decet politiam propriam; qui & ſibi ſunt lex, opus pręferentes legis ſuis in cordibus ſcriptum, quæ proculdubio gratia, ſeu lex euangelica eſt, qua, & cognoſcunt & confitentur, conteſtante conſcientia ſua, ꝙ ſunt quicquid ſunt; quippè qui nec ſufficientes ſunt aliquid cogitare à ſe, velut ex ſe, quin & ante tribunal Dei, cui non raro pręſentant ſeſe, accuſant ſemet de his, quę ex proprijs operati ſunt, & defendunt quę in illis, & cum illis, Dei gratia operata eſt. Ex his autem extremis, expoſitio media clara eſt, quę Gentes ponit regenitas ſed Dei gratia vacuas, quãdòquidem nulli dubium eſt, ꝙ cum faciunt quæ legis ſunt naturaliter, ex vi faciunt ſuæ naturę,

Gẽtes in gratia cõſtitutę, quõ quæ legis ſunt naturaliter faciũt.

2. Cor. 3.

D ſicut & in priori declaratum eſt: verùm quia non ſunt ſine fide, planũ eſt, ꝙ in ordine ad ſupernam faciunt ciuitatem: ergò ſubſtantia operis ex viribus procedit humanis, & circunſtantia finis ex habitu proficiſcitur fidei, & tali pacto hinc inde participat, quod & media expoſtulat interpretatio.

Ex his, primùm licet excipere, quòd fidelium opera ad pręſcriptum legis effecta, & ſi ſunt ſine gratia Dei, non contemnuntur, ſed ponderantur tribunali diuino; non ſolum quia ex ſe iuſta ſunt & honeſta, ſed & quia executioni ſunt tradita, quia à Deo pręcepta, immò & in illius gratiam ſunt acta, vt ſaltem reconcilietur cum eis: Et tanti penduntur aliquando, ꝙ etſi non mereantur gratiam, impetrant tamen eam; aliàs fideles, vt diximus, non adhortaretur apoſtolus, ne velint communionis, vel beneficentię obliuiſci, quibus perinde ac victimis reconciliatur Deus;

Fideliũ opera, etiam ſine gratia diuino põderantur tribunali

Heb. 13.

immò

immò etiam ſi fides in illis ſit imperfecta, oon dico defectu charitatis, qui modo ſupponitur, ſed E Acto.10.
eruditionis chriſtianę, ſicut compertum eſt in Cornelio, qui etſi ex parte non erat deſtitutus fi-
de (alioqui non rite valuiſſet orare, minus & illius orationes ante Deum aſcendere. Quomodo
inuocabunt io quem non crediderunt?) non tamen vt par erat, in illa profecerat, cū CHRISTI Infra.10.
myſterium ignoraret, & non niſi accerſito Petro, illud ediſceret, cuius miniſterio fuit initiatus,
ac ſpiritu ſancto perſuſus. Secundo, quòd etiam ethnicorum opera, qui ſunt ooo ſolum ſine gra
tia, ſed ſine fide, dummodo ſint iuxtà canonem legis, in Dei iudicio locum habent, & nonnun-
quàm Deus illis eòuſque fauet, vt non parum prouocent liberalitatem eius, vt gratis illorū cor-
da luce perſundat, vt è tenebris eruat peccatorum, vt participes reddat ęternę hęreditatis; vt nō Dan.4.
immerito Propheta conſuluerit Nabucdonoſor, vt eleemoſynis errata redimeret, & admiſſas
iniquitates, miſericordijs extingueret pauperum.

Sed in his ſunt aliquot ſcrupuli. Et primus, quia de fidelibus Propheta gemit. Facti ſumus im- Eſa.64.
mundi omnes nos, & velut pannus menſtruatę, omnes iuſtitię noſtræ. Et Dauid Omnes declina
(Obiectiones contra opera meritoria.) uerunt, inutiles facti ſunt, non eſt qui ſaciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Secundus, quia in Pſal.13.
ethnicos obijci poteſt: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et quod natum eſt ex carne, Rom.14. Ioan.3.
caro eſt: & palàm ꝙ ſeminantes in carne, ex carne noo metūt niſi corruptionem. Tertius, & qui F 2.Cor.6.
ſequuntur, ſunt vtriſque communes. Non poteſt arbor mala, ſructus bonos ſacere. Et illud. In- Matt.7.
fidelibus & immundis, nihil eſt mundum. Et quomodo poteſtis booa loqui, cum ſitis mali. Et Titum.1. Mat.12.
Dauid: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia in conſpectu tuo, nullus iuſtificabitur viuēs. Pſal.142.
Quartus. Certum eſt, opus virtutis, quod indubiè ad legem pertinet morum, opus eſſe propriū
naturæ ſanæ integræq;: ergo præſtari nequit à natura iofirma & corrupta. Quod tamen, ſiquis
extorqueat, haud dubium ꝙ oon poterit eo pacto progredi, quo virtutis opus progredi debet:
ergò deerit ſemper circunſtantia modi, non dico illius, qui ex charitate oritur, ſed illius, qui ex
naturæ viribus deſideratur. Quòd ſiquis ad auxilium Dei ſe colligit, aut reſtringetur ad peculia-
re, de quo variæ extant ſententiæ, aut ſi dimittitur communi, certum eſt, ꝙ non ſufficit, cum &
concurrat ad operandum malum, & contrà regulam legis.

Et vt ſinguli eruantur breui, Eſaiæ verba non ſunt præmiſsis aduerſa, non ſolum quia aliud
eſt, aſſerere fideles poſſe præſtare quædam de moribus à lege præcepta, & aliud, fideles qui in
(Solutio obiectorum.) hac degunt ciuitate, aut qui ſunt hic peculiaris populus, illa hoc in tempore, re ipſa efficere. Pri
mum diximus, Et poſtremum Eſaias aſſerit: inter quæ, vt conſtat, nihil eſt cōtrouerſiæ. Sed quia
de populo loquitur Iſraelis, caldaica captiuitate detento, in qua neceſſe erat, cum idololatris cō G
ſuetudinem ducere, & ita difficile non fuit, aliquid inquinatioois contrahere, quandoquidem
ſicut ſaoctificari contingit cum ſancto, & peruerti cum peruerſo, ità & infici cum ſordido, & ſor
didari cum immundo: qua de re plorat & dicit, ſacti ſumus velut immundi omnes nos; nimirum Pſal.17.
cum immundis degentes, & (vt ingenium eſt corruptę carnis) noo raro eorū pollutionibus com
muoicantes. Nec modo euaſimus velut immundi, ſed & omnes iuſtitiæ noſtræ, redditæ ſunt pol-
lutæ, & non ſecus ac pannus menſtruatæ; quippè qui nihil agimus, quod alicui obnoxium oon
ſit expiationi. Quod & verum erat, non ſolum quia eò loci, legalibus non valebant emunda-
ri ſacrificijs, aut ſanguine hircorum, & taurorum, vel cinere vitulæ aſperſo ſanctificari ſaltem ad Heb.9.
emundationem carnis, exulantes à ſancta ciuitate, in qua & templum non modo erat prophana
tum, ſed exuſtum, extrà quod victimas ſas non erat occidere; ſed & quia vt ſubdit, faciem ab illis
(Sine opitulatione dei, nihil Ipollutū dimanat a nobis.) Deus auerterat, ſine cuius opitulatione, nihil fit non pollutum, quin & illorum demeritis tabe-
ſcere eos fecerat in inquitatibus, vt mirum noo eſſet, ſi nequirent præſtare opus, aliquo ioiquita
tis contagio non fœdatum. Et quanquam hæc vera ſunt, non detrahitur tamen veritati prophe-
tæ, nec receditur à proprietate ſermonis, ſiquis rem dixerit exaggerari, & quod multorum erat, H
omnibus attribui; cum & inſolitum oon ſit, vt maior pars aliquando habeatur vt totum, & maxi
mé quando maior eſt non ſolum oumero, ſed authoritate: quare cum primores ſunt impij, poſ-
ſunt de impietate quodam pacto omnes inuri.

Verba etiam Dauidis, (omnes declinaueruot) non obſtant. Et præter id, quòd de Iudæis lo-
quitur, ſenſus, ſi rectius ponderetur, non eſt, in quem introducta ſunt. Dicit ergò, ꝙ declinaue-
runt omnes, proculdubio à rectitudine legis, eò ꝙ oullus adimpleuerat legem: ſimul euaſerunt
inutiles non ſolum proximis, quippe qui cum eſſent cæci non valebant illis conſulere, ſed potius
eos præcipitare, ſed & ſibimet, quoniam operando malum, vt extemplo ſubiungit, nō proficie-
bant, ſed officiebant & aoimabus & corporibus ſuis: non eſt qui ſaciat bonum integrum, ſicut
lex exigit, & non eſt vſque ad vnum. Ergò o ec Dauid his reclamat, quę diximus. Quæ autem ſe-

cundum

A cundùm ſcrupnlum ſouent,(omne quod non eſt ex fide:& quod natum eſt ex carne)etiam com
ponere non eſt difficile,Siquidem non eſt mens apoſtoli, ꝙ quicquid ab eo fit, qui eſt ſine fide
continuo peccatum ſit(aliàs peccaret ſemper infidelis,etiam dum honorat patrem , dum reddit Non peccat infidelis in quouis opere ſuo.
mntuum,dum ſuccurrit ægeno,tametſi hæc faciat amore iuſtitiæ,& iudicio rationis rectæ,quod
indubie eſt abſurdum)ſed quantum in præſentia ſufficit,mens eius eſt quòd illud,quod verè nõ
fit ex fide,& tamen fieri ſimulatur ex fide, peccatum eſt:nimirum quia hypocriſis eſt. Sed vberius
eò loci. Saluator quoq;,non intendit,natum ex carne, eòuſqne eſſe carnem,vt facere nihil
valeat amore honeſti,& recto iudicio rationis; ſed intendit quòd homo natus ex carne, & non
renatus ex ſpiritu,non viuit ſecundum ſpiritum, ſed ſecundum carnem; vt qui non nouit quæ
1.Cor.2. ſunt ſpiritus Dei,& ſi noſſe poſsit,quæ ſunt ſpiritus hominis,hoc eſt, quæ humanæ mentis iudicio
conſona ſunt. Quare per carnem,non intelligitur ſola carnalis affectio, corruptioùe,ſed totus
intelligitur homo non renatus, qui licet,vt plnrimum cõcupiſcentijs feratur terrenis,poteſt
nihilòminus & ferri quandoqne amore iuſtitiæ:Nihil enim prohibet,ꝙ etſi in carne ſum,vt qui
ſola carnis natiuitate ſum genitus,tantum proceſſu temporis, nanciſcar lucis, vt ex cognitione
rerum,attingere poſsim inuiſibilia Dei,vel ſaltem,quod eſt vnum,eorum quæ ſunt,primũ prin
B cipium,à quo omnia pendent,& in quod,vt finem,omnia reducuntur, cui & nos & omnia noſtra
debentur, & non ſolum intellectu attingere,ſed & voluntate opus aliquod, illius in gloriã,
vt par eſt,attentare: Quod etſi forſan ex me non progredietur, ita ſincerum, non adeo purum,
& Dei gloriam ardens,ſicut ſi reſinctus eſſem ex ſpiritu, ant ſi natura in eo perſtitiſſet, quo facta
eſt robore: non tamen iure detrectabitur, quin illis fieri poſsit conditionibus ac circnnſtantijs,
quibus moralis virtus expoſcit, ſaltem in ſtatu in quo ſumus.

Ergò cum legitur,ex carne natum,aliud præter carnem,non fore, non intelligitur, ꝙ nullũ
opus præſtare poſsit,quod ſit bonnm morale, vel conſonum legi ſcriptæ, ſed intelligitur neceſſarium
eſſe,ſi aſſequi debet ſpiritum Dei,& adoptionem recipere filiorum cœleſtis patris,vt renaſcatur
ex ſpiritu,quod communi lege fit lauacro baptiſmi. Tunc enim euadimus ſpiritus, po-
2.Cor.3. tentes ſpirare qno volumus,quoniam vbi ſpiritus,ibi libertas: tametſi non ſpiremus, niſi ſpiritu
Rom.8. ſancto moti,quoniam qui ſunt filij Dei,aguntur ſpiritu eius, & eo quidem ſpiramus pacto, eo
agimur motu,vt verè qui ſunt in carne, vt erat Nicodemus, non capiant; quippè qui neſciunt
Eſa.64. 1.Cor.8. vnde veniat,& quo vadat,quia neſciunt nõ ſolũ initium gratuitæ motionis Dei, ſed nec finem,
C quoniam nec oculus vidit abſq; te,quæ præparaſti diligentibus te. Nec officit, quod de ſeminan
te in carne ſubijcitur,quandoquidem cum ſermo ſit tropicus,& meo iudicio poſsit bifariam in- Quid ſeminare in carne, & quot modis.
terpretari, nullo pacto præmiſsis inuenitur aduerſus. Et primo,vt methaphora ſeminis, initium
intelligatur operationis humanæ,vt cogitatio,& intentio cordis: hæc ſeminãtur in carne, cum
carnalibus cooperiuntur,ac ſepeliuntur affectibus,& conſtat, quòd ex praua ſemente,nequit ni
ſi prauus præſtolari pronentus, qui indubie in priuatione ſeu corruptione conſiſtit: quo planè
ſenſu nihil proficit contrà nos. Secundo, vt methaphora ſeminis, quædam inſinuentur opera,
quæ vberem retributionem habent,vt opera pietatis,& Chriſtianæ dilectionis, & hoc pacto illa
vtitur Paulus,de eleemoſynis loquens:& ſenſus eſt,ꝙ in carne ſeminans, hoc eſt pium opus,
carnis affectu perficiens, putà extimulante concupiſcentia carnis, concitante affectu terreno,
Eſai.40. vel impellente flatu captandæ apud homines gloriæ, metet tandem,ac colliget fructum carnis,
Luc.11. quæ cum ſit veluti fœnum,non modò ſtatim aret, ſed in clibanum mittitur, vt nedum corrum
patur, ſed conſumatur: è diuerſo autem, qui ſeminat in ſpiritu, non ſolùm metet quod eſt bo
num, ſed & quod eſt permanens, quippe qui de ſpiritu vitam metet æternam.

Deniqne & quæ tertium ſcrupulum ingerunt, facile eſt reſolue e. Et qnidem quod de arbo-
D re addncitur mala, haud inficior tropice hominem denotare malum: ſed recte intellectum robur
in pręmiſſa non habet. Nam homo,vt modò ſufficit,tribus modis dicitur malus,ſicut & toti- Hõ tripha-
dem dicitur bonus(non enim ſermo in præſentia eſt, de bono entis, de quo methaphyſici, nec riam, malus
de bono gratiæ,de quo ſacri Theologi) ſed de bono moris, de quo morales philoſophi, & hoc, & bonus.
vt decet, paucis pertranſibimus. Primò itaque, bonus dicitur bonitate naturæ, de qua gloriatus
Sap.8. eſt ſapiens. Puer eram ingenioſus,& ſortitus ſum animam bonam. Siquidem cum virtutum ſemina
ſint à natura, accidit peculiari pronidẽtia Dei, vt in aliquo magis ſint vehementia: vt quãdo
terra noſtri cordis, arcano ac nobis incomprehenſo iudicio, mann cœleſtis agricolæ eſt dili-
Mat.11. & 6. gentius culta, & aptiori complexione formata. Secundò bonitate voluntatis, ſeu intentionis,
Luc.11. de qua Dominus: Bon᷒ homo, de theſauro cordis,profert bona: Et ſi oculus tuus fuerit ſimplex,
2.Eth. totum corpus lucidum erit. Tertiò bonitate virtutis, de qua Philoſophus: Virtus eſt, quę bonum

facit

Qui valẽt dici mali natura.

facit habentem,& eius opus reddit bonum. E diuerſo autem, homo primo prauus dicitur à na- E Ioan.7.
tura,ſicut illi qui dicũtur ex patre Diabolo,& veluti genimina viperæ, nimirum qui natura,om Mat.3.
ni videntur repugnare bono, & ſtudere vt faciant omne malũ. Nã licet, & in his nõ detrectem Luc.3. Mat.15.
iacta virtutũ ſemina authore Deo;nihilòminus eòusq; zizanijs ſunt reſperſi à Sathana, ꝙ & ſi tri- Acto.13.
ticũ penitus non abſorbetur, magna tamen ex parte ſuffocatur. Secundò à mala voluntate, ſicut Prouc.2.
quorum viſcera plena ſunt dolo, qui aſsiduè machinantur malum,& exultant in rebus peſsimis:
verè populus ſtultus, domus exaſperans, & abominabilis Deo. Tertiò à vitio prauoq; habitu, & Ierem.3. Ezec.2.
parta aſſuefactione malitia, ſicut qui occalluerũt in malo, & de quibus Propheta. Nũquid pôt
ęthiops mutare pellẽ, aut Pardus varietates ſuas? ſic & vos poteritis bñfacere, cũ didiceritis malũ. Ierem.13.

Arbor mala, qũo nequit bona ferre.

Quid ergo? Si arbor mala, prauum deſignat hominem primo modo, palàm ꝙ ea ex parte, qua
reſperſus zizania eſt, bonum operari non poteſt, vt qui inde aptus operari non eſt, niſi lolium &
auenam, immò ſpinas & tribulos, cogendos tandem in faſciculos, & incendio concremandos
perpetuo. Verum ſi reliqua diſcutiatur ex parte, qua bono ſatus eſt ſemine, nõ niſi proterue reij- Mat.13.
citur, triticum aliquando ſuccreſcere, & in culmos aſcendere, in horreo reſeruandos; tametſi
non parum illis forſan detrahatur frugis, zizania magna ex parte cor occupante, ac pro uiribus
ſterilitati fauente. Si vero hominem exprimit malum ſecundo modo, liquet quòd peruerſa exi- F
ſtente voluntate, ac corrupta mentis intentione, non profert niſi prauum, & abominabile Deo,
quandòquidem ſi oculus nequam eſt, totum corpus tenebroſum facit, vti Dominus dixit: nihi- Mat.6. Luc.11.
lòminus euenire poteſt, vt à praua ſe dimoueat voluntate, & corruptam deponat intentionem,
quod & Auguſtinus eò loci animaduertit: Quo ſenſu & illud pariter intelligitur, quod Domi-
nus in phariſęos dixit: Hypocritæ quõ poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? Si demum malus in- Mat.12.
telligitur vltimò modo, conſtat quòd licèt ex corrupto habitu, ſemper aliquid ſuboriatur ini-
quum, nil tamen prohibet, quin alia ex ratione proficiſci aliquid valeat non iniuſtum; cum non
ſit neceſſe, quòd ſicut in homine vna exiſtente virtute (de perfectis eſt ſermo) reliquæ omnes il-
li ſunt comites, vt inter quas eſt ſymbolum, fauor, & connexio, ità & in quo aliquod inuenitur vi-
tium, prauusùe habitus, omnia comitentur vitia, omneſque mali habitus, quoniam inter vitia
nonnunquàm eſt contrarietas, & ob id diſgregatio, mutuaque excluſio: quanquàm non eo in-
ficias, in quo vitium eſt capitale, multos comitari ſatellites: non renuo & in homine ità praue
affecto, non facilè opus reperiri virtutis, quippè cui neceſſe eſt, vt vim ſibi inferat, ac belligeret
ſtrenuè, & quidem non mediocri pugna; & nihilòminus quando præſtiterit haud vereor quòd
non raro erit imperfectum, & ad plenum forſan non aſſequens rationem virtutis, cum illi (for- G

Virtutum actus, eger ne dum volũtate, ſed animi propenſione.

titudinem excipe) proprium ſit, tùm voluptate, tum animi propenſione opus abſoluere, & non
vi aliquid extorquere. Et quamuis me non fugit, opus (ſi Dionyſio creditur) non eſſe bonum, de diui. nom. c.4.
ſi illi aliquid deſit; nihilòminus ſicut virtus latitudinem patitur, & inuenitur quandoque ad
modum diſpoſitionis, immò cum eſſe incipit, neceſſariò eſt imperfecta, & diſtingui etiam ſo-
let in eam, quam habent qui illam mox ſunt complexi, & quam habent qui per tempus cum
illa ſunt diuerſati, & qua potiuntur qui in illa euaſere perfecti; ità & virtutis opus non conſiſtit
in athomo, ſed & gradus admittit conſimiles: & de conſummato, perfecto, abſolutoque intel-
ligit Dionyſius, ſed nos latius in pręſentia rem accipimus, & omnẽ gradum amplectimur. Quod
autem ſubditur ex apoſtolo, Infidelibus & immundis nihil eſt mundum, indubiè nihil aduer-
ſum nos: nam de cibis loquitur, qui recipi habent intra nos, & non de operibus, quæ proficiſcũ-
tur à nobis. Aſſumpſit enim quòd omnia ſunt munda mundis, quandoquidem cibi, cum ſint
creati à Deo, nequeunt natura eſſe immundi, & ſi quid immunditiæ ex lapſu contractum eſt pri

Cibi natura ſunt mundi, ſed qũo.

mi parẽtis, per verbum Dei ſanctificatur, cum illos cum gratiarum actione percipimus. Sunt er- 1.Thi.4.
go mundi, & maximè ſanctis, qui ſunt ſanguine IESV CHRISTI loti, & gratia ſancti ſpiritus H 1.Cor.10.
dealbati, qui & illis indiſcriminatim veſcuntur, nihil interrogantes propter conſcientiam, non
ſuam ſed fratris infirmi, cum accidit ſimul veſci. Et addit, quòd immundis, quorum ſcilicet in-
quinata eſt mens & conſcientia, & infidelibus, qui non modo in fide ſunt male ſani, ſed & poſt
agnitam ueritatem abiere retrorſum, ſtudentes ſeducere ſimplices, & viduarum euertere do-
mos, nihil eſt mundum; quoniam quicquid intra illos admittitur, peruerſo ac polluto eorum 2.Pet.2.
affectu ſordidatur: præter id, quòd non veſcentes in Dei gloriam vt oportet, ſed vt ſuo ſatisfa-
ciant ventri, aut turpis lucri gratia, ſi quid quouis modo ſordis ex prothoplaſtis lapſu, cibus con
traxiſſet, aut Dei prohibitione, vt immundus redditus eſſet, nec ſanctificabatur ab eis, per ver-
bum vitæ, nec in eis, propter pollutionem mentis. Et demum quod affertur ex Dauide, (Nõ in-
tres in iudicium cum ſeruo tuo (certum eſt ꝙ nihil infringit, quoniam non loquitur reſpectu

3.reg.3. 2.par.6. 1.Ioan.1. A cuiuslibet operis in particulari, ſed reſpectu totius vitæ in communi. Et verum inquit, eo quòd
nullus eſt, qui aliquando non peccet in hac peregrinatione; & ſi dixerimus ꝙ peccatum non ha-
bemus ipſi nos ſeducimus.

Nunc poſtremo ſatisfaciendum eſt ſcrupulo; & quidē pro ea parte, qua dicitur virtutis opus,
proprium eſſe naturæ ſanæ, verum eſt de opere virtutis perfectæ heroicæq́; ſed non tàm arctè in
præſentia ſumitur, & ſatis eſt homini infirmo, ſi ſua pro virili, illud præſtare contenderit. Qua-
re ſi non eo ſummo abſolutiſsimoq́; præſtiterit modo, ſed eo qui ſufficit humanæ virtuti hac in
peregrinatione, meritò culpandus non eſt; præſertim humanæ rationis iudicio, quo imbecilli-
tas noſtra vti naturalis excutitur, & ob id mirum non eſt, ſiquid ſibi facile condonatur. Pro par
te vero, qua diuinæ opitulationis fit mentio, & ſi digladiantur multi, valet tamen in hunc modū
reſolui. Siquidem exploratum eſt, quòd ſine opitulatione Dei, operari non poſſumus (ſine me Sine Deo, nec operamur, nec ſubſiſtimus.
Ioan.15. Act.17. nihil poteſtis facere,) immò nec conſiſtere ſine aſsiſtentia eius (in ipſo viuimus, mouemur &
ſumus) quin & noſtrorum operum ipſe, & motor & agens eſt principale (omnia opera noſtra
Eſa.26. operatus es Domine) propter quod & eorum potiores partes, iure reijciuntur in eum; & ſiquid
accidit imbecillitatis, ſiquid imperfectionis, meritò aſcriptum eſt nobis, qui ſumus imbecilles,
B & pluribus obnoxij defectibus. Exploratum tres in nobis reperiri operationū claſſes, in prima
ſunt naturales, in alia morales politicæque, in poſtrema cœleſtes & meritoriæ. primæ, vires exi-
gunt naturæ, ſequentes, vt ritè fiant, habitus acquiſitos, poſtremæ, gratiam & charitatem Dei.
Exploratum denique, quòd & ſi in ſingulis diuino egemus auxilio, in naturalibus tamen vide-
tur ſatis, ſi ſit commune, quo ſcilicet omnibus ſauetur creaturis, vt proprijs muneribus per fun-
gantur: in moralibus autem, auxilio opus eſt magis reſtricto, vt quod non egreditur amplitudi-
nem hominum, in quibus ſolùm inueniuntur mores: in meritorijs demū adhuc eſt contractius,
cum nec omnibus adſit gratia Dei, & quibus adeſt, vt plurimum non adeſt quolibet tempore.
Verum de nominibus, deq́; harum opitulationum viribus ac proprietatibus, aut de exactiori ea-
rundem diſcrimine; non eſt locus latius diſſerendi, quare hæc dixiſſe ſufficiat.

Si autem, græcè, vt plurimum legitur, ecce, *tu Iudæus cognominaris.* Dixerat non legis audito-
res, ſed factores iuſtificandos coràm Deo: addiderat & de Gentibus, ꝙ etſi erant ſine lege pote-
rant tamen quæ ſunt legis efficere; nunc autem de Iudæis adiungit, ꝙ non ſeruando legem, pa-
rum illis lex conducebat, quin & officiebat. Ait ergo. *Ecce*, nam res eſt notoria, *tu*, qui Iudæus
C *cognominaris*, inſigni quidem epitheto, ſed magno ſupercilio, quippè qui eam tibi vendicas ap-
pellationem, non ſolum vt iactes te, illa ex familia proceſsiſſe, cui promiſſum eſt regnum, non
Eſd.1. ſolum ad illam te pertinere proſapiam, cui Cyri tēpore indultum eſt reædificare domum Domi-
ni; ſed & illam eſſe progeniem, de qua natus eſt CHRISTVS. *Et requieſcis*, vti in portu ſalutis,
aut in termino tuæ peregrinationis, *in lege*, quæ tamen nō poteſt iuſtificare, ſed habet ad CHRI-
Heb.7. STVM introducere: *Et gloriaris in Deo*, vero, non modo quia à te cognitus & adoratus, ſed quia
Pſal.75. futurum ſe Deum tuum, perpetuo fœdere eſt pollicitus: *Et noſti voluntatem eius*, non ſolum in le
Leui.26. galibus, ſed in promiſsionibus & vaticinijs, *Et probas vtiliora*, ſiue, vt multis placet, eximia, *in-
ſtructus per legem*, Et intelligit (ſi non fallor) arcana de CHRISTO, deq́; ſalute ac redemptione
noſtra; quæ etſi recondita erant in lege, diuerſatis tamen in ea, & inſtructis non tam oraculis, Vtiliora legis, ſunt arcana de Chriſto.
quàm ſecretiori illa, myſticaque doctrina, quæ tradebatur oretenus, nec diuulgabatur in omni-
bus, per legem difficile non fuerat ſuadere, in qua nec iota nec apex ſine myſterio eſt.

Confidis, ea propter, *te ducem eſſe cæcorum*, Adeò ne turges, vt non modo te facias Argum &
reliquos cęcos, ſed & ducem ac cæcorum rectorem te eſſe præſumas? Et eſt ſermo de Gentium
cęcitate, reſpectu cœleſtium & ſuæ ſaluti conducibilium, *lumen eorum qui in tenebris ſunt*? Fortè
D quia Iudęus, vendicas tibi ducere cęcos; non modo quia Iudæ tribus dux erat aliarum tri-
buum, ſed & quia ſalus ex Iudæis eſt: at illuminare qui in tenebris ſunt ignorantiæ, peccato-
Prou 9. rum, ſimiliumque, arrogas tibi, quia lege donatus es, in qua & magis, quam æquum eſt, re-
Pſal.18. quieſcis, cuius mandatum non modo lucet, ſed eſt lux, nec ſolùm peccata delictaque detegens,
3.Metha. ſed & animas reſipiſcere faciens, *Eruditorem inſipientium*? Si ſapientia eſt rerum diuinarum noti- Sapientia, rerū diuinarū notitia.
tia, neceſſe eſt, vt & inſipientia earundem ſit ignorantia. Ergò quia Iudęus non modo aſcribe-
Pſal.73. bat ſibi cognitionem Dei, ſed & iactabat arcana voluntatis eius, immò id muneris aſſumebat ſi-
bi, vt Gentes vellet docere cœleſtia. *Magiſtrum infantium*? Nunquàm non aſcendit ſuperbia,
eiusq́; adiuratiſsimus comes, deteſtanda præſumptio. Non quidem ſatis erat Iudęo, ſi inſignem,
quam profitebatur eruditionem, communicaſſet Gentibus, niſi & illas velut infantes, peni-
tus inſtituiſſe, tùm in primis elementis ac catechiſmis, tum in moribus & obſeruatione legis.

Habentem formam ſcientiæ, & veritatis in lege? Tàm arroganter, immò & tàm ſtolidè, Iudæus præſu- E
mebat de ſe, vt nemini concederet poſſe veram legis ac veritatis formam, ſeu formationem grę-
Regnū dei, ſcriptura diuina. cè, niſi eo inſtruente, contingere: & tamen non animaduertit miſer, ꝙ cum legitur Moſes, vela-
men poſitum eſt ſuper cor eius, & ꝙ ſuis exigentibus meritis, priuatus eſt regno Dei, hoc eſt, in 2.Cor.3.
tellectu ſacroſanctæ ſcripturæ, quod datum eſt Gentibus vt faciant fructus eius. Mat.21.

Qui ergo alium doces, teipſum non doces, Eſtò inquit, aliorum euaſeris doctor, cur teipſum non Luc.4.
doces? Non ne ſatius prius tibi conſuleres: Cur non obijcietur tibi, Medice cura teipſum, & ſine Mat.7.
eijciatur trabes de oculo tuo? *Qui prædicas, non furandum, furaris*. Non ſolùm lex prohibet furtum,
ſed cupiditatem. Non inquit, concupiſcas rem proximi tui. Hæc etſi Gentibus inculcabāt Iudęi, Exo.20.
& fortè, quia alicui nationi non reputabatur peccatum; ipſi tamē cum eſſent auari, fœneratores, Luc.20.
& domos comoderent viduarum, non modo erant fures ſed latrones. *Qui dicis, non mæchandum,
mæcharis*. Etiam hoc prohibet lex, & Gentibus non habebatur ſcelus, propter quod & conſtitu-
tum eſt apoſtolica ſynodo, vt abſtinerent Gentes à fornicatione: Et hoc quidem importune à
Iudęis obijciebatur Gentibus, cum tamen & grauius in ea re ipſi cōmitterent; qui & ad libitum Acto.15.
repudiabant coniuges, & impiè adulterabantur coràm Deo, aliàs non impingerēt eis, Genera- Mat.12.
tio adultera, Et cum accuſaretur mulier adulterij, Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam F Ioan.8.
lapidem mittat. *Qui abominaris idola, ſacrilegium facis*. Notiſsimæ ſunt non ſolum Iudæorum idolo
latrię tempore Moſis, Iudicum & Regū Iſrael, ſed & eorum immania ſacrilegia; non modo quia Mat.23.
eorū genitores tàm innumeros interfecere prophetas; non modo quia tandē crucifixerunt pro- Luc.11.
phetarū Dominum, ſed & quia adulterabāt euangeliū, ſuperinducēdo cæremonias legis. *Qui in
lege gloriaris, per præuaricationem legis, Deum inhonoras*. Nulla re magis dehoneſtatur Deus, q̄ cū nō
obeditur ſibi. Et quāquam multis modis lex præuaricata fuerit à Iudæis, in eo tamen maximè, ꝙ
non plenis vlnis recipiebant CHRISTVM, qui finis erat totius legis & omniū oraculorum, ad Rom.10.
quem & lex ſuàpte natura prouocabat, & vt ſæpè diximus, non ſecus ac Pedagogus vrgebat. *No-* Acto.10.
men enim Dei per vos, legendū eſt, propter vos, *blaſphematur, ſicut ſcriptum eſt*. Eſaiæ. 54. & Ezechie Gal.3.
lis. 36. Cū enim eſſent populus peculiaris Dei, quē inſtituerat ſibi, nō modo eximijs bn̄ficijs, ſed
& ſanctiſsima lege, haud dubiū, ꝙ dū illius nō obtēperabāt præceptis, nec vitā ad illius formabāt
volūtatē, occaſionē dabāt, vt à Gentibus haberēt contēptui, ac de illo lōgè minus quàm de Deo
ſentirent, quin & detraherēt illius poteſtati, & quā pluribus proſequerentur blaſphemijs.

Circuncisio quidem prodeſt. Oſtendit Iudæos, nō præferendos Gentibus, ex lege Moſis: pergit & G
idem facere, ex circūciſione carnis. Aſſumit ergò, ꝙ circunciſio demādata Abrahæ, prodeſt qui-
dē, non ſolū quia eſt iuſtitiæ ſignū, non ſolùm quia nō nulla futuri redēptoris proteſtatio, nō ſo-
lū quia circunciſionis ſpiritualis admonitio, ſed & quia totius obſeruationis legis profeſsio: Te-
ſtificor (inquit Galatis) omni circuncidenti ſe, ꝙ debitor eſt vniuerſæ legis. Et proderat planè,
Circūciſio quid ſignificaret, & quādo, & quō cō ducebat. eo tēpore, quo viuebat lex: quæ & fuit incolumis, vt & ſuprà tactū eſt, vſq; ad aduentū CHRISTI
(nā data eſt lex vſq; quò venit repromiſſum ſemē: & lex & prophetæ vſq; ad Ioannē) quo tēpore Galat.4.
cæpit ægrotare, & tandē cū CHRISTO crucifixo, diē obijt. Deinde vt funerali nō deſtitueretur Mat.11.
pompa, ad inuulgationē vſq; euangelij, ſuper terrā admiſſa eſt: ſed deinceps cū prorsùs è medio
ſit erepta, & abſolutè ſepulta, non ſolū nemini eſt proficua, ſed omnibus eſt facta lethalis. Prode Colo.2.
rat inq̄, & infantibus abſolutè, quippè qui ſaluabantur per eam, & adultis cū legis obſeruatione,
ſicut & apoſtolus ſubdit, *Si legem*, inquit, *obſerues*. Vnde & de Abram, cui primū eſt credita, ſcri-
ptum eſt, ꝙ obediuit voci Domini, & cuſtodiuit præcepta & mandata, & cæremonias, & leges Gene.26.
eius. *Si autem præuaricator legis es, circunciſio tua præputium facta eſt*, quippe qui apud Deum, non ſe-
cus ac præputium, nōn ſecus ac gentilis exiſtimatus es. Sicut enim Deus, legem non ponderat, ſi-
ne legis operibus, ità nec circunciſionem reputat, ſine legis obſeruatione. Et inſert. *Si igitur præ-* H
putium, iuſtitias legis, quæ hoc loci, moralia ſunt præcepta, cuſtodiat, perficiat, & abſoluat: *Non ne
præputium illius*, qui iuſtitias præſtiterit, *in circunciſionem reputabitur?* certe vti circunciſus habebi-
tur: quippe qui pręſtitit præputio, quod lex exigit à circunciſo.

Et iudicabit, comparatione, ſicut Niniuitæ & Regina Auſtri, Iudæos incredulos, *id*, nempe gē Mat.12.
tilis, *quod natura*, ſeu naturaliter, *eſt præputium, legem conſummans*, vt non ſemel dictum eſt, ex 2.Cor.3
parte moralium, iudicabit inquam, te, circunciſum, *qui per literam*, hoc eſt, legem literis man- Coloſſ.2.
datam, ac lapidibus ſculptam, *& circunciſionem*, manufactam, in expoliationem corporis car-
nis, tanta diſtrictione, & tàm ſolenni ritu commonitus, ac extimulatus, immò & non ſimplici
ſponſione ac ſtimulatione aſtrictus, *præuaricator legis es*. Et licet ſcripta lex, & circunciſio carnis,
forte apud homines, qui vident quæ foris parent, poſſint aliquid pendi; apud Deum tamen,

qui

1.Reg.16. A qui ſcrutatur cor, nullius ferè ponderis ſunt. *Non enim*, apud eum valet, *qui in manifeſtò Iudæus eſt, neque quæ in manifeſtò in carne eſt, circuncíſio.* Ergò, tum lex, tum circuncíſio, maximè apud Deũ
2.Cor.3. Rom.7. ponderata ſunt, quando in corde ſunt: nec mirum, quoniam etſi lex, literis deformata eſt in lapidibus, vim tamen debuit obtinere in corde, quippe quæ & ſpiritualis lex erat, & internas concupiſcentias refrenabat, & circuncíſio, licet extrinſecus expoliaret corpus, cor tamen potius à carnalibus reſecare habuit deſiderijs. Vndè & ſequitur, *Sed qui in abſcondito Iudæus eſt*, nimirum qui legem, ſolis Iudæis latam, abſcõdit in corde, vt cordi primùm conſulat, & inde quando opus eſt, etiam ad externa prorumpat; quod & præputium præſtat, iuſtitias legis perficiens: *Et circuncíſio cordis*, quæ eſt præcipua, & maximè à Deo intenta, *in ſpiritu*, potiſsimũ intellecta, præſtitaq́; *non litera*, quæ ſonat abſciſionem carnis; *cuius laus non ex hominibus*, ſed ex Deo, recipienda, eſt, cuius approbatio, laudatioq́; vnice eſt amplectenda, vt quæ vnice ſolida, ac vnicè conſtantiſsima eſt.

Et lex & circũciſio, apud deũ ponderãtur in corde.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula (Non eſt acceptio perſonarum apud Deum) Quòd licet non ſolũ
2.Cor.5. in extremo, ſed & quotidiano iudicio, Deus nullum reſpiciat hominem, ſed cuique tribuat
B prout geſsit in corpore; nequit tamen nuſquam non exundans, ſuæ bonitatis oceanus, ingentes immenſoſque ſuæ liberalitatis theſauros, paſsim vberrimèque non profundere, & non ſolùm
Mat.6. amicos, ſed & capitales hoſtes, non obruere munificentijs. Quare & indiſcriminatim pluit non ſolum iuſtis & iniuſtis, & ſolis radios expandi iubet probis & reprobis, ſed & ad cœleſtis hæredi-
Mat.11. tatis fœlicitates & copias, ſingulos abſque perſonarum reſpectu, accerſit. Teſtes ſunt illæ voces:
Eſa.55. Venite omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Omnes ſitiẽtes venite ad aquas, & emite abſque argento, aut alia commutatione. Sapientia foris clamat, in plateis, in capite tur-
Proue.1. barum, & dicit: Vſq; quo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti, quæ ſunt ſibi noxia cupient? En cõuertimini ad correctionem meam, proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam verba mea. Et
Mat.16. Luc.14. apoſtolis, Euntes, inquit, in mundum vniuerſum, euangelizate omnibus creaturis: & ad exitus
Mat.20. commorantes viarum, quotquot occurrerint, inuitate ad nuptias, quin & compellite illos, vt impleatur domus mea. Nec eſt, cur aliquem turbet, quàm plures eſſe vocatos, ſed non multos eſſe electos: non cur diuexet, certus prædeſtinatorum numerus, in ſuperna fœlicitate locandus;
Epheſ.1. Rom.6. & quòd Deus ab æterno, antequam iaceret fundamenta mũdi, elegit quos voluit; & quòd priuſquam operarentur aliquid boni vel mali, Iacob dilexit, & Eſau odio habuit; quin & miſeretur
C cui miſereri vult, & indurat quem indurare libet. Non inquam eſt, cur hæc aliquem turbent, crucientque; quandòquidem (præter id, quòd in his perſonarum reſpectus, locum non obtinet, vt quæ prorsùs ſunt gratiæ, & fiunt ſine cuius volueris iniuſtitia: præter id, quòd ipſe figulus, & nos lutum, & liquet figulum, omni procul iniuria, ex eadem maſſa, aliud vas fingere in honorem, & aliud in contumeliam) haud obſcurum ex his, quæ dicta ſunt ad Epheſios, neminem eo de cætu, quem initio producendum decreuit, poſſe perire; nimirum qui incomprehenſibili ſapientia & arcano, imperſcrutabilique iudicio Dei, ſacratiſsimo abſolutiſsimoq; electi ſunt numero, in peculiarem gloriam Dei, & ſolatium ac obſequium CHRISTI IESV; tametſi ex monſtris, quæ peccatum inuexit (& Diaboli qui peccati eſt author, non immerito nuncupata ſunt filij) præter numerum electorum introductis, non nulli ſuis pro, demeritis condemnentur, ac à cœlorum regno diuinaque fœlicitate, iure quidem optimo, ſecludantur: immò cum omnes, qui eo pacto ſuppullularunt, iure filij ſint perditionis, conſtituantque regnum & corpus ipſius Sathanæ, ac ſatellites ſint Antichriſti, profectò incredibilis eſt clementiæ Dei, & inſuperabilis liberalitatis ſuæ, ſi quos (& præſertim non paucos) ex illis dignatur aſſumere, ac ſedes, quæ vacauerunt in cœlo, eo
D pacto mirifice reſtituere, dũmodo vocantis auſcultauerint voci, in CHRISTI obſequiũ captiuauerint intellectũ, & abiurato Sathana cum omni ſatellitio ſuo, fide quę per dilectionẽ operatur, in ſanctis contenderint proficiſci operibus, quæ inſtituta ſunt, vt ambulemus in eis. Quòd ſi for-
Gal.5. Eccle.3. te tãto ſub ſacramẽto caligas, optimũ eſt conſiliũ, altiora te non requirere, nec velle ſapere pluſq̃
Roma.12. ęquum eſt ſapere, ſed tibi ſit penitus perſuaſum, quòd Deus optimus, nequit perperàm operari, & quòd quicquid efficit, ſumma cum iuſtitia ac ſapientia efficit, tametſi captum noſtræ mẽtis exſuperat. Proinde & nefas eſt audere diſcutere, quod omni debemus obſeruatione ſuſpicere.

Electi ſacratiſſimo cõſtituti ſunt numero.

1.Phy. 2. de cœlo. Obſeruandum ex particula (Non legis auditores, ſed factores, iuſtificabũtur corã Deo) Quòd ſi nihil ocioſum, nihil inane factum eſt in natura, ſi omnia ad certam inſtituta ſunt operationem, vt benè illis ſit propter eam, ſi ſingulis à Deo ſua præſcripta eſt lex, à qua declinare (niſi ex-
Prouer.8. trema cum iactura) nõ licet, cur homo, qui pluribus operibus debet eſſe fęcũdus ſicut, & multarũ

Omnia ad opus inſtituta ſunt, & maxime hões.

Deus eximiè iuſtus & miſericors.

E

eſt actionum principijs locupletatus, ſolus ad præfixam ſibi regulam, vitam neglexerit conformare, exprimereq;? Ergo iure clamat apoſtolus, quòd non ſatis ſit legem audire, ſed re neceſſe eſt legem præſtare: Iure clamat & Domini frater: Eſtote factores verbi, & non auditores tantũ, ſallentes voſmetipſos, quoniam ſiquis (vt ſubdit) auditor eſt & non factor, meritò comparabitur viro, qui vultum ſuæ conſiderauit natiuitatis in ſpeculo: conſiderauit enim & abijt, & mox oblitus eſt, qualis fuerit. Siquidem lex morum, de qua ſermo, haud ſecus ac ſpeculum nobis eſt, quo interioris hominis faciem, cum volumus, contemplamur; quippe quæ præſefert quales eſſe debemus, & illius collatione, conſpicere poſſumus, quales ſimus. Quod ſi quamprimum legem fuerimus contemplati, omni ſtudio non nauando operam, vt ad illam faciem reformemus, ſed aliò diuertentes, non modo legem non intueamur ſed poſtergemus; haud dubium q illicò obliuiſcemur eius, & contra legem, vt mox conſequitur, laſciuientes, non modo non valebimus iuſtificari, ſed merebimur condemnari. Quòd ſi hæc de lege morum, vel indita, vel literis exarata cònſtantiſſima ſunt; quantò magis compertiſſima erunt de lege CHRISTI, quæ lex eſt diuinæ dilectionis, qua vnicè rectiſſime viuimus, & inculpati cœleſti aſſiſtimus tribunali, ſimpliciter iuſtificãdi à Deo, ac palàm vt iuſti pronũciandi ſupernæ curiæ, ac illi ſacroſanctæ Eccleſiæ, quæ Deum videns luce fruitur inacceſſa, conſors effecta Deo, & perſimilis in iuſtitia & ſanctitate CHRISTO IESV? Propter quod, & idem Domini frater adiungit, quòd ſiquis in lege permanſerit perfectæ libertatis, nec obliuioſus factus, ſed factor operis; hic non modo iuſtus, ſed & beatus in facto ſuo erit. Ergò omni annitendum eſt ſtudio, omnis eſt adhibenda virilis, vt quæ Deus exigit, præſtentur à nobis nec immemores ſimus, quòd qui verba audierit CHRISTI, eaque abſoluerit, viro comparabitur ſapienti, qui domum euexit ſuper illam petram, in qua omnis ędificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in Domino: quarè nec mirum, ſi nec pluuiarum illapſus, nec ventorum turbines, nec torrentium impetus, illam poſſunt euertere, quin nec inferorum portæ, illam aduerſus, ſuis valent machinis in aliquo præualere, aut illam, quapiam ex parte, deijcere: At contra, qui verba CHRISTI audit, ſed exequi floccipendit, haud diſſimilis fit viro ſtulto, qui ędificat domum in ſabulo, quæ flante vento, irruente pluuia, ac corrodente flumine cecidit, & ingens præcipitatio fit, ſicut & Dominus admonet.

Cap. 1.

F

Matt. 7.

Ephe. 2.
Matt. 16.

Matt. 7.

Obſeruandum ex particula (Nomen Dei propter vos blaſphematur in Gentibus) Quòd ſi Iudæorum gens, Moſis legem, cui ſubſcripſerant, non præſtantes, reddebat Gentibus contemptibilem Deũ, immò & nefandis illũ exponebant calumnijs, q̃ verendũ eſt, & nos non minoris arguendos ſceleris, quin & execrabiliore inurendos piaculo, qui haud diſſimili agimur naui, & in eodẽ verſamur diſcrimine, & vtinam non peſtilentius, vtinam non horribilius? Nemo quidem ibit inficias, Deũ optimũ maximum, ea potiſſimũ ratione blaſphematũ à Gentibus, quia cũ exploratiſſimũ foret, illi populo ſuprà modũ fuiſſe affectũ, famiſſeq; tũ ſemper, q̃ in oibus rebus, nõ poterãt penitus nõ ſtupere, eorũ contrectãtes peruicaciã, inſolentiã, abominationẽ, qui Deo tã benemerito apud eos, cõſuſq; eſſent ingrati, vt paſſim illius contẽnerent voluntatẽ, ludentes corã idòlis, & omni ſe flagitiorũ genere confœdãtes, & demergentes. Ergò incredibilẽ, incogitabileq; exiſtimantes, tàm immenſam patientiã Dei, impiè blaſphemeq; illũ inſimulabant, modo ſtupiditatis, modo improuidentiæ: Nũc calũniabantur imbecillẽ, nũc fautorẽ mali, & alijs ſecentis execrationibus & blaſphemijs. At nos, qui nõ minoribus quidẽ obruimur beneficijs, non modo Deo non contendimus fieri gratiores, ſed in dies omniũ euadimus ingratiſſimi, illis meritò non ſolùm deſtituendi, ſed penitus exterminandi; quippe qui & infidelibus anſam damus, nõ ſolùm vt ſentiant non rectè de Deo, ſed & laceſſant CHRISTVM omnibus cũ chariſmatibus ſuis. Siquidem & nos legi ſubſcripſimus, non Moſis ſed CHRISTI, non literæ ſed ſpiritus ſancti, & tamen non ſolum ad illam non viuimus, ſed illam aduersùs contendimus: Nec modo peculiaris facti ſumus populus Dei, ſed conciues ſanctorum & domeſtici ſui: Nec modo pollicitus eſt, futurum ſe nobis in Deum, ſed & in clementiſſimum patrem: Non modo aſcripſit in filios ac primogenitos, ſed & in membra & corpus vnici, ac ſui naturaliſſimi filij, vt vnum prorsùs haberemur cum eo: Non modo vindicauit de imperio Pharaonis, deq; fornace ferrea ipſius Aegypti, ſed & de tyrannide Sathanæ, ac voragine profundioris Inferni: Non modo tranſuexit per mare ſicco veſtigio, aqua potauit e petra, & manna pauit de cœlo, ſed & transfert iugiter per hoc mare magnum & ſpacioſum, infidi fluctuantiſque huius ſæculi, in quo reptilia, quorum nõ eſt numerus, refocillans nos aqua gratiæ, & paſcens pane cœleſti, & reliquis ſacramẽtis; vt tandẽ ſicut illi introducti ſunt vberrimam terram, lacte & melle manantem, ita & nos terram introducamur viuentiũ, vbi nõ ſolũ fluũt ac refluũt torrẽtes fœliciſſimæ voluptatis, ſed & imenſæ extant

Nomen dei blaſphematur magis ob ſceleſtos Chriſtianos quã ob perditos iudæos.

G

Vera collatio, vtriuſq; populi.

Ephe. 2.

H

bonorum

Phil. 3. 1. Cor. 10. A bonorum omnium cornucopiæ. Ergò omni excuſſo torpore, omniq́ue poſtergata impietate,
ad brauium contendamus ſupernæ vocationis, omnem nauantes operam, vt in omnibus ſemper
obediamus Deo: & auſpicatis ſingulis nomine CHRISTI IESV, nihil omittamus, quo ſancti-
ficari poſsit ſacroſanctum nomen cœleſtis patris, ac in dies promoueri gloria eius, vt celebrius,
auguſtiusq́ue ſemper illorum regnum reddatur in nobis, in iuſtitia, gaudio, & pace, in ſpiritu
Rom. 14. & 15. ſancto: & tandem omnes vno ore, vnoq́; ſpiritu benedicamus Deum & IESVM CHRISTVM,
quibus ſit ſempiternus honor & gloria.

Obſeruandum ex particula. (Circuncisio cordis in ſpiritu non litera.) Quòd licet circunciſio — Expeditur vera circũciſio cordis.
cordis, ea dici poſsit affectionum amputatio, quas paſsim ſuggerit concupiſcentia carnis, fomes
cuiuslibet praui deſiderij, quæ cum multiplices ſint, ac nulla ex parte non pullulent (ſiquidẽ oriũ
tur à dextris, à ſiniſtris, antè, retrò, ſurſum & deorſum, eò quòd vndiq́; procax eſt amor proprius,
fons omnis abominationis coràm Deo, nunquam non inſidians operibus ſanctis, nunquã caput
vel caudam, vt eſt in prouerbio, illis admiſcerè non moliens) non obſcurè in nobis ſit magna cõ-
Heb. 12. geries, ac denſarum veprium ſepes, vt ſatagentibus bonum facere, difficile ſit punctiones non
perſentiſcere, quin & tàm fragiles ſumus, vt raro euadamus incolumes. Quas ſanè affectionum
B macerias interſtitiaq́;, aliquando Paulus vocat corpus peccati, vel nos circunſtans peccatũ, pro-
pterea quòd internum hominem vti carcere cogit, detinetq́;, vt liberè quicquid velit, præſtare non
Eph. 6. poſsit; quod tamen hinc inde cædendum, ac reſecandum eſt, gladio ſpiritus ad intima vſq; pene-
Heb. 4. trãtis, & vſq; ad diuiſionem oſsium ac medullarum, vt apoſtolus docet. Licet (inquã) eo pacto
cordis circunciſio ſumpta, & ritè ſit ſumpta, & non minimũ, ſed præcipuũ ſtudium ſit hominis
Colo. 3. Eph 4. fidelis, qui nititur mortificare iugiter membra ſua, auaritiam, libidinem, cõcupiſcentiam malã,
Rom 7. qui ſatagit exuere veterem hominem cũ actibus ſuis, expoliare corpus peccati, & ſuſpirat in dies
Pſal. 141. cum apoſtolo, Quis liberabit me de corpore mortis huius? & cum Propheta; Educ de carcere ani
2. Cor. 4. mam meam, vt libere confiteatur nomini tuo; Nihilominus ſiquis exactius expendi iſtud ſacra-
menti deſiderat, res altius (ſi non fallor) explicanda eſt: Siquidem nemini eſt obſcurum, præter — Homo internus & externus.
externum hominem, qui corrumpitur de die in diem, hominem inueniri internum, qui iugiter
Ephe. 4. habet renouari, magis ac magis induendo CHRISTVM, hominem nouum, in iuſtitia, & ſancti-
Roma. 7. tate veritatis. Qui homo internus, inquantum in præſentia ſufficit, ex doctrina Pauli, humanà
mens eſt; in qua, vt congrua ſit proportio hominis, membra diſpenſanda ſunt, non iuxtà carnem
C vt in homine accidit exteriori, ſed iuxtà ſpiritum, vt ratio ſpiritus exigit, ſicut ad Epheſios expli-
camus. Ergò inter interioris hominis membra, aſsignãdum eſt & generationis organum, quod
etſi forſan aliter alijs, mihi tamen hoc in loco ſat eſt, ſi illud recipiatur eſſe principium, quo pro-
xime progreditur, extenditurq́; ſpiritus, ſeu gratiæ ſemen, in producendis operationibus ſanctis,
quas dubium non eſt, in diuinis literis nomen induere filiorum, vt & ſancti animaduertunt. Er-
go membrum illud, ſancta eſt piaq́; voluntas, quæ non ſolùm proximum eſt ſanctarum operatio
num principium (vt quæ ad probè operandum proximè mouet, & ità mouet, vt præter illam, pa-
rum reliqua ponderentur à Deo) & potiſsimum eſt ſpiritus ſancti receptaculum, vt non inme-
ritò nomen cordis nacta ſit in ſcripturis: præter id quòd in ea reſidet charitas, & potiſsimum viget
1. Ioan. 3. gratia Dei (quæ indubiè, ſi Dilecto creditur, ſeminis rationem induunt, & ſanctarum operatio-
num exordium ſunt) quibus & rectè fiunt, & perenniter viuificantur coram Deo. Verùm ſicut — Volũtas cur nõ raro, a recta digrediti.
anima ex coniunctione ad corpus, contagio originalis culpę inficitur, & intellectus ex ſenſuum
miniſterio, non raro hallucinatur; ità & voluntas ex coniunctione concupiſcentiæ, frequenter à
recta digreditur. Ergò ſatagendum eſt nobis, vt appetitiones carnis, quibus nunquam carnis fo-
mes non ſcaturit, ità Dei cõprimantur gratia, ità & reſecentur ſpiritu CHRISTI, vt non modo
D voluntatem non maculent, ſed eam vſq; non penetrent, verum in illa perſiſtens rectitudine, quã
nacta eſt ſub charitate, ac eo ſub impetu, quem poſsidet ex ſpiritu Dei, recta feratur ad eũ, ad quẽ
omnia ſuopte diriguntur inſtinctu, cuius & vnicè gloriam quærat; non ſolũ poſtergatis proprijs
commodis, ſed reſecato quouis humano reſpectu, nihil faciat nihilq́; attentet, quod vnice non
cedat in honorem Dei, & CHRISTI IESV, Quibus ſemper gloria, Amen.

Enarratio quarti membri, portionis ſuprà ſcriptę.

CAP. 3. *Quid ergo amplius Iudæo eſt &c.* Quoniã legem literæ oſtendit non contuliſſe Iudæis, ſi illã exe
cutioni non dabant, nec circunciſionem carnis, ſi cordis circunciſio non accedebat; immò quòd &
Gentes nedum illis valebant æquari, ſed & coram Deo præferri, iccircò vt neutrũ penitus cõten
natur, & amborũ ratio pariter attingatur, ſuper his quæſtiones mouet: & reſpondẽdo innuit, illa

quidem non caſu,ſed iudicio,quin & maximo emolumento inſtituta à Deo, quandoquidē cer- E
ta exiſtente progenie,conſultius illis cōmitti poſſent oracula, tametſi nō tàm illis q̃ orbi vniuer-
ſo conducentia;vt ritè ſeruata,opportunè exhiberētur mundo,ad frugē omniū nationū,Propter
quod etſi nonnulli ex Iudæis fuerunt increduli,nō iccircò Dei veritas eſt euacuata,ſed illuſtrior
reddita;non quia iniquitas noſtra illi faueat, ſed quia illius bonitas rem in ſucceſſum conuertit.
Et demum,ex hoc q̄ nec Iudęi nec Gentes inuenti ſunt ſine peccato, ex eo q̄ nullus ſuis legibus
viribusq; iuſtificatus eſt apud Deum; meritò colligit oportere omnē hominem dare gloriā Deo,
illiq; iuſtificationis noſtræ munus acceptum ferre. Dicit itaq; primam quæſtionem tangēs. *Quid
ergo amplius*, quid excellentius, Iudæo tribuendum eſt? *Aut*, & ſecunda eſt quæſtio, *quæ circun-
ciſionis vtilitas*, quæ non modo eſt probata in lege, nō modo ſeruata à patribus, ſed Abramo præ-
cepta & maxima cum comminatione hæbreis vniuerſis præſcripta? Maſculus enim (inquit) qui
non fuerit circunciſus, peribit de populo Dei. Gene. 17.

Quibus breui reſpondet q̄, *multum*, vel multa, vt quidam codices habent. Siquidem non parū
refert ſed multum, non parua ſed magna accedit vtilitas, illi qui Iudæus eſt, & notam gerit circū
ciſionis. Nec ſolū ſatis refert, ſatis prouenit vtilitatis, ſed refert & prouenit, *per omnem modum*, hoc
eſt ſiue ſeruetur, ſiue non ſeruetur lex, ſiue circuncidantur, ſiue nō circundātur corde. Et ratio- F
nem ſubijcit. *Primum*, quod etſi non inficior denotare ordinem, eò q̄ & aliæ in poſterioribus cō
geruntur vtilitates, placet tamen vt denotet excellentiam, vt præſeferat quod ſequitur eſſe præci
puum, *quia illis credita ſunt eloquia Dei*, hoc eſt oracula, & in quibus maximè extant promiſsiones
de CHRISTO. Ea enim ſunt, quæ Iudæos reddunt illuſtres, ob quæ (& ſi non fallor) à confeſsio
Diuina oracula, iudęos potiſſimum reddunt illuſtres. ne nacti ſunt nomen; quandoquidē in nulla alia nationū ſub cœlo, & notum & confeſsione in-
uulgatum eſt myſterium CHRISTI, ſed ſolùm in domo ac familia Iudæ. Nec ſolum nomē, ſed
& circunciſio: vt nunq̃ excideret mente, eorum de ſemine propagandum, in quo omnes benedi-
cerentur. Ergò eòuſq; refert eſſe Iudæum, quouſq, refert, noſſe ac cōfiteri CHRISTVM, eòuſq;
circunciſionem expedit in carne geſtare, quouſq; reminiſci, q̄ ex illis erat oriturus Meſsias; tam-
etſi illorum ob peruicaciam, parum iſta contulerint, non ſolū quia olim, vt ſubdit, ex eis nō de-
fuerunt increduli ac duræ ceruicis, ſed & quia poſtq̃ ex illis natus eſt, illum minimè ſunt cōfeſsi,
ſicut & adueniſſe minimè ſunt perſuaſi, nec baptiſmo, qui loco circunciſionis introductus eſt,
tincti; ſed totum commodum ceſsit alijs, & præſertim Gentibus, quę eorum loco ſubſtitutæ ſunt.

Quid enim ſi eorum quidam non crediderunt? Proſequitur non ſolū Iudæis credita vaticinia ac ſpō G
ſiones de CHRISTO, ſed & ea firmitudine credita, vt nullis demeritis infirmari poſſent; nimi-
rum quia Deus ea pollicitus non eſt ſub cōditione, ſed ea pollicitus eſt abſolutè. Ait ergo q̄ nihil
eſt, ſiquis obijcit aliquos ex Iudæis (modeſte loquitur, quandoquidem non ſolū fuerunt aliqui
ſed multi, qui tamen & nomine & circunciſione profitebantur CHRISTVM) non perſtitiſſe in
fide, quoniā nō propterea Dei pollicitationē, qua ſeipſum aſtrinxit, aboleri fas eſt. *Nunquid enim,
incredulitas illorum, fidem Dei euacuauit? Abſit.* horrendū eſt ſuſpicari, nedū aſtruere, vt tantū poſsit
iniquitas noſtra, q̄ ſuperet bonitatē Dei. *Eſt*, græcè, eſto, vel ſit, hoc eſt, ſtatuatur, firmetur, vti
res conſtantiſsima ſupponatur, q̄, *Deus*, eſt, *uerax*: nam ſecus dicere, naturā deſtruit Diuinitatis,
Deum nihil a pollicitis, valet nedū dimouere, ſed nec remorari. quæ & ipſiſsima eſt veritas, & fallere quemq̃ non poteſt: pręter id, q̄ & tàm immenſæ eſt pōtētis,
vt nihil à pollicitatione, illā nedū valeat amouere, ſed nec quouis pacto remorari. E diuerſo autē
homo, cū natura ſit fallax, præſertim poſtq̃ patri obtēperauit fallaciæ, nihil erit abſurdi, ſi, *omnis*, Pſal. 115.
ſupponatur, *mendax*, ſi nullus maneat pollicitis, ſi quilibet ſit infidelis, perfidusq;. Eſto inq̃ ita ſit,
eſto nullus fidē habeat oraculis Dei, nūquid peſſum ibit pollicitatio eius, & maxime quæ, vt di-
ximus, pollicitatio eſt abſolutè, & nullo modo dependens à nobis? Quin & illius gloriæ cedet,
quippè qui conſtans apparebit in verbis, & fidelis in oraculis, ſicut ſcriptū eſt pſalmus. 50. *Vt iuſti- H Pſal. 144.
ficeris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.* Verba ſunt Dauidis, quibus poſt patratū adulteriū
ac homicidiū prouocat miſericordiā Dei, nō obijciēdo merita, ſed gloriā ſuę maieſtatis. Cū enim
& alijs contēdat locis, ſibi cōciliare gratiā Dei, hūc tñ vti maximè validū, maximè vrget, vt Deus
tandē ſuarū memor pollicitationū, ſuę glorię zelo, admiſſorū obliuiſcatur ſcelerū; vt eo pacto in
promiſsis manifeſtetur fidelis, nulluſq; præualeat, qui temere præſumit iudicare de eo: Siquidē
nō latebat Prophetā, mereri ſe ob flagitia nō ſolū regno deſtitui, ſed & Meſsiæ pollicitatione pri
uari: nihilominus nō ꝑpterea exterrefactus, ſed diuina benignitate cōfiſus, ad illius exhibitionē
prouocat, haud dubius, q̄ cū illā iureiurādo ſacrauerit, ab ea ſubducere ſe nō poſsit. Et licèt nul-
lus locus foret ſuſpitioni, quominus Deus promiſſa præſtaret, requirebat tñ ſupplicātis affectus,
Ordo prouidentiæ dei. requirebat & ordo prouidētiæ Dei, qui media nobis præſcribit vt ſuā exequatur volūtatē, q̄ ob-

A nixè peteret flagitaretq́;, vt ſuæ reminiſceretur glorię(ob quam ſicut omnia operatur, ità & promiſſum abſoluit)nulliq́, præberetur anſa, qua illum arguere valeat infidelitatis, aut aduerſus illius gloriam poſſit aliquid effutire.

Si autem iniquitas, ſeu iniuſtitia, *noſtra, iuſtitiam Dei commendat, Quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram?* Cum dictum ſit, promiſſiones Dei, & maximè ſi abſolute ſunt, noſtris nō aboleri immò nec remorari flagitijs; (quin & quòd delinquimus, nō leuitèr in Dei gloriam cedit, quippè qui eò nobis euadit illuſtrior, eò celebrior quò in promiſſis demonſtratur ſolidior, & inter probra calumniasq́; mortalium, triumphantior;) cōſequens eſſe conuincitur, non ſolū quòd iniuſtitia, hoc eſt infidelitas falſitasq́; noſtra, commendat iuſtitiam, hoc eſt, fidem & veritatem Dei, ſed & quòd nobis delinquennbus, iure nō deberet iraſci, ſed gratificari. Verùm cum poſtremum hoc, palàm aduerſetur ei quod facit, nimirum quia infert delinquentibus iram (punit enim eos qui peccant & tamen conſtat, quòd perperàm operari non poteſt,) perplexa ſatis oritur difficultas, cui primo aſpectu, fortè facile non ſuccurrit commoda explanatio. Quid ergò? Nunquid inſanies eòuſque, vt Deum ſuſpiceris iniquum? *Secundum hominem dico.* Verè tàm impia, tamq́; ſtulta poteſt ſuggerere caro, vt poſſint hæc ex officina humanæ effutiri ſapientiæ, quæ

1.Cor.1. B inſignis apud Deum ſtultitia eſt; non valens metiri, quin nec attingere quæ Dei ſunt. *Abſit*, ergò, abſit, auertat Deus tam immane facimus, non permittat ſuppullulare in cordibus, tàm impiā tamq́; execrandam blaſphemiam, vt illum qui non tàm iuſtus, quàm ipſiſſima eſt iuſtitia, quis ſuſpicetur iniquum. *Alioqui quomodo iudicabit Deus*, plectendo meritiſſima pœna, & premiando iuſtiſſima retributione, *mundum vniuerſum*, planè vt ſupremus, ac æquiſſimus iudex? Quomodo poſſet & me decernere delinquētem, *ſi veritas eius, in meo mendacio, abundauit*, illuſtrior facta eſt, *in gloriam eius?* Quomodo non ritè iureque obijceretur nobis, nos dicere doceréq; , *faciamus mala, vt eueniant bona?* Et tamen blaſphemamur, iniuſteq́; calumniæ in hoc ipſo exponimur; vt verè iuſta, verè meritiſſima, ità nos calumniantium, ac quod non dicimus, imponentium, apud Deū, *damnatio ſit.* Quare relinquitur, ꝙ et ſi Deus ſua immenſa poteſtate, & præcelſiori ſupra quàm concipi poteſt, ſapiēria & bonitate, errata noſtra vertit in gloriam ſuam; haud dubium ꝙ id nullo pacto ex vi noſtrorum proficiſcit̃ erratorum, quippè quæ ex ipſiſmet, apta nō ſunt prouocare gloriam Dei, ſed diram illius prouocare vindictam, ſed opera dūtaxat diuinę poteſtatis, cui vnicè proprium eſt, errata in ſui gloriam vertere, quemadmodum & omnia boni conſulere. Ergo

Quod mala uertantur in bonū, non ex ipſorum proficiſcitur vi.

C & iuſtè nos punit, & rite quòd delinquitur in eius gloriam cedit; vt & tali pacto admirari ſuſpicereque iuſtum ſit operationem Dei, & nefas habeatur ab eodem non timere, non præſtolari meritiſſimam mulctam, quam & iure optimo requiret à nobis: & hoc pacto omnis reſoluta eſt difficultas, & omnis complanatus eſt ſcrupulus. Niſi forſan hæret aliquis: Num liceat aliquando vel facere, vel conſulere malum, vt inde nō nihil proficiſcatur boni, maximè cum non damnetur Iacob, qui ementito nomine Eſau, patris adeptus eſt benedictionem: nec reprehendatur Loth, qui filias obtulit ſtupro, ne fœdarentur maſculi ſuo ſub tecto recepti. Sed conſtātiſſima eſt ſententia Pauli, ꝙ malum nunquam fas eſt admittere, non modo vt fiat bonum, ſed nec vt capitalius declinetur malum. Quare etſi ex parte excuſatur Iacob, quippè qui primogenituram coemerat, rectaq́; intentione ac matris conſilio, iuxta pręſcriptionem oraculi, quod ad ſe pertinebat habere tentauit; nihilòminus ſi non fallor, detrectari non poteſt, illum fuiſſe mentitum, quandòquidem etſi in primogenitum ceſſerat, non propterea euaſerat Eſau, nec ſibi ſed fratri, refectionem iniunxerat Iſaac, nec de venatione ſed de caprarum grege, hœdos protulerat, iuxta cōdictum Rebeccæ; tam etſi mendacium nō extitit capitale ſed veniale, non forſan intētione fallendi, ſed primogeniti benedictionem ſibi ſine ſcrupulo vendicandi: qnod tamen ſine culpa, vt

Gene.27. & 19.

Num liceat aliquādo, facere, aut conſulere malū ex recta intētione.

D tactum eſt, nequiuit admittere. Loth autem re vera non ea mente obtulit virgines, vt tradcrentur ſtupro, ſed vt laſciuientium refrenaret conatus; certo reputans, ea oblatione illos debere cōfundi, ac à tam nefanda libidine coerceri. Quanquam & deliberatis prorſus vt admittāt inſigne facinus, menti non contrauenitur apoſtoli, ſiquis conſulat ſuadeatque, vt ab illo deſiſtentes, potius, quod non tam execrandi fuerit piaculi, faciant; quandòquidem eo caſu, non perſuadetur malum, ſed bonum, eò ꝙ minus malum maiori malo collatum, induit rationem boni, vt etiam phyloſophi docent. Dixi deliberatis, quoniam dubijs, hæſitantibus, & irreſolutis, etiam minus malum ſuadere non licet: niſi forſan ſub conditione, vt ſi alterum deniq́; eſt perpetrandū, quod minus eſt perpetretur, tametſi nunquàm neceſſe ſit, vt ad alterum aſtringamur, eò ꝙ ex natura rei, nulla datur perplexio, ſed ſi contingit, ex humana prouenit hebetudine, euaſionis aditum non aduertente, quæ tamen poteſt perſpicaciores conſulere.

Minus malū quādo nefas non eſt ſuadere.

Quid

Quid ergò? Quid tandem inferendum nobis? Nunquid quòd *præcellimus eos?* Nunquid ꝙ nos Iudæi,coram Deo digniores ſumus in probè geſtis,quam Gentes? *Nequaquam*; Licet enim præclarioribus ſimus affecti beneficijs,non tamen præſtantiores euaſimus benefactis; quæ præcelſiorem reddunt hominem coram Deo. Siquidem iam, *cauſati ſumus, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe.* Quoniam de illis diximus,quòd non obſeruarunt legẽ, & quòd illis, quos inſimulabant furti fornicationis,& aliorum criminum, magis conuincebantur abominabiles: de iſtis quoq;, quòd erant idololatrę,in mendacio transmutantes veritatem Dei,& alia plura. Et eſt ſermo de peccato quod actu committitur,& non de peccato quod origine trahitur, non quòd ambos non peruaſerit,ſed quia de illo hactenus nihil dixerit,ſub quo omnes perindè ac ſub inimiti tyranno,ſunt oppreſſi,non valentes ſua facultate reſilire, *ſicut ſcriptum eſt*, varijs ſcripturæ locis. Et quidem ꝙ, *non eſt iuſtus quiſquam*, ſiue grǽcè, nec vnus, ex ſeptimo ſumitur Eccleſiaſtæ,& verum eſt,quia nullus reperitur qui rependat Deo, ſibi, & proximo, quod iure tenetur: *non eſt intelligens*, & hoc,ex pſalmo trahitur decimotertio,& verum eſt, quia nemo eſt qui vel ex creatis, vel ex diuinis literis veritatem agnoſcat,hoc eſt,approbet,diligatq;(cognoſco oues meas,& cognoſcunt me meæ)præſertim quæ proficit ad ſalutem,quandòquidẽ nemo noſcit CHRISTVM, qui & ſalus & veritas eſt: *non eſt requirens Deum*, & acceptum eſt,ex eodem loco, ſicut & quæ ꝓximè ſubijciẽda ſunt,& verum eſt,tùm corde,tùm opere,eò ꝙ nemo Deum,& authorem, & finem conſtituit ſui deſiderij,ſuæue operationis: nec mirum, cum nemo requirat CHRISTVM; per quem & ad nos cuncta deſcendũt,& ad Deum vniuerſa feruntur: *Omnes declinauerunt*, à Dei lege,ac voluntate,quæ rectitudo omnium eſt actionum, *ſimul inutiles facti ſunt*, & ſibi, quia ad finem ad quem ſunt inſtituti à Deo,quin & ad eum, quem præſtituerunt ſibi, non peruenerunt, & proximis,quia cum forent ſibi nequam, non poterant alijs eſſe boni, & Deo, non quia illi quicquam valuiſſent adijcere,ſed quia illi perperàm militauerũt,ac perfidè inſeruierunt: *non eſt qui faciat bonum*, integrum perfectumque, & maximè coràm Deo; quandòquidem arbor mala, non profert fructum bonum,nec homo infirmus poteſt exerceri vt ſanus, *non eſt, vſque ad vnum*, quod ſi ſumitur exclusiuè, excipitur CHRISTVS, qui ſolus peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius: ſi verò incluſiuè, omnis complectitur homo, qui ſit in naturalibus derelictus.

E

Cognoſcere nonnunquã eſt approbare.

F Ioan. 10.

Eccle. 14.

Matt. 7.

1. Pe. 2.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum, quod ſumitur ex Pſalmo quinto, & exprimit peccata quidẽ oris,ſed marcida,immunda,obſcœna, de quibus aliquando Paulus. Sermo ſpurcus ex ore veſtro non procedat: *linguis ſuis, doloſè agebant*, quæ mox Propheta ſubiungit: & intelligit de dolis, mẽdacijs,deceptionibus,quibus hoĩes mutuo fallunt, ac decipiunt ſeſe. *Venenum aſpidum ſub labiis eorum*, & habeť Pſalmo cxxxix & ſermo exprimiť pnitioſus, peſtilens,& inſanabilis, quales ſunt ſermones impij,athei,hæretici,& id genus peſtium, *Quorum os, maledictione*, quoniã ſtudent paſſim detrahere,maledicere & cuncta malitioſe confundere, *& amaritudine*, quia non modo ſunt alijs amarulenti,ſed ſibi, quippè qui ſemper inquieti,pleni inuidentia, odio & ſelleā iracundia, *plenum eſt*, nempè vndiq; æſtuans & eructans,haud ſecus ac temulẽti ebrijque. Et ſumitur ex Pſalmo nono. *Veloces pedes eorum*, non ſolum corporis ſed animi, *ad effundendum ſanguinem*, & ſermo eſt,de homicidio vel commiſſo vel procurato, vel ardentèr animo concupito. Et accipitur ex Eſaia.xlix. *Contritio*, afflictio,dolor,extrema triſtitia, *& infelicitas*, quoniã infortunatus ac præter ſpem ſucceſſus, *in vijs eorum*, in ſtudijs ac itineribus ſuis. Vndè & tandem ac nimis ſerò reſipiſcentes,dicturi ſunt intrà ſe, magna cum anguſtia ſpiritus, agentes pœnitentiam importunam. Ergo ambulauimus vias difficiles, ergo errauimus à via veritatis; vt latius ſcriptura docet: *& viam pacis*, hoc eſt,ſecundi proſperiq; euentus(ità quidem,vt non ſemel diximus, pax auditur in diuinis literis) *non cognouerunt*, nimirùm quia ignorauerunt CHRISTVM, qui eſt pax noſtra, in quo & ꝓſperè vniuerſa ſuccedunt. Et hæc ex eodẽ ſunt accepta Propheta. *Non eſt timor Domini, antè oculos eorũ*, Quod ex pſalmo trahiť. xxxv. Et timor Dei,ſcripturę more,portio religionis eſt immò & totius diuini cultus origo. Vndè & à timore Deus dictus eſt: Et timor primùm Deos fecit in orbe, vti Statius dixit. Ergò eo verbo,omne ſubmonetur frenũ libidini, & facultas innuitur debacchandi,& ad libitum in quoduis ſcelus corruendi.

G Ephe. 4.

Sermo hęreticus inſanabilis.

Impiorũ pœnitẽtia ſera.

Sap. 5.

H Ephe. 2.

Statius.

Scimus autem quòd quæcunque lex loquitur, ijs qui in lege ſunt loquitur. Profugium præoccupat Iudæorum,quo forſan præmiſſa detorſiſſent ad Gentes,aſſerens quòd cum ſint ex lege deprompta (lege,tota pro ſcriptura,accepta)haud dubium, quòd ſub lege exiſtentes percutiunt: quare etſi ea Gentes,prout ad naturale pertinent ius,non excludunt, Iudæos tamen directè comprehendunt: *Vt omne os obſtruatur.* Nàm ore obſtruſo Iudæis,qui ſibi blandiebãtur vt iuſti, & os obſtruſum

A ſuin relinquitur Gentibus, quæ nõ detrectabât ſe peccatores, *Et*, eo pacto, *omnis mundus fiat ſubditus Deo.* etſi quælibet creatura, velit nolit, dininæ ſubiacet voluutati, einsq; obtemperat iuſſis, locus tamen præſens, ſicut (meo iudicio) de hominibus loquitur (qui & nõ ſemel, mundi nomine exprimuntur in literis ſacris, eò quòd & homo mundus minor etiam à philoſophis dictus eſt, de
Ioan. 1. 3. quo & Euangeliſta: Et mundus eum non cognouit: & Dominus: Sic Deus dilexit mundum, vt proprium vnigenitum daret) itâ & ea de ſubiectione intelligit, quæ ab homine voluntariè proficiſcitur, qua & spontè ſe ſubijcit Deo, profitens & reum & obnoxium eſſe ſeſe cuiuis ſupplicio, niſi ſuccurrat clementia ſua, illumque iuſtum gratia faciat: quia compertiſſimum eſt, ꝙ *ex operibus legis*, vel ſcriptæ vel inditæ, *non iuſtificatur*, licet ex illis, iuxtà præmiſſa, non nihil valeat ad iuſtificationem diſponi, Deo tùm auxiliante, tum ſua liberalitate, rem in ſucceſſum vertente, *omnis caro*, hoc eſt omnis homo, nõ ſolùm eo familiariſſimo tropo quo pars ponitur loco totius, ſed ea conſtantiſſima ratione, qua carnis natiuitate geniti, vſquequò fauor Dei obruat nos, iuſtum aliquid, quod ad carnem prorſus non ſpectet, eamq; in affectibus ac concupiſcentijs quouis pacto non foueat, non valemus efficere: & omnis, vniuerſitatis nota, homines cuiuslibet cõplectitur nationis, vt quo communior eſt indigentia, locupletior agnoſcatur gratia. Nec mirum,
B ſi nullus ex operibus iuſtificatur legis, cum nec ad hoc miniſterij introducta ſit, ſed potius vt infirmitatem detegat, & transgreſſiones ob oculos ponat. *Per legem enim cognitio eſt peccati:* Vndè & peccatum oſtendit, & vim ac ingenium eius agnoſcere facit, vt latius in ſequentibus Apoſtolus docet.

Mundus nõnunquã pro homine, & homo cur ca ro vocatus.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula (Illis credita ſunt eloquia Dei) Quòd etſi arcana Dei, quæ ſtatuerat abſoluenda per CHRISTVM, concredita ſunt Iudæis; nihilòminus, tum diuina expoſtulante prouidentia, cui ſenſim placuit illa detegere mundo, tum extorquente illius populi per-
Matt. 7. uicacia, ne vel ſanctum cõmitteretur canibus, vel margaritæ proijcerẽtur porcis, ritè prouideq; factũ eſt, vt pluribus offunderenſ tenebris, vmbrarum, rituum, cæremoniarũ, ſacrificiorũ; & per hoc. vt maxima ex parte remanerent occluſa reconditaque. Et quanquam non deerant vates, qui rem reddebant illuſtrem, Dei tamen iudicio, velamen itâ eorum occupabat corda, vt videndo minus viderent, & audiendo minus agnoſcerent. Quarè & ſacer ſcripturæ liber, non modo illis extitit clauſus, ſed ſeptẽplici ſigillo munitus; vnde tàm etſi quia ſcriptus intus & foris, corticẽ po-
C tuerũt attingere, literam eiusq; apices etiam ſuperſtitioſè diſcutere, in eis phyloſophari, & plurima ſed inani ſcientiæ nomine, ſupercilio multo præſumere; medullam tamen, ſpiritumque in parte latentiori contentum, non modo non valuerunt penetrare, ſed nec ad interiora velami-
2. Cor. 3. nis peruenire. Ergò cum cortex ſpectet ad carnem, & litera ſit adminiſtratio mortis, mirum non eſt ſi degunt in carne, & aguntur victoria mortis; quin et ſi viuunt in vmbris, & palpant in media
Ioan. 1. luce. At poſtquam venit lux, quæ õmnem illuminat hominem, poſtquàm ſulſit mundo Sol iu-
Malac. 4. ſtitiæ CHRISTVS, non modò ſciſſum eſt templi velamen, vt omnibus detegeretur iuſtitia Dei,
Matth. 27. ſed & liber arcanorum CHRISTI adeò factus eſt peruius, & eousq; omnibus reuelatus, vt non
2. Cor. 4. niſi incredulis, qui & pereunt & in tenebris eſſe geſtiunt, clauſus & obtectus ſit. quandòquidem mundo pateſacta ſunt ſancta ſanctorum, vt cuiq; intueri liceat arcam ſacratiſſimam CHRISTI, cum omnibus theſauris qui in ea ſunt. In qua & arcanorum reuelatione, etiam ſigilla, & fracta,
Apoc. 5. 13. & aperta ſunt; quandòquidem agni, qui occiſus eſt, virtute ac poteſtate, ſeptem peculiaria abditiſſimaq; ſacramenta, quę & illius opera potiſſimum inſtituta ſunt, & præ omnibus Iudæorũ populo, fuerunt intime clauſa ac creditu impoſſibilia, illuſtria ſunt reddita ac omnibus pateſacta:
D putà incarnatio verbi, exaltatio crucis, abrogatio legis, iuſtificatio fidei, vocatio Gentium, reſtitutio regni Iſraelitici, & poſſeſſio cœleſtis hæreditatis. De quibus etſi poſſent plurima congeri, non opus eſt tamen, ſed ſatis eſt loco, ſi tàm ingẽs agnoſcimus Dei munus, ac indeſinẽter ei gra-
Roma. 9. Ephe. 2. tes referimus, qui nos Gentes, qui non dicebamur plebs eius, qui eramus longè ab illo, nimirum immundi, peccatores, ſceleſti, idololatræ, & demùm illius capitaliſſimi inimici, impartitus eſt arcanis tàm miris, & locupletauit tàm reconditis ſacramentis, quin & omnia in noſtram frugem
Colo. 3. conuertit; humiliter flagitantes, vt qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, corroboret, confirmet, conſolidetq; nos, per arma iuſtitiæ, à dextris &
2. Cor. 6. à ſiniſtris. Cui gloria & honor in ſæcula.

Arcana iudęis credita, cur multis umbris occluſa.

Pateſacta ſancta ſanctorũ.

Septem ſigilla quę ſunt aperta.

2. Co. 1. Obſeruandum ex particula (Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mẽdax) Quàm firmę, quàq; cõſtãtes ſint pollicitationes Dei, in quibus, vt alibi docet, nõ eſt, eſt & nõ, ſed eſt, in eis eſt:

quin

Pollicitationes Dei, indubiè expectandę à nobis.

E Mat. 24. Hebrę. 10. & 12. Esai. 40. Apoc. 22. Act. 14. Rom. 8.

quin & cœlum & terra tranſibunt, & eius verba in ſempiternum ſtabunt. Ergò tenẽtes anchoram tantę ſpei, animis non frangamur (ſi modicum quid expectare opus eſt, vt tandem quod ſupereſt promiſsionis abſoluat: Siquidem qui venturus eſt veniet, & merces eius multa cum eo, vt reddat vnicuiq; iuxta operà eius) memores facti, quòd etſi multis tribulationibus admittimur ad illas, reuera tamen non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad ſuperuenturam gloriam, quæ reuelanda eſt in nobis. Quarè precibus flagitandus eſt Deus, vt nobis aperiat oculos fidei, reueletq; nobis ea interna luce, qua perſuaſos nos faciat, immò & in primitijs prælibare concedat, quę ſit ſpes vocationis nr̃æ, quæ diuitiæ gratię eius in ſanctis, & quæ ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus, qñ configurabit corpus humilitatis noſtræ, in ſimilitudinem gloriæ claritatis ſuæ. Nec prætereamus, quàm infirma quæq; nutantia ſint noſtra, animaduertere; qui ſumus natura mendaces, & ob id, quàm conſultè dictũ eſt per Prophetam, Maledictus vir qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Quod ſi compertum eſt de ꝓximo, eodem admonente, quòd vnuſquiſq; cuſtodiat ſe ab homine, & nulli fratri ſe tuto cõmittat, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & amicus omnis fraudulenter incedet; quantò magis compertiſſimum eſſe debet de ſe, qui non ſolùm nobis plus æquò blandimur, ſed paſsim nimium indulgemus, nunc decipiendo nos ſub ſpecie recti, nunc præcipitando contra iudiciũ rationis? Ergò erectis oculis ad lucem veritatis nos ipſos reijciamus in Deum, qui & opportunè fauebit, & in die ſalutis auxiliabitur. Siquidem benedictus eſt vir qui confidit in Domino, & cui Dominus fiducia eius: erit enim velut arbor quæ plantatur ad aquas, quæ venientem æſtum nõ ſentit, ſed folijs ſemper viridis non timet in tempore ſiccitatis, aut deſinit reddere fructus ſuos.

Eph. 1. Philip. 3. Pſal. 115. Ier. 17. eodẽ loco. F Eſa. 49. 2. Cor. 6. Iere. 17. Pſal. 1.

Operationes natura malę, nullo fine efficiunt bonę.

Obſeruandum ex particula (Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona) Quòd licet actiones humanæ, quæ ex genere ſunt (vt dicunt) indifferentes, ex fine reddi poſſint bonæ vel malæ; quę tamen natura ſunt malæ, nullo valent fine effici bonæ. Ergò errant toto cœlo, ſi qui vel vt honoretur Deus, vel vt ſuccuratur proximo, aliquid non recuſant admittere (etiam ſi non ſit capitale ſed leue) quod natura ſit prauum, præter id, ꝙ rei non proficit neq; conducit. Nam licet patrando malum aliquis potiatur optatis, ea tamen non ſuccedunt ex eo, ſed diuina proficiſcunt̃ poteſtate, quæ tam ingens eſt, vt mala vertat in bona, ſicut & Auguſtinus docet, aſſerens Deum eòuſq; bonum, vt nunquàm ſineret aliquod fieri malum, niſi foret eòuſq; potẽs, vt malum vertere valeret in bonum. Ergò cum mendacium natura ſit malum, haud dubium ꝙ perperam dicunt, qui illud volunt aliquandò licere: nec eſſe poteſt tàm honeſtus finis, ad quem iurè aliquo eligatur; quandòquidem eo opitulante, vt idem Auguſtinus tradit, nemo etiam ad æternam vitam conducendus eſt. Ergò meritò dictum eſt, ꝙ non ſunt facienda mala vt eueniant bona, & meritò ſic dicẽtium iuſta damnatio eſt, tàm etſi poſtquam factum eſt malũ, & poſſumus & Deũ flagitare debemus, vt ipſius opera cedat in bonum; nimirum in gloriam eius & frugem electorũ ſuorum, quandòquidem miſerendo parcendoq; Deus fit nobis illuſtris, & electis in bonum omnia cooperatur: Siquidem humiliantur magis, magisq; ſuam imbecillitatem agnoſcunt, peccatum ardentius deteſtantur, & timentes reciduum inuigilant accuratius, ac tempus nituntur redimere diligentius. Quod & nos, qui frequẽter peccamus, apud Deum frequenter expoſtulemus, intercedente propitianteq; CHRISTO IESV, Cui ſemper honor, & gloria.

Lib. conf. Ariſto. in ethic. G De fide ad Petrum. Roma. 8. Eph. 5.

Enarratio ſexti membri Portionis ſuprascriptę.

Iuſtitia, quę eſt ex fide, omnibus neceſſaria.

Nunc autem, ſine lege, &c. Docet hoc in membro, Dei iuſtitiam omnibus neceſſariam, cũ omnes ſint peccatores; eamq; accipiendam ex fide CHRISTI, cum accipi nequeat ex operibus legis, quam & primò tradit manifeſtam eſſe in præſentia ſine lege, & poſtremò quo pacto à Deo nobis largiatur per CHRISTVM. Ait itaque, quòd, *Nunc*, hoc eſt præſenti tempore, quod tempus eſt gratiæ & euangelij, *ſine lege*, Moſis, nimirum quia eſt abrogata, & cruci cum CHRISTO affixa, *iuſtitia Dei*, hoc eſt, bonitas, veritas, ſatisfactio, quibus iuxta pręmiſſa, Deus iuſtus dici poteſt in ſe: vel gratia ſiue donum, quo internè impartimur ab eo, & efficimur euadimuſq; formaliter iuſti coràm illo; de qua re & in præcedentibus diximus, & ad Epheſios ampliter diſputauimus. Et quàmuis vtraq; interpretatio ſit accepta, quia tamen poſterior eſt illuſtrior, iccircò illam lubenter amplector, *manifeſtata eſt*, tum à Pręcurſore, qui orſus eſt ad CHRISTVM homines prouocare, tum a Seruatore, qui opere & ſermone ſtuduit ad gratiam perurgere, & demum ab Apoſtolis, qui vt liberius frugaliuſq; eò fungerentur muneris, non modo virtute induti fuerunt ex alto, ſed & donati ſunt vt eloquerentur omnibus linguis: *teſtificata à lege*, quæ data erat per angelos, ſed in manu mediatoris, non ſolùm vt teſtaretur de eo, ſed vt homines introducerentur

H Coloſ. 2.

Apoſtoli cur virtute induti ex alto, & varijs locupletati linguis.

Luc. 24. Act. 2. Gala. 5.

A rentur ad eum; vt lege non ſecus ac pedagogo pellecti, ſpem multò ſuſpicerent meliorem, per
Heb. 7. quam proximamus ad Deum; quandòquidem & finis legis eſt CHRISTVS, in ſalutẽ omni cre-
Rom. 10. denti, *& prophetis.* Vndè & Petrus, De hac (inquit) iuſtitia ſiue ſalute, exquiſiuerunt ac perſcru-
Act. 10. tati ſunt omnes Prophetæ, qui de futura in nobis gratia vaticinati ſunt. Et rurſum, Huic (CHRI-
STO ſcilicet) teſtimonium perhibent omnes prophetæ, remiſsionem peccatorum accipere pro-
pter nomen eius. *Iuſtitia autem Dei per fidem* IESV CHRISTI. Duplex eſt iuſtitia Dei, vltrix, &
ſaluans, & vtraq; manifeſtata eſt ſine lege, quoniam vtraq; expoſita in euangelio, vtraq; confir-
mata à lege & prophetis: quarè vt poſteriorem exprimat, per fidem, addit (CHRISTI IESV)
qui vnica ſalus eſt. Docet itaque iuſtitiam Dei, qua iuſti ſimus ſaluamurq́, eam eſſe, quàm aſſe-
quimur ac poſsidemus per fidem, profectò (vt dixit in præcedentibus) ſe reijcientem in fidem,
per fidem (inquàm) non cuiuſuis, ſed CHRISTI IESV, quæ illum veniſſe teſtatur, quæ ſe illi cõ-
mittit, nos illi cõiugit, nectit, inſerit & compaginat, vt membra eius facti, nequeamus illius ſpi-
ritu non impartiri, & per illum, ſua gratia ſuaq; iuſtitia non perfundi, vt verè quidem non mo-
do ſit in nobis, ſed & ſuper nos, vt protinus addit, *in omnibus & ſuper omnes, qui credunt in eum.* Nõ
ſolùm iuſtitia Dei, per fidem CHRISTI IESV, illius eſt amplitudinis, vt quoſcunq; complecta-
B tur qui credunt; ſed & illius eſt vbertatis, vt non modo credentes efficiat, intimaq; ipſorum in-
formet, ſed & ſuper illos aſsiſtat, tùm vt ſeruet tùm vt ſuperinfundat expleatq́;. Siquidem cũ iu-
Ad Ephe. ſtitia Dei, qua iuſti ſumus coràm eo, (vt mox attigimus, & aliàs affluentiſſimè declarauimus) ſit
ſcilicet. iuſtitia CHRISTI, ad nosq́, non ſecùs ac fluxus à capite, in membra deſcendat, condiuidaturq́;
iuxtà fidei menſuram qua donamur ab illo; facilè concipi poteſt, illam non ſolùm intrà nos ef-
fundi, eaq́; nos formalitèr affici, ſed & nobis indeſinentèr aſſiſtere; quãdòquidem & caput ſem-
per præeminet membris, illa nunquàm fauore deſtituens, nunquàm prouidentia curaq; non di-
rigens. Ergò iuſtitia Dei, quæ eſt in CHRISTO capite, in nobis ità diſpartitur membris; vt non Iuſtitia Chri
ſecus ac fons ſuos riuulos foueat ſeruetq́;, & ſiquid fuerit (ſicut & deeſſe, dum hic agimus neceſ- ſti capitis,
ſe eſt, cum & multa intrinſecus patiamur nolentes, nobisq; inuitis caro contrà ſpiritum aliquid quõ in nobis
ſemper effutiat) ſuppleat & abſoluat: vt tandèm nõ ſolùm diuinis oculis, iuſtitia CHRISTI eua- diſpartiatur
Gen. 17. damus iuſti, ſed & illius iuſtitia adeò perornati, vt vndiq́, illius odore fragremus, ſicut & Iacob membris.
indutus veſtibus Eſau, quando fuit benedictus à patre. Poteſt & iuſtitia Dei dici in nobis, quia
in præſenti intus, hoc eſt internum hominem afficit, illumque iuſtum reddit, & ſuper nos, quia
Rom. 8. præſtò eſt vt & externum iuſtificet, quando qui IESVM CHRISTVM ſuſcitauit à mortuis, viui-
C ficabit & mortalia corpora noſtra, propter habitantem ſpiritum eius in nobis.

Non enim eſt diſtinctio. Iudæorum & Gentium: nàm licet eorum mores, ritus, educatio, forent
valdè diuerſa, coràm Deo tamen ambo erant iniuſti. *Omnes enim peccauerunt*, vt perſpicuè demõ-
ſtrauimus, *& egent*, ſeu carẽt, *gloria Dei.* Quod licet videatur poſſe pluribus modis exponi (nàm
2. Cor 3. gloria audita eſt quandòq; pro claritate, non poterant filij Iſrael, in faciem reſpicere Moſis pro-
pſal. 111. pter gloriam vultus: quandoq; pro fœlicitate cœleſti, gloria & diuitiæ in domo eius: quandòque
in epiſt ad Roma. pro clara cum laude notitia, ſicut illam definiuit Ambroſius: quandòq; pro vnigenito Dei, qui
Hebr. 1. ſplendor eſt gloriæ, & gloria patris filius ſapiens) quia tamen in vnum facilè reuertuntur, nõ re-
Prouer. 14. fert quo pacto exponatur: Siquidem qui ſunt in peccato, & carent ſplendore gratiæ quo luceant Exiſtens in
Apoc. 21. apud Deum, & fœlicitate patriæ, quoniam nihil iniquinatũ admittitur in illã, & clara laudataq; peccato, in-
Sap. 7. notitia Dei, quoniam nec nobiles nec laude digni ſunt apud Deum, & demùm (quod eſt om- glorius eſt
nium baſis) carent CHRISTO IESV, ſine quo omnia ſunt obſcura, omnia in gloria, immò & apud Deum.
abominabilia in oculis Patris, *Iuſtificati*, græcè participium paſsiuum, ac præſentis temporis eſt,
& ritè, iuſtificantur, hoc eſt iuſti & fiunt & decernuntur, reddi poteſt: & ea de iuſtitia loquitur,
D quæ & expiationem (vt diximus) implicat peccatorum, & primitias nouæ ac euangelicæ vitę. Et
licet locus ſimplicitèr ea de iuſtitia ſit interpretandus, quæ in lauacro recipitur regenerationis,
qua non ſolùm expiatur culpa ſed & aboletur pœna, non ſolùm noua inchoatur vita, ſed & ve-
ſtis induitur innocentiæ; nihilòminus & iuſtitia non ſecluditur pœnitentiæ, qua relapſi corrigi-
mur, & vitæ nouitati reuocamur, *gratis*, hoc eſt, ſine legis operibus, ſiue lex ſit ſcripta ſiue ſit in-
dita. Non quòd Deus noſtra delectetur ignauia, aut geſtiat inuenire nos deſides, qui ſingula nõ Si à reb⁹ ſub-
modo ad operãdum inſtituit, ſed ità ſuis actionibus alligauit, vt illis tempore opportuno deſtru- traheret ope-
2. de cœlo. ctis, rerum (vt dicunt) deſtruantur eſſentiæ; ſed quia iuſtitia de qua ſermo, ex vi, merito & valo- ratio earum
re, non progreditur legalium operum, ſed ex liberalitate ac munificentia Dei. Vndè & ſubdit, auferretur eſ-
per gratiam ipſius, Si gratia ſumitur pro fauore, ac bona ergà nos voluntate, qua nobis Deus aſſi- ſentia.
citur, effectrix quidem noſtræ iuſtificationis redditur cauſa, ſed prima & ſuprema, è qua nõ ſe-
cus,

cus ac originali ſonte diſtillat: Si verò pro dono, quo Dei voluntate ac fauore afficimur, quod E
(vt alibi declaramus) eſt quidem gratifica gratia, ſed communi lege, medio recepta ſacramento,
cauſa denotatur formalis & proxima, à qua formaliter iuſti & nominamur & ſum⁹. Et licet no-
mine Dei, ſufficeret intelligere patrem, rectè tamen tota intelligitur Trinitas, cuius ergà nos
vnus ac idem eſt fauor, & à qua in nos pariter vnum ac idem proficiſcitur donum. *Per redemptio-*

Q̃o per peccatum venditi, & q̃o ab illo recuperati.

nem. Haud obſcurum quòd per peccatum fueramus venditi, non modo traſgrediente Protho-
plaſte, qui gratis vendidit nos, ſed & tranſgredientibus nobis, qui & vendimur in iniquitatibus
noſtris, ſicut & Propheta refert. Et licet Deus, tum ex ſua præpotenti virtute, qua omnia poteſt, Eſai. 50.
tùm ex maxima libertate, quippè qui nulli ſubditur legi, hanc hominum venditionem valuiſſet
reſcindere, aut ſimpliciter irritare; noluit tamen niſi precio perſoluto, vberrimaque ſatisfactio-
ne peracta, illud efficere; vt omnibus conſtet, quòd ſi hominibus fauit, non niſi iuſtiſſimè fauit,
eòque pacto ſuſpiciant vniuerſi non ſolùm gratiam, ſed & iuſtitiam eius, diſcantque & mundi
Principes, nihil niſi iuſta ratione tentare, ac tyrannicum illud (ſit pro ratione voluntas) quàm
maximè exhorrere. *Quæ eſt in* CHRISTO IESV. Et ſi hæbreorum ritu, in, valeat vſurpari loco,
per, & ſi præſenti loco non diſſonat, ſi in CHRISTO IESV, perindè valeat, ac per CHRISTVM 1. Cor. 6.
IESVM, quandòquidem & ſolutio per eum facta eſt, (quippè qui empti ſumus eo magno precio F 1. Pe. 1.
quod ſanguine peractum eſt agni immaculati) nihilòminus ritè hoc loci, ſuæ naturæ dimittitur,
vt inſtruamur eo pacto redemptionem noſtram eſſe peractam à CHRISTO IESV, vt precium
nihilòminus ſeruetur in eo: non ſolùm quia ipſe Theſaurus eſt omnium diuitiarum cœleſtium,
& apotheca cornucopiarum æterni patris, ſed quia diſpenſator ac diſtributor eſt ſalutarium mu-
nerum, haud ſecus ac caput in membra, vnumquodque reddendo ſuæ redemptionis particeps,
pro menſura fidei, ac propria ratione membri. Quarè eo ex verbo non modò edocemur pulſan-
dum eſſe ad oſtium CHRISTI, vt aperiat impartiatq; nobis theſauros redemptionis noſtræ, vt

Redemptio Chriſti non prodeſt, niſi accedentibus eum.

iuſtificemur coràm oculis Dei, ſed & certiores euadamus, quòd & ſi precium eſt locupletiſsimè
perſolutum, ac pro redemptione totius vniuerſi expoſitum, nobis tamen non ſuffragatur, niſi fi-
de accedamus ad eum, pulſemus, flagitemus & recipiamus ab illo.

Quem propoſuit. Si proponere hoc loci ſit definire, indubiè id factum eſt à diebus æternis, quã-
dòquidem Dei deliberatione, definitione, decreto, cõſtitutum eſt CHRISTVM (vt ſubdit) no-
ſtris pro peccatis propitiationem fore: ſi verò præ oculis eſt conſtituere, id ſine controuerſia fa-
ctum eſt ab exordio mundi, vt non ſolũ conſpiceretur, ſed & complecteretur fide quæ per dile- G Gal. 5.
ctionem operatur, ab omnibus qui ſalui fiunt: tametſi vſq; ad euangelij tempus, non ſine vm-
bris & typis, & deinceps plena ac libera detectione. Et quanquàm vtrunq; quadrat, meo tamen

Chriſtus à mundi exordio occiſus nobis.

iudicio, menti ſatis erit apoſtoli, ſi hinc euadamus inſtructi, CHRISTVM à mũdi principio no-
bis à Deo propitiatorem datum, ac ob oculos fidei conſtitutum, vt per illum, in illo, & ab illo, iu-
ſti reddamur coràm Deo, quod & perſpicuè euangeliſta teſtatur, Agnũ occiſum aſſerens ab ini- Apoc. 13.
tio mundi; quandòquidem nec aliud aliquando nomen effulſit ſub cœlo, in quo oporteat nos
ſaluari (vt Petrus inquit) niſi CHRISTI IESV, qui & redemptorem & propitiatorem egit in Act. 4.
ſanguine ſuo, *Deus*, hoc eſt, Pater Verbum & Spiritus ſanctus, *Propitiatorem*, Non ſat fuit Deo
vt CHRISTVS mediatorem ageret (ſiquidem mediator Dei & hominum homo CHRI- 1. Thim. 2.
STVS) non ſi aduocati partes ſuſciperet (aduocatum habemus apud Deum, IESVM CHRI- 1. Ioan. 2.
STVM iuſtum) ſed placuit vt etiam propitiator exiſteret (ipſe enim propitiatio eſt pro peccatis, Ibidem.
non modo noſtris ſed totius mundi) Nàm mediatoris eſt reconciliare partes, Aduocati rei cau-
ſam in ſe ſuſcipere; ſed Propitiatoris eſt, reo ex proprio ſuffragari, ac eòuſque fauere, vt eius lo-
co paratus ſit ſatisfacere.

Verùm etſi hæc compertiſſima ſunt, ad illud tamen Domini mandatum (ni fallor) alludit H
apoſtolus, quo in antiqua lege propitiatorium inſtitutum eſt, quo Deus proſpiciebat nobis. Si-
quidem præceperat Dominus fabrefieri arcam de lignis Setim, quæ ſunt ligna electa, & iuxtà Exod. 25.
ſeptuaginta, imputribilia, tam etſi hæbreorum nõnullis, ſint optimæ cedri) & vt fieret certis qui-
buſdam menſuris, duorum ſcilicet cubitorum ac dimidij in longitudine, vnius & dimidij in al-
titudine, & vnius ac dimidij in latitudine, obducendam auro puro per totũ, tàm intus quã foris;
cui & ſuperponeretur corona ex auro, & quatuor anuli auro fuſi, in quatuor affigerentur angu-
lis, in quibus duo continuè conſiſterent vectes ex eodem ligno confecti, & auro eodẽ obducti,
quibus veheretur arca à ſacerdotibus, cum opus eſſet. In qua quidem arca reconditæ erant tabu-
læ teſtamenti, virga Aaronis quę floruit, vrna mannæ & thuribulum aureum, prout atteſtatur
Apoſtolus. Et tandem ſuper eam, eiuſdem longitudinis ac latitudinis erat ſtatuenda tabella, Heb 9.

A non lignea ſed aurea, duobus innixa cherubinis ex auro ductis, qui verſis adinuicem faciebus
tabellam reſpicerent, eamq́ue alis deſuper obumbrarent, quæ & authore Deo, propitiatorij Propitiatorij
nomen adepta eſt, ea de ratione, quòd Deus ſuper illam deſcendens, ibique perinde ac in ſua nomen, & ratio.
ſede quieſcens, placabatur populo, exaudiebat preces, reddebat oracula, & ſuffragia ſuppe-
tiaſq́ue ferebat. Quæ planè omnia, in vmbram typumq́; facta ſunt CHRISTI & Eccleſię eius.

Et quod arcam attinet, electorum exprimebat Eccleſiam, quos obſcurum non eſt lignis ſa- Arca Moſis, electorum Eccleſia.
pſal.95. cris in literis comparari (tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum: Et de viro iuſto. erit tanquàm
pſal.1. lignum quod iuxtà riuos plantatur aquarum, fructum afferens in tempore ſuo) & cedrinis ma-
pſal.79. & 103. ximè (nàm & arbuſta eius cedros Dei: & cedri libani quas plantauit) Qui & imputribiles ſunt,
quoniam etſi dum hic degunt, corpus circunferunt corruptibile, cum tamen reformabitur
1.Cor.15. euadet penitus immortale, nulli vltrà corruptioni obnoxium. Contrà reprobi, & ſi in re-
ſurrectione corpus recipiunt duraturum perpetuò, multis tamen opprimetur ærumnis, & in-
Eſai.14.50 numeris circumuallabitur cruciatibus; præter id, quòd non deficiet illis tinea, nec eorum ex-
&.66. tinguetur vermis, quin & ſicut veſtimentum conterentur, & tinea iugiter comedet eos. Cui
& ſymetria conſentit, nam licet electorum cœtus, ritè conferri poſsit cum corpore noſtro, (vt
B non iniuria Eccleſia corpus definita ſit CHRISTI,) eiuſq́ue menſuræ ac opificio comparari, vt
Roma.12. aliàs nos feciſſe meminimus; cum tamen in typo repręſentatur arcæ, ad illius metrum exigen-
1.Cor.12. dus eſt, cui & magno ſacramento conſentit. Quod vt attingam paucis, conſtans eſt, longi-
tudinem arcæ ad durationem ac protenſionem pertinere Eccleſiæ; quæ cum inchoata ſit in
Abelo, & hoc in ſtatu proficiſcatur vſque ad conſummationem ſæculi, exploratum eſt, quòd
triplici comprehenſa eſt ſtatu, quippè quæ partim coacta eſt in lege naturæ, partim in lege lite-
ræ, & partim in lege gratiæ.

Et licet ſtatus Eccleſiæ in lege naturæ in multis inueniretur deficiẽs, vt qui ſtatum illius præ- Status Eccleſiæ, in triplici lege.
Galat.3. ferebant infantiæ, & in lege Moſis multa deſiderari poſſent, vt qui ſtatum illius habuit puerilẽ,
Hebr.7. egentem ferula ac pedagogo, vnde & neminem, quantum ex ea fuit, ad perfectum adduxit, tàm
etſi CHRISTVM, in quo omnis coaceruatur perfectio, multis modis oſtendit; & in lege gratiæ,
1.Co.13. quæ indubiè lex eſt abſolutæ iuſtitiæ, fuerit in ſtatu viri, ſicut & Paulus & Euangeliſta tradunt;
1. Ioan.2. nihilòminus ſiquis attenderit, quòd naturæ lex hac in peregrinatione, abſolutè ſuo eſt munere
functa, ac ſua pro facultate conſummata, & ꝙ lex Moſis pariter in præſenti curſu perficitur, ac
omnibus numeris integratur, propter quod & ùtraque certas eſt ſortita periodos, quibus & vim
C potiſſimum exerceret, & homines ad rectam extimularet; lex verò gratię, & ſi ex genere lex ſit
perfecta, in pręſentiarum tamen ſine iniuria remanet diminuta, vt quæ in patria relinquitur cõ-
ſummanda ac præcipuis numeris abſoluenda; profectò difficile non erit agnoſcere arcanũ duo-
rum ac dimidij cubitorum, quibus protendebatur arca. Cuius & altitudinem ſiquis animaduer-
terit, haud immeritò electorum exprimere fidem, qua ſuperna petentes, contemplanteſq́ue ele-
uant ſe ſuprà ſe; ac duo in fide, de qua ſermo, perſpexerit neceſſariò implicari (ſiquidem ſine cõ-
trouerſia firmitudinem complectitur adhærentiæ, & eorum quæ credenda ſunt, ſuo pro captu
notitiam) haud obſcurum, quòd certior erit, quo tendat ſymetria cubiti, & quo ſymetria dimi-
dij. Cum enim adhærentia fidei, hoc in exilio habeat conſummari, non ſolum quia fideli hæſita-
re non licet (nàm in fide dubius nutanſùe non cenſetur fidelis) ſed & quia eòusq; adhærere de-
bet, tàm ſolidè, tàm conſtanter, vt nulli rei poſsit adhærere ſolidius, nulli conſtantius, palàm ꝙ
non inconcinnè integro adũbratur cubito: & cum notitia eorum, quæ credimus, in præſenti ſit
1.Co,13. imperfecta (quippe qui cognoſcimus tãtum ex parte, & videmus per ſpeculum in enigmate, vi-
ſuri tamen omnia ſicuti ſunt, cum euacuabitur quod ex parte eſt; conſtat planè quòd hoc ex ca-
D pite, ritè cubito non denotatur integro, ſed dimidio. Quanquàm nec refragor, ſiquis inter cre-
denda diſcriminans, ac quæ naturæ lumine aſſequi poſſumus vna claſſe complectens, & quæ na-
turæ lumen effugiunt, reliqua claſſe cõſtituens, illa afferat integro ionui cubito, nimirum quia
& fide & natura tenentur, hæc verò dimidio, quia fide ſola probantur.

Latitudo quòque, cum (ni fallor) pertineat ad dilectionem, difficile non eſt agnoſcere,
quàm rectè conſentiat. Cum enim charitatis ſit diligere Deum & proximum, palàm quòd ex
parte proximi ſuprema conſtituta eſt meta, quandòquidem maior in præſentia non contingit,
quàm illius pro ſalute vitam exponere, ſicut Dominus dixit; ergò hac ex parte ſiquis rem præ-
ſtiterit, totum cubitum integramq́ue menſuram expleuit. At ex parte Dei, certum eſt, quòd
dum hic ſumus, menſuram explere non valemus: propter quod haud immeritò, ſi & diminuto,
quin & dimidiato denotatur cubito, complendo tamen cum videbimus eum ſicuti eſt. Poſſet &

Natura & vis dilectionis diuinę.

forſitàn dici, quòd cum natura, ac vis diuinæ charitatis, deberet ſuòpte ingenio aſtringere nos, E
non modò ad diligendum Deum ſemper, ſed & (vt loquuntur) ad ſemper, tum quia vndique &
ſemper, & quouis modo, tempore, loco & occaſione diligendus eſt, tùm quia nunquàm reipſa,
factoque ille non diligit nos, quod tamen grauati ſarcina carnis præſtare non poſſumus, ſed
tunc præſtabimus, cum cor & caro exultabunt in Deum, omniaque oſſa dicent Domine quis
ſimilis tibi; ideò & ſatis, agone præſenti factum eſſe decernitur, ſi diligatur ſemper, licet non
diligatur ad ſemper. Ergò & integrum & dimidiatum cubitum etiam hunc in modum, arduum
non erit animaduertere. Glo. pſal. 103.

Quod addit de obductione auri; interna quidem, lex eſt diuinæ gratiæ, quæ nitor defini-
tur animæ, puritas conſcientiæ, quæ eſt gloria noſtra, & fulgor CHRISTI IESV, qui eſt homo 2. Cor 1.
cordis & ſplendor gloriæ patris: externa verò, ſancta eſt inſtitutio morum, & exercitium euan- 1. Pet. 3. Heb 1.
gelicæ pietatis, quibus electi non ſecus ac luminaria lucent in caliginoſo loco, clari ſemper ope- Philip. 2.
ribus bonis coràm mundo, vt videntes homines quę rectè faciunt, non blaſphement, ſed glo- 2. Pe. 3. Matt 5.
rificent patrem qui in cœlis eſt. Corona ſuper poſita, indubiè inſigne eſt regium, nec mirum,
cum electorum Eccleſia non modò ſit regnum, ſed reges. Feciſti (inquit Euangeliſta) nos re-
gnum, & regnabimus. Et Saluator. Diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. F Apoc. 5.
Quare & regina vocatur (Aſtitit Regina à dextris tuis,) Et corona donatur à Deo (Dedi coro- Lucę. 22. Pſal. 44.
nam decoris in capite tuo: Et corona ſtellarum in capite eius) Nec vocatur modo, ſed & verè Eze. 16.
Regina eſt, tùm huius vniuerſi (Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Cephas, ſiue mundus) Apoc. 22.
tum regni cœlorum quod hæreditat (Centuplum accipietis, & vitam æternam hæreditabitis) 1. Cor. 3. Mat. 19.
Et demùm regni interioris, quod potiſſimum eſt regnum Dei, & in iuſtitia, pace & gaudio in Rom. 14.
ſpiritu ſancto conſiſtit. Quatuor anguli, quatuor ſunt mundi regiones, ex quibus connexa eſt Eſai. 43.
Eccleſia: Dicam Aquiloni da, & Auſtro noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias
meas ab extremis terræ. Quare & à quator orbis partibus venit ſpiritus apud Ezechielem, & à Eze. 37.
quatuor terræ angulis congregandi ſunt homines in die iudicij. Matth. 24.

At quatuor anuli, doctrinam quatuor denotant Euangeliſtarum, qua cum erudiamur ad
fidem, vt quæ aduenit ex auditu, eoque qui per verbum fit CHRISTI; haud immerito tali ſub
typo, qui fidei eſt accommodus, declaratur. Qui & rectè ſunt aurei, eò quòd euangelium ni- Prou. 7.
teſcit ſapientia Dei, quæ auro tùm precioſior, tùm rutilantior eſt: rectè ſunt fuſi, quia non mal- Eccleſi. 10.
leo humani ingenij euangelium eſt confectum, ſed ſpiritu ſancto, qui omnium eſt artifex, eſt Cap. 1.
infuſum; præter id, quòd igne tyrannorum, hæreſum, & multarum perſecutionum eſt exami- G
natum, purgatumque. Sunt orbiculares, quę figura abſolutiſſima eſt initium fini connectens.
Sunt ęquales, quoniam Euangeliſtæ per omnia conſonant. In angulis connectûtur arcæ, quo-
niam euangelium prędicandum eſt in qualibet regione mundi. In illis ſunt iugiter vectes, eò
quòd euangelium verbum eſt crucis, nec modo CHRISTI, ſed noſtræ: vt qui non niſi per cru-
ciatus, multaſque tribulationes admittimur in patriam, ac ſupercœleſtem gloriam. Hi ſunt, non
ſecus ac arca, lignei & auro tecti, eò quòd euangelicæ cruces electis non diſſonant, ſed per om-
nia conſonant; aliàs non gloriaretur Apoſtolus, CHRISTI affixus ſum cruci, ſtigmata Domi-
ni in corpore meo fero, mihi nefas ſit gloriari niſi in cruce, in qua ſalus & vita & reſurrectio eſt. Gal. 2. & 6.
His, ſacerdotum humeris vehitur arca, quia eorum opera ad patriam eſt tranſuehenda Eccleſia,

Onus ſacerdotum Eccleſię.

quippè quibus credita eſt vt regatur, & ad rectam deducatur: Qui & Eccleſiæ dati ſunt non mo- Matth. 5.
do vti ſal terræ, & velut lux mundi, ſed vt paſtores & doctores, quorum intereſt electis ſem- Eph. 4.
per proſpicere: Præter id, quòd & humeros vecti ſupponere, eſt illos primum crucem geſtare, &
illam præ cęteris vita exprimere: eſt imbecillium firma ſufferre, præ omnibus labori incumbe- Rom. 15.
re, & aliorum errata in ſemet portanda ſuſcipere.

In arca vas reconditur mannæ, quia intrà electorum Eccleſiam iugis eſt refectio ſpiritus, & H
plusquàm ambroſia menſę cœleſtis, in qua omnis eſt ſaporis ſuauitas: Eſt virga Aaron, quia in ea Sap. 16.
ſumma pontificiaq; exiſtit poteſtas, cum CHRISTVS ſui loco ſubſtituerit Petrum, & qui Petro
ritè ſuccedunt: Eſt thurribulum aureum quo paſſim adoletur incenſum, & Deo exhibentur Pſal. 40.
debita ſacrificia, tùm precum & laudum, tum mortificationis carnis & contribulati ſpiritus, quę Oſe. 14.
Deus non deſpicit. Aſtant è lateribus Cherubini, non ſolum quia Angeli cateruatim aſſiſtunt Pſal. 40.
Eccleſiæ, vt illuminent & tueantur eam, haud ſecus ac viri fortes ad bella parati & exercitati, le-
ctulum ambiunt Salomonis, nimirum qui à Deo in miniſteriū miſſi ſunt, propter eos qui hære- Canti. 3.
ditatē ſunt adepturi ſalutis, ob idq; & continuè vident faciem patris, vt illi eo in negocio fruga- Hebrę. 1.
lius obſequantur: ſed cum iuxtà literam ſint duo, & à ſcientiæ plenitudine ſint nomen ſortiti, Matth. 18

non

A non quidem ineptè duo referunt teſtamenta, quibus Eccleſia hoc in exilio potiſſimum opus
habet, vt quæ non modò plenam continent Eccleſiæ ſapientiam, ſed & CHRISTVM, qui verũ
eſt propitiatorium, aſſiduè ſuper Eccleſiam congerunt exhibentq;. Et præter id, quòd ex vtro- Chriſtus Eccleſię caput, vtroque ex teſtamento.
que teſtamento, Eccleſiæ vti caput præeminere oſtenditur, (nàm ex veteri eò tendũt verba Pro-
Mich. 2. phetæ. Dominus noſter in capite noſtri eſt. Et Dauid. Lapis quem reprobauerunt ædificantes,
Pſal. 117. & 57. in caput euectus eſt anguli. Et CHRISTVS ad patrem. Conſtitues me in caput Gentium. Et ad
Pſal. 22. Deum Eccleſia: Impinguaſti in oleo caput meũ: Et ad alios: Exaltauit caput meum ſuper inimi-
& 36. cos meos. Et ex nouo perſpicuè ac paſſim id docet Apoſtolus: Ipſum (inquit) dedit caput ſuper
Eph. 1. & 5. omnem Eccleſiam: Et CHRISTVS eſt caput Eccleſiæ, ſicut vir caput eſt ſuæ coniugis: Et ipſe
Coloſ. 1. Epheſ. 4. caput corporis Eccleſiæ eſt. Et in illo creſcamus per omnia, qui caput eſt CHRISTVS, in chari-
tate) præter id, ꝙ illis innitũ, nobisq; frequenter ſuggeritur (quoniam in altero extant promiſ-
ſiones, in reliquo exhibitiones:) nemini dubium, quàm probè vultus vertant ad ſeſe, cum eo pa-
Ezec. 10. cto duo diſpoſita ſint teſtamenta, vt viciſsim ſibi reſpondeant, & verè rota inueniatur in rota, &
Pſal. 41. per abyſſum inuocetur abyſſus, & quam probè ad propitiatorium vterque figat intuitum, cum
Rom. 10. & CHRISTVS finis ſit legis & prophetarum, & totum complectatur euãgelium; tametſi ne ſan-
Act. 10. B ctum crederetur prophanis, aut arcana cederent infidelibus, vetus vmbris illum velaret moſai-
cis, & nouum parabolis euangelicis; quod & Cherubinorum alæ non obſcurè ſignificant, quæ
propitiatorium deſuper tegunt.

Quòd autem & propitiatorium, de quo ſermo, pertineret ad CHRISTVM, haud dubium, ꝙ
nemo eſt, qui non probet. Siquidem menſula erat, ſignificans quòd illo reficiendi ſumus, qui &
Luc. 22. diſpoſuit nobis, vt edamus ac bibamus ſuper menſam ſuam in regno ſuo; & ſanè non lignea ſed
aurea, nimirum quia paſcendi in ea ſumus precioſiſsimis epulis, ſapientia, gratia, ſanctitate, qui-
bus intimè ac extimè fulget; paſcendi corpore ac ſanguine agni immaculati, qui nullo valet pre-
1. Pet. 1. cio, nulla auri vel argenti copia comparari: eiuſdem lõgitudinis eſt cum arca, quia CHRISTVS
Heb. 13. heri & hodie, & nunc & in ſæculum, repropitiatus eſt omnibus in qua volueris lege: eiuſdem la-
titudinis eſt cum illa, quoniam & ſi CHRISTI charitas, in ſui natura nulli ſubijcitur metro, eò Chriſti charitas, & ſine mẽſura, & cum menſura.
quòd eſt infinita, nec ſolùm quæ Deus in eo eſt, (nàm Deus charitas eſt) ſed & quæ in eo creata
1. Ioan. 4. res eſt; tùm quia eſt charitas patriæ, & ea copia, quę decet vnigenitum Dei, quippè qui ab exor-
dio ſuæ conceptionis fuit ſummè fœlix, & infinitè beatus; tùm quia tota potitus eſt latitudine
C charitatis, ſicut & tota latitudinem gratiæ: quare hac ſub ratione, nulli, vel cubiti, vel ſemicubi-
ti ſymetrię cõfertur; et ſi reſpectu Dei etiam menſurari non valet, quoniam illum infinitè dili-
git, ſicut & diligi ſine vllo fine meretur, reſpectu tamen noſtri, nihil erit abſurdi, ſi quem termi-
num habet; non quidem ex parte diligentis CHRISTI, quoniam cum ſit perſona diuina, infi-
nitudinem de neceſsitate concludit, ſed ex parte dilecti proximi, quoniam pręter id, quòd inca-
pax eſt dilectionis infinitę, indecens non erat, ſi ea in re progreſſum oſtenderet, ſicut & in gra-
Luc. 2. tia quàm habuit, ꝓgreſſum oſtendit, eò ꝙ proficiebat in ea ſicut & in ætate, vt Euangeliſta dicit.

Ergò ſi cubitus eſt integrum charitatis metrum, quam impendimus proximo, cum pro illo vitã
exponimus veluti pro amico; non erit abſonum, eam CHRISTI dilectionem, qua animam de-
dit pro capitalibus hoſtibus, cum terminum taxatum exceſſerit, cubito ac dimidio denotari, ac
tali pacto, tum arcæ tum propitiatorij latitudines, nõ abſurdè congruere. Deniq; cum propitia-
torium non modo foret Dei ſedes, in qua videbatur quieſcere, non modo locus eſſet recõciliã-
di homines, admittẽdi preces, reddendi oracula; ſed & ferendi ſuppetias & ſuffragia, palã quàm
exactè ſingula conſonent. Siquidem in CHRISTO reſidet Deus, non ſolùm vt Pontifex in au- Q̃ to deus reſideat i Chriſto faueatq; nobis.
guſtiſsimo templo, aut Iudex in æquiſsimo tribunali, ſed vt amans in re ſibi vnicè chara, vniceque
D dilecta; cui ſe totum credit, in quem omnes opes transfundit, ac in omnibus ſe ſuę voluntati cõ-
2. Cor. 5. mittit. In CHRISTO non ſolùm reconciliatur nobis (nam Deus erat in CHRISTO mundum
reconciliãs ſibi) non ſolùm preces exaudit (quicquid petieritis patrem in nomine meo cõcedẽt
Ioan. 14. vobis) non ſolum oracula reddit (nouiſsimè enim Deus loquutus eſt nobis in filio: & arcana quæ
Heb. 1. mundus non nouerat, Vnigenitus qui in ſinu eſt patris, enarrauit nobis) ſed vberrimè impartit
Ioan. 1. chariſmata, diſpenſat merita, affert opem, & profundit ſuffragia. Sed regrediamur ad textum.

Per fidem. Siquidem iuſtificationis beneficium prouenit ex beneuolentia & gratia Dei, pro-
uenit ex redemptione & propitiatione CHRISTI: at nos non accedit niſi credamus, nobis
non proficit, niſi per fidem, qua illud aſſequimur, complectimur, poſsidemus. Et ſermo eſt
de fide nõ ſterili, ſed feraci, de fide ſe reijciente in fidem, & cum expedit operante per dilectio-
nem, *in ſanguine eius*, poſſunt hęc, tùm fidei tùm propitiatori connecti. Et quidem cõnexa fidei,

exprimunt fidem, qua iuſti euadimus, ſanguini innixam CHRISTI, indeque & vim & robur at- E
trahere, quibus munus obtinet diuinæ iuſtitiæ: at propitiatori adiuncta, rem docent, qua nõ ſo-
lùm redimit nos, ſed propitiatur nobis. Etenim CHRISTI mors, quæ ſanguinis typo notatur,
tantæ extitit efficaciæ, vt non modo ſat fuerit ad redimendum nos, ſed adeò ſupercxceſsit, vt &

Vis mortis Chriſti immenſa.

pro innumeris poſsit ſatisfacere mundis: quo ſuperexceſſu CHRISTVS nedùm nobis ritè valet
propitiari, ſed vbertim locupletes efficere, quin & diuitiarum apothecis obruere. Nec refert, ſi,
in, ſuæ relinquatur facultati, aut, per loco, exponitur, ſolito hebræorum ſchemate; quoniã vtriq;
omni modo conſentit, & veritati, & Pauli intentioni. *Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.* Quòd homines
forent iuſtificandi per gratiam, validè præmiſſa reuincunt, dum omnes colligunt deliquiſſe, ac
ſuis viribus iuſtificari non poſſe, ſed egère ſingulos gloria & gratia Dei: at quòd præter gratiam
exigeretur redemptio, ac aſsidua propitiatio CHRISTI, ſubijciendum eſt. Quod & aſſerit eſ-
ſe factum à Deo, non ſolùm vt ſit, ſed vt & nobis clara illuſtriſque fieret, iuſtitia ſua. Nam licet
diuinæ foret iuſtitiæ ſatisſactum ex oblatione CHRISTI, etiam ſi non innotuiſſet nobis, immò Hebr. 10.
ex ſola ſe offerendi voluntate, qua dictum eſt (Ecce venio,) locum habere poterat diuina vin-
dicta; placuit tamen, tantum ſuæ maieſtatis arcanum, non ſolùm multipharìè multiſque modis
exprimere, ſed & tàm arctè humanis mentibus voluit adhæreſcere, vt nunquàm ſine illius inſpe- F
ctione fideque, immò & ſine iugi illius propitiatu ac patrocinio, quiſquàm iri iuſtificatum poſ-

Peccata nulli remiſſa, niſi ex ſuffragio Chriſti.

ſit, & maximè, *propter remiſsionem præcedentium delictorum.* Siquidem antè CHRISTI aduentum,
non paucis ſunt remiſſa peccata, tùm tempore naturalis legis, tùm tempore inſtitutionis moſai-
cæ, ſed nulli tamen ex operibus proprijs, ſed ex meritò ac ſuffragio CHRISTI. Quare cũ Deus
id nobis innoteſcere vellet, ne fugeret patres, quo authore tàm eximium beneficiũ eſſent ade-
pti, eoque exultarent in miſericordia ac iuſtitia Dei, reddendo ei gratias per quem munus ac-
ceperant, rectè optimeque propitiatorem illum propoſuit, ac oculis fidei adeſſe conſtituit; vt
quemadmodum à Serpentibus vulnerati non euadebant incolumes, niſi Serpentem ſuſpicien- Nume. 21.
tes æneum, dùm eſſent in deſerto; ita & peccatis infecti non efficerentur iuſti, niſi CHRISTVM
attendentes in cruce, ad manifeſtationem iuſtitiæ Dei, dum ſub tempore agerent tolerantiæ:
propter quod ſubdit, *in ſuſtentatione Dei.* Commodè tempus ad CHRISTVM vſque, tempus di-
uinæ dicitur tolerantiæ, non modò ad differentiam renouationis gratuitæ; ſed & ad manifeſtã-
dum eo in tempore, Deum vſum maxima patientia; mundo nedùm innumeris exundante ſce-
leribus, flagitijs, idololatrijs, ſed & tabeſcente in extrema corruptione carnis, vt mirabile fuerit, G
quòd illum ſuſtineret, & non ſicut tempore Noe, frequentibus illum cataclyſmis obrueret, aut
peſſum exitialiter daret. Verũ mundo propitiatore propoſito, eoq; non ſecus ac arcu fœderis,
in nubibus vmbrarum & ſacrificiorum cõſtituto, viſcera in ſe miſericordiæ, dum ad illum reſpi- Gen. 16.
ceret, non poterat non commouere; & illius gratia, illum æquanimiter nõ tolerare. Nec mo-
dò CHRISTVS propitiator poſitus eſt, tempore ſuſtinentiæ, ſed & reparationis: quoniam ſi-
cut tunc opus fuit, vt in illum tenderent vti Saluatorem promiſſum, indeque & diuinam ſuſpi-
cerent æquitatem, ità & modo opus eſt, vt in illum reijciant ſeſe vti Saluatorem exhibitum, in
quo & inſignem Dei exoſculentur iuſtitiam. Vndè & ſequitur. *Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, in hoc*

Ex diuerſis effectibus, Deus multis modis illuſtris.

tempore. Sicut Deus vult haberi potens ex creatione mundi, Sapiens ex recta diſpoſitione re-
rum, Munificus quia proficit bonis & malis, Miſericors quia multa diſſimulat, nec mox ſæuit Matth. 6.
admiſſo delicto; ità & haberi vult Iuſtus, quia vt nos redimeret vnigenitum dedit. Quod magis
erit illuſtre, ſi retineatur mẽte, Dei iuſtitiam hac in re, illius bonitatem includere, quin & illi
maximè conſentire, idq; non coactè ſed ſpontè, quin & incredibili ardore animi; vt ſicut ex vi-
ſceribus charitatis filium eſt pollicitus, ita ex eiſdem viſceribus, illum opportuno in tẽpore elar-
gitus ſit, vt cœlo demiſſo & in crucem ſuffecto, omnibus redderetur conſtans, non modo quan- H
ti nos faceret, ſed & quàm iuſtè noſtræ damnationi ſuccurreret. vndè & dicit. *Vt ipſe ſit iuſtus*, nõ
ſolùm in oculis ſuis, ſed noſtris, *& iuſtificans*, non omnem hominem, quod ſolum atteſtaretur
gratiæ, ſed, *eum*, ſolum, *qui ex fide eſt*, indè pendens vita & moribus, IESV CHRISTI, quæ &
per dilectionem agit, & in fidem ſe reijcit.

Vbi eſt ergò gloriatio tua? Abundat pronomen, & verbum, Nàm græcè legunt. Vbi igitur glo-
riatio? Planè abolitionis peccati, & iuſtificationis noſtræ. Siquidem poſt lapſum Adæ, paſsim
nobis plus æquò tribuimus, temerè inturgemus ac gloriamur de nobis, cum tamen ex nobis, vt
ex nobis, nihil dignum ſit gloria, ſed confuſione: Inflamur tumeſcimuſque non ſolùm opulen-
tia, principatu, ſapientia, & virtute, aut quibuſuis operibus ſpeciem præſeferentibus boni, ſed
& flagitijs, ſceleribus, obſcœnitatibus, in quibus ſcatet vndique ratio praui. Verùm quod ex-
piationem

A piationem attinet culpæ, & adeptionem iuſtitiæ coram Deo, nullus niſi pluſquam vaniſsimæ,
procaciſsimæque gloriationi, relictus eſt locus; nimirum quæ non procedit ex nobis, noſtriſùe *Expiatio peccati ex gratia Dei, ac beneficentia Chriſti.*
probè ſactis, ſed ex beneuolentia ac gratia Dei, & beneficio CHRISTI IESV. Et licet verba
Pauli indefinita ſint, in Iudæos tamen (ſi non fallor) potiſsimum directa ſunt; quippè qui vt
maximè ſuperciliosi, maximeque ex lege inflati, gloriabantur præ Gentibus, præſumebantque
Cap.10. eòuſque de ſua iuſtitia, vt tota virili illam niterentur ſtatuere; vt ſuo loco Apoſtolus dicet. *Excluſa eſt.* Poſtquam nec aboletur peccatum, nec acquiritur coram Deo iuſtitia, ex viribus vel ex
operibus noſtris, omnis gloriationis ratio ſublata & excluſa eſt. *Per quam legem? Factorum? Non,
ſed per legem fidei.* Quoniam Iudæos potiſſimum percutit, qui mirum in modum gloriabantur
in lege, meritò ad legem alludit. Et lex quidem Moſis, non iniuria lex dicta eſt operum; vt quæ
opera multa mandabat, & ad ea adeò aſtringebat, vt ſiquis omnia non præſtaret, indubiè male-
Deu.27. Gal.3. dictionem incurreret. Et licet de Moſis lege loquatur, indita tamen lex ab operum lege non ſecluditur; quin & hoc loci comprehenditur, cum nec illa Gentes valeãt intumeſcere: lex autem
fidei, & eius vis et energia eſt, qua non ſolũ nobis præſcribuntur credenda ſed ſperanda; ad quæ
& perurget, non timore pœnæ, ſed ſtimulo charitatis.

B *Arbitramur enim, hominem iuſtificari per fidem, ſine operibus legis.* Poſſunt hæc præmiſsis inniti, vel
vt confirmatio vel vt collectio, ſiue concluſio: priori fauet (enim) in editione noſtra, poſteriori (ergo) in litera græca. At parui refert quod eligas. Et verbum, arbitror, pro recto, ſolido, conſtanti, pioque eſt accipiendum iudicio: & vox, homo, cum ſit communis, & vtrumque ſexum, & quamlibet nationem & omnem ætatem gradumque complectitur; quoniam in
Galat.3. CHRISTO maſculus non eſt vel fœmina, non Barbarus vel Scyta, non Iudæus vel Græcus; &
in Domini vineã, omni hora homines vocati ſunt. Non dixit, omnem, quoniam non omnes
beneficium aſſequuntur iuſtificationis, nam lux venit quidem in mundum, ſed homines potius
afficiuntur tenebris quàm afficiantur luci. Verbum, iuſtificari, ſumitur abſolute, ſimpliciterùe,
quod eſt, iuſtum fieri iuſtumq; declarari, in conſpectu non hominum, ſed Dei, tametſi non excluduntur, qui iuſtificantur ad tempus: nàm (vt non ſemel diximus) iuſtificatio hominis coràm
Deo, quæ in præſentia abſolutè ſimpliciterq; vocatur, & remiſſionem implicat peccatorum, &
primitias nouæ vitæ, quæ conſtat contingere multis, qui tandem damnantur. Fidei nomen perſpicuum eſt ex dictis; & medium eſt quo iuſtitiam adipiſcimur, ex vi tamen gratiæ Dei, & redẽ- *Fides, mediũ iuſtificationis aſſequendę.*
C ptionis CHRISTI IESV. Opera legis, & ſi non ſunt mala ſed bona, nõ tamen de neceſſitate cõcurrunt, immò & ſine illis iuſtificari valemus; licet quando neceſſaria forent, neceſſaria non eſſent in vi meriti, ſed diſpoſitionis ſicut & ſupra meminimus. Et quàmuis lex, hoc loci, ad ſcriptã
videatur arctari, non diſpar tamen iudicium obtinet, ſi & ad inditam recipiatur extendi. Neo
diſſonat, ſiquis Moſis legem ad cęremonias iudiciaq; reſtringat, immò & ſequentibus conſonat;
quando lex, non niſi horum ratione, particularis erat Iudæis, eò quòd moralia erãt omni nationi communia. Quod ſi probas, illuſtre eſt, quàm rectè à iuſtificandi officio reijci poſſunt, quandòquidem quæ iudicia attinent, data non ſunt vt iuſtificent coràm Deo, ſed coràm hominibus,
vt ſcilicet ſatisfiat offenſis, vt conſtat diſcurrenti per ea: quæ verò ſpectant ad cæremonias, & ſi
iuſtificabant, non tamen id faciebant ſuàpte natura, ſed ob fidei exercitium quod requirebatur in eis: & cum illa proſpicerent CHRISTVM promiſſum, eique vt promiſſo accommodata
forent, haud obſcurum, quòd eo exhibito, non modò incluſa fide, iuſtificare nequeunt, ſed
condemnare potius poſſunt; quippè quæ factò proteſtarentur CHRISTVM non veniſſe, quod
exhorrendum piaculum eſt.

An Iudæorum Deus tantùm? Quaſi omnibus contemptis, illis ſolùm attendat, faueat, proſpi-
D ciat, illiſque ſolis munus iuſtificationis indulgeat; & ſermo eſt non de Iudęis in ſpiritu, quo pacto, omnes comprehenduntur electi ex qualibet natione, ſed de Iudæis in carne, qui temerè
præſumebant, Deum ad ſe vnicè pertinere. *Nonne & Gentium?* Nàm & illis dona largitur, &
Roma.9. & 10. vbertim ad iuſtificationis gratiam introducit. *Immò & Gentium.* Quippè quas tranſtulit in plebem ſuam, & olim non miſericordiam conſequutæ, nunc ſunt miſericordiam cõſequutæ; quin
& eòuſque illi factę ſunt gratæ, vt Iudæos ad æmulationem prouocent. Nec mirum quidem, *quoniam vnus eſt Deus*, ſecundùm veritatem, tàm etſi multi ſint ſtulta hominum opinione, qui ſicut
1.Cor.8. omnia condidit, ità & ſingula ardet promouetq;, cupiẽs homines vniuerſos ſaluari, & ad verita-
1.Thi.2. tis agnitionem peruenire: apud quem nullus eſt reſpectus perſonæ, ſed omnis qui facit veritatem, ac nititur operari iuſtitiam, is acceptus eſt illi, vti princeps apoſtolorum docet: *qui iuſtificat*
Act.10. *circumciſionem*, carnis, hoc eſt Iudæorum populum, non ex opere, ſed, *ex fide: & præputium*;

hoc eſt, Gentes, *per fidem*. Et quanquam non vacat forſan præpoſitionum varietas, quia ta- E
men quod in præſenti dixit, ex fide, alibi dicit, per fidem (nos natura Iudæi, ſcientes quòd non Gal. 2.
iuſtificatur homo ex operibus legis, ſed per fidem CHRISTI IESV, ideò in illum credimus, vt
iuſtificemur) & quod modo dicit, per fidem, aliàs dicit, ex fide (præuidens, inquit, ſcriptura, quòd Ibidem. 3.
ex fide iuſtificantur Gentes) non puto anxiùs exigendum eſſe diſcrimen. Et Græcis, iuſtificat, eſt
futurum, innuens quod & hactenus ſeruatum eſt, tum Iudæos tùm Gentes iuſtificari fide, ad ex-
tremum vſque obſeruandum fore.

Legem ergò deſtruimus per fidem? Haud ignarus hebræorum ingenij, & quàm propenſi fuerant
ad calumniandum, legis immoderatiſsimo zelo, præoccupat quod forſan moliti erant obijcere;
aſſerens fidem non euertere legem, non deſtruere, non irritare, ſed potius ſtabilire, firmare, cõ-
ſtituere. Quarè & reſpondet, *Abſit*, procul ſit à nobis tàm impia cogitatio, hæc auertat Deus à
mentibus noſtris: quandòquidem legem fide non deſtruimus, *ſed legem ſtatuimus*. Et primùm qui-
Fides quo pacto, legem ſtatuit. dem ex parte noſtri; nàm cum fides legem a Deo eſſe teſtetur, qui author non eſt falſitatis, palã Matth. 22.
per illam noſtris in mentibus, non leuiter obfirmari ſtabilirique. Deindè ex parte mandati; cum Gala. 5.
enim vniuerſa lex pendeat ex dilectione, certum eſt, quòd per fidem quę legem implicat chari-
tatis, deſtrui quouis pacto non poteſt. Tertiò ex parte officij; ſiquidem lex lata eſt ad detegendũ F
deteſtandumque culpas, ad introducendum, vti pedagogus, ad CHRISTVM, quæ fides non de- Ibidem. 4.
trectat ſed probat; haud dubium quòd illi non aduerſatur, ſed fauet. Nec obſtat, ſi data eſt vſque- Matt 11.
quo deſcenderet verbum, quod fuerat repromiſſum, ſi protenſa non eſt vltrà Ioannem, ſi cru- Colo. 2.
ci eſt cum Seruatore affixa; quoniam non monet CHRISTI fides, legem habituram com-
peſcendi vim, minuſque hanc illi facultatem tradit, vſque ad nouiſſimum diem; ſed docet op-
portuno tempore fuiſſe in robore, & iure officio functam eſſe, quod præſenti loco ſat eſt.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula (Iuſtificati gratis, per gratiam Dei, per redemptionem, quæ eſt in
Pium, & fidelibus debitũ, exercitium. CHRISTO IESV) Vt tàm ingens munificentia Dei, tamque inſigne ac eximium beneficium
CHRISTI, non modo ſemper vigeant ardeantque in cordibus noſtris, illa paſſim & in dies
ſuſpicientibus, ſemperque exoſculantibus nobis, ac ſine intermiſſione, vt par eſt, gratias re-
ferẽtibus Deo ac CHRISTO pro illis, nunquã nõ flagitãtibus inſtãtibusque, precibus & obſecra- 1. The. 2.
tionibus, vt ſicut eorum in nos liberalitate, in præſenti tantorum munerum ſumus impartiti
primitijs, ita haud anguſtiori gratia, dignentur tandem elargiri copias, & opulentioribus af- G
ficere nos prouentibus: Non modo inquam, hæc noſtris ſemper verſentur in cordibus, ſed &
omni iugique ſtudio, omnem nauemus operam, vt & quod in nobis in præſenti relictum eſt
ſomitis, mortificetur, noſtris membris affixis cum CHRISTO, & quod inchoatum eſt nouæ vi- Gal. 5.
tæ, aſſiduè adoleſcat ad eorum æmulationem, qui prorſus reſurrexerunt à mortuis. Non qui- Philip. 3.
dem vt tantùm muneris præſumamus comprehendere, ſed vt probemus facto, quod ad illud tota vi-
rili debemus anniti, requirentes quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram ſunt: haud ignari quòd Colo. 2.
vita, qua in præſenti donati ſumus cum CHRISTO, mundo abſcondita eſt in Deo, & tandem
cum CHRISTVS omnibus apparuerit vita noſtra, & nos cum illo apparebimus in ſempiterna Ibidem.
gloria: Si tamen dum hic agimus, in fide ſtudeamus viuere filij Dei, qui in ſpiritu & viuit, & de- Galat. 2.
git in nobis, vt verè iuſtificati, tum verbo, tum opere, dicere cum Paulo ſine præſumptione poſ- Ibidem.
ſimus: Viuo ego iam non ego, viuit verò in me CHRISTVS.

Obſeruandum ex particula (Vbi ergò gloriatio, per legem fidei excluſa eſt) Quod etſi na-
turæ luce compertiſſimum eſt, quicquid bonitatis deprehenditur in creaturis, à Deo optimo
maximò, non ſecus ac è ſupremo ac vnico fonte, liberaliſſimè dimanare, nulliſque earum me-
ritis, ſingulas affluenter obruere: compertiſſimum & ea propter, cum in vniuerſum quæ ſunt H
condita, tum homines qui omnia mirificè continent, totum quod ſunt, eidem acceptum ferre
debere, eique ſoli omnem acceptorum gloriam attribuere; tàm ſtulta tamen, tàmque procax
eſt temeritas noſtræ carnis, vt non modo eam lucem paſsim diſsimulare conetur, ſed ſibi ſuiſ-
que viribus & operibus impudenter blandiens, & temerè & impiè non parum aliquando, tum
bonitatis, tum gloriationis aſcribat, ac eo pacto de acceptis, quaſi non acceptis, arroganter in-
ſaniens, mirum non eſt, ſi quando Dei iudicio, non modo deſtituatur habitis, ſed & his quę ſi- 1. Cor. 4.
bi videtur habere, ſicut euangelium docet. At mitto bona naturæ, quandòquidem etſi ad præ-
ſtandum ea, Deus nulla coarctatur lege, ſed cum largitur, ſuæ liberalitatis largitur electione, Matth. 15.
vnicuique tñ ſunt iam facta congenea, & quadã naturę præſcriptione quodammodo conſentanea

profectò

A profectò quàm inſignis foret veſaniæ,& quàm intolerabilis petulantiæ, de gratuitis intumeſce- Marima petulãtiaex gratuitis intumeſcere.
re,ſibiq; iuſtificationis,adoptionis,& glorificationis munus, quouis ſtudio vel opere vindicare;
quod tam gratis fit, vt indubiè pẽdeat ex gratia Dei,& redẽptione quæ eſt in CHRISTO IESV?
Ergò quicquid blacteret iudicium carnis, quicquid effutiat ſapientia mundi, cedant omnia ne-
ceſſe eſt,legi euangelicæ fidei,quæ non modo hæc præſcribit,ſed adeò ſancit,vt nulli ſecus præſu
mere liceat. Et quamquam res ità ſe habet,quamquam nemini fas eſt gloriari in ſeſe,quippe qui
1.Cor.4. nihil boni habet quod non acceperit;in Deo tamen qui largitus eſt, nullus eſt qui gloriari non
Ierem.9. 1.Thim.1. valeat, immò qui gloriari non debeat,propter quod ſcriptum eſt. Qui gloriatur in Domino glo
rietur: & ſoli Deo honor & gloria.

Obſeruandum ex particula (An Iudæorum Deus tantum? immò & Gentium) nec modo ſer-
uandum,ſed accuratiſsimè expendendnm,quanti ſit muneris, ꝙ Deus, Deus euaſerit noſtri, & Deũ, eſſe noſtrũ deũ, diligẽtiſſimè expendendũ.
eò quidem vſque, vt non ſolùm in Iudæorum ceſſerit æmulationem, ſed ruinam & ſcandalum
propter incredulitatem ſuam. Nam licet Deus, ingenti ſe liberalitate, olim prodidiſſet Iudæis,
Pſal.75. illiſque ſuum detexiſſet nomen,vt & iure dictum ſit; notus in Iudæa Dominus, in Iſrael magnũ
nomen eius: licet eo in populo multis effulſiſſet prodigijs, oraculis, munificentijs: licet valida
B manu, ex Aegypto ereptum & cœlitus enutritum, in terram tandem tranſtuliſſet optimam, &
proſtratis hoſtibus,præſcripta lege,ſibi ità pręclaram erexiſſet rempublicam,immò in egregium
regnum; nihilominus meritò peruicaciæ ac duræ ceruicis, quin & perfidiæ intolerabilis, iure
ex magna parte deſtituti fuerunt ab eo,nobis ex inſigni gratia ac miſericordia,eòrum loco repo
ſitis,ac eiſdem non ſolùm muneribus inſignitis,ſed & longè pręſtantioribus locupletatis;quippè
quibus non tantum manifeſtatus eſt Deus, ſed manifeſtatus eſt tam perſpicuè tamq; liberaliter,
Ierem.31. vt opus non ſit cuiuis dicere,Cognoſce Dominum;quoniam à maiore ad minimum,ſinguli co-
gnoſcunt eum;& ea quidem notitia,quam nobis non dedit Moſes,ſed Vnigenitus Dei;qui non
Ioan.1. modo alloquitur Deum,vt amicus amicum,ſed illius iugiter moratur in ſinu, vt nullius ſuorum
arcanorum non conſcius,quæ hauſit hauritq; noſtræ cõductura ſaluti, omnibus enarrare poſſit.
Malac.1. Nec tãtum,magnum in Gentibus,illius redditum eſt nomen,ſed ità præclarum & illuſtre, adeò
Phil.2. celebre ac ſacroſanctum,& maximè explicatum in CHRISTO, vt ad illius inuocationem, tum In Chriſto oĩa ſalutaria.
omnia genuflectant,cœleſtia,terreſtria & infernalia,tùm cuncta cuiuis eueniant proſpera,om-
nia ſalutaria,vita,reſurrectio & chariſmata ſpiritus ſancti; præſertim ſiquis ad illud,vti ad robu-
Prou.18. ſtiſsimam ſe contulerit turrim (Siquidem arx fortiſsima nomen Domini) ipſumq; vt decet, in
1.Cor.12. C ſpiritu ſancto ſupplex recoluerit,quippé qui non modo tutus erit ab hoſte,ſed & ab omni aduer
ſitate. Nec tantum innumeris nitet miraculis, donis, & ad extrema tempora immò & ſupernam
patriam ſpectantibus vaticinijs, quibus nedum mirum in modum fulget extrinſecus, ſed & lon-
ge rutilantius in eorum cordibus; vt verè ex filijs tenebrarum filij euaſerint lucis, qua in medio
Eph.5. Phil.2. nationis peruerſæ (Iudæorum ſcilicet) non ſecus ac luminaria luceant in mundo, verbum con-
tinentes vitæ, hoc eſt, euangelium veræ immortalitatis,quod tum vita, tum lux eſt hominum &
Ioan.1. maximè electorum Dei. Nec tantum nos eripuit de Aegypto,hoc eſt,peccatorum tenebris,ſed
Eccle.15. orco, ac Tyrannide Sathanæ,reficiens nos præſenti peregrinatione, panc vitæ & intellectus, &
potans aquis ſapientiæ ſalutaris;introducturus tandem in cœleſtem Ieruſalem, & terram patriã-
que ſanctorum, in qua extinctis omnibus aduerſarijs,& lege data abſolutiſsimę libertatis,ac cõ-
ſummatę beatitudinis,non modo illa euadamus ciuitas ſumme fœlix,ſed & regnum,Deo imper
1.Cor.5. ſcrutabili modo acceptum,quando nouiſsimo adueniente die, CHRISTVS illud Deo reſigna-
bit & patri, vt Apoſtolus docet.

Enarratio ſeptimi membri, portionis ſuprà ſcriptę.

D
CAP.4. *Quid ergo dicemus &c.* Cum pręſenti inſtituerit portione, eam thematis abſoluere partem,
qua Dei iuſtitiam, accipiendam ac poſsidendam dixit,non ex operibus legis,ſed ex fide in fidem
pręter ea,quę hactenus pręſtita ſunt,vt rem ſuis numeris compleat, poſtremo hoc mẽbro, illam
nititur confirmare ex his,quę in Abramo,in quo vnice gloriabantur Iudęi,compertiſsima ſunt;
oſtendens illum iuſtificatum eſſe,non ex operibus,ſed ex fide, quin & iuſtitiam antè circunciſio
Gal.5. nem nactum,quę totius legis eſt baſis,vt aliàs apoſtolus docet. Orditur autem, quęſtione propo
ſita, pręoccupans quę poſſent obiectare Iudęi, *Quid*, inquiens, *dicemus*, ſi non ex operibus, ſed
ex fide in fidem,iuſtificatur homo, *inueniſſe*, quid apud Deum conſequutum eſſe, *Abraham*,ſiue
mauis Abram,qui non modo coram illo extitit iuſtus,ſed vnice charus,*patrem noſtrum*, qui natu
ra ſumus hebręi, *ſecundum carnem*, carnis ex illo trahentes originem? Quid, inquàm, illum re-
ſponde

ſpondebimus inueniſſe (planè quidem ac indubiè ex operibus legis; in quibus adeò extitit ſtu- E
dioſus ac ſedulus, vt Dominus illius atteſtatus ſit filio, quòd aſsiduè obedierit voci ſuæ, & ambu- Gene. 26.
lauerit in omnibus mandatis, & ceremonijs eius; & demùm quòd omnes leges, omniaque illius
ſtatuta & præcepta abſoluerit) ſi iuſtitiam non nactus eſt coràm eo? Cui & ſi valuit ſatisfacere, aſ-
ſerens illis ex operibus, conſequutum quidem, ſed in poſteris, terram Chanaam, aut etiam quòd
illius ex ſemine, re ipſa progigneretur Meſsias, in quo non modo benedicendę erant Gentes, ſed
& ab ipſo totus hæreditandus mundus; eo tamen diſsimulato, ſat ducit oſtendere illum non iuſti
ficatum ex operibus legis, ſed ex imputatione fidei, quod & præſtat inferendo abſurdũ: *Si enim*,
ſubdit, *Abram ex operibus*, legis, *iuſtificatus eſt*, profectò nõ niſi apud hoĩes iuſtificatus eſt, apud
quos & gloriationem habet, quandoquidem eorum iudicio illuſtris & clarus eſſe poteſt, *ſed apud
Deum*, gloriationem iuſtificationis, *non habet*, apud quem manet obſcurus; quippè qui in tene-
bris manet peccatorum, & corruptione vetuſtatis vitæ, in quibus ſiquis manſerit, caret, vt di-
ctum eſt, gloria Dei. At hac in re conſulatur ſcriptura. *Quid enim*, illa, *dicit?* hoc profectò, quòd
Credere deo deũ, & in deũ aliquãdo cõfundi. *credidit Abraham Deo.* Non damno, ſed conſtantiſsime probo, doctrinam Patrũ, & maximè Au-
guſtini diſcrimen retinentem inter credere Deo, Deum, & in Deum, ſed hæbræorum ritu, nõ
renuo hæc aliquando confundi, & ꝙ hoc in loco vnum ſit dictu, credidit Deo, & in Deum; quin F
& Geneſis decimo quinto, vnde ſumptum eſt, præpoſitio eſt appoſita, licet ablatiuo iuncta (quo
niam in Deo, legitur) conſtat tamen nihil officere, ſi eo idiomate in auferendi aut accuſandi ca-
ſu, aliquando loquamur: quare perinde erit in Deo, ac & in Deũ, vt exercitatis in ea lingua cla-
riſsimè liquet. Hæc ideo ſubnotamus, quia obſcurum non eſt, ſermonem in præſenti fore de fide
viua, ac diuina charitate formata, quæ & operatur per dilectionem; quod & Apoſtolus exprimit, Gal. 5.
cum non longè poſt ſubijcit, quòd credenti in eum qui iuſtificat impium, illius fides imputatur
ad iuſtitiam, palàm docens, præmiſſum ſe non ponderare diſcrimen, ſed vnum de vtriſque iudi-
cium facere: *& reputatum*, rectius, imputatum, quod & gratuitum non nihil includit, *eſt ei*, pro-
Ad iuſtitiam imputari, qd hoc in loco. fectò à Deo, *ad iuſtitiam*, hoc eſt, meo iudicio, ad cumulum perfectionis & fœlicitatis. Siquidem
(ſi non fallor) non eſt mens apoſtoli, Abraham tunc credentem Deo, ex impio redditum eſſe iu-
ſtum; cum indubiè & antea Deo crediſſet (nàm & fide, vt aliàs ſcribit apoſtolus, obediuit in lo- Hebr. 11.
cum exire, quem accepturus erat in hæreditatem) & propterea & iuſtus effectus eſſet; aliàs nec ſi-
bi apparuiſſet Deus, nec illum alloquutus eſſet, tàm amice, aut pollicitus tàm ingentia: non illi Gene. 12.
Abraham erexiſſet altare, non mactaſſet victimas, nec tàm eximie benedictus eſſet à Melchiſe-
decho. Et præter id, quòd & iuſtitia non rarò in ſcripturis, inſignem exprimit perfectionem, & G Gen. 14.
primitias repromiſſæ fœlicitatis, haud obſcurum hunc loquendi ritum, literis diuinis non inſoli-
tum; cum & de Phinees ſcriptum ſit, quòd zelante eo pro Deo, ac virum mulieremque perpe- Pſal. 105.
tràm in lupanari agentes, necante, illi ad iuſtitiam imputatũ eſt, quin & Mathatias, nonne inquit
& Abramus in tentatione (profectò qua tentauit eum Deus, Gene. 22. cap.) inuentus eſt fidelis, 1. Mac. 2.
& ad iuſtitiam illi imputatum eſt? Nec ob id, Paulus deſerit inſtitutum, quo fide docet nos ab im
pietate recedere, ac iuſtitiam pariter ſubinduere; quandoquidem ſicut compertum eſt in opera-
tione naturæ, quòd ex eiſmet rebus, quibus conſtat vnumquodq;, alitur & vegetatur, (nam mix-
ta aluntur, ac vegetantur ex mixtis) ità & opportune compertum eſſe debet, in operatione gra-
tiæ, & ob id, quòd ſicut in ea fide conſiſtimus, quæ per charitatem operatur, ità & eamet nutria-
mur, adoleſcamusq; noſtro adhibito ſtudio meritoq;, neceſſarium ſit: ergò vt alterum, alterum
inſerat neceſſe eſt. Ergò ſi fide de qua ſermo, ab impietate recedimus, & iuſtitiam ſuperindui-
mus; indubie eamet fide amplius iniquitatem explodimus, paruuloſque nunquam non ſuppulu
lantes, ad petram collidimus, & in iuſtitia proficimus, ac locupletiores euadimus; vt quæ ſanctis Pſal. 136.
fructibus grauida, nunquam ſe (occaſionem nacta) non exerit, ac medijs virtutibus, donis, ac ſpi
ritus ſancti chariſmatibus, quibus fulcitur, locupletaturque, nunquam in frugem multàm non H
erumpit, ſcaturitque; vt illi quidem, haud iniuria, vti radici, & virtutibus ac muneribus alijs, vti
proximis ramis (vt ità loqui liceat) omnis referendus ſit fructus, omnis auctio, ac iuſtitiæ locuple-
tatio. Quare non diuertit Apoſtolus, ſed ſacramentum detegens, rem ſolide ſtatuit: expreſſo,
quod intentum valida ratiocinatione infert, concluditque.

Sed eſtò, inquis, rem ſic exponas, palàm quòd frater Domini, Paulo eſt aduerſus, Abraham aſ- Iac. 2.
Conciliantur Paulus & Iacobus. ſerens, non iuſtificatum ex fide ſed operibus, dum obtulit immolandum Iſaac, eòque pacto ſcri-
pturam impletam eſſe: Credidit Abraham Deo, & illi ad iuſtitiam imputatum eſt. At ſi rem per-
ſpicaciter diſcutis, Iacobus Paulo non reclamat, ſed illuſtrat. Siquidem cum Paulus loquatur de
fide non inani, non ſterili, non ocioſa, ſed opportunis loco & tempore prodente, ac manifeſtã-

teſeſe,

A te ſeſe, haud dubium, quòd opera quæ comitantur eam, non intendit excludere. Quare & cũ do-
cet Abramum ex fide iuſtificatum, docet ea fide iuſtificatum, quæ opportunè exit in opus: ergo
& ea de fide intellexit, qua Abramus, inſtante hora offerendi filium, in opus tàm præcelſum pro
rupit: ergo & iure riteq;, eo tempore, ſicut Abrami fides maxime reddita eſt illuſtris, maxime-
que perfecta; ità & ſcriptura, quæ de ea loquitur, maxime eſt impleta maximèque abſoluta. Qua
re nulla inter Apoſtolos offenditur diſcrepantia, nulla controuerſia; præter id, quòd Paulus de
operibus legis loquitur, vt fidei condiſtinctis, & Domini frater, de eiſdem ſermonem habet, vt
fidei filijs fructibusque; quæ conſtat minime repugnare. Ergo & ſi fides Abrahæ operibus coo-
perans bonis, cum Deo credidit promittenti ſemen, ad iuſtitiæ cumulum fecit, non modo quia
fides, ſed & maximê, quia viua, & operibus grauida, potiſsimum tamen iuſtitiam locupletem red
didit, quando in tàm heroicum progreſſa eſt opus, ꝙ iugulo vnigenitum obtulit.
Pergit reddere adhuc illuſtrius, Abraham ex operibus non iuſtificatum, eo vſus medio, ꝙ Iuſtificatio de qua ſermo, nõ commenſuratur merito.
iuſtificatio, de qua ſermo, non commenſuratur merito, ſed gratuita imputatione; & aſſumit aſ-
ſertionem nedum omnibus notam, ſed & maximè probatam, quòd ſcilicet, *ei qui operatur*, debe-
tur merces, *eaq; non imputatur illi ſecundum gratiam*, nõ gratuita imputatione, *ſed ſecundum debitum*,
B proculdubio diſtributiuæ iuſtitiæ, quæ reddit omnibus quæ ſua ſunt: & planè vis operis exigit, vt
Mat. 20. propria afficiatur mercede, vel iuxta condictum, vt in parabola vineæ, vel iuxta laborem, vt Pau
1. Cor. 3. lus aliquando ſcribit; & propterea vt non afficiatur gratis, ſeu imputatione, ſed iure meritoque,
idque commenſuratione, ac æquiſsima lance. E' diuerſo autem, *ei qui non operatur*, & propterea
cui iure non ſubſcribitur merces, *credenti autem in eum, qui iuſtificat impium*, fide proculdubio viua
operibuſq; fœcunda, *reputatur*, vel (& rectius) imputatur, aſcribitur, *fides eius*, à Deo, *ad iuſtitiam*,
Ioan. 6. eo ſenſu quo ſuprà. Sed dicis: Nonne & credere eſt opus? Eſt planè, ſed Dei, vt Euangeliſta ſcri
Eſai. 26. pſit, nec ea communi ratione, qua omnia opera noſtra, & ſunt & dicuntur opera Dei, vt Prophe Credere quo opus eſt dei.
ta teſtatur, ſed & eo peculiari reſpectu, quo præ omnibus, vim captumq; tranſcendit humanũ, ut
non immeritò, volenti credere captiuandus ſit penitus intellectus, poſtergandum omne iudiciũ
2. Cor 10. carnis, & contemnenda quæuis ſapientia mundi. Et licet nemo credat, niſi velit, nulli tamen du
bium, neminem velle efficaciter credere (de CHRISTI fide loquimur) niſi diuino præueniatur Nemo efficaciter credit, niſi diuino præuentus fauore.
munere, quo vt velit, inſpiretur, iuuetur, ſuadeatur, ſicut alibi locupletius diximus. Et quamquã
Ad Eph. ſcilicet. hæc, communia ſunt multis operibus iuſtis, fidei tamen eò vberior eſt præuentio, eò vrgentior
C inſpiratio, quò opus eſt & præſtantius, & longè natura noſtra ſuperius; ſimpliciter congruens
2. Pet. 1. prædeſtinatis, quos Deus adoptauit, & in conſortes ſuæ naturæ aſciuit. Amplius: opus, quod eſt
credere, bifariam intelligi poteſt, ad iuſtitiam apud Deum aſcribi; vno modo, quia caret omni
meriti ratione, & hoc pacto in præſentia non conceditur, quoniam non eſt ſine gratia & charita
te Dei, quæ meriti vim includunt; alio modo, quia longe illi ſuprà meritum retribuitur, & hoc
ad mentem procedit Apoſtoli. Siquidem ea eſt fidelium operum ratio, vt illis longe amplius im
putetur, quàm operis meritique vis & natura requirit; vt quæ non præmiantur ſolo merito rei,
ſed iuxtà liberalitatem patris; qui non confert nobis vt ſeruis, mercedem, ſed vt filijs cœleſtem
Ioan. 1. hæreditatem (Et quidem non ſolum credendo nanciſcimur facultatem, vt filij Dei ſimus, ſed vt
Gal. 3. re filij euadamus, vt aliàs apoſtolus dicit) Tale quidem eſt propoſitum, talis eſt deliberatio, decre
tum, definitio gratiæ, hoc eſt, beneuolentiæ Dei, vt verba exprimunt quæ interpres aliquis addi
dit, quæ etſi vera ſunt, in textu tamen non ſunt.
Confirmat & quod dixit, authoritate prophetæ: *Sicut*, inquit, *& Dauid dicit*, pſalmo. 31. *Beati*
tudinem hominis eſſe, cui Deus acceptò fert, ſeu imputat, idem enim eſt verbũ, quod ſuprà *iuſtitiam*, Iuſtitia fidei, primitias cõplectitur fœlicitatis.
nàm & illa, primitias continet fœlicitatis, *ſine operibus legis*, cum de illis nullam mentionem fa-
D ciat. Et ſubdit verba Prophetæ: *Beati*, in primitijs ſunt, *quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum te-*
cta ſunt peccata. Et ſi multos hæc patiuntur interpretes, ritè tamen poſſunt hunc in modum expo
ni; Vt iniquitas hoc loci, nomen ſit ſceleris, capitaliſque flagitij, quod iuſtificationem præcedit;
& peccatum, nomen ſit leuioris delicti, vel culpæ (vt vocant) venialis, quod & in iuſtificatis ad-
mittitur. Ergò ſenſus eſt, quòd in fœlicitate iuſtificati hominis, quæ vt diximus, primitias conti-
net, primum remiſſæ, condonatæ, deletęque ſunt omnes iniquitates (ſiquidem & prima iuſtifi-
cationis pars eſt remiſsio culpę) & in baptiſmo quidem ſimpliciter, quoniam eo non modo de-
letur offenſa, ſed pœna: in pœnitentia verò non, communi lege, ſimpliciter, quoniam etſi ſem-
per remittitur culpa, non raro tamen ſupereſt pœnę reatus: deinde conteguntur peccata, quan-
doquidem licet iuſtificatus in nouam tranſierit vitam, dum tamẽ in hoc verſatur agone, in mul-
Prouer. 14. tis offendit (nàm & iuſtus non ſemel cadit in die) quę cum non ſint lethalia, facile oculis diuinis
teguntur,

E Prouer. 10. 1. Petr. 4. Roma. 13. Eph. 4. Colo. 3.

teguntur, tùm operibus charitatis quibus inuigilant, quæ & multitudinem poterit peccatorum, tùm fauore ac patrocinio CHRISTI, quem in dies induere ſatagunt, ſub cuius vmbra nil videri poteſt obſcœnum, nil ſordidum, quod oculos cœleſtis patris offendat. Et quamquàm in iuſtificatis relinquatur fomes, quamquàm antiquæ tranſgreſsionis deprehendatur veſtigium, quod frequenter aliquid aduerſus vitæ ſanctitatem intentat, ſuggeritque; dum tamen non ſit dolus in ſpiritu, vt Propheta ſubijcit, dummodo mente non conſentiatur, ſed Dei legi militetur, nihil efficit damnationis: propter quod ſequitur. *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Nã compertum eſt in apoſtolo, fomitem appellari peccatũ, illudq; non imputari exiſtentibus in CHRISTO, qui non ambulant ſecundùm carnem, ſed ſpiritum. Et interrogando ſubiungit. *Beatitudo ergò hæc*, de qua Dauid, quæ & inuenta eſt in Abraham, *in circumciſione*, & ob id, in legis obſeruantia, *tantum manet*, hæc non leguntur Græcis, *an in præputio?* En interrogatio, quo ſcilicet in ſtatu, Abramo contigerit. *Dicimus enim*, in quo eſt pondus, quòd, *Abrahæ fides, imputata eſt ad iuſtitiam: Quomodo ergo imputata eſt? in circumciſione, an in præputio?* Et quidem, *non in circumciſione, ſed in præputio*, quoniam nondum fuerat circumciſus, cum Deo credidit & ad iuſtitiã ei imputatũ eſt.

In iuſtificatis & ſi fomes aliquid ſemper effutiat, non nocet tñ ſine cõſenſu.

Pſal. 31.

At percunctaris. Si Abraham non eſt ex circuncіſione iuſtificatus, cur ergo eſt circuncіſus? Respondet. *Et ſignum* quidem, *circumciſionis*. (Si enim non fuiſſet ſignũ, non dixiſſet Deus Abramo, & poſteris, erit ſignum pacti inter me & vos) *accepit*, & quidem mandante Deo, & tali interminatione, vt exterminaretur maſculus, qui non foret circumciſus: tàmetſi non accepit ad iuſtificationem, ſed iuſtitiæ repræſentationem, quippè qui eam accepit, vt, *ſignaculum iuſtitiæ fidei*, nàm circumciſio carnis, circumciſionem ſignificat cordis, quæ non eſt manufacta, ſed digito ſpiritus ſancti completa, non in expoliationem corporis carnis, ſed corporis peccatorum, in circumciſione CHRISTI, vt aliàs apoſtolus dicit: *quæ*, iuſtitia fidei, quæ expoliatio corporis peccatorum, *eſt*, facta, non in abſciſione carnis, ſed, *in præputio*, quoniam facta eſt, quando Deo credidit. & per hoc antequàm mandatum circumciſionis acceperit. Nec modo circumciſionem in ſignũ accepit iuſtitiæ fidei, ſed & ſpiritualis paternitatis: propter quod, & ea in parte, illam accepit, quę inſtrumentum eſt generationis, ex qua & illud erat propagandum ſemen, in quo circumcidendi erant omnes electi, qui & repromiſsionis ſunt filij, circumciſione ſpirituali. Vnde & ſubdit. *Vt ſit pater*, non carne, ſed ſpiritu, non natura, ſed imitatione, *omnium credentium*, hoc eſt, circumciſorum ſpiritualiter. Et præputiatorum quidem, *per præputium*, (non enim circumciſioni ſpiritus, repugnat præputiatio carnis, cum & Abraham ſpiritualiter circũciſus ſit in præputio) *vt & illis*, Deo credentibus cum Abramo, ad iuſtitiam, *imputetur*, cum illo. Circumciſorum verò ſecũdum carnem, dummodo circumciſi etiam ſint, ſecundùm ſpiritum, ſicut & dicit. Vt, *& pater ſit*, etiam circumciſionis, ſed, *his, qui non tantùm ſunt ex circumciſione*, in carne manufacta, *ſed & qui ſectantur*, omni ſtudio, *veſtigia fidei*, nàm ſi filij Abrahæ eſtis, Abrahæ opera facite, *quæ eſt in præputio, patris noſtri Abrahæ*, non carne, non natura, non lege, ſed ſpiritu & imitatione.

F Gen. 17. Ibidem.

Coloſſ. 3.

Circũciſio in Abramo ſignũ ſpiritualis paternitatis.

Rom. 9.

G

Colo 2. Ioan. 8.

Non enim per legem, promiſsio Abrahæ. Cum enim credentes ſint in Abrahæ filios repromiſsi, quoniam non filij carnis, ſed promiſsionis, in eius eſtimandi ſunt ſemen, vt Paulus ſuo loco dicet; commode confirmaturus paternitatem Abrahæ, ad promiſsionem ei factam ſe confert, vt vtramque ex vno fonte dimanare conuincat. Dicit ergò, quòd promiſsio Abrahæ facta, *aut ſemini eius*, nàm & Iſaac repetita fuit, *vt hæres eſſet mundi*, ad differentiã promiſsionis terræ Chanaan, non eſt facta vti adimplenda per legem, *ſed per iuſtitiam fidei*, & per hoc non eſt adimplenda in carne duntaxat circumciſis, ſed in omnibus credentibus. Siquidem cum promiſsio mũdi facta Abrahæ, foret adimplenda in CHRISTO, in quo hæres factus eſt, cum omnibus credentibus, vniuerſarum rerum; quandoquidem hæreditatis capitis, nequeunt membra eſſe expertia; haud dubiũ, quòd non aliter illi congruit, quàm vt ſpectat ad CHRISTVM: ergo & eam ob rationem, qua & iuſtitiam eius per fidem adeptus eſt. *Si enim qui ex lege*, & non ex fide ſunt, *hæredes*, mundi, *ſunt*, hoc eſt, ſi ex lege eſſet conferenda hæreditas, profectò, *exinanita eſt fides*, non modo noſtra, qua Deo credimus, vt quæ fruſtratur promiſsione, ſed Dei: & de hac maxime loquitur, nec modo exinanita eſt Dei fides, qua facere habet, quod dixit, *ſed, &, abolita eſt promiſsio*, qua ſuam fidem aſtrinxit. Et rationem affert. *Lex enim*, inquit, *operatur iram*, tùm quia propter trangreſsiones eſt poſita, vt in illas animaduertat, tùm quia cum tale extiterit iugum, quòd etiam Patres non potuerint illud perferre, neceſſe erat, vt Deum ad indignationem prouocaret, & ità quãtum ex ea fuit, vt à pollicitationibus illum auerteret. *Vbi enim non eſt lex*, non eſt, contrà non ſeruantes, ſuccenſendi occaſio, quoniam ea non exiſtente, *non eſt præuaricatio*, eius, non eſt, qui cõtraueniat mandatis, quæ nulla ſunt lege præſcripta.

Cap. 9.

Gene. 26.

Promiſſio mũdi, adimplẽda p Chriſtum.

Heb. 1.

H

Lex quõ, dei operatur irã.

Galat. 3. Acto. 15.

Ided

A *Ideò ex fide.* Si non ex lege, per locum à ſufficienti diuiſione, *vt ſecundum gratiam, firma ſit promiſſio omni ſemini.* Lex Moſis cum ſit lex operum, mercedem præſtolatur ex debito, & quoniam nemo eam præſtitit, haud dubium quòd nequit firmiter præſtolari: At fides quæ innititur gratię (nouit enim Deum credentibus, ſua pro liberalitate fauere, & iuſtitiam per beneficium CHRISTI gratuito impartire) conſtanter, firmiterq; quod Deus pollicitus eſt, expectare poteſt; quip-
Eccle.27. pè quod non pendet ex nobis, qui vti Luna mutamur, ſed ex Deo, qui in ſeſe mutari nõ poteſt. *Non et qui,* legendum eſt quod, ſemen enim refert, *ex lege eſt, ſolùm,* vt carnales Iudæi, *ſed & et qui,* legendum eſt quod, *ex fide eſt Abrahæ,* ſiue ſit natura Iudæus, vel Græcus, *qui eſt pater omnium noſtrum,* qui credimus, etiam ſi ſimus Gentes, ſicut ſcriptum eſt Geneſi. 17. *Quia patrem multarum* Abrã cur mutatum eſt nomen.
Gentium poſui te: propter quod, & Deus qui hæc ſibi locutus eſt, nomen ei permutauit, & voluit vt vltrà non vocaretur Abram, ſed Abraham, vt eò loci patet, *Ante Deum,* & ſi non corã hominibus, *cui credidit,* & hæc ſunt verba apoſtoli, licet ſiquis legeret, credidiſti, nil obſtaret, vt eſſent verba Dei. *Qui,* ſua præpotẽti virtute, *viuificat mortuos,* non ſolùm corpore, vt de nonnullis legitur tempore legis, & de pluribus tempore gratiæ, ſed & ſpiritu, anima nè, quod opus eſt non modò
Ioan.11. difficilius, ſed maius quam creatio cœli & terræ, dummodo credant in eum: nàm omnis qui cre
Acto.10. B dit in illum, & ſi mortuus fuerit, viuet, vti Euangelium docet. *Et uocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt.* Siquidem non eſt reſpectus perſonarum apud Deum, nec eſt diſtinctio coràm illo Iudæi & Græci. Cum enim gentes ſorent natura peccatores, atheæ, ſine ſpe, ſine promiſſione, à Deo videbantur neglectæ, & quaſi nihil exiſtimatæ propter quod & præteritis ſeculis, illas dimi
Act.14. ſit ingredi vias ſuas: contrà verò Iudæi, ex lege videbantur ſancti, Deum agnoſcentes, ac ſuis pro
Infra.10. miſſionibus gloriantes, illius præcipuè videbantur curæ, & magnæ apud illum æſtimationis; & tamen aduenienate tempore gratiæ, ſicut plebs quæ nõ videbatur Dei, eſt facta plebs Dei, & quæ non fuerat miſericordiam conſequuta, miſericordiam eſt conſequuta, ità & quæ videbatur eſſe
Pſal.49. nihil, poſthabita non eſt ei, quæ videbatur eſſe aliquid; quandoquidem in CHRISTO, Deus non ſtatuit, ſolùm ſibi reconciliare Iudæos, ſed mundum; non modo fæces ſuſcitare ex Iſrael, ſed ex omni tribu, & natione, vt Deus non modo Deus ſit Iudæorum, ſed Gentium, vt Paulus in pręcedentibus dixit. *Qui* Abraham, *contrà,* ſeu præter, *ſpem,* naturæ, erat enim centenarius, & Saræ defecerant muliebria, *credidit,* in illam ſe reijciens, ac penitus ſe illi committens: *Vt fieret Pater multarum gentium,* non redditur, meo iudicio ratio, cur ſe diuinæ pollicitationi commiſit, ſed effectus preſtitæ fidei. Nam eo in ſpem, præter ſpem credente, non immeritò factum eſt, vt reipſa
C Pater euaderet multarum Gentium, *ſecundùm quod et dictum eſt,* Gen. 15. oſtenſo ſibi cœlo & ſtellis, *Sic erit ſemen tuum, planè innumerabile,* quod & explicatur ſubiunctis, quanquam non ſint in codicibus gręcis, *ſicut ſtellæ cœli, & arena maris. Et non eſt infirmatus in fide,* ex impoſſibilitate naturę, *nec conſiderauit corpus ſuum emortuum,* hoc eſt effętum, inualidumque, *cum iàm ferè centum eſſet annorum, &,* quod non minus vrget, *emortuam uuluam Saræ,* nõ modo quia ſterilis, ſed quia anus quãdoquidem ſi fuiſſet iunior fœcundaq; mulier, res non foret adeò inopinata, cum & poſt prolem
Gen.17. Sarę, eidem filij nati ſint ex Cęthura. Et quanquam Abraham, filij promiſſione audita, primùm viſus ſit hæſitaſſe, vtinam inquiens, viuat Iſmael, ignorans an iuxtà verborum ſonum, an potius iuxtà myſterium aliquod, foret recipienda promiſſio; poſtquàm tamen certior factus eſt, reuelãte Deo, quòd vere filium pareret Sara, conſtantiſſimè omni hęſitatione remota, perſuaſus eſt, vt hic Apoſtolus dicit. *In repromiſſione,* gręcè legitur, in promiſſione, *etiam Dei,* qua ſibi eſt pollicitus ſemen, in quo omnes benedicerenter Gentes, *non hæſitauit diffidentia,* quando illum iuſſus eſt ĩmolare, *ſed confortatus eſt fide,* propter quod, & ſcriptum eſt, ꝙ ea in tentatione inuentus eſt fide
Eccle.44. lis, *Dans gloriam Deo,* qui ſicut illum dederat, ità & ſubripere poterat, *pleniſſime ſciens, quòd quæ-*
Cap.11. D *cunque Deus promiſit, potens eſt & facere,* quin & arbitrans, quòd à morte excitaret eum, vt ſuę pol-
Iac.2. licitationi maneret, ſicut & ad Hebręos, exprimit. *Ideò,* non immeritò tàm eximium opus, *et ad*
1.Mac.2. *iuſtitiam imputatum eſt,* vt Iacòbus, ac Mathatias atteſtati ſunt. Et conuerſus ad quos ſcribit, & per illos ad nos omnes, *Non eſt,* inquit, *ſcriptum tantum,* propter, *ipſum* Abraham, *quòd illi imputatum eſt ad iuſtitiam, ſed, &,* maximè *propter nos,* qui illi promiſſi ſumus vt filij, *quibus & imputabitur, credentibus,* quidem, *in eũ qui* IESVM CHRISTVM *ſuſcitauit à mortuis,* in qua re, maxime verſa- Cardo fidei, reſurrectio Chriſti.
tur fides: quoniam CHRISTI reſurrectione contempta, fides eſſet inanis, & euangelium prorſus inutile, ſicut aliàs apoſtolus docet. *Qui traditus eſt,* in mortem, tùm à patre (Propter ſcelus
1.Cor.15. populi mei percuſſi eum) tùm à ſe (Holocauſtomata pro peccatis non placuerunt tibi, tunc dixi,
Eſa.53. Ecce venio) *propter delicta noſtra,* expianda, abolenda, delenda, mulctanda, *& reſurrexit,* excitatus,
Heb.10. Acto.1. Ioan.10. tùm à Patre (Hunc ſuſcitauit Deus tertia die) tùm a ſe (Ego pono animam meam, & iterum ſu-

mo

mo eam,) *propter iuſtificationem noſtram.* Finis mortis CHRISTI, abolitio eſt peccati, vt peccatũ E
ſcilicet moriatur (nàm quòd mortuus eſt, peccato delendo mortuus eſt) finis reſurrectionis
eius, abſolutio conſummatioque eſt iuſtitiæ; quoniam ſi reſurrexit CHRISTVS, reſugemus & 1.Cor.15.
nos, in qua reſurrectione nihil in nobis relinquetur, qnod ſummæ non atteſtetur iuſtitiæ: 2.Cor.5.
quippè qui euademus iuſtitia Dei, coniuncti omni ex parte iuſtitiæ CHRISTI, qui & omnia erit in omnibus.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula (Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam) Vt
non modo hæc nitamur intelligere, quod & Dæmones faciunt: ſed opere adimplere, quod di-
Qũo credendũ nobis, vt credamus cũ Abramo.
ſtrictè exigetur à nobis. Siquidem illa ſcripta non ſunt propter Abraham, ſed ſcripta ſunt pro-
pter nos; vt imitantes fidem eius, iuſtitiam aſſequamur cum illo. Ergò vt credamus cum Abra-
mo, nobis credendum eſt firmiter, quoniam ità credidit, quòd non eſt infirmatus in fide: cre- Iac.1.
dendum eſt confidenter, quoniam ità credidit, vt diffidentia non hæſitaret, haud inſcius, quòd
hæſitans diſsimilis non eſt fluctui maris, qui facilè vento mouetur ac circunſertur, vt accidit mi-
nus roboratis in fide, qui non ſecus ac paruuli fluctuantes impelluntur quouis flatu doctrinæ, in F Eph.4.
nequitia hominum, in aſtutia: Credendum eſt Deo, nos noſtraque committẽdo manibus eius, 1.Pet.5.
optimè perſuaſos, quòd illi eſt cura de nobis, & ea cura, vt nec capillus, ſine fruge, cadat de ca- Luc.21.
pite, & quicquid agimus patimurvè, & electis maximè, in ſucceſſum cedat. Nec modo creden- Rom.8.
dum eſt Deo, ſed in Deum, affectu actibusque tendendo ſemper in eum: vt omnibus ſuæ maie-
ſtati dicatis, ipſa re teſtemur, non ſolùm quòd in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus, ſed & quòd
nihil poſsidemus noſtri, non ignari quòd nos, pluſquàm nos illi debemus, & CHRISTO; cui & Acto.17 Ioan.17.
iure nos tradidit, qui tanto impendio nos redemit. Ergò ſi filij ſumus Abrahæ, fidem æmulemur Ioan.8.
Abrahæ, vt ad hæreditatem totius mundi, admittamur cum eo, illius effecti membra & corpus,
cui Pater cuncta dedit in manu, & hæredem vniuerſorum inſtituit, vt omnibus eius bonis potia- Ioan.3. Heb.1.
mur in eo, cui ſempiternus honor & gloria.

Obſeruandum ex particula (Signaculum iuſtitiæ fidei) Quòd cum circuncifio, iure cedat ba-
ptiſmo, non ritu, ſed ſignificatione, idque vt vmbra corpori, & figura veritati; haud dubium, &
Collatio circũciſionis & baptiſmi.
ipſum in renatis, fidei denotare iuſtitiam, ſed eò perſpicacius, quò exactius & excellentius. Qua- Exo.4.
de re, & ſi plura vtrorumque ſint ſymbola (vt quòd illa cultro agebatur lapideo, hic Dei verbo, Ioſuæ.5.
quod eſt gladius anceps, per miniſterium CHRISTI (nam ipſe eſt, qui baptizat) qui ſpiritualis G Heb.4. Ioan..1
eſt petra: illa abſoluebatur octaua natiuitatis, hic poſtremum ſortitur effectum, octaua reſurre- 1.Cor.10.
ctionis: illa profeſsio erat legis moſaicæ, hic euangelicę: illa familiæ aſcribebat Abrami, hic do- Luc.1.
meſticis Dei: In ſumma: de illa ſcriptum eſt, maſculum incircunciſum, exterminandum de popu- Phil.3. Gal.5.
lo ſuo, de hoc inuulgatum eſt, qui renatus nõ fuerit per baptiſmũ ſecludendum à regno cœleſti) Gene.17.
Vt tamen rem attinet, eò præſtantius, baptiſmus character dicitur iuſtitiæ fidei, quò & ambas il- Ibidem.
lius exprimit partes, & quę eſt circunciſioni communis, denotat locupletius. Ambas inquam ex- Ioan.3.
primit partes, quoniam & expiationem continet peccatorum, & nouitatem cõplectitur vitæ, il-
lam in ſubmerſione aquę, hanc in emerſione ab ea (nàm in CHRISTI ſubmergimur mortem, & Roma.6
in nouam cum illo emergimus vitam, ſepelimur enim in baptiſmo cum eo, non vt maneamus ſe-
pulti, ſed vt excitati, indeque emergentes in vitæ nouitate proficiſcamur cum eo) ſed, vt commu-
nem ſignificationem ſequar, palàm eſt ꝙ circunciſione, concupiſcentię denotatur prçciſio, at ba- Col.2.
ptiſmo illius mortificatio: illa corpus minuitur peccatorum, hoc omnia excutiuntur peccata: illa Rom.6.
vtcumque proſpicitur generationi carnis, hoc regeneratur homo in ſpiritu: illa vtcumque renũ-
ciatur Adę, hoc crucifigitur vetus homo: illa ſubſcribitur CHRISTO venturo, hoc CHRISTVS H
induitur mortuus, & reſuſcitatus: denique illa iuſtitię fidei erat tantum ſignaculum, hic eſt etiã
Baptiſmo tincti peccato ſunt mortui.
conferens inſtrumentum. Ergò baptiſmo donati, agnoſcamus nos mortuos eſſe peccato, vt ni-
tamur ne vltrà viuamus in eo: agnoſcamus nos reſuſcitatos cum CHRISTO, vt vitam reſuſcitato-
rum ſectemur, aſsidue ſtatuentes prę oculis, quòd politia noſtra in cœlis eſt, ad quam iugiter ſuſpi-
remus, & poſtergãtes quę retrò ſunt, ad brauium ſupernę feramur vocationis, vt quò ingreſſum phil.3.
eſt caput, tandem ingrediantur & membra.

Obſeruandum ex particula. (Vt ſecundum gratia firma ſit promiſsio.) Quòd etſi quę Deus
Promiſſa a Deo ex gr̃a ſpẽda ſunt.
ſimpliciter pollicetur, indubitanter expectanda ſunt: etſi ad ea pro virili contendendum eſt, illa
tamen ex ſpe, præter ſpem requirenda ſunt; cum & ad ea aſpirandum ſit, ſpe diuinę gratię, & nõ
ex ſpe operationis noſtrę. Non eo quidem pacto, vt concipiamus ſpem fidelium abijcere, vel

contem-

A contemnere opera noſtra, non vt ſtatuamus illis vt decet, nos inniti non poſſe, ſed quia cum nos
Roma. 8 fugiat, an ſint in gratia Dei, & per hoc an pollicitationis capacia; ne tandem arundini innitamur
Luc. 17. inani, tutius ſatiusq́; eſt, nos illis minimũ attribuere, memores factos quod non ſolum non ſunt
Gal. 6. condignæ paſsiones huius temporis, & quod omnia facientes ſerui ſumus inutiles, ſed & q̃ qui
1. Cor. 15. exiſtimat ſe eſſe aliquid, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, & quòd ſiquid eſt, totum gratia Dei eſt. Et cum periculo contrectemus, quàm ſimus imbecilles, inſtabiles, & nunquam eodem conſiſten-
Hebr. 13. tes animo, haud obſcurum, quòd ex gratia ea potiſsimum expectanda ſunt: ſi certò indubièque
2. Cor. 6. nobis expectanda ſunt. Ergò optimum eſt, gratia ſtabilire cor, optimum in illa confidere, inde pendère, iam etſi omni ſtudio vigilandum, ne fruſtra offeratur nobis, aut in vacuum recipiatur à nobis, ſicut alibi Apoſtolus monet.

Secunda portio, prioris partis Epiſtolę: quę etſi duobus diſſecta eſt membris, vtrumque tamen, certis eſt ſubdiſtinctum articulis, vt ſuo loco patet.

CAP. V. *Iuſtificati ergò ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM, *per quem habemus acceſſum per fidem, in gratiam iſtam, in qua ſtamus. Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Primũ membrum, & primus artic.

B *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Vt quid enim* CHRISTVS, *cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur, nàm pro bono forſan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus* CHRISTVS *pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim, cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, per mortem filij eius, multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.* Secũdus arti. Tertius art.

Non ſolum autem, ſed & gloriamur in Deo, per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM *per quem nunc reconciliationem accepimus.* Quartus art.

Propterea ſicut per vnum hominem, peccatum in mundum intrauit & per peccatum mors, et ità in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet. Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos, qui nõ peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum ità & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, et donũ, in gratia vnius hominis 2. membrũ. & Primus art.

C IESV CHRISTI, *in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ità & donum. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per* IESVM CHRISTVM. *Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationẽ, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ità & per vnius hominis obeditionem iuſti conſtituentur multi. Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ità & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per* IESVM CHRISTVM *Dominum noſtrum.*

CAP. 6. *Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in* CHRISTO IESV, *in mortem ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo* CHRISTVS *ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ità & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt,* Secũdus arti.

D *iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum* CHRISTO, *credimus quia ſimul etiam viuemus cũ eo, ſcientes quòd* CHRISTVS *reſurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur? Quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autem uiuit, viuit Deo. Ità & vos mortuos exiſtimate eſſe peccato, viuentes autem Deo in* CHRISTO IESV. *Non ergò regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete uos Deo tamquam ex mortuis uiuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.*

Quid ergò? Peccabimus quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. An neſcitis quoniam cui exhibetis uos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde, in eam formam doctrinæ, in quã traditi Tertius arti.

eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ità & nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quē ergò fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc vero liberati à peccato, ſerui autē facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei vita æternam CHRISTO IESV *Domino noſtro.*

E

Quartus articulus.

Cap. VII.

An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore uiuit? Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: Si autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi, per corpus CHRISTI, *vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo. Cum enim eſſemus in carne paſſiones peccatorum, quæ per legē erant, operabātur in mēbris noſtris, vt fructificarent morti: nunc aūt ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus & non in uetuſtate literæ. Quid ergò dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando: ſed cum ueniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum: et inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum, occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum, & bonum.*

F

Quintus articulus.

Quod ergo bonum eſt mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem, vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quià lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Quod enim operor non intelligo: non enim quod volo bonū hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio, ſi autem quod nolo illud facio conſentio legi, quoniam bona eſt. Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quod non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum: Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iā nō ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem, uolēti mihi facere bonum, quoniā mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei, ſecundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per IESVM CHRISTVM, *Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.*

G

Sextus articulus.

CAP. VIII.

Nihil ergò nunc damnationis eſt his, qui ſunt in CHRISTO IESV, *qui non ſecundum carnem ambulāt. Lex enim ſpiritus vitæ, in* CHRISTO IESV, *liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod erat impoſſibile legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens, in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnē ambulamus ſed ſecundum ſpiritum. Qui enim in carne ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt, qui vero ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritus, vita & pax. Quoniam ſapiētia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in uobis, ſiquis autem ſpiritum* CHRISTI *non habet, hic non eſt eius: ſi autem* CHRISTVS *in uobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatū, ſpiritus vero uiuit propter iuſtificationē. Quòd ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit* IESVM CHRISTVM *à mortuis, habitat in nobis, qui ſuſcitauit* IESVM CHRISTVM *à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis.*

Septimus articulus.

Ergò fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundū carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnem vixeritis moriemini: Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterùm in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem CHRISTI, *Si tamen compatimur, vt et cōglorificemur. Exiſtimo enim quod non ſunt cōdignæ paſſiones huius tēporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturæ, reuelationē filiorū Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non uolēs, ſed propter eū, qui ſubiecit eā in ſpe, quia & ipſa liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quia omnis creatura ingemiſcit & parturit, vſq; adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed et nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intrà nos gemimus adoptionem filiorū Dei; expectantes redemptionē corporis noſtri. Spe.n. ſalui facti ſumus. Spes aūt, quæ uidetur, nō eſt ſpes. Nā quod videt quis, quid ſperat? Si aūt quod non uidemus ſperamus, per patientiā expectamus. Similiter aūt, et ſpiritus adiuuat, infirmitatē noſtrā.*

H

Nam

A *Nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.*

Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundum propoſitum, vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiã proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat: quis eſt, qui condemnet? CHRISTVS IESVS *qui mortuus eſt, immo qui & reſurrexit, qui & eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? Quis ergo nos ſeparabit à Charitate* CHRISTI*? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculũ? an perſequutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in* CHRISTO IESV, *Domino noſtro.*

Octauus articulus.

B

Summa & intentio Textus preſcripti.

Cum iuſtificatio, duas vt ſæpè diximus, complectatur partes; nimirum excluſionem peccati, & nouitatem vitæ; iure quidem apoſtolus, eam tractaturus Thematis portionem, quę euangelium poteſtatem cuiuis credentium, aſſerit in ſalutem, vtroque ex capite rem ipſam digerit; vtrinque docens vim roburq; iuſtificatis præſtari, vt illo valeant, tùm ardenter ad ſalutem æternam contendere, tùm aduerſus peccati tyrãnidem ſe conſtanter opponere. Ergò primum id muneris affert, quo donantur ex parte nouitatis vitæ, quod ſi non fallor, nonnulla eſt portio, ac cœleſtis fœlicitatis participatio, qua iuſtificati, pace potiuntur interna, quæ & gloriari facit in ſpe gloriæ Dei, quin & in preſſuris & afflictionibus huius vitæ, & tandem in Deo & quidem vt Deo, hoc eſt, vt bonorum omnium pelago, ac oceano liberaliſsimo effluentiſsimoq;. Deinde & donum ſubijcit diuinæ gratiæ, ac beneficij CHRISTI, exuberans eòuſque in eis, vt illius vi, robore, facultate, ſtrenue militare valeant, ac præualere, nedum contra peccatum, quod Prothoplaſtes inuexit, & ſinguli origine carnis contrahimus, ac illius peſtilentes fructus, ac ſcaturigines, quas ſuapte natura paſsim effutire non deſinit, illasque, comprimere vel compeſcere; ſed & contra vim eius & robur, ac monſtrorum ſuorum vbertatem, in quam prorupit adueniente lege (quippe quod inde nactum occaſionem, ſtudio apparendi peccatum, ſuamque oſtentandi peſtem, longe factum eſt inſolentius, longe deteſtabilius) & præter hæc, vim & facultatem illos eximendi à lege, nec ſolum Moſis, ſed peccati, vt textum proſequentibus liquet. Quare & ſi hæc portio duobus diſſecatur membris, vtrumq; tamen pluribus ſubdiſtingui poteſt articulis; & poſterius maxime, non ſolum quia diffuſius, ſed quia congerit quòd ſuapte natura, eſt diſcretius. De quo ſuo loco.

Nouitas vitę portio cœleſtis hęreditatis.

C

Enarratio primi membri, portionis ſuprà ſcriptę.

CAP. V. *Iuſtificati igitur ex fide, &c.* Iuſtificatorum ſalutem, qua præſenti potiuntur exilio, in dono exprimit internæ pacis, & triplici gloriatione. Quare ſiquem delectat exacta diſtinctio, haud ineptè quatuor articulos colliget, ſed id ſibi relinquo. Dicit ergò Paulus, quòd ritè iuſtificati ex fide, profectò ſe reijciente in fidem, & operante per dilectionem, vt ex præmiſsis conſtanter infertur, quales erant apoſtoli, & ſunt omnia membra CHRISTI, pace potiuntur ad Deum. Verum loquitur in perſona prima, vt & ſe comprehendat cum eis. propter quod dicit, *pacem*, internam ſcilicet, quæ indubie illius fœlicitatis eſt portio, in qua fines conſtituti ſunt pax, de qua & ſcriptum eſt quòd ſuperat omnem ſenſum: & Dauid, in pace in idipſum, dormiam, & requieſcã, *habeamus*, parui refert ſiquis legat, habemus, niſi quod poſterius, donum exprimit præſentaneũ, & prius, conſiſtentiam ac perſeuerandi ſtudium; vt perinde ſit, ac conſeruemus, potiamur, fruamur, augeamus, *ad Deum*, ad quẽ vnicè debemus attendere, cuncta dirigere, ac conſecrare, *per* IESVM CHRISTVM, ſine quo nihil ei placet, nihil eſt acceptum. Præter id, quòd ſi legis, habemus, haud dubium ꝙ ipſe nedũ mediator exiſtit diuinæ pacis, qui in ſanguine omnia reconciliauit Deo, pacificatis, quæ in cœlis & quæ ſuper terram ſunt, qui & pax noſtra eſt. non modo apud Deũ ſed homines, quippe ꝙ fecit vtraq; vnũ; ſed & internæ pacis largitor, nimirũ qui eſt homo cordis, & per fidẽ requieſcit in corde, & palã ꝙ in pace eſt locus eius, & in Syon habitatio eius.

Pſal. 147. phil. 3. pſal. 4.

D

Donũ internæ pacis in Chriſto.

Coloſſ. 1. Eph. 2. 1. Petr. 3. Eph. 3. pſal. 75.

Per quem habemus acceſſum, vel aditum, *per fidem*, proficiſcentem per dilectionem, nõ ſolum ad

Deum (ſiquidē nemo venit ad patrem niſi per me: & ego ſum uia: ego ſum oſtium) ſed &, *in gra* E Ioan. 10. & 14.
tiam iſtam, tàm eximiā, tàm inſignē, nēpe euangelicā, ſalutarem, cuius ipſe author eſt. Nā lex qui- Ioan. 1.
dē per Moſen data eſt, ſed gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta eſt. At ſi legis, ha-
buimus, quēadmodū Græci, de iā iuſtificatis eſt ſermo, tametſi præſens magis arridet; non modo
Siquis deſtituitur grā, nō deſtituit̃ mediatore, per quem reuocetur ad grām.
quia & qui iuſtificātur, cōplectitur, ſed & quia innuitur, ſi noſtra euenire et ignauia, quādoq; nos
à gratia, de qua ſermo, decidere, non deſtitui nos mediatore, aduocato, pōtifice, per quē rurſum
paratur acceſſus, aditusq;, vt regrediamur in eam; id quod & Dilectus adhortatus eſt: hæc (inquiens 1. cap. 2.
ſcribo vobis vt nō peccetis, & ſiquis peccauerit, aduocatum apud Deū habemus IESVM CHRI-
STVM iuſtum, qui propitiatio eſt pro peccatis noſtris, nec modo pro noſtris, ſed & pro, totius mū-
di: *In qua ſtamus*, optima eſt alluſio, quippe qui in gratia tantū conſiſtimus, & in qualibet alia re
nutamus, & nunq̄ immobiles ꝑmanemus: Præter id, ꝙ ſtare, hoc in loco, eſt nedū cōſiſtere, ſed
prōpto ac conſtāti animo paratū eſſe aduerſa ꝑferre, & pro illius tuitione, cū opus eſt, morti etiā
ſe obijcere. Quod ſi legeris, ſtetimus, vt græci codices habēt, Paulus & ſe & apoſtolos alios, quin
& ſanctos omnes, qui magnis ſunt affecti preſſuris, & tamē perſeuerarūt, eo verbo cōplexus eſt.

Et gloriamur, non quidem in ſpe fluxæ, euanidæq; gloriæ hominum, quādoquidem omnis ca- Eccle. 40.
ro fœnum, & omnis gloria eius vti flos agri, aut inſtabilis, aut ſeductricis fauoris, blādientis mū- F
di, quippe qui tranſit, & frequenter nos decipit, ſed, *in ſpe gloriæ, filiorum Dei*, cuius in dono, inter- 1. Ioan. 2.
næ pacis arrhabonem accepimus, geſtientes in Domino cum Euangeliſta: nunc filij Dei ſumus, 1. Cor. 8.
ſed nondum apparet quod erimus. Quòd ſi abundare placet particulam, filiorū, vti græcis abun 1. Ioan. 3.
dat, ſenſus non minus eſt perſpicax, explicans quod vna eademque eſt gloria Dei, & electorum
eius: quod non modo Ioannes docet (cum apparuerit ſimiles ei erimus, quippe qui videbimus
eum ſicuti eſt) ſed & Paulus tradit; non ſolùm aſſerens, ꝙ cognoſcemus illum ſicut & cogniti ſu- Ibidem.
mus, ſed & quia omnia erit in omnibus. Non ſolum autem in ſpe gloriamur, gloriæ Dei, ſed *&* 1. Cor. 13. & 15.
Electorū eſt, in afflictionibus gloriari.
gloriamur, in tribulationibus, afflictionibus & ærumnis, dū corpus agimus huius mortis, quod pro-
prium electorum eſt; non ſolùm quia promptius abſtinent ab illecebris carnis, ac vt ſibi crucifi-
xum ducunt hoc ſæculum; non ſolum quia fœlicius mortificant veterem hominem & excutiūt Gal. 6.
legem peccati; ſed quia ſunt maximè perſuaſi, ſcientes, non opinantes, non blandientes ſibi, ſed
callentes, remque indubiè contrectantes, ſcientia, ac conſtanti perſuaſione, non hominum ſed
ſanctorum, de qua latius ad Epheſios, *quoniam*, rectius, ꝙ *tribulatio*, afflictio, ærumna, *patientiam*,
non indignationem, querelam, blaſphemiam (quod eſt proprium reprobis) ſed tolerantiam,
æquanimitatem, *operatur*. Siquidem tribulationes non ſunt electis inflictæ vt obſint, ſed proſint G
vt exerceant non vt perturbent. Quòd ſi aliquibus ad tempus èuenit ſecus, id non proficiſcitur
ex tribulatione, quæ à Deo ordinata erat ad lucrum, ſed ex minori circūſpectione; quandoqui-
dem compertiſſimum eſt, neminem lædi niſi à ſe, vt & probe Cryſoſtomus docet.

Patientia autem probationem, tum noſtræ fidei, quæ non ſecus in agone rutilat, ac aurum in for-
nace, tum roboris & electorum conſtantiæ, dum non reformidant concilia, non tribunalia, ſed
gaudent pro CHRISTI nomine contumelias pati. *Probatio verò ſpem*, ꝙ non ſunt reprobi, ꝙ in
ſortem ſunt acciti ſanctorū, ꝙ tranſlati in regnum filij dilectionis Dei, & per hoc valide in ſpem Acto. 5. Eph. 2.
eriguntur fœlicitatis patriæ: vnde & ſcriptum eſt. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam Colo. 1.
cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Et illud. Si compatimur, & corregnabimus. Et per
Spes cur non confundit.
multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. *Spes autem non confundit*, ſiue pudefa- Iac. 1. Rom. 8.
cit, idque non quatenus ex nobis (vt ex nobis proficiſci valet) ſed quatenus in nobis ex gratuito Acto. 14.
proficiſcitur munere Dei, vel ex bona ardentique erga nos illius volūtate: propter quod ſubdit.
Quia charitas Dei diffuſa, ſeu mauis effuſa, *eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*
Si de dono intelligis, quo Deum diligimus, palam quòd & illud eſt effuſum in cordibus no-
ſtris, quoniam per ſpiritum ſanctum, qui liberaliſſimus eſt, datum eſt nobis, tùm in baptiſ- H
mo, tùm in confirmatione, non ſolum quia cum illo in nos ꝓficiſcitur charitas, ſed & quia pri-
mus illius ponitur fructus, Galatarum quinto. Quo plane dono dignatis, ſpes noſtra redditur
conſtans, nulloque nos, illo corda non deſerente, pudore afficiens. Si de bona ardentique
Dei voluntate, quæ vbertim effunditur, ſicut & ampliter ſuis in muneribus, noſtris in cordi- Rom. 8.
bus demonſtratur, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: profectò ad regenerandum Deo,
ad perſuadendum quæ ſunt chatholicæ fidei, ad præbendum robur in aduerſis, ad ſuſpirandū
gemitibus inenarrabilibus; in ſumma, ad conteſtandum ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei,
& clamandum ac geminandum in cordibus, Abba Pater; haud obſcurum quod tot chariſmati-
Diuinę erga nos dilectionis vis.
bus redditi locupletes, ꝓfectò non valemus hac ex parte ſperātes, ac prȩſtolātes quȩ Deus parauit
electis,

A electis, quauis ratione confundi, ſed nec, de immenſa erga nos charitate certiores facti, vnicè ex
illa non pendere, quod ni(fallor) intendebat Apoſtolus.

Vt quid enim, aliam cumulat rationem, ſed ex eadem radice. Vt quid (inquit) hoc eſt, quorſum, quauè de cauſa, CHRISTVS, qui eſt ſapientia Dei, nihil tentans temere, nihil operans fruſtra, *cum adhuc eſſemus*, tam etſi forſan minus quàm par fuit, ponderaretur à multis, *infirmi*, ea in-
Pſal. 40. firmitate pro qua & gemebat Propheta, Sana animam meam quoniam peccaui tibi. Et alius. Sa- Infirmitas à qua per Chriſtum ſanati ſumus.
Ierem. 17. na me Domine & ſanabor, ſaluum me fac & ſaluus ero. Et tempus mundi exprimitur ante
Luc. 10. CHRISTI mortem, quo non ſolùm peccato deprimebamur originis, quo nō modo eramus inualidi ad opera bona & accepta Deo; verum & percuſsi, & vulnerati multiplici vulnere, & veluti ſemiuiui relicti, ſed & operis mali, in quod impingebamus paſsim, & quouis momento, & per hoc varijs prægrauati morbis, & continuis lethalibusque, æſtuantes frebribus, *ſecundum tempus*, planè definitum à patre, cui ſubeſt tempora diſtribuere, & cuiuis negocio ſuam opportunita-
Eccle. 8. tem definire. *Pro impijs*, Et ſi obuium eſt literis ſacris, impium contrapoſitum iuſto, vt plura congeſsimus ad Epheſios; non tamen prorſus eſt inſolitum, vt impietas pro illo ſumatur flagitio quo proximè in cœleſtem patrem committimus, non modo ei debitum non impendentes hono-
B rem, ſed illius floccipendentes maieſtatem, quaſi nihil curemus de eo; quin & quod illi ſoli de-
1. Thi. 1. betur honoris gloriæq; ne, non raró tribuimus creaturis, ac etiam quadrupedibus, reptilibus, ac immundiſsimis animalibus. Ergò non iniuria impius, quilibet eſt infidelis ac idololatra, quo
Deut. 21. Gal. 3. nil abominabilius Deo: & tali pacto (ni fallor) impius hoc loci accipitur, *mortuus eſt?* & morte adeò execrabili? quippe qui eſt in ligno ſuſpenſus, & execratio eſt omnis, qui pendet in ligno. Vt quid, inquit (vt vim colligam rationis) mortem, & tàm probroſam paſſus eſt CHRISTVS, nobis adhuc exiſtentibus impijs, niſi ad robur ſpei in iuſtificatis, vt ſcilicet per illius mortis efficaciam præſtolantes ſalutem, nullo afficiantur pudore, nulla deiectione animi corā eis qui nunc ſperantes proſequuntur opprobrijs? Et vt ratio reddatur illuſtrior, immo & vrgentior, ſubijcit. *Vix enim*. Siquidem res eſt ardua, & per hoc rara & inſolita, *pro iuſto*, non ſatis mihi probatur, iu-
ſtum, hic eſſe neutrum, vt perinde ſit ac res iuſta, denotetq; raró contingere, vt pro re iuſta moria- Iuſtus, & bonus, quid hoc in loco.
tur quis, ità legunt Græci, ſed placet iuſtum ſumi pro homine, recto quidem ac probo, qui & reddit ſingulis quod ſuum eſt. Cuius rei veritas, tùm eſt comperta, tùm paſsim periculo comprobata. At, *pro bono*, quod quoq; maſculinè recipio, & addit iuſto, meo iudicio, eſſe benignum, mu-
C nificum, liberalem, propéſe impartientem propria, ac ſtudentem quemlibet afficere beneficio, *forſan quis audet*, ſic legitur græcè, ex animi ingenuitate, vel gratitudine, *mori*, hoc eſt, mortem nō declinare, ſed ſi opus ſit, illam perferre: & tamen (ni fallor) nec obuius erit, nec frequens, qui eam generoſitatem ſubeat.

At quid tandem? Hoc inquam, *commendat in nobis Deus, charitatem ſuam.* Hinc liquet vnum vtriuſq; rationis fundamentum. Et prior quidem, ex charitate Dei procedit, erga nos, ſed penes intima dona, quæ largitur iuſtificatis: poſterior verò, quam & proſequimur, ex eadem ergà nos trahitur dilectione, ſed penes illud indicibile beneficium, quo in mortem filium tradidit. Quod vt exaggeret, ac penitus penſitetur, in eo vim facit; q; & datus & mortuus eſt, cum illius eſſemus hoſtes. Siquidem impij ſunt inimici Deo; quippè qui, quantùm ex illis eſt, nedum ipſi videntur inſidiari, ſed vt valent, uituntur offendere. Ergò potiſsimum, ſuam in nos charitatem commendat Deus, illam in eo illuſtriſsimam, ac affluentiſsimam reddens, *quoniam cum adhuc peccato-*
res eſſemus, quos vocauerat impios, vocat non iniuria peccatores, nimirum qui publice perfricta- Peccatores, qui ſunt in ſcripturis.
Luc. 17. & 7. que fronte, impia admittebant: ità quidem & peccatores dicti ſunt in ſcripturis, vt illud. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis: & mulier, quæ Dominum vnxit vnguento, eadem ratio-
D ne dicebatur peccatrix: & Gentes, quia abſque freno legis & timoris diuini idololatrabant, in
Gal. 2. apertoque perpetrabant ſcelera, Iudæorum ſupercilio dicti ſunt peccatores: Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores, *ſecundum tempus*, non repetitur hoc Græcis, CHRISTVS *pro nobis mortuus eſt*, ſequitur, & quidem valide, quòd, *multò magis, nunc iuſtificati*, & per hoc, vltra non exiſtentes impij, hoſtes, & peccatores, *ſalui erimus*, ſpes enim, de qua ſermo, ſalutis eſt ſpes, qua & in primitijs ſalui facti ſumus, *ab ira*, damnationis extremæ, *per ipſum*. Et argumentum à minori procedit, vt dicunt, ad maius, vt ex ſeipſo liquet. Quod & mox repetit, non modo vt cognoſcatur illuſtrius, ſed vt reddatur efficacius, collatione facta mortis & vitæ. *Si enim*, inquit, *cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, per mortem filij eius, multò magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.* Si enim CHRISTI mors, tantæ fuit virtutis, vt nos reconciliaret Deo: profecto, & illius vita nō minoris erit efficaciæ, vt ſaluemur ab eo.

Non ſolùm autem iuſtificati, in ſpe gloriamur gloriæ Dei, & preſſuris præſentis exilij, ſed *& gloriamur in Deo*, ſine dubio, vt in Deo, & per hoc vt bonorum omniũ cornucopiæ. Quem non ſolùm vti Deum agnoſcimus, ſed vti Deo potimur fruimurque, & maxime in dono internæ pacis, & gloriatione quam diximus, guſtantes quidem, & ſi ex parte, quàm ſuauis eſt Dominus, & quàm fœlix vir, qui ſperat in eo; vberius guſtaturi cum apparebit quod erimus. Scriptũ eſt enim: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nec dubitamus noſtrum eſſe Deum, quippe qui fide iuſtificati, veri euaſimus Iſraelitæ; quibus & promiſit, & iureiurando ſpopondit, illis ſe futurum in Deum, & illos ſemper habiturum in populum, immò in filios ac primogenitos. Quare & illum non ſolum agnoſcimus vti Deum, ſed veneramur veluti pientiſsimum patrem; quem & geminamus, vt dictum eſt, in ſpiritu in cordibus noſtris. Ergò ſi gloriandum non eſt in opulentia ſæculi, non in ſapientia mundi, non in fortitudine animi, ſed in ſcientia & notitia Dei, ſicut in oraculo traditur; quanto magis gloriandum eſt iuſtis, qui & norunt, & experiuntur illum vt patrem, nunquàm non contrectantes erga ſe viſcera paternę dilectionis; vt non immerito Propheta clamet, Lętamini in Domino & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde, Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iuſtis? Et potiſsimum, vt ſubditur, per IESVM CHRISTVM, qui ſplendor eſt omnis gloriæ, cuius gratia, & eo loci nos apud ſe habere dignatur, quo & ipſum habet, & eadem complecti dilectione, qúa complectitur illum, ipſo flagitante exoranteque, qui nunquam ſua pro reuerentia non auditur: Volo pater, vt vbi ego ſum, & miniſter meus ſit: Et vt dilectio, qua dilexiſti me, in eis ſit, & ego in ipſis. *Per quem & reconciliationem accepimus*, & quidem tàm vberem, tàm inſignem, vt non modo, ſi velimus, vltrà non iraſcatur nobis, ſed & tàm amicè agat cum nobis, vt ſe ſuaq; , vt dictum eſt, affluenter cõmunicet, quin & largiatur & dedat.

Quid gloriati in deo, vt in Deo.

E Pſal. 33. 1. Ioan. 3. Pſal. 16 Leu. 26. Exo. 4. Oſeę. 11. Ierem. 9. Pſal. 32. & 5. F Hebr. 1. Heb. 1. Ioan. 17.

Eadem dilectione, qua Chriſtus, dilecti ſumus à patre.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula (Pacem habeamus ad Deum, &c.) Iuſtificati hominis exercitium, nempe internæ ſtudere paci, & in diem locupletari in ea; vt illius ſuauitate permoti, magis ac magis rapiamur ad Deum, & tandem quantùm præſenti preregrinationi conceditur, non ſolùm mente perfruamur eo, ſed & caro exultet in illo, & omnia oſſa dicant, Domine quis ſimilis tibi? Nec tantùm ſpiritu ſuperna petentes, ſed ad gloriam filiorum æſtuantes, & iam arrhabone recepto, quaſi poſſeſſores gloriemur in ea; contemptis non ſolùm quæ pollicetur mundus, cum omni gloria eius, ſed & plaudentes in perſecutionibus ſuis, quibus vndique nos petit ac premit; ac gloriantes quòd de mundo non ſumus, haud ignari quòd qui illius volunt eſſe amici, Dei efficiuntur hoſtes, & qui eius illecebris credunt, non iniuria ſunt ſeducti, quippe qui totus in maligno poſitus eſt. Et demum, quod longè omnia ſuperat, gloriemur in Deo, illum nedum cordis domicilio excipientes, ſed vti rem vnicè noſtram, ac infinitam bonorum omnium apothecam, omni cuſtodia aſſeruantes, immò & uti ardentiſsimum patrem, quin & ter ſuauiſsimum ſpõſum omni affectu complectentes exoſculanteſque, illi nos deuoueamus, conſecremus, ac in omni re, quantumuis ardua, illi percupiamus, ac omni ſtudio nitamur inſeruire; quin & in ærumnis, preſſuris, & extremis calamitatibus erga illum ardentiores ſimus, vt in quibus, ardoris noſtri certius periculum ſumitur, & in ſpe placendi Deo, conſtantiores euadimus. Quin & non rarò introducit nos in cellaria ſua, & potat & inebriat vberibus, longè ſuauioribus vino, vt tandem nedũ obliuiſcamur mundi, ſed noſtri, amplius non viuendo nobis, ſed Deo & patri in CHRISTO, & per CHRISTVM, quibus ſemper honor & gloria.

Pſal. 34. Epheſ. 1. G Ioan. 15. Iac. 2. 1. Ioan. 5. Can. 1.

Obſeruandum ex particula (Commendat autem charitatem ſuam in nobis, &c.) Quòd etſi paſsim Dei erga nos charitas ſuggeritur in ſcripturis, nunquàm tamen ſuggeritur ſatis? quippe quæ, vt alìàs apoſtolus dicit, ſuperat omnem ſenſum, nec modo charitas Dei, ſed & CHRISTI IESV, eodem atteſtante, cuius ſupereminet ſcientiæ: in hoc tamen vtraque potiſsimum patefacta eſt, quòd & ille pro nobis hoſtibus vnigenitum dedit, & hic incredibili cordis propenſione ſe morti expoſuit; præſertim cum & ille ſolo nutu valuiſſet omnia reſtituere; quin & infinite in longe meliorem ſortem prouehere, & hic vel vnico actu voluntatis, vel minori quouis opere, itidem adimplere; quippè qui cum eſſet vnigenitus Dei, & portans & agens omnia verbo ſuæ poteſtatis, quicquid voluiſſet, indubie effeciſſet, quin & quoduis eius opus etiam minimum, erat infiniti valoris, non modo ad merendum coràm Deo, ſed & ad recapitulãdum omnia, & renouandum vniuerſum, & denuò procreandum mundum. Quid ergò? Profectò tã ingens, tamque inopinabilis dilectio Dei & CHRISTI, aliud non protendit vrgetque, quàm

H Ephe. 3. Ioan. 1. Heb. 1.

Minimum Chriſti opus maxime infinitum.

ſtimulos

A ſtimulos charitatis, vt promptè ſtudeamus rependere quod fortè piguiſſet impendere, nec de-
trectemus præſtare, quod tanta dilectionis copia conatur exigere, cor inquam, & vitam. Siquidẽ
Prou. 23. ſcriptum eſt, fili præbe mihi cor tuum, & in tota vita tua dilige Dominum; à quibus & hæc non
ſolùm accepimus, ſed & amiſſa reſumpſimus: Præter id, ꝙ exemplo CHRISTI, vitam impendẽ-
Eph. 5. tis pro nobis, vrgemur & nos, pro vt opus eſt, noſtram exhibere pro fratribus. Nec modo cum
ſunt amici, tametſi naturalis amicitiæ lege, nemo maiorem habet, quàm vitam exponendo pro
Matt. 6. eis, ſed etiam ſi ſint hoſtes, pro quibus & tenemur orare, & illis benefacere ſuccurrereq́;, & ope-
re & veritate, vt ſimus filij Dei, qui pluit bonis & malis, & mẽbra CHRISTI IESV, qui ſua mor-
Epheſ. 5. te recõciliauit nos Deo, & adoptari fecit in filios. Ergò imitatores Dei ſimus, & ambulemus in
dilectione, ſicut & CHRISTVS dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, hoſtiam & obla-
tionem Deo, in odorem ſuauitatis. Amen.

Enarratio ſecundi membri Portionis ſupraſcriptę.

Propterea, &c. Bifariam poſſunt hæc præmiſsis annecti. Primo reſpectu mox præcedẽtis par-
B ticulæ; vt ſit ſenſus, quòd propter hoc, ꝙ per CHRISTVM reconciliationem accepimus, non
modo in nobis conſecuta eſt pax, non modò gloriationes, quas diximus, illa vt reconciliationis
terminus, hæ vt internæ tranquillitatis fructus, ſed & peccati eſt facta depulſio cum omni ſatelli-
tio ſuo. Secundò reſpectu ipſius pacis, ac gloriationum ſequentium, & ſenſus eſt: quòd iccircò vt
vberius interna potiamur pace, & conſtantius gloriemur ſpe gloriæ, & hilarius potiamur, glo-
riemurque in anguſtijs, & demùm fœlicius perfruamur, ac gloriemur in Deo; opera Dei, &
CHRISTI, excluſum eſt peccatum, & ſecundùm quòd à Prothoplaſte proceſsit, & ſecundùm ꝙ
ſub lege exuberauit, & ſecundùm peſtes, quas aſsiduè profert. Vtraq; copulatio vera, vtraq; ad
inuicem fauens: quarè nedum nullam reſpuimus, ſed nec illas amplius ſeparamus. Dicit ergò.
Propterea, hoc eſt, ob rationes præmiſſas, factum eſt, ꝙ non ſolùm iuſtitia, in mundũ per CHRI-
Eſa. 32. STVM introducta (vt & euangelium virtus appareat in ſalutem) non fit ſine recõciliatione Dei,
Roma. 14. non ſine munere internæ pacis, & triplicis gloriationis (nàm opus iuſtitiæ pax; & regnũ Dei iu-
ſtitia eſt & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto) ſed & peccatũ eſt, vt par fuit, excluſum (quod per- Peccatum ſerenitatẽ turbat conſcientię.
turbatio eſt ſerenitatis internæ, & author omnis confuſionis) vnà cum morte, & omnibus ima-
ginibus eius. Vndè & ſubdit, quòd, *ſicut*, nota eſt ſimilitudinis, ſed proportionalis, *per vnum ho-*
C *minem*, vti per caput totius generationis noſtræ, *peccatum*, tùm actuale, quod illius extitit ino-
bedientia, tùm originale, quod priuatio eſt originalis iuſtitiæ, cum omnibus quæ conſequuntur
eam, de quo & potiſſimum ſermo eſt *in hunc mundum*, Etſi peccatum maximè infecit homines;
in quibus & habet rationem culpæ, obfuit tamen & omnibus creaturis, & potiſſimũ huius mun-
di, hoc eſt, infimi & corporei; nec iniuria, cum & potiſſimum factus ſit propter eos, vt amplitèr ad
Epheſios patefecimus: *intrauit*, ſiuè irrepſit, & quidẽ non ſecus ac Tyrannus & carnifex; vt quod
non irrepſit recta, ſed praua volũtate, non vt ſeruaret, ſed occideret: vndè, *& per peccatum*, intra-
uit, *& mors*, tum corporis, quoniam per illud redditi ſumus mortales, tum animæ, vt quæ priua-
Gen. 2. ta eſt gratia Dei; & vt pœna iure eſt inflicta à Deo, ſicut & comminatus fuerat primo homini (in
quacunq; hora comederis morieris) & hoc pacto habet rationem iuſti, immò & boni. Vt autem
Sap. 1. Matth. 6. effectus proleſq; peccati, ſicut non eſt à Deo, quippè qui mortem non fecit, ità nec habet ratio-
nem boni (non enim arbor mala bonos edit fructus) ſed mali; & quidem deteſtabilis, & horrore
pleni. Nec illa modo, ſed & omnes eius imagines; vt ærumnæ, anguſtiæ, afflictiones, & incõmo-
da huius vitæ. *Et ità in omnes homines, mors pertranſiit*. Sunt qui hæc faciunt alterum collationis
membrum, colligentes ꝙ ſicut per vnum hominem, peccatum mundum inuaſit, & per peccatũ
D mors, ità & per eundem hominem, mors in omnes pertranſijt, *in quo omnes*. vt ſubditur, *peccaue-*
runt. Verùm, præter id, ꝙ res eſt coacta, etiam cõparatio foret inartificioſa, quin & inepta. Quæ
nàm, obſecro, congruentia, quæ proportio eſt, ꝙ ſicut peccatum & mors, per hominem perua-
ſerunt mundum; ità & per eundem, mors dimanauit in omnes? At rem aſtruunt, quia nõ appa-
ret altera collationis pars, niſi vel longo interiecto hyperbate, quod tamen (præter id, ꝙ rẽ red-
dit obſcuram, immò & inconcinnam) non forſan per omnia quadrat: vel admiſſa eclipſi, vt nõ-
nulli admittunt ex græcis, quod cum Paulo non ſit inſolitum, lubentius, huic membro ſubſcri-
bo. Quarè ſicut infrà capite nono: (Si Deus (inquit) volens oſtendere iram, & notam facere po-
teſtatem ſuam, in multa ſuſtinuit patientia, vaſa iræ in interitum coaptata, vt & oſtenderet diui-
tias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam,) ſermo eſt mutilus, & neceſſe eſt
aliquid ſubintelligi, putà quid quęreris? quid mutire præſumis? Et Epheſiorum ſecũdo: Et vos,

quod

quod eſt accuſatiui caſus, nec ponitur vndè regitur, aliquid neceſſario ſubintelligendum eſt, vt E
putà, correſuſcitauit, & ad Dei dexterá conſedere fecit, cum CHRISTO: Ità & modo reliquú cõparationis membrú omittit, & eò liberius, q tú ex pmiſſis, tú ex ſequẽtibus valet facilè ſubintelligi, quin & notorium, illatumq; ex ratione contrarij, non iniuria valuit diſſimulari Ergò prędicta, non ſunt altera comparationis pars ſed ſubintellecta, quòd ità ſcilicet, & per vnum hominem, iuſtitia mundum eſt ingreſſa, & per iuſtitiam vita eſt reſtituta; vt illa ſit è regione peccati, hæc è regionè mortis: & ſicut mors omnes inuaſit, in quo omnes peccauerunt, ita & vita ad vniuerſos extenditur, in quo omnes iuſtificati ſunt. Sed latius non longè poſt, collatio reſumenda eſt. Quarè ea verba, portio primi membri ſunt, denotantq, ità hunc in mundum, ingreſſa peccatum & mortem, & præſertim in homines, in quos & ingreſſa ſunt maximè (qui & ille effecti ſunt mundus, qui poſitus eſt in maligno, & hoſtis redditus Deo) q nulli pepercerunt, *in quo omnes peccauerunt*. Etſi non leuis digladiatio eſt de particula, in quo, ſolita tamen editione retẽta, rem ſic intelligo; vt peccatum morsq; omnes inuaſerit, & quidem in eo prothoplaſte, in quo erant, vt filij in progenitore, non ſecus ac Leui fuerat in Abramo; & vt membra in capite, ſub quo & habent influxum, & languent cum eo. Si quidem inſtitutus erat omnium hominum parens, & per hoc, ipſo iure, caput & rector; omnium inquam, qui profecturi erant ex eo, & vt filij à patre, & veluti rami à trunco. F

Peccatum & mors, quõ pvaſerunt oẽs in prothoplaſte.

1.Ioan.5. *Heb. 7.*

Vſque ad legem enim. De Moſis lege, eſt ſermo, quæ etſi exorta videtur in circunciſione, quæ baſis ac fundamentum extitit totius legis, & ob id anno centeſimo vitæ Abrami, quia tamen per Moſen lata & promulgata eſt; aduerbium, vſque, in tempus ſcriptæ legis extenditur, quod vt cõmuniter ſupputatur, bis mille quadringentorum, & quinquaginta ferè, fuit annorum, ab origine mundi; de quo & conſtantius in cronicis noſtris. *peccatum*, ex natiuitate contractum, *erat in mundo*. Propter quod, & ſi Moſes de illo ſcribit, non modo repetens inobedientiam Adæ, tradensq, q ſenſus & cogitatio hominis, in malum propenſi ſunt ab incunabulis ſuis; illud tamẽ nõ finxit, aut vt rem nouam introduxit, tàm etſi lege lata illud excitauerit, & ipſum, ex lege accepta occaſione, longè ſceleſtius ſe prodiderit. Hæc & ſequentia, veluti parentheſi intercluſa, nõ modo introducta ſunt, vt peccatum per primum hominem in mundum ſtatuat introductum; ſed & vt iter paret ad augmentum eius, quod & exuherauit ſub lege; & deniq; vt copias exuberãtiasq;, quas intulit ſecundus homo CHRISTVS, ſubijciat inferatq;. *Peccatum autem*, de quo ſermo, *non imputabatur*, immò nec cognoſcebatur, *cum lex non eſſet*; quippè quod iacebat vti ſopitú, & ſiquid effutiebat, in cõditionem reiiciebatur naturæ; vndè nec humana plectebatur pœna. Et licet nulli G
parceret mors, non tamen vt ſtipendium cenſebatur peccati, ſed vi & conditione naturæ, (quæ contrarijs conſtans, natura reſolubilis eſt,) vnumquemque putabatur inuadere, & vt tyrannus, omnes ſibi ſubijcere. Propter quod ſubdit, *Sed regnauit mors ab Adam, vſque ad Moyſen*, non ſolú in adultis, qui & originali culpæ multas cumulauerant actuales, contrà legem Dei, inditam eorum mentibus; ſed, *etiam*, in infantibus, *qui non peccauerunt*, (& ſi peccatum origine contraxerunt,) *in ſimilitudine præuaricationis Adæ*, qui actu peccauit cõtrauenìens legi Dei; quippè qui carentes vſu libertatis, actu non potuerunt præuaricari legem, & per hoc nec valuerunt peccare, ea ratione peccati, qua tranſgreſſio definitum eſt, legis diuinæ, & cœleſtium inobedientia mandatorum. *Qui*, Adá, *eſt forma futuri*, hoc eſt CHRISTI; ſed modo diuerſo. Et quáquàm in multis, & penè in omnibus, inter ambos inueniatur Antitheſis; quanquàm & plura quædam paulo ſupra ſint attacta, & alia à Paulo ſint immediatè ſubiuncta; hic tamen non tranſeo, q ſicut peccatum Adæ, in mundo inuentum eſt antè legem, tametſi humano iudicio nemini imputatum, immò & à nullo naturaliter cognitum; ità & iuſtitia CHRISTI, in mundo antè detectionem extitit euangelij, tametſi peruerſa iudæorum exiſtimatione, non fuerit reputata, quin nec perſpecta. Ergò ſicut eo tempore, mors tyrannú egit in omnes) Patribus duntaxat exceptis, qui gratia illuſtrati, rem perpenderunt) ità & iſto, CHRISTI vita, non eſt ſuffragata, niſi paucis, qui ſe reiecerunt in eum. H

Gene.3.8.

Peccati ſtat' ante legem.

Adam Chriſti typus, ſed modo diuerſo.

Sed non ſicut delictum, Adæ, *ità & donum*, CHRISTI. Quod vocauit peccatum, modo vocat delictum, non quia nihil interſit, ſed quia in præſenti non differt. Siquidem peccauit Adá comedendo prohibitum, & deliquit ſibi non prohibendo nec coniugi; propter quæ priuatio eſt conſequuta iuſtitiæ, & propenſio concupiſcentiæ, in quibus, ratio (vt dicetur) comprehenſa eſt originalis contagij: quod præcipuè hoc in loco tùm ſub voce peccati, tùm ſub voce delicti inſinuatum eſt. Nec quòque ſit curæ, an nomine doni, gratifica intelligatur gratia, an iuſtitia fidei; quandòquidem etſi nonnihil & hæc patiuntur diſcriminis, poſſunt tamen ſano intellectu confundi,

Peccatú Adę quo omnes mortui.

A fundi, vt Epheſijs abũdè deſcripſimus. *Si enim vnius delicto, multi mortui ſunt*, omnes ſcilicet, qui
propagandi erant ex eo, ſecundum carnem (ſiquidem per peccatum mors intrauit in mundum,
Iaco.1. & peruaſit omnes in eo, in quo peccauerunt, hoc eſt, peccatum participarunt) & cum peccatum
conſummatum generet mortem, haud dubium quòd non modo illam intulit Adæ, ſed filijs &
membris eius; quandòquidem in illius exiſtendo lumbis, non iniuria, & ſunt & cenſentur ali-
quid eius, & ob id, iure eidem ſubijciuntur legi, & vnum patiuntur diſcrimen, *multò magis gratia*,
hoc eſt, fauor & beneuolentia Dei, *& donum*, gratificæ gratiæ, ſiue iuſtitiæ fidei, *in gratia*, in fa-
uore, vel beneficio, CHRISTI *in plures*, græcè in multos, in omnes ſcilicet, qui regenerãdi erãt
ex illo, ſecundùm ſpiritum *abundauit*, exuberauit, locupletior extitit. Cum enim CHRISTVS nõ
minus caput ſit hominum, ſecundùm ſpiritum regenitorum ab illo, quam fuerit Adam eorum,
qui ſecundùm carnem ſunt orti ab eo, eòſque non minori nexu, in viſceribus complectatũ cor-
dis, aut vinculis charitatis, quàm ille in lumbis complecteretur corporis, & vinculis generatio-
nis carnis; nemini erit obſcurum, ꝙ & quot ſunt regignendi per CHRISTVM, in illo iure op-
timo ſint, in quo & iuſtitia potiantur eius (ſicut & illi peccato inficiebantur Adami:) & per hoc,
eius (vt conſequitur) fœliciter perfruãtur vita, ſicut & illi miſerè, huius patiuntur mortem, & eò
B quidem fœlicius, quò exuberantior, excellentiorque eſt vita reparata per iuſtitiam CHRISTI,
quàm foret amiſſa per peccatum Adami; quandòquidem Deus reparando hominem, non mo-
Ioan.10. do extitit mirabilior, ſed gratiarum profuſior ac munificentior: quarè & veritas dixit. Ego veni,
non modo vt vitam habeant, ſed vt abundantius habeant. Verùm cum his omnibus, nõ diſſimu-
les artem Pauli; qui cum præmiſiſſet vnum non habendum eſſe iudicium, delicti Adæ & mune-
ris CHRISTI, (non quidem ea ratione, quaſi perſpicuum non ſit, hæc in pluribus diſſentire, cũ
ſint ſuaptè natura oppoſita,) ſed ea qua conferri poſſunt ad proportionales effectus; primum ea
confert ex parte damni, & ex parte commodi, aſſerens longè maius conſecutos nos bonum ex
dono CHRISTI, quàm fuerit illatum malum ex peccato Adæ: & quoniam hoc potiſſimum in-
tulit mortem, & illud contulit vitam, his vnà collatis, aſſerit vitam reſtitutam, locupletius affer-
re bonũ, quàm mors inuecta intulerit malũ; eò quòd mors in tantùm intulit malum, in quantũ
priuauit, quod reperit vitæ bono: quare, ſi vita reſtituta eſt melior, longèq; præſtantior & fœli-
cior, vita amiſſa; indubiè àllatum per donum CHRISTI bonum, vberius eſt ac fœcũdius, quàm
illatum per delictum Adæ malum, incõmodius ac calamitoſius. Et vt res foret validior, vni Adæ
C opponit Deum & CHRISTVM; & vni delicto non ſolùm fauorem & munus gratiæ Dei, ſed &
fauorem & beneficiũ vnius hominis CHRISTI. Pergit & dicit. *Et non ſicut per vnum peccatum*,
Non eſt legendum, peccatum ſed qui peccauit, *ità & donum*. Græcis deeſt, ità, & copula; & eſt
locus eclipticus, res vt diximus, Paulo non inſolita, & meo iudicio hoc modo ſupplẽdus; ꝙ do-
num, hoc eſt gratia ſiue iuſtitia CHRISTI, in nos non eſt, per illum qui obediuit Deo, profe-
ctadimanataq;, ſicut peccatum Adę, in nos eſt, per illum qui tranſgreſſus eſt verbum Dei, inue-
ctum & transfuſum; reſpectu præſertim condemnationis & iuſtificationis noſtræ, quandòquidẽ
lib. de nup. & cõcu. 2. cap. 37. vt ſubdit, *iudicium*, hoc eſt, ſententia Dei, *ex vno*, quidem delicto, ità & Auguſtinus intelligit,
in condemnationem, lata eſt mortis, ſicut & illam comminatus eſt (in quacunque hora comederis
Gen. 2. morieris) *gratia autem*, ſiue donum CHRISTI, *ex multis delictis*, ſententiam ferri fecit, *in iuſtifica-
tionem*. Et eſt ſecunda collatio, inter delictum & donum, & eſt quoq, reſpectu effectus; quoniã
ex delicto eſt conſequuta damnatio, & ex dono iuſtificatio, in qua & donum præfertur, eò quòd
condemnatio vni reſpõdet delicto (nempè originis) ex quo iure proceſſit; iuſtificatio autẽ mul-
tis reſpondet peccatis, quia ex multis (originali ſcilicet & actuali) vbertim in iuſtitiam transfert.
Si enim vnius delicto mors regnauit, aliquando, *per vnum*, hominem, qui illam per peccatum indu-
D xit, *multo magis abundantiam*, exuberantiam, copiam, *gratiæ*, Dei, *& donationis*, doni legitur græ-
cè, *iuſtitiæ accipientes*, dono CHRISTI IESV, *in vita regnabunt*, tàntùm abeſt, ꝙ in illos agat ty-
rannidem mors, *per vnum* IESVM CHRISTVM; qui mortem moriendo deſtruxit, & vitã reſur-
gendo reparauit; Et tertia eſt collatio, comparans regnum mortis præſumptum, & regnum vi-
tæ legitimum: illud mors obtinuit ex ignoratione peccati, iſtud vita poſſidet ex vbertate euan-
gelici doni. *Igitur ſicut per vnius delictum*, ſupple, ſententia Dei; *in omnes homines*, qui ex illo origi-
nem ducunt, *in condemnationem*, mortis, lata eſt, *ità & per vnius iuſtitiam*, quæ delicto è regione
ponitur, ſententia *in omnes homines*, qui per CHRISTVM regenerantur ex ſpiritu, *in iuſtificatio-
nem vitæ*, facta eſt. Nec eſt quarta collatio, ſed ex præmiſſis collectio & reſumptio. *Sicut enim per
vnius hominis inobedientiam*. Etſi in tranſgreſſione Adæ, plurima rationem habuere peccati, vt
Gen. 3. appetitus excellentiæ (eritis ſicut Dij) vt incredulitas verbi Dei (nequaquàm moriemini) vt tole-
rantia

Et Chriſtus & Adamus hominũ caput, at non vna rõne.

Vita Chriſti beneficio reſtituta, longe preſtãtior vita, Adæ delicto perdita.

Amplior iuſtificatio quã condẽnatio.

E

rantia tranſgredientis coniugis, quam tenebatur corrigere; quouſque tamen non contrauenit verbo Dei, ipſa re comedens, quod Deus mortem interminando vetauerat, ſicut mortis ſupplicium non incurrit, ità nec quo nos infecit, peccatum cõtraxit, *peccatores*, hoc eſt, ad ſcelera, impietates, crimina & flagitia, prompti, & propenſi, *conſtituti ſunt*. En' contagium originalis peccati, non imitatione aut aſſueſactione contractum, ſed natura acceptum: nec enim, nos in illud conijcimus, ſed in illo origine conſtituimur; quod & Propheta clarius. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis mater mea concepit me. *multi*, quotquot, vt dictum eſt, oriuntur ex eo: *ità & per vnius obeditionem*, & quidem vſq; ad crucẽ, *iuſti conſtituentur multi*, omnes qui per ſpiritum regignentur ex illo, creati ad opera bona, vt proficiſcantur in eis.

Pſal. 50.
Philip. 2.
Epheſ. 2.

Lex autem ſubintrauit, ſeu præteraduenit, *vt abundaret delictum*. Quo admonemur loco, abundantiam delicti, non ex legis profectã voluntate, ſed præter illius ortam intentionem. Siquidem legis intentio fuit vt perſpicuè tradet apoſtolus, vt agnoſceretur peccatum, eiuſq; pœna infligẽda a Deo; vt inde homines retraherentur à tranſgreſsione, ſi non amore virtutis, ſaltem timore ſupplicij. Verùm peccatũ, hoc eſt cõcupiſcẽtia (ſic enim ſumitur in propoſito) in hominibus præſertim non dum regeneratis, ſentiens ſe, legis iugo premi, ac ſuis in appetentijs infrenari (mandabatur enim. Non concupiſces) mox ſui ingenij procacitate niſum eſt in omnem debacchari concupiſcentiam. Ergò non ex natura legis latę, quæ erat immaculata, aut ex ratione mandati, quod erat ſanctũ, & bonũ, profecta eſt inſolens abundãtia cõcupiſcẽtiæ, ſed ex peccati perniticioſa ac deteſtanda natura, quæ inde, vt latius eſt manifeſtandum poſt, inſoleſcendi occaſionẽ ſumpſit. Verũ etſi hęc concupiſcẽtiæ refricatio, non leuis extitit vetuſti vulneris exulceratio: Dei tamen miſeratione, homines opportuno non ſunt deſtituti remedio: eo ꝙ (vt ſubdit) *vbi abundauit peccatum*, ex lege vt diximus, accepta ab eo occaſione, *abundauit*, & diuina *gratia*, *per* IESVM CHRISTVM *Dominum noſtrum*. Cuius opera ac beneficio, ſicut gratia eſt facta, ita eſt aucta & locupletata. Ergo factum eſt, *vt ſicut peccatum*, aliquando, *regnauit in mortem*. (Siquidem lege refricatum, ac inſolentius ex ſeipſo redditum, tyrannidem in homines ſumpſit: non quidẽ, vt ſeruaret, ſed vt perderet, & occideret, nec ſolùm morte temporali, ſed & perpetua,) *ità & gratia*, Dei, *regnet per iuſtitiam*, quæ eſt è regione peccati, *in vitam*, nõ modò temporalem, ſed æternam Et id, *per* IESVM CHRISTVM, *vt dictum eſt*, *dominum noſtrum*, Amen. Hactenus de collatione doni, & delicti, & per hoc, de Anthiteſi CHRISTI & Adami, quatenùs hoc in loco viſum fuit Apoſtolo.

F

G

Digreſſio de peccato, vt vocant, originali: Quid ſit: Quomodo transfundatur: Qui illius effectus & pœnę.

Pelagius peccatum negauit originale

Vt autem quæ de originis labe à Paulo ſunt attacta, magis noſtra pro imbecillitate reddantur illuſtria; pauca de illo percurrenda ſunt. Nec modo diſputabimus cum Pelagio, aut contendemus naſci homines peccatores, ac filios iræ, cum compertiſſimum ſit, in peccatis nos eſſe conceptos, & ꝙ de immundo editi ſemine, nequeunt non eſſe immundi, etiam ſi infans ſit diei vnius: nec hæſitabimus peccatum Adæ, ad poſteros iure transfundi, illos peruadere, ac Dei inimicos conſtituere; Sed paucis tentabimus clarius aperire, quid in ſingulis ſit, quomodo repit in quẽlibet, qui illius effectus, & quæ manent illi ſupplicia. Et ne Theologorum remoremur placitis, vt qui in pluribus non conſentiunt, breui quid catholicè, noſtro pro iudicio, ſenticodum ſit enarrabitur, ſub cenſura nedum ſacroſaoctæ Eccleſiæ, ſed & cuiuſuis probatioris iudicij. Ergò cum duo (vt conſentiunt) in hoc ſint iouenta contagio, Priuatio originalis iuſtitiæ, & eſtrenitas (vt ſic dixerim) concupiſcentiæ, illa (vt loquuntur) velut formale, hæc vti materiale; non erit ab re, de vtriſque aliquid proſequi. Vt igitur res attingatur, attendendum ꝙ etſi non deſunt, qui temerè dogmatizare præſumunt, hominem ſuàpte natura, (ſi daretur ſine culpa) & in puris (vt dicunt, naturalibus) morti non fore obnoxium, nec diſſidium experturum interioris belli, carne nõ repugnante ſpiritui, nec faceſcente negocium rationi; quin & quòd mens quàm ſuauitèr ſubijceretur Deo, illiq; quàm propensè obſequeretur in omnibus, eo ſic omnia diſponente, cui ſubeſt naturas vt libet inſtituere; nihilominns haud difficilè eſt agnoſcere, quàm hæc ſint euanida, & nulli fundameoto innixa, quin pugnãtia cum ordine vniuerſi, & principijs totius phyloſophię, immò & ſenſu ac periculo comprobatis; dum contrectamus ꝙ quicquid eſt ex contrarijs, natura eſt reſolubile, & vbi oppoſiti ſunt appetitus, neceſſariò perſtrepit aliquando pugna, rationali vrgente ad optima, & ſenſuali trahente ad ſenſualia. Nec Deo forſitàn, natura eò vſq; afficimur, quin plerunq; vel aliquando ſaltem, ex arbitrij libertate, & illecebris carnalis appetitionis, lubeat & promptè & ſuauitèr auerti ab eo. Nec ſuffragatur eis, ꝙ Deus hominẽ ab initio conſtituit

Pſal. 50.
Iob. 14.
& 25.

Duo ſunt in originali peccato,

H

Eccle. 15.

rectum

A rectum & corruptioni non ſubditum; quandòquidem id non cõtigit ex naturæ proprietate, ſed ex gratiæ beneficio, non naturali lege, ſed Dei largitione, vt non longè poſt explicabitur. Ergò hoc commento relicto, hominem aſſeremus non modò natura mortalem, ſed innumeris diuexatum anguſtijs; etiam ſi inueniretur abſque peccato, nec ex ſemine primi proficiſcereť parẽtis. **Homo vnde rectus, & immortalis ab initio.**

Quarè attendendum ꝙ etſi homo naturæ conditione, maxime eſt præſtantiæ, & non ſecùs ac microcoſmus, non tãtũ præfertur cuilibet creaturæ, ſed omnes, vti ſumma, mirificè aggregat cõtinetq́; Et ſi in anima creatus eſt, nedum ad imaginem Dei, ſed & (vt diximus) ſacratiſſimę Trinitatis, & in corpore vti ſimulacrum abſolutiſſimum factus eſt, huius mũdi corporei, vt aliàs locupletiſſimè patefacimus; non euadit tamẽ quin natura pluribus ſit ſubditus neceſſitatibus, immò innumeris ærumnis & miſerijs: Et ſortè non iniuria, quandòquidem ſi quælibet res creata, vel ex hoc ꝙ ex nihilo, in nihilum quàm ociſſimè tendit, immò niſi omnipotẽtis ſeruaretur manu, mox orta in nihilum caderet; ſi ſingulæ alicui ſunt vanitati ſubiectæ; & ex naturæ cõditione, nulla expers eſt alicuius imperfectionis & defectus, vt non immeritò omnes gemãt, parturiãtq́;,
Roma. 8. vt tandèm releuentur ab eis; res eſt conſentanea, vt homo quantæcunq; ſit celſitudinis & excellentiæ, à communi creaturarum lege, nõ ſit natura exemptus, immò potius, & optimo iure, natura aceruus erit & ſumma omnium imperfectionum, quemadmodũ & aceruus & ſumma, natura eſt, omnium creatorum. Quare non immerito propheta clamat: Vere vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Et Iob. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. **Non iniuria homo aceruus omnis miſerię.**
B
pſal 38.
Cap. 10.

Et licet hic miſeriarum cumulus non mediocris ſit infœlicitas; non deſunt tamen & aliæ, quæ vti peculiares hoĩ, ità & illi familiares magis, ſunt, quæ & forsàn immaniùs cruciant. Siquidẽ illi, ex naturæ conditione, eſt vita fugax, ſenectus oneroſa, frequentes morbi, caſus repentini, lapſus irreparabiles, inexorabilis mors, & frequentius immatura. Et quanquàm non eo inficias, hæc inuexiſſe peccatum, eò ꝙ Deus optimus, vt dicetur, antidotum adhibuerat; nec detrecto, ſi homo non peccaſſet, & in puris, vt dicunt, conditus naturalibus permanſiſſet, non tot forsàn onuſtum futurum fuiſſe miſerijs, aut tot percuſſum infortunijs; indubitanter tamen pronuncio, plurima ex naturæ conditione, neceſſariò dimanaſſent, quibus immaniter vexaretur. Sed miſſis incommodis carnis, haud dubium ꝙ non minora ſunt incommoda mentis: propter eà quòd etſi creatur à Deo, creatur tamen vti tabula raſa. Et quanquàm ex natura, in anima ſemina ſunt omnis ſcientiæ, & virtutis, palàm tamen quanto cum labore ſuppullulent, & frequentius non ad maturitatem, & rariſsimè vſque ad frugem. Verum etſi grauiſſima eſt miſeria, poſſet tamen vel
C ex parte, forsàn diſſimulari, niſi iugis in nobis ĩcrudeſceret lucta, carne tumultuãte aduerſus ſpiritum, & plerunq; tàm validè, vt raro ſaciamus quod volumus. Quod & leuius videretur, ſi ſimplici impeteremur telo, aut altero oppugnaremur latere: ſed ſunt tela diuerſa, vndiq́ne offendicula, hoſtes perualidi, & irrequieti. Et cur non, ſi (vt ſcitè dicunt) homo interſtitium eſt vtriuſq; naturæ, & velut orizon inferui ſuperniq́, emiſpherij, & quaſi hymenæus, ſpiritũ copulans carni, mentem ſenſui, terreno cœleſte, & perpetuo tranſitorium? Ergò fieri, vt diximus, natura nõ poteſt, quin contrarijs cõſtemus deſiderijs; & propterea quin hinc euehamur ad ſuperos, inde deijciamur ad inferos: hinc petamus cœleſtia & perpetua, inde terrena & temporalia. Sed mittamus humanas deplorare miſerias, potiuſq; explorare tẽtemus, quo pacto ex immenſa ergà hominem dilectione, Deus optimus tantæ neceſsitati prouidit, ac miſeriæ tàm extremæ ſuccurit. **Natura, oppoſitis conſiſtimus deſiderijs.**

Videns ergò Deus hominem, ſi propriæ relinqueretur ſacultati, his alijſq; ſexcentis opprimẽdum calamitatibus: videns ſuaptè natura nudum, inualidum, imbecillem, tùm in omnibus, tùm in ea potiſsimum parte, qua in ſui imaginem inſtituerat erexeratque; incredibili ergà illum ardore, ſua ſtatuit munificentia ferre opem; & quod non decuit per naturam, dignatus eſt præſtare per gratiam.
D Quarè illius animam munere tàm inſigni affecit, eòq; nõ ſecus, ac precioſa clamide illius nuditatem obtexit ornauitq́;, quin & eouſq; virtutibus obruit, vt non ſolũ omni ſuccurreretur incommodo, ſed & vitam fęliciſſimam, mortiſq; & omnium illius imaginum neſciã, perpetuò poſſideret Quam ſanè precioſam veſtem, munuſq: tàm eximium & præclarum, iuſtitiam, eò ꝙ rectum conſtitueret hominem, & originalem, eò ꝙ transfundenda erat in omnes ſua ab origine, ſancti appellauerunt Patres: de qua, & plurima ſancto ſpiritu inſpirati, tradiderunt inſignia, Deiq́; munificentiam atteſtantia, quorum nonnulla ſubijcio.

Primum dicunt, prothoparẽtes à Deo tali lege eo dono veſtitos, quòd ſi paruiſſent præcepto, illud tùm ſibi ſeruaſſent, tùm agente Deo, in poſteros naturæ propagatione transfudiſſent: at ſi neglexiſſent mandatum, mox & ipſi & nos, nõ modò eo deſtituti eſſemus priuilegio, ſed & immani, extremoq́; addicti ſupplicio. Dicunt rurſùm, ꝙ etſi munus hoc (vt probatior ſentẽtia eſt) **Originalis Iuſtiõa in poſteros quo modo tranſfundenda.**

in illis

ſn illis gratiæ nectebatur gratificæ, re tamen deſtinguebatur ab ea, à qua & poterat aliquãdo di- E
uelli, ſicut & in Eua comprobatur diuulſa; quippè quæ pomum non tam edere præſumens, ſed
& dentibus premens, peccato deliquit capitali, moxq; gratiam gratificam perdidit, & tamen il-
licò iuſtitia non eſt originali priuata, quin nec illius robore deſtituta; aliàs erubuiſſet nuditatem
[Gratia iuſtitiæ originalis radix.] corporis, & experta eſſet rebellionem carnis. Nec propterea illos oppugnamus theologos, qui [S.Thom. pri.par.]
iuſtitiæ radicem, gratiam aſtruunt, immò & fauemus; quandòquidẽ ſicut opus non eſt, vt arbor
detracta radice mox areſcat, immò nec vt ſtatim à vigore recedat; ità nec opus eſt, vt originalis iu
ſtitia, quæ vti arbor concipitur, mox gratia deſinente hominẽ deſerat, præſertim in non primo,
præcipuoq; naturæ noſtræ principio: quare etſi contigit in Adamo, non ex rei impoſsibilitate
contigit, ſed alia rõne. Dicunt tertiò, ꝙ etſi iuſtitia, de qua ſermo, induit rõnem habitus, eam tñ
nullus aſſueſactione conſequitur, ſicut etſi nomen eſt adepta iuſtitiæ, non tñ earum aliqua eſt,
quę traditę ſunt à phyloſophis; tametſi, quam methaphoricam faciunt, pertenuem eius vmbram,
ex parte videatur referre. Quare etſi in parentibus primis, virtutibus coniungebãt infuſis, ſicut [Ethic.5.]
& ſpiritus ſancti donis) vt quæ gratificam ſemꝑ comitantur gratiam) intra illas tñ non erat inclu-
ſa; vndè & illis deſerentibus Euam, iſta non abiit, ſed abſq; radice permanſit, vſquequò conſen-
tiente edẽteq; viro, ambo agnouerũt ſe nudos, & carnis paſsi ſunt indebitos motus. Dicũt quar- F
tò, ꝙ donum hoc, in eſſentia (ſicut & gratia) plãtabatur animæ, indeq; ad diuerſas (vti ramis qui-
buſdam) illius ſe diffundebat partes, vnicuiq; non tantùm aſsiſtens, vimq;, ac robur, vt ſuis (prout
decet) incumberent functionibus, præſtans, ſed perinde ac precioſa chlamys, exornans ſouẽsq;.
Quare & ipſius opera, mens vndiq; ſubiiciebatur Deo, appetitus ſine violentia menti, & anima
adeò dominabatur carni, vt verendum non foret de reſolutione. Poſſem hæc latius proſequi; ſed
quia nemini non probata, & inſtituto non ſunt amplius opportuna, præmiſſa ſint ſatis.

Rem ergò reſumentes, duo diximus, in originali complecti: Alterum & formale, priuatio eſt
[Priuatio origina. iuſtitiæ quo pacto habet rationem culpæ.] originalis iuſtitiæ: Reliquum & materiale, effrenitas carnalis concupiſcentiæ: Et quidem quod
priuationem attinet, conſtat ꝙ obtinet rõnem culpæ, non vt priuatio eſt abſolutè, ſed vt praua
inducta eſt voluntate. Quod vt ſit perſpicuum, dentur duo homines nudi, alter qui vel ſortis in-
clementia, vel patriæ conſuetudine, nunquàm induerit veſtẽ, reliquus qui illa à Principe ſit do-
natus, ſed deſidia propriaq; iniquitate à ſe abdicauerit eàm: certum eſt, ꝙ prioris nuditas nõ mo-
dò non eſt culpa, ſed tantum abeſt ab ea, ꝙ eſt miſeratione digna, poſterioris vero adeò ſubiacet
culpæ, quod eſt plectenda ſupplicio. Quare ſi conſonant hæc ex parte corporis: quanto magis ex
parte animę? Ergo duabus acceptis, altera in naturalibus puris, reliqua iuſtitia ornata originali, G
ſed ſua culpa deſtituta ab ea, palàm ꝙ in illa defectus eſt ex cõditione naturæ, in iſta ex mala vo-
luntate. Sed dicis. Quomodo iuſtitiæ nuditas, ex praua contigit voluntate; tùm Adæ, qui (ni fal-
lor) non mediocriter hanc ęgretulit, tùm deſcendentium, qui non modo ęgreferimus, ſed dete-
ſtamur? Reſpondeo, ꝙ quantum pertinet ad primum hominem; clarũ eſt eadem voluntate cõ-
prehendi, non modo quod directè intenditur, ſed & quod intento, neceſſario copulatur. Siqui-
dem exiens, vt amicum conueniat, nec eſt acceſſus, niſi proficiſcenti per cænum; palàm ꝙ & ſi nõ
intendat inquinare pedes, quin & deteſtetur illud, ſi contingat tñ, vt neceſſe eſt ſi proficiſcitur,
inquinatio illius attribuitur voluntati. Ergo & ſi prothoplaſtes non intẽdit priuationem iuſti-
tiæ, ſed Dei ſimilitudinem, bonumq; callere ac malũ; perindè ac callebat Deus, quibus annecta-
batur præcepti transgreſsio, & per hoc iuſtitiæ deperditio; tñ detrectari nequit, & hanc illius cõ-
prehenſam voluntate, quodq; indirectè & conſequentia quadam, illius non exierit intentiõe;
præſertim cum & præcepti non fuerit immemor, illud repetente Sathana, nec alia circunuentus
fraude; quippè qui dęmonis non eſt ſeductus cõſilio, non perſuaſione, vt Apoſtolus innuit. Er- [1.Thim.2.]
go non iniuria illius aſcribitur voluntati, & per hoc vt culpa merito computatur à Deo. H

At non ſimplex remanet ſcrupulus. Ex altera quidem parte, eò quod priuatio (vt & vox ipſa
innuit) pertinere videtur ad pœnam, ergò non rectè dicitur ꝙ ſpectet ad culpam: Ex reliqua ve-
ro, quia Adæ peccatum inobedientia extitit, vti Paulus tradit, ergo vel non ſimplex eſt origina- [Rom.5.]
[Iuſtitia origina. & ſimplex, & multiplex.] le peccatum, vel priuatio, culpa eſſe non poteſt. Sed difficile non eſt ſatisfacere. Et priori quidẽ
parti, animaduertendo ꝙ etſi originalis iuſtitia, vna erat in ſe; nihilòminus quia in omnes extẽ-
debatur animæ partes, ſingulis auens & quamlibet (vt opus erat ornans & dirigens) multiplex
erat in effectibus ſuis. Quare priuatio eius, priuatio eſt & oĩum, quæ proficiſcebantur ab illa. er-
go & ſubiectionis rectitudinisq; mentis ad Deum, & inferiorum virium menti, & corporis ani-
mæ. Ergo probè animaduerterunt Theologi, ꝙ & ſi priuatio originalis iuſtitiæ, priuatio eſt ſim-
plex, reſpectu ipſius doni in ſe, eſt tamen non ſimplex, ſed multiplex reſpectu effectuum, quos

ipſa

A quos ipſa confert. Quare cum ſtatuunt priuationem hanc, eſſe culpam, & ſi verum eſt abſolutè, maximè tamen verum eſt reſpectu ſubiectionis mẽtis, & potiſſimũ voluntatis; propter quod & colligunt ꝙ culpa in iuſtitiæ priuatione contenta, ea ex parte maximè attendẽda eſt, qua anfert priuatq; ſubiectione, ac rectitudinementis, & inſigniter ipſius volũtatis, reſpectu Dei: quare nec horrent aliis ex capitibus priuationibus hic, illam ad pœnam potius quàm ad culpam ſpectare. Et licet ita ſit, licet horum traditioni ſubſcribam; nihil tamẽ videtur abſurdi, etiam ſi hoc pacto iuſtitiæ priuatione reſtricta, non modo admittatur vt culpa, ſed etiam admittatur vt pœna; quandòquidem & probati doctores, etiam in cuiuſuis priuatione peccati, id fatentur contingere, & id non tam iuſto iudicio, quàm miro beneficio Dei; quippe qui dum nonnullam pœnam facit indiſſociabilem culpę, non modo ſuam illuſtrem reddit iuſtitiam, ſed & miſericordiam, eò quòd ſentientes iuſtitiæ ſtimulos, non leuiter ad pœnitentiam perurgemur, & in poſterum non tam facilè præcipitamur. Vndè & priuatio, quæ formaliter definitur peccatum, vt pœnæ rationem habet, eſt indubitanter à Deo, vt verò culpæ, eſt ſolum à nobis: illud habet vt in nobis recipitur, hoc vt à nobis progreditur: ſed de hoc alibi latius. Poſteriori autem parti fit ſatis, conſiderando ꝙ inobedientia Adæ, aliud non fuit quàm tranſgreſſio diuini præcepti, & per hoc, nõ
B aliud quàm auerſio voluntatis à Deo: ergo & priuatio illius extitit ſubiectionis, quam iuſtitia cõſerebat originalis: ergo aut re nihil differt quod diximus, aut tantum amborum eſt gluten, vt alterum pro altero computetur.

Verùm ſupeſt expedire, quo pacto priuatio, de qua ſermo, culpa eſſe poſſit in nobis, qui nec directè, nec indirectè, in illam cõſenſimus, immò & ſæpe detraximus & detrahimus; quod planè explicationem exigit, quo pacto peccatum Adæ, transfundatur in poſteros, quo iure, & qua ratione. Et à poſtremo exordium nacti, ea indubiè fatendum eſt ratione peccatum hoc in omnes irrepere, quia omnes commiſimus in prothoplaſte; non ſecus ac Leuitæ in Abram, decimas ſoluerunt Melchiſedecco: Nam cum omnes homines à primo pendeant homine, non ſolùm vt filij pendent à genitore, ſed vt membra pendent à capite, quandòquidem ſicut natura eſt omniũ pater, ità & natura eſt omnium rector; palàm quòd omnes ab initio, vtroq; modo, comprehendebantur in eo, & ſi non actu, poteſtate, & (vt loquuntur) virtute. Ergò & mirum non eſt, ſi & omnes participes illius cuaſerunt inobedientiæ, & originalis, vt conſequitur, infectionis, ſi non

Adę peccatũ, qua ratione, curq; tranſferatur in poſteros.

Eze. 18. actu, virtute; participaturi actu, cum actu filij efficerentur & membra. Nec obſtat quòd filius nõ
C portat iniquitatem patris, quoniam verum eſt cum ſpectat ad infectionem perſonæ, & non cum ſpectat ad infectionem naturæ (ſiquidem in Adam, perinde ac primo principio, tota erat incluſa natura, in quo & tota eſt commaculata, ſicut & tota fuerat iuſtitia inſignita: propter quod ſi non peccaſſet, cum eo dono, vt diximus, ad ſingulos deſcendiſſet, ſicut & in quemlibet nunc cũ infectione deſcendit) Dupliciitaq; vinculo, prothohomini alligati, & ſi alterum neceſſariò infertur ex altero, eò ꝙ vinculum membri, vinculum comitatur filij, amborum tamen parum non differunt nexus, & depẽdentiæ: Siquidem ex ratione, qua filij, præter id, ꝙ naturali origine dependemus ab eo, præter id, ꝙ & portio ipſius ſumus, nonnullum reputamur ſimulacrum eius, cum & filius imago ſit patris, & pater quodam pacto, perſeueret in filio; nec modò imaginẽ gerimus patris, ſed & non raro naturam conſequimur, & complexionem patris: propter quod & à leproſo progignuntur leproſi, & ab epilentico epilentici. Ergo & iure inficiari nõ poteſt, ſi quis & hac aſſerat ratione, pariter nos Adami infectionem cõtrahere, ac eo pacto ſubdi defectui originalis iuſtitiæ, cum omnibus quæ conſequuntur ad eam; immò & res eò debet comprobari cõſtantius, quo hæc infirmitas infectioque, cum ſupponatur naturæ, & illa ſolius contrectetur perſonæ, nocentior eſt & peſtilentior: Verùm hac de ratione nequit efficaciter ſtabiliri, ꝙ hæc in

Non raro filij, conſequũtur qualitates pat.

D nobis rationem induant culpæ; quandòquidem etſi ſatis eſt, vt natura cónincamur infirmi, ſaucij & iuſtitia nudi; non tamen vt natura conſtituamur impij, vel peccatores, vt qui hæc participant in rationo culpæ. Nã etſi primus homo iri puris factus fuiſſet naturalibus, eoq; in ſtatu manſiſſet ſine offenſa Dei, haud dubium ꝙ filios pariter, procreaſſet infirmos, & iuſtitia nudos, ſicut & ille iri ſemetipſo eſſet, & palàm ſine controuerſia, ꝙ illis non aſcriberetur ad culpam, ſed ad naturalem proprietatem. Ergo opus eſt, vt ad alteram ſit rationem recurſus; & ità ex membrorum vinculo, nexuq;, culpæ rationem venemur: Quod non erit difficilè, dummodo concipiatur mente, membra nedum mouenda ad voluntatem capitis; ſed & ad libitum dirigenda ab eo.

Et vt res ſit conſtantior, attendendum quòd ſi naturę participatione ſymboloque, omnes homines vnus quodammodo reputantur homo, vt philoſophi tradunt; multo magis vnius patriæ, non iniuria, veluti vnum conſtituentur corpus: Quibus ſi accedat cognatio, nimirũ quia

Oẽs ex ꝓthoplaſte geniti, myſticũ eius corpꝰ faciũt.

E

vno ex progenitore dependent, cuius ſub ditione, perindè ac ſub patrisfamilias continentur diriguntúrque; palàm quòd non ſolùm vt vnum computabuntur corpus, ſed miro ac arctiſſimo vinculo nexum. Quarè non temerè omnes ex Adamo progeniti, & corpus & membra dicuntur Adami; nec minori analogia, quàm renati ex CHRISTO; corpus & membra computantur CHRISTI, vt non raro apoſtolus docet. Ergo ſicut meæ eſt poteſtatis, pro voluntate membra agere mei corporis; & poteſtatis CHRISTI, ad libitum corpus mouere ſuæ Eccleſiæ, ità & poteſtatis fuit Adami, pro voluntate mouere omnes nos. Qua de re euidẽter inſertur, quòd & Adæ voluntatis, certa lege participes ſumus, ſicut & membra voluntatem participare ſui capitis, in cõfeſſo eſt: Ergo non eſt mirum, ſi & illius inobedientiam participauimus, & per hoc, nec mirum ſi & eo in Deum committente & nos vna commiſimus. Sed agè vt hæc magis efficiantur illuſtria: certum eſt, non eſſe peccatum, niſi a voluntate profectum, ſed opus nõ eſt, ad hoc, vt in me dicatur eſſe peccatum, vt mea proficiſcatur electione, ſed ſatis eſt, ſi illius in me obuenit voluntate, qui poteſtatem in me legitimam poſſidet, meque ſuæ valet voluntati ſubijcere: quarè & eo caſu, non modo non conſentiendo, ſed & detrectando, illius voluntati ſubijcior, & ità criminis particeps ſactus, mulctam iuſtiſſimè luò. Nam ſicut manus, quæ planè ſine conſenſu, immò ſi poſſet cum reluctatione, ad iniuſtum occiſoris imperium, innocẽtem percutit, aut ad ſalſum atteſtantis impulſum, in proximi iacturam ſubſcribit, particeps ſit piaculi, iuſtaque (nam membrũ eſt delinquentis) præciſione punitur; ita & noſtrum quilibet ad iniquam præuaricationem primi hominis, etiam ſine conſenſu noſtro, non ſecus ac illius membra, rei criminis facti, iure velut aliquid eius punimur, mulctamurque: quod & eò accidit congruentius, quò & ſub eadem primi hominis intentione, comprehenſi ſumus: ſicut enim appetendo eſſe vt Deus, ſciens bonum & malum, non modo appetijt ſibi ſed poſteris, quoniam pro ſe & pro membris, ità & eadem electione, qua auſus eſt comedere, Deique voluntati reſiſtere, & ſe & nos omnes inuoluit. Ergò tranſgreſſio Adæ, non iniuria & illi & nobis aſcribitur, & ob id verum eſt, ꝙ & cum illo peccâte peccauimus, & quòd eo peccato iure impij & peccatores dicimur; nec extrinſeca ſolùm denominatione, vt dicimur locati, indutiuè; ſed & intrinſeca, eò ꝙ in nobis intrinſecus reatus eſt culpæ, ſicut & pœnæ; quem tamen nunquàm actu incurrimus, niſi quando (vt diximus) actu generamur, tunc enim, cum ex ſemine formemur Adami, actu illius membra efficimur: & cum illud retineat inſectionem, dùm gignimur, inquinamur. Nec baptiſmus ſufficit proximi genitoris, quoniam etſi eo ſacramento, originis peccatum deletur, fomes tamen, qui nobis relinquitur ad exercitium, cum ſit portio nonnulla primi hominis (ſiquidem pertinet ad vetuſtatem, origine carnis contractam) & per hoc non ſine aliqua infectione, in cauſa eſt, ꝙ in peccatis concipimur, & ſic actu, rei antiquæ tranſgreſſionis, non immeritò conſtituimur.

Non eſt opus vt peccatum, quod eſt in me, a mea ꝓfectum ſit voluntate.

1. Cor. 6. & 12. & alibi.

F

Cur baptizatus generet originali obnoxium.

G

Verùm cum duo in originis continerentur peccato, priuatio originalis iuſtitiæ, & effrenitas concupiſcentiæ; & de priori explicatum ſit (ni fallor) vt ſat fuerat præſenti loco, ſupereſt vt & de poſteriori aliquid attingatur. Quarè attendendum, quòd concupiſcentia carnis, non ſumitur hac in re, pro altera parte ſenſilis appetitus, quam plurimi concupiſcibilem dicunt, in qua & ponũtur paſſiones ſex principales, amor & odium, proſecutio & fuga, delectatio & triſtitia; nec pro eodem integro, hoc eſt, vt & complectitur reliquam, quàm & communiter iraſcibilem nominant, cui & quinque paſſiones, vti principes tribuũtur, ſpes & deſperatio, audacia & timor, & ira; ſed pro omnibus animæ viribus, partibuſuè, in ordine ad obiecta, & operationes ſuas; quandòquidem omnes ad hæc inclinantur, tenduntq́; per modum appetitus, quod & docet adiectio carnis, quam nulli dubium, eam in ſcripturis extenſionem habere: propter quod & apoſtolus inter opera carnis colligit hæreſes, ſectas, idololatrias, quæ palàm eſt, ſenſilem excedere appetitum. Quarè & carnis nomine (ſi non fallor) accipiendum videtur, quicquid in nobis offenditur vetuſtatis; & maximè antequàm initiemur CHRISTO. Ergo effrenitas concupiſcentiæ carnis, aliud non eſt, quàm ea virium noſtrarum procliuitas, eauè petulantia, quæ ſine freno, nedũ rectæ rationis, ſed & legis diuinæ, laſciuiens in ſua fertur obiecta, ſuiſque æſtuat paſſionibus affectibuſuè, & in ſuos prorumpit actus, & cupiditates, quauis animæ parte cõtingat. Minus diximus, quandoquidem non ſolum hæc tentat, effutireuè ſatagit, abſque freno tum rationis tum legis; ſed & nititur ſua pro virili, contrà rationem & legem, vt oſtentans vim & ingenium ſuum, fiat ſuprà modum laſciua, improba, & ſceleſta, occaſione per mandatum accepta, vt Apoſtolus tetigit, & latius in ſequentibus explicabit. Et cum animæ partes ſint contrariæ, cum ad diuerſa oppoſitaque animum diſtrahant appetitus, non ſolùm in nobis animi naſcitur ægritudo, ſed & illud inteſtinum bellum, pro quo & iugiter ingemiſcunt iuſti, cupientes è corpore huius mortis abſolui.

Gala. 5.

H

Effrenitas cõcupiſcentię carnis, quid propriè.

Cap. 7.

A abſolui. Et licet ea peſtis proficiſci habeat ex natura, eoque pacto, ad contagium pertinere non
Vbi ſupra. videatur originis; nihilòminus quia illi, vt dictum eſt, occurrerat Deus munere iuſtitiæ, refragari non poteſt, quòd ſi inobedientia Adæ, eo ſimus deſtituti beneficio, eodem pariter crimine, & deſtituti ſimus interna animi ſanitate. Ergo vt hoc ex capite præmiſſa vigent in nobis, haud dubium, quòd rationem non effugiunt culpæ, & ea ſub ratione ad morbum ſpectant originis, ſicut & ipſa priuatio doni; tam etſi illa, vt materialis portio, hæc vt formalis, & ob id, vt principalis ratio, vt amplius Theologi proſequuntur. Quæ tamen materialis portio, vt tactum eſt, in renatis rationem non retinet culpæ ſed pœnæ, quæ & relinquitur, non vt deleatur originis noxa, quoniam deleta eſt in baptiſmo, ſed vt exerceamur per eam exuendo mortificandoque iugiter
Epheſ. 4. Colo. 3. veterem hominem, cum actibus ſuis, prout adhortatur Apoſtolus. Denique vt aliquando finiam, non nihil ſubijciamus de effectibus, pœniſque tanti flagitij; vt ſtando promiſſis, ſaltèm ſuis partibus rem attingamus, etſi noſtrà pro tenuitate penitus non abſoluimus. Primum, neminem fugit, peccatum hoc, Priuare hominem gratia Dei, & per hoc, vita ipſius animæ, vt verè mox factũ
Gen. 2. ſit, quod comminatus eſt dominus; In quacunque hora comederis, morieris: Priuare dono originalis iuſtitiæ, prout & declarauimus, & ob id interna animi ſanitate & pace; quod quanti ſit
Eſa. 57. 7. Ethic. & alibi. B ſupplicij, non modo ſcriptura docet (cor impij, quàſi mare feruens) ſed & philoſophi tradũt, immò & periculo res exploratiſſima eſt. Vulnerat ſauciatq́; animæ vires, & vix ſemiuiuas relinquit.
Luc. 18. Et licet forsàn arduum non eſſet vulnera in ſingulis declarare; ſat tamen ſit doctrina ſanctorũ, qui præcipua colligentes, ea quaternario complexi ſunt. Primum ergo vulnus, vocant ignorãtiæ, & ponitur in intellectu; cum ſpeculatiuo, quo non modo hebetatur ad ea quæ ſunt ſupra ſe, cœleſtia inquàm & diuina, ad quæ tamen inſtitutus ordinatuſque eſt, ſed & non leuiter deſtituitur
Sap. 9. ab ordine, ad quam volueris veritatem: tum practico; quo & perplexus nõ raro eſt in rebus agẽdis, vt rectè ſcriptum ſit: cogitationes mortalium timidæ; & incertæ omnes prouidentiæ noſtræ: nec modo eſt perplexus, ſed & frequenter hallucinatur: Et conſiſtit re uera, ni fallor, vulnus hoc, ſicut & alia, ſi penitus id explicari opus eſt, in quadam vigoris diminutione, immò & deſtitutione, quem vterque conſequebatur intellectus, ſub munere originalis iuſtitiæ, ſicut & cogitatiua, vt dicunt philoſophi (ſua pro ratione) ex aſſiſtentia intellectus; qui etſi non erat naturalis, hoc eſt, ex vi dimanans naturæ, erat tamen conſonans ei, ob id ꝙ hominis forma, ratio eſt ſecundum quam bonum illi eſt vitam ducere, & agere ſeſe. Secundum eſt vulnus malitiæ, & locũ
C habet in voluntate, & eſt grauius cæteris; quandòquidem eo voluntas, non modò ad agendum probè, redditur ſegnis, dura, difficilis, ſed & ad prauè agendum, prompta, labidis, liberalis; & id ex non diſſimili amiſſione vigoris, quem nacta erat ſub fauore iuſtitiæ; & eò deploratius, quo id, quod conſequebatur beneficij, erat in illa locupletius. Tertium eſt infirmitatis, & partem afficit iraſcibilem, quo efficitur imbecillis pauidaq́;, tùm ad proſecutionem boni, tùm ad euitationẽ mali. Et demùm, vulnus eſt concupiſcentiæ; quo concupiſcibilis eſt procax, & petulans, in his quæ oblectant ſenſum, & pigra & negligens, in his quæ ſunt cõſona rationi. Adde mortem corporis, & pro effectu & pro pœna peccati; cum omnibus imaginibus ſuis; Et tandem priuationem viſionis diuinæ, occluſionemque cœleſtis ianuæ; in quibus miſeria extrema conſiſtit. Hæc breui de peccato originis dicta ſint.

Vulnera originalis peccati.

Mors effect⁹, & pœna peccati.

Regreſſio ad enarrationem textus.

CAP. VI. *Quid ergo dicemus?* Non latebat apoſtolum, multorum peruerſitas iudæorum, qui omni ſtudio, nullum non mouebant lapidem, vt euangelium CHRISTI peruerterent, vel ſaltem obſcurarent: propter quod & detorquebant, & calumniabantur non raró verba apoſtoli, & maximè
D cum euangelizabat gratiam CHRISTI, quaſi anſam daret peccato, exuberantia eius; nec eſſet aliud quàm dicere, faciamus mala, vt eueniant bona, ſicut & in præcedentibus conqueſtus eſt. Quia ergò in calce præcedentis capitis dictum eſt, ꝙ peccato abundante acceſſione legis, abundantior reddita eſt gratia Dei; præueniens quæ indubiè machinati forent, in quæſtionis modũ eorum occurrit blaſphemijs. *Quid ergo dicemus?* nunquid quod garriunt inimici gratiæ, & euãgelij CHRISTI? nempè vt perſeueremus, proficiſcamurque in peccató, vt gratia in nos obueniat locupletius? Et hoc eſt, quod ſubdit. *Manebimus*, affectu, opere, fructificatione, *in peccato*, tũ natura contracto, tum praua volũtate ſuperadiecto; vt gratia Dei, & CHRISTI, *abundet*, in nobis? *Abſit*, tã execranda blaſphemia. *Qui enim mortui ſumus, peccato*, planè mortificando, tollẽdo, exterminando, *quomodò adhuc viuemus in illo?* Validiſſima quidem ratio. Si enim euangelium docet, debere nos mori, vt morte interficiamus peccatum; quomodo eſſe poteſt, vt doceat nos

Calumnia prędicantiũ gratiam.

viuendum eſſe in illo? *An ignoratis*, quod planè vti rem notoriam ignorare non poteſtis, & præ- E
ſertim vos, *fratres*, qui regeniti eſtis, & adoptionis ſpiritum accepiſtis, vt ſitis filij vnius patris, & Rom.8.
eiuſdem ſortis hæredes; & per hoc non ſecus ac fratres in CHRISTO, *quòd quicunq; baptizati ſu-*
In Chriſtum baptizari quid ſit. *mus*, & ob id adoptati Deo, *in* CHRISTO IESV, ſed rectius in accuſandi caſu; quippè qui ba-
ptizati ſumus, ſicut & adoptati in CHRISTVM IESVM, tùm imitandum, exprimendumque, Rom.8.
vt conformes ſimus imaginis eius, & ipſe vti primogenitus ſit inter fratres, tùm induendum (nã Gal.3.
quotquot, inquit aliàs baptizati eſtis, CHRISTVM induiſtis) & demũ, baptizamur in CHRI-
STVM, quia in ſacroſancto lauacro, ex oleaſtro in oliuam inſerimur pinguem; vt ex membris
Adæ, in membra transferamur CHRISTI, illius potituri ſpiritu, gratia & beneficio; & potiſſi-
mum mortis & reſurrectionis eius. Vndè, & ſubdit, *in morte*, rectius, mortem, *ipſius baptizati ſu-*
mus. Siquidem in baptiſmo, non ſolum vberrimè potimur beneficio mortis CHRISTI, quæ
interfectio exterminatioque extitit omnium peccatorum; ſed & profitemur nos mori, in ſimi-
litudinem mortis eius, & per hoc nos mori peccato; & ità mori, vt vltrà non viuamus in eo, vt
ex ſubiunctis inſertur.

Conſepulti enim ſumus cum illo, per baptiſmum, in mortem. Non modò alludit ad ritum baptiſmi,
quo mergebamur ſub aqua, ſicut & cadauera ſepeliuntur ſub terra, è qua non reſurgunt, com- F
Quid ex baptiſmo conſequimur. muni lege, niſi ad immortalem vitam; non modò explicare vult rem, & effectum eius, quo ne-
dum morimur, ſed & eòusq; morimur, vt conſepeliamur cum CHRISTO, in mortem abſolutã,
perfectamq; peccatorum noſtrorum: (quippè quæ mortis CHRISTI vi, omnia nedum interfi-
cit, ſed non ſecus ac Ægyptios, in mare ſubmergit, ac ſepelit,) ſed & profeſſionem, quam in ba-
ptiſmo emittimus innuit, quin & de illa (ni fallor) directè intelligit, inſtruens profiteri nos in
baptiſmo, non modo nos eſſe mortuos, ſed & ſepultos peccato in mortem, vt ſcilicet, quantum
ex nobis fuerit, ſiquid illius remanſerit vitæ, omnem nauemus operam, vt penitus occidatur, ac
funditus eradicetur; vt ab eo liberati, ac in vitæ nouitatem emergentes, in illa proficiſcamur ad
imitationem CHRISTI. Vndè, & ſubdit. *Vt quomodo* CHRISTVS *ſurrexit à mortuis per gloriam*,
hoc eſt, poteſtatem (ſic enim & aliàs, in ſcripturis accipitur) Ite & narrate patri meo, omnem
gloriam meam, *patris*. Nam & Deus ſuſcitauit illum tertia die, *ità & nos*, reſuſcitati cum eo (ſi- Gen.45.
In baptiſmo in vitam reſuſcitamur iuſtitię. cut enim in baptiſmo CHRISTO conſepelimur in mortem peccati, ità & in eodem CHRISTO,
reſuſcitamur in vitam iuſtitiæ, quæ eſt vita gratiæ, & eorum propria, qui membra ſunt CHRI-
STI, vt qui eius ſpiritum habent & illius imitatione fructus ſpiritus proferunt; non per ſuã vir-
tutem ſuamùe facultatem, ſed per gloriam, vim ſcilicet & poteſtatem communis cœleſtiſq; pa- G
tris, aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrũ) *in nouitate vitæ ambulemus*, affectu, & opere, eo- Ioan.20.
rum referendo vitam, qui ſurrexerunt à mortuis, quærentes nõ quæ deorſum ſunt, ſed quæ ſur-
ſum ſunt, vbi & CHRISTVS eſt in dextera Dei.

Si enim, Rationem cumulat rationi, *complantati*, non capitur in vi participij, ſed nominis, &
perindè eſt, ac ſimul inſititij, & optimè quadrat; cum baptiſmo inſeramur, vt diximus CHRI-
STO, non ſecus ac oliuæ pingui. Et particula, ſimul, non ſimplex innuit ſacramentum; cum &
primum reducat ob oculos, quod Theologi tradunt, nimirum humanitatem CHRISTI, perſo-
næ verbi mirificè inſitam, & ità inſitam, vt dubium non ſit, & ſuſtẽtari in ea, & Diuinitatis ſplẽ-
dore eòuſque locupletari in illa, vt non modo difficilè non ſit, vnam eandemque hypoſtaſim, &
Deum & hominem confiteri, & idiomata ſingulis propria, iure vtriſque communia atteſtari,
ſed & illius hominis opera, longè ſupra facultatem naturæ noſtrę exiſtere, immò & ita diuinita-
te fulgere, vt vndique miris ſcateant effluantq;. Ergo particula, ſimul, admonet, nos vi ſacroſan-
cti lauacri, adeo inſeri CHRISTO, vt & ſimul Dei verbo inſeramur cum eo; & ob id ita inſeri,
vt & ad participium quodammodo diuinæ perſonæ, & omnium diuitiarum eius aſſumamur cum
illo: Quod non erit obſcurum, ſiquis mente ponderat, illius nos eſſe membra, illumq; nos perfi- H
cere & complere; & deniq; ex illo vt capite, & ex nobis vt corpore, vnum cõſtitui CHRISTVM, Epheſ.1.
vt Paulus aliquando tradit, & nos ampliter ad Epheſios diximus.

Deindè & ad conſiderandum excitat, quòd etſi qui tinguntur, membra ſunt CHRISTI, ex
diuerſis collecti populis, tribubus, nationibus; colliguntur tamen ſine reſpectu perſonæ, & ob
id ſimul, hoc eſt, pariter inſeruntur CHRISTO, & ſimul illius perfunduntur theſauris ac cor-
Chriſti membra, illius potiuntur ſpiritu & mortiac ſepulturę cõmunicant. nucopijs: Non quòd membra ab inuicem non ſint diſtincta: non quòd non gaudeant ſingula
proprio munere, & functione; ſed quia oĩa pro captu, officio, vocatione, illius potiũtur ſpũ, gra-
tia, & beneficio, vt non modò non ſit ſchiſma in corpore, ſed mira vnitas, pax & dilectio, quæ &
reddit oĩbus communia, quæ ſunt ſingulis peculiaria, dum de omnibus, perindè ac de proprijs
gaudent,

A gaudent, ſolicitanturq́;: *Facti ſumus.* Si inquam CHRISTO coinſerti, euaſimus miro quidem arti-
Ethic.6. ficio(nam & ars philoſophis, ſactibilium recta ratio eſt) quoniã & inſitionis huius, pater agri-
Ioan.15. cola eſt, qui & palmites purgat, vt fructus vberius afferant & medio ſpiritu paracleto, qui eſt
omnium artifex, ꝓpter quod & ritè, facti, participio vſus eſt: *ſimilitudini mortis eius.* Phraſis eſt he-
Sap.1. bręa, & perindè eſt, ac ſimiles mortuo CHRISTO (nam in baptiſmo dum mergimur, ac eo pa-
cto ſepelimur, perſimiles euadimus, (miro vt diximus artificio Dei, in eo operantis ſacramẽto,)
CHRISTO mortuo, & ſepulto) quo ſymbolo, ſimilitudineq́;; ſic ordinante Deo, participes fi-
mus mortis & ſepulturæ CHRISTI; & per hoc, mortis & ſepulturæ peccati, quod mortuum &
ſepultum eſt, per mortem & ſepulturam eius: Si inquam ita eſt, haud dubiũ (ſequitur enim per-
neceſſaria illatione,) ꝙ, *ſimul,* ex ui coinſitionis baptiſmi, *&*, facti, *ſumus ſimilitudini reſurrectionis
eius.* Si enim per baptiſmum coinſerti, perſimiles redditi ſumus CHRISTO mortuo, cõſequi-
tur vt & per eundem euadamus perſimiles CHRISTO reſuſcitato. Vndè & in baptiſmo (vt di-
ctum eſt) non modo in merſione, ſymbolum gerimus mortis CHRISTI, ſed & in emerſione,
ſymbolum gerimus reſurrectionis eius. Ergò perſpicuum eſſe poteſt, non modo manẽdum nõ
eſſe in peccato, non modo non fructificandum ei, ſed contrà omnem pręſtandam operam, vt il-
B lud interficiatur, & iuſtitiæ fructificetur; id enim exigit abundãtia gratiæ, quæ & locupletat nos,
vt illius abũdantiæ valeamus obſiſtere, in quam legis occaſione, & ſui ingenij peruerſitate, om-
ni virili prorupit exuberauitq́;.

Hoc ſcientes. Poterat forſan initiatorum aliquis, excuſationem obtendere, quòd etſi ſubſcri-
pſerit in baptiſmo in occiſionem peccati, quia tamen remanet in ſe vetus homo, qui impenſe ac
omni virili peccato ſauet, ſeque munitiſſimè illius extinctioni opponit, vt rarò quidem, & non
niſi diro cruentoque congreſſu, quod volumus faciamus; ideò vel nunquam, vel vix, peccatum
noſtro valemus marte confodere, nedum pernecare aut prorſus extinguere. His occurrit apo- Peccatum ad mortem inſectantibus, vetus homo nocere non poteſt.
ſtolus, docens vetuſtum hominem (etiam ſi illum geſtamus aſſiduè) extinctioni peccati, re vera
minus obſiſtere, aut ſaltem parũ, minimumùe, nocere: propter quod orditur & dicit. *Hoc ſcien-
tes,* huius rei penitùs perſuaſi ſitis, *quòd vetus homo,* etſi inſolentiſſimus eſt in ſe, *noſter,* tamen,
hoc eſt, vt in nobis, valde extenuatus eſt. Et præter id, ꝙ in renatis vigent ſolum quędam protho-
plaſtis reliquiæ, non quidem vt ſint inſtrumenta peccati, ſed materia lucri; maximè pendendũ
eſt, ꝙ &, *ſimul,* hoc eſt noſtro cum capite, *crucifixus eſt,* non quidem, vt dũ hic agimus, nobis pe-
C nitus & quauis ex parte, extinguatur, cum nec penitus, aut vndique in præſenti regeneremur
(extinguendus tamen, vi crucifixionis cum CHRISTO, prorſus in nobis, ea in regeneratione,
in qua ſedebit filius hominis, in ſede maieſtatis ſuæ;) ſed vt eòuſque extenuetur, vt facilè ſi volu-
Mat. 19. mus, *deſtruatur,* tum efficacia crucis CHRISTI, tum aſſiſtentia copiaque diuinæ gratiæ, & exer-
citio libertatis noſtræ, *corpus peccati,* congeries aggerque, quem aduerſum nos, nunquàm non
molitur conſtruere; & ſi non funditus aut omni ex latere, ità tamen deſtruatur, comminuatur-
Matth.25. que, *ut ultrà,* dummodo inuacuum non recipiatur munus & gratia Dei, aut talentum nobis cre-
ditum, vel alligemus ſudario vel fodiamus ſub terra, *non ſeruiamus peccato.* Tam ingens quidem
eſt pręſidium Dei, tam potens beneficium crucis, & tantum roboris additum eſt regeneratis; vt Vis beneficij crucis.
etſi liberati non ſunt de corpore huius mortis, aut de munitionibus circunſtantis nos peccati,
difficilè tamen illis non eſt, adeò præualere, vt amplius illius non ſubijciantur tyrannidi, aut le-
gibus ſui nõ aſtringantur imperij; præſertim cum & in baptiſmo illius excuſſerint iugũ, & in li-
bertatem tranſierint filiorum Dei. *Siquidem qui mortuus eſt,* cum CHRISTO, in ſacramento la-
uacri, *iuſtificatus,* liberatus, abſolutus, exemptus, *eſt à peccato,* vt qui vltrà non ſubijcitur tyran-
nidi ac ditioni ſuæ. Nec modo iuſtificatus eſt, à peccato; ſed & in libertatem eſt tranſuectus iuſti-
D tiæ, quandòquidem, *ſi mortui ſumus,* vt nõ ſemel dictum eſt, in baptiſmo cum CHRISTO, indu-
bia, *credimus,* perſuaſione, & infallibili confidimus ſpe, *quòd ſimul.* perindè, ac membra eius, &
corpus, *uiuemus,* præſenti quidem ſtadio, vita gratiæ, qua nedum liberi facti ſumus à iugo pecca- Vita gratię, & vita glorię.
ti, ſed & primitijs potimur vitæ cœleſtis; & demũ vita gloriæ, qua & corpus huius exuemus mor-
1.Co.15. tis, quoniam mortale induet immortalitatem, & corruptibile induet incorruptionem, *cum illo,*
qui noſtrum eſt caput; quod & erit, tum in ſingulis tum in omnibus omnia.

Scientes quòd CHRISTVS, *reſurgens,* græcè participium eſt præteriti, & rectius legitur, ex-
Pſal.3. citatus, cum & illius mors fuerit velut ſomnus (ego dormiui, & ſoporatus ſum) ſicut & eſſe de-
1.The.4. bet omnibus eius membris (nolumus ignorare vos de dormientibus, vt non contriſtemini, ſi-
cut & cæteri, qui ſpem non habent (*ex mortuis,* vti primitiæ dormientium, *iam non moritur,* quip-
1.Cor.15. pè qui ad vitam excitatus eſt immortalem, *mors illi vltrà non dominabitur,* vel dominatur græcè,

tâmetſi multis illius dominetur membris; quoniam illi deſtructa eſt mors, & ſanctis ſolum E
(vt creditur) qui reſurrexerunt cum eo. *Quòd enim mortuus eſt*, morte carnis, quæ mors fuit ad tē-
pus, *peccato.* perpetuò interficiendo, delendo, exterminando, *mortuus eſt ſemel*, nam ea mors tan- cap. 10.
tæ extitit efficaciæ, vt ad perpetuam extinctionem peccati, repeti opus non fuerit, vt latius Pau-
lus docuit ad Hebræos. *Quòd autem viuit*, nunc ſempiterna ac fœliciſſima vita, *viuit Deo*, illū glo-
rificando, & ampliſſimè ſuis in theſauris nobis impartiendo, ac profundendo. *Itá & vos*, quip- 1. Cor. 6. & 12.
pè qui illius eſtis corpus & mēbra, *exiſtimate*, & planè vti rem precioſam, magniq; momēti, apud
vos continue retinere debitis, *vos*, &, *mortuos*, & mortem in baptiſmo profeſſos, ipſi, *peccato*, iu-
giter pernecando, ac illud omni virili perſequendo ac deſtruēdo. Nec exiſtimate modo vos mor
tuos eſſe, morteṁq; profeſſos, in deſtructionem peccati; ſed & exiſtimate, *viuentes*, vos, *Deo*, vt
illum ſemper glorificetis, illi fructificetis, ac vitam vnicè voueatis, ac conſecretis. Et vt illi vnice
ſit acceptum, præſtandum eſt, *in* CHRISTO IESV.

Non ergo regnet peccatum. Et ſi non inficior, quæ hoc traduntur capite de peccato, quemadmo-
dum & in præcedenti, poſſe etiam actuale complecti, immò & illud, ſaltem analogia quadam,
complexum eſſe non dubito; conſtat tn̄ Paulum de originali potiſſimum loqui, quod & geſta-
mus in carne, & cum illo belligeramus aſſiduè. De hoc ergo loquitur, & velut ex præcedentibus F
inferens, prohibet non quidem ne ſit, quoniam communi lege, ac Dei ordinatione, dum hic ſu-
mus, deſtitui illo non poſſumus; ſed ne regnet, ne nos moueat, agatque pro ſua libidine, *in
veſtro mortali corpore*, quod in præſenti geſtamus. Nàm cum ex parte carnis regeniti nondum ſi-
mus; in hac parte ſedē ſibi ſtatuit, vt indè iubeat, vel ſaltèm alliciat, ſi fortè quis illum auſcultet:
vt obediatis, obſequendo peccato, nam & græcè, ei, additum eſt, *in concupiſcentijs eius*, ſcilicet
corporis, vt clarè docet litera græca. Exigit ergò Apoſtolus, quòd collectis ac ritè ponderatis,
quæ hactenus tradita ſunt, poſſumus eſſe perſuaſi, omnem impendendam operam, ne pecca-
tùm originis, eo modo quo locum habet in regeneratis, in quibus & ſedem fixit in ſola carne,
regnet dum mortalitatèm patimur (etiam ſi nitatur regnare, nihilque omittat vt regnet) eò ſal-
tèm pacto, vt voluntariè obſequamur ei, in carnis concupiſcentijs; de quibus ſub nomine ope-

Carnis cōcupiſcentia abſolutè, & vt peccati effectus & organum.

rum, ſatis explicatum eſt Galatis ab eodem apoſtolo. Quod vt ſit perſpicuum, attendendum q̃ Cap. 5.
non parùm differt, concupiſcentia carnis abſolutè, & vt inſtrumentum, immò vt effectus pecca-
ti; ſiquidem caro naturaliter concupiſcit in ſpiritum, at vſq; ad certum limitem: verum per pec-
catum concupiſcit (vt dictum eſt) ſine omni freno, immò & contranititur omni legi. Ergò aliud
eſt, loqui de concupiſcentia carnis, vt eſt effectus naturæ, & aliud, vt proficiſcitur ex impulſu pec G
cati; & hoc pacto in præſentia ſermo eſt; Intendit ergò Apoſtolus de cōcupiſcentia quidē carnis,
ſed adhuc quodam pacto infectæ, vtpotè non dùm regenitæ, & comprehendit eo nomine, quic-
quid in nobis reliquiarum inuenitur Adami, ſicut & alijs in locis ſolitus eſt.

Neque exhibeatis, quod ſine vero conſenſu, voluntate, electione, eſſe non poteſt, *membra ve-
ſtra*, Si intelligis de externis, planè hæc exhibentur, cum manus applicātur cædi, & pedes ad præ-
cipitandum in malum; cum lingua applicatur ad maledicendum Deo, & proximo, & id genus
de reliquis. Si de internis, præter affectiones appetitus, de quibus dictum eſt ſuprà, & de qui-
bus aliàs loqui videtur apoſtolus, Mortificate inquiens membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram; Colo. 3.
auaritiam, fornicationem, concupiſcentiam malam, & deinceps; intelligi poſſunt, poteſtates;
actusque intellectus, & voluntatis, quæ membra ſunt interioris hominis, *arma*, quibus & de-
fendimur & offendimus, *iniquitatis*. Siquidem membra, de quibus diximus, nobis a Deo da-
ta ſunt, non in obſequium iniquitatis, ſed iuſtitiæ; & ob id non vt per illa militemus, *peccato*;
quod fons eſt omnis iniquitatis, ſed Deo, è quo, iuſtitia omnis vberrime proficiſcitur. *Sed exhi
bete vos*, corde, ſtudio, ac omni conatu, *Deo*, in quo viuimus, mouemur & ſumus: in quem H Act. 17.
omnia tendunt, & propter quem omnia creata ſunt. Exhibete inquam, vos Deo, *tanquam ex

Vita reſurgētium, ac uiuētium Deo.

mortuis viuentes*, hoc eſt, inculpatos, dicto citius parentes, & illi vnicè militantes. Hoc enim vi-
ta exigit reſuſcitatorum, ac viuentium Deo: hoc & exercitium erit futuræ patriæ, quando &
peccatum, & mors abſorpta erunt penitus in victoria. Hoc quidem in præſenti præſtare debe- 1. Cor. 15.
mus, ſi non plene, eo ſaltem modo quo poſſumus, nam & primitijs fruimur, & per hoc nitēdum
eſt omni ſtudio, vſquequo copias comprehēdamus, vt aliàs Apoſtolus monet. *Et membra veſtra*, Philip. 3.
interna, externaque exhibete, *arma*, valida, & fortia, *iuſtitiæ*, non iniquitatis, *Deo*, & non pec- 2. Cor. 10.
cato, inſtruendo militiam Deo, in illius gloriam & obſequium; & in deſtructionem munitio-
num peccati & Sathanæ, cum omni ſatellitio ſuo.

Peccatum enim, de quo ſermo, *vobis*, regenitis, *non dominabitur*, niſi illius volueritis parère

illecebris.

A illecebris. *Non enim eſtis ſub lege*, ſub qua exacuebat vires, & ſuprà modum permittebatur oppu-
gnare nos, quin & frequenter præualebat aduerſus nos: *ſed ſub gratia*, & opulentiſsima quidem
contra quam ſine conſenſu veſtro, nihil valet. *Ergò*, Num & hæc, eſtis calumniari parati, moxq;
obiicere, *Peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege*, quæ ob tranſgreſsiones compeſcẽdas eſt poſita, *ſed*
Gal. 3. *ſub gratia:* quæ in peccatorum condonationem eſt exhibita? *Abſit.* tantum facinus. Et rationem
ſubdit. *An neſcitis*, rem aſſero, omnibus probatam, *quòd cui exhibetis uos*, libera voluntate, *ſeruos,*
ad obediendum, optimo iure, *ſerui eſtis*, ſerui euaditis, *eius, cui obeditis*, ipſa enim voluntaria exhibi-
tio alicuius ad ſeruiendum alteri, ſeruum illum ipſo iure conſtituit; non quidem alterius, ſed il-
polit. 1. lius cui ſe in ſeruitutẽ aſtrinxit, quin & alteri, illi ſeruire non licet; quandoquidem totum, quod
Matt. & ſeruus eſt, ſui dñi eſt, nec põt quis duobus dominis ſeruire, ſicut & Dñs dixit. Nec eſt diſcrimen,
Luc. 6. *ſiue*, exhibeatis vos ſeruos, *peccato*, indubiè ſerui eſtis peccati, cuius ſeruitus tendit, *ad mortem*, nõ
primam, vt quæ incurritur ſola exhibitione ſui peccato, ſed ſecundam, quæ mors eſt gehennæ, &
poſtremum eſt præmium eius: *ſiue*, exhibeatis uos ſeruos, *obedientiæ*, quæ ponitur è regione pecca
ti, vt quod in tranſgreſsione conſiſtit, vel ad tranſgrediendũ omni ſtudio prouocat, ſerui eſtis
obedientiæ, cuius ſeruitus ad iuſtitiã nos conducit; nec modo, quam poſsidere cõceditur hac in
B peregrinatione, ſed & quam expectamus in patria, quæ eſt omnibus numeris abſoluta. *Gratias au-*
tem, ago *Deo*, ſeu græcè, ſit gratia Deo, aut referatur Deo, *quod fuiſtis*, & vltrà non eſtis, *ſerui pecca*
ti. Deo debetur gratia, ꝙ iugum excuſsiſtis, peccati, ꝙ illius à vobis reiecta eſt ſeruitus; non enim
refert gratias, de peccati ſeruitute, ſed de liberatione, ac redẽptione ab ea: *Obediſtis autem Deo, ex*
corde, hoc eſt promptè, & ex intimis, quod potiſsimùm gratum eſt ei, qui cor exigit, ſcrutatur, te
Prou. 23. net in manu, ponderat & demùm illud ſibi finxit, & proprium domicilium fecit, *in eam*, reijcien-
&. 21. do, & accommodando vos, *formam doctrinæ*, iuxta quam reformandi ſunt, qui ſtudent ſuæ ſaluti;
Iere. 17. quæ indubiè doctrina eſt euangelica, cum & euangelium virtus ſit in ſalutẽ, *in quam traditi eſtis*.
Siquidem præter id, ꝙ non eſt hominis adinuentũ; non veſtra virtute, opera, ſapientia, merito,
doctrinam hanc aſſequuti eſtis, ſed inſigni beneficio Dei; qui & ab æterno, in eam vos per prędeſtinationem aſcripſit, & tandem gratuita vocatione tradidit illam.

Liberati autem à peccato, pro qua re gratias egit, *ſerui autem facti Deo*, cui obediſtis ex corde: (&
euacuatio eſt quæſtionis inductæ) & licet ecliptica videatur oratio, ſiquis tamen ſubiuncta mox,
parentheſi intercluſerit, nullum offendet ſubeſſe defectum. Intendit enim tantùm abeſſe, vt li-
C ceat cuiuis, ob legis (vt óbijcebatur) exemptionem, quicquã cõmittere, aut peccato quouis pacto
militare; ꝙ ipſo iure & optimo quidẽ, aſtricti ſumus, illo relicto, omni quo decet ſtudio, cura, ſoli Nõ licet, prętextu exemptionis legis, militare peccato.
citudine, iuſtitiæ vnice inſeruire, & quidem in ſanctificationem, vt proximè dicit (*Humanum di-*
co, non pro merito, aut exigentia rei, ſed, *Propter infirmitatem carnis veſtræ*) compatiendo vobis;
nam longe maius, q̃ humana fert imbecillitas, deberetis præſtare. *Sicut*, nota eſt ſimilitudinis, &
attenditur penes vim, modum, curam, ſolicitudinẽ, & id genus exhibitionis, *exhibuiſtis*, ante ba-
ptiſmum, voluntarie accõmodaſtis, *membra veſtra*, tùm interna, tùm externa, *ſeruire immunditiæ*.
1. Ioan. 3. Et ſi omne peccatum maculat animã, maximè tñ quæ ſpectant ad Venerẽ, *& iniquitati*. Nulli du-
bium, ꝙ peccatum quodcunq; comprehendit, cum oẽ (vt euangeliſta docet) iniquitas ſit, *ita* ea-
dem ſimilitudine & proportione, & ob id (en humanum quod dicimus) non diſsimili vi, modo,
cura, ſolicitudine, *exhibete nunc*. baptizati, *membra veſtra ſeruire iuſtitiæ*, q̃ è regione locat immun-
ditiæ & iniquitatis, eò ꝙ iuſtitia de qua ſermo, eſt iuſtitia ſancta, iuſtitia euangelica, quæ hominẽ,
nedum æquum in omnibus reddit, ſed & purum ab omni pollutione, *in ſanctificationem*. Siquidẽ
ſicut qui iuſtus eſt, iuſtificari debet adhuc, ità & qui ſanctus eſt, ſanctificari habet adhuc, donec
ingreſſus Sancta ſanctorum, cœleſtem adipiſcatur ſanctitatem, quã & conſequuti ſunt, qui iã ſur-
D rexerunt à mortuis. Ergò hũc in modũ attexendus eſt textus: Quòd liberati à peccato, & aſcripti
ſeruituti Dei, & ob id, exempti à lege Moſis, debent membra ſua non accommodare peccato, ſed
accommodare iuſtitiæ; idq; longe maiori ſtudio, virili, conatu, tã etſi propter infirmitatẽ carnis
permiſſum eſt, vt non ſecus accommodent, quam fuerint accommodata peccato.

Cum enim ſerui eſſetis peccati, vt eratis ante regenerationem in CHRISTO, *liberi fuiſtis iuſtitiæ*,
illi nulla in re obſequentes. Cum enim nullus ſeruire valeat dominis contrarijs, inuicemq; ſe ex-
Mat. & cludentibus; palàm ꝙ ſub iugo exiſtẽtes vnius, liberi ſunt à iugo alterius. *Quem ergo fructum*, quas
Luc. 6. cõmoditates, quas opes, *tunc habuiſtis in illis?* ꝙ ſiqua affuit oblectatio ſenſus, ſiqua expletio prauæ
libidinis; tñ abeſt vt mõ probent à vobis, ꝙ & illa, vt par eſt, execramini, *in quibus &c*, dũ memoria
ſuggerit, *nunc erubeſcitis?* Nã & peccatum, dum venit ad lucem, tantæ agnoſcitur turpitudinis, vt Peccatũ maximã habet turpitudinẽ.
etiam liberati ab eo, afficiantur pudore. *Nam finis illorum*, non quidem intentus ſed ſubſequens,

&à

& à Deo iuſtiſsime ordinatus, *mors eſt*, non modo temporalis, ſed æterna. En fructus, commoditates, & peccatorum opes. *Nunc autem liberati à peccato*, hoc eſt, ab illius iugo eiuſq; immani tyrannide, *ſerui autem facti Deo*, cui ſeruire eſt regnare, & oĩ libertate frui, *habetis fructum veſtrum*, vberrimum, & omni opulentia plenum, *in ſanctificationem*, cuius quidem nõ pudeat, ſed honor vobis accedat, *finem vero*, expectatum, & in primitijs nonnullo modo in præſenti acceptũ, *vitam*, non ſolùm temporalem, quæ eſt vita gratiæ, ſed *æternam*, quæ eſt vita gloriæ. *Stipendia enim peccati, mors*, Siquidem militantes peccato, mortem in ſtipendium ſortiuntur; militantes verò Deo, gratia, æterna vita donantur. Vnde, & ſubdit, *Gratia*, ſeu donum græcè, *autem Dei, vita æterna*. Siquidem æterna vita confertur, iuſtis, nõ modo per modũ præmij, ſed & maxime per modũ donij vt in præmiſsis attigimus, & amplius ad Epheſios demõſtrauimus. Nam niſi redderetur per modum præmij, non dixiſſet Apoſtolus, poſt longum graueq; certamẽ, in fine cui ſus coronam ſibi manere iuſtitiæ; & niſi impenderetur per modum doni, pro vno centuplum non donaremur à Deo; & ſi non maxime per modum doni, neceſſaria non foret gratifica gratia, ad conſecutionem æternæ vitæ; præter id, quod cum proueniat nobis in CHRISTO IESV, in quo vberrimè vniceq;, in nos effluit liberalitas & cornucopiæ Dei, vt in ipſo, vt in, *domino*, omnium rerum, cũ vniuerſa illius ſint tradita poteſtati, quem & decet munificentiſsimum, ac profuſsimum eſſe. ſed & potiſsimùm, *noſtro*, quos vnice charos habet, quibus nunquam non proſpicit; & quidem non veluti ſeruis ſed amicis, immo & fratribus; vt non modo locupletemur, ſed ipſo & in ipſo, in omnibus theſauris gratiæ, fœlicitatiſq; perpetuæ affluentiſsime potiamur.

[Margin: Diſpar exitus militantium peccato & deo. — Deus ſummè munificus. — E — 1. Thi. 6. — Matt. 19. — Mat. 11. — F]

CAP. VII.

An ignoratis &c. Proſequitur munus & beneficium iuſtificatorũ in CHRISTO, ex parte depulſionis peccati; & poſtq̃ oſtendit, per illud eouſque redditos validos, ꝙ eius depoſuere tyrãnidem, pergit & oſtendere, ꝙ exempti quoque euaſerunt à lege; quæ occaſione, facta eſt virtus peccati, cum ob illam acrius cœperit incrudeſcere, ac ſceleſtius aduerſum nos debacchari; vt etiã in ſequentibus docet. Incipit ergo & dicit. *An neſcitis fratres*, haud quidem dubito, ꝙ rem tenetis, & maxime qui vim alicuius legis ſunt experti; quibus & loquor cum vobis loquor, *quòd lex*, omnis, *in homine*, illi ſubdito, *dominatur*. Cum enim lex vim habeat coactitiam, nonnullum in ſubditos imperium obtinet, *quanto tempore viuit*, nempè ipſe homo; & ſermo eſt, non de vita ſimpliciter, ſed ſtatus, hoc eſt, quo viuit militatq; ipſi legi: & per hoc, de vita ſtatus, quo illi legi ſubijcitur, eiuſque iuſſa capeſsit. Sicut enim lex militiæ, eouſq; hominem ligat illiq; dominatur & iubet, quòuſq; in ſtatu remanet militis, propter quod ſi ad Senatoriam reggreditur dignitatem, vltrà non aſtringitur legi militiæ, ſed legi ſubditur Senatoriæ: & lex coniugij ligat ac ſibi ſubijcit coniuges, vſquequo ambo in coniugio manſerint, propter quod, ſiquis eorum legitimè coniugio ſe ſubtraxerit, vel interuentu mortis, vel mutatione ſtatus, ſicut in caſu repudij, ambo illi legi dicẽtur mori, hoc eſt, ab illa eximi ſubtrahiq;; ita & in quauis alia lege, quæ poſita eſt ad tẽpus, & poteſt aliquo exiſtente caſu, vel antiquari, vel alicui in ſua coactione deleri. Vnde & ſubdit. *Nam*, exemplum prætactum affert, *quæ ſub viro eſt mulier*. Siquidem præter id, ꝙ vir caput eſt mulieris, eſt quoque in pœnam, illius à Deo poteſtati tradita, *viuente viro*, hoc eſt, ſtatum ducente coniugalem, *alligata eſt legi*. coniugij, quæ prohibet vt alteri nubat. *Si autem mortuus fuerit*, vel ſimpliciter, vel legi per mutationem ſtatus, *ſoluta eſt mulier, à lege viri*, qua vt capiti ſubijciebatur ei, eo ꝙ & à lege matrimonij libera eſt, qua tenebatur illi. *Igitur*, rite colligi poteſt, quòd, *viuente viro*, legi matrimonij, *vocabitur*, & verè erit, *adultera*, lege adhuc ſtante prioris matrimonij, *ſi fuerit cum alio viro*, quouis modo copulata. *Si autem mortuus fuerit*, legi, vt dictum eſt, præcedentis coniugij, *eius vir*, & ipſa, *liberata eſt à lege viri, ut*, vltra, *non ſit adultera ſi fuerit*, matrimonio iuncta, *cum alio viro*, dummodo nubat in domino.

[Margin: G — Mulier ĩ pœnam, viri poteſtati tradita. — Eph. 5. — Gene 3. — 1. Cor. 7.]

Itaq; fratres, vt redeam ad vos, qui legem Moſis, mordicus retinetis, *& vos*, qui renati eſtis, & euangelio ſubſcripſiſtis, indubie, *mortificati eſtis legi*, quippe qui à ſtatu ſeruitutis, in ſtatum tranſlati eſtis libertatis, à timore ad dilectionem, à litera ad ſpiritum, & hoc, *per corpus* CHRISTI, mortificatum in cruce. Siquidem & cum illo eſt lex crucifixa, & è medio vobis ſublata; & vos vti eius membra & corpus, ſimul mortificati eſtis cum eo, quod & profeſsi eſtis, cum baptizati (vt dictum eſt) fuiſtis in illum: *ut ſitis*, non præcedentis viri, quicunq; ille ſit, ſiue peccatum, cui fructificabatis ad mortem, ſiue Moſes, cui ſeruiebatis in varijs ritibus & ſacrificij s, quę vmbram tantum futurorum præſeferebãt bonorũ, nemini conducentibus ad ſalutem: ſed ſubſequentis, *alterius*, longeq;, & in infinitum differentis, ab vnoquoq, eorũ, hoc eſt, vt ſitis CHRISTI, *qui*, vos in ſpõſam conduxit, cum ſemet pro vobis tradidit, vt vos pararet ſibi, glorioſam coniugem, maculã nõ habentem, nec rugam, vt aliàs apoſtolus dicit, & tandèm, *reſurrexit a mortuis*, vt omnium poteſtatę

[Margin: H — Lex in chriſti cruce ſublata. — Heb. 10. — Ephe. 5.]

A potitus,& in patris dextera collocatus, paret vnicuiq; locũ, inſtruat menſam, celebret nuptias,
ſuũ cubiculũ ſternat, & ſingulos intra illud admittat: *ut*, dũ tempus generationi congruit, quod
congruit dũ hic ſumus, quo grauidamur gratia,& primitijs tã ſacratiſsimi matrimonij, quæ ſunt
veluti ſemen Dei, cum effundantur in nobis per ſpiritum ſanctum, quod ſemen eſt, ex ſentẽtia
1. Ioan. 3. Euangeliſtæ, in ſpiritu, *fructificemus Deo*, illis exuberãdo fructibus, de quibus Galatarũ quinto.

Cum enim eſſemus in carne, Homo quidem nondum regenitus, cũ careat ſpiritu & gratia Dei,
nec agit nec agitur niſi affectu proprio,& ob id, ex carne ſuggeſto, quippe qui & viuit & regitur
2. Cor. 2. impulſu carnalis appetitus, & rationi rarò aut nunq̃ conſulentis Deum, immo nec ſapientis quæ
illius ſunt, vt apoſtolus ſcribit: non iniuria, dicitur eſſe in carne, haud inſolito ſcripturarum tro
po. Ergò eſſe in carne, hoc in loco non eſt eſſe ſolũ in corpore, aut vitam agere hac in peregri- Quid, eſſe in carne.
natione; ſed eſt carnis affectibus diſtrahi, illis accommodare ſeſe, & ob id, militare peccato, &
vbertim illi fructus afferre. Et licet omnes anteq̃ tingantur, ſint eo pacto in carne, cum & omnes
Ioan. 3. originis labe ſint vndecunq; infecti, quoniam ex ſola carne nati, aliud, iuxta CHRISTI verbũ,
quàm caro eſſe non poſſunt; quia tamen intentio Pauli eſt de abrogatione legis, mortificatis in
CHRISTO, quæ ſolis credita erat iudæis, haud in merito illis ſeipſum adiungit. Ergò cum eſſe-
B mus, inquit, nos iudæi in carne, *paſsiones*, affectuſuè, non quas natura ad certum vſque limitem Peccatorum paſsiones, quę.
ſuggerit, ſed quas peccatum ſine omni freno acuit & accumulat; paſsiones inquàm, *peccatorum*,
hoc eſt, peccantes hebræorum ſchemate, Nàm cum forent ſine omni freno, haud dubium, ꝙ ex-
orbitabant à lege,& ob id, ꝙ non erant ſine culpa; quæ & aliud non eſt quàm tranſgreſsio legis,
vt oẽs admittunt. Vel, peccatorum, hoc eſt, multarum iniquitatum; ſiquidem peccatũ originis
in nos dimanans, eſt velut praua arbor, in totius hominis regione ramos extendens, & omni ex
parte in malos fructus prorumpens, qui cum ſint praui affectus, & virus ſcatentes deprauatæ plã
tæ, non iniuria poſſunt appellari peccata, *quæ*, paſsiones effrenes, peccantes peccataue, *per legem
erant*, auctæ, exulceratæ, *operabantur*, magno quidem impetu, *in membris noſtris*, non modo ſenſi-
lis appetitus, ſed & hominis interioris, immò & externi, *ut fructificarent*, nõ ſaluti, ſed, *morti*, hoc
eſt damnationi, nedum temporaneæ, ſed æternæ.

Nunc autem, cum ſimus regeniti, ex parte ſpiritus, & ſi nõdum ex parte carnis, propter quod
& veſtigium peccati, ea ex parte adhuc viget in nobis; plurima nunquàm non ſuggerens, qui-
bus Dei gratia, ſub qua degimus, non fauemus, *ſoluti*, tamen, *ſumus a lege*,& ob id, à virtute excan
deſcentiaq; peccati, *mortui*, rectius, morientes vel mortui, ſicut legitur græcè. Nec enim intentio
C videtur apoſtoli, docere legem Moſis adminiſtraſſe mortem, ſicut alibi docet (irritam quis faciẽs
Heb. 12. legem, ſine vlla miſeratione, duobus aut tribus teſtibus moritur: etſi adminiſtratio mortis, literis
2. Cor. 3. deformata in lapidibus, fuit in gloria) ſed inſtruere ꝙ mortui in baptiſmo, ab illius eximimur
iugo,& per hoc ab occaſione refricãdi, quod remanet in nobis, peccati; & vt conſequitur, quod
& iure exigi poſsit à nobis, *Vt ſeruiamus Deo*, illi proferendo fructus; etſi nõ in nouitate vitæ quã
Apoc. 21. expectamus, quando fient omnia noua, ſaltem, *in nouitate ſpiritus*, hoc eſt, mentis vel hominis in-
terioris, qui non modo eſt ſpiritus, ſed per ſpiritum renouatus,& per ſpiritum de die in diem, ad
2. Cor. 4. perfectam renouationem tendens; vt aliàs apoſtolus docet, *& non in uetuſtate literæ*. Lex Moſis li Lex Moſis cur dicitur litera.
tera dicitur, non modo quia ſcripta, ſed quia ſine ſpiritu & gratia eſt,& per hoc nõ iniuria, ſi ne-
quit aliquem renouare, aut à vetuſtate, contagioq; primi parẽtis eripere: propter quod, nec in-
iuria, legis ſtatus ad hominem pertinet veterẽ, & per hoc, nec quemquam valuit iuſtificare, aut
Heb. 7. ad perfectionem adducere. Et quamq̃ hæc vera ſunt, mens tamen Pauli, ſpiritum videtur literæ
contraponere,& per hoc, euangelij ſtatum, cum legis ſtatu comparare; intẽdens ꝙ ſoluti à lege
Moſis in baptiſmo,& per hoc à ſtatu liberati vetuſtatis, quem retinebamus ob peccatum dum eſ-
D ſemus ſub lege, profectò omni qua poſſumus facultate, debemus in ſeruire Deo, in ea ſpiritus no
2. Cor. 4. uitate, quã præſtat gratia euangelij, ob quã ſpiritus nuncupati: vt alias tradit apoſtolus.

Quid ergò dicemus? Etſi aduerſarij gratiæ, nunquam nõ inuigilarent calumniæ: Paulus tamen
erat eò vſque prouidus, vt ſemper præueniret eos. Lex, Moſis, *peccatum eſt?* Si enim ſubintrauit, vt
abundaret delictum, prout dictum eſt ſupra: Si peccatorum exacuit paſsiones, auget, exulceratq;
prout tactum eſt mox: planè ꝙ non iudicabitur bona ſed mala, non recta ſed iniqua: Ergò & pec
catum; eo ſaltem tropo, ꝙ peccare nos facit,& ſceleſtiores reddit. *Abſit*. Eſt enim à Deo, a quo
proficiſci non valet niſi bonum, iuſtũ & ſacroſanctum. *Sed*, libere fateor, ꝙ per illã facta eſt pec-
cati detectio, non quidem abſolutè, ſed vt execrabilis Deo,& vt mulctandi, ac immaniter puniẽ-
di ab illo: propter quod & tranſgredientibus multa ſunt intentata ſupplicia, & congeſtæ innu-
Cap. 27. meræ maledictiones, vt conſtat in libro Deuteronomij, vndè & teſtari poſſum, ꝙ, *peccatum*, ſub

ipſa

ipſa ratione, *non cognoui*, loquitur in perſona generis humani, *niſi per legem*, ſcriptã à Moſe. *Nàm concupiſcentiam*, tum rei alienæ, tum propriæ, ſiue ſit veneris, ſiue cupiditatis, ſiue ambitionis, & reliquarum peſtium, *neſciebam*, etiã ſi tantũ in corde perſiſteret, adeò infeſtã fore Deo, vt vlciſci vellet de ea, *niſi lex diceret*, ex illius ore, *Non concupiſces*. Exodi.20.capite. Fateor & ꝙ, *occaſione*, non data ſed, *accepta*, quoniam (vt diximus) non ea intentione introducta eſt lex, *peccatum*, & maxime ex Prothoplaſte contractum, *per mandatum*, non concupiſces, *operatum eſt in me*, propria iniquitate ac deprauatione, *omnem concupiſcentiam*, prorumpendo in quoduis concupiſcibiliũ, maxima cum procacitate, & ſine omni freno. B

Peccatũ, qua occaſione auctũ ſit per legem.

Sine lege, eo ſcilicet tempore, quo lex lata non fuerat, *peccatum*, de quo ſermo, *mortuum erat*, nõ quia deſtitutum eſſet omni vita, robore, poteſtate, ſed quia vti non ſtimulatum, non exulceratũ, ſtertebat, & quaſi foret mortuum, non ſe agitabat: erat quidem morbus inteſtinus, ſed latẽs, aderat ſerpens ſed dormiens. *Ego autem*, perſonam (vt dictum eſt) humani generis induit, *ſine lege*, anteq̃ ſcilicet lex veniret, *viuebam*, periocunde vitam ducebam, quoniam nullo excarnificatus ſtimulo æternæ mortis, aut damnationis perpetuæ, in mea infirmitate, tametſi lethali, iacebam, ignorans quò me tandem præcipitem duceret: *viuebam*, inquam, etſi non ſemper, vt plurimũ ſaltem, aut vt minus dicatur, *aliquando*, ſine omni moleſtia, quoniam licet, nonnullo quandoq; afficiebar incommodo, id non reijciebam in prauitatem peccati, ſed in cõditionem naturæ, aut curſus humani. *Sed cum veniſſet mandatum*, lex mandans, non concupiſces, eo excitatum, *peccatum reuixit*, non modò contra me arma ſumens, ſed acuens, & ictibus tam validis quatiens, ꝙ, *ego*, tandem non modo, *ſum*, vulneratus, ſed *mortuus*, quippe qui partim aggreſsionibus reſiſtere impotens, partim blanditijs, ac calliditatibus hallucinatus, carnificis libertati me tradidi, vt de me fieret, quod illi luberet, qui & ſi commode mecum acturum ſe fingeret, eduſq; tamen in me debacchatus eſt, vt per tranſgreſsionem mandati, mihi vitam eriperet. *Et*, hoc quidem pacto, *inuentum eſt*, peccati malitia, *mandatum*, legis diuinæ, *quod*, latum, *erat ad vitam*, quia latum ad cohibendũ concupiſcentiam, quæ tandem conſummata generat mortem, *hoc eſſe ad mortem*, quod hunc in modum adiungit. *Nàm peccatum*, de quo loquimur, occaſione (vt dictum eſt) *per mandatum accepta*, non data, *ſeduxit me*, ſub ſpecie recti & illecebra rei delectabilis, ad tranſgreſsionem impellens, *& per illud*, cui annexa erat comminatio, immo & mortis incurſio, *occidit*, æterna animæ internitione. *Itaque*, conſtans eſſe poteſt, quòd, *lex quidem*, non eſt mala, aut iniqua, ſed, *ſancta*, vtpote à Deo, qui ſanctus eſt, *& mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum*, Mãdata legis, triplici cõtinebãtur claſſe: in prima erãt ceremoniæ, & hoc ex capite, mãdatũ appellatũ eſt ſanctũ: in ſecunda, iudicia, & propter hæc additum eſt, & iuſtum: in tertia, quæ ſpectant ad mores, & ob id dictum fuit, & bonum. F G

Quomodò lege lata, homo ſit mortuus.

Gal. 5. Iac. 1.

Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Mira circunſpectio Pauli, ne ergo vel illud extorquere valerent aduerſarij, legem etſi in ſe bonam, & in rectum euentum introductã, opera & peruerſitate peccati, verſam in inſtrumentum mortis; quæſtione mota & hanc abſurditatem elidit. *Abſit*. Nec & illud inferre poteſtis, *ſed*, id ritè deducitur, quòd, *peccatum*, ipſum, *vt appareat peccatum*, hoc eſt, vt quantæ ſit malignitatis eluceat, quippe quod re maxime bona, vtitur pernitioſè, *per bonum*, vim lege non ſuppeditante, ſed ipſo propriam iniquitatem ſpargente, *eſt operans*, ità legitur grçcè, & magna quidem calliditate, æternam animæ, *mortem*, quam ignorabam; & præter hanc, etiam corporis internitionem, quam ante legem, in humanæ ſortis conditionem reiſciebam. *ut*, & tali pacto, *fiat*, ex ſuimet excitatione, peruerſoq; ingenio, *ſuprà modum*, ſibi à natura permiſſum, *peccans*, paſsim, & vndiq; prauis affectibus ſcatens, *per mandatum*, ſumpta occaſione, illi omni virili reſiſtens; vt quod libidini illius non faueat, ſed illam è regione prohibeat.

Scimus enim. Poterat occurrere aliquis, dicereq; non meliorem regenerati hominis eſſe ſortẽ, quandoquidẽ & nos ſentiſcimus luctam peccati, & non raro deploramus victorias eius: quare & hanc (ni fallor) conſiderationem aggreſſus, rem orditur & dicit. *Scimus enim*, & nos regeniti, & vti rem periculo probatam tenemus; quòd etſi exempti ſumus à vinculo legis, *quia*, tamen ex parte morum, *ſpiritualis eſt*, hoc eſt, menti ſpirituiq; conducens & fauens: & renatis maximè, in quorum cordibus per ſpiritum ſanctum vigens, & per dilectionem per ſpiritũ eundem effuſam, ad ſpiritualiter viuendum inflammans, illos vltrà non mouet timore ſupplicij, ſed impulſu ſtimulat charitatis. *Scimus*, & manibus ipſe pertracto, quòd, *& ego*, Paulus de ſe humiliter ſentiens, & non ſecus ac veluti abortiuum, vt alibi dicit, conſtituens, è regione collocat ſeſe, deterioris partis, vt & ſine alicuius iniuria, rem illuſtrius explicet, *carnalis ſum*, affectus carnis non dum regenitæ patiens; nimirum, *venundatus* conuentione primi hominis, qui inobedientiæ precio, diuinã H

1. Cor. 15.

credidit

A credidit emere ſapientiam,& extremam mercatus eſt ſeruitutem, *ſub peccatum*, ſactus peccati mã Q̃uo renati
cipium,& itá illius tyrannide diuexatus, vt etiam ſi obedire nolim, iugum eius, penitus excute- dñ hic ſunt,
re poteſtatis meæ non ſit. *Quod enim operor*, ego, vt dicebatur carnalis, & planè iuxtà carnis affe- ſub peccato
ctus, *non intelligo*, quoniã non cõſilio, iudicio, ac imperio operor intellectus (de illis loquitur co- venundati
gitationibus, affectionibus, motibus, quos ſenſilis excitat vrgetq; appetitus, negociũ præuenien ſunt.
tibus practici intellectus, ſine quo, non fiunt operationes liberæ; nec præuenientibus modo, ſed
nec ſuſtinentibus quidẽ) quippe qui, *non quod volo bonum*, iuxtà ſpirituale ac regenitam partem
(nam & ſi carnalẽ ſe fecit, non negat tñ beneficium CHRISTI, aut regenitũ eſſe ſeſe, ex ſuperio
ri parte, qua bonũ vult voluntate, Dei auxilio & fauore, rationi aſſentiẽte, quæ & ad optima de-
precatur) *hoc ago*, inferiori carnalique parte reſiſtente, ac imperio intellectus & voluntatis recla-
mante, *Sed quod odi*, ſecundum mentem, ac regnitam partem, *malum*, legique ſpirituali aduerſum,
illud facio, ſecundùm carnẽ, quæ cũ regenita non dũ ſit, ſi quæ carnis ſunt ſapit, mirũ non eſt. Qua
re haud dubiũ, *quòd*, mente, *conſentio legi*, probans q̃, *bona eſt*, vt quæ ſpiritualis exiſtens, mentem
quæ ſpiritus eſt, indubitanter fouet. Et licet ità ſit, licet & in regeneratis, hæ partes offendantur
contrariæ, non ea tñ prorsùs peruerſitate, in ſuperiorẽ inſoleſcit inferior, qua in non regenitis ſo
B let; quos & per conſenſum mentis in ſuã libidinẽ trahit, & velut domina conſenſum aduerſus le Interior lu-
gẽ extorquet, quandoquidẽ, *nunc*, hoc eſt, regenerationis tẽpore, iàm Dei gratia ac beneficio ſo- cta, longe di-
tus, *non ego*, ſecundum regenitã partẽ, *operor illud*, quod nolo, quoniã etſi veſtigiũ in me remanet uerſa in rena
vetuſtatis, etſi exerceor ſolicitorq; procacitate eius; ſi nolo, præſidio gratiæ non ſuccũbo, nec in tis, & nõdum
illius opus conſentio, *ſed*, operatur illud, *quod habitat*, non hoſpitatur, ſed domiciliũ ſibi cõſtituit, regenitis.
quandoquidem & per modũ (vt inquiunt) habitus eſt, *in me*, carnali, vt diximus ſæpè, *peccatum*;
fomes ſcilicet vti primi parentis reliquiæ. Vnde & ſubdit. *Scio enim*, & manibus trecto, *quòd non
habitat in me. hoc eſt, in carne mea bonum*, tametſi dei beneficio, habitet in mente, in qua & viget gra
tia ſua. Nãm &, *velle*, quidem bonum, *adiacet mihi*, quoniam ope diuinæ gratiæ, eſt in poteſtate
mea, *ſed perficere*, non dico ex parte mẽtis, ſed exequutricis carnis, *non inuenio*, quippè quod meæ
non ſubditur facultati. Nàm etſi Deus elargitus eſt velle, per gratiam, ex parte mentis; adhuc nõ
eſt elargitus perficere, ex parte carnis. *Non enim, quod volo bonum, hoc ago, ſed quod nolo malum, hoc
facio*. Repetit, quod eſt expoſitum, & ſubdens infert intentum. *Si autem quod nolo illud facio*, haud
dubium, q̃, *ego non operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur*, ego regenitus, *legẽ*, quia
C ſpiritualis eſt (ſi placet de Moſis lege loqui) *mihi*, ſpiritu ſancto afflato, & *volenti facere bonum*, ſup
ple (nàm locus eſt eclipticus) conſulere, perſuadere auxiliari, *quoniam*, mihi malum non eſt, ſe-
cundũ mentẽ; aliàs ab illa nõ poſſem ſortiri fauorem, ſed incõmodũ, *ſed, malum mihi adiacet*, iuxta
carnem, quæ ex lege, vti ſibi aduerſa, fauorem non ſuſcipit. Vel, alio modo. *Inuenio*, itaq; ego, in
CHRISTO renatus, *legem*, non Moſis, ſed peccati, vel carnis, in parte quæ adhuc ſub peccato perſi
ſtit, *mihi*, infeſtam, & præſertim, *volenti bonum*, aliquod, *facere*: quoniam, *malum*, in mea carne exi-
ſtens, *mihi adiacet*, ſemper vrgens, ne quod volo bonum perficiam. Et quadrat vterq; ſenſus. *Con-
delector enim, legi Dei*, quæ ſpiritualis eſt, data per angelos, in manu mediatoris; *ſecundùm interio-*
Acto. 7. Gal. 3. *rem hominem*, mentẽ ſcilicet, quã & in regeneratis homo cordis inhabitat: *Video autem* & intùs pa
tior, *legem aliam*, nẽpè non ſpiritus, ſed carnis, *in membris meis*, quæ ad externũ hominẽ pertinent, *re
pugnantem legi mentis meæ*, non modò quã natura indidit, ſed & CHRISTI ſpiritus per dilectionẽ
perfecit; cũ hęc precetur ad optima, & illa pertrahat ad ſenſualia: &, quod longe deploratius eſt,
captiuantem me, regenitũ, non modo ne exequutioni tradã, quæ cupio, ſed vt & multa patiar, quæ
maximè horreo, *in lege peccati, quæ*, & pariter, *in membris meis eſt*. Quatuor legum fit mentio, Dei,
quã in lapidibus ſuo digito ſculpſit, Mentis, quã natura indidit & dilectionis ſpiritus fouet, Mẽ-
D brorũ, quã ſuggerit naturaliter caro, & Peccati, quã crimen prothoplaſtis inuexit. Priores ſunt
Sap. 12. notæ, ſed poſteriores ità declaro. Siquidem in renatis, vtraq; reperitur in carne, vt quæ ſola re-
manet non regenita. Et prima illi eſt à natura, eò q̃ natura propendemus ad ſenſualia, etſi quodã
limite, qm̃ omnia quæ natura facit, in numero, pondere & menſura facit: nihilòminus non rarò, Diſcrimẽ le-
aduerſus rationẽ prouocat ſtimulatq;, eaq; eſt propenſio, inclinatioue, qua appetitus ſenſilis in gis mẽbrorũ
bonũ ſenſile tendit, & plus æquo haud rarò illi afficitur ac delectatur, paſſim ſcatens affectioni- & peccati.
bus multis; vt non ſemel in præcedentibus diximus. Secunda illi eſt à peccato, & illius, tũ inclina
tionis, tũ affectionũ effrenitas eſt, ex priuatione originalis iuſtitiæ perſeuerans in nobis; qua non
modo plus æquo aliquando prolabimur ad ea quæ oblectant ſenſum, ſed & ſemper nitimur con-
tra omnem legem & rationẽ; nimirùm, quæ abſq; vllo freno, & ſine omni meta & limite, furit
debacchaturq;. Sub hac, per primã in captiuitatẽ conijcimur, eò q̃ od peccandum ratione allicia-

mur

mur delectabilis, naturæq; vt videtur, conuenientis, ſed poſtq̃ in peccatum ſumus pellecti, ſine E omni meta profundimur, imo & inſanimus, finẽ conſtituentes vbi finis eſſe non poteſt vt paſsim Theologi tradunt. *Infœlix,* miſerq; *ego homo,* poſtq̃ nequeo præſtare quod cupio; & verè ſum homo, verè ſum imbecillis, & adhuc infectionẽ retinens primi patris. *Quis me liberabit, de corpore huius mortis?*

Corpus mortis, ex quibus conficitur.

corpus mortis conficit, quicquid in nobis eſt caduci, in quo mẽs renouata, vt in corpore retinetur, imo & vt in carcerẽ truditur, à quo & liberari feſtinat. Et quamq̃, non ignorabat, nos ea ſarcina eſſe grauandos, vſq; in poſtremũ exilij diem, non fruſtra tamen ingemiſcit, diſſolui cupiens & eſſe cum CHRISTO; quippe qui amore languens, iure contendit ad amplexus, imo & ad metamorphoſim, qua ità illi inhæreat, vt in illo, & mens & caro exultet, & omnia oſſa dicant, Domine quis ſimilis tibi? *Gratia Dei,* græcè, gratias Deo, q; etſi modicum nunc contriſtari oportet & colaphizari ſtimulis carnis, tandẽ qui venturus eſt veniet: &, *per* IESVM CHRISTVM, qui & patrem petijt pro nobis, vt vbi ipſe eſt, & nos ſimus qui miniſtrauimus ei. *Igitur,* intentæ concluſionis eſt ſignum, *ego ipſe,* quaſi duabus diſſectus partibus, *mente ſeruio legi Dei,* quoniam & ea parte condelector ei, *carne autem legi peccati,* quæ concupiſcens aduerſus ſpiritum, vim me cogit experiri peccati, quod quodam pacto remanſit in me.

Phil. 1. Pſal. 34. Heb. 10. Ioan. 17. & 12.

CAP. VIII.

Nihil ergo &c. Dixerat carnis affectus, non rarò in regenitis adeò præualere, vt defleãt aſsiduè, F exequi ſe non poſſe quod volunt; quin & iugiter ſuſpirare, cupientes ex corpore huius mortis abſolui, vt Deo valeant ex omni parte ſeruire. Modo verò, tum ne trepidet quis, vbi trepidandũ non eſt tum vt latius enarretur munus gratiæ CHRISTI, pergit patefacere, præmiſſa, ſi velint, regenitis non officere. Dicit ergò, q, *nunc,* tempore regenerationis, incommodum affectusque carnis, quibus paſsim ſcaturire non ceſſat, coram tribunali Dei nihil damnabile affert; tam etſi, dum hic degimus, continuum ſuggerat exercitium, & ſtimulet ad ſupercœleſtem patriam, ob diutinam pugnam, *his qui ſunt,* ſine verbo legitur græcè, *in* CHRISTO IESV, *non ſecundùm carnem ambulant,* & additur græcè, ſed ſecundum ſpiritum. Etſi gratia Dei ac beneficiũ CHRISTI, quantum eſt ex ſe, nulli damnationem affert, attamen & optimo iure, inertibus non ſuccurrit; ſed his qui exiſtentes in CHRISTO, ſanè vt palmites exiſtunt in vite, & membra ſub capite, carnis non auſcultãt affectibus, aut iuxtà carnis nõ proficiſcũtur placita, ſed ſpiritus obſequũtur impulſibus; quo, non modo & regeniti, & renouati ſunt, ſed & ſtudent magis ac magis renouari quotidie. Et rationem ſubijcit. *Lex ſpiritus vitæ.* Sicut lex mentis non modo inclinatio eius eſt, vt rectè viuamus, ſed & præcepta, impulſioneſq; ſunt, rectæ vitæ, iuxta exigentiam rationis, legisque præſcriptæ à Deo. Et lex carnis, non ſolùm pronitas eſt carnis, ſed & illius affectus & motus quibus concitat ad ea quæ ſunt ſenſus, vt oblectemur in eis: Et lex peccati, non tantum effrenitas eſt concupiſcentiæ, ſed mira exorbitantia affectionum, impulſuumque carnalium, quibus debacchamur non modo contra omnem legem, ſed & ſine omni freno: Ita & lex ſpiritus vitæ, hoc eſt ſpiritualis charitatis, vt quæ & per ſpiritum effunditur in corda noſtra, & ad Deum vrget ſtimulatque, qui ſpiritus eſt, & ad proximos vt ad Deum pertinent, prouocat, propenſum ac liberalem facit, ſine qua, vt & Dilectus ſcripſit, Deo nullus hominum viuit; non modo, ea eſt inclinatio, ea impulſio & extimulatio cordis, qua rapimur in Deum, ac transfomamur in proximum, ſed & illi ſpiritus ſunt affectus, motus, tractus, impulſus, ea præcepta, rectæ euangelicæque vitæ inſtitutiones, quibus obtemperantes nedum ſpiritualiter viuunt ſed carnis deliria floccipendunt, quin & illa aduerſus non modo validè ſe opponunt, ſed mirificè præualent; mortificantes membra externi hominis, eaque crucifigentes cum CHRISTO, prout alias apoſtolus docet: quare & rectè ſubiungit, quòd, *illum liberauit a lege,* hoc eſt, iure & coactione, *peccati,* quibus aggreditur nos, vt ſua ſub ditione trahat, & potiſsimum eo pacto, quo generat mortem. Nam etſi nunquàm non præueniat nos ſuis technis, etſi graſſatur varijs ſtratagẽmatibus, & hũc in modum complura, noſtram aduerſus voluntatem attentat, quin & me non raro, non ſine mentis afflictione perturbat; non tamen offendit ad mortem, quippe qui præſidio diuinæ gratiæ, à peccati lege liberatus ſum, præſertim vt vim obtinet alligandi morti, animamque necandi per deſtitutionem gratiæ Dei. Ergò, *in* CHRISTO IESV exiſtens ſicut palmes: vt dicebatur, & membrum; illi ex triplici fune deuinctus, fide, ſpe, charitate, qui difficile rumpitur, vti ſapiens dicit; liberatus ſum à lege peccati, *& mortis,* eò quòd in me, non conſummato peccato, nullo exiſtente conſenſu non prorumpit in mortem; iuxtà doctrinam fratris CHRISTI IESV; quamquàm & particula, in, hebræorum ritu, valeat audiri vt, per, & ſenſus ſit q per CHRISTVM hoc eſt, opera ac beneficio eius, liberatus ſum, quandoquidem eo liberante, verè à peccato & ijs quæ comitantur illud, liberi ſumus, vt & ipſe aliquando docuit.

Pſal. 52.

Gratia & beneficiũ Chriſti inertibus nõ ſuccurrit.

G

Lex ſpiritus vitæ, quid ſit.

1. cap. 4.

Col. 3. Gal. 5.

H

Eccle. 4. Iac. 1. 1. Ioan. 8.

Nam

Rom. 3. Deu. 5. Eſa. 30. Roma. 7. 2. Cor. 3. Ioan. 3. phil. 2. Heb. 2.

A *Nam quod impoßibile erat legi.* De lege loquitur Moſis, & græcè, genitiui eſt caſus, denotans ꝙ etſi in nonnullis, lex antè CHRISTVM, eſt ſuo munere functa, erant tamen & alia, quæ eo pro tempore deſiderabantur ab ea. Cum enim plurima pertinerent ad officiũ legis, puta peccatorũ detectio (ſiquidem per legem cognitio peccati) adimpletio præceptorum (hæc eſt via ambulare per eam) fauere ſuperiori parti (nàm ſpiritualis erat) cõminari iramq́; traſgredientibus inſerre, (vndè & adminiſtratio dicebatur mortis:) extrema quidẽ præſtabat, ſed media præſtare non poterat, & hæc refert particula, quod, non ex naturali imbecillitate legis, ſed ex corruptione, vita & ſtatu carnalium hominum, *in quo*, ſtatu, vel vt interpretantur quidam in eo ꝙ, *infirmabatur*, & ob hoc attenuabatur viribus, *per carnem*, nàm & totũ hominẽ inueniebat carnalem, nempẽ natum tantùm ex carne, & nullo modo regeneratum ex ſpiritu, *Deus*, ex ardore charitatis in nos, *mittens*, græcè participium eſt præteriti, & rectius, cum miſerit, redderetur, *filium ſuum*, non ſolùm, vt fungeretur legatione, ſuamq́; detegeret voluntatem; ſed vt formã ſuſciperet ſerui, quin & noſtram indueret carnem, & ſi non peccatricem, quoniam de ſpiritu ſancto conceptam, in nullo tamen diſsimilem peccatrici, quoniã ærumnis noſtris expoſitam; quod & exprimit, *in ſimilitudine carnis peccati*, Patitur & hic locus eclipſim, & ſupplendum eſt, poſsibile reddidit, tùm

Ardor in nos charitatis diuinę.

B per ſpiritum ſeu legem ſpiritus vitæ, tum (vt ſubijcit) per damnationem peccati de peccato: quare prima parte ſuppleta, ritè per copulam ſubdit, *& de peccato damnauit peccatum*, quod & ſi pluribus interpretantur modis, breui dicam quod ſentio: & eſt, quòd Deus miſſo, vt dictum eſt, filio, inter multa, quę per illum noſtram in ſalutem operatus eſt, etiam damnationem peccati de peccato operatus eſt. Cum enim ſermo ſit de peccato originis, quod in nobis, lege adueniente, ſactum eſt inſolentius, procacius, flagitioſius; Deus miſſo filio, illud de inſolentia, procacitate, & quauis debacchatione damnauit puniuitq́;, non modo illi auferendo vim, vt nequeat inſoleſcere, aut in regenitis vltrà tyrannidem ſumere: ſed adeò extenuando illud, vt vix nomen peccati retineat, & id quidem, *in carne*, quod duobus modis intertpretor; altero de carne CHRISTI, quandò affixus eſt cruci, quandòquidem & vnà cum illo, vetus crucifixus eſt homo, vt eòuſque corpus extenuaretur peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato; reliquo de carne noſtra; & denotatur, quòd illud quod remanet damnati peccati, remanet non in mente ſed in carne, vt non ſemel in præcedentibus liquet.

Vt, non refert, ſi nota ſit proximi finis, ſeu euentus immediati, *iuſtificatio*, non abſolutè, ſed, *legis*, quæ in obſeruantia conſiſtit pręceptorum Dei, *impleretur*, vt impleri in hac peregrina-

Legis iuſtificatio in quo conſiſtit.

C tione contingit, *in nobis*, nedum regenitis, ſed vt regenitos decet proficiſcentibus, quippè, *qui non ſecundùm carnem, ambulamus*, carnis ſequendo affectus, *ſed ſecundùm ſpiritum*, acti illius impulſu, & eius obſequendo imperio. *Qui enim ſecundùm carnem ſunt*, vt qui carni accommodant ſeſe, & viuunt ſecundum concupiſcentias eius, *quæ carnis ſunt ſapiunt*, curantùe, in hoc penitus incumbentes, vt quæ carni fauent, conducunt, eiusq́; explent affectus, ſectentur; quemadmodum è diuerſo, *qui ſecundùm ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt*, corde, verbo, & opere. *Nàm prudentia carnis*, quæ conſulit, iudicat, præcipit, prouidetq́; in ſauorem carnis, *mors*, animæ, *eſt*, & qui ſeminat in carne, metit & corruptionem eius: *Prudentia verò ſpiritus*, quæ conſulit, iudicat, præcipit, ac prouidet, ſecundum ſpiritum, *vita*, eſt animæ, *& pax*, cordis, quæ ſuperat omnem ſenſum: & poſt agonem qui ſeminauit in ſpiritu, de ſpiritu vitam metet æternam, vt alibi Apoſtolus dicit, *Quoniam ſapientia*, vel prudẽtia, *carnis inimica*, ſeu inimicitia græcè, *eſt Deo*, ſeu in Deum, vt quę contrà illum dimicat: *Legi enim eius non eſt ſubiecta.* Nàm etſi prohibet Deus, ne ſequamur, ſed deijciamus iudicium & conſilium carnis, quoniam ſubter te, inquit, erit appetitus tuus, & ſi clamat ꝙ caro abſolute non prodeſt, & inſecta maximè nocet, vt quæ ſpinas pro-

2. Cor. 9. Ibidem. Gene. 4. Ioan. 6. 1. Cor. 15.

D ducit & tribulos, excludenda (ſi apoſtolo credimus) à regno ſuo; maximè tamen eſt Deo rebellis, eiusq́; legi non parens, quia illius eſt pars, qui Dei præceptũ contẽpſit, vim retinens antiquæ tranſgreſsionis, qua omnis aduerſus Deum inimicitia orta eſt. *Nec enim poteſt*, illi ſubijci, tametſi homo poſsit illam Dei ſauore deponere, & eo pacto, ijs quę lex iuſſerit obedire. *Qui enim in carne ſunt*, ex illa propendentes, illiusq́; affectionibus obtemperantes, vitamq́; in carne iuxtà illius libidinẽ protrahentes, *Deo*, dum in carne ſunt, carniq́; viuũt, *placere non poſſunt*, ſecus ſi reſipuerint, & relictis quę carnis ſunt, ſecundùm ſpiritum vixerint.

Vos autem, qui Romæ eſtis, ſancti & dilecti Deo, *in carne*, ſecundum affectum, ſtudium, vitam, conuerſationem, *non eſtis*, ſed ob illius, quales quales ſint, concupiſcentias deploratis, *ſed*, corde, ſtudio, exercitio, eſtis, *in ſpiritu*, illi ſtrenuè militantes, & quæ carnis ſunt, pro viribus inſequentes. (*Si tamen*, non eſt ambigentis ſed perſuaſi, particu-

la ſi, quæ rectius vertitur, Siquidem; inſtruitque tamen, id profectum non fore ex ipſis, E
ſed ex ſpiritu ſancto, *qui habitat in vobis*) haud ſecus ac in auguſtiſsimo templo, in quo &
Spiritus Chriſti, quo habitat i ſanctis. lampades, corda ſcilicet veſtra, eo, igne ſuccendit, inflammatq́ue, quem dominus venit in terram
mittere, & cupit vehementer accendi. *Siquis autem*, vel carne ſeductus, vel alia ratione priuatus, Luc. 12.
ſpiritum CHRISTI, Quod dixit ſpiritum Dei, modo dicit ſpiritum CHRISTI, eò quod in CHRI-
STO alius ſpiritus non eſt, a ſpiritu Dei. Siquidem ſpiritus ſanctus, CHRISTVM abſque menſura Ioan. 1.
perfundens ac per illum vt à capite ad nos membra deſcendens, & Dei & CHRISTI, meritò ſpi
ritus dicitur; præter id, quod ab vtroq; procedens, amborum iure ſpiritus nuncupatur, *non habet*,
in corde ſaltem, vbi & domicilium obtinet, *hic non eſt eius*. Nam qui CHRISTI ſunt, illi inſiti
ſunt: ergo neceſſe eſt, vt eius perfruātur vita, eiuſq; reficiantur ſpiritu, quo & hauriunt iuſtitiam,
& oēm perfectionem, vt ampliter ad Epheſios declarauimus. *Si autem* CHRISTVS *in vobis eſt*,
per participatum ſpiritum eius, *corpus quidem mortuum eſt*, Primum officium inhabitantis ſpiri-
tus CHRISTI, eſt mortificatio carnis, non modo quia cū recipitur in baptiſmo, recipiē vt con
fert vim mortis CHRISTI, & profiteri facit nos carne morituros peccato, ſed & quia cum reti
netur, vrget ſtimulatq; ad iugem mortificationem eius, nunquam non ſuggerens inculcansùe,
Qui CHRISTI, ſunt, carnem crucifigunt cum vitijs & concupiſcentijs. Quāquàm & ſimplicius F Gal. 5.
Mortale corpus, cur mortuū dictū eſt. poteſt accipi de reſolutione corporis, ac ſi velit, quod ſi CHRISTVS in nobis eſt, per fidem habi-
tans & dilectionem, quanquàm corpus mortuum ſit, hoc eſt, mortale, tum propter breuita-
tem vitę, tùm ob iuges ęrumnas & imagines mortis, veluti emortuum, & à fidelibus vti mortuū,
mūdi carniſq; commodis iudicatum. Vtrique quadrat, quod ſubdit, *propter peccatum*, quoniam
& mortuum & mortificandum corpus eſt, propter peccatum, quippè quod in carne viuēs, ſem-
per mentem exturbat; & demum reſoluendum eſt propter tranſgreſsionem, (dictum quidem Gene. 2.
eſt, in qua hora comederis, morieris) & conſtat, quòd per peccatum introiuit mors & graſſatur
in omnes, in quo & ſinguli peccauerē. *Spiritus vero*, cum ſpiritus opponatur corpori, palàm cor- 2. Cor. 4.
pus hic auditum pro carne, & per hoc pro homine qui corrumpitur; ſicut & ſpiritus eſt acce-
ptus pro mente, & homine, qui in præſentia renouatur, & in dies ad renouationem proficit:
& aliud eſt offficium ſpiritus ſancti. Sicut enim inhabitans ſpiritus, carnem mortificat ob pec-
catum, ità & mentem viuificat ob iuſtitiam: propter quod dicit, *viuit*, vita græcè, *propter iu-* 1. Cor. 15.
ſtificationem, donumùe iuſtitiæ, quo & delentur peccata, & primitiæ accipiuntur æternæ vitæ.
Quòd ſi ſpiritus eius Dei ſcilicet, *qui ſuſcitauit* IESVM CHRISTVM, *à mortuis*, vti primitias dormiē-
tium, *habitat*, quieſcit inexturbatus, ac loco indimotus, *in vobis eſt*, quippe qui veſtrum poſsid et G
cor, habenaſq; veſtræ moderatur vitæ, agens & regens vos, vti dominus domus, *qui ſuſcitauit*, ca- Heb. 3.
put hoc veſtrum IESVM CHRISTVM, corpus illius efficiens immortale, immò & glorioſum, 1. Cor. 15.
triumphans de morte deq; ſtimulo eius, quod eſt peccatum indubiè, *ſuſcitabit & mortalia corpora*
veſtra, ad eandem ſortem, cum corpore eius; idq;, *propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis*. Licet
Deus excitauerit a mortuis, CHRISTI corpus, meritò tamen excitauit, quia vti templum erat Ioan 2.
ſpiritus ſancti: per omnia conſecratum Deo (Soluite templum hoc, loqnitur de corpore ſuo, & 1. & 2. & 6.
in triduo excitabo illud) *Ità & vos*, qui & templum Dei pariformiter eſtis, propter inhabitan-
tem ſpiritum eius in vobis, *ſuſcitabit*, vt membra conſonent capiti, & quo aſſumptum eſt corpus. Mat. 24.
congregentur & aquilæ. Ergò etſi in præſenti, mortificandum eſt corpus, etſi reſoluendum in ci
neres: breui tamen reſtituendum eſt, longè meliori vitæ, quoniam vitæ perpetuæ, morte abſor- 1. Cor. 15.
pta in victoria cum omni ſatellitio ſuo.

Ergò, illatio eſt ex præmiſsis, *debitores ſumus*, pro acceptis, *non*, quidem *carni*, quandòquidem,
præter id, quod vt de ea ſermo eſt, nō eſt profecta à Deo, nihil ex ea ſcaturit niſi noxium, ſed ſpiritui,
ſupple qui & à Deo eſt, & ex illo in nos effunditur quicquid eſt ſalubre. Et quāquàm nō renuit, H
quæ carni neceſſaria ſunt, impendenda carni, quoniam nemo carnem ſuam odio habet, ſed nu- Epheſ. 5.
trit & fouet, vt alibi docet: non renuit vti miniſtra eſſe poteſt in actionibus ſanctis, illi vti do-
meſtico ſeruo: ſubminiſtrandum cibum & indumentum, quin & exterrendam eſſe minis & ba-
culo; ſed renuit prohibetq; illi concedere principatum, *ut ſecundùm eam*, hoc eſt concupiſcen- Cap. 13.
tias ſuas, *viuamus*, nam & infrà, carnis curam non proſequendam præcipit in deſierijs; & ratio- Iac. 1.
Viuere ſecundum carnē. nem affert. *Si enim, ſecundùm carnem, vixeritis*, etiam ſi extiteritis ſancti, & Deo dilecti, ſine con-
trouerſia, *moriemini*, nam concupiſcentiæ carnis pariunt peccata, & ea conſummata generant
mortē; præter id quod & viuere ſecundū carnem, eſt quòq; illius conſilio, iudicio, præſcripto (quæ
ad illius prudentiā attinēt) vitā ducere, quæ mors aīæ eſt. *Si autem ſpiritu*, Dei, ſi ſpū ſancto, ſi ſpi-
ritu CHRISTI (ſiquidē vnus oīum ſpūs eſt) *facta*, actusùe, *carnis*, quæ illius ſunt impetus paſsiones

concu-

A concupiſcentiæ, *mortificaueritis*, vt quidem ſubijciantur & non principentur, vtq; non aduerſen
tur ſpiritui, non ſanctæ inſtitutioni, aut euangelicæ pietati, *uiuetis*, æterna, ac fœlicisſima vita, de
Mat. 10. qua & Dominus qui perdiderit animam ſuam, mortificando membra ſua quæ ſunt ſuper terrã,
Col. 3. in vitam æternam ſaluam faciet illam: præter id, ꝙ & hoc pacto mortificare carnem, eſt ſecun-
dum ſpiritus prudentiam viuere, quæ eſt vita & pax.

Quicunq; enim, ſiue gentes, ſiue iudæi, *ſpiritu Dei aguntur*. Non ſatis eſt, ſi regignimur, ſpiritúq;
aliquandò cordis domicilio retinemus: ſed opus eſt illo agi, hoc eſt, illius motibus indeſinenter
ac obſequentisſimè obedire, qui & nunquam non agit nos, niſi ſumma cũ ſapientia, ſcientia, in-
Eſa. 11. tellectu, cõſilio, ſumma cũ pietate, robore, & timore, quæ ſunt chariſmata, quibus nos afficit, vt
& nos, propſiéus obſequentes inueniat. Quarè tantùm abeſt vt agamur inuiti, ꝙ maxima noſtri
agimur libertate, vt latius ad Epheſios dicimus, quod & fouet, cum ſubdit: *hy ſunt filij Dei*, nam
& filij ſunt maximè liberi. Ergò, ſi proprium eſt filiorum Dei, vt agantur ſpiritu ſancto, nemini
erit obſcurum, ꝙ eo pacto agi, maxima eſt cum ſuauitate, maximaq; cum libertate agi. Et quan- Filij Dei, multis euadim modis.
Ioan. 1. quàm plura ſunt, quibus in tantùm euehimur beneficium, quandòquidem & poteſtas conceſſa
Gal. 3. eſt credentibus filios Dei fieri & nunc filij Dei eſtis per fidẽ, & filij Dei ſunt, ad quos ſermo Dei
Ioan. 10. B factus eſt, & beati pacifici, quoniam filij Dei dicentur, & qui hoſtes diligunt, aliquouè illos affi-
Mat. 5. & 6 ciunt beneficio, filij ſunt cœleſtis patris, omnibus tamẽ (ni fallor) prçualet, duci agiq; ſpiritu Dei,
quo ſicut & ſubdit clamamus Abba Pater.

Non enim, hoc tempore, gratiæ, *accepiſtis iterùm*, ſicut ſemel, in tempore legis, *ſpiritum*, quidẽ
Roma. 7. Dei, quoniam erat ſpiritualis, ſancta, immaculata, & conuertens animas, ſed, *ſeruitutis*, nõ liber-
Pſal. 15. tatis, qm̃ non agentem, non impellentem vos, eo pacto, quo agit impellitq; filios ſpiritus patris:
ſed quo agit & impellit ſeruos ſpiritus Dñi, quoniam accepiſtis illũ, tunc *in timore:* propter quod
& lata eſt lex, cum fulguribus & tonitruis (voluit enim Deus, vt terror ſuus eſſet in eis, & ſaltèm
eo pacto non peccarent (vt ſcriptum eſt, 20. Exodi, & 5. Deuteronomij, *ſed accepiſtis*, à Deo, per
IESVM CHRISTVM, *ſpiritum*, non modò libertatis, qua donanẽ manumiſsi, & ſed &, *adoptionis*,
qua potiuntur qui ſubſtituuntur filij, *in quo*, ſpiritu, *clamamus*, toto pectore: non ſolùm, *Abba*,
nos iudæi, ſed &, *Pater*, vos gentes. Nàm inter alia, quæ geminatione complectuntur arcana, &
hoc eſt, ꝙ hebrça voce notantur, qui adoptati ſunt ex hebræis, & græca, qui ſunt adoptati ex græ
cis, ex quibus vniuerſa conſtat Eccleſia. Et quanquàm ſub lege, multi dicerentur filij (filios enu-
Eſa. 1. C triui, & exaltaui: ex Aegypto vocaui filium meum: ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi oẽs) immò &
Oſeę. 11. nomine dignati ſunt primogeniti (primogenitus meus Iſrael: & Iſrael ęquaſti primogenito tuo)
Pſal. 81. quia tñ erant veluti paruuli, & ſub lege non ſecùs ac pedagogó, indubiè eo in tempore, vt docet
Exo 4. Paulus nihil differebant à ſeruis (pręter id, ꝙ etſi Dei erãt filij, erant ex ancilla, & ob id, nõ eiuſdẽ
Gal. 3. & 4. hæreditatis cũ illius filijs, qui ſunt ex libera) Ergò ſicut hæreditas illis repromiſſa, vmbram geſsit
diuinæ hæreditatis; ità & filiatio in figuram contigit diuinæ filiationis.

Ipſe enim ſpiritus, ſine dubio ſanctus, in quo & clamamus, Abba Pater, *teſtimonium reddit*, conte
ſtatur, legitur græcè, *ſpiritui noſtro*, Quod biſariam poteſt intelligi; Altero modo, vt proximùm Spiritus ſanctus dupliciter conteſtari poteſt ſpiritui noſtro.
immò & præuiũ explicetur ſpiritus ſancti munus, ei, quod immediate attactũ eſt (ſiquidẽ dixit,
ꝙ in ipſo, eo planè mouẽte cõcitãte; impellẽte, interno clamamus affectu, Abba Pater) at iſtud mu
nus precedit & aliud, hoc in quã, quod ſubdit, atteſtatio ſcilicet, quã facit ſpiritui noſtro, ꝙ ſumus
filij Dei; quo pacto & particula, con, verbo iuncta, teſtatur, munus necti cum munere, & nõ te-
ſtimonium cum teſtimonio, ſicut & poſteriori modo: Reliquo ergò, vt duo denotentur teſtes,
nempè ſpiritus ſanctus, & noſter, vt tali pacto, caſus dandi, in caſum reſoluatur auferendi; & ille
cui fit atteſtatio, ipſe ſit filius, in cuius corde habitat ſpiritus ſanctus, vt in præcedentibus liquet;
D & hic (ni fallor) intentus eſt ſenſus. Nam ꝙ ſpiritus ſanctus teſtetur, in quibus habitat; eſſe filios
Dei, adeò perſpicuum eſt, hoc in loco, vt in dubiũ reuocari non valeat: quòd verò & noſter ſpi-
ritus idem dicat, pariter detractari nõ poteſt, ab his maximè, qui teſtimonium ſentiunt conſciẽ
tiæ; quosque non reprehendit cor quandòquidem ſicut euangeliſta docet, facilè perſuadebunt
5. cap. 3. hi, non modo ſibi, ſed & tribunali Dei, ſe filios eius fore. Ergo ſic hunc locum intellige; ꝙ tù m
ſpiritus ſanctus interna ſpiratione, ſuggeſtione, reuelatione, tũ ſpũs noſter nulla conſcientia re
clamante, nulliusq; conſcius ſibi delicti, conteſtantur nobis, ꝙ ſumus filij Dei. Et quoniam te-
ſtimonij non eſt ſcientię párere euidentiam, ſed (quando eſt omni exceptione maius) firmisſi-
mam fidem: haud vereor, qui eiuſmodi perſuaſiones ſentiunt, perſuaſos fore filiationis ſuæ, &
(vt ſequitur) gratificæ gratiæ. At cum perſuaſiones fidei, valeant concipi variæ: non puto in his
particularibus, eiuſdem generis perſuaſione, diuinam prouidentiam vti, quam in myſterijs

exigit catholicæ fidei;quandòquidem ſi in eorum aliquo hæſitaret quis,foret indubiè infidelis, E
& vt membrum putridum à CHRISTO capite ſeparatus quod tñ non contingeret, ſiquis adeo
internæ,de qua ſermo,non aſſentiret atteſtationi. Et merito,qm̃ cum teſtetur ſpiritus ſanctus ad
filiorum frugem;etſi illius atteſtatio,nequeat non eſſe vera;non iniuria tñ cõtingit caligine nos
offundi,ne fortè plus æquo præſumentes de nobis,iactemus nos diuites & nullius indigẽtes am- Apoc.2.
plius;& palàm agnoſcamus,nobis conducere,aliquãdo deijci,vt cõtrectemus quòd nihil ſumus; Gal.6.
ſicut & apoſtolus admonet Qua de re,& ſi non renuo atteſtationem ſancti ſpiritus,perſuaſionẽ
parere,puto tamen non ſemper,immò & rariſsime quamuis dubietatem excludere.

Sed eſtò quãtum hac ex parte prouenit,ita ſit;cum vterq; ad perſuadendũ concurrat palàm ꝙ
atteſtatio ex parte noſtra imbecillis eſt;quoniã quis dabitur eòuſq; ſtolidus, vt vere ſecũ reputet
Atteſtatio ex parte noſtra, imbecillis eſt. dicatq́;,mundum eſt cor meum, immunis ſum à peccato? Delicta quis intelligit? Et licet cõſcius Prouer.20.
mihi non ſim;in hoc tamen iuſtificatus non ſum, vt de ſe apoſtolus dicit. Non dubito tamen, Pſal.17.
fore tantæ certitudinis,qãnta ſufficit ſaluti noſtræ; & maioris in vno, quàm in alio, immò & in 1.Cor.4.
eodem in diuerſo tẽpore,ſancto ſpiritu omnia moderãte, vt cum ſuauitate ſaluemur. Sed plura
dicta ſunt,ad Epheſios. *Si autem filij,* haud dubium,ꝙ ſumus, *& hæredes,* Nam & filij,niſi ſint ma
le meriti,ius habent hęreditatis patris,quibus theſaurizare tenetur, *Et hæredes quidem Dei,* cum F 1.Pet.1.
ſint filij ſui quibus & hæreditatem parauit,incorruptibilem,incontaminatam,& immarceſcibi- Heb.1.
lem,conſeruatam in cœlis: *cohæredes autem* CHRISTI, qui eſt primogenitus eius. Et licet hæres Pſal.8.
ſit vniuerſorum,omniaq́; ſubiecta ſint pedibus ſuis;ſua tñ munificentia,& patris ordinatione,di Luc.22.
ſpoſuit nobis regnum quod habet: vt non ſecus ac ipſe, edamus bibamusq́; ſuper menſam ſuam,
in regno ſuo. *Si tamen compatimur,* vt & iuſtum eſt, poſtq̃ & paſſum eſt caput; ne membra ſint Luc.24.
alterius ſortis ab eo, *vt & conglorificemur.* Sicut enim oportuit illum pati, vt intraret in gloriam Act.14.
ſuã,ità & multis neceſſe eſt nos tribulationibus cõprobari, vt admittamur tandẽ ad regnũ Dei.

Aſflictiones & cruces, non ſunt cõdignę futura gloria. *Exiſtimo enim,* quin & compertiſsimum habeo, *quòd paſsiones,* afflictiones,ſupplicia,cruces,
quas perferre nos membra neceſſe eſt, vt glorificemur cum capite, *huius,* nõ dixerim horæ, men
ſis,& anni,ſed totius, *temporis,* quo peregrinamur ad patriam, *non ſunt.* abſolute, *condignæ,* tam
etſi meritoriæ,& non raro admiſſorum expiatoriæ, *ad futuram gloriam,* cõparatæ,quę licet nunc
nobis maneat, (quia & nunc ſumus filij) Dei æterna prædeſtinatione aſcripta, eſt tamen nobis,
dum hic ſumus,cum CHRISTO in Deo abſcondita, *reuelabitur,* tamen &, *in nobis;* cum appare- Colo.3.
bit quod erimus. Et iure quidem quoniã cẽtuplum, retribuetur pro eis; & quod in præſenti mo 1.Ioan.3.
mentaneum eſt & leue tribulationis noſtræ,ſuprà modum in ſublimitate, æternum gloriæ pon- G Matt.19. 2.Cor.4.
dus operabitur in nobis,pręter id,ꝙ & dum patimur,non permitit Deus tẽtari nos ſuprà id quod
poſſumus,ſed & talem facit cum tentatione euentum, vt poſsimus æquanimitèr ſuſtinere, immò 1.Cor.10.
& in ſupplicijs aliquandò tribuat oblectari. *Nam expectatio,* anxia vehemẽſuè, vt & additur græ- 1.The.2.
cè, *creaturæ:* Quod poteſt tribus modis exponi,& primo de hominibus regeneratis, quippè qui Act.5.
(vt docet alibi) inſignitèr creati ſunt in operibus bonis,ſecũdo,de hominibus in communi,cum Ephe.2.
& creaturæ nomine,non raròintelligatur homo, eò ꝙ microcoſmus, & omniũ creatorum com
pendium (euãgelizate omnibus creaturis) Tertio,de omnibus rebus creatis,& præſertim corpo- Matt. vlti.
reis (à magnitudine ſpeciei & creaturæ, poteſt creator earum agnoſci.) Et quamquàm omnibus Sap.13.
modis conſentit: quãquàm nullum reprobamus,poſtremus tñ (ni fallor) ad intentionẽ procedit
apoſtoli,& maximè rationali creatura ſecluſa: de qua ſeorsùm paulò poſt. Ergò hic agnoſcenda
eſt Proſopopeia,& dicendũ ꝙ creatura,quæ rationis eſt expers,ingẽti ſolicitatur ardore,& tene
tur auida ac anxia expectatione,præſtolãdo, *reuelationem,* gloriæ, *filiorum Dei,* quandò reddentur
toti mundo conſpicui,dicentq́; eorum hoſtes,horribili perturbati terrore: Eccè quomodò com Sap.5.
putati ſunt inter ſanctos,& quomodo inter electos ſors illorum eſt. H

Vanitati enim, hoc pro tempore, *creatura,* de qua diximus, *ſubiecta eſt,* idq;, *non volens,* cum
& id,contrà naturale,illius accidat deſiderium. Siquidem huius mundi decurſu,contingit & nõ
raro, inanes eſſe multarum creaturarum conatus,plurima præter earum euenire intentiones:
contingit vt ſæpe ſuboriantur monſtra,peſtes in animalibus,tabefactiones in plantis,arefactio-
Plura infortunatæ contingũt,ex peccato primi hominis. nes in herbis: vt increbreſcãt fulmina,inundationes,fames,terremotus, & ſexcenta alia mala,à
quibus,etſi natura forsàn ab initio,non fuiſſet immunis,haud vereor,multa inuecta per pecca-
tum: quæ etſi natura tentaſſet, nec tam crebra, nec tàm acria, nec tàm noxia contigiſſent. Nec
mirùm,quia propter hominem facta,abſonum non fuit,& ſub hominis maledictione eſſe com
prehenſa: propter quod ſubdit. *Sed,* tolerat ac patientèr expectat, *propter eum.* Si prothoplaſtem
accipis,ratio redditur demeritoria: quippè qui demerito ſuo, *ſubiecit eã,* vanitati, *in ſpe,* hoc eſt,
non

A non perpetuo, ſed vſque quò illi ſuccurratur à Deo. Si Deum intelligis, author explicatur vindi-
ctæ; qui vt peccatum vlciſceretur hominis, etiam creaturam, quàm fecerat propter hominem,
ſubdidit vanitati, vt homini minus ſeruiret, *in ſpe*, tamen (tropus eſt proſopopeiæ) reſtitutionis,
Apoc. 21. ac ſtatuto tempore, in meliorem ſortem reparatioois, quando dicet qui ſedet in throno: Ecce
noua facio omnia. *Scimus enim*, oos qui creaturæ ſtatū agnouimus, antè lapſum, & poſt lapſum,
quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit, rectius, cōgemiſcit cōparturitq;, vt legitur græcè; & de
notatur, quòd cū nobis hominibus, qui gemimus ac doloribus vt parturientes affligimur, ob no Omnis creatura ingemiſcit cū nobis.
ſtram deprauatam ex peccato naturam, omnis creatura particeps miſeriæ reddita, gemit indo-
letq;, *vſq; adhuc*, vſquequo præſenti ſubiacet tempori.

Nec ſolùm illa, quæ rationis eſt expers, congemiſcit comparturitq; omnibus hominibus, *ſed & nos ipſi*, qui ſumus renati, & ex parte has calamitates exuti, nempe, *primitias ſpiritus habentes*.
Quod etſi verum eſt, de omnibus regenitis, ac ſpiritum in CHRISTO participantibus: maximè
tñ verum eſt, in perfectis Pauloq; ſimilibus, io quibus & primitiæ ſpiritus, non modo magis exti
tere ſuaues, ſed longe præ alijs locupletes: *Et ipſi intrà nos gemimus*, ſeu congemiſcimus græcè, *ex-
pectantes* cootiouo deſiderio, *adoptionē filiorū Dei*, in ſuū poſtremū prorūpentē effectū, *in redemptio
phil. 3. B nē*, ſcilicet, *corporis noſtri*, cōfigurãdi corpori claritatis CHRISTI. *Spe enim*, non poſſeſſione, *ſalui*,
ſimpliciter, *facti ſumus*. Siquidē primitijs ſalutis acceptis, in ſpē erecti ſumus, tãdē poſsidēdi quod
ſupereſt. Sed attendēo dū q, *ſpes*, ad quã ſumus erecti, etſi ex parte promiſsionis Dei, īmenſæq; il-
lius ergà nos dilectioois, neminē pudefacit, *quæ videtur, non eſt ſpes*. Licet enim res, ad quã ſpe tē-
dimus, videri poſsit, vt præmiū in agooe; illius tñ aſſecutio, quæ & ſub ſpe potiſsimū cadit, videri,
hoc eſt, certo cogooſci nō pōt: tendimus quidē bono aio, ſed euentus in ancipiti eſt. *Nàm quod vi* Res ſperata, quō viſa, vel nō viſa.
det quis quid ſperat? Si enim rē habet in tuto, locus nō relinquit ſpei: illa. n. eſt de arduo, quod non
eſt, quod cernit vti poſſeſſum. Ergo, *ſi quod non videmus*, nos qui regeniti Deiq; filij ſumus, *ſpera-
mus*, Dei ꝓmiſsione, & ardore eximio erga nos, *per patientiam*, qua & ꝓbãdi, & ad aſſequutiooem
perducendi ſumus, *expectamus*, vt tandem quod pollicitus eſt Deus, largiatur oobis.

Similiter & ſpiritus, qui habitat in nobis, & conteſtatur q ſumus filij Dei, *adiuuat*, tùm vt to-
leremus aduerſa, tùm vt per patientiam expectemus proſpera, *infirmitatem noſtram*, ne in altero,
aut vtroq; ſuccumbat. Adiuuat inquàm, non modo ſuggerendo, vt in ambobus committamus
nos Deo, ab illo flagitando ſuppetias & fauorē; ſed & informando quo pacto, Deum orare debe-
mus. *Nàm*, tàm miſeri ſumus, q non rarò, *quid oremus ſicut oportet neſcimus*. Non ignoramus qui-
Mat. 6. Luc. 11. Iac. 1. C dem, quid petendum ſit nobis, in communi, cum Dominus moneat de hoc io euangelio: nec la-
tet quòd petendū eſt, plena & indubia fide, ſicut frater Domioi docet, ſed fugit nos ſępe an quod
petimus in particulari, petamus vt opus eſt. Et licet ea, quæ nequeunt malo cedere vſui, in parti-
culari petita, oon obſint, immò & proſint, quin & eorum petitiones ſint ratæ, & Deo ſummè ac-
ceptæ, multa tamen ſunt, quæ etſi bona, malo vſui poſſunt exponi, vt diuitiæ ſanitates, hoſtiū de-
bellationes, proſperitates vitæ; quin & tali pacto inſeruire Deo, vt coniugio, religione, & id ge-
nus alijs, & io his ſæpe, (& ſi frequētiſsimè oramus pro illis) poſſumus hallucinari, & philautia
commoti, ſecùs quàm oportet, apud Deum ſolicitari, niſi ſuccurrat ſpiritus ſanctus, ac flagitet
apud Deum pro nobis. Vnde & ſubdit. *Sed ipſe ſpiritus*, noſtræ ſuccurrens ignorantię: *poſtulat pro
nobis*, quæ noſtrę conducunt ſaluti, *gemitibus*, non verbis, *inenarrabilibus*. Sicut etiam ſpiritus Dei,
aſtans filiorum cordibus, clamare facit clamore profecto, ex ſuauitate, impulſuq; filialis ardoris, Spiritus ſanctus quō gemere aliquãdo nos facit.
Abba, Pater: ità & eoſdem in orationibus fouens, gemere facit inenarrabili gemitu: qui ſine ali
cuius rei expreſsione (vt ſolent in anguſtia conſtituti, quos non latet quam patiuntur, calamitas)
obtinet quod expedit eis. Non enim pateroa viſcera, ad gemitum filiorum commoueri, nō poſ-
ſunt, quos & vnigeniti membra cognouit, & eadem, qua & illum, charitate complectitur. *Qui
Ioan. 17. D autem ſcrutatur corda*, hoc eſt, quem nihil prorſus effugit, *ſcit*, ſciuituè gręcè, hoc eſt probat, vel ab
ęterno probauit, *quid*, gemere faciens, *deſideret*, curet, ſolicitètque, *ſpiritus*, in cordibus filiorum,
quia, ſcit ſciuitq; ſemp, q, *ſecundùm Deum*, quę illius conſonãt voluntati, *poſtulat pro ſanctis*, tùm
io cōi, vt qđ conferat vniuerſę Eccleſię, tū in particulari, vt proſit prout expedit cuilibet mēbro.

Scimus autèm, & prorſus perſuaſi ſumus, *quòd diligentibus Deū*, vt pij filij, diligunt patrem, *om-
nia*, etiam ſi videantur mala, *cooperantur*, cedūt in ſucceſſum, &, *bonum*, & eis maxime, *qui ſecundùm
propoſitum*, decretum, deliberationem Dei, *vocati ſunt*, hoc eſt, dono vocationis dignati ſunt, *ſan
cti*, abundat, nec immeritò, textibus græcis. Sed qui ſunt iſti? *Nàm*, illi quidem ſunt, *quos præſci-
uit, & prædeſtinauit*, Deus, *conformes imaginis filij ſui*. Et ſunt hæc adeò multis obſcura, vt diuer-
ſos patiātur īterpretes. Verū alienis laboribus parcēs, lectorèsq;, ſi placet, ad illos remittēs, afferã

quæ meæ imbecillitati ſuccurrunt,nec cenſurã renuo,rectius interpretantis. Et quoniam priora verba obſcuritatem maxime pariunt: nõ iniuria,ſi potiſsimùm illis inſiſto. Ergò,vt res reddatur perſpicua, conſtituendum præ oculis, ꝙ Deus (vt ampliter proſequimur ad Epheſios) qui bonorum noſtrorũ non eget, immenſo ſuæ bonitatis pelago, voluit creaturas producere; & eo quidem pacto, vt homo omnium foret ſcopus & finis, & ille maxime, qui in diuinam erat perſonam aſſumptus; per quem & placuit (vt eo loci probamus) omnia condere. Quare, & eius in gratiam, certum conſtituit hominum numerum, colligendum tñ ſuo pro tempore, ex omnibus mundi plagis; qui illius Dei & hominis, CHRISTI, inquàm, IESV, aſcriberentur obſequio & ſolatio; immo & traderentur dono, vt ſuo pro arbitrio agere poſſet cum eis. Quos autem tam charos eſt dignatus habere, & tàm eximia eſt complexus dilectione; illos noluit habere in ſeruos, ſed peculiares amicos, quibus & arcana ſibi credita impartiret, quin & in chariſsimos fratres, cũ qbus & hęreditas eſſet cõis; immo & in ſui extulit corporis membra, vt mira incredibiliq; metamorphoſi connecterentur cum eo. Quare & fieri non potuit, vt cœleſtem hæc fugerent patrẽ, immo vt & ſuper ea re, non peteretur à filio, quin & cogeretur (ſi dicere fas eſt) vt illos aſcriberet in adoptionẽ; quod & mox factũ eſt, cũ nunq̃ exauditus non ſit, ſua pro reuerentia, vt apoſtolus dicit. Hæc pluraq; hàc in ſententiam, eò loci collegimus, etſi non fallimur, non leuibus fundamentis.

Homo omnium finis,& maximè christus.

Heb. 5.

Ergo, vt ad apoſtolum redeam, conſtat ꝙ illius intentio eſt oſtendere, qui nàm ſint vocati iuxtà diuinum decretum, quibus omnia eueniũt proſperè; & de his dicit, quòd ſunt quos Deus præſciuit ac prædeſtinauit. Ergo ſunt, quos ab æterno, & antequàm iàceret mundi fundamenta, in gratiam coſtituit vnigeniti, illius obſequijs ac ſolatijs deputauit, immò & liberaliſsime dedit; vt diſponeret pro voluntate de eis. Hos ergò præſciuit, ex ordine ſuæ ſapientię ſuæq; voluntatis, in certis conſtitutos numero, pondere, & menſura, cogendosq; ex omnibus partibus mundi; & ex beneplacito vnigeniti proprij: præſciuit illi etiam tam gratos, ꝙ illos petierit adoptandos in proprios fratres, ac perpetuos cohæredes. Nec iſta modo præſciuit, ſed præſciendo annuit & probauit, & facere iuxtà CHRISTI petitionem decreuit. Ergò quos præſciuit, vt expoſitum eſt, & prædeſtinauit, hoc eſt, in adoptionem definiuit, (quandoquidem nec aliud, Paulo eſt, prædeſtinare, quàm in Dei filium quenquam decernere, aſcribere, ac conſtituere) vt eò loci diffusè: Ergò ritè ſubiungit, quòd definiuit, quos ſic præcognouit, *conformes imaginis*, non ſimilitudinis, aut cuius volueris imitationis conformitate, *filij*, non angeli; non adoptionis, ſed naturalis: *Vt ſit*, ſicut & addit, *ipſe primogenitus inter fratres:* Quanquàm & tàm ingens eſt, ardor illius erga nos, ꝙ (vt aliàs patefecimus) & illos trahat, eleuetq; quodammodo in primogenitos, quandoquidem cum illius facti ſimus corporis partes, CHRISTVMq; mirò modo complentes, obſcurum nõ eſt, ꝙ ex vtriſq; vnus conſtituatur homo, qui & Paulo, nonnunquàm dictus eſt CHRISTVS: ſed ad Epheſios ampliùs & abundè.

Qui ſint præſciti,& prędeſtinati.

F

G

1. Cor. 12.

Quos autem prædeſtinauit, quos in adoptionem definiuit, *hos & vocauit*, dono illius vocationis afficiens. quæ eſt iuxta propoſitũ Dei, & potiſsimum eſt interna; & quia propria eſt electis, ſuum tandem effectum aſſequitur. *Quos autem vocauit*, hac vocatione, quã aliàs aſſerit etiam ſanctã, vt quæ non ſolum eſt firma, ſed Deo conſecrans, *hos & iuſtificauit*, electorum iuſtificatione; quæ non eſt ad tempus, ſed abſolute. Non ꝙ prædeſtinati aliquando ab illa non cadant; ſed quia ſine illa, ex præſenti luce nõ exeunt. *Quos autẽ iuſtificauit*, dimiſſa culpa, & noua impartitos vita, *illos & magnificauit*, ſeu græcè, glorioſos effecit, cum hac in peregrinatione, theſauris locupletando gratiæ, tùm in patria cornucopijs obruendo gloriæ. *Quid ergò dicemus?* Num poterunt, *ad hæc*, inimici mutire? Sed torqueantur vt lubet. *Si enim Deus*, eſt eòuſque; *pro nobis*, vt & malum, in ſucceſſum cedat, *quis contrà nos?* poterit non ſolùm dico ſæuire, cum nunquàm non ſæuiat ſathanas, mundus, & caro; ſed præualere? Pone me inquit Iob, iuxtà te, & cuiuſuis manus pugnet cõtrà me. Et Dauid, Dominus ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Qui, indubie nulli rei parcet, vt tueatur nos, cum, *nec proprio pepercerit filio: ſed illum*, cruci, *pro omnibus tradidit*. Et quidem tàm valida fuit paſsio eius, ꝙ etſi ſaluat tantùm prædeſtinatos; ſaluti tamen ſufficiebat totius mundi, quin & omnibus aliquid profuit, quẽadmodum & alibi declaramus. *Quomodò & cum illo, nobis omnia non donauit?* & maxime, quæ ſaluti noſtræ conducunt? præter id, quòd vnà cum illo, omnium nos hæredes inſtituit, & vt tandem oĩa eſſet in oĩbus, irreuocabili lege decreuit. *Quis accuſabit*, cuiuis tribunali, *aduerſus electos Dei?* nũ mundus qui in maligno eſt poſitus, & cui illi ſunt crucifixi? nùm Sathanas qui eorum calcatus eſt pedibus, & ingenti catena conſtrictus, eſt in abbyſſum coniectus? nùm lex cui ſunt

Vocatio dei ſancta & interna.

2. Thi. 1.

H Cap. 17. Pſal. 26.

1. Cor. 15. 1. Ioan. 5. Gal. 6. Apoc. 20. 2. Pet. 2.

morti-

A mortificati,& quibus eſt ablata è medio? nùm conſcientiæ propriæ quæ CHRISTI beneficio, Electi inaccuſabiles coram Deo.
paci ſunt reſtitutæ, ac Deo reconciliatæ? *Deus, qui iuſtificat*, tum illos afficiendo iuſtitiæ munere,
tùm definiendo proclamandoq́; iuſtos ſuo tribunali, *quis eſt qui condemnet?* nùm eſt tribunal di-
uino ſuperius? nùm illos condemnabit, CHRISTVS *Dominus?* qui nobis eò vſque fauet, quòd
mortuus eſt, pro nobis; immò qui, *& reſurrexit*, vt reſurgeremus cum eo, *& ſedet ad dexteram Dei*,
Ioan.11. vt & eundem thronum habeamus cum illo, *& interpellat*, ſemper, *pro nobis*, vt vbi ille eſt & nos
tandèm ſimus?

Quis nos ſeparabit, à charitate CHRISTI? Dei, legitur græcè, & ſermo eſt, de charitate, qua cō-
plectitur prædeſtinatos. *Tribulatio?* qua omnes comprehenduntur afflictiones, & cruces: *An an-
guſtia?* ſub qua, veniunt vincula, carceres, detētiones: *An perſecutio?* & ſub hac cōprehenſa ſunt;
exilia, impoſturæ, calumniæ infamationes: *An fames?* & ſub hac intellige ſitim: *An nuditas?* & p
hoc, frigus eſt comprehenſum, & dedecus: *An periculum?* innumerabilium ærumnarum, & ſex-
2.Cor.4. centarum imminentium aduerſitatum: *An gladius?* Tyrannorum, ac ſatellitum Sathanæ, qui &
obſequium, pernecando nos, arbitrantur præſtare ſe mūdo, immò & Deo, *ſicut ſcriptum eſt*, pſal.
mo.43. *Quia propter te*, Deus, propter tui, quàm cupimus, gloriā, *mortificamur*, nos electi, *tota die*,
B Cap.11. ſemper enim, qui viuimus, in mortem tradimur, vt de eiſdem aliàs dicit, *æſtimati ſumus, velut oues
occiſionis*, non ob aliud nati, niſi vt iugulemur. *Sed in his omnibus*, immo & pluribus, & (vt cogita-
ri poteſt, immo & ex his, quæ ad hebræos ſunt attacta, conuinci) atrocioribus, *ſuperamus*, græcè,
& rectius, ſuperuincimus. Et ſi occiderentur martyres, nihilòminus euadebant victores, quin &
ſuperuictores; quia non modo triumphabant de principibus mundi, ſed & de toto vniuerſo,
qui & eorum ſanguine ſubiectus eſt CHRISTO: ſed id non factum eſt virtute ſua, ſed Dei, *pro-
pter eum*, inquit, rectius, per eum, ſicut legitur græcis, *qui*, & tàm impensè, *dilexit nos*.

Certus ſum enim, tùm inhabitantis ſpiritus atteſtatione, tùm ſacrarum ſcripturarum authori- Certitudo electis propria.
tate, *quòd neque mors*, aut quod volueris eius genus, quod & maxime perhorreſcimus, *neque vita*,
cum omnibus commodis, quod potiſſimum concupiſcimus, *neque angeli*, ſiue boni ſint, ſiue ma-
li, *neque principatus*, tàm regionis cœleſtis, quàm tenebrarum aeris huius, *neque virtutes*, ſiue bea-
tarum mentium, quibus Dei bonitas omnibus fauet, ſiue furiarum inferni, quibus Sathanas p
ſua conatur nequitia, vt omnia deſtruat, *neque inſtantia*, quæcunq; vt quæ poſſunt allicere, autē
diuerſo dolorem afferre, *neque futura*, quæ valeat quis præſtolari bona, aut formidare mala, *neque
C fortitudo*, abundant hæc græcis, *neque altitudo*, vt quæ euenire poſſunt ex ethere, aſtris, & cęlorum
corporibus, *neque profundum*, vt inundationes, terremotus, & demū etiam inferorū portæ, *neque
creatura alia*, vt in ſumma, omne quod non eſt Deus, reſtringam; *poterit nos*, prędeſtinatos, tandē,
ſeparare, etſi ſeparare poſſit ad tempus, *à charitate Dei*, qua complectitur eos; ſiquidē in manu eius
Ioan.8. & 10. ſunt, & nihil eſt, quod ex illa eruere valeat; & nemo rapere poteſt aliquid, de manu patris, vti
CHRISTVS docet; & ab illa potiſſimum charitate, *quæ eſt in* CHRISTO IESV, quæ eſt eximia,
& omnibus numeris abſoluta: qm̄ ea eſt, qua & complectitur eum, illo petente ac exorante, vt
Ioan.17. charitas, qua diligis me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Nec ſecus poſſet aliquis ſuſpicari, cui perſuaſum
eſt, electos & conficere CHRISTI corpus: immò & illius conſtituere ſponſam, cum qua euade-
re opus eſt, in carnem vnam, *Domino noſtro*, quibus ſempiternus honor. Amen.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruanda ex primo articulo, & præſertim ex verbis, (Sed nō ſicut delictum, ita & donum)
incomprehenſibilis ergà nos benignitas Dei; qui non ſolum non exhorruit in nobis crimē pri-
mi parentis, quo hoſtes ſuæ euaſimus maieſtatis, non maſſam putridæ ac corruptiſſimæ carnis,
D meritò abominandæ, ac ſuis ab oculis propellendæ; ſed nec ſcelera, quæ miſeri mala noſtra vo-
luntate congeſsimus abſq; timore, in authorē bonorum oium, à quo & in nos proficiſcitur quic-
quid expedit, & cui moleſtiſſimū eſt, ſiquid perpetretur quod noceat; quin & his penè poſtha-
bitis, in eo factus eſt eòuſq; propenſus, vt liberè fateri valeamus, ſuperabundaſſe gratiā, vbi ſup-
abundauit offenſa. Ergò mirum in modum, malitia noſtra cōfunditur, qui Deo offenſo, nec re-
taliāte, ſed hoſtibus beneficiente, immò non modo in priſtinum reuocāte, ſed & ad prouectio-
rem beneficiorum cumulum prouehente, vix adduci poſſumus, vt fratris obliuiſcamur iniuriæ,
quin & multare ſatagimus ſeptuplum; & tn̄ non erubeſcimus vocari filij Dei, & fratres CHRI-
Matth.6. STI IESV. Pudeat ergo nos noſtræ ſocordię, quin & deploremus noſtrā iniquitatem; qui patre, Humana deteſtanda ſocordia.
qui in cœlis eſt, ſuo nos vrgēte exemplo, vt ſicut ille pluit bonis & malis, ita & nos noſtris bene
Luc.23. precemur, tùm amicis, tùm hoſtibus; & capite CHRISTO, qui & pro inimicis orauit, immò &
animam

E 1.Ioan.3.

animam poſuit, extimulante, vt & nos, ſi illius cupimus eſſe membra, pro fratribus, etiam ſi inimici ſint, deprecemur, quin & animam exponamus, adeò obſurdeſcimus, & in vtráq; obdormiſcimus aurem, vt hæc non ſolum vti mira ſpectemus; ſed vt nimium ad præſtandum ardua, à nobis auertamus; & non rarò (& vtinam mentiar) vti ſomnia receſemus. Sed væh nobis miſeris, væh carnalibus; qui non ſapimus quæ Dei ſunt. Ergò ſi Dei filij eſſe cupimus, ſi CHRISTI verè fratres & membra, eſſe geſtimus; non modo obliuiſcamur vindictę, ſed toti incumbamus beneficētiæ, dimittentes vt dimittamur, beneſacientes omnibus, vt patris ac CHRISTI obſequamur voluntati, qui & in centuplum recompenſabunt nobis.

1.Cor.2.

Baptiſmi vis, & profeſſio.

Obſeruandum ex ſecundo articulo, & maximè ex verbis, (Quicunq;. in CHRISTVM baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus) vt nunquàm ab oculis fugiat, tū myſterium, quo in baptiſmo ſumus perfuncti, tū ſpōſio, quam in illo ſumus ſtipulati. Siquidem tincti in mortem, & reſurrectionem CHRISTI, vtrumq; geſtare debemus, in corde & corpore; nimirum quia in vtriſq;, illi in regeneratione inſiti ſumus. Et mortem quidem gerimus cum gloriamur in cruce, & iugiter mortificationem eius, immò & ſtigmata, ſicut & Paulus, geſtamus in corpore, ducentes delicias non modo contumelias pati, ſed & mūdo in omnibus crucifigi; præter id, ꝙ & admonet CHRISTI mors, qui vltrà non moritur, nos ità mortuos eſſe debere peccato, vt vltrà nō viuamus in illo, vti apoſtolus dixit. Vitam verò eius exprimimus, cum ad illius imaginē conformamur, viſcera induti miſericordiæ, benignitatem, patientiam, longanimitatem, non modo vt hęc contingunt infirmis, ſed perfectis; qui iam cū CHRISTO ritè ſurrexerunt à mortuis. Sed & ſpōſionem quàm emiſimus, impium eſt, ſi moremur reddere; qua aſtrinximus fidem, nō modò nos renunciaturos mundo cum omnibus pompis, nō modo carni & ſanguini cum eorum illecebris, ſed & nobiſmet, cum & ſubſcripſerimus, & doctrinæ & militiæ CHRISTI, cuius, niſi qui ſe abnegauerit, diſcipulus eſſe non poteſt. Ergò vnuſquiſque diſcutiat ſemet, & ꝙ quàm longè à ſua degenerarit inſtitutione deploret; certior factus, ꝙ ſi iuxtà carnis cōcupiſcētias vixerit, nec corde opereuè exiſtimauerit ſe mortuum eſſe peccato, aut vita & moribus ſpiritui non auſcultans, probauerit ſe in CHRISTO palmitem eſſe ſine fructu, manu cœleſtis abſcindetur agricolæ, & in ignem tandèm procijcietur æternum, vti dominus docet. Ergò hora eſt de ſomno ſurgere, & profeſſionis noſtræ memores, reddere Deo vota quæ fecimus, quoniam diſplicet ei infidelis & ſtulta promiſſio.

2.Cor.4. Gala.6.

F Col.3.

Eccle.5.

Luc.4.

Ioan.15.

Rom.13. Ecc.5.

G Pſal.72.

Quàm bon' Deus, iuſtificatis.

Obſeruandum ex articulo tertio, & potiſſimum ex verbis (Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ (Quàm bonus ſit Iſrael Deus, ijs qui recto ſunt corde, vt ſunt in CHRISTO regeniti ac iuſtificati; quandòquidem etſi poſcit ab eis, vt accommodent membra ad ſeruiendū iuſtitiæ, etſi vrget, vt in bonis, ad quæ creati ſunt, progrediant̄ operibus, memor tā figmenti ſui, memor ꝙ dum hic ſumus, plena non fruimur valetudinē, memor & continuæ, quàm patimur, pugnę, in multis miſeretur noſtri, contentus vt viuamus in ſanctitate, & ſeruiamus iuſtitiæ, cōniuēdo in nōnullis impfectionibus, ob imbecillitatē carnis humanæ, quin vt vberius cōpateret̄ nobis, vnigenitū voluit tētari in oībus abſq; pctō, vt fieret & ipſe nobis miſericors pōtifex. Quarè ſicut neminē queri fas eſt, ꝙ mādatū acceperit impoſſibile; ita & neminē fas eſt aliquā excuſationē ptendere, ſi non pſtat, quod tā clementer eſt exactū ab illo. Quid ergò detrectare (ni fallor) noſtrā non poſſumus oſcitantiam, immò & intolerabilē neglıgētiā, qui tā inſigni benignitate allecti, vix è loco mouemur, quin & vix caput attollimus, ſordeſcētes ac reuoluentes nos in volutabro luti, ac ſi tantā negligamus ſalutem. Ergò ſi nobis eſt curæ diuina volūtas, ſi dies cupimus experiri bonos, excutiamur à ſomno, cōtēdamus ad brauiū, puocemus ac vrgeamus nos mutuò; et ſaltē, mēbra accōmodemus iuſtitię, ſicut accōmodauimus iniqtati. Quòd ſi eouſq; ſumus ingrati; immò duri & impij, vt nō delectet nos rectè viuere, vt diuinę tñ obſequamur volūtati, cui & nos & noſtra, ipſo iure, ferre debem' accepta, immò & innumeris nexibus obligata; inclinemur tādē, ad præſtādas, quas à nobis exigit, iuſtificationes, ppter retributionē, haud immemores, ꝙ liberati à peccato, & ſerui facti Deo, habemus fructū in ſanctificatione, & finē demū vitā ęternā.

Luc.2. Heb.2.

2.Pet.2.

H

Pſal.118.

Quo pacto exēpti ſimus à lege.

Obſeruandum ex articulo quarto, & maximè illis ex verbis, (Mortificati eſtis legi per corpus CHRISTI, vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo) Quòd & ſi exempti, & ſi liberati ſumus à lege, per corpus CHRISTI mortificatū in cruce, non ſumus tñ exēpti, non liberati, vt ſimus noſtri; ſed exempti ſumus ac liberati, vt ſimus CHRISTI IESV, idq; non modò emptionis iure (ſiquidē nos redemit de maledictione legis, ꝓ nobis maledictio factus, vt qui viuunt non ſibi viuuant, ſed ei qui ſurrexit à mortuis) ſed & rei poſſeſſione (cuius deliciæ ſunt, verſari inter filios hoīum): rei inquam, poſſeſſione non modo per fidem inhabitādo corda, ſed &

Gal.3.

Prou.8. Ephe.3.

per

A per charitatem in nobis exercendo opera viua; quin & nobis accommodando, ac nectendo ſeſe, non ſolùm vt caput corpori, ſed vt ſponſum dulciſſimæ ſponſæ, vt etſi duo in vnam tamen, mira metamorphoſi, transferamur carnem; vt eo pacto, non ſolùm vtriſq; omnia ſint communia, ſed & ambo pariter fructificemus Deo, fructus non carnis ſed ſpiritus; qui in omni proferendi ſunt
Ephe. 5. bonitate, iuſtitia & veritate, vt aliàs apoſtolus exprimit. Ergo id penès nos reuerſantes, noſq; nõ noſtros ſed CHRISTI fore, infinitis titulis agnoſcentes, in illo quidem, aut vt illius aliquid, exiſtimemus nos vnicè Deo acceptos, ſuper omnia conſtitutos, & quibuſuis, tum gratiæ, tum gloriæ theſauris locupletatos, immò & obrutos; ſed vt in nobis (quod & frequenter expedit corde repetere) noſtram contrectemus miſeriam, nuditatem, confuſionem & cumulum omnium iniquitatum: ꝙ ſi reipſa in hæc non prorumpimus, aut à pluribus abhorremus, non noſtræ ſubſcribatur induſtriæ, ſed dono diuinæ gratiæ, & operi inhabitantis nos ſpiritus CHRISTI. Quarè his duabus alis, & ad gratiarum aſſurgemus actiones, & ad extremam deijciemur humilitatem; orãtes ſemper Deum, vt necà dextris necà ſiniſtris deuiare permittat, per illius gratiam, cui ab illo, etiam priuſquàm orbis conſtituerentur fundamenta, traditi ſumus.

Obſeruandum ex articulo quinto, & præſertim ex verbis (Infœlix ego homo, quis me libera-
B bit de corpore mortis huius?) Quàm execrabilis ſit hoĩs ignorãtia, qui non modo non ſuſpirat, ob internos carnis ſpirituſq; conflictus. non modo nõ grauatur corpore vndiq; morti obnoxio, immò in dies in mortem præcipitato; ſed illuſus falſis imaginibus huius vitæ, quæ & momentanea eſt, auertit oculus à veris imaginibus mortis, quæ perpetua eſt; & miſſa corporis morte, quæ, et ſi dicta eſt vltimum terribilium, præſtò tamen quocunq; te vertis, offenditur, nec ſimplici deſtitutione vitæ, ſed innumeris, inopinatis, horrendiſq; morbis, quibus nedum nos paſſim inuadit, ſed immaniter cruciat; quid dicendum de interitu animæ, quem omni momento incidere poſſumus, quin niſi manus diuina ſeruaret, ſexcenties illi ſuccumberemus in die? Et tamen, cum res tanti ſit ponderis, non aduertimus; quin nec agnoſcimus, immò ſtertimus, ac veluti in tutiſſimo poſiti, ferias ducimus, & genio indulgemus. Non ſic quidem apoſtolus, non ſic & membra

Deploranda conditio noſtra, quos nõ tedet corporis mortis huius.

philip. 1. viua, CHRISTI IESV; ſed ingemiſcentes, ac nunquàm non pleno pectore deplorantes, calamitates, miſeriaſq; præſentis exilij, de corpore huius mortis feſtinabant abſolui; periculo perſuaſi,
pſal. 17. quam arduum ſit, mortem in regione mortis effugere, & quàm difficile & penè impoſſibile, cũ
Heb. 12. peruerſo, & præſertim domeſtico, non peruerti. Ergò nitamur omnes deponere omne pódus, & circunſtans nos peccatum, omni qua poſſumus cura, vſquequo placet Deo, hoc nos detinen-
C dos ergaſtulo; non raro tñ ad illum ſuſpirantes, vt eò nos liberet inſœlicitatis, vt ſaltem ſi nequimus ad certum vſq, tempus, eius ſarcina non grauari, illi non placeamus in deſiderijs.

Obſeruandum ex articulo ſexto, & potiſſimùm ex verbis (Siquis ſpiritum CHRISTI non habet, hic non eſt eius) Quòd cum habere ſpiritum CHRISTI, non modo ſit, in illo pro membri gradu, onere, qualitate, chariſmatibus potiri ſpiritus ſancti, ſed & agi, concitari, impelli in ſimilitudinem CHRISTI; palàm, ꝙ ſicut ille perfuſus eſt eo, non ſolùm vt vngerentur rex & ſacer-

Quid ſit habere ſpiritũ Chriſti.

Luc. 4. dos, ſed vt & Dei inſtitueretur nuncius, ad euangelizandum pauperibus & afflictis, vt ipſe teſtatus eſt, quin & ad medendum contritis corde, libertatem reſtituendam vinctis, reuidentiam cæcis, remiſſionem confractis, & ad prædicandum tẽpus acceptabile Deo; ita & neceſſe eſt, vt quos idem inhabitat ſpiritus, pro ſua in ſingulis (vt dictum eſt) ratione, effectus operaq; non diſſimiliter faciat. Ergò ſe vnuſquiſq, diſcutiat, & an ſit CHRISTI impartitus ſpiritu, per hæc omni virili diſcernat. Siquidem qui ſpiritum poſſidet CHRISTI. non modo vnctus eſt oleo gratiæ, ſed manſuetudinis, non modo conſtitutus rex huius mundi, ſed affectionum animi, non modo ſacerdos ad offerendum ſe Deo, ſed & ad illum exorandum pro populo. Qui CHRISTI ſpiritum
D habet, & ſi peculiaris functionis munere fungitur; non tñ præterit, quæ omnibus membris eius ſunt facta cõia, vt ſua pro facultate medeatur afflictis, & qui captiui ſunt, laqueis peccatorum detenti, vt ſua opera reſoluantur, cęci hoc eſt, luce deſtituti veritatis, ac tenebris circunfuſi alicuius deceptionis, reſtituantur luci, animo releuentur confracti, puſilliq; ; & demum omnes ſolicitẽ-
2. Co. 6. tur ad euangelium, quod hoc in tempore (quod eſt Deo acceptum, quod eſt illi ſanctificatum) detectum & omnibus, quò vis loci eſt exhibitum. Quòd ſi hæc præſtamus, Deo referamus acceptum, qui CHRISTI ſpiritu nos perſundit: ſi minus, illum deprecemur, ne nos ſine illo dimittat, ne palpantes in affectibus carnis, tandem occumbamus in eis.

Obſeruandum ex articulo ſeptimo, & præſertim ex verbis (Debitores ſumus nõ carni, ſed debitores ſumus ſpiritui) Quòd & ſi non debemus carni fauere, debemus tamen carnem mortificare, vt minus aduerſetur ſpiritui; nec ſolum illius compeſcendo affectus, quos vndecim numera-

Mortificatio carnis, quo pacto.

uimus

uimus(qui & numerus eſt infamis,nimirum legis tranſgreſſionibus, quæ decem eſt comprehẽſa præceptis,accommodatus,& per hoc, non immeritò & pœnitentibus attributus: vndè & vndecim præcepta erant ſaga cilicina, vt extrinſecus tegerent tabernaculum,hoc eſt, ad induendũ E Exod.36.
qui ſuis demeritis ſunt extrà Eccleſiam,& reſipiſcunt à ſceleribus ſuis, propter quod & ritè induebantur cilicio, vt ex ſacris canonibus conſtat(non ſolum inquam vndecim compeſcendo affectus,ſed & vniuerſa deteſtando opera carnis, de quibus Apoſtolus: manifeſta ſunt opera carnis,adulterium, ſcortatio, immundicia,laſciuia,ſimulacrorum cultus,iræ,lites,æmulationes,ſectæ,inuidiæ,cædes,ebrietates,& id genus plurima; nec tantum deteſtando, ſed & modis omnibus perſequendo,ſicut & decet ſanctos ac renatos in CHRISTO. Econtrà quæ ſunt ſpiritus,toto cõplectenda ſunt pectore,omni ſeruanda cura,tota promouenda virili; nempè,charitas,gaudiũ,pax,lõganimitas,benignitas,bonitas,& quæ Apoſtolus adijcit: Quæ qui præſtiterit viuet;& ob id in ſpũ ambulabit,& actus ſpũ Dei,ſine dubio erit filius eius, vt eodem articulo declaratur. Gal.5. in eo. loco.

Omni ſtudio diligendus eſt Deus.

Obſeruandum ex articulo octauo,& potiſſimum ex verbis (Diligẽtibus Deum, omnia cooperantur in bonum) quãto ſtudio nauanda eſt opera, vt diligamus Deũ, q̃ ardentibus flagitandum eſt precibus, vt corda nr̃a, ſua charitate ſuccendat. Et qm̃ quicquid ſumus, Dei ſumus; non modo nitendũ, vt totâ diligatur mente, corde & vita; ſed & omni, qua poſſumus facultate. Nec F
ea tantum rõne, q̄ omnia proſpera facit, aut quia manet in his qui in charitate ſunt, & quidem vt in amico amicus, immò vt bonorum omniũ cumulus, vt nos ſemper opulentiores reddat; ſed quia eſt dignus amari, immò & redamari, quippè qui lõgè prius dilexit nos, & vnigenitum crucem pati fecit, pro nobis. Ergò nunquàm non precemur Deum, vt dirigat corda & corpora noſtra, in charitate Dei & patientia CHRISTI; quibus honor & gloria. Amen. 1. Ioan.4. 2.The.3.

Poſtrema portio, prioris partis epiſtolę, tribus diſtincta membris; tametſi ſingula certis conſtant articulis, vt ſuo loco patet.

Primum mẽbrum & primus articul⁹.

Veritatem dico, in CHRISTO IESV, *non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea, in ſpiritu ſancto: quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe, anathema eſſe à* CHRISTO, *pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem. Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & legislatio, & obſequium, & promiſſa; quorum patres ex quibus eſt* CHRISTVS, *ſecundùm carnem, qui eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula. Amen. Non autem quòd exciderit uerbum Dei. Non enim omnes, qui ex Iſrael ſunt, ij ſunt Iſraelitæ, nec qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen; id eſt, non qui filij carnis, ij filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Promiſſionis autem uerbum eſt hoc, Secundùm hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non ſolùm autem illa, ſed & Rebecca, ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri. Cum enim nõdum nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni, uel mali, ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret; non ex operibus, ſed ex uocante, dictum eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odiò habui.* CAP. IX. G

Secundus articulus.

Quid ergò dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit. Miſerebor cuius miſereor, & miſericordiam præſtabo, cui miſerebor: Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni. Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam uirtutem meam in te: & annuncietur nomen meum, in uniuerſa terra. Ergo cui uult miſeretur; & quem uult indurat. Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius, quis reſiſtit? O homo, tu qui es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit; quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa, facere aliquid quidem vas in honorem, & aliud in contumeliam? Quòd ſi Deus uolens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ, in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Tertius articulus.

Quos & uocauit, non ſolùm ex iudæis, ſed etiam ex gentibus: ſicut in Oſea dicit. Vocabo non plebem meã, plebẽ meã, & non dilectã dilectã & non miſericordiã conſecutam, miſericordiam conſecutam. Et erit. In loco, vbi dictum eſt eis, non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij Dei uiui. Eſaias autem clamat pro Iſrael. Si fuerit numerus filiorum Iſrael, ſicut arena maris; reliquiæ ſaluæ fient. Verbum autẽ conſummans, & abbreuians in æquitate; quia uerbum breuiatum faciet dominus; ſuper terram. Et ſicut prædixit Eſaias, Niſi dominus Sabaoth, reliquiſſet nobis ſemen; ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Quid ergò dicemus? Quòd gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt: Iſrael autem ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ, non peruenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt. Ecce pono in Syon lapidem offenſionis, & petram ſcandali: & omnis, qui credit in eum, non confundetur. H

Secundũ mẽbrum & primus articu.

Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum, fit pro illis, in ſalutem. Teſtimonium enim CAP. X.

perhibeo

A perhibeo illis, quòd æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam. Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere: iuſtitiæ Dei, non ſunt ſubiecti. Finis enim legis CHRISTVS, ad iuſtitiam omni credenti. Moyſes enim ſcripſit: Quoniam iuſtitia, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo uiuet in ea. Quæ autẽ ex fide iuſtitia eſt, ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo: quis aſcendet in cœlum? id eſt, CHRISTVM deducere; aut quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt CHRISTVM à mortuis reuocare. Sed quid dicit Scriptura? Propè eſt uerbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt uerbum fidei quod prædicamus. Quia ſi confitearis in ore tuo Dominũ IESVM, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.

Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem: dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim eſt diſtinctio iudæi & græci; nam idem dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim, quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient, ſine prædicante? Quõ uerò prædicabunt, niſi mittantur? ſicut ſcriptũ eſt. Quàm ſpecioſi pedes, euangelizantiũ pacẽ euãgelizãtiũ bona. Sed non oẽs obediũt euãgelio. Eſaias enim dicit. Domine quis credidit, auditui noſtro? Ergò fides ex auditu; auditus autem per uerbum CHRISTI. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram, exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico. Nunquid Iſrael, B non cognouit? Primus Moyſes dicit. Ego ad æmulationem uos adducam, in non gentem, in gentem inſipiẽtem: in iram vos mittam. Eſaias autem audet, & dicit. Inuentus ſum à non quærentibus me: palàm apparui his, qui me non interrogabant. Ad Iſrael autem dicit. Tota die expandi manum meam ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Secundus articulus.

CAP. XI. Dico ergò. Nunquid Deus repulit populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit. An neſcitis in Elia, quid dicit ſcriptura, quemadmodum interpellat Deum aduerſus Iſrael? Domine prophetas tuos occiderunt; & altaria tua deſtruxerunt; & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia uirorum; qui non curuauerunt genua antè Baal. Sic ergò, & in hoc tempore, reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ Dei, ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioqui gratia iam non eſt gratia. Quid ergò? Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſequutus, electio autem conſequuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt. Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis; oculos vt non uideant, & aures ut non audiant, uſque in hodiernum diem. Et Dauid dicit. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum, ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua. Tertiũ membrum, & Primus artic.

C Dico ergò. Nunquid ſic offenderunt, vt caderent? Abſit. Sed illorum delicto, ſalus eſt gentibus; ut illos æmulentur. Quòd ſi delictum illorum, diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quantò magis plenitudo eorum? Vobis dico gentibus, quandiu quidem gentium ſum Apoſtolus; miniſterium meum honorificabo, ſi quo modo ad æmulationem prouocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos ex illis. Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi, quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis? Quòd ſi delibatio ſancta & maſſa; et ſi radix ſancta & rami. Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos. Quòd ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. Secundus articulus.

Dicis ergò fracti ſunt rami ut ego inſerar. Benè, propter incredulitatem fracti ſunt: tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time: Si enim Deus naturalibus ramis, non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vide ergò bonitatem, & ſeueritatem Dei; in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem ſi permãſeris in bonitate; aliòquin & tu excidèris: ſed & illi, ſi nõ permãſerint in incredulitate, inſerẽtur: potens eſt enim Deus; iterum inſerere illos. Nam & tu ſi ex naturali exciſus oleaſtro, & contrà naturam, inſertus es in bonam oliuã, quantò magis hi, qui ſecundùm naturam, ſuæ inſerentur oliuæ. Tertius articulus.

Nolo autem uos ignorare fratres, myſterium hoc, vt non ſitis vobis ipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte D contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret; & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt. Veniet ex ſyon, qui eripiat, & auertat captiuitatem à Iacob; & hoc illis à me teſtamentum, cum abſtulero peccata eorum. Secundùm euangelium quidem, inimici, propter uos; ſecundùm electionem autem chariſſimi propter patres: Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquandò & vos non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſequuti eſtis propter incredulitatem illorum; ità & iſti nunc non crediderunt, in veſtram miſericordiam, vt & ipſi miſericordiam conſequantur. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate; vt omnium miſereatur. O, altitudo diuitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit ſenſum Domini aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia. Ipſi gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen. Quartus articulus.

Summa

 E

Summa & intentio textus præſcripti.

Cum pertractaſſet in prima portione, iuſtitiam Dei in euangelio reuelatam, acquirendam ac poſſidendam, ex fide in fidem; Et in ſequenti, euangelium virtutem eſſe in ſalutẽ, omni qui credit; reſtabat ad abſolutionem Thematis, vt & illa explicaretur particula. (Et Iudæo primùm, & Græco.) Quod & præſtat præſcriptis capitulis: Et primo quidem, vtroſq; docet, ex Dei electione æquè vocatos, ſiquis ſcripturam ritè diſcutiat; tametſi hoc pro tempore, ex iudæis pauciores auſcultent, quippè qui non progrediuntur ex fide, ſed ex operibus. Secundo, Iudæos ob ignorantiã nititur excuſare, licet ex hoc nequeant culpam effugere. Et tertio tradit, ꝙ tandèm, abſoluta gẽtium plenitudine, ſaluandi ſunt qui inuenti fuerint ex Iſrael. Et conſtat membrum quodlibet, certis articulis, vt inter narrandum, manifeſtum eſt.

Enarratio primi membri Portionis ſupraſcriptę.

Cap. 9.

Veritatem dico &c. Oſtenſurus euangelium, non magis in ſalutem expoſitũ eſſe Iudæis quàm Gentibus; Primùm prærogatiuas, quæ videbantur conceſſæ iudæis, ritè intelligendas interpretatur, non de illis, qui iudæi ſunt ex origine carnis, ſed ex promiſſione Dei; vt ſunt, qui fidẽ imitantur Patrum, etiam ſi carne non ſint oriundi ab eis. Deindè pergit manifeſtare liberrimã Dei electionem, qui ſua pro voluntate, & non ex operibus deligit, quos ſibi placet deligere; qui & plurima facit, quę noſtram imbecillitatem excedunt. Et demùm cauſam aperit, cur pauciores ex Iſrael, ſalutem hoc in tempore, conſequuntur, ex hoc, ꝙ non innituntur fidei, ſed operibus legis Inchoati itaq;; & ne iudæi calumnientur hoſtem, eximium ergà illos ardorem affert, ità exorſus. *Veritatem dico*, rem aſſero fore, prout habet ſeſe, quod & philoſophis eſt veritatem dicere. Quod & eò poteſt eſſe conſtantius, quò illam aſſero, *in* CHRISTO IESV; qui eſt veritas, & aſſertor eximius veritatis, vt qui venit, & in hoc eſt natus; vt teſtimonium perhibeat veritati. *Non mentior*, quippè qui, non ſolum rem profero, ſicut eſt; ſed & vt eſt in mente, & candidè verſatur in corde. *Teſtimonium mihi perhibente*, ſeu, vt videt̃ grecè, cõteſtante, *conſcientia mea*, CHRISTVS, qui ſumma eſt veritas, à quo & vniuerſa ſunt vera, conteſtis eſt, ꝙ veritatem loquor; & conſcientia conteſtis eſt, ꝙ loquendo non mentior, cui & naturale eſt, ſiquis mentitus fuerit, reclamare. Et conſcientia quidem, quæ non eſt in arbitrio carnis, nõ quæ humano agitatur affectu, qui facilè hallucinatur; ſed quæ eſt, *in ſpiritu ſancto*, qui cum ſit ſpiritus veritatis, conſcientiam vrget. *Quòd triſtitia magna, mihi eſt, & dolor continuus cordi meo.* En' & dicta, & conteſtata veritas. Et obſcurum non eſt, affectionum vtrarumq; diſcrimen; quandòquidem dolor, cauſam habet apprehenſionem extrinſecam, triſtitia autem intraneam; conferunturq; ſimul, vti genus & ſpecies, præſertim ſi dolor eſt cordis, vt hic apoſtolus dicit. Dolebat autem, triſtabaturq;, ob lapſum, ac ſuæ gẽtis ruinam; quas diſcruciabatur eſſe incredulas. Quod & valida aſſertione conuincit.

Ariſtote. in prędic.

Ioan. 18.

Naturale eſt conſcientię, reclamare mendacio.

F

G

Optabam, vel optarim, vt voluit; quod non magnipendendum eſt, meo iudicio. Et quidem, ſi probatur primum; tangitur quanti extiterit zeli aduerſus CHRISTVM, pro eis, vt ſeruarentur in traditionibus patrijs, & ritibus moſaicæ legis. Quo tempore tantùm aberat, vt pugnaret pro CHRISTO, ꝙ multa aſſiduè moliebatur contrà eum, ſtudens modis omnibus, ab illo eiuſq; euangelio alienari, & veluti anathema, execrabilis ab eo haberi. Ergò vel ex hoc, conijcere poſſunt cognati mei iuxtà carnem, ꝙ non odi eos; immò ꝙ ſuaptè natura, beneprecor illis. Si verò probatur poſtremum, vt fortè magis probandum crediderim; intendit ꝙ optaret, ſi daretur optio, *Anathema*, hoc eſt, anathematis ferre ſupplicium, idq;, à CHRISTO vti à ſupremo iudice, à quo nulla eſt appellatio; vt ſeruarentur fratres, qui cognati mei ſunt, iuxtà carnem. Et vt res ſit illuſtris, attendendum ꝙ Anathemata, (& præſertim per Epſilon ſcripta, ſicut & præſenti loco,) & græcis dicuntur, qui eòuſque habebãtur ſceleſti, execrabileſque, vt ad vrbis luſtrationem, dijs mactarentur inferis, cum aliqua ingruebat calamitas; quibus interemptis, omnem putabant ſedatam iri colluuiem. Ad eiuſmodi ſacrificia Paulus videtur (ni fallor) alludere, dicens ſe vſque adeò iudæorum lapſum dolere, ꝙ optaret, ſi poſſet quouis ſui corporis extremo ſupplicio (nam & Hieronymus Anathema pro corporis intelligit occiſione) iram Dei auertere; ac tali pacto eorum exciſioni ſuccurrere. Nec illius immemor ſum ſententiæ, quæ credit eò Pauli tendere deſiderium, vt optaret priuari ſeſe, conſortio CHRISTI, ac viſione æternæ fœlicitatis, pro Iſraelitarum ſalute, idq; nõ ſuo flagitio, ſed ardore, cum ſuæ gentis, tùm diuinæ charitatis; haud inſcius honorem Regis eſſe in multitudine populi, vti ſapiẽs ſcripſit. Sed licet, hæc patrum obſeruatione ſuſpicio, veneror q;; meo tamen iudicio, intenta non videntur à Paulo, non ſolùm quia nihil

Mens apoſtoli, cum optat ſe anathema eſſe à Chriſto.

H

Prou. 14.

ſibi

Philip. 1. A ſibi videbatur gratius, nihil acceptius, quàm diſſolui & eſſe cum CHRISTO, ſed quia certiſſimus erat, à diuina non poſſe ſe dilectione excidere, & per hoc, quòd impoſſibile penitus erat, à CHRISTO ac Deo, hûc in modum anathematizari. Ergò, nec id poterat exoptare, ardẽterue concupiſcere, vt verba præſeferunt, & viſceribus fraternæ conſonat charitatis; quandoquidem Ethic. 4. conſtantiſſimum eſt, ꝙ etſi voluntas vtcunq;, remiſſaq;, ad impoſſibile eſſe poteſt, plena tamen & ardens eſſe non poteſt.

Qui ſunt iſraelitæ, Quod niſi ad excellentiam pertineret, Deus nomen Iacob, in nomen non commutaſſet Iſrael; & tam eximio ſacramento, vt ſcribitur Geneſis 32. & 35. Inſinuat enim, tùm inſigne regimen, tum ſpecialem curam, quàm Dei bonitas habuit de Iacob, & deſcendentibus ſuis (nam Iſrael interpretatur, Dominans, ſeu Dominabitur Deus) vt vel ex propria appellatione agnoſcerent Iſraelitæ, ſe in peculiare regnum electos à Deo; ac ob id, tales ergà illum exhibe-
Luc. 17. rẽt ſeſe, vt ex animo regeret eos, & eo præſertim regimine, quod eſt intrà nos; & vt Paulus dicit,
Cap. 14. in iuſtitia, pace, & gaudio ſpiritus ſancti conſiſtit. Et hæc prima eſt prærogatiua. *Quorum adoptio eſt filiorum.* Non modò electi ſunt iſraelis poſteri in regnum Dei, ſed & in adoptionem filiorum;
Exod. 4. quin & primogenituram, vt alibi teſtatus eſt Moſes. Et hæc ſecunda dignitas eſt. *Et gloria.* Quod
B eſt tertium priuilegium. Et q̃q̃ non inficior, gloriam hoc loci, intelligi poſſe celebrem eorũ famam, qua ſplendidi facti ſunt toti mundo, præſertim ob mira inſigniaq; prodigia, quæ paſſim eo in populo, operabatur Deus, ſicut in exitu de terra Ægypti, in peregrinatione per deſertũ Arabiæ, in ingreſſu ad terram promiſſionis; magis tñ, ni fallor, eſt ad mẽtem apoſtoli, ſi intelligimus Iſraelis gloria Chriſtus.
Hebr. 1. Saluatorem, qui non modò ſplendor eſt omnis gloriæ, ſed & eorum eſt gloria ſingularis, vt Sy-
Luc. 2. meon in ſpiritu ſancto dixit; quibus & peculiariter directus eſt, vt & ipſe teſtatur.

Et teſtamentum, in plurali legitur græcè. Ambo quidem teſtamenta, ad filios pertinent Iſrael; & de veteri nulli dubium: de nouo autem, quia vt alibi dicit, illis primũ oportebat loqui verbũ Dei; q̃q̃ & nomine teſtamenti, non rarò in ſcripturis veniunt fœdera, pactiones, quas cõſtat paſſim initas, & non rarò iuramẽto firmatas, cum populo Iſrael. Et hæc quarta eſt excellentia. *Et legislatio, & obſequium, & promiſſa.* Et ſunt quintum, ſextum, & ſeptimum, Iſraelitarum inſignia. Et ad legiſlationem pertinent, vtriuſq; legis præcepta; & præſertim de cauendis malis, & promouendis bonis. Ad obſequium autem, ſeu cultum, græcè, pertinent ritus & ſacrificia; pariter in noua & antiqua lege contenta. Ad promiſſa verò, ſeu promiſſiones ſi mauis, pertinent, non
C modò quæ promiſſa ſunt, de terra Chanaam, ſed & de terra viuentium; & in ſumma, quęcunq;
Roma. 10. ſunt promiſſa de CHRISTO in CHRISTO, & per CHRISTVM: qui finis eſt legis, & omnium
Act. 10. oraculorum. *Quorum patres ex quibus eſt* CHRISTVS *ſecundùm carnem*, Nam patres Iſraelitarum ſunt Abraham, Iſaac & Iacob; qui & nihilòminus iuxtà carnem, patres ſunt CHRISTI, vt euangeliſtæ recenſent. *Qui*, CHRISTVS, *eſt*, non appellatur modò, *Deus*, verus, de Deo vero, *in ſæcula.* benedictus, *Amen.* Et eſt vltimum, ac eximium eorum munus; nempè quo perſpicuè declaratur, ꝙ fratres ſunt CHRISTI, & per hoc conſortes Diuinæ naturæ, quoniam CHRISTVS eſt Deus, & comparticipes omnis benedictionis, quia Deus eſt benedictus, & id quidem, nõ breui, ſed in ſæcula ſæculorum.

Non ſic autem, triſtor & doleo ob iſraelitarum lapſum, *quòd exciderit*, ꝓpter hoc, *verbum Dei*, ab his, quas recẽſuimus excellẽtijs, quaſi nõ ſit manſurus ꝓmiſſis, aut pœnituerit ſuæ pollicitationis: ſed triſtor & doleo, quòd ab illis exciderunt, qui ſunt cognationis meæ, vt non niſi pauci, & veluti reliquiæ, hoc in tempore potiantur illis. *Abſit*, à me tam execrabile facinus, vt ob meę gen-
Pſal. 118. tis caſum, vanum ſit verbum Dei, quod & Propheta teſtante, manet in æternum: & præſertim Dei verbum, non expleri, non poteſt.
cum non ſemel ſit pacto, ac iureiurando ſancitum. Nõ inquàm excidit, cum ad Iſraelitas ſpectet,
D qui non ſolùm Iſraelitæ ſunt coram mundo, ſed coram Deo: qui circuncisionem non diſcernit ex carne, ſed diſcernit ex fide. *Non enim omnes, qui ex Iſrael ſunt*, ſecundùm carnem, originem ducentes ab eo, *ij ſunt Iſraelitæ*, ad quos pertinent quæ dicta ſunt: quemadmodum, *Nec qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij*: aliàs & Iſmael, in ſemen computaretur Abrahæ, quod ſcripturæ repugnat, quæ aſſerit ꝙ non in Iſmael, *ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Et vt res ſine nube ſit, *id eſt*, quod dicere vult, *quòd non qui filij carnis, ij filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine.* Tria tanguntur filiorum genera, Carnis, Promiſſionis, & Dei: etſi (vt dicũt) filius totum quod eſt, ſui patris eſt, rectè hebræi, filium alicuius faciunt, qui in omnibus dependet ab eo; vt filius hominis, Belial, ſæculi, nuptiarum, & id genus ſimilium. Filij carnis, promiſſionis & Dei.

Ergò hi ſunt filij carnis, qui non ſolũ originẽ ducũt ex carne; ſed qui affectu, & opere, vndiq; pẽdẽt ab ea. Nec ſec⁹ filij ꝓmiſſionis ſunt, qui nõ ſolũ à Deo ſunt repromiſſi, ſed qui toto pectore,

omniq; conatu, per fidem ad promiſſa nituntur, & in omnibus pendent ab ea: filij demùm Dei, E
etiam ſunt, non ſolum ex hoc ꝙ adoptionis munus ſunt aſſequuti; ſed & quia vitam inſtituũt ſe-
cundum Deum, & in omni re pendent à voluntate eius. Et q̃q̃ tria expreſſa ſint genera filiorum,
duo tñ conſiderantur à Paulo; non eam ob rõnem, ꝙ diſtincta nõ ſint abſolutè, ſed quia tali ſunt
vinculo nexa, vt in præſenti vnum iudicium ſubeant. Ait ergò ꝙ non carnis filij, à Deo in ſemen
exiſtimantur Iſrael, aut Abraham, ſed promiſſionis; q̃nquidẽ non illi, ſed iſti, ſunt filij Dei, qui- Gala. 3.
bus & præmiſſa reddenda ſunt priuilegia, & ob quos non excidit verbum ſuum. Et eo de ſemi-
ne ſermo eſt, per quod ſinguli benedicimur, & ob id, de ſemine, quod (Paulo interpretante) eſt
CHRISTVS. Ergò promiſſionis filij, etſi ſemen hoc, non ſunt abſolutè, à Deo tñ ordinantur ad
illud, quin & electi non ſunt, niſi in gratiam eius, immò & modo quodam, computantur pro il-
lo; cum & illi, vt dictum eſt, agglutinentur vt membra, & inſerantur vt palmites.

Promiſſionis autem uerbum hoc eſt. Secundùm hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Perſpicua eſt
hyſtoria. 18. Geneſeos, q̃ñ Deus trium angelorum ſymbolo, qui ad ſubuerſionem proficiſcebã-
tur Sodomę, prænunciare etiam tempus dignatus eſt, quo naſciturus erat Iſaac. Verùm vnum, vel
alterum, hic non diſſimulo. Illud eſt, ꝙ etſi promiſſionis verbum, prænuncium extitit orituri fi-
lij, fuit nihilòminus & cooperans generationi eius: nam cum parentes forent, ferè præ ſenectute F
emortui, generationi erant inualidi, & ob id, neceſſe fuit, vt tam ſemini viri, q̃ ſanguinibus con-
iugis, vis diuina accederet, &(ni fallor) dum promitteretur acceſſit; & ità quod natura nõ valuit,
Dei munus opportune ſuppleuit. Reliquum eſt, ꝙ etſi ad literam, ſermo eſt de Iſaac, myſterio
tñ non coarctatur ad eum; quandòquidem & in Iſaac, comprehẽſi ſunt omnes Abrahæ filij, qui
per repromiſſionem pertinebant ad eum; nec immeritò, cum Iſaac, non modo typus extiterit
CHRISTI, ſed & membrorum ſuorum: illius quidem in ſeſe, illorum verò in deſcendentibus
ſuis. *Non ſolùm autem illa*, Sara ſcilicet, ꝑmiſſionem accepit; *ſed & Rebecca*, vxor Iſaac, *ex vno cu-
bile habens Iſaac patris noſtri*. Et eſt ſenſus, ꝙ illa habens cubile, erat enim Iſaac, vt videtur, vnius
vxoris, & propterea vnius cubilis, quod ſoli manebat Rebeccæ; ex vno concubitu patris noſtri
Iſaac, duos filios pariens, non minus promiſſione donata eſt. Omiſi ꝙ & aliter, redditur textus
græcus; eo quòd nihil aut parùm diſtat à re. *Cum enim nondum nati eſſent*, natiuitate quam vocant Gen. 28.
ex vtero, q̃m vt Moſes ſcripſit, reuelatio facta non eſt, niſi ambobus in vtero exiſtẽtibus, quin &
mouentibus, ac collidentibus ſeſe: *aut aliquid egiſſent boni, uel mali*. Quanquàm enim ad inuicem
moti ſint, & ob id, non nihil operati; illud tamẽ opus nec bonum fuit, nec malum, quippè quod G
ex libera, profectum non eſt, voluntate; ſicut ſaltatio exultatioque Ioannis baptiſtæ, ſed ex mera
diſpoſitione Dei, in typum futurorum, vt ſcriptura teſtatur. *ut ſecundum electionem*. Electio actus
eſt voluntatis, vndèquaq; liber, quippè qui non modo liber eſt, ex parte (vt loquuntur) exercitij,
ſed & ſpecificationis; præſupponens nedum intellectus conſilium, ſed iudicium: vndè, & appe-
titus rei definitur præconſiliatæ, & per intellectum diſcuſſæ. Propter quod, nec eſt electio, niſi
eorum, quæ ordinantur ad finem, dummodo non neceſſariò connectantur fini; quemadmodũ
& eorundem duntaxat eſt conſilium, ſicut declaratur in ethicis. *Propoſitum Dei*, hoc eſt, patris, Lib. 3.
filij, & ſpiritus ſancti. Et hoc quoq; opus eſt voluntatis, in hoc tantum à deliberatione differens;
ꝙ eſt ſolum reſpectu futuri, & deliberatio, etiam eſt reſpectu pręſentis. Ergò ſicut deliberatio, ità
& propoſitum, non ſolum (ſicut & electio) conſilium & iudiciũ exigit intellectus, & præter hæc,
conſenſum, ac complacentiam voluntatis, ſed & quandam expoſtulat firmitudinem, certamq;
determinationem; ſine qua, nec eſt plena deliberatio, nec firmum & abſolutum propoſitum.
Verum quia hęc vtriq; poſſunt accedere, vel ex vrgenti ratione, qua perſuaſus intellectus, agen-
dum ſic iudicat abſolutè, vel ex libera electione, qua voluntati placet rem ità reſoluere, in præ-
ſenti ex vrgenti hæc non proueniunt ratione, ſed ex libera voluntate Dei. Non enim Deus ali- H
qua ratione coactus, ſic firmiter futurum eſſe proponit, ſed omni ex parte libera electione, qua
placuit, non ſecus de re conſtituere, quàm illa determinauerit; tametſi, detrectari nõ poteſt, ele-
ctionem in Deo, iuſtiſſimo præueniri iudicio, perſpectiſſimoq; conſilio; cum non eligat temere,
nec caſu, ſed ſumma ſapientia & æquitate. Sed quis nouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius Eſa. 40.
eius fuit? *maneret*, immotum perſiſteret. Quod ſi intelligis, ex parte noſtri, certum eſt, in nobis
multiplicatis oraculis obfirmari, ꝓpter quod, non cõtentus reuelatione Saræ, reuelationẽ addi-
dit Rebeccæ: Si ex parte Dei humano loquitur more, qui tunc ꝓpoſitũ maximè ſtabilimus, cum
illud extrinſecus, promiſſione firmamus. *Non ex operibus*, hoc eſt, non ex merito operum: ſi-
ue ſint legis, ſiue cuius volueris conditionis, *ſed ex uocante*, hoc eſt, voluntate vocantis; qui
diſponit de omnibus pro beneplacito ſuo, *dictum eſt*, & vt conſequitur, factũ (dixit, & facta ſunt) Pſal. 150.

A & nihilòminus eſt & dictum, quia Rebeccæ reuelatum. *Quòd maior ſeruiet minori*, Quod verum Eſau, cur debuit ſeruire Iacob.
extitit, tum in perſona propria, quoniam & ſi nô legitur, ꝙ Eſau ſeruiuit Iacob, ſed ꝙ Iacob ap-
Gen. 33. pellauit illum dominum ſuum; iure tamen ſeruire debuit; & quia cuaſerat primogenitus, & quia
in benedictione patris, dominus fratrum fuerat conſtitutus: tum in deſcendentibus ſuis, quoniã
Idumæi, qui originem trahebant ex Eſau, ſeruierunt Iſraelitis, vt ſcriptura teſtatur, *ſicut ſcriptum
eſt*, Malachiæ primo. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Cum diligere ſit bonum velle, & Dei dili-
gere ſit bonum facere, conſtat ꝙ ſi Iacob eſt à Deo dilectus, ꝙ beneficio eſt ab eo donatus. Et for
tè, quantùm locum attinet, non erratur, ſiquis de beneficio intelligat primogenituræ, ac princi-
patus ſuper omnes fratres. Conſtat & ꝙ odire cum è regione ponatur, eſt velle malum, & odi-
re Dei eſt facere malum: quarè ſi Eſau eſt odio habitus, indubiè alicui eſt malo addictus. Verum
cum duplex ſit malum culpæ & pœnæ; & certum ſit, ꝙ à Deo nequit ꝓgredi malum culpæ, haud
Amos. 3. obſcurum, ꝙ malum cui eſt addictus, ſpectat ad pœnã; de quo & Propheta. Non eſt malum in ci-
uitate, quod non fecerit Dominns: Et quantum loco videtur ſufficere, ſatis (ſi non fallor) ſi pri-
uatio intelligitur primogenituræ, & deperditio principatus inter fratres, quæ ex origine perti-
B nebant ad eum. Et licet pœna, cõi lege, inferri non videatur niſi pro culpa: nihilòminus, cum &
pœna ſit, quicquid accidit præter voluntatem, nulli dubium, ꝙ ſicut Dominus multa valet or-
dinare, præcipereq́; ſeruo contrà voluntatem ſerui, abſq; delicto ſerui, ſed ſolum ex beneplacito
ſuæ volũtatis, vt cui placet eo pacto de ſeruo diſponere; ità & multò magis, licitum eſt Deo mul-
ta agere, ac diſponere de hominibus, quæ non æquo ferunt animo qui eius ſunt pluſquàm man-
cipia, ſine eorum culpa, pro beneplacito ſuæ voluntatis; cui ità placet de illis ſibi ſeruire.

Digreſſio de prędeſtinatione, ac reprobatione hominum.

Quoniam Patres, ſermonem ex hoc loco, prædeſtinationis ac reprobationis inſtituunt, ſub
typo Iſaac & Iacob oẽs intelligentes electos, filiosq́; non carnis ſed Dei, ad quos & oẽs pertinent Typus electorum Iacob, & reproborũ Eſau.
repromiſſiones; & ſub typo Iſmael & Eſau oẽs reprobos, qui ſunt filij carnis, & quibus nihil cũ
promiſſionibus; illud maximè perquirentes, an res ità ſe habet; ꝙ & prædeſtinati, & reprobi ſi-
mus, non ex operibus ſed ex vocãte, idq́; priuſquàm aliquid egerimus boni vel mali; iccircò exẽ-
plo illorum excitati, quæ ſuper his noſtræ imbecillitati ſuccurrunt, afferre tentabimus; ſub cen-
ſura cuiuſlibet probatioris iudicij. Et qm̃ plura tractauimus ad Epheſios, eorum paucis huc ac-
C cerſitis, res poterit breuibus expediri. Attendendum itaq;, quòd (ſicut dictum eſt eò loci diffuſe)
Deus optimus maximus, & ſi creaturis non eget, hominem tamen decreuit producere, & illum
in verum Deum euehere; quem & placuit non modò cõſtituere rerum omnium finem, ſed opi-
ficem, vt per illum & in illum, conſiſterent omnia. Cui & certum ſtatuit adiicere hominum nu-
merum, vt forent in illius obſequium & ſolatium; & eos illi dono dedit. Qui homo in Deum ve
rum aſſumptus, illos vti munus gratiſſimũ habens, non modò plenis vlnis excepit: ſed & eòuſq;
charos habuit, ꝙ (vt ſæpe diximus) amplexatus eſt illos, vt prædilectos amicos, immò & ſuauiſſi-
mos fratres: ꝓpter quod & patrem petiit, vti illos adoptaret in filios, & per hoc, in ſui cohęredes
ꝑpetuo cõſtitueret. Quod & Deus lubẽtiſſimè fecit, ac eos oẽs, in illius gratiã prædeſtinauit, cũ
nec aliud Paulo ſit ꝓdeſtinari, quàm in adoptionẽ definiri; vt ex ſupradicto loco, cognouimus.
Tali ergò conſtituto electorum cœtu, vt ampliter eò loci proſequimur, decreuit tandem illos
in Prothoplaſte tẽtari, labi permittere, & adoptione priuari; ſed demùm per CHRISTVM, eri-
gi, & adoptioni reſtitui, & eo pacto, vt nullus vltrà perderetur ex eis. Verũ quia per peccatum, Conſiliũ Dei de lapſu, & reparatione hominis.
non mediocriter labefactatus eſt mundus, & multa monſtra ſuccreuerunt in eo; factum eſt, vt &
Mat. 13. plurimi hoĩum ſint ſuborti, haud ſecus ac fructus peccati, quẽadmodum & ſentes, & vepres, ſe-
D minati vti zizania à Principe huius mundi, ſicut & Dñs dixit. Siquidem compertum eſt, ꝙ ſi nõ
Gen. 3. peccaſſet Adam, non eſſent orti niſi electi; & ꝙ in pœnã dictum eſt Euæ, multiplicabuntur fœ-
tus tui. Et de horum numero (vt ibi latiùs) ſunt quos dicimus reprobos; quippè qui non modo cũ
peccato nati, ſed ex peccato, ſuo modo ꝓgeniti, nequeunt Deo non eſſe odibiles, & maximè cũ
ad regnum pertineãt Sathanæ, qui ꝓ viribus aduerſus eſt Deo. Et q̃q̃ res ita ſe habet, quanquam
eorum hoĩum turba, nequeat non diſplicere Deo; non puto tñ, diuina interueniente clemen-
tia, & CHRISTI ſanguine, ac interceſſione, ſingulos ſecludendos à regno cœleſti, ſed & multos
euehendos ad illud; immò & per eos replendas ſedes, quæ vacauerũt in eo; nec ſecùs ſacratiſſimo
prædeſtinatorum adijciendos cœtui, ac hebræis ſunt adiecti vernaculi, & multi ex Barbaris Scy-
thisq́;, qui fuerant teſtamẽtorũ hoſpites, iſraelitis: Quod & mihi ſuadet, non ſolũ inexiſtimabilis
pſal. 85. clemẽtia Dei, quæ vellet hoĩes & iumenta ſaluare; non ſolum benignitas, & ardor in homines

CHRISTI IESV; ſed & quia, cum omnes ad regnum, vt diximus, pertineant Sathanæ, conſonat E
rationi iuſtitiæ, vt qui improbè inuadere prḙſumpſit regnum Dei, meritò eijciatur de regno ſuo; Luc. 11.
& per ſortiorem vltrò petitus, ac viriliter captiuatus, non modo ſpolijs ac trophæis, quibus mirificè confidebat, ac temerè ſe iactabat, nudetur, ſed & armis propriis deſtituatur; quin & membris truncetur, & hac quoque ex parte, capite conteratur.

Adde: ꝙ etſi iuſtitia Dei, iuſtitia eſt ſuprema, etſi ira eius reuelatur de cœlo, & ꝓtenditur vſq; Rom. 1.
in generationes quatuor; longè tñ eſt maior miſericordia ſua, qua plena eſt terra, & extenditur Exod. 34.
vltrà generationes mille. Ergò quid obſtat, ꝙ etſi oẽs, qui orti ſunt occaſione pctĩ, & vt zizania per inimicum hoĩem antè oculos diuinæ maieſtatis, non ſecùs erant, ac maſſa fḙtidiſſima luti, & velut chaos vacuum & inane, ex eadem maſſa chaosq;, vt oſtenderet potentiam ſuam, nonnullos voluerit in vaſa refingere gloriæ, & vt notam faceret iuſtitiam ſuam, alios ex eadem maſſa chaosq;, in interitum coaptatos, vt vaſa ſordida, ſuæ dimittere ignominiæ; præſertim cum id muneris, nulli ex ſuis accedat operibus, ſed tantùm ex voluntate ac miſeratione vocantis? Et licet qui ea ex turba ſelecti ſunt, in præſenti videatur occultum, & in particulari non niſi ſpeciali gratia reuelatum, quod fortè nulli contingit; fortaſſe tñ (præſertim vſq; ad certum tempus) ꝙ ex filiis cõiter non ſunt Iſrael iuxtà carnem, vt & tali pacto, iuſto Dei iudicio, maior habeat ſeruire F
minori, & diligendus ſit Iacob, & odio inſectãdus Eſau: Sed poſtq̃ Gentiũ numerus introierit, Infra. 11.
oĩs qui inuentus fuerit ex Iſrael ſaluus erit. Quòd ſiqui baptizantur ex illis, planè ſunt pauci, qui præmiſſis non obſtant; quorum tñ & multi reuertuntur ad vomitum, ſicut experientia teſtis eſt.

Quõ ex eadẽ maſſa luti, nonnulli ritè ſelecti.

Ex his primùm colligere licet, ꝙ prædeſtinatorum cœtus, non modò prædeſtinatus eſt, anteq̃ bonum feciſſent vel malum, ſed & antequàm peccato infecti eſſent primi parentis: immò & prḙdeſtinati ſunt, priuſq̃ decretum eſſet de permiſſione originalis culpḙ, vt ad Epheſios comprobatum eſt, nec inualidè; tametſi prædeſtinationi ſunt reſtituti, non ſolum poſt lapſum Adæ, ſed & poſt lapſus cuiq; proprios; & id per vnigenitum Dei, qui eo in opere cruorem effudit. Deindè ꝙ etſi prædeſtinati non ſunt ex operibus, ſunt tñ prædeſtinati, ex interuentione CHRISTI, immò & ex poſtulatione, qua illos adoptari petiuit à Patre, Paulo atteſtante, ꝙ Deus prædeſtinauit Eph. 1.
eos, in adoptionem, per IESVM CHRISTVM, in ipſum, ſecundum beneplacitũ voluntatis eius, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, qua charos illos habuit in Dilecto: Quod & fortè hoc in loco, in
vocantis particula, innuit; cum non modò Deus ſit vocans, ſed & CHRISTVS, idq; & iuxtà (vt Prou. 1.
dicunt) appropriationem, vndè & ſub ſapientiæ noĩe, ſoris clamitat in plateis, & in mundum venit, vt vocantis fungeretur officio, vt non ſemel euangelium docet. Tertiò, ꝙ reprobi ſuperuenerunt mundo, ac reliquis creaturis, vti monſtra, fructuſq; peccati: ꝓpter quod & ad primam illius non pertinent inſtitutionem, & per hoc, ꝙ de illis diſpoſitum non eſt antè caſum Adæ, ſine quo futuri non erant, nec fuiſſent à Sathana, bono ſuperiecti ſemini, vt zizania, ſicut Dominus dixit. Quartò ꝙ ex his monſtris, nonnulla cœtui prædeſtinatorum ſunt addita, quod & conſonat beneficio CHRISTI, per quod res vniuerſi, non modo ſunt reſtitutæ, ſed auctæ ac locupletatæ, & maximè quḙ ad ſalutem pertinent; tametſi non ſunt addita ad reſtituendum illum ſacratiſſimũ numerum, ſed ad replendas ſedes quæ vacauerunt in cœlo, relictis cḙteris in ſordida maſſa luti, vt & locus diuinæ relinqueretur iuſtitiæ, ſicut & Apoſtolus docet: quãquàm nec illis deſunt auxilia, & fauores Dei, quo pacto expoſitum eſt ad Epheſios. G

Reprobi non ſecus ac mõſtra, ſuberevertũt in mũdo.

At aliquot ſe offerunt ſcrupuli. Et primus eſt, quia zizaniæ in calce ſæculi, ſunt colligendḙ, Math. 13.
& igni perpetuo deputandæ: quomodo ergo ex zizaniis, nonnulli in horreum recipientur cḙli? Deindè Paulus, iuxtà hæc, de prædeſtinatis non ageret abſolutè, ſed de prḙdeſtinatis ageret adiectitiis; quod videtur abſurdum. Et deniq; conſtat, ꝙ negocium hoc, longè aliter tractatum eſt à Theologis, immò & Patribus; quibus nefarium eſt non conſentire. Verum hæc non ſunt fortè H
tàm valida, vt iure, à præmiſſis dimoueant. Siquidem fateor, in fine mundi zizanias cogendas eſſe faſciculis, ac igni committendas tartareo; ſed quæ tunc temporis inuenientur zizaniæ, & non quæ diuina pietate conuerſæ ſunt in frumentum. Nec fortè videtur abſurdum, Apoſtolum hoc in loco, de prædeſtinatis abſolutè non loqui, de quibus tamen loquutus eſt ad Epheſios, cum & illius ſufficiat inſtituto, prærogatiuas Iſraelitis creditas, ad Iſraelitas non pertinere, qui ſunt ſolũ ſecundũ carnẽ, ſed ad eos qui ſunt ſecundũ promiſſionem: cui rei potius quadrat myſterium de prædeſtinatis adiectitijs, quàm de prḙdeſtinatis abſolutè, cũ & de illis loquatur, qui veluti oleaſter inſiti ſunt in oliuam pinguem, vt ſuo loco dicetur. Quod autem additur de Theologis, Patribuſq; non inficiamur. ſed ſi alio proceditur calle, nulla (ſi nõ fallor) cuiq; fit iniuria: Nõ enim quæ dicunt reſpuimus, nec illorum laboribus ſumus ingrati, ſed & illos ſuſpicimus, & eorum

Obiectiones contra prḙdicta.

A (vt par eſt) placita exoſculamur: verum & hæc viſum eſt, concipi poſſe, ſub cēſura (nedum Eccle-
ſiæ ſacroſanctę) ſed & probatioris (vt dicebatur) iudicij. Et qm̄ res, de qua ſermo, eſt perdifficilis,
immò & humanam rōnem excedens, non renuimus & multis adhuc modis concipi poſſe, quin
& nos aliàs longè è diuerſo concepimus, quæ & apud aliquos extant, quare & ſi modo ſecus ſen-
timus, & indubiè longè cōſtantius, & Paulo ac oraculis cōgruentius, fortè tn̄ ꝙ non erit ab re, &
eam tractationem, qualis qualis ſit, quàm ab annis pluribus egimus, in calce harum enarrationū
ſubſcribere, ne fortè aliquandò imprimatur & id aliter quàm edita ſit à nobis: Præter id, ꝙ ſi mi-
nus ſatisfacit iudicio noſtro, fieri forſitàn poterit, vt minus iudicio diſpliceat alieno.

Regreſſio ad enarrationem textus.

Quid ergò dicemus? Nū eò prolabemur ſtultitiæ, vt calumniemur Deū? *Nunquid iniquitas apud
illum?* Nùm Deum inſimulare audebimus iniquitatis? *Abſit*, quod nec cōcipi, quouis modo fas
eſt. Nō eſt quidē Deus iniuſtus, ſed nemini debet; & in his maximè quæ pēdent ex gratia, in qui- Deus non eſt iniuſtus, ſed nemini debet.
bus haud dubiū ꝙ eſt potiſſimū liber. Vndè & ſubdit. *Moyſi enim dicit*, Exodi. 33. *Miſerebor*, quod
ad gratuitam beneficiorum pertinet collationem, reſpectu tn̄ indigētis, ac in miſeria conſtituti,
B *cuius miſertus ſum*, cuius miſereor, græcè. Et ſenſus eſt, ꝙ Deus illius pro arbitrio miſerebitur in
futuro, largiendo gloriam, & ab omni releuando miſeria, cuius pro arbitrio miſeretur in præſen
ti, largiendo gratiam, & omnem condonando culpam. *Et miſericordiam præſtabo, cui miſerebor*, græ
cè, & miſerebor, quem miſereor, Nec diuerſus eſt ſenſus, niſi ꝙ hæc pertinent, ad affectionē ani-
mi, & illa ad collationem beneficij. *Igitur*, colligit ex Dei verbis apoſtolus. *Non eſt volentis, neque*
philip. 3. *currentis*. Non reijcit noſtrum rectè velle, non noſtrum probè currere, cum & illud præſtetur à
2. Cor. 9. Deo, qui in ſingulis operatur velle, & poſt velle operatur ꝑficere, & iſtud inuenietur in Paulo,
qui & currebat & non quaſi in incertū, & alios vt currerent extimulabat, vt & apprehenderent
præmiū: Sed monet, ne noſtræ etſi rectæ, confidamus volūtati, aut noſtro innitamur etiam recto
curſu, *ſed miſerentis, eſt Dei*: cuius miſericordiæ, & nos & noſtra debemus committere, vniceque
ex illa pendère. Qua in re & percutiuntur Iudæi, qui confidebant legi ac ſacrificijs; cum tamen
Gal. 4. elementa euaſiſſent egena, & infirma, immò & euangelio patefacto, mortua ac mortifera. *Dicit
enim ſcriptura Pharaoni.* Exodi. 8. Dixerat de gratuita Dei beneficentia, nunc & de libera illius,
ſubijcit vltione. *Quia in hoc ipſum excitaui te*, electis à me plagis, multiſq; prodigijs & portētis, qui Excitatio Pharaonis, quę, & qua ratione.
C altius dormiebas, immò & perindè ac obſurdeſcētem, te præſtabas in multis ſceleribus ac flagi-
tijs, & præſertim in iniqua oppreſſione iſraelitici populi, vt tandèm excitatus reſipiſceres, popu-
lumq; releuares dimitteresq;; tam etſi, tui ob culpam, mea excitatio tibi in duritiam ceſſerit: ꝓ-
Apoc. 21. pter quod & meritò & iuſto iudicio, ſubtracta gratia, ſumptaq; pœna, in duritia obfirmaui, vt ſi-
cut qui in ſordibus perſiſtere geſtit, iuſtum eſt permittere vt ſordeſcat adhuc, ità & qui in duri-
tia eſſe vult, iure optimo fit, ſi datur vt obdureſcat adhuc. *Vt*, tandèm vltione peracta, *oſtendam*,
omnibus, *virtutem meam*, qua hominum errata caſtigo, *in te*, qui me nolebas agnoſcere, immò
nec horrebas floccipēdere; *& hoc pacto*, *nomen meum*, fama ac gloria mea, *annuncietur*, celebris
fiat & illuſtris, *in vniuerſa terra*, non ſolùm Ægypti, ſed & vniuerſi òrbis. *Igitur*, rurſum concludit
Apoſtolus, *cuius vult miſeretur*, ſicut dictum eſt Moyſi, *& quem vult indurat*, ſicut factū eſt Pha-
raoni. Cum enim Deus ſit oīum conditor, illiq; vniuerſa obedire teneantur ad nutum, nulli du-
bium, ꝙ ſua lex, eſt ſua voluntas, per hoc, & quicquid pro voluntate facit, neceſſe eſt, vt ſemper
rectiſſimè faciat: ergò & ſi cui vult miſeret̄, rectiſſimè miſeretur, & ſi quem vult indurat, rectiſſi-
pſal. 103. & 10. illum indurat. Et quanquàm Dei voluntas, nunquàm ſit ſine maxima ſapientia, nunquàm & ſi-
ne maxima æquitate, quippè qui & omnia in ſapientia facit, & iuſtus eſt, & in omnibus iuſtitiam
D diligit; ea tamen in multis noſtrum captum excedunt, & ſicut ad lucem ſolis caligant oculi no-
ſtræ carnis, ità & multò magis, ad abditiſſima Dei, cæcutiunt oculi noſtræ mentis.

Dicis itaque mihi, & maximè tu Iudęe qui promptus es, cuncta peruertere. Si quem vult indu-
Eſa. 63. rat, *quid adhuc*, poſtquàm indurauit aliquem, *queritur*, Deus de eo? Cur nos accuſat contumacię, Impiæ plurimorum querelæ.
ac duræ ceruicis? Siquidem, ſi duri ſumus, ipſo volēte dureſcimus, etſi in duritia nos perſiſtimus,
ipſo obfirmante duriores euadimus. *Voluntati enim eius, quis reſiſtit?* Siquidem in ditione illius
Heſter. 13. vniuerſa ſunt poſita, & non eſt, qui illius poſſit reſiſtere voluntati. *O homo*, verè homo, verè va-
nitati & ſtultitiæ ſimilis, *tu qui es*, nōnè lutum? nonnè puluis & cinis? *qui reſpondeas Deo?* quin &
altercari ꝓſumas cum illo? *Nunquid figmentum dicit ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic?* Poterat quidem
Paulus, & aliter obiecta diluere, dicereq;; ꝙ etſi diuinæ nullus valet reſiſtere voluntati, valet tn̄
à Deo petere, & ardenti pectore flagitare; vt ſicut nos, noſtra indurauit culpa, ità & ſua in nos

miſeratione, duritiam in nobis dignetur conterere, & cor in nobis, humiliatum, vereq́, contri- E
tum effingere) Siquidem & Propheta, poſtquàm dixerat Deo, cur induraſti nos, ſubdit: conuer- pſal. 50.
te nos ad te, & conuertemur) Sed volens os impium perobſtruere, temeritatem tali pacto retun- Ierem. 5.
dit. Nunquid oblitus es, te eſſe figmentum, immò & ſordidum lutum? ergò aduerſus eum qui te
plaſmauit, audebis inſoleſcere, illumq́; in ius deducere, aut cur te hûc in modum effinxerit que-
rulari? cur vel exemplum non petis à fictili vaſe, qui non ſecùs, ac illud conditus es, à Deo?

*An non habet poteſtatem, figulus luti, ex eadem maſſa, facere aliud quidem vas, in honorem, aliud verò
in contumeliam?* Quòd ſi figulo tanta ineſt facultas reſpectu luti, cuius tamen non eſt author, ſed
Dei conceſſione diſpoſitor, cur Deus, qui author ac creator eſt omnium, qui & in ſui obſequiũ
homines inſigniter condidit, non poterit pro arbitrio, deliberatione, ꝓpoſito, vt libet de vno-
quoq́; diſponere, & iſtos gratia in honoris vaſa erigere, & illos in contumeliæ vſum deſtituere,
non ſolum ad commodum vniuerſi, & illius magnæ domus decorem, quæ eſt Eccleſia, in qua (vt
aliàs dicit) varia conſtituta ſunt vaſa, & aliqua in honorem, & aliqua in contumeliã; ſed & ad illu 2. Thi. 2.
ſtrandam, vt ſubdit potentiam & iuſtitiam ſuam, quæ mirum in modum, in horũ diſcrimine lu-
cet nitetq́;? Propter quod addit. *Quòd ſi Deus*, vti iudex, *volens oſtendere iram*, Siquidem ſpectat
ad iudicem, non modo vindictam ſumere, ſed oſtendere; quia agnita, cedit nedum in aliorũ fru- F
gem, ſed & in iudicis laudem, *& notam facere potentiam ſuam*, qua non ſolum de lapidibus ſuſcita- Mar. 3.
re poteſt filios Abraham, ſed & de maſſa luti, vaſiſq́; contumeliæ, vaſa refingere in gloriã & ho-
norem. Si inquam, volens Deus ambo hæc cõſtituere, *ſuſtinuit*, homines malos, ſuiſq́; ſceleribus Matt. 3.
perditos, *in multa patientia*, ſinens vt paleæ commiſcerentur tritico, & zizaniæ cum bono adole- & 14.
Reprobi, vaſa dicuntur iræ. ſcerent ſemine, vſq́; ad conſummationem ſæculi, *vaſa iræ*, aptiſſimus tropus. Siquidem reprobi,
vaſa ſunt, non modo continentia irã Dei, ſed & ſeruantia illã, ſine fine; quippè qui igni traden-
di ſunt inextinguibili, à quo nulla erit euacuatio, nulla redemptio, *apta*, græcè & rectè, aptata, à
ſe profectò, propria iniquitate, proprioque flagitio, *in interitum*, damnationis æternæ. *Et ut*, è di-
uerſo, *oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ*, non dixit diuitias iræ, quoniam eſt reſtrictus in pœnis, ſed glo-
riæ, quoniam ꝓfuſiſſimus eſt in muneribus, *in vaſa miſericordiæ*. Cum enim omnia eſſent lutea,
omnia ex eadem maſſa, quæ aſſumpta ſunt in honorem, non merito ſed miſericordia, aſſumpta
ſunt; eaq́; ſunt repleta, non vt breui, ſed perpetuò perſeueret in eis, *quæ*, ſua clementia, & inſi-
gni miſericordiæ copia, *præparauit*, per gratiam in præſenti; vt tandèm transferantur, *in gloriam*, Matth. 10.
in futuro: cum tamen (ſicut & reliqua) coaptaſſent ſeſe, criminibus & peccatis, in contumeliam. G
Et ſubeſt hoc loci eclipſis, ſupplenda, ni fallor, hoc pacto. Quòd ſi Deus volens, & quę deinceps;
Quid tu homo inſipiens & inanis, contrà illum hiſcere potes? Siquidem, ſi de nobis, hũc in mo-
dum diſponeret, cur non rectiſſimè faceret, cuiq́; maneret iniuria? Nonnè & meritò haberet lo-
cum, quod dominus dixit, Tolle quod tuum eſt & vade? Nonnê & mihi licet, quæ gratiæ ſunt, ꝓ
Quę vaſa, in gloriam pręparata a deo. arbitrio diſtribuere, & non ſine iuris ratione, in quorum lubuerit ſcelera animaduertere? Et
quanquàm videtur ſub conditione loqui; quia tamen quæ ſubijcit, conditionem in aſſertionem
conuertunt, iccircò indubia remanet ſententia ſua.

Quos & vocauit. Cum græcè vaſa ſint generis neutri, & relatiuum, quos, generis maſculini:
palàm ꝙ non accommodantur voci, ſed rei contentæ ſub ea, & ſenſus eſt: Quòd inter vaſa, quæ
Deus præparauit in gloriam, omnes ſunt, quos vocauit vocatione ſancta, iuxtà propoſitum ele-
ctionis ſuæ, & per hoc ſumus, *& nos*, qui vnum conficimus CHRISTI corpus, vnamq́; Eccleſiã
ſacroſanctam, *non ſolum*, conſtantem, *ex iudæis*, vt prioribus credebatur ſæculis, *ſed etiam*, conſtã-
tem, *ex gentibus*, vti oraculum tradidit. *Sic enim in Oſea dicit*, primo ac ſecũdo capite: *Vocabo*, ele-
ctorum vocatione, *non plebem meam*, gentilem ſcilicet populum, qui plebs non habebatur Dei,
quia non in vnam politiam, ab eo redactus, aut legibus, ritibus & ſacrificijs, ad Deum inſtitutus, H Ephe. 2.
ſicut populus Iſrael, *plebem meam*, quoniam illum, intrà Eccleſiæ ciuilitatem, recipiam; erigẽ-
do non modò in ciues ſanctorum, ſed & domeſticos Dei. *Et non dilectam*, vt qui permittebã gen- Act. 14.
tes ſuas ingredi vias, & ſine Deo verſari in mundo, *dilectam*, quoniam ad electorum promiſſio-
nes vocatæ, euadent, tùm donorum gratiæ, tùm agnitionis veri Dei participes. *Et non miſericor-
diam conſequutam*, vt quæ degebant in ſceleribus ſub tyrannide Sathanæ, redditæ ad ſuam ipſius
voluntatem captiuæ, *miſericordiam conſequutam*, qñ extremis his miſerijs liberatæ, vaſa efficiẽtur 2. Thi. 2.
miſericordiæ. *Et erit*, quod mox recenſui, & quod immediatè ſubijcio. Et ſunt verba Prophetæ.
In loco, vbicunq́; ſit, *in quo dictum eſt*, præteritis ſæculis, *non plebs mea vos*: qñquidem degebatis ibi
ſub ditione principis tenebrarum, ſimulacra colentes, & me verum vniuerſi principem ignorã-
tes, *ibi*, inquàm, *vocabuntur*, non ſolum plebs mea, ſed &, *filij Dei*, quoniã in quouis loco, Deus

non

A non modò agnoſcetur vt Deus,ſed agnoſcetur vt pater; qui oēs,& vbiq;,nos regenerare digna-
tur in filios, *viui*, ſiue viuentis: quod vt alibi declaramus, ad naturalem pertinet filiationem, ad
Eph. 1. quam in CHRISTO eleuantur electi, cum & illius efficiantur membra, illumq; mirificè com- Electi,in christo ad naturalē euehuntur filiationē Dei.
pleant;vt & non ſemel etiam in præmiſsis attingimus. *Eſaias autem*, 10.cap. *clamat*, etſi ſuſpirans
& gemens,magna tñ ac perſpicua voce, *pro Iſrael*, hoc eſt,ſuper his, vel pro his,quę euētura ſunt
ei. *Si fuerit numerus filiorum Iſrael.* in aduentu CHRISTI, promulgationiſuè euangelij, *tanquàm
arena maris*, quæ numerari non poteſt, *reliquiæ*, quæ communi vſu,ſunt paucæ, *ſaluæ fient*, quod
rei probauit euentus. *Verbum enim.* Propheta ſubdit,& eſt accuſatiui caſus, Deus eſt, *conſummās*,
perficiens& abſoluēs(& eſt ſermo de verbo promiſsionis diuinæ,& per hoc humanæ ſalutis, &
euangelicæ gratiæ)nec eſt modò conſummans,ſed *& abreuians*,ſeu concidens,vt legitur græcè,
eſt reſecans,amputansq;,oēm aliam ſpē ſalutis;vt vltra nullus pendère poſsit. ex lege,operibuſuè
quibuſcunq;, *in æquitate*, in iuſtitiaq;. Nàm ex parte cōſummationis locus eſt iuſtitiæ Dei,vt qui
abſoluit,quod promiſit : ex parte conciſionis,locus eſt iuſtitiæ euangelij,quia cum ſit omnibus
Gal. 3. numeris abſoluta,vlterior deſiderari non poteſt. Nec fit iniuria legi quoniā data fuerat, vſque-
quò verbum iſtud veniret : nec vis infertur operibus, vt quæ non modò verbum, de quo ſer-
B mo non reſpuit,ſed complet& perficit. *Quia verbum breuiatum*, ſiue conciſum, *faciet dominus ſu-
per terram.* ne vltrà diſcrucientur homines, hæſitentq;, qui ſunt ſalutis ſuæ ſoliciti ne & vltrà cir-
Iſa. 28. cumiactētur Manda remanda. Expecta reexpecta. Modicum ibi,modicum ibi. Poſſunt & prædi-
cta alia ratione tractari,& fortè non minus ad intentionē apoſtoli;ea ſcilicet,ꝙ Dñs ideò in pau-
cos verbum diuinæ promiſsionis ſalutisq; coegit, ex Iudæis,& præſertìm,cum primùm euange-
lium mundo detectum eſt,quia ita expoſtulauit diuina iuſtitia, ob incredulitatem peruicaciāq;
populi Iſrael. Præter id,ꝙ & verbum breuiatum & conciſum, facturus erat dñs ſuper terrā, quo
oēs ſubmouendi fuerāt iudaici ritus;oēs ceremoniæ, ac legis obſeruantiæ, non ſecùs ac vmbræ,
ten ebræq; adueniente luce;quas dum illi mordicùs retinēt, vt in vmbris,inanibusq; tenebris ia
ceant,maxima ſaltem ex parte,neceſſarium eſt. Quin, *& ſicut prædixit Eſaias*, cap. 1. *Niſi dominus
Sabaoth*, qui licet dominus ſit virtutum, infinitorumq; exercituum potens ſe vindicare de omni
Iohel. 2. bus;benignus tamen & miſericors eſt, & pręſtans ſuper malitia, *reliquiſſet nobis*, ſua ergà nos bo- Semē apoſtoli,& ſacra pagina.
na volūtate, *ſemen*, Siquidem Eccleſia,cum fundata ſit ſuper apoſtolos,immò & per illos aucta,
& quouis terrarum effuſa,qui fuerunt iudæi,haud dubium,ꝙ ſe habuerunt vt ſemen; præter id,
ꝙ & opportuno tempore,nō ſecùs ac primo ſemine, conſummata gentium plenitudine, in cul-
Cap. 11. C mos frugemq; creſcet ex eis, vt infrà apoſtolus dicit: Tametſi non inficior,ꝙ & ſemen iudæis,de
relictum,diuina poſsit eſſe ſcriptura,propter quam ſeruandam(etſi ad Eccleſiæ cōmodum, quæ
Tren. 4. fructum ſumit ex illa)iudæi relicti ſunt;vt fideles etiam ab hoſtibus,& teſtimonium habeant, &
arma contrà illos ſuſcipiant: *quaſi Sodoma fuiſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles eſſemus*, quæ & ſunt
momento deſtructæ,& vix fauilla, cinisq; eſt ex illis relictus. *Quid ergò dicemus?* Quid ex his de-
niq; colligendum,ſtatuendumq; nobis? Hoc profectò. *Quòd Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam*,
vt quæ erant ſine oraculis,ſine lege, ſine cultu Dei, *apprehenderunt iuſtitiam*, & iuſtitiam quidem
Dei,quæ & excluſionem continet peccatorum, & primitias nouæ vitæ,quoniam apprehende-
runt, *iuſtitiam,quæ eſt ex fide*, quæ & portio eſt iuſtitiæ CHRISTI, accipienda hauſtu ſpiritus eius
qui per fidem eſt,ſicut & ſuprà diximus,& amplitèr ad Epheſios declarauimus. *Iſrael autem ſectan
do legem iuſtitiæ*, qm̄ lex Moſis,ad legalē iuſtitiā concitat;tum ergà deū,tū ergà proximum, *in legem
iuſtitiæ*, quam ſanè Moſis lex poſtulat, etſi illam non præſtat: quæ eſt lex fidei, gratiæ & ſpiritus
vitæ,per quam & iuſtificatio, quam lex pollicetur, adimpletur in nobis. *non peruenit*, vel pręue-
nit,ſi mauis. *Quarè*, non præuenit? quarè pręoccupatus eſt à gentibus? *Quia non*, ſectabatur, *ex
D fide*, non quia prorſus reijceret eam, *ſed*, quia ità procedebat cum illa,ac, *quaſi ex*, ſolis progrede
retur, *operibus*,quippe qui ferè totus pendebat ab eis. At Gentes & ſi in lege non proficiſceren-
tur iuſtitię,ſe tñ committebant fidei, & eo pacto pręuenerunt Iudæos; intrantes in ouile ouium
Ioan. 10. per oſtium,ac oſtiarum CHRISTVM, potientes in eo vberrimis paſcuis iuſtitię ſuę ad quę & tan
dèm etiam admittentur Iudęi,qui modo pręueniuntur ab illis,vt qui nunc, *offenderunt in lapidem
offenſionis*, impingentes in CHRISTVM, pręſertìm cruci ſuſpenſum; qui & illis hucuſq; eſt ſcan-
1.Cor. 1. dalum,vt aliàs ſcribit Apoſtolus. Et quanquàm non ſemel,id prædictum eſſet à vatibus; excęcati
tñ malitia ſua,alio diuertebant, vnde & in vmbris, tenebrisq; palpantes,mirum non fuit impin Iudęi, ꝓpria malitia excęcati.
gere,quin & pręcipitari, *ſicut ſcriptum eſt*, in Eſaia propheta. *Ecce pono in Syon lapidem*, habentur
hęc.28.cap. Vbi CHRISTVS traditur,fundamentū Eccleſię, *offenſionis, & petra ſcandali*, & ſum-
Luc. 2. pta ſunt,non ęò loci,ſed 8.cap. in quo & ſermo eſt, de aduentu Meſſię,qui veniēs,in ſignum po-

ſitus

ſitus eſt,& ruinam multorum, *Et omnis, qui credit in eum, non confundetur*, & hæc pariter ſunt 28.ſi- E
cut & primo loco acepta. Siquidem fides in CHRISTVM, inanis eſſe nequit, cum & reijciatur in
fidẽ promiſsionis Dei, qui nec fallit nec fallere poteſt & licet aliquando, rem tibi videatur pro
trahere, non poteris tamen confundi, ſed expecta eum, quia, vt ſcriptum eſt, veniens veniet Abac.2.
& non tardabit.

Obſeruationes huius membri.

diſcrimẽ amicitiæ humanæ & cęleſtis.

Obſeruandum ex particula (Optabam anathema eſſe a CHRISTO pro fratribus meis) quan-
tum amicitia politici humani, ab amicitia diſtet politici cœleſtis quandòquidem & ſi illa, affectu
nutritur honeſti, non tamen ſit ſine reſpectu commodi, propter quod & cócedunt Phyloſophi
non dari inter homines amicitiam, cui nõ ſit annexa concupiſcentia; eo ꝙ amicabilia quæ ſunt Ethi.8.
ad alterum, ex amicabilibus proficiſcuntur, quæ ſunt ad nos, Quo ex fonte, vulgò fortè dictum
eſt, ꝙ charitas originem ducit à ſeipſo, & deindè transfertur ad alterum: At iſta, cun candida ac 1.Cor.13.
ſincera amicitia ſit, ſine aliquo ſui cómodo eſt quæ (vt apoſtolus docet) non quærit quę ſua ſunt;
nec quidem mirum, cum & à Deo incipiat, & ad noſtrum contemptum procedat proter quod
& iure quæ Deo magis ſunt grata, aut noſtra exiſtimatione, illi magis reputantur accepta, mox F
poſt illum & ad illum, ſemper vrgemur diligere, & reiectis quibusuis commodis proprijs, vnicè
illius gloriæ militare. Hoc monemur oratione dñica, hoc ſuggerit adoptio filiorum, & expetit
conditio creaturæ, quæ & ad Dei gloriam facta eſt; præter id ꝙ ſi Dei gratia, in vaſa refingimur
glorię, iniquum foret, illius glorię vnicè nõ incumbere, immò & indè vnicè non pẽdere, & per
hoc, & quicquid agimus, cupimusq;, ad illius gloriam vnicè non dirigere. Ergò hoc ex loco, ſic
diſcamus ardere Deum & gloriam eius, vt non modò non curemus de nobis, ſed lubeat in illius Luc.4.
gratiam abnegare nos, vt eo pacto CHRISTI diſcipuli ſimus; qui & per gloriam patris ſuſtinuit Heb.13.
crucem, confuſione contempta.

Iuſtum eſt, vt deus diuitias proprias ſua pro libertate diſpenſet.

Obſeruãdum ex particula (Miſerebor, cuius miſerebor) Quòd Deus tàm etſi, immẽſus eſt be-
nignitatis oceanus, tàm etſi illi proprium eſt miſereri ſemper & parcere; iuſtiſsimum eſt tñ, vt ſua
rum diuitiarum copias, ſua pro voluntate diſpenſet, iuſtiſsimum ne proijciat margaritas, aut ſan Mat.7.
cta largiatur canibus: quarè etſi bonorum eſt profuſiſsimus, & ſi ſua voluntas, metrum eſt om-
nium rerum, nihil tñ facit, nihil tentat, niſi infinito, diuinoq; conſilio & iudicio, tàm etſi (vt di-
ctum eſt) illa nos, & iure quidem optimo fugiunt. Verùm hæſitari non poteſt, in illos potiſsimũ
fore, ſuæ miſericordiæ liberalem, quos videt miſerias ſuas agnoſcere; quin & altè ſentire, & pro G
illis ingemere, ac cum propheta pleno pectore exclamare: Miſerere mei Deus, ſecundùm ma- Pſal.50.
gnam miſericordiam tuam, quin & auſim aſſerere, nihil ſuis in oculis ſpecioſius, nihil ſuis auri-
bus applauſibilius, quàm cum videt, auditq;, nos ex corde miſericordiã petere; & eam maximè,
quã geſtit impartire per CHRISTVM, in quẽ & miſerias noſtras congeſsit, & vt in illo releuare-
mur, inęſtimabili dilectione ſanxit; ad quam & indubiè (ſi non fallor) alluditur, cum remiſsio ve
niaq;, ſecundùm magnam illius miſericordiam poſtulatur. Ergò vt Deo rem efficiamus gratam,
& opportunè noſtræ conſulamus ſaluti, frequentes ſimus in efflagitatione miſericordiæ: vt ſaltẽ Mat.15.
cùm muliere, quæ exierat à finibus Tyri, vel micam extorqueamus ab eo, qui & admonet, vt im- Luc.11.
portuni ſimus, ſi panes gratiæ, noſtris pro neceſsitatibus cupimus obtinere.

Obſeruandum ex particula (ò homo tu qs es, q reſpondeas Deo) Quòd & ſi non deſunt æncomia,
in fauorẽ hominis, vt Microcoſmus, Orizon, Miraculum magnum, Finis omnium rerum,
Deus terrenus, & id genus non pauca, quę & congerit nonnunquàm ſapientia carnis: quia ta-
men hæc ſtultitia eſt apud Deum, longè ſatius eſt, ſi de illo ſentiamus iuxtà ſapientiam ſpiritus,
quæ licet illum non renuat, excellentiſsimam ab initio conditum creaturam, ac donis pluri-
bus, à ſupremo locupletatum opifice, non præterit tamen, in q̃ horrendum degenerauerit mon- H Pſal.48.
ſtrum, propter peccatum; vt non modò, non iniuria conferri valeat, cum inſipiẽtibus beluis, ſed Ioan 8.
& cum perditiſsimo Sathana, cuius & non raro voluntatem explet. Et tamen tanta eſt clemen- 1.Thi.2.
tia Dei, vt non modo non auerterit oculos miſerationis ab eo, ſed & memor ſit eius, & viſitet il- Pſal.8.

Homo bulla, & vapor, ad modicum parens.

lum vti propheta miratur. Verùm tantæ eſt dementiæ, vt nec Dei benignitate commotus, & à
ſuimet cóſideratione auerſus, (qui (vt mitiora dicam) aliud non eſt, quàm puluis, & cinis, bulla,
vanitas, vapor ad mod cum parens, caro, fœnum, miſeria, & vniuerſa calamitas) præſumat non-
nunquàm, ſe opponere Deo in ius illum adducere, & multorum ab eo, quæ non licet, rationem Matt.6.
repoſcere; cum & ignoret, quid paritura ſit craſtina dies. Ergò apoſtoli admonitione, non diſsi- Rom.9.&
mulemus nos eſſe lutum, nitamur noſſe noſmet, & humiliemur ſub manu omnipotentis Dei, 11.

A nolentes plus ſapere quam oportet ſapere; haud ignari, quòd errare non poteſt, Quod ſi præ-
ſtare curabimus, obſcurum non eſt, quód & ille, qui ſe humiliantes euehit, de vaſis contumeliæ
Luc. 14. in vaſa nos refinget gloriæ ſuæ.

Enarratio ſecundi membri, portionis ſupraſcriptæ.

CAP. X.

Fratres, voluntas quidem. &c. Cum dixiſſet Iudæos, in iuſtitiæ apprehenſione præuentos a Gen
tibus, eò ꝙ non progrediebantur ex fide, ſed velut ex operibus: ex parte illos nititur excuſare,
idq; prætextu ignorantiæ, tametſi pernitioſæ, præſertim quia erat iuſtitiæ fidei, quæ & valuit hau
riri ex lege, & ex prædicatione, quæ toti pateſacta eſt mundo; præter id, ꝙ & Iſrael inculcata eſt à
prophetis, prout & apoſtolus dicet. Ait itaq;, *fratres,* renatos alloquitur & præſertìm ex Genti-
Rom. 9. & 11. bus, *Voluntas quidem* propenſiouè, *cordis mei,* vt qui cognati mihi ſunt iuxtà carnem, *& obſecratio,*
ſeu deprecatio, *ad Deum,* qui oīa poteſt, & noſtrum genus propter patres diligit, aſsiduè, *pro illis,*
à me, *fit,* non vt redeant Ieruſalem, aut regno potiantur temporali, ſed vt perueniăt, *in ſalutem,*
animæ ſpiritusq;, quæ ſalus eſt a peccatiſs quam vnicè adminiſtrat CHRISTVS. *Teſtimonium enim*
perhibeo illis, nempè eorum conſcius, ac ſuarum mentiū explorator, ꝙ ſi non ſubſcribunt CHRI-
B STO ex peruerſa non prouenit intentione, ſed ex legis indiſcreto zelo, *æmulationem quidem Dei*
habent, & per hoc mordicus, legem retinent Moſis, *ſed non,* æmulantur rectè, quia non, *ſecun-*
dum ſcientiam. Si enim ſcirent, quæ lex tradit, ſecus æmulando ſentirent. *Ignorantes enim iuſtitiam*
Dei, quam per fidem confert in CHRISTO, *& ſuam,* planè iuſtitiam, quam lex pręcipit, & illi
ſua virili, poſſe ſe adipiſci contendunt, *quærentes ſtatuere,* obſeruantia præceptorū, rituumq; &
inde ſalutem vnicè præſtolari, *iuſtitiæ Dei,* quæ non innititur legi, ſed innititur fidei, *non ſunt*
ſubiecti, quippè qui nō credunt in CHRISTVM, qui nobis a Deo datus eſt, iuſtitia & redemptio,
1. Cor. 1. vt aliàs apoſtolus dicit.

Finis enim legis CHRISTVS. Oſtendit Iudæos errare ex ignorantia legis, quia non percipiunt,
Mat. 11. ꝙ CHRISTVS eſt finis, hoc eſt ſcopus & terminus eius; qm̄ lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem.
Gal. 3. Et data eſt lex, donec veniret ſemen, cui repromiſerat Deus: quod ſi nouiſſent, legi vltrà innixi
Mat. 15. non eſſent. Rurſùm, CHRISTVS finis eſt legis, quia eius perfectio, & conſummatio; ꝑp quod & Chriſtus finis
Heb. 7. dixit, ꝙ non venit ſoluere legem, ſed adimplere vnde & ſine illo, neminem ad perfectum addu- totus legis.
xit; quod ſi perpenderent, ſuam non ſtuderent iuſtitiam cōſtituere, ſed iuſtitiam quæ ab illo eſt
C peterent, illiq; vnicè ſe ſubijcerent, qui & ſcopus, & abſolutio, vt diximus, legis eſt, *ad iuſtitiam,*
quæ remiſsio eſt peccati, & portio nouæ vitę, & per hoc verę ſalutis, conferendă communican-
damq; *omni credenti,* tam Iudęo, q̄ Græco. *Moſes enim,* hâc ob rōnem, *ſcripſit.* Leuitici 18. *Quoniam*
iuſtitia, hoc eſt, præceptorum obſeruantia, *quæ ex lege eſt,* inſtituta, mădata exacta, *qui fecerit,* ab-
ſoluerit, cōſummauerit, *ea,* quæ ordinat, ſtatuit, præcipitq; lex *viuet in illis.* Si ſermo ſit, de extrin-
ſeca mandatorum obſeruantia ac conſummatione, de vita intellige temporali, exprimiturq; ꝙ
viuens ea politia, quam lex extrinſeca obſeruatione requirit, pacificè vitam ducet, & ſine pertur
batione terram poſſidebit Chanaam (ſic enim & viuere, aliquando in ſcripturis accipitur, vt in
præcedentibus dictum eſt:) Si verò de interna, & omni ex parte perfecta, mandatorum obſerua-
Mat. 19. tione loquitur, de vita accipiendum erit æterna, quæ & poſsidenda eſt in terra viuentiū; de qua
& dn̄s. Si vis ad vită ingredi, ſerua mandata. Verùm quia hæc legis obſeruatio, & mandatorum
Roma. 7. abſolutio, non contingit ſine ſpiritu & gratia CHRISTI (nàm cum lex ſit ſpiritualis, internos
exigit Spiritusſancti motus; & cū proportionata ſit homini ſano, ſanante opus habet gratia Dei) Legis obſeruatio, cur requirat gratiā
qm̄ pręſtari non poteſt ſolis viribus proprijs: vndè & illi dimiſsi ſunt ſub maledictione, vt qui nō Dei.
Gal. 3. manent in omnibus quæ ſcripta ſunt in ea, vt apoſtolus docet. Nec propterea admittitur, Deum
D præcipere impoſsibile; quoniam etſi quod præcipit, impoſsibile eſt viribus imbecillium (de qui
Act. 15. bus Petrus, quid tentatis nobis impunere iugum, quod nec nos, nec patres noſtri ferre potue-
runt) non tn̄ impoſsibile eſt viribus fortium, vt ſunt in quibus eſt ſpiritus, & gratia CHRISTI,
quippè qui eius membra facti, non mirum, ſi in illo, ac per illum omnia poſſunt: ad quē & vrge-
Cap. 3. bat lex, quæ erat non ſecùs ac pedagogus in CHRISTVM, ſicut ſcriptum eſt Galatis.

Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, per eundē Moſen, ſed ſenſu myſtico, interno, ac ſpirituali, *ſic dicit,*
ità admonet, poſtulatq;. Et eſt Proſopopeia. *Ne dixeris,* cogitando, *in corde tuo,* quaſi hæſitans,
dubitansq;. *Quis aſcendet in cœlum?* vt nobis CHRISTVM præſentaneum faciat. Vndè & dicit,
Hoc eſt, CHRISTVM, indè, *deducere.* Non enim patitur iuſtitia hæc, hæſitari de deſcenſu CHRI-
STI, quo deſcendit de cœlo; & eo quidem deſcenſu, quo ſe hominem fecit, & cruci tandèm ſe
tradidit. *Aut quis deſcendet in Abyſſum?* nec id permittit iuſtitia hæc, quæ indubiam conſtantiſsi-

mamq;

mamq; poſtulat fidem, ne trepidemus in reſurrectione CHRISTI, propter quod ſubditur, *Hoc* E
eſt CHRISTVM à mortuis reuocare, Cum enim iuſtitia fidei, vt ſæpe dictum eſt, remiſsionem com
plectatur peccati, & nouitatem vitæ, haud obſcurum, quòd iure hæſitare non patitur, aut de deſcen-
ſu CHRISTI, vſq; ad mortem, in quam traditus eſt, propter peccata noſtra, vt tollãtur immò &
interficiantur nobis; aut de reſurrectione eius, per quã in nouam reſurgimus vitam, vt ambule-
mus in ea. *Sed quid dicit ſcriptura?* per os Moſis, Deuteronomij, 30 cap. *Propè*, inquit & non
longè à te, *eſt uerbum*, quoniam prædicatur inculcaturque paſsim; vt omnibus ſit in promptu,
omnibus ſit ad manus, immò & eſt, *in ore tuo*, tùm dum Moſen legis, vt qui de eo verbo ſcripſit,
tùm dũ apoſtolos audis, qui ſunt velut os tuum, cum os ſint de oſsibus tuis, & caro de carne tua:
quin, *& in corde tuo*, nõ ſolùm ſi vis meditari, quæ legis & audis, ſed & ſi vis auſcultare, quæ & ad
cor, dignatur Dominus loqui. *Hoc eſt uerbum fidei*, verbum euangelij, & iuſtitiæ Dei; de quo in
myſterio, interiorìq; ſenſu, vt diximus, ſermo eſt, *quod*, verbum & nos, *prædicamus*, inculcãtes,
Cõfeſsio chriſti, omnibus debita. & omnibus, qui in mundo ſunt, & ſignantèr tibi Iudæe, cui & opportuit primùm loqui, *Quòd*
ſi confitearis, ſincerè candideq;, *in ore tuo*, confeſsione laudis & gloriæ *Dominum* IESVM, non mo Acto.13.
do finem legis, ad iuſtitiam omni credenti, ſed dñm omnium rerum, in cuius ditione, vniuerſa
ſunt poſita, quin & Saluatorem omnium hominum, & maximè fidelium, *& in corde tuo*, con- F Eſter.13.
ſtanter, firmiterque, *credideris, quòd*, poſt mortem & ſepulturam ſuam, triumphantem de pec- 1.Thi.4.
cato, morte, tartaroq;, *illum Deus ſuſcitauit à mortuis*, ſolutis inferni doloribus, quibus illũ impoſsi
bile fuerat detineri, *ſaluus eris*, fœlici perpetuaq; ſalute. *Corde enim*, non ficto ſed candido, non Act.2.
coacto ſed propenſo, *creditur*, Deo ſic diſponente, *ad iuſtitiam*, conſequendam, poſsidendãq;, *ore*
autem, cordi nõ diſsimili, *confeſsio*, ac illius quod credit, atteſtatio, *fit*, cũ opus eſt, *ad ſalutẽ*. Signi
dem vtrunq; neceſſarium eſt, vt corde credamus, & opportunè quod credimus proteſtemur, vt
perpetuò ſalui ſimus; quod & propheta confirmat. *Dicit enim ſcriptura*. Eſaiæ, vt dictum eſt, 28. quòd
omnis qui credit in illum, corde pleno, & confeſſus eum fuerit, ore veraci, *non confundetur*, non pu-
defiet ob ſuam fidem, ſuamq; confeſsionem: planè quia ſaluus erit: omnis inquam, qui credit
quoniam, *non eſt diſtinctio Iudæi & Græci*, quò ad ſalutem conſequendam ex fide. *Nam idem domi*
nus omnium, tàm Iudæorum quam gentium, *diues*, liberalis, profuſus, *in omnes, qui inuocant illum.*
Nec enim aliud ità ardet, quam benefacere nobis, & interpellari fide non ficta. *Omnis enim*, ſcri-
ptum eſt, Ioelis. 2. cap. *quicunque inuocauerit*, fide, vt dicetur: ac deuotione, *nomen*, hoc eſt, fauorẽ,
protectionem (tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos) *Domini*, hoc eſt, IESVS, qui G Eſa.4.
frequentèr eo nomine denotatur à Paulo, *ſaluus erit*. Nec mirum cum nemo poſsit dicere, Do-
minus IESVS, niſi in ſpiritu ſancto, vt alibi docet. *Quomodò ergò inuocabunt*, cum inuocatio non 1.Cor.12.
ſit, niſi proficiſcatur ex fide, Deo accepta, *in quem non crediderunt?* neceſſe eſt in CHRISTVM
credere, qui illius nomen vult ſingalitèr inuocare. *Quomodò autem credent ei, quem non audie-*
runt? Hebræis non magni fit diſcrimen, ſicut & nobis, credere in aliquem & alicui: vti in præce-
dentibus diximus. Nec eſt opus, ad hoc vt credãt CHRISTO, vel in CHRISTVM, vt extrinſecus
audiant eum, ſed ſufficit, vt audiant qui prædicant illum, cum & pro illo, hoc eſt, illius loco, le- 2.Cor.5.
gatione fungantur. Propter quod ſubdit. *Quomodò autem audient*, CHRISTVM, qui ſe recepit
in cœlum, *ſine prædicante?* planè externo forinſecoq; auditu. *Quomodò autèm prædicabunt*, iure, fi-
deliterq;, *niſi mittantur?* à Deo, & CHRISTO IESV; vel proximè vel miniſterio ſacroſanctæ Eccle
ſiæ, aliàs non eſſent præcones, ſed lupi rapaces. *Sicut ſcriptum eſt*, Eſaiæ 52 cap. *Quàm ſpecioſi pedes*,
Tropo pedum progreſſus intelligitur prædicationis, de quo & aliàs, orate vt ſermo Dei currat. 2.The.3.
Pedũ pulchritudo, in prædicatoribus. Formoſitas aũt eſt, cum prædicatur non ſolùm candidè, hoc eſt, non turpis lucri gratia, & ſince-
rè, hoc eſt, ſine fermento legis, aut cuiuſuis ſapientiæ carnis; ſed & cum prædicatur ex commiſsio
ne, quoniam pulchrum eſt, vt ſuum cuiq; ſeruetur munus, & vt omnia ordinatè fiant: *euangeli-* H
zantium pacem, tùm cum Deo, qui iubilæum annumq; remiſsionis ſtatuit vniuerſo mundo, tùm Luc.4.
cum hominibus, quandòquidem ablatum eſt interſtitium vtriuſq; populi, & ſoluta maceria ini-
micitiæ Iudæorum & Gentium, vt Epheſijs apoſtolus ſcribit. Et præter hæc, internam tranquil- cap.2.
litatem animi, qua releuata conſcientia à peccatorum ſarcinis, perfruuntur in CHRISTO, qui
iuſtitia eius impartiuntur ex fide. *Euangelizãtium bona*, nõ terræ promiſsionis, ſed cœleſtis patriæ;
quibus & potiri conceditur, etiam in primitijs.

Sed, tam deplorata eſt dementia noſtra, quòd *non omnes obediunt euangelio*, captiuantes, vt par eſt,
intellectum in obſequium CHRISTI; & maximè ex Iudæis, quos poſtquàm oſtendit laborare igno 2.Cor.10.
rantia, quæ tot teſtibus pulſa, illos excuſare non poteſt, percutit obſtinatione, vt qui multis ora-
culis peculiaribus prouocati, contempſerũt obedire. *Eſaias enim dicit*, tùm admirans, tùm dolẽs,
cap.53.

A cap.53. *Domine quis credidit, auditui noſtro?* hoc eſt, doctrinæ quam accepit à nobis? nullus, aut valdè pauci, ex filijs Iſrael: & non modò loquitur de vaticinijs ſuis, ſed & aliorũ prophetarum, qui mittebantur ad eos. *Ergò*, non mirum, ſi non omnium, ſed perpaucorum eſt *fides*, quoniam, illa eſt, *ex auditu*, tum interno, Deo alloquente cor noſtrum, immò & excitante, inclinante, ac perſuadente, tùm externo, inculcantibus verbum miniſtris Eccleſiæ, vt tunc erant apoſtoli, euangeliſtæ, prophetæ: ex auditu autem, non cuiuſuis doctrinæ, ſed euangelicæ, qui *auditus*, proculdubio, eſt *per uerbum Dei*. Nam licet hoĩes perſtrepant auribus corporis, nihil tñ efficitur, niſi virtu-

Fides quomodo ex auditu

Heb.4. te verbi diuini, quod penetrantius eſt omni ancipiti gladio, aures percutiantur mentis: propter
Cap.16. quod, & Lydiæ neceſſariũ fuit à ſpiritu ſancto reſerari cor, vt intenderet his, quæ proponebantur à Paulo, prout Lucas refert in Actis. *Sed dico*, de Iudęis potiſsimùm loquens, q̃ ſi non credũt, ſe non audiuiſſe cauſari non poſſunt: quandòquidem etſi non erant hi, quo tempore ſunt vaticinati prophetæ, ſunt tñ in præſenti, in quo per omne Sabbatum, diuina apud illos recitãtur ora-
Acto.13. cula. *Nunquid*, ergò, *non audierunt*? Sed eſtò, quis rem, tali pacto diſsimulet, nunquid illos fugit, quod orbis vniuerſus agnoſcit? *Et quidem*, detrectare nõ poſſunt, q̃, *in omnem terram*, ſaltèm Romanorum ditioni ſubiectam, *exiuit ſonus eorum*, qui euangelizant CHRISTVM, & iuſtitiã eius,

B *& in fines orbis terræ*, hyperbole eſt, tametſi & à maiori, potiorię parte, etiam ſine hyperbole, ritè poſſet orbis vniuerſus deſcribi, *Verba*, & facta, *eorum*; quippè qui quòcunq; profecti, prædicauerunt vbiq;, dño cooperante, & ſermonem confirmante ſequẽtibus ſignis. *Sed*, ampliùs, *dico*, q̃ non modo audierunt, ſed & ſuum caſum, ruinamq; ſi non crederent, agnouerunt. *Nunquid Iſrael non cognouit?* rem tàm perſpicuam, vt nulli non poſſet eſſe notoria? *Primus*, authoritate, ac, munere prophetiæ, *Moſes*, de quo & gloriantur vnicè, *dicit*, vltimo Deuteronomij, & clariſsimis verbis. *Ego*, loquitur in pſona Dei, ad, *æmulationẽ*, hoc eſt, inuidiã, *vos*, Iudæos, *adducã* qui iactatis vos egregiũ populũ; & eratis quidẽ, niſi veſtra incredulitate, ad irã ꝓuocaſtetis me, qui vos in meũ elegerã regnũ, *in non gentẽ*, rectius in auferẽdi caſu, ſicut legit̃ græcè, quippè q ero in, nõ gẽte, hoc eſt, in medio gẽtilis populi, qui hactenus nõ eſt creditus meus populus: ero inq̃, vt Deus inter eos, immò ero, vt Pater, & tot illos afficiã beneficijs, q̃ dicetur, gẽs & populus meus, quin & in illis meas adimplebo pollicitationes: vt verè viſis tot bonorũ cumulis, tabeſcatis inuidia, & præſertìm, quia videbitis, ac cõtrectabitis hæc, *in gentẽ inſipiẽtẽ*, & hæc paritèr in ablatiuo reſtituenda ſunt, vt quæ carebat notitia Dei, & ſano proboq; iudicio eorũ, quę ptinent ad viuendũ rectè beateq;: nempè atheæ, ſine lge, ſine prophetis, *in iram vos mittam*, quæ non ſolùm con-

C citationem exprimit animi, ſed & appetitũ vindictæ. Nàm poſtquàm quis inuidet, quęrit ſi poſſet, bonum illud extinguere, vel ſaltèm obſcurare: vt eo pacto, ob triſtitiam quam paſſus eſt, vlciſcatur. *Eſaias autem*, paritèr, *audet, &c.*, eandem in ſententiam, *dicit*, cap.66. *Inuentus ſum*, loquitur in eo Deus, *à non quærentibus me*, à Gentibus ſcilicet, quæ cum vacarent notitia Dei, quærere me non poterant: *Palàm apparui*, per euangelium manifeſtatus ac detectus, *ijs qui me non interrogabant*, vt & tali pacto agnoſcãt oẽs, non eſſe volentis, non currentis, ſed mei miſerentis, *Ad Iſrael*
Roma.9. *autem*, per eundem vatem, meritò ſtomacatus, *dicit*, cap 55. *Tota die*, aſsiduè, & omni tempore, *expandi manus meas*, plenas donis, ac beneficijs, *ad populum nõ credentem*, nimirùm durę ceruicis,
Acto.7. qui & ſemper reſtitit ſpiritui ſancto, *& contradicentem mihi*, aduerſando, & verbis & factis, euangelicæ veritati: quemadmodùm & pergunt adhuc contradicere, poſtquàm & lux venit in mun-
Ioan.3. dum, & illuminauit omnes.

Obſeruationes huius membri.

Oſeruandum ex particula (finis legis CHRISTVS, ad iuſtitiam omni credenti) Quòd nõ ſo-

Chriſtus author legis ſpiritus vitæ.

D lùm CHRISTVS finis eſt legis Moſaicæ, ſed & author eſt legis ſpiritus vitæ, quæ cum lex ſit per-
Iac.1. fectæ libertatis, ad operandum prouocat, non metu pœnæ, ſed ardore iuſtitiæ: eſt & lex filiorum
Rom.8. Dei, qui aguntur ſpiritu cœleſtis patris, ad quem & ſuſpirant inenarrabili gemitu cum corporea neceſsitate grauati, ſentiunt ſeſe aſsiduè præſtare non poſſe, quod aſsiduè præſtare animus ardet. Quarè illud ſupereſt poſtremi, immò & præſentanei, vniciq; præſidij, vt CHRISTVM, cuius membra ſunt, omni, interpellent ſpiritu; vt ſua opulentia, illorum dignetur indigentiæ ſubuenire; qui nedùm quæ legis ſunt ſpiritus, affluentiſsimè præſtitit, ſed & quæ legis ſunt Moſis, ad Iota vſq; vnum, vel minimum apicem conſummauit. Ergò quicquid attentamus præſidio fauoreq; capitis CHRISTI tentemus; vt quod nobis aliquandò inuenitur difficile, illius gratia efficiatur facilè, & quod diuinæ maieſtatis oculis ſordet ſub eius luce reſplendeat; dumtamen omni ſatagamus virili, illi nos perſimiles reddere, ad cuius & electi, & prædeſtinati ſumus imaginem,

ambulando

ambulando iugitèr ſicut ambulauit & ille, vt tandèm cum illo cœleſtibus potiamur bonis, & E Rom. 8. 1. Ioan. 2.
inexhauſtis beemur cornucopijs.

Obſeruandum ex particula (fides eſt ex auditu, auditus aũt per verbum Dei) Quòd cum ſine Heb. 11.
fide impoſsibile ſit iuſtificari, immò & placere Deo, omni ſtudio inuigilãdum eſt verbo CHRI-
STI, & omnis impendenda eſt opera, vt quẽadmodùm adhortatur Paulus, abundantèr omniq; Col. 3. Malac. 2.
Incumbẽdũ verbo Dei, & maximè ſacerdoti. tempore inueniatur in nobis, & præſertim ſi ſacerdotio initiati ſumus, quorum labia debent cu
ſtodire ſcientiam, & lex dñi ex eorum ore ad populum habet aſsiduè proficiſci, & maximè cum
ſumus facti paſtores quibus & dictum eſt, Paſcite qui in vobis eſt, gregem dñi. Ergò liberè, inge
nueq; noſtram, vt plurimum, non diffiteamur ſocordiam, qui nedum euaſimus veluti canes mu- 1. Pet. 5.
ti, non valentes lattare, ſed & non rarò euaſimus cæci: quippè qui nec habemus diuinorum noti Eſa. 56.
tiam, nec intelligimus ſcripturas ſacras; & quod deploratius eſt, nec illis, vt intelligamus atten-
dimus. Et tñ ambimus primas cathedras, gloriamur amplis & generoſis titulis, & volumus habe-
ri magiſtri, paſtores & doctores; qui nec intelligimus quandòq; quæ loquimur, aut affirmamus,
vt Pauli verbis vtar. Ergò deprecemur Deum ne ſua luce nos deſerat, ſed ſua miſeratione, paſto- 1. Thi. 1.
res largiatur nobis & doctores; qui non ſecùs ac luminaria mundi, ac ſal terræ, Eccleſię conſulãt, F Matt. 5.
docentes populum verbo & exemplo, in doctrina ſana, & vita incorrupta. Quod dominus præ- Titum. 1.
ſtet ex miſericordia ſua.

Obſeruãdum ex particula (Tota die expandi manus meas ad populnm non credentẽ, ſed con
tradicentem mihi) Quòd licet ea verba ſint dicta Iudęis, ni tñ conniueamus nobis, aut quod de-
plorãdum eſſet, temerè diſsimulemus, nulli eſt obſcurum, q̃ verè, graphiceq; pertinere etiam poſ
ſunt ad nos; qui Dei miſeratione, nullis meritis, eorum ſubintrauimus locum, ſuiſq; potimur pri
uilegijs; & tñ noſtra iniquitate, illis forsàn duriores euaſimus, quin & peruicaciores, ſi nõ fallor,
redditi ſumus Et miſsis communioribus donis quibus nunq̃ non effluunt in nos, liberaliſsimæ
Liberalitas Dei, in gentibus. manus Dei, quin & oĩa, vt dixit Paulus, elargitus eſt nobis in CHRISTO; quis noſtrum detrecta Roma. 8.
re audet, in dies nunq̃ non experiri ergà ſe, pluſquàm pientiſsimum patrem, qui neminem deſe- Pſal. 6.
rit, immò & quemlibet perindè ac oculi pupillã cuſtodit? Sed vęh nobis, qui viuaciſsimo abuti- Iſa. 30.
mur benignitatis fonte: væh qui ſtertimus præuenti tot beneficijs, quin & floccipendimus non
modo corãm, ſed & poſt tergum (vt qui præteritorum erudiri valemus exemplis) monentem,
prouocantemq;. Nec obſurdeſcimus modo, ſed & cõtradicimus non rarò, partes tuendo carnis,
vel mundi, vel Sathanæ, quæ nunq̃ non ſatagunt, nos ſeducere: quin & præcipitare. Ergò ſi ſapi G
mus euigilemus à ſomno, occurramus vocanti, agamus gratias viſceribus diuinę miſericordiæ, &
contendamus intrà illas ter fœliciſsimas vlnas recipi, ac cõtinuo aſſeruari CHRISTI IESV: qui
in cruce poſitus, expanſiſq; manibus, nos geſtit recipere, complecti & perpetuò intrà ſuum pe-
ctus occludere Cui ſempiternus honor & gloria.

Enarratio tertij membri Portionis ſupraſcriptę.

Dico ergò &c. Cum velit hoc tandèm membro manifeſtare, ꝙ etſi in pręſenti, non multi, ſed CAP. XI.
pauci ſaluantur ex Iſrael futurum eſt tamen, vt aliquando qui inuenti fuerint ſalui fiant; primũ
Occaſio ſalutis gẽtium, incredulitas Iudæorum. aſſerit illos qui modo ſaluantur, eſſe electos, & ſalutem aſſequi ex gratia Dei. Deindè ꝙ etſi ma-
gna ſunt ex parte repulſi, idq; tandèm docet, ex incredulitate; ex illorum nihilòminus caſu ſalus
(licet vt ex occaſione) gentibus parta eſt. Et præmiſſa doctrina, adhortationeq;, ne tumeant gen
tes, affert quod intendit, colligens Dei conſilium inacceſſum, & iudicium incomprehenſibile.
Ait itaq;. *Dico ergò*, omnibus ritè diſcuſsis, ꝙ etſi miſeranda eſt Iudęorum iactura, *nunquid*, pro-
pterea audebit dicere quis, ꝙ *Deus*, prorsùs penitusùe, *repulit plebem ſuam?* Minimè quidem.
Abſit, hoc à clementia Dei. *Nàm & ego*, Paulus, *Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham, & tribu Benia-* H 1. Thi. 1.
min. Qui etſi fui plaſphemus, contumelioſus, ac perſequutor; cùm tamen tempus affuit opportu
num, miſericordia Dei præuentus ſum ad informationẽ eorũ, qui credituri ſunt, in vitã æternã,
Non repulit, quidem. *Deus plebem ſuam*, à ſe dilectam ac prædeſtinatam; qui ſunt Iſraelitæ, non car
ne, ſed promiſsione, *quam præſciuit*, ſeu præcognouit probauitq; ab origine mundi; vt qui oues Ioan. 10.
agnoſcit ſuas, illiſq; maximè proſpicit, & omnia obſecundare facit. *An neſcitis in Elia*, dum eius
proponit hyſtoriam, *quid dicit*, admonẽs nos, *ſcriptura*, diuina. 3. regum. 19. *quemadmodum inter*
pellat Deum, repetitis precibus & querelis, *aduerſus Iſrael*, carnalem & idololatrã, quoniam ad-
uersùs Achab & Iezabel, & ſatellites ſuos. *Domine prophetas tuos occiderunt*, cum tñ iuſſeris non Pſal. 104.
tangendos Chriſtos tuos, nec malignandũ in prophetas tuos: *altaria tua ſuffoderunt*, quæ te man-
dante erecta ſunt: *& ego relictus ſum ſolus*, qui zelatus ſum pro dño exercituum, *& quærũt animã*
meam,

A *meam*, inſidiantes mihi, vt tradāt Iezabeli, qui iurauit in caput meū. *Sed quid dicit illi*, & in illo no
bis *diuinum reſponſum?* præter exiſtimationem hominis, *Reliqui mihi*, ad meā reſeruando gloriā,
ſeptem millia, hoc eſt certam ac ſacratiſsimo numero multitudinem, *virorum*, non mulierū; non
ꝙ & ex illis electę nō ſint, ſed quia electi, nō imbecilles ſed fortes ſunt, qui & viriliter agūt, & vt
Cap.6. caſtrorū acies valida, debellaturi ſunt nō ſolùm mundū, ſed & principē eius: *qui non curuauerunt*
2. Cor. 10. Phil.3. *genua antè Baal*, ſicut faciūt reprobi, quorū & Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorū, qui
terrena ſapiunt. *Sic ergò*, haud diſsimili proportione. *& in hoc tempore*, in quo & Iudæi prorsùs
videntur repulſi, *reliquiæ*, quales ſunt credentes, ac patrū ꝗ placuerūt Deo, aliquid retinētes *ſecun
dùm*, nō eorum opera, ſed, *electionem gratiæ*. Siquidem cuius vult miſeretur, & quem vult indu-
Cap.9. rat, vt in præcedentibus dixit, *ſaluæ factæ ſunt*, abundat particula, ſaluæ, etſi poſita, nihil nocet,
& eſt ſenſus: ꝙ ſicut Eliæ tpe, reliquerat, ſeruaueratq; ſibi Deus aliquot, etſi nō multos, ſacratiſsi-
mo tñ, vt dictū eſt, numero; ità & in præſentiarū, reliquiæ factæ ſunt. præter multorū exiſtimatio
Pſal.146. nem, Deo acceptę, & eo numero, quē nouit. qui & multitudinem callet oīum ſtellarū cœli, quan De numero ſaluandorū.
quàm & certum eſt quod nō ſunt multi, qm̄ licet qui ſaluantur mundi decurſu, numerari forte
vix poſsint, hac tñ tempeſtate, diuina ſic prouidentia diſponente, ex Iudęis maximè. pauci ſalute
B donantur, vt etiā experientia docet. *Si autem gratia*, reliquiæ ſunt adeptæ ſalutē (ſiquidē eſt abla-
tiui caſus) *iam non ex operibus*, ne qui ſaluantur, gloriari poſsint: *alioqui gratia non iam eſt gratia*;
Sup.ca.4. quoniam qui operatur, illi non imputatur merces ex gratia ſed imputatur ex debito.

Quid ergò? hoc inquàm infero, *quòd*, id quod *quærebat Iſrael*, græcis eſt tēpus præſens, operi-
bus legis, *hoc non eſt conſequutus*. Quærebat, quæritq; iuſtitiam, & ſalutem, ſed quia non recto tra
mite, illā adipiſci non eſt conceſſum. *Electio, autem*, hoc eſt, electæ reliquiæ, *conſequuta eſt*, quia
inceſſerunt recta, nempè fide, ac gratia Dei. *cæteri vero*, qui non ſunt electi, *excæcati ſunt*, tùm
malitia ſua, tùm animaduerſione iuſti iudicij Dei, *ſicut ſcriptū eſt*. Eſaię 29. *Dedit illis Deus ſpiri-
tum compunctionis*, quo grauitèr affecti, alienantur à ſenſu, *Oculos vt non uideant, & aures ut non au
diant*, & habentur hæc cap.6. & facilè compunctionis ſpiritum comitantur. Deus itaq; perfidia
perticaciaq; iudęorum cogente, iuſto iudicio, illos quadam mentis alienatione percuſsit; vt nec
videant lucem, nec audiant quod ſonat in omni terra, myſterium redemptionis noſtræ, quæ &
perſeuerat, *uſque*, vt ſubdit Paulus *in hodiernum diem*, exceptis paucis, & velut reliquijs, vt non
ſemel explicatum eſt. *Et Dauid*, Pſalmo.69. *Fiat*, quod vt peccatum concernit, prænunciantis
C eſt, vt verò pœnam continet, optantis, ac Dei gloriam pręſtolantis, qnin & ardeotis eſt, *menſa eo
rum*, hoc eſt, ſacroſancta ſcriptura, qua debuerant paſci, refocillari, nutriri, quę, *coram ipſis*, eſt
poſita, & varijs ac precioſis epulis vitalibusq; cibis inſtructa, *in laqueum*, quo non ſecus, ac bruta
ligentur, quin & ſuſpendantur, *& in captionem*, qua miſere retineātur captiui, irretitiq; ad Satha
2.Thim.2. nę voluntatem, *& in ſcandalum*, quo ruant, ac præcipitentur, *& in retributionem illis*; quippè qui
ſuis exigentibus meritis condignam conſequuntur mercedem. *Obſcurentur oculi eorum, ne uideant*,
non modo, quæ ſcriptura docet, ſed & orbis præſefert, *& dorſum eorum*, non ſolùm onere legis,
Apoc.22. 2.Pet.2. ſed pondere peccatorum, *ſemper incurua*, vt qui in ſordibus eſſe volunt, in ſordibus degant, ſem
perq; io illis volutentur magis, haud ſecus, ac ſues immundi.

Cap.11. *Dico ergò*, Oſtendit Iudæorum lapſu, gētibus acceſiſſe ſalutem, aitq;. Dico hæc itaq;. *Nunquid*,
eam ob rationem, *ſic*, taliùe pacto, *offenderunt*, tantamq; ſunt paſsi ruinam, *vt*, penitus *cade-
rent*, ruerentque ſine omni fruge? *Abſit*, nec id quidem dicimus, nec ſuſpicamur: *ſed*, dicimus,
teſtamurq; quòd, *illorum delicto*, caſuq;, *ſalus*, vberrimè acceſsit gentibus, vt iure mirari non
poſsis, ſi, *æmulentur eas*, vt quæ diuini ſpiritus copia, illis redditæ ſunt inuidioſæ, ac ſuis oculis gra
Sap.2. ues. Et ſermo eſt, de delicto perfidiæ, peruicaciæ, duræq; ceruicis (quod eſt peculiare Iudæis) ſed Quo Iudęorū delicto ſalus acceſſerit gentibus.
Luc.14. D conſummato, perſectoque; id quod factum eſt in occiſione CHRISTI. Tunc enim completa
Mat.21. eſt Iudæorum iniquitas, per quam & à nuptijs, optimo ſunt iure ſecluſi, & Dei regno priuati, ſi-
cut in euangelio dicitur. Tanti ergò ſceleris occaſione, ad uiarum exitus proceſſerunt apoſtoli,
alijq; præcones euangelici, vt vocarent immò & compellerent omnes gentes, vſquequò ex illis,
2.Thi.2. ea magna impleretur domus, in qua diuerſa inueniuntur vaſa, ſicut Apoſtolus dicit. Ergò cum
cateruatìm confiterentur gentes, vbertimq; gratia perfunderentur ſpiritus ſancti; non mediocri
tèr Iudæorum lapſu, ſalus illis acceſsit, ità Dei ſapientia omnia ritè diſponente, vt ex ſequentibus
liquet. Nec modò vbertim, gentibus allata eſt ſalus, ſed mira (vt ſupponit) opulentia eſt addita
mundo; quandòquidem CHRISTI mors, reſurrectioq;, in quibus coōſummatum eſt Iudæorū Mundus lōgè melior ex morte Chriſti.
ſcelus, & ad ſummum illorum prouecta eſt peruicacia, non ſolùm mundum è Sathanæ tyranni-
de vindicarunt, ſed & ſancto ſpiritu repleuerūt; dùm miſsis quòuis terrarū nuncijs, in oēs natio-

nes ſancti ſpiritus gratia effuſa eſt. Præter id, ꝙ & orbem addixerunt reſtaurationi, liberandum E
ab omni corruptione, quãdò fient omnia noua. Subdit igitur dicẽs. *Si autèm,* vt ritè accipimus, Apoc. 21.
illorum delictum, non peruerſa eorum voluntate, ſed incredibili potentia Dei, *diuitiæ ſunt mundi,*
quippè qui & vltrà prædicta, ditatus eſt vera notitia Dei, ditatus multis miraculis, & prodigijs.
Et ſi diminutio eorum, qua in tàm exiguum coacti ſunt numerum, vt ſint quaſi reliquiæ, *diuitiæ gen*
tium, vt quæ tali occaſione ſaluatæ ſunt maxima copia, & innumeris locupletatæ muneribus,
quantò magis, locupletabit mundum genteſq́;, *plenitudo eorum?* Et intendit, ꝙ ſi intrante CHRI-
STI ouile plenitudine gentium, quæ erant athieæ & teſtamentorum hoſpites, tàm egregiè dita-
tus eſt mundus & gentes, quantò magis, cum Iudæorum intrabit plenitudo, penes quos verus co
lebatur Deus, & extabant promiſsiones & teſtamenta; locupletandus eſt orbis & gentes? Et in-
nuit, ꝙ ſi Deus liberaliſsimus inuentus eſt in plenitudine gentium, erit (ſi fas eſt dicere) pluſquã
prodigus in plenitudine Iudæorum. Quarè planè diuitiarum copia vbertaſq́;, mirificè in omnes
diffluent creaturas, & in gentes maximè, cum illis ſint factæ concorpores, & omnium bonorum
Eccleſiæ comparticipes. *Vobis enim dico gentibus,* iniriatis tamen in CHRISTO, *quandiu* quate- Acto. 13.
nusùe, *gentium ſum apoſtolus,* quibus datus ſum à ſpiritu ſancto, & apoſtolico cætu, *miniſterium*
meum, quo fungor in promotione fidei, *honorificabo,* græce, tempus eſt pſens, *ſi quo modo,* vrgẽ- F
do veritatem, *ad æmulationem prouocem,* æmulationem ſanctam, qua ſtimulẽtur credere, gẽteſq́;
imitari, *carnem meam,* cui nequeo, non fauere. *Et,* hoc, vt, *ſaluos faciam,* per euangelium gra-
tię, *aliquos,* ſaltem, *ex illis,* qui cadunt, præcipitantq́; ſe. Nec immeritò, quippe qui tales ſunt, vt
iure contẽni non poſsint. *Si enim,* vt tactum eſt, *amiſsio eorum,* propter delictum, ſceluſq́; cõmiſ-
ſum ab eis, reconciliatio eſt mundi, cui deus ſuccenſebat; nec modò reconciliatio, ſed & opulen-
tia, vt dictum eſt, reconciliationem comitans; *quæ aſſumptio,* quandò opportune in CHRISTI,
Sũma opulẽtia mundi, ꝗ quando, & qua ratione. aſſumentur membra: *niſi vita ex mortuis?* Tunc enim mundus, cõuſq́; diteſcet, ꝙ ſuprema potie-
tur opulentia: ea nimirum, quam ſortiturus eſt, ex reſurrectione à mortuis, Et intendit, ꝙ prę́ter
id, ꝙ in calce, aut prope mundi calcem, à CHRISTO, ſunt aſſumendi Iudæi, & per hoc, prope tẽ
pus quo renouanda ſunt omnia; etiam tanta tunc ditabitur mundus affluentia ſpiritus, ꝙ paſsim
apparebunt primitię, quin & non mediocres portiones illius vitæ, quam ſortiemur in reſurre-
ctione ex mortuis. *Quòd ſi delibatio ſancta & maſſa,* Delibationis, ſeu primitiarum, vt reddunt
aliqui, tropo, apoſtolus Iudæorum reliquias qui ſaluantur intelligit; ratiocinans, quòd ſi hi
ſunt ſancti, immò & eximiè ſancti, hoc eſt: Deo aſcripti cõſecratiq́;, conſequitur vt & maſſa, hoc G
eſt, quod remanet iſraelitici populi, non ſit pfanũ, ſed maxime ſanctũ, etſi nõ hoc pro tpe, p fu-
turo. *Etſi radix ſancta,* vt Abraham, Iſaac, Iacob, alijq; patriarchæ, *& rami,* qui & ſuſtinentur,
& ex ipſa aluntur radice, vt ſunt qui originem ducunt ab eis. *Si autèm,* (præoccupat, quod obijci
poteſt,) *aliqui,* immò multi, ſed minuit, vt mollius agẽs, iudęis efficacius conſulat, *ex ramis,* oleę
pinguis, *fracti ſunt,* iuſto quidem iudicio, ſed propria expoſtulante iniquitate, fracti inq̃, quod
violentiam habet, nec mirum quia cõgenei erant trunco: *Tu autem,* gentiũ populus, *cum,* non
olea, ſed, *oleaſter eſſes,* nulla lege cultus, nullis fructibus ſcatens, *inſertus es,* non natura, ſed gra-
tia, non merito, ſed miſericordia, *in illis,* hoc eſt, in eorũ loco, nec mirũ ſi & pro illis, in priuile-
gijs muneribuſq́; ſubrogatus es: *& ſocius,* cõparticepsùe, *radicis,* patrũ, & patriarcharũ, *oliuæ,*
p arbore ſumitur, denotatq́; Iſraeliticũ populũ, à gẽtilitio, haud ſecus natura diſtare, ac ab olea-
ſtro, vberrima olea, *factus es,* gratia, priuilegioq́; inſigni. Ergo, pòe amiceq́; cõſulo tibi, ne de te
ſublimia ſentias: *Noli,* inquam temerè, *gloriari,* noli extolli, & maxime, *aduerſus ramos,* qui fra
cti ſunt, ſed compatere potius, animaduertens *quòd ſi gloriaris,* aduerſus illos, paruifaciens quòd
natura ſunt olea, non excidat animo, ꝙ, *non tu radicem portas,* vt qui natura, olea es ſilueſtris,
ſed radix te, nempe qui ſuper fundamẽto ędificatus es apoſtolorũ & prophetarum, vt aliàs docet. H Eph. 2.

Dicis ergò, forſàn ideò, *confracti ſunt rami ut ego inſerar.* Reſpõdeo. *Benè,* inq̃, dicis, probo quod
affers: ſed licet, *propter incredulitatem fracti ſunt,* licet permiſſum ſit, vt frangantur, non caſu, non
vt olea ſit ſine ramis, ſed vt illis luentibus pœnas, tu eorum ſubſtituaris loco, *tu,* inquàm *qui fide*
ſtas, græcè præteriti temporis eſt: Ergò, *noli altum ſapere,* quoniam & Deus, quæ alta ſunt à lon Pſal. 138.
gè cognoſcit, *ſed time:* quoniã beatus vir, qui ſemper eſt pauidus; & ea inter aliàs ratione, ꝙ, *Si,* Prou. 28.
Deus, qui clementiſsimus eſt, *naturalibus ramis,* oleæ, quam plantauit, propter incredulitatem,
non pepercit, ne fortè, propter extollentiam, cui maximè aduerſatur, *nec tibi parcat.* Ergò cũ timo
Et bonitas, & ſeueritas Dei ſemper habẽda prę oculis re, & tremore tuam opereris ſalutem. *Vide,* itaq́;, ac indeſinẽter præ oculis habe, tùm *bonitatem,* phil. 2.
tùm, *& ſeueritatem Dei,* illiſq́; ac duabus innitaris alis, &, *in eos quidem qui ceciderunt,* iudæos ſcili-
cet, prædilectũ populũ, *ſeueritatem,* dùm illos tàm miſerè perire permittit, *in te autem,* qui illius nõ

dicebaris

1.Pet.2. A dicebaris populus, *bonitatem*, qui de tenebris te vocauit,& in ſui peculium ſumpſit: *Si*, tamen,
permāſeris in bonitate, tùm Dei,illi vnicè te committens,tùm vitæ,nunꝗ̄ pietati nō ſtudens: *aliò-*
qui & tu; ex olea, *excideris*, iuſto iudicio Dei: *Sed*, è diuersò, *& illi*, qui modò ſunt fracti, *ſi nō*
permāſerint in incredulitate, ſed euangelio pleno corde ſubſcripſerint, *inſerentur*, nec inferiori,ſed
forſàn præcelſiori ac vberiori loco. *Potens eſt enim Deus*, cui nullum verbum inuenitur difficile,
iterum inſerere illos, eosq́; vel eidem, vel honoratiori gradui reſtituere. *Nam ſi & tu,ex naturali ex-*
ciſus es oleaſtro,&, tn̄ à Deo, *contrà naturam,inſertus es in oliuā,bonam*, eiusq́; longè ſuprà merita es
vbertate potitus,multisq́; donis locupletatus, *quantò magis hi,qui ſecundùm naturam*; ad oleam per-
tinent,illiusq́; participant vbertate, *ſuæ inſerentur oliuæ*? nàm vbi ſymbolum , ibi facilior tranſi-
tus,vt & Phyloſophi tradunt.

¶lib.de generatione. *Nolo autem ignorare vos fratres*. Pergit loqui cum gentibus,& perſpicuè conuerſionem vaticina
tur Iſrael: Nolo inquiens vos ſugere, *myſterium hoc*, de ſalute illius populi; non ſolùm quia res
eſt arcana, ſed quia vobis proficua, *Vt non ſitis*, vt forſàn fieri poſſet, *vobismet ſapientes*, temerè
efferendo vos ſuprà illos,& maximè aduersùs conſilium & ſapientiam Dei,ea potiſsimùm ratio
ne,ꝙ cæcitas,vt videtis, *ex parte*, non minima,ſed maxima, *contigit*, ſua culpa, & iuſta animad-
B uerſione diuina, *in Iſrael*, quandòquidem non contigit illis perpetuò, ſed ad tempus, ſapientia
Eph.1. diuina taxatum,quoniam cōtigit, *donec plenitudo gentium intraret*. Cum enim electi, ſint membra
CHRISTI, illumq́;(vt,alibi docet)mirificè compleant non temerè plenitudo gentium,ea reci-
pietur electorum cum CHRISTO ex gentibus agglutinatio,qua illius integratur corpus; quod
faciunt cum ritè illius intrant ouile,& electorum integrant cœtum,quo & ipſe CHRISTVS my
ſticè conſummatur.Ergò cum electorum numerus, qui ex gentibus diuina eſt prædeſtinatione
coactus, ac ad adimplendum CHRISTI corpus, myſticisque abſoluendum membris defini-
tus,fuerit conſummatus,vel ſaltem maxima ex parte completus abſolutusq́;,ſalutem qui reman-
ſerint ſunt aſſecuturi Iudæi,vt immediatè ſubiungit.Quod(ni fallor)futurum ritè cēſetur, cum
Mat.24. iuxtà verbum Domini,euangelium,non modò erit quocunq; diffuſum,ſed quo vis angulo prę-
dicatum;& ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt iuxtà Dei ſapientiam ; ac prædeſtinationem facta
collectio,& per hoc,non longè à conſummatione ſæculi. *Et ſic omnis Iſrael*, qui inuentus fuerit,
ſaluus fiet, quia omnes credent,& CHRISTVM vti verùm ſaluatorem agnoſcent: *ſicut ſcriptum*
eſt, Eſaiæ 59. *Veniet ex Syon*, non terrena, ſed cœleſti, *qui eripiat*, quippè qui veniet certaturus,
& vi liberaturus, *& auertet*, non miſerias, ærumnasùe corporis, ſed, *impietates*, quæ miſeriæ &
C extreme calamitates ſunt animæ, *à Iacob*, hoc eſt,ab omni domo,& familia eius. Et innuit quòd
eo tempore,erunt quoq́; detenti Iudęi, non tantùm ſub ditione externi dominatus (ſunt enim
vſquequò perfidi ſunt,vti ſerui populi fidelis, aut cuiusuis ét ethnici principatus,ſub quo eſſe cō-
2.Thi.2. tingit)ſed & quod eſt immanius , ſub tyrannide principis huius mundi , qui illos habet ad ſuam
voluntatem captiuos. Et iccircò vi ſunt redimendi à CHRISTO, qui in ſpiritu veniet è ſuper- Chriſtus eſt vi erepturus Iudæos, de manu ſathanę.
na Syon,vt gladio oris ſui,per ſelectos miniſtros fidei,interficiat aduerſarios,liberetq; qui erant
deuincti à Sathana,ac eripiat iniquitates à populo Iſrael,induens illos iuſtitia fidei , & ob id,ag-
gregans in membra ſui corporis,intrà vnum ouile, quod ſacroſancta Eccleſia eſt. Vndè,& ſub-
ditur,& ſunt verba Pauli,ſed in perſona Dei. *Et hoc illis à me*, promiſſum nō ſemel, *teſtamentum*,
& maximè Ieremiæ 31,Et id quidem non vetus,quo terra legabatur Chanaam,ſed nouum, quo
terra legatur viuentium;quo & potiri incipient, *cum abſtulero peccata eorum*, illos libertate donā
do,non ab Ægyptijs,ſed à proprijs iniquitatibus.

Et quanquàm, *ſecundùm euangelium*, à me alijs apoſtolis prædicatum, *inimici quidem ſunt*, Deo
& CHRISTO, nempè qui non credunt,& per hoc in ſuis ſceleribus manent,quibus nequeunt
D non eſſe eorū hoſtes, *propter uos*, Deo id quidē permittēte,at non caſu,nō temerè aut ſine fruge,
ſed in veſtrum commodum & prouentum;quandòquidem, dum permanēt hoſtes , vos euaditis
cateruatìm amici prædilectiq́;. *Secundùm electionem autem*, quæ nunc in paucis ſortitur effectum,
& ſuo tpe ſortietur in oībus, *chariſsimi*, ſiue dilecti ſunt, *propter patres*: & in fauorē preſertim Abra
Exod.34. ham,Iſaac,& Iacob.Nā & Deus,miſericordiā cuſtodit in millibus,vti teſtatus eſt Moyſi. *Sine pœ*
2.Reg.15. *nitentia enim ſunt dona & vocatio Dei* , Cum enim triumphator in Iſrael non flectatur pęnitudine, Vocatio ex dinino ꝓpoſito,ſuū ſemper ſortit effectum.
nec ſicut homo pœnitentiā agat,neceſſe eſt,vt ſua dona,ſuaq́; vocatio , ſuum aſſequātur effectū,
et preſertìm cū proficiſcūtur ex ꝓdeſtinatione,ac ſacratiſsimo propoſito ſuo: aſſequātur inꝗ effe
ctū,ſed ꝑ tpe,ꝑ quo,vt aſſequātur ꝓdefinita ſeu ꝓdeſtinata ſunt. *Sicut enim & vos*, gētes,quæ aſci
tę aſcriptæq;eſtis inter electos,ac ꝓdeſtinatos, *aliquandò*, cū ad muta ducebamini ſimulacra, *non*
1.Cor.12. *credidiſtis Deo*, immò & eratis ſine illo, in mundo: *nunc autem*, in præſenti ſcilicet tempore Dei

bonitate clementiaq́;, *miſericordiam*, credendo, *conſequuti eſtis*, qua & in Dei filios, alijs cum ſex E
centis excellentijs, euaſiſtis, *propter incredulitatem*, rectius ſicut græcis, in auferendi caſu, *illorum*,
hoc eſt, iſraelitarum (ſiquidem gentes miſericordiam ſunt adeptæ, & hoc potiſsimùm tempore,
Iudæorum interueniente perfidia, & obſtinatione) *ità & iſti*, Iudęi ſcilicet, *nunc*, quidem, *non*
credunt, ex maxima parte, *in veſtram miſericordiam*, & hæc paritèr in ablatiuo ſunt græcis, & pe-
rindè eſt ac, veſtræ occaſione miſericordiæ; cum inſtet tempus, quo illa, & paſsim, & eximiè poti-
turi ſitis: *vt & ipſi*, ad æmulationem veſtri copia, prouocati, *miſericordiam*, tandèm ſuoq́; tem- Ioan. 10.
pore, *conſequantur*, cum vnum conficietur ouile, & vnus agnoſcetur paſtor. *Concluſit enim Deus*,
perindè ac ergaſtulo quodã, ſed inacceſſo conſilio, & imperſcrutabilibus ſapiẽtia & ſcientia ſua;
non quidem cogendo, ſed permittendo ſinendoque, & quidem non caſu, nec temere, *omnia*,
omnes potius, vt legitur græcè, eò ꝙ de hominibus ſermo eſt, & comptehenſi ſunt, tàm Iudæi q̃
gentes, *in incredulitate*, vel græcè in accuſandi caſu; non vt in illa omnes perire permittat, ſed vt
illius occaſione, *miſereatur omnium*, vberiusq́; ſuæ bonitatis Theſauros in omnes, ac ſuper omnes
effundat. Ergò vt licet ex Paulo, mea pro tenuitate colligere, Diuinæ prædeſtinationis propo-
ſitiq́;, talis eſt inſtitutio diſpoſitioq́;; Quòd Deus ſcilicet ab initio, & priusq̃ iaceret fundamen-
ta mundi; tùm ex Iudæis, tùm ex gentibus, elegit ac prædeſtinauit, & quot, & quos, ſibi ſua ſapiẽ F
tia ſuaq́; voluntate placuit. Et nemini dùbium ꝙ in certo ac ſacratiſsimo numero vtraq́; ex natio
ne, qui & ſibi vnicè cognitus eſt; quippè qui omnia, ac ſingula, determinato numero facit, ſicut
& determinato pondere & menſura. Verùm placuit, electos ex gentibus, hoc potiſsimum tem-
pore congręgare, & electos ex Iſraelitis, propè extremos dies aſſumere; vt & eo pacto, cederet,
maior minori, & primi conſtituerentur nouiſsimi, vti dñs docet. Et quoniã ſingula, diuino ſunt Mat. 20.
ordinata iudicio, eidem placuit, Iſraelitarum lapſum, ſua poteſtate, in frugem cedere gentibus,
& gentium miſericordiam, in commodum fore Iudæis, idq́; imperſcrutabili, ſapientia, ac ſcien-
tia ſua; de quibus mox apoſtraphando ſubiungit.

O, altitudo, celſitudo, profunditas cuiuſuis creaturę captũ, in immẽſum excedens, *Diuitiarum*, Sap. 7.
Theſaurorum, opulentiarum, immenſitatum, *Sapientiæ*, qua attingit à fine, vſq́; ad finem, om-
nia fortitèr, & ſingula moderando ſuauitèr *& ſcientiæ*, qua abdita cuncta cognoſcit, perſcruta- Prou. 16.
turq́;; quippè cuius oculi oĩa, etiam minutiſsima penetrant, ac quocunq́; loco bonos contẽplan
tur & malos, *Dei*, hoc eſt, patris, filij, & ſpiritus ſancti, qui tres vnus ſunt Deus, vna ſapiẽtia, vna
eademq́; cognitio: *quàm incomprehenſibilia*, quin & inſcrutabilia, *ſunt iudicia eius*, quibus vniuer G Pſal. 35.
ſa definit, decernit, terminatq́;: Siquidem iudicia eius abyſſus multa: *& in inueſtigabiles viæ eius*, Prouer. 3.
Viæ dei, quare in inueſtigabiles. qm̃ etſi obſcurum nõ eſt vias eius, vias eſſe pulchras, & ſemitas eius pacificas; compertum eſt tñ, Eſa. 55.
ꝙ viæ ſuę non ſunt veluti viæ noſtræ, & ꝙ ſicut cœli exaltantur à terra, ità & viæ Dei, à vijs exal
tantur noſtris, Ergò meritò ſunt imperueſtigabiles nobis. *Quis enim*, ſicut & Eſaias dicit, *nouit*
ſenſum, mentem legitur gręcè, *Domini?* Non ſolùm qua verbum, fœcunditate incredibili gene-
ratur; ſed & qua mundum, & quicquid concipi poteſt, mira ſimplicitate complectitur, ambit, ri-
matur, comprehendit. *aut quis conſiliarius*, in rebus condẽdis, diſponendis, ordinandis, definien-
De⁹ nulli debet. dis, *eius fuit?* Et verba ſunt eiuſdẽ prophetę. 40. cap. *Aut quis prior dedit illi*. Et verba ſunt Iob, 41.
vt ex debito teneat̃ alicui, *& retribuetur ei?* Ergò ſi nulli debet, nulli dare tenet̃: ergò licet quod
cunq́; libuerit facere, & ſingula ꝓ voluntate diſponere, Nulli inq̃ debet: *Quoniam ex ipſo*, veluti
effectore, *per ipſum*, velut ꝑ cauſam exẽplarẽ, *& in ipſo*, græcè caſus eſt accuſandi, & vltimus de-
notatur finis. *Sunt omnia*, viſibilia, & inuiſibilia, æterna & tp̃alia: q̃ ſuꝑ cœlos ſunt. *Ipſi*, vni ac tri
no, *honor & gloria*, ab omni creatura: *in ſæcula ſæculorũ. Amẽ*. Hactenus prima totius epiſtolę pars.

Obſeruationes huius membri.

H

Obſeruãdum ex particula (Reliqui mihi, ſeptem millia virorum, qui non curuauerũt genua,
Electorũ cætus, iure occultus. ante Baal) Primùm ꝙ non iniuria, electorum cætus occultus eſt oculis carnis; cum & hallucinẽ-
tur ſæpe, lucem ducendo tenebras, & tenebras lucem: immò & mira factum eſt ſapientia Dei, Eſa. 5.
vt non modo tantus Theſaurus, fictilibus occultetur vaſculis, ſed & paupertatis, & infinitarum
miſeriarum inuolucris; quin & omni obruatur vilitate, & abiectione, vt non immeritò, iudicio 1. Cor. 4.
carnis, electi habiti ſint nouiſsimi, omnium peripsèma, & purgamenta mundi, Propter quod, &
eleganti tropo, theſaurus ille ſunt, in agro mundi reconditus, quem homo CHRISTVS deſcen- Ibidem. Mat. 15.
dit, vt quęreret, & inuentũ rurſum abſcõdit; nõ ignarus q̃ promptus ſit Sathanas ſuiq́; ſatelites, vt
ſurentur, qui nunquam non graſſantur, nihil omittentes, ſi quo pacto, illum vel ex parte, ſur-
ripere poſſent: rurſum inquã abſcondit, volens etiam cõmuni lege, & electis ſiner eſſe occultum,

nein

A ne in tentationes lapſi, latronibus aditum faciant; & præ gaudio dedit cuncta quæ habuit quip-
pe qui expoſuit vſq; vitam, emens & totum agrum, mundum ſcilicet vniuerſum, vt illos poſſide
1.Cor.6. ret, infinito ſui ſanguinis precio, vt apoſtoli docẽt. Deinde, ꝙ etſi eorum numerus, Deo eſt vni-
1.Pet.1. ce notus, conſtat tamen ꝙ ſacratiſsimus eſt, & ſeptẽnario, non ſine ratione notatus: quandòqui
Gene.1. dem & ſeptima die, abſolutis omnibus requieuit Deus, ab omni opere ſuo; Siquidem electorum
Can.3. cœtus, non modò eſt in quo Deus peculiaritèr requieſcit, quoniam lectulus ſunt Salomonis,
quem ambiunt ſexaginta fortes, quoniam ad eorum cuſtodiam inuigilat omnis militia cœli, &
Sap.7. notum eſt ꝙ iuſtorum animæ, ſedes ſunt ſapientiæ, & ꝙ electorum corda inſtituta ſunt, vt ſint
domicilium Dei: ſed & illis omnibus abſolutis, coactis, ac ſua plenitudine myſticum CHRISTI
corpus perficientibus, ſuperſedebit Deus ab omni opere ſuo; vt quos inſtituit rerũ omnium finẽ,
proue.24. vt alibi declaramus: Et demum, ꝙ etſi dum hic degunt electi, nonnihil committunt erroris, quo
niam & plerumq; iuſti cadunt in die; non tamen cõmittunt ad mortẽ, immò nec curuant genua,
1.Pet.5. antè Baal, vt qui vuicè credunt ſe Deo, & CHRISTO IESV, reijcientes in eos oẽm ſolicitudinẽ
1.Cor.7. Gal.6. ſuam, haud ignari, ꝙ illis eſt cura de eis: nihilipendendo mundũ cum omnibus pompis ſuis, im-
1.Ioan.5. mò & vt crucifixum habent, ſcientes ꝙ decipit, & ꝙ totus in maligno poſitus eſt. Ergò, & hoc
B medio nobis ſatagendum eſt, vt quantum conceditur, pertineamus ad eos, reducentes ob ocu-
los, ꝙ & hoc ſtipulati ſumus in baptiſmo: quarè miſſa manu ad aratrum, cauendum erit ne reſpi-
ciamus retrò, ac eo pacto, Dei regno habeamur indigni. Nec ęgreſeramus, ſi dum in ſtadio ſu-
Luc.9. mus, abſcondimur, ſub miſeriarum, ac ærumnarum pallijs: quoniam tutiores reddimur à latro-
num incurſibus, qui innumeris ſemper obſeruant inſidijs..

Obſeruandum ex particula (Fiat menſa eorum, coràm ipſis in laqueum) vt tali pacto, ad men-
ſam accedamus ſacroſanctæ ſcripturæ, ne cedat nobis in laqueum; quemadmodum ceſsit Iudæis,
& quotidiè cedit hæreticis. Quarè omnis nauanda eſt opera, vt primùm, illam pia accedamus in
tentione, & per hoc, non ex curioſitate, vanitateùe aliqua, ſed ex ardore, ingentiq; deſiderio ac-
Pſal.118. quirendæ ſalutis, & per hoc, obſeruandi quæ in illa nobis committuntur à Deo: illi ex intimis ſup Quo pacto ad menſam accedendum eſt ſacrę ſcripturę.
plicantes, vt in ſemitam deducat nos mandatorum ſuorum, quoniã ipſam volumus, quin & con-
Luc.24. cupiſcimus mandata eius, ſuper aurum & topatium, flagitantes vt CHRISTVS, qui eſt ſapientia
Apoc.5. Dei, ſuo ſpiritu nobis aperiat ſenſum, vt intelligamus ſcripturas, qui & eſt agnus occiſus, qui li-
Rom.10. Acto.19. brum aperit, et ſoluit ſeptem ſignacula eius, quippè qui cum ſcopus ſit legis, & prophetarum, quę
Eccle.3. cunq; in illa continentur arcana, valet vnicè reſerare, & cuiuis compertiſsima reddere Deindè
Iac.4. C & cùm omni accedamus humilitate, haud inſcij, ꝙ plurima in illa cõtenta ſunt, quæ captũ exce-
Mat.19. Luc.19. dunt, & in quibus non expedit quemlibet ſolicitari; tàm etſi non deerunt nobis, quæ conducũt
Deu.32. cuiuſcũq; ſaluti. Siquidẽ humilibus largitur gratiã, & arcana Dei, abſcondũtur ſapiẽtibus mũdi,
& reuelantur paruulis. Accedamus & fauore patrum, quandòquidem & ſcriptum eſt: Interroga
patrem tuum & dicet tibi, maiores tuos, & annunciabunt tibi. Fauore inquam patrum, hoc eſt,
doctorum ſanctorum: quoniam ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt, quos & prouidentia Dei,
2.pet.1. adeſſe voluit Eccleſiæ ſuę, ad conſummationem ſanctorum: ne velut paruuli, circũferamur quo
Ephe.4. uis vento doctrinæ, in nequitia hominum. Et demùm ſubijciamur ſenſui & interpretationi ſa-
1.Thi.3. croſanctæ Eccleſiæ: vt quæ columna eſt veritatis, immò & os CHRISTI ſponſi, quo nõ ſolùm
hominibus loquitur veritatẽ, ſed & angelis, multa per illam pateſacit arcana: vt Paulus ad Ephe-
Cap.3. ſios docuit. Ergò vt ad menſam hãc, reſideamus intrepidi, vtq; ſacroſanctis paſcamur edulijs, his
comitibus accedendum eſt: & ingredientes, & egredientes epulabimur, reficiemurq;, non ſolũ
Ioan.10. pro nobis, ſed aduersùs omnes, qui tribulant nos.

Obſeruandum ex particula (O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei) Quãtæ ſit pro- Quã procax ingeniũ corruptę carnis.
D cacitatis, nonnunq̃ ingeniũ corruptę carnis; quod cũ aliud non ſit q̃ craſsiſsimæ tenebræ, audet
opponere ſeſe, immenſitati inaceſsibilis lucis, & turpiſsimè cæcum, præſumit iudicare, quos ne-
quit cogitare colores. Agnoſcamus itaq; ac profiteamur liberè, hebetudinem noſtram, quin &
profundiſsimam mentis humanæ caliginẽ, & q̃ imperitè, de diuinis balbutiamus arcanis, cum &
ad ea quæ ſunt mundi huius, cæcutiamus ſæpiſsimè, multarũ & penè infinitarum rerum, quę con
2.Cor.10. tingunt, non valentes reddere rationem. Ergò, vt par eſt, mentem humiliemus Deo, noſtrũq;
2.Meth. captiuemus in eius obſequium intellectum, qui non ſecùs ad ea, quæ Dei ſunt, habet ſeſe, ac ocu
Iob.36. lus noctuę ad meridianam lucem: vltrò proteſtantes, ꝙ Deus longè ſuperat oẽm ſcientiam no-
Pſal 17. Iob.11. ſtrã, & ꝙ tenebrę nobis ſunt latibulum ſuum, propter quas illum nobis nõ licet attingere, quin
& ea eximia eſt, quam de illo cognitionem, nos habere conceditur, quòd oẽm traſcendit captũ,
2.Reg.12. & ꝙ eſt, quo maius cogitari non poteſt. Cui ſempiternus honor & gloria. Amen.

Secunda epiſtolę pars: in qua agit, de vita, moribuſq; iuſtificatorum ex fide: vt & eo pacto, prorsùs non recedat à Themate. Et quatuor, vel quinq; abſoluitur portionibus, vel ſi maius totidem membris. E

Prima portio

Obſecro itaq; vos fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuẽtem, ſanctam Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis, quæ ſit voluntas Dei, bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuiq; ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in uno corpore, multa membra habemus, omnia autèm membra, non eundem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in CHRISTO, ſinguli autèm alter alterius membra: habentes donationes ſecundùm gratiam quæ data eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam ſecundùm rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Dilectio, ſine ſimulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, ſolicitudine non pigri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatẽ ſectantes. Benedicite perſequẽtibus vos, benedicite & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos: nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantùm coràm Deo, ſed & coràm omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cũ omnibus hominibus, pacẽ habentes. Non voſmetipſos defendẽtes chariſſimi ſed date locũ iræ: ſcriptum eſt enim Mihi vindictam & ego retribuã, dicit Dominus: ſed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis, congeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo, ſed uince in bono malum. CAP.XII F

Secunda portio.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autèm ſunt à Deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autèm reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ acquirunt: nàm principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autèm malum feceris time, non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, uindex in iram, ei qui malum agit. Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram ſed & propter conſcientiam. Ideò enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergò omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. CAP. XIII

Tertia portio

Nemini quicquàm debeatis, niſi vt inuicèm diligatis: qui enim diligit proximum legem impleuit. Nàm non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſiquid eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo ergò legis eſt dilectio. Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iàm nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus. Nox præceſſit, dies autèm appropinquauit: Abijciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſic ut in die honeſtè ambulemus. Non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione: ſed induimini dominum IESVM CHRISTVM, & carnis curam nè feceritis in deſiderijs. G

Quarta portio.

Infirmum in fide aſſumite: non in diſceptationibus cogitationum, Alius enim credit ſe manducare omnia, qui autèm infirmus eſt olus manducet. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet, Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit: ſtabit autem, potens eſt enim Deus, ſtatuere illum, Nàm alius iudicat diem inter diem, alius aũt iudicat oẽm diem. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diem, domino ſapit, & qui mãducat, domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non mãducat, domino non mãducat, & gratias agit Deo. Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus domino viuimus, ſiue morimur, domino morimur. Siue ergò viuimus, ſiue morimur domini ſumus. In hoc enim CHRISTVS mortuus eſt, & reſurrexit, vt & viuorum et mortuorum dominetur. Tu autèm quid iudicas fratrem tuum? aut tu quarè ſpernis fratrem tuum? Oẽs enim ſtabimus antè tribunal CHRISTI. Scriptũ eſt enim, Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaq; vnuſquiſq; noſtrum, pro ſe rationem reddet Deo. Non ergò amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum. Scio & cõfido in Domino IESV, quòd nihil cõmune per ipſum, niſi ei qui exiſtimat quid cõmune eſſe, illi cõmune eſt. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, iàm non ſecundum charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo, illum perdere, pro quo CHRISTVS mortuus eſt. Non ergò blaſphemetur bonũ noſtrum. Non eſt enim regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium, in ſpiritu ſancto: Qui enim in hoc ſeruit CHRISTO, placet Deo, & probatus eſt hominibus. Itaq; quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt inuicẽ cuſtodiamus: noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Omnia quidem munda ſunt, ſed malum CA. XIIII. H

eſt homin

A *eſt homini qui per offendiculum manducat. Bonum eſt, non manducare carnem, & non bibere vinum, nec in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes, penès temetipſum, habe corã Deo. Beatus qui non iudicat ſemetipſum, in eo quod probat. Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt, quoniam non ex fide. Omne enim quod non eſt ex fide peccatum eſt.*

CAP. XV. *Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquisq; veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim* CHRISTVS *non ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Deus autem patientiæ & ſolatij det uobis idipſum ſapere in alterutrum, ſecundùm* IESVM CHRISTVM: *vt vnanimes, vno ore, honorificetis Deum, & patrem domini noſtri* IESV CHRISTI. *Propter quod ſuſcipite inuicem, ſicut &* CHRISTVS *ſuſcepit uos in honorem Dei. Dico enim* CHRISTVM IESVM *miniſtrum fuiſſe circuncíſionis, propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum: Gentes autem ſuper miſericordia, honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt. Propterea confitebor tibi, in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo: & iterũ dicit. Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rurſum Eſaias ait. Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes: in eum gentes ſperabunt. Deus autem ſpei repleat vos, omni gaudio, & pa-* Quinta Portio.

B *ce in credendo; vt abundetis in ſpe, & virtute ſpiritus ſancti. Certus ſum enim fratres mei, & ego ipſe de uobis; quoniam et ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ità ut poſſitis alterutrum monere. Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte, tanquàm in memoriam vos reducens: propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter* CHRISTI IESV *in gentibus, ſanctificans euangelium Dei: vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in ſpiritu ſancto. Habeo igitur gloriam in* CHRISTO IESV *ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit* CHRISTVS, *in obedientiam gentium, verbo, & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute ſpiritus ſancti: ità ut ab Ieruſalem per circuitum vſq; ad Illyricũ repleuerim euangelium* CHRISTI. *Sic autem prædicaui euangeliũ hoc, nõ ubi nominatus eſt* CHRISTVS, *ne ſuper alienum fundamentum ædificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt. Quibus non eſt annunciatum de eo, videbũt: & qui non audierunt de eo intelligent. Propter quod, & impediebar plurimùm uenire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc. Nunc verò vlterius locum non habens, in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos, ex multis iàm præcedentibus annis; cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriẽs uideã uos, & à uobis deducar illuc, ſi uobis primùm ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiſcor in Ieruſalem miniſtrare ſanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctos; qui ſunt in Ieruſalem. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti*

C *ſunt gentiles; debent & in carnalibus miniſtrare illis. Hoc igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructum hunc: per uos proficiſcar in Hiſpaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis euãgelij* CHRISTI *veniã. Obſecro ergò uos fratres, per dominum* IESVM CHRISTVM, *& per charitatem ſancti ſpiritus, ut adiuuetis me, in orationibus pro me ad Deum: vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa, ut obſequij mei oblatio, accepta fiat in Ieruſalem ſanctis: vt veniam ad uos in gaudio, per voluntatem Dei, & refrigerer uobiſcum. Deus autem pacis, ſit cum omnibus vobis. Amen.*

Summa & intentio textus præſcripti.

De vita moribusuè iuſtificatorum ex fide, loqui inſtituens. Primùm adhortatur omnes, vt perfungantur muneribus ſuis; non ſolum ad quæuis CHRISTI membra pertinentibus, ſed & quę peculiaria ſunt vnicuiq; Deindè inſtruit, quo nam pacto, mos gerẽdus ſit magiſtratibus, & omnibus in ſublimitate cõſtitutis: ſubijciens & quõ habere debeat vnuſquiſq; ſeſe ad illos, qui ſunt ſibi æquales. Et demum quõ circà minores, ſiue ex imbecillitate fidei, ſiue ex infirmitate carnis; Quarè etſi debuiſſet, ob ordinem, hęc pars, certis partiri portionibus, quæ & diſtinguerentur in membra; propter compendium tamen ſufficit, ſi mox in membra partitur: & notẽtur quatuor,

D aut ad ſummum quinq; vt perſpicuum eſt, ex ſequentibus.

Enarratio primę portionis vel membri, partis ſupraſcriptæ.

CAP. XII. *Obſecro itaq; &c.* Iuſtificatos, ſiue ex gentibus, ſiue ex iudæis alloquitur, qui agebant Romæ, tametſi ad omnem, quod docet, extendatur Eccleſiam; vrgens exiſtimulansq; eos, vt promptè, omniq; ſtudio præſtent, quod debent ſingula membra CHRISTI: inuigilet & vnuſquisq; muneri ſibi credito, prout ſibi eſt conceſſum à Deo. Orditur ergò & dicit. *Obſecro*, ob ſacra adhortor, purgeoq;, *itaq;*, poſtq̃ donati eſtis iuſtitia Dei, & locupletati miſericordia ſua, *vos*, qui eratis mancipia Sathanæ, &, *fratres*, euaſiſtis, non modò noſtri, ſed CHRISTI IESV; qui non cõfunditur vocare nos fratres, immò & (vt ſæpe diximus) ſua mẽbra, & corpus: *per miſericordiam*, gręcè

eſt

eſt miſeratio,&,in plurali numero·ergò obſecrat,obteſtaturq; Paulus,ob miſerationes,hoc eſt, E
gratuitò illis collata beneficia,quæ ſunt tam altè pendẽda,q̃ ſunt beneficia, *Dei*, quæ nequeunt,
non eſſe liberalia,immò & diuina: quibus & meritò, ſemper impares ſumus,ſicut & ritè teſtatur
Iacob(minor ſum oĩbus miſerationibus tuis,domine Deus)& ea maximè,quæ nobis conferunt Gen.32.
in CHRISTO: in quo & nihilo potiri poſſumus,maximè non eximio, maximeque non illuſtri.
Vt exhibeatis, promptè,ſolicitè,pleno pectore, *corpora veſtra*: quod tribus modis intelligo. Et pri
mo pro altera hoĩs parte,quæ & materialis,& carnea eſt,eaq; aut parum, aut nihilum diſtamus à
pecude: quo pacto docet,ꝙ etſi hæc pars,multis deputata eſt, præſentis vitæ neceſſitatibus, quia
tñ in regeneratis, cõſecrata eſt Deo(aliàs nõ dixiſſet apoſtolus, ꝙ corpora noſtra, membra ſunt 1.Co.6.
CHRISTI, & templum ſpũs ſancti: & ꝙ corpus non fornicationi ſed domino) iure,meritòque
in eius vſum eſt exponenda,immò & iugitèr immolanda: quod fit non ſolum dum affligitur, ne
indomita præſumat in ſpiritum,ſed dum mancipatur ad ſeruiendum iuſtitiæ, in ſanctificationẽ,
vt in præcedentibus dixit. Secundò ꝓ corporis affectibus,ac concupiſcentijs, quæ non ſolùm or- Cap.6.
ganis ſunt affixæ corporeis,ſed & fouentur ab eo; de quibus & apoſtolus: Mortificate membra Col.3.
veſtra,quæ ſunt ſuper terram. Hæc in Dei obſequium exhibemus,cum repreſſa, ſpũs ſancti gra-
tia,in ſanctarum operationum inſtrumenta aſſumimus;ac eo pacto illi ſeruimus. Tertio pro cõ- F
textu, congerieq; externorum operum: quo pacto(ſi non fallor)& illo acceptũ eſt loco(Si ocu- Luc.11.
lus tuus fuerit ſimplex,totum corpus lucidũ erit) Hoc exhibemus Deo, cum iuxtà Pauli ver-
bum,ſiue manducamus,ſiue bibimus, ſiue quid aliud facimus, omnia in Dei gloriam facimus. 1.Co.10.
Hoſtia,quę ſpecies ſacrificij,& q̃uo hic accepta. *Hoſtiam*, quæ ab hoſtibus dicta,illa victima eſt, quæ immolatur Deo; vel à ꝓficiſcentibus in præ-
lium,pro debellandis hoſtibus,vel indè redeuntibus,ac hoſtibus profligatis, pro gratiarũ actio-
ne. Et q̃q̃ vtroq; modo conſentit,qm̃, CHRISTI ſunt milites, quos oportet indeſinentèr eſſe
armatos,quia & illis iugis eſt pugna: nec modò aduerſus carnem & ſanguinem, ſed & aduerſus Ephe.6.
mundi rectores,& principes tenebrarum harum, aduerſus ſpũalia nequitiæ in cœleſtibus: & ob
id, expedit, & ſua corpora Deo, pro victoria aſſiduè immolare, vt illius fauore,valeant referre
triumphum;quia tñ hæ potiſſimum ſunt CHRISTI partes,qui non modo membrorum ſuorum 2.Petr.2.
hoſtes profligauit,ſed & in catenas coniecit; iccircò tam etſi,illam oblationem non renuo, præ- Et Iudas in epiſto.
ſertim cum & nõ ceſſent nobis moliri inſidias,immò & inſtruere copias(q̃q̃ & confidimus pro-
pter illum,qui vicit,palamq; oſtẽtando triumphauit de eis; ſi nolumus, ſuccumbere nos nõ poſ- Ioan.6.
ſe)ſed & maximè probo,qñquidem & iuſtum eſt,non ſtertere, iuſtum & caput æmulari, & ad- Col.2.
uerſarios omniaquaq; collidere: nihilòminus & pro victis hactenus, proſtratiſq; opera CHRI- G
STI, hoſtia nobis,in gratiarum actiones,immolanda eſt,qua nos de poteſtate eripuit principis Colo.1.
tenebrarum,& tranſtulit in admirabile lumen ſuum. Ergò iubet Apoſtolus, vt corpora noſtra
offeramus Deo,vt agamus illi gratias,non ſecus ac in lege Moyſis,offerebantur animalia bruta;
quæ hoſtiæ dicebantur pacificæ,à mundis purificatiſqueoblatæ, pro parta,aut obtenta pace,aut
eius ſeruatione,augmentoq;. *Viuentem*, tum vita ſpũs, (nam ſpũs eſt qui viuificat) tum vita fidei Ioan.6.
(ꝙ in carne viuo,in fide viuo filij Dei)& demũ vita charitatis,ſine qua omnes manemus in mor- Galat.2.
te. *Sanctam*: Et ſi hoſtia viua,ſpũs,fidei & charitatis vita, munda eſt à maculis ſcelerum, crimi- 1.Ioan.3.
numq; lethalium,nil tñ prohibet,ꝙ immunda ſit,maculis leuiorum, ac non perimentium pec-
catorum,à quibus tñ,& omni ſtudio,debitum eſt cauere: Præter id ꝙ & ſanctum non modò di-
Hoſtia Deo ſancta. citur mundum,ſed & Deo ſacratum, vt tunc hoſtia immoletur ſancta, qñ non quouis humano
fauore,cõmodo vel reſpectu,ſed ſola vnicaq; Dei gloria exhibeť. *Deo placentem*, quod tũc maxi-
mè locũ habet,cũ vel inter oblati corporis membra,potiſſimum vigent,beneficentiæ, cõiones, Heb.13.
eleemoſinę(nã talibus hoſtijs,vt docet alibi,mirificè placemus Deo)vel cũ ſub vmbra, fauoreq;
immolať CHRISTI, ꝓ quem & offertur patri: qñquidem cum vnicè in illo complacuerit ſibi, H Luc.3.
eſſe nõ poteſt,vt quicquid per illũ,aut illius exhibitũ eſt fauore, illi ſummo modo, nõ placeat.

Rõnale obſequium, ſeu rõnalem cultum, *Veſtrum*, & eſt ſermo de externa latria, qua Deum co-
limus,ritibus & ſacrificijs. Et intendit primùm auocare à cultibus,tùm iudæorum, tùm gẽtium,
qñquidem licet iudęorum ritus,maxima inſtituti fuerint rõne,quia tñ erant vmbrę,ac proteſta-
tiones CHRISTI venturi,haud dubium ꝙ poſtq̃ venit,abſq; omni rõne præſtantur, gentiũ au-
tem cum eſſent idololatræ, non poterant non eſſe ſine rõne,immò & maxima erant cum ſtulti-
tia ac temeritate: Deindè vult admonere ità reddendos cultus extrinſecus Deo,vt reddantur cũ
rõne,hoc eſt, rõcinando menteq; attendendo,ad rem,quæ tali cultu exprimitur. Siquidem cum
baptizamur,exempli cauſa,ſubmergimur,emergimuſq;: ergò tali pacto, hic exſoluendus eſt ri-
tus,vt paritèr ratiocinemur,mẽteq; concipiamus, ꝙ in baptiſmo cõmorimur & correſuſcitamur

CHRISTO:

A CHRISTO: quod ſubmerſio & emerſio repræſentat. Simili modo, cum confirmamur, perungi-
murq; in fronte, ſigno crucis, debemus mente intrinſecus retinere, ac ratiocinari: ꝙ eo in ſacra-
mento non modo ſubſcribimus militiæ CHRISTI, ſed & ità ſubſcribimus, ꝙ ſine erubeſcentia
crucem, euangeliumq; eius profitemur velle geſtare, & intrepidi, contrà illius hoſtes inſurgere.
Idem eſt, & de minori quo volueris ritu, vt genuflexione, contuſione pectoris, detectione capi-
tis, & ſimilium: quæ cum præſtamus, ad mentem debemus reducere, quid iſta ſignificent, ac vna
Eſa.11. Deum intimè, eiſdem affectibus, ritibusq; ſuſpicere, & ità cultum rõnabilem exhibere. Deniq;
& rõnales cultus, ritusuè ſunt, quos ſacroſancta ordinauit Eccleſia: quę à ſpiritu ſancto inſtructa,
q ſpũs eſt ſapiẽtiæ, ſcientię, conſilij, & intellectus, ſine rõne illos non potuit inſtituere: & præſer
tim quos introduxerunt apoſtoli, & ſancti patres, quos dum præſtamus, indubiè rõnales cultus
exhibemus. Quanquàm nec eſt ab re, ſiquis & rõnales aſſerat cultus, quos rõnis moderatione,
quilibet redderet Deo: dummodò ea moderatio, à rõne non proficiſcatur affecta carni, ſed af-
fecta ſpiritui, non infernis, ſed ſupernis innixa, ac penès illa diſpoſita: præter id, ꝙ & rõnalis etiã
cultus eſt, qui præſtatur Deo, iuxtà proportionem membri, doni, & officij: quod quiſq; ſortitus
eſt in corpore CHRISTI, quod eſt Eccleſia eius. *Et nolite conformari huic ſæculo.* Sæculum hoc,
B curſus eſt, & periodus rerum temporalium, & per hoc ſeneſcentium, & corruptibilium, quæ &
plenæ ſunt vanitatum, & multis reſperſæ monſtris; cuius & forma, tum fluxus, tum lapſus eſt, ad
interitum. Quarè huic ſæculo conformari, eſt mente & corde, rebus hærere temporalibus, cor-
ruptibilibusq;, & per hoc, monſtruoſis, ac vanitatibus ſubditis: eſt & cum labente labi, & cum
fluido fluere, ac vnà ad interitum tendere. Ergò ritè admonet, obſecratq; apoſtolus, vt ab his,
2.Cor.4. quæ huius ſunt ſæculi animum auertentes; non contemplemur quæ videntur, & tẽporalia ſunt,
ſed ſuſpiremus ad ea, quæ ſunt ſuprà ſæculum, & æterna ſunt.

Sed reformamini, ſiue transformamini græcè, *in nouitate ſenſus veſtri*, vel mentis veſtræ, & abun
dat græcis præpoſitio. Et ſi non ſumus conformandi ſæculo, ſumus tñ reformãdi CHRISTO; ſtu-
dentes nouitati vitæ, ex nouitate, qua donauit interiorem hominem; extendendo illam, noſtra
Epheſ.4. pro virili, ad exteriorem, qui remanet in vetuſtate. Quæ reformatio etſi aliàs, CHRISTI dicitur Quõ ſimus reformandi Chriſto.
induitio (renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum
creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis) hic tamen transformatio appellatur; vt quidem
moneamur, eo nos affectu, ſtudio, energia, in vitæ nouitatem debere contendere, vt non
C modo CHRISTVM imitemur, eiusque imaginem referamus; ſed vt & in illum, vt poſſibile eſt,
transformemur. Nec immeritò cum & prædeſtinati ſimus, in adoptionem, non ſolum vt confor
mes ſimus imaginis eius, ſed vt & miram metamorphoſim patiamur in eũ, vt aliàs ex verbis de-
Eph.1. monſtramus apoſtoli, *ut*, nõ agnoſcatis modò, ſed, *probetis*, ſed periculum faciatis, *quæ ſit Volun-
tas Dei*, ergà nos: non qua minatur, aut errata caſtigat, ſed qua bonis fauet operibus: quæ & iccir
cò nuncupata eſt, *bona*, quia illa bonis nos afficit, in omnibus proſpicit, & vt ardentiſſimus pa-
ter, nunquàm non geſtit, ſuas in nos opes transfundere. Nec probetis modò, quæ ſit volũtas bo-
pſal.113. na cœleſtis patris, ſed & quæ, *beneplacens*, & eſt, non ſolùm qua vult bona, quibus impartire nos
Heſter.13. geſtit, indubiè executioni mandari, de qua & ſcriptum eſt, omnia quæ voluit fecit, & nõ eſt, qui
ſuæ valeat reſiſtere et voluntati (nàm & ſic docent Theologi, dum tradunt, ꝙ licet voluntas ſigni, Voluntas ſigni, & beneplaciti.
Luc.3. non ſemper abſoluatur, voluntas tñ beneplaciti, nunquàm nõ adimpletur) ſed & qua, ergà nos
Matth.17. afficitur, non ſecus ac membra vnigeniti ſui, in quo (vt non ſemel dixit) vnicè complacet ſibi:
Ioan.17. cũ & eadẽ voluntate, quẽadmodũ & vnamet dilectione, illius interuentu, pceq;, qua cõplectitur
Deu.32. illũ, cõplectatur & nos; ſicut alibi latius. *Et perfecta*, Cũ Deus oĩa operetur p volũtatẽ, & illius p-
fecta ſint opa; indubiè & illius voluntatẽ, fatendũ eſt, ſemp eſſe pfectã, eiq; nihil, quouis pacto
D deficere, vt rem perfectam valeat operari. Verum et ſi res ità ſe habet, ea tamen eximiè, inſigni-
terque habet dici perfecta, quam habet ergà CHRISTVM, & (vt cõſequitur) in omnia membra
eius: quibus placuit nedum eòuſq; proſpicere, vt nihil quouis pacto deſit, quod ad cõſummatio-
nem, perfectionemque faciat, ſed & ſiqua contigerint mala, in ſucceſſum conuertere, & omnia,
Rom.8. tum omnibus, tum ſingulis, boni frugiq; conſulere. Quæ quidem omnia, qui verè ipſa re pro-
bant, non modo valent liberè, ac ſine præſumptione, pleno pectore exclamare; Quis nos ſepa-
Rom.8. rabit à charitate Dei? & illud: Non fecit taliter omni nationi: & Quid retribuam Domino, pro
Pſal.147. &.115. omnibus, quæ retribuit mihi? ſed & primitijs potiti, quæ remanet, fœlicitatis, non ſolũ nihil cu-
rant, nullis afficiuntur huius peregrinationis cõmodis, nullis alliciuntur mundi, aut carnis ille-
Philip.1. cebris; ſed cupiunt, ardẽtq; diſſolui, & eſſe cum CHRISTO, haud ignari ꝙ hoc exilij, ſatiari nõ
poſſunt; ſed petunt ac flagitant, vt ſua pro voluntate tandèm appareat gloria ſua.

Dico

Dico autem, monendo, obſecrandoq;, mihi non arrogans, hoc officij, ſed, *per gratiam, quæ data* E
eſt mihi, hoc eſt, propter apoſtolicum onus, quod nobis eſt creditũ delegatumq;: Dico inquàm,
omnibus, non modò iudæis & græcis, non modò fidelibus, qui agunt Romæ, ſed omnibus vbi-
cunq; ſint, dummodò ex eorum ſint claſſe, qui ſunt, *inter vos*, hoc eſt, qui poſſunt ac debent cõ-
Eccleſia chriſti, Romana vocata. putari vobiſcum: q̃nquidem vna eſt Eccleſia CHRISTI, quæ & Romanæ nomen accepit. *Non*
plus ſapere, quàm oportet ſapere, Cum deceat CHRISTI membra humiliare ſeſe, eius exemplo, qui
dixit, diſcite, quia mitis & humilis ſum: nec ea laseat, ꝙ ſiquis exiſtimat ſe aliquid ſcire, adhuc Matth. 15.
ignorat; quemadmodum oporteat eum ſcire: & ꝙ qui putat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe 1.Cor.8.
ſeducis: iure ſuo fungitur officio, monet non ſapiendum, ſeu ſentiendum cuique, pluſquàm fas Gala.6.
eſt ſapere, ſeu ſentire: nec modò id ꝓhibet ex parte animi, ſed & intrinſeci exercitij. Exigit enim
vt ſubdit, *ſapere*, ſeu ſentire, *ad ſobrietatem*, ſiue vt alii transferũt, ad modeſtum eſſe, vt eo pacto,
nec corde, nec verbo, nec opere, ſobrietatis vitę, ſeu modeſtiæ morumq; metam, aliquis tranſeat;
vt qui præſumunt aliis ſe præferre, de ſe altè ſentire, & de omnibus temerè ſe ingerere, ac intro-
mittere. *& vnicuiq;*, abundat copula, *prout Deus diuiſit menſuram fidei*. Menſura fidei, portio eſt
donorum, quæ vnicuiq; confertur fidelium, ex liberalitate Dei, pro rõne membri; quàm ſorti-
tus eſt, in corpore CHRISTI. Vndè, & ſubdit. *Sicut in vno corpore*, naturali, *multa membra habe-* F
mus, vt diuerſis organis, diuerſis fungamur officijs, q̃m, *non omnia membra, eundem actum habent*,
ſicut nec vnam figurã vel formam, *ita multi*, omnes inquàm fideles, & præſertim electi, *vnum*
corpus, myſticum, *ſumus in* CHRISTO, illi vti capiti iuncti, ac colligati, vinculo fidei, ſpei, & di-
lectionis, non minus quàm membra capiti naturali, vinculo neruorum & carnis. *ſinguli autem al-*
ter alterius membra, Es ſi potiſſimum ſumus membra capitis, ſumus nihilòminus, & membra ad
inuicem, alterutrum proſpicientes inſeruientesq;. *Habentes donationes ſecundum gratiam, quæ nobis*
data eſt differentes. Sicut enim in diuerſa membra ſumus aſſumpti, ità & diuerſis donis ſumus do
nati, idq; non ex meritis, ſed ex gratia: quanquàm & intelligi poteſt, pro onere & officio, q̃nqui-
dem & diſtribuit Dei ſapientia, ſua munera, iuxtà onera, ad quæ deputata ſunt membra, vt mo-
deretur cuncta ſuauiter, prouideatq; ſingulis prout opus eſt eis. *ſiue prophetiam*, quæ alicui dona-
ta eſt membro, *ſecundum rationem*, ſeu proportionem, *fidei*. Donum prophetiæ, donum eſt in-
terpretandi ſcripturas, in cuius functione; ne quis ſapiat ſuprà quàm oportet ſapere, illius exigẽ-
da eſt rõ, iuxtà proportionem fidei; quæ limes ac canon eſt, omnis interpretationis. *ſiue miniſte-*
rium, quod etſi intelligi poteſt, reſpectu temporalium, ſicut ſeptem ſunt inſtituti diaconi, vt mi-
niſtrarent menſis; rectè tñ (ni fallor) intelligitur reſpectu ſacramentorum Eccleſiæ, *in miniſtran-* G Act.7.
do, eiq; muneri incumbendo; ne efferatur, ſed infrà modeſtiæ contineatur limites. *ſiue qui docet*,
non modò priuatim, ſed & maximè publicè, haud ignoret ſe eo dono præuentum, vt, *in doctrina*,
Diſcrimẽ docentis & exhortantis. ſit ſobrius: non modo non proijciẽdo ampullas, ſed nec adulterando Dei verbum, inflatus ſen- Colo.3.
ſu ſuæ carnis. *qui exhortatur*, modeſtus, ſobriusque ſit, *in exhortando*: & differt à præcedenti mu-
nere, q̃m illud illuminat, iſtud inflammat: nàm qui docet rectam oſtendit, & qui exhortatur, vt
proficiſcatur adurget. *qui tribuit*, dona ex liberalitate, vel officia ex iuſtitia, tribuat, *in ſimplicitate*,
non faſtu, non elatione, ſed candidè, & ſincerè: quin & ſine remunerationis ſpe, quod non foret
verè tribuere, ſed fænerari, vt etiam Seneca dixit. *qui præeſt*, curam agens, familiæ ſibi commiſſę,
in ſolicitudine, vt qui pro illis, rõnem redditurus eſt Deo: & tñ abſit à præſumptione, quantùm ea
de cauſa, in maximam redactus eſt ſeruitutem: quoniã qui maior eſt veſtrum, veſter eſt ſeruus,
vt dominus docet. *qui miſeretur*, ſtudetq; aliorum ſubleuandæ miſeriæ, miſereatur, *in hilaritate*: Lucę.22.
quoniam hilarem datorem diligit Deus. 2.Cor.9.

Dilectio, ergà Deum, ſit, *ſine ſimulatione*, quippè qui intuetur cor & abominatur hypocriſim.
Odientes malum, nempè peccatum, quod vnicè aduerſatur Deo, omnibus neruis, *adhærentes bono*, H Mar.10.
& illi maximè, de quo ſcriptum eſt, nemo bonus niſi ſolus Deus: propter quod & propheta, mihi Luc.13.
adhærere Deo bonum eſt. *charitate*, non qualibet, ſed eximia, *fraternitatis*, inquàm, *inuicem dili-* pſal.72.
gentes, cum omnes ſitis fratres, oẽs & cohæredes: non modò mutuò vos ardentes verbo, ſed opere
& veritate. *honore*, qui etſi externa res eſt, tñ pendenda eſt maximè, *præuenientes inuicem*, certan-
tes vt ſuperiores mutuò arbitremini: immò & vt ſuperioribus inuicẽ deferatis, tùm obſeruatio- 1.Ioan.3.
ne, tùm reuerentia & obſequio. *ſolicitudine*, ſtudiouè rectè operandi, in omni re, pſertim ad ve- Philip.2.
ſtrum munus pertinẽte, *non pigri*, non deſides, ſomnolenti, ſocordes, ſed, *ſpiritu*, non carne,
Q̃o ſeruiendum Deo. *feruentes*, neſcit quidem tarda molimina, ſpũs Dei, vt, *domino ſeruientes*, non homini: cui non ſo-
lùm ſeruiẽdum eſt, cum iocunditate (ſeruite domino in lætitia) ſed & cum ſolicitudine (& quid Pſal.99.
eſt homo, quod Deus requirit à te, niſi vt ſolicitus ſis ambulare cum eo?) *ſpe gaudentes*. Nàm licet Mich.6.

ſpes,

Prou.13 A ſpes,quæ differtur affligat animam; quæ tñ non confundit, cuius & arrhabo primitiæq; ſunt ac-
ceptæ,gaudium parit: vt quæ rem ſperatam,quaſi præſenté agnoſcit,ac certa ſecuritate,illa quo-
dam pacto potitur. *In tribulatione,* afflictione,ærumna, *patientes,* hoc eſt,æquo animo tolerantes:
Luc.21. Matt.5. qm̃ in patientia poſſidetur anima,& qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, hæredes
ſunt regni cœlorum. *Orationi,* qua erectis animis,cum pro vobis,tùm pro tota CHRISTI Eccle-
Luc.18. ſia,petitis,flagitatisq;,præſertim quæ pertinent ad ſalutem, *inſtantes.* Nàm oportet ſemper ora-
re: etſi non conceditur alicui quod poſtulatur,quia amicus eſt, ꝓpter improbitatem tñ, conce-
Luc.11. Matth.15. ditur quicquid ſaluti neceſſarium eſt: vt dominus non modo in parabola docuit, poſtulantis pa-
nes,ſed & in exemplo mulieris Syropheniſſæ. *neceſſitatibus ſanctorum,* hoc eſt,regenitorum, ve-
ſtrorumq; fratrum, *communicantes,* qm̃ eſtis inuicem membra: quin & maximè eſt laborandum
Ephe.4. fidelibus,vt habeant quod tribuere poſſint neceſſitatem patienti, vt aliàs docet. *hoſpitalitatẽ,* er-
gà peregrinos, *ſectantes.* Nàm & præter id, ꝙ angeli nonnunquàm hoſpitio ſunt recepti: quod
Mat. 25. vni ex illis præſtatur, CHRISTO domino exhibetur (hoſpes eram, & collegiſtis me) *Benedicite,*
corde,verbo,& opere, *perſequẽtibus vos:* qm̃ ignis probat aurum,& omnes qui piè viuũt, patiũ-
tur perſequutiones. *benedicite,* inquàm,etſi res videatur ardua: qm̃ in hoc vocati eſtis,vt benedi-
2.Thi.3. 1.Pet.3. B ctionem hæreditate poſſideatis, *& nolite maledicere,* exemplo capitis, quod cum malediceretur,
non maledicebat: quin & pro conuitiantibus, ſeq; illudentibus, patrẽ orabat, Dimitte illis quia
ibidẽ.c.2. Luc.23. neſciunt quid faciunt. *Gaudere cum gaudentibus,* qm̃ id non tàm membrorum, ſanctorumq; com-
munio exigit, quàm chriſtiana fraternaq; charitas poſtulat: dummodo gaudium non ſit de ini-
1. Cor. 12. quitate,ſed veritate. *flere cum flentibus:* & ex eodem fonte dimanat Sicut enim ſi gaudet aliquod
membrum,congaudent omnia membra:ità & ſi triſtatur aliquis fratrum,triſtãtur & omnes,qui
in charitate ſunt vincti cum eo. *Idipſum,* vel idem,ſi mauis, *inuicem ſentientes,* in his, quæ condu-
cunt Dei gloriæ,& veſtræ ſaluti: qm̃ in his concordia fidelium cuſtoditur, quin ea, quæ ſunt ſpũs
promouentur & creſcunt. *Non alta ſapientes,* ſentientesuè; qm̃ ſpecies eſt ſuperbiæ, cui Deus re-
Iaco.4. 1.Pet.5. Philip. 2. ſiſtit,& qua diſſidium facilè prouocatur: *ſed humilibus,* hoc eſt, infimis & abiectis, nõ modò ho- Humilitas
minibus,ſed rebus,& officijs, *conſentientes,* ſeu accommodantes vos, exemplo CHRISTI, qui Chriſti.
cum in forma Dei eſſet,non modò habitu eſt inuentus vt homo,ſed & exinaniens ſeſe, formam
ſerui ſuſcepit,& extremè ſe humiliauit; cum non ſolùm pedibus ſe proſtrauerit piſcatorum, ſed
& deiecerit,vſque ad ignominiam crucis. *Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos:* Sicut & dominus
Epheſ.5. C vos per prophetam deterret. Væ qui ſapientes eſtis,in oculis veſtris,& coràm vobiſmetipſis pru-
dentes. *nulli malum pro malo reddentes:* quin iuxta legem CHRISTI, ſiquis alteram maxillam per-
Matt.5. Luc.6. cuſſerit,mox & reliqua obijcienda eſt: & volenti eripere tunicam, concedendum erit & palliũ.
Prouidentes, promouentesque, *bona,* verbo, & facto, immò & omni ſtudio, *non tantùm coram*
1.Re.16. *Deo,* qui latebras,intuetur cordium, *ſed & coràm hominibus:* qui vident quæ foris parẽt, indeq;
occaſionem capiunt,non modo glorificandi patrem qui in cœlis eſt, ſed & proficiendi ſtimulos,
Matt. 6 exemplo veſtro, in operibus ſanctis. *Si fieri poteſt,* ſine detrimento ſalutis, aut ſcandali alicuius
fratris, *quòd,* hoc eſt, quantùm, *ex vobis eſt,* quantum veſtra opera ſtudioque profici valet, *cum
omnibus,* non modo fratribus,ſed &, *hominibus, pacẽ habentes:* qm̃ Deus, nõ eſt diſſenſionis Deus,
ſed pacis: & in eos maximè, qui ſunt filij pacis. *Non vos defendẽtes,* ſiue vindicantes, *chariſſimi,* nõ
modo mihi,ſed Deo. Non ſat duxit, non reddendum malum pro malo, quod progredi poteſt ex
odio: ſed vindictam monet non ſumendam ex offenſis, quod videtur pertinere ad iuſtitiã: non
Luc.6. Matt.6. immemor verborum CHRISTI, Dimittite & dimittemini: & orate pro perſequentibus & ca-
lumniantibus vos. Quare etſi non prohibet, magiſtratui vindicare oppreſſos: etſi cõcedi poteſt,
vt quam paſſi ſunt, iniuria deferri poſſit ad illum; ꝓhibet tñ vindicare quẽquam ſeſe, aut animo
D prauè affecto, adire iudicem vt puniat, retalietuè offenſam. Vndè & ſubdit. *ſed date locũ iræ:* quæ
cum ſit paſſio animi, ardorque ſumendi vindictam, meritò comprimenda eſt. *ſcriptum eſt enim,*
Deut.32.cap. *Mihi vindicta,* qui ſupremus ſum iudex,& quæ tardè vlciſci videor in pręſenti, gra-
uius animaduerſurus ſum in futuro, *& ego retribuã,* inſtam de omnibus retaliationem exigens,
dicit Dominus: Amplius: non ſolùm à vobis, non retalietur iniuriæ, offenſiones, incommoda: *ſed,*
& illud afferro obſecroque, *ſi eſurierit inimicus tuus,* qui & damnum intulit tibi, *ciba illum,* ſug-
gerens neceſſaria,&, *ſi ſitit, potum da illi,* in quibus & reliqua intelligit opportuna. *Hoc enim fa-*
Matt.6. *ciens,* præter id, ꝙ domini verbum perficis (benefacite his, qui oderunt vos) etiam, *carbones ignis,*
hoc eſt, charitatis incendium, *congeres,* his officijs, *ſuper caput eius.* Siquidem non poterit hæc nõ
perpendere, immò nec altius non meditari: ac eo pacto, in ſua meditatione, charitatis igne, ergà
te non ſuccendi. Et deniq;, vt finẽ faciam, ac breui multa cõcludam: *Noli vinci à malo.* Vincitur

qui

Quis vincatur à malo. qui ſuccumbit: ergò qui iram non reprimit, qui crudelitati paret, ſicut qui retaliat, aut qui eſu- E
rienti inimico non prouidet, a malo ſuperatur: quod res turpiſſima eſt, quandòquidem à quo
aliquis ſuperatur, non iniuria illius ſeruus efficitur. *Sed uince*, & genus præclariſſimæ eſt victo- 2.Petr.2.
riæ, *in bono malum*, dum ira cedit patientiæ, ſæuitia charitati, & odium beneuolentiæ.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruãdum ex particula (Vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem &c.) Quòd cum
Religio, pars reipublicę. in omni republica ritè inſtituta, religio ſit eximia pars, qua Deo redduntur gratiæ, & immolan-
tur ſacrificia, propter quod, & in qualibet ſemper fuere ſacerdotes, qui eo fungerentur officio:
haud ſecùs eſt in republica CHRISTI, quæ ſacroſancta Eccleſia eſt. Vnde etſi fideles omnes, va-
lent ſacerdotes dici ſpirituales, eò quòd tenentur ſinguli offerre Deo ſpirituales hoſtias, benefi-
centiæ, laudis, & humiliati cordis; ſunt nihilòminus ex illis quidam ſelecti, & in iſtud muneris
religioſè inuncti, ac conſecrati; qui verè ſimpliciterque ſunt ſacerdotes, ad offerendum quoti-
diè, ac publicè Deo, illud admirabile, ac ſacroſanctum ſacrificium, quod myſticis, ac ſacratiſſi-
mis verbis conſecratum, veracitèr integreque, ſub ſpeciebus panis, & vini, verùm ac naturale
Onus ſacerdotis in lege noua. continet CHRISTI corpus. Ergò ſicut eorum muneris eſt, illum quotidiè offerre Deo, qui ca- F
put eſt fidelium omnium, qui & reipſa ſub viſibilibus, vt diximus, contentus eſt ſpeciebus; ità &
eorundem eſt oneris, & cum illo totam offerre Eccleſiam, non modò vt ſponſa non ſeiungatur
à ſponſo, aut membra à capite, ſed vt & quantùm fieri poteſt, in omnibus imitentur eum, in cu-
ius imaginem prædeſtinati ſunt. Vndè, & fideles omnes, illis ſignificati ſunt ſpeciebus, ſicut & Rom.8.
patres animaduertunt: quin & ea potiſſimum aſſerunt ratione, ſub illis CHRISTVM offerri,
quia in illis vnita multitudo ſignificatur; quandòquidem ex multis granis, vnus panis efficitur, Aug. ſuper Ioan.
& ex pluribus racemis vinum confluit. Vndè & Apoſtolus, vnus (inquit) panis, multi ſumus, om- 1.Cor.11.
nes qui de vno pane, vnoque calicè participamus. Quarè cum hoc celebratur ſacrificium, etiam
CHRISTI membra, & ſi ſpeciebus illis, non ſunt reuera contenta, quia ſunt tamen ſignificata,
vnà cum illius naturali corpore, myſticè offerri debent. Et quoniam oblatio eſt volũtaria, ſi eſ-
ſe debet accepta, attendendum non modò nos libentèr intereſſe debere, cum ſacrificatur, ſed &
corde, & prece, nos paritèr exhibere, offerentes Deo nos & corpora noſtra cum CHRISTO in
altari, tùm in ſacrificium laudis, tùm in ſalutem totius Eccleſiæ: Et non ignari quòd & ſacrificio
corporis, & ſanguinis CHRISTI repręſentatur, quod peregit in cruce pro ſalute mundi, vrge-
mur & nos, ad illius imitationem, ſtudendum eſt & iugitèr, vt aliquid patiamur: quin & cũ Pau- G philip.2.
Intentio ritè participantis in ſacramẽto altaris, qualis eſſe debeat. lo immolemur pro ſalute fratrum, id quod & ſapiens docet. Cum acceſſeris, inquit, ad menſam Prou.23.
potentis, attende quæ apponuntur tibi; vt & tu ſimilia facias Menſa potẽtis, Auguſtinus inquit, ſuper Ioa. trac.84.
eſt cœna dominica: hanc accedens attende, quòd ſicut in illa paſſio repręſentatur CHRISTI,
qua animam dedit pro nobis; ità & illius exemplo, eadem ſtimularis facere, vt & animam tuam
ponas pro fratribus. Ergò & hoc etiam pacto, exhibẽda ſunt Deo corpora noſtra in hoſtiam vi-
uentem, ſanctam, ac illi beneplacentem.

Obſeruandum ex particula (noli vinci à malo, ſed vince in bono malum) Quòd cum inſi-
gnis, præſtantiſſimaque fidelium virtus, mititas ſit, quæ non ſolùm fuit vnica CHRISTO, ſed Matt.11.
& eo modo, quo poteſt, eſt propria Deo, de quo Propheta, quoniam inquit, ſuauis & mi- Pſal.85.
tis es Domine: in ea præſtanda, omnis nauanda eſt opera. Eſt autem ei proprium, non mo-
dò non reſiſtere malo, ſed & comprimenti ſe cedere, & malum, reddendo bonum, euincere.
Sicut enim mitia poma, tactui non reſiſtunt, ſed cedunt, & dum comprimuntur, lacerantur-
que redolent, ac ſuauitate fragrant; ità & mitia CHRISTI, membra conſentiunt aduerſarijs, Matt.6.
beneprecantur hoſtibus, ac benefaciunt ijs, qui illos offendunt. Ergò ritè admonet Paulus, ne H
vincamur à malo: quandòquidem non vincitur, qui non ſuſcipit prælium, vt faciunt qui imi-
tatores ſunt CHRISTI, qui & tradidit ſemetipſum illi, à quo iudicabatur iniuſtè. Quarè qui 1.Petr.2.
cedit hoſti, qui non ex aduerſo offert ſe offendenti, vinci non poteſt ab eo: quoniam & ſi pa-
ti poteſt, vt in bello, tamen proſterni non poteſt, quippè qui nullam ſuſcipit pugnam, qua
vel retaliet, vel ſe à malo defendat: tametſi bellum inſtruit, & tota adoritur virili, vt vincat,
ſuperet, & proſternat, in bono malum, dans operam omni ſtudio, vt offendentem retaliet be-
neficijs, & ſua liberalitate, manſuetudineq; extinguat, ſiquid contrà ſe, retineret odij, offen-
ſionis, iniuriæ; eòque pacto, in amicitiam reuocet, & ità CHRISTI legem impleat, & abſol-
uat. Et hoc eſt, quod Apoſtolus illis verbis adurget, quod & Saluator ſuadet, & ad quod om-
nibus neruis debemus contendere.

Enarratio

A

Enarratio ſecundę portionis, vel membri, partis ſupraſcriptę.

CAP. XIII *Omnis anima &c.* Docet parendum magiſtratibus, principibusque etiam ſęcularibus, im-
1.cap.2. mò (vt Petrus addit) & diſcolis, quin & infidelibus; in his tamen, quæ non ſunt contrà Deum, Vſquequo poteſtati parendum.
aut fidei aduerſantur CHRISTI IESV, ſi quandò contigerit eorum ſubeſſe ditioni. Dicit ergò
Exod.1. quòd, *Omnis anima*, hoc eſt, omnis homo, hebræorum tropo (omnes animæ de fœmore Iacob
egreſſæ, ſeptuaginta ſunt) ſiue iudæus, ſiue græcus: & fidelibus loquitur, *Poteſtatibus*, ſubſtan-
tiuo vtitur pro adiectiuo, ſeu abſtracto pro concreto, quod raró non fit in lingua ſancta: quan-
quàm & ea potuit fieri ratione, vt inſinuaret, in obediendo principibus, magiſtratibusùe, non
attendendum eorum vitæ, vel moribus; ſed quæ in eis eſt poteſtati, *ſublimioribus*, græcè præcel-
lentibus: quod dicit, meo iudicio, vel ad denotandum publicas, quæ præcellunt, communi le-
ge, priuatas, vel ad inſinuandum quòd inter poteſtates, inferior debet obtemperare ſuperiori,
vt magiſtratus regi, & centurio duci; volens tali pacto, nomine omnis animæ, etiam homines
illos includere, qui pollent aliqua poteſtate, dummodò præcellenti ſubiaceat. *Subdita ſit*, æquo
animo, ac debita reuerentia. Nec immeritò, quoniam, *Non eſt poteſtas*, & ſi poſſit eſſe præ-
B ſumptio, *niſi à Deo:* qui fons eſt cuiuſlibet poteſtatis; per quem & reges regnant, & legum con-
ditores iuſta decernunt. *Quæ autèm ſunt*, poteſtates, vt additur gręcè veræ & non pręſumptæ, à
Prou.8. Deo acceptæ, & non ſibi vſurpatæ, *à Deo*, etiam, *ordinatæ*, ac inſtitutæ, *ſunt*. Nec eſt ſermo ſo-
lum de ordine inter ſe, vt vna ordinatur alteri, ſed & maximè, de ordine ad viuendum rectè bea-
Eph.4. 2.Cor.10. teque: quandòquidem poteſtas non confertur à Deo, in deſtructionem, ſed ædificationem, non Finis cuiuſlibet poteſtatis.
in iuſtitiæ præiudicium, ſed fauorem. *Itaque*, neceſſe eſt conſequi, quòd, *qui poteſtati*, à Deo da-
tæ ordinatęque, *reſiſtit*, nó minus, ſed pariter, *Dei ordinationi* (& hic abſtractum auditum eſt pro
concreto) *reſiſtit*. Quippè qui rei à Deo proximè ordinatæ, ſemetipſum opponit. Cui, *qui reſi-
ſtunt*, non immeritò, ſed iure *ſibi damnationem acquirunt:* quam & ſubeunt, & ſi non ſemper in
hac vita, indubiè ſubeunt in futura. *Nàm principes non ſunt*, quãtùm ex natura proficiſcitur prin-
cipatus, *timori boni operis*, græcè, timor bonorum operum; vt qui non ſunt à Deo dati, vt terreãt,
puniantùe, probè agentes, *ſed mali*, græcè, malorum, vt ſcilicet & timore, & pœna afficiantur,
qui operantur malum.

Quarè, *Vis non timere poteſtatem?* ordinatam à Deo, *Bonum fac*, & non modò, non erit for-
C midandum, ſed potius bonum præſtolandum ex ea: nàm, *& laudem habebis ex illa*. Quòd ſi ſecus Abuſus poteſtatis in multis.
Matth.10. contingat, non prouenit ex poteſtate, ſed præſumptione, ſæuitia, veſania, vel abuſu; vt factum
eſt in martyribus, ab his qui occidebant corpus, cum & animam non poſſent occidere. Nec pa-
uendum his qui rectè agunt, etſi Tyranni, ueſaniùe principes debacchentur in eos; cum illis
Pſal.115. non mediocris accedat gloria, nec modò coràm Deo, ſed & coràm probis hominibus. Quarè
etſi odio ſunt malis principibus, ſunt tamen precioſi coràm Deo; & ex illorum ſæuitia, abuſi-
uè poteſtatis, laudem nanciſcuntur apud eos, qui ſunt ſanæ mentis: quæ res pendenda maximè
eſt. *Dei enim miniſter eſt*, quo vtitur, *tibi in bonum*. Si enim ritè ſua vtitur poteſtate, probè ope-
ranti ſauet: ſi verò abutitur Dei ordinatione, immò & operatione, nihilòminus tibi in ſucceſ-
ſum cedet. Sed, *Si autèm malum feceris time*, ſiquidem eſt quod iure paueas. *Non enim ſine cauſa
gladium portat*, ſed ea de ratione, vt in prauè agentes animaduertat: & ea animaduerſione, qua
& ratum Dei iudicium habeat. Siquidem eo caſu, *Dei miniſter eſt*, abſolutè, *uindex*, vindicta iu-
ſtitiæ, *in iram*, in vltionem, *ei qui malè agit*. Et licet illi adſit odium, licet affectus ſit mala volun- Iudicium & ſi mala affectione latum probari poteſt à Deo.
tate, eaque delinquentem puniat; non deſinit tamen meritam inferre vindictam, ac propterеà
Deo, non ſatisfacere: qui & vindictam ſumit nonnunquàm, de inimicis ſuis, per inimicos
Eſa.1. D ſuos, vt teſtatus eſt per prophetam. *Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote:* hoc eſt, vt ex textu accipitur
græco, neceſſe eſt, vt ſubditi ſitis, *non ſolum propter iram*, ſupplicijuè timorem, *ſed & propter con-
Pſal.23. ſcientiam*: quoniam qui reſiſtit poteſtati, Dei reſiſtit ordinationi, eiusque miniſtro, per quem
vlciſcitur pro erratis. *Ideò enim &*, principibus, *tributa præſtatis*, penditisuè. *miniſtri enim Dei ſunt*
quibus debetur ſtipendium, & à nobis: quoniam Domini eſt terra & plenitudo eius, *in hoc ipſum*,
miniſterij, *ſeruientes*, ei. *Reddite ergò omnibus debita*, id enim eſt de ratione iuſtitiæ, vt reddatur
cuique quod ſuum eſt. *Cui*, debetis, *tributum*, reddite, *tributum*: quod ſoluitur à ciuibus, pro-
pter adminiſtrationẽ principatus. *cui*, debetis, *vectigal*, reddite, *vectigal*, quod cõiter ſoluitur à
deferentibus merces. *cui*, debetis, *timorem*, reddite, *timorem*, & ſermo eſt, de timore obſeruãtię,
reuerentiæq;: q̄q̄ & operanti malum, timendum ſit timore pœnæ, & vindictæ. Et demùm, *cui*,
debetis, *honorem*, reddite, *honorem*, reuerendo, honorandoq;, qui præponuntur vobis.

CC Obſeruationes

E

Obſeruationes huius membri.

Si poteſtati parẽdum eſt tẽporali, quo magis ſpirituali.

Obſeruandum ex particula (oĩs aĩa poteſtatibus ſublimioribus, ſubdita ſit) Quod cũ poteſtas ſpũalis, ſuperet temporalem, non ſecùs ac anima corpus, & ſpũs carnem, ſi temporali parendum eſt poteſtati, & ſpũali potiſſimum parendum eſt: quæ & ſuprema eſt in Eccleſia CHRISTI, & præſertim in eius capite, apud quem & ſpiritualis eſt gladius verbi Dei, & iuriſditionis rerum temporalium; vt qui vices gerit CHRISTI IESV, cui omnis eſt indulta poteſtas, qui & hæres factus eſt vniuerſorum, & cui omnia tradita ſunt in manu. Ergò maximè omniq́; ſtudio, parendum eſt Summo Pontifici, vt penes quem, præcellentiſſima eſt poteſtas, totius Eccleſiæ Dei: in qua cum ſit ordo Ierarchicus, & per hoc plures ſubordinati gradus, multa ac varia membra, haud dubium, ꝙ & alij in ea ſunt Præſules, ſummo ſub Pontifice conſtituti, qui & ſuo non priuantur honore, ſicut nec ſibi tradita poteſtate: propter quod & monet apoſtolus, vt obediamus præpoſitis noſtris, qui & inuigilant, pro animabus noſtris, quaſi rationẽ reddituri de eis. De quibus & dominus. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Ergò ſtudendum eſt nobis, ne deſimus debito noſtro; haud inſcij, ꝙ non ſecùs ac ſcelus idololatriæ eſt, nolle obedire, & quaſi ars ariolandi, iuſſis nolle acquieſcere.

Mat. 28. Heb. 1. Matt. 11. Heb. 13. Luc. 10. 1. Reg. 15.

F

Iuſtitię plures partes, & ſuũ cuiuſcũque munus.

Obſeruãdum ex particula (Reddite omnibus debita) Quòd iuſtitia, quæ in hoc omnes aſtringit; pluribus diſſecatur partibus. Nàm Religione, reddit debitũ Deo: Pietate, parẽtibus, patrię, ac ſanguine iũctis: Obediẽtia, principibus, & magiſtratibus: Obſeruantia, maioribus ac virtute pollentibus: Gratia, fauentibus & beneficijs: Amicitia, beneuolis, & æqualibus: Humanitate, inferioribus: Et fide, ſeu veracitate, omnibus, etiam hoſtibus. Et quanquàm hæc debita ſunt oĩ homini, potiſſimum debita ſunt fideli, gratia naturam non deſtruente ſed naturæ fauente: quin & complectitur hoſtes illiſque, beneprecatur, vt & Paulus dixit. Verùm & accedit longè maior obligatio, ac potentius debitũ, cui ſoluendo non eſt: illud inquàm quo debet CHRISTO IESV, qui non modò illum redemit, ſed & vt redimeret proprium cruorem effudit. Ergò ſi fideles ſumus, hæc iugitèr mente verſemus, nunquàm omittentes, ingentem hãc obligationem agnoſcere, & eam pleno pectore confiteri: indeſinentèr gratias referentes tantę liberalitati, proteſtando nos illius eſſe mancipia, de quibus & poteſt, & debet, pro ſua volũtate diſponere: Et ꝙ ſi omnia præſtaremus, quæ præſtari ab hominibus poſſunt, ſemper ſerui eſſemus inutiles, quin & pluribus afficiendi plagis, niſi nobis ſua miſeratione ſuccurreret.

Luc. 12.

G

Enarratio tertię portionis vel membri, partis ſupraſcriptæ.

Nemini quicquam &c. Inſtruit quo pacto, ad æquales debent habere ſeſe, intendens ꝙ etſi ſuperioribus, naturali, politicoq́; iure, varijs tenentur obligationibus, tributi, vectigalis, timoris, honoris; fratribus tamen in CHRISTO, æqualibuſque in republica eius, alio non aſtringuntur debito, quod debito, fraternæ non comprehendatur charitatis. Orditur itaque. *Nemini*, hoc eſt, nulli homini: quæ vox eſt æqualitatis, communiſq́; ſortis, *quicquam*, maiori arctioriuè, *debeatis*, iure, aut aſtringamini vinculo, quàm dilectionis mutuæ; quæ & legem vniuerſam comprehẽdit. Et iccircò ſubdit. *niſi vt inuicèm diligatis*, non ſolum beneuolentia naturali, qua omne animal diligit ſibi ſimile, non ſolum amicitia, moraliq́; neceſſitudine, qua amicus fauet amico: ſed & charitate CHRISTI, quæ protenditur vſque ad hoſtes. Hęc multorum vos debitores facit, à quibus eximi non poteſtis: ꝑter id, ꝙ tàm arctè agglutinaĩ legi, ꝙ ſolùm, *qui proximũ diligit*, corde, verbo, & opere, *legem*, præſertim quæ ſecundæ in ſculpta eſt tabulę, *impleuit*, abſoluitq́;. *Nàm*, mãdatum illud. *non adulterabis*, quo & comprehenſa eſt, quæuis illegitima venus. *non furaberis*, quo interdicta eſt omnis fraus, rapina, & fœnus. *non falſum teſtimonium dices*, quo & omne prohibetur mendacium, omniſq́; hypocriſis. *non concupiſces*, quod & omnem inordinatum reijcit appetitũ, *& ſi quod aliud eſt mandatum*, ne cuncta commemoret, *in hoc verbo*, vnico hoc præcepto, *inſtauratur*, recapitulatur, ſeu in ſummam reducitur, græcè. *Diliges*, amore charitatis, *proximum tuum*, cuiuſnolueris nationis, etiam ſi malè afficitur tibi, etiam ſi perſequitur & offendere curat, *ſicut teipſum*, diliges ex charitate: hoc eſt, vti CHRISTI membrum, etſi infirmum, etſi aridum; & ad eundem finem, propter Deum inquam, & ob gloriam eius. *Dilectio*, autem, *proximi*, vel proximo græcè, *non operatur malum*, vt quæ non mœchatur, non falſum teſtimonium dicit, & id genus, de reliquis; ſed precatur, & operatur bonum, cum illum diligere faciat ſicut ſe. *Plenitudo ergò legis eſt dilectio.* Quod de præceptis, vt diximus, ſecundæ tabulæ, nullius eſt ſcrupuli. Verùm & cum charitas, ſui proximique, ſine Dei charitate non ſit, immò & ab ea procedat

Eccle. 13.

H

Quis proximus, & quõ diligendus.

vt quæ

A vt quæ Deum proximè ſuſpicit,& ob quem omnia ardet; facilè concipi poteſt,ꝙ proximum diligens,Deum diligit,immò & maximè diligit,cum (vt philoſophi tradunt) propter quod, vnũ-
1.Poſt. quodque,& illud ſemper magis. Ergò non ſolùm dilectio abſolutè, totam perficit legem, & dilectio proximi legem ſecundæ tabulæ:ſed & dilectio proximi, abſolutionem totius includit de-
Deu.6. calogi. Et quanquàm dilectio Dei,& proximi, ad legem quòque pertinet Moſis, quæ non erat
2.Cor.4. Rom.5. lex ſpiritus,ſed literæ,non largiens gratiam, ſed minitans pœnam, & propterea videri poſſet,
1.Thi.1. opus non eſſe ea charitate,quæ per ſpiritum ſanctum,effunditur in cordibus noſtris; ſiquis tamẽ animaduertat,ꝙ finis legis eſt charitas,de corde puro,conſcientia bona,& fide non ficta,& ꝙ ea præcepta potiſſimum congruunt naturæ ſanæ,facilè ſibi erit agnoſcere,ꝙ in lege Moſis non valebant præſtari,ea,qua inſtituta ſunt abſolutione,niſi à præuentis gratia ſpiritus ſancti. Ergò cũ gratia compleat legem,& apoſtolus ob id,ſuam exerceat functionem,vt omnem hominẽ, perfe-
Colo.1. ctum exhibeat Deo;palàm ꝙ etſi hæc in lege præcipiebantur Moſis,exactius,præſtantiusq;,exiguntur in euangelio CHRISTI. Propter quod,& ſi dilectio tunc præcepta,dilectionem forſan non tranſcenderet naturalem; modò tamen exacta, ſine charitate non præſtatur ſpiritus ſancti, qua & verè,& ſimpliciter,quod iuſſit lex,adimpletur. Dilectio in lege præcepta, forte nõ trãſcendit humanam.

B *Et hoc*, præcedentia refert, quo & exagerat dilectionem exhibendam ꝓximis: volens vt id ꝓſtetur,eò ſerius,immò & cumulatius,quò tp̃s inſtans,ſub quo & degunt,illud potiſſimum vrget, *ſcientes*, ex his,quæ ꝑ euangelium eſtis edocti, *tempus*, in quo ſumus,tp̃s eſſe gratiæ, & dilectioni
Matt.10. commodum,quo & ignis venit in mundum,& quidem vt vehementius ardeat. Ergò omnẽ frãgamus morã, *quia*,&, *hora eſt de ſomno*, ſocordiæ ignauiæq;, *iàm ſurgere*, qm̃ lux venit in mundum,
Ioan.1. Malach.4. & orto iuſtitiæ ſole, ad noſtrum opus debemus exire. *Nunc enim propior eſt noſtra ſalus quàm cum credidimus*. Et intendit,ꝙ cum cęptum eſt euangelizari gentibus,aliqua permiſſa ſunt, immò & cõi cõſilio ordinata in fauorem legis,quæ ad euangelij candorẽ non faciunt; vt abſtinere à ſan-
Act.15. guine,& ſuffocatis:abſtinere ab imolatitijs,nec comedere quicquid in macellum venit: quæ & ſi lex vetabat,ac veſcentes vt immundos conſtituebat, euangelica tñ libertas permittit,& nihil cõe vel immundum decernit: eo nihilòminus tp̃e,paſſim euangelio prę̃ualente,ac fructificante,inſtabat tempus imponẽdi finem,funeralibus pompis,quibus Nouercam permiſſum eſt tumulari
Aug. (ità de lege loquitur Auguſtinus)& iccircò propiot etat ſalus,quia illuſtrius cernebatur, appre-
In pſal. pluribus. hendebaturq́; CHRISTVS, qui ſalus eſt noſtra, ſicut & Propheta, non ſemel atteſtatus eſt. *Nox*
C *præceſsit*, tùm infidelitatis,tùm vmbrarum veteris legis: *Dies autèm*, euangelicæ lucis, & gratiæ, *appropinquauit*, vt quæ nobis nunc reddita eſt limpidior, & ad vrgendum ad dilectionem mutuã efficacior. *ergò abijciamus opera tenebrarum*, ſiue ſint peccata, ſiue vmbrę moſaici ritus: *& induamur arma lucis:* quæ ſunt operationes bonæ,& potiſſimum charitatis, quæ nitent gratia Dei; & maxi-
Ioan.1. mè cum finnt ad imitationem CHRISTI, qui lux eſt, quæ illuminat omnia Et quia per hæc ab hoſtium defenſamur calumnijs,quin & ꝓfligamus eos, vt qui confodiuntur probè factis,nõ immeritò armorum typo explicata ſunt. *ſicut in die*, cum iàm appropinquarit, *honeſtè ambulemus*, Si- Arma lucis, opera grauę
cut enim in die naturali, vt appareamus ſplendidi, incedere ſolemus, honeſtiori habitu; ità & in
Philip.2. Matt.6. die, euangelicæ gratiæ, ornatius progrediendum eſt, in ſanctis operibus: vt luceamus in medio, nationis prauæ,non ſecus ac luminaria in mundo,quibus & glorificetur pater qui in cœlis eſt. *Non*, ergò ambulandum, *in commeſſationibus aut ebrietatibus*, quibus æſtuantes maculẽtur neceſſe eſt, *in cubilibus & impudicitijs*, & non raro, *in contentione & æmulatione:* vt experientia docet. *Sed induimini dominum* IESVM CHRISTVM, vitam ad illius inſtituentes exemplum, crucemq́;
Galat.5. baiulantes poſt illum: *& curam carnis non feceritis*, vt quàm crucifigere debetis cum eo, vt faciunt
Eph.5. qui ſunt CHRISTI, ex doctrina apoſtoli:& maximè, *in deſiderys*, concupiſcentijsq́;: tametſi &
D foueri,& nutriri valeat, in obſequium Dei,& fructum bonorum operum.

Obſeruationes huius membri.

Ioan.15 Obſeruandũ ex particula(Nemini quicquàm debeatis, niſi vt inuicem diligatis) Quòd cum dilectio mutua,tantæ ſit excellentiæ, vt non modò cõſtituat nos, diſcipulos CHRISTI, (in hoc Excellentia dilectionis mutuę.
1.Ioan.2.3. cognoſcẽt omnes,ꝙ mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicẽ,)ſed & ferè vniuerſam complectatur euangelicam legem,(hoc inquit Euangeliſta, eſt mandatum eius, vt credamus in noĩe filij ſui,& diligamus alterutrum,)nec mirum, quoniam(vt idem affert) ſi diligamus inuicẽ, Deus in nobis manet,& eius charitas in nobis perfecta eſt; in ea debemus potiſſimum exerceri,
Ioan.13. & ea quidem lege,qua mandata eſt nobis. Hęc inquit CHRISTVS, mãdo vobis, vt eo pacto diligatis inuicem, ſicut & ego dilexi vos. Quod nõ modò intelligitur, verè, ac ſine fuco: nõ modò

vt diligamus verbo, opere, & veritate, ſed vt & diligamus, etiá ſi ſint hoſtes, & eò quidem vſque- E
quo & animam, cum opus eſt exponamus. Propter quod & apoſtolus. Imitatores Dei eſtote, ſi- Epheſ. 5. Matt. 6
cut filij chariſſimi, qui ſolem oriri facit bonis & malis, & ambulate in dilectione, ſicut & CHRI- Rom. 5.
STVS dilexit nos, cum & illius eramus inimici, & tradidit ſemetipſum pro nobis, hoſtiam, & ob- Ephe. 5.
lationem Deo in odorem ſuauitatis.

Vita noſtra peregrinatio.

Obſeruandum ex particula (Nunc autem propior eſt noſtra ſalus, q̃ cum credidimns) Quòd cum vita noſtra, peregrinatio ſit ad patriam, ad quam ſi ſumus aſcripti ciues, in dies ſuſpirare debemus; haud dubium ꝗ dum magis, celeriusuè ꝓgredimur, magis ac magis termino appropinquamus. Sed faxit Deus, vt vitæ noſtræ progreſſus, ſemper ſit in ſalutem: faxit vt progrediamur veluti membra, cum capite CHRISTO, qui proficiſcebatur ſemper, nobiſcum agens, ſicut in ꝓfectu ætatis, ità & in profectu gratiæ, ac ſapientiæ; coràm Deo, & hominibus.

Eph. 2. Luc. 2.

Enarratio quartę Portionis, vel membri partis ſupraſcriptę.

CAP. XIIII.

Infirmum in fide &c. Monet quo pacto, robuſti in fide debeât gerere ſeſe, ergà imbecilles in ea: addens & econuerſo, vt vberior ea in re ſit reſolutio. *Infirmum*; inquit, *in fide*. Sicut fides inuenitur magna, (ò mulier magna eſt fides tuá,) ità inuenitur & parua, (Dn̄e adauge nobis fidem,) & hæc plurimũ eſt infirma, vt quæ altius radices nõ fixit, *aſſumite*, nõ repellite, nõ declinate; ſed in cõſortium, vti fratrẽ, quin & cõmẽbrum admittite. *non in diſceptationibus cogitationum*, Quanq̃ nonnulla, vt tactum eſt, legalia, & præſertim de ciborum, ac dierũ delectu, naſcẽte Eccleſia, ſunt ꝓmiſſa, ac vſq; ad euangelij ꝓmulgationem, & ꝑ hoc, vſquequò apoſtoli fuere ſupſtites, & maximè Petrus & Paulus, qui & erant p̃cipui, tolerata (q̃quidem cum mandatũ acceperint exeundi in mundum vniuerſum, & euãgelizandi oĩbus creaturis, hæſitandum non eſt, illos ſtrenuè paruiſſe, ac eorum opa, euangelium ſatis ſuperq; inuulgatum eſſe) paulatim tñ creſcente ſole, euaneſcebant tenebræ: & eò magis quò apoſtoli ad extremũ ꝑtingebant diem. Ergò et ſi hæc dictãte apoſtolo, ſol non parum illuxerat, quia tñ non prorſus deſierant nebulæ, mirandum non eſt, ſi nonnulli credentes, qui erant Romæ, ea inuoluebãtur caligine, vt abſtinẽdum putarent, à ſuilla carne, immolatitijs, ac ſuffocatis, quemadmodum & lex præſcribit: quin & diſcernendum inter diem, & diem, obſeruando Sabbata; & Neomenias: quos infirmos appellat, & tolerari, immò & foueri (non ſecùs ac languidi) vſquequò efficiantur ſani, & in fide robuſti, deſiderat. Ergò ritè monet, aſſumẽdos eſſe à validis, & in fide ſolidis; non vt diſceptẽt cum eis, illis p̃ſertim diſceptationibus, quę plerunq; nec charitati, nec pietati innixæ ſunt, ſed ex cogitationibus occurrẽtibus, & non raro affectu carnis cõmotis, ꝑfectæ: vt quæ, cõi lege, non ꝓſunt, ſed obſunt, non ſanãt, ſed ad interitum pergunt. *Alius enim*, nempè, qui ſanus eſt, *credit*, & rectè, poſſe, *ſe*, euangelica libertate, licitè, *manducare*, indifferentèr, *omnia*, nihil agnoſcens immundũ, Deo oĩa ſanctificante, & euangelio nihil excipiente. *qui autèm infirmus eſt*, vt qui adhuc euangelium candidè penetrare nõ valet, ſi transgreſſionem timet, veſcendo cibis lege prohibitis, non ſit tibi curæ, ſed permitte, vt etiam, *olus*, quod non ꝓhibetur, *manducet*, vt vel hoc pacto conſcientiæ ſatisfaciat. Id tñ cauendum, vt, *Is qui manducat*, nempè ſanus in fide, *non manducantem non ſpernat*, ſed compatiatur potius, ſicut infirmo, *&*, è contrà, *qui non manducat, manducantem non iudicet*, condẽnetùe, planè vt voracẽ, aut vt cõtrauenientem legi. *Deus enim illum aſſumpſit*, in euangelicã libertatẽ, ab oĩ ſuperſtitione legis, in qua vnicè ſibi ſeruit. *Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum?* Qua temeritate eòuſq; præſumis, vt condẽnare tentes; qui non ſubijcitur tibi? *Domino ſuo ſtat, aut cadit*, non tibi. Ergò ſinas dn̄m ſolicitari de ſeruo: vt ſibi ſtet, vel non ſtet. *ſtabit autem*, ſine tua cura, qm̃, *potens eſt Deus, ſtatuere illum*, ſi ſuæ placuerit voluntati. Et intendit his verbis, non auocare nos, à cura ac ſolicitudine fraternæ ſalutis, ſed amouere ſuperfluum infirmorum zelum; quo putant omnes qui liberius viuunt, peſſumire: quod & accidit nimis moroſis, etiam noſtræ tempeſtatis. Et procedit ratiocinatio Pauli. Stabit autem (potens eſt Deus ſtatuere illum) eò ex fundamento, quòd Dei perfecta ſunt opera; & quòd eſt ſummã bonitas, propenſus ad effundendum ſeſe, & perficiendum, ac conſummandum bonum quod operatur in nobis. *Nàm alius*, infirmus ſcilicet, *iudicat inter diem*, Sabbati, Neomeniæ, *& diem*, qui communiter, & ſine legis animaduerſione ſuccedit. *Alius*, autem, *iudicat omnem diem*, inter nullum diſcernens, ſed quemlibet æqua lance diiudicans. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu, abundet*, græcè, quilibet propriæ menti ſatisfaciat. Et retinendum ponderandumque eſt, Paulum, tùm de cibis, tùm de diebus loqui, de quibus animaduertit lex; qui & permittebantur neophitis, propter imbecillitatem, & veluti pedagogia quædam ad CHRISTVM; ſic probè ſpiritu ſancto agente, vt ex actis accipitur. Quarè

Legalia, vſquequo tolerata. — Matth. 15. Luc. 17. (F) — Matth & Mar. vlt. — G — Indebitus nonnunquã infirmorum zelus. — H — Deu. 32. — Cap. 15.

ex lus

A ex his nihil inferri poteſt, vel cōtrà ciborum, aut dierum delectū, quæ ſacroſancta determinauit Ciborum & dierum delectus, in Eccleſia ſacroſanctus.
Eccleſia: qn̄quidem ea nō ſuſcipimus, vt res Moſis, ſed vt traditiones CHRISTI; quas & ſanxit p
Eph. 4. apoſtolos ſuos, p paſtores & doctores, quos ſuæ præfecit Eccleſiæ, ad conſummationē ſanctorū,
& ædificationē corporis ſui. Sicut enim in quauis republica, ſunt peculiares leges, & illæ immo-
biles ac ſacroſanctæ, vt quæ à primis inſtitutoribus editæ, & continua obſeruantia cōprobatæ, ac
Epheſ. 2. ad nos vſq; pductæ; ità & in CHRISTI Eccleſia, quæ & eximia reſpublica eſt, leges quædā à pa-
tribus, immò & apoſtolis, ſunt inſtitutæ, ſup quos & fundata eſt, apoſtolo atteſtante (ſuperædifi-
cati ſup fundamento, apoſtolorū ac pphetarum) & inuiolata obſeruantia ac ſucceſſione cōtinua
1. Thim. 4. cuſtoditæ, pbatæq;: quas & ſanctiſſimas meritò affirmamus, cōtrà quas & impijſſimum ſit, quouis
modò pſumere. Quòd ſi qn̄ Paulus, in illos videtur inuehere, qui vetant nubere, & mādant abſti
nere à cibis, quos creauit Deus cū grārum actione ſumendos; haud dubium q̧ cōſtitutiones nō
inficiatur Eccleſiæ, quibus cauit, ne certo tpe comedātur carnes, nec celebrētur nuptiæ; qn̄qui-
dem ſi illius eſt voluntatis, vt non modò paratus ſit chriſtianus, à carnibus abſtinere, ſed & à vinū
bibendo ceſſare, ob ſcādalum infirmioris fratris; quātò magis & paratus, & ppenſus eſſe debet ab
illis cauere, vt pareat ſacroſanctæ Eccleſiæ? Ergò eo loco, non cōtradicit Eccleſiæ, ſed hæretico-
B rū delirijs, quos præuiderat ſubingreſſuros Eccleſiā, ad puertēdum fideles; vt Taciani, qui detra-
hebant nuptijs, & Manichæi, qui multas creaturas, vti malas dānabant, & pterea ab illis abſti-
Matth. 15. nere iubebāt. Nec Dn̄s, docens quod in os intrat non inquinare hoīem, vult fideliū obſeruātias,
& pſertim ex Eccleſiæ inſtitutione reijcere, cū & ad illam, oēm iuſſerit difficultatē debere reſol-
Mat. 18. ui, & ſi quis illam non audierit velut ethnicum condemnari; ſed docet ex ſua natura, non officere,
etſi officere poſſunt ex prohibitione legeuè. Ergò etſi quod intrat in os abſolutè, non macu- Quod in os intrat, qūo non maculat.
lat, quod tamen intrat prohibitum, maculat, quoniam non intrat, vt oportet: ſicut & maculat
quod intrat, non cùr, aut quantùm oportet.

Qui ſapit diem, cū ſit fidelis, *domino ſapit*, putat enim obſequiū pſtare ſe Deo, *& qui non ſapit diē*,
putans oēs æquales, *Domino non ſapit*. Et hæc ſi nō ſunt in textu noſtro, ſunt & ritè in textu græco.
Et qui māducat, indifferēter: *Domino manducat*, qm̄ pia ac recta intētione, vndè, *et gratias agit Deo*,
qui illū in libertatē aſſumpſit. *Et qui non māducat*, etiam, *domino non māducat*, qm̄ id agit ſcrupulo
cōſcientiæ: ppter quod, *&*, ipſe, *gratias agit Deo*, ad eiùs gloriā abſtinens. *Nemo enim noſtrum*, ſi
fideles ſumus, ac verè ex aīoq; CHRISTO, ſubſcripſimus, *ſibi viuit*, quippè qui & ſe & ſua cōſe-
C crauit Deo, in CHRISTO IESV: *& nemo ſibi moritur*, eadē rōne. Quarè, *Siue uiuimus, domino vi-
uimus, ſiue morimur, domino morimur*: qm̄ ad illū, quocunq; volueris modò ptinemus. *Ergò ſiue vi-
uimus, ſiue morimur domini ſumus*: quarè ſiue māducamus, quod ſuaptè natura, tēdit in vitā, ſiue ab-
1. Cor. 6. 7. ſtinemus, quod è diuersò tēdit ad mortē, Dn̄o māducamus, aut Dn̄o abſtinemus. Cū enim em-
pti ſimus precio magno, nec pterea ſimus amplius noſtri, neceſſe eſt, vt quicquid ſumus, Dn̄o
vnicè cedat: pter id, q̧ & *in hoc* CHRISTVS *mortuus eſt*, morte crucis, *& reſurrexit*, ppter gloriā
patris, *vt viuorum*, cū vita corporis, tùm vita aīę, *et mortuorum*, vtraque morte, *dominetur*, hoc eſt
Ioan. 12. dominatu fungatur. Siquidē in crucē ſuffectus, oīa traxit ad ſe: & à mortuis excitatus, oī poteſta- Vis mortis & reſurrectionis Chriſti.
Matt. 28. te donatus eſt, & vniuerſa illius pedibus ſubſtrata ſunt. *Tu autēm*, infirmus in fide, *quid*, curuè, *iu-
dicas*, vel condēnas, *fratrem tuum*, quē in libertatē aſſumptū cōmendare deberes? *Aut tu*, in fide
ſolidus, *quarè ſpernis*, & nō potius cōplecteris, *fratrem tuū*, infirmū, quē & iure charitatis, & quia
membrum eſt CHRISTI, teneris benignè fouere, eoq; pacto, & illius exēplo, calamum quaſſa-
Ephe. 42. tū non frangere, ac fumigans linum nō extinguere? *Oēs*, & fideles maximè, *aſtabimus ante tribu-
Ioan. 5. nal* CHRISTI, cui oē iudiciū traditū eſt, vt reddamus omniū rōnem. *Scriptū eſt enim*. Eſaiæ. 45.
Hebr. 1. *Viuo ego dicit Dominus*, & loquitur CHRISTVS; qui & eſt oīum hæres & cui omnia tradita ſunt,
Matt. 11. à patre: *quoniam mihi flectetur omne genu*, In noīe IESV, omne genu flectatur, cœleſtiū, terreſtriū,
Philip. 2. D & infernorum: *& omnis lingua*, & per hoc omnis natio mundi, *confitebitur*, mihi, *Deo*, vero, vti
ſupremo iudici, quicquid geſſit, non ſolū in corpore, ſed in mente: qm̄ reuelabuntur omniū co-
gitationes, & detegentur quæuis conſilia cordium. *Itaq; vnuſquiſq; noſtrum*, ſiue infirmus, ſiue
2. Cor. 6. ſolidus, *pro ſe*, & non pro alio, niſi quatenus ſuæ curæ commiſſo, *reddet rationem Deo*, à quo nulla
1. Co. 4. eſt appellatio. *Non ergò*, ſi ſapimus, *amplius iudicemus*, condemnando nos, *inuicem*, ſed iudicium
committamus CHRISTO, cui & ſerui in omnibus addicti ſumus. *Sed hoc iudicate magis*, quin &
omni diſtrictione damnate, quouis modo offendere fratrem: propter quod & ſtudiosè ca-
ùete, *ne ponatis*, verbo, vel facto, *offendiculum fratri*, in quod poſſit impingere, *vel ſcandalum*,
ob quod denique corruat. Quamuis enim inter offendiculum, ſcandalumque, nihil videa-
tur diſcriminis, niſi quòd vnius non ſunt idiomatis; prius tamen ad poſitionem pertinere poteſt

impedimenti,poſterius verò ad impactionem,caſumuè de facto. Siquidem qui iudicat aliũ,haud E
dubiũ,q̃ cõi lege,triſtitia afficit illum,eoq́; pacto, ꝓgreſſui offendiculũ ponit: in quod & ꝓgre-
diendo frequentèr impingit,ac ꝑ hoc ſcãdalũ contrahit. *Scio*, ex euangelica veritate, *& cõfido*,
non in quauis iuſtitia legis,ſed, *in Domino* IESV, qui finis eſt legis,& vt ſol,oẽm vmbram reſol- Roma.10.
uens, *quòd nihil cõmune*, nihil immundũ, quod hebræorum more, vocabatur cõe, *per ipſum*, ſiue
mauis per ſe. Et legendo, per ipſum, notatur CHRISTI beneficio, nullum cibum eſſe immun
dum,cum nullus videatur euangelio vetitus,ꝓpter quod & dictum eſt Petro,quod Deus mun- Act.10.
dauit,tu cõe non dixeris: legendo, per ſe,naturam exprimit cibi, non eſſe ſuaptè natura immun Gen.1.
dã,vel malam,nec mirum cũ ſit à Deo ꝓfecta,à quo nulla res eſt non bona: *niſi ei qui exiſtimat*, ex
conſcientia ſua, *aliquid cõmune eſſe*, qm̃,illi,& non alijs, *cõmune eſt*: non ex natura cibi,aut ex lege
CHRISTI IESV, ſed ex exiſtimatione,ac conſcientia ſua, quippè qui illa reclamãte, veſceretur
eo. Et licèt conſcientia ſit erronea,illum nihilòminus ligat,qm̃ cibum, vt illicitum habet: & ob
id,non mirũ ſi eo veſcendo cõmittit. *Si autẽ propter cibum*, quo liberè vèſceris, *frater tuus*, in fide
infirmus, *contriſtatur*, offenſus in eo,quod iudicio ſuo,non licet, *noli cibo tuo perdere illum*, præbẽ-
do occaſionem ſcandali, *pro quo*, &, CHRISTVS, qui monuit ne ſcandalizarentur puſilli, *mor-* Matth.18.
tuus eſt. Et q̃q̃ electi,pro quibus CHRISTVS potiſſimum mortuus eſt, perdi abſolutè non poſ- F Ioan.10.
ſunt,qm̃ rapere eos nemo põt,ex illius manu: ad tempus tñ tuere poſſunt, & calumniam paritèr
facere,religioni chriſtianæ,vt quæ cões cibos admitteret. *Non ergò blaſphemetur bonũ noſtrum*, quo
fruimur per euangeliũ CHRISTI: & eſt bonum gratiæ,non conſiſtens in cibo iſto,vel illo: quin
&, *regnum Dei*, quod euangelium affert, *non eſt eſca & potus*: tametſi libertas in cibis comitetur Eſa.32.
illud, *ſed iuſtitia*, eſt, per CHRISTI fidem: de qua multa in præcedentibus excuſſa ſunt, *& pax*, Philip.4.
quæ eſt iuſtitiæ comes,& ſuperat omnem ſenſum, *& gaudium*, nõ ſolũ in ſpe gloriæ,ſed in preſ-
Regnũ Dei, quod eſt intrà nos.
ſuris & anguſtijs: etſi non in carne,dùm hic degimus,ſaltèm, *in ſpiritu*, & eo quidem, *ſancto*, pu-
ro ac dedicato Deo. Et hoc regnum eſt,de quo Dñs. Regnum Dei, quo ſcilicet moderatur nos, Luc.17.
intrà vos,conſtitutum eſt. Quanquàm & regnum Dei,quo & extrinſecus, ſuos moderatur fide-
les,in iuſtitia ſit,pace,& gaudio,in ſpũ ſancto: quia & oĩbus vult reddi diſtribuiq́;, quod ſuũ eſt, Rom.12.
cum oĩbus(vt fieri poteſt)haberi pacem,omnes hilaritèr ac periocundè viuere: etſi non commo
dis carnis,aut ꝓſperitate mundi,ſuauitate tñ,ac vbertate ſpũs ſancti. *Qui enim in hoc* regno, *ſeruit*
CHRISTO, eius fouendo membra, *placet Deo*, qui author eſt regni, *& probatus eſt hominibus*, vt
qui non modò,nullum patiuntur ſcandalum; ſed & aſſequuntur ædificationem. *Itaque quæ pacis* G
ſunt ſectemur, & quæ mutuæ ædificationis ſunt cuſtodiamus, vt quæ potiſſimum pertinent ad regnũ
Dei. *Noli* ergò, *propter eſcam*, quæ non magnipenditur, *deſtruere regnum Dei*, quod illius eſt exi-
mium opus,immò & peculiariſſimum munus. *Omnia quidem munda ſunt*, non modò ex ſe,quia à
Deo creata,ſed & per euangelium CHRISTI, cum non ſint in illo prohibita: *ſed malum*, vtpotè
charitati repugnans, *eſt homini*, etiam ſano, ac in fide ſolido, *qui per offendiculum*, ſcandalumuè,
manducat, cum & charitatis ſit,ædificare,& imbecillitati proximorum ſuccurrere. Ergò, *Bonum*
eſt, è diuersò, *non manducare carnem*, non modò lege prohibitam, ſed & conceſſam, *& non bibere*
vinum, quod nemini eſt interdictum, *neque*, comedere bibereq́;, quodcunq́; aliud, *in quo frater*
meus offenditur, dum afficitur triſtitia, *aut ſcandalizatur*, dum impingit,progrediens in religione,
aut infirmatur, in fide ac libertate CHRISTI. *Tu*, firmus, *fidem habens*, q̃ verè nihil eſt vltrà cõ-
mune, *penès teipſum*: nimirum in corde,quo & credis ad iuſtitiam,habe illam, *corã Deo*: quandò-
quidem opus non eſt,illam veſcendo teſtari,cum non ſit ad ſalutem,ſed ſcandalum imbecillio-
ris fratris. *Beatus*, hoc eſt fortunatus, & inſigni fauore præuentus, *qui non iudicat*, qui non con-
demnat, *ſemetipſum*, per reclamationem conſcientiæ, *in eo quod probat*, tùm verbo, tùm facto.
Qm̃, *qui diſcernit*, inter cibum,& cibum,in conſciẽtia ſua,quippè qui eſt infirmus in fide, *ſi man-* H
ducauerit, contrà id quod conſcientia ſuggerit,non beatus,ſed, *damnatus eſt*, vti transgreſſor, illũ
alligante conſcientia propria: quæ nec procedit ex ſano iudicio,ſed ex fidei infirmitate: immò ſi
penitius res excutitur, *non procedit ex fide*, ſed ex ſimulatione fidei. Et hic,ſi non fallor, eſt ſenſus
apoſtoli, in his quæ ſubiungit. *Omne quòd non eſt ex fide*, & proficiſci ſimulatur ex fide, *peccatum*
eſt, quoniam hypocriſis, ac ſimulatio eſt.

Obſeruationes huius membri.

Obſeruandum ex particula(ſiue viuimus,ſiue morimur, domini ſumus) Quàm ſtulta,immò
& quàm impia ſit,anxia ſolicitudo, immoderataque cura, quam nobis,ſecùs quàm par eſt, pro
nobis ſubripimus,contempto, vel ſaltem poſthabito capite CHRISTO, die noctuque, omnem

A impendẽtes operã, nequid deſit, quod faueat pſentis vitę cõmodis, nihil quod liberius, ac delicio
ſius debacchari nos faciat: pter id q ipſi inſignis eſt cura de nobis, & non ſecùs ac de ſe (vt q eius
Ephe. 4. mẽbra ſumus & corpus, quę nemo odio habet, ſed nutrit ac fouet, ſolicitudinẽ gerit. Ergò ſtulti, Stulti ſumus, ſi nos non cõmittimus Chriſto.
ſi nos noſtraq; in illum penitus nõ reijcimus: immò & impji, ſi ſua rebus alijs implicamus, q̃ q̃ il-
lius ſunt honoris & glorię. Quarè nõ debemus ocioſitate reſolui, ſed noſtri, ſiquid pręter culpam
eſt, vt noſtri obliti; q, vt CHRISTI aliquid ſumus, noſtra pro vocatione præſtare tenemur, oĩbus
Eph. 4. neruis aggrediamur, præſtemus, perficiamus, vſq; quò eius conſummetur corpus, in virilem pro-
greſſum, ętatem, iuxtà menſuram plenitudinis eius, quam ęterna pdeſtinatione pręfixit, & à ſuis
membris, vt aſsiduè promoueretur, ſumma cum ratione decreuit.

Obſeruandum ex particula (non eſt regnũ Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, pax, & gaudiũ, in ſpũ
ſctõ) Vt nunq̃ recedat à corde ſicut nec recedere debet à pce, regnum Dei: illud efflagitando, ſi Efflagitandũ ac promouẽdũ regnum Dei.
intrà nos, nõ ſentitur; & pro mouẽdo, qñ Dei clemẽtia adeſſe probatur. Et quamq̃ eximiũ eſt do
1. Pet. 3. num Dei, quanq̃ & per gratiam hæret cordibus nr̃is: niſi tñ fauore fulciatur pſentię CHRISTI,
Eph. 3. 1. Cor. 15. qui eſt homo cordis, inhabitãs illud p fidẽ; nõ deeſt nobis, quo formidemus. Ergò nitendum eſt,
Eph. 2. CHRISTVM fide ac dilectione, retinere intrà nos, qui eſt iuſtitia Dei, pax nr̃a, et gaudiũ ĩ tribu-
B latione (ſi qñ affligi nos opus eſt) reficiẽs ĩteriorẽ hoiem, ĩ ſpũ ſcõ. Cui ſempitern⁹ honor gloria.

CAP. XV.

Enarratio quartę portionis vel membri, partis ſupraſcriptæ.

Debemus nos &c. Quanq̃ potuit, & hæc portio, cũ ſuperiori tractari, ac velut illius articulus
definiri; non obeſt tñ ſi ſeorsùm excutitur, & perindè, ac membrum aliud computetur. Ergò pa-
tefacto, qũo robuſtiores in fide, gerere debeant ſeſe, cum minus robuſtis in ea; pergit & docere, Firmiores ſpiritu, infirmiores ſufferant ſecũdũ carnẽ.
quo pacto firmiores ſpũ, ſufferre habẽt infirmiores carne & maximè exẽplo CHRISTI: Deindè
excuſarſe, ſi fortè liberius ſcripſerit, ob cõfidentiã CHRISTI, qui loquebatur per eum: quo ab
Ieruſalẽ, vſq; ad Illyricum pdicato, pollicetur tandem (cum illis in locis, ſuã iàm functionẽ abſol
uerit) ſe profecturũ ad eos. Et demùm obitèr, pro illis orat, & pro ſe orandũ efflagitat. Ait ergò,
Debemus, iure charitatis, & euangelicæ legis, *nos firmiores*, ſpũ fidei & pietatis, *imbecillitates infir-
morum*, proficiſcẽtes ex carne, & minus ſolida fide, *ſuſtinere*, æquo animo tolerare, quin & non
ſecùs, ac nr̃as ducere & habere. *Et non nobis*, cum nec nobis tñ nati ſimus, & pſertim CHRISTI
ſubſcripti religioni, *placere*, nr̃is duntaxat inhiando cõmodis, omiſsis fratribus noſtriſq; cõmem-
C bris; & potiſsimùm laborantibus, ac opera nr̃a egẽtibus. Ergò, *Vnuſquiſq; noſtrum*, non ſemper
ſibi, ſed & frequenter, *proximo ſuo*, & maximè cum illius expedit infirmitati, *placeat*, illiq; ſeſe
Rom. 8. accõmodet, contẽpto (ſiquod accidat) & incõmodo proprio: idq; non in malum, ſed, *in bonum*,
quod & illi cedat, *in ædificationem*, ſpũs, fidei, & pfectionis chriſtianæ. *Etenim*, vt à capite profici
ſcererur exẽplũ, CHRISTVS ad cuius imaginẽ pdeſtinati ſimus, *non ſibi placuit*, ſed noſtris ſem
per ſtuduit cõmodis, & id cum extremo incõmodo ſuo, in quo & patri vnicè ſatisfecit: *ſed ſicut
ſcriptum eſt*, Pſal. 69. ad patrem verſus, *Improperia*, inquit, hoĩum, *improperantium tibi*, non mo-
dò ex infirmitate, ſed extrema malitia, *ceciderunt*, non caſu, ſed tua volũtate, & mea acceptatio
ne, quin & ppenſione animi, & ardore ſalutis electorum tuorũ, *ſuper me*, non ſecùs ac delicta,
& iniquitates propriæ: pp quod in eodẽ Pſalmo, & ſuas appellat, & velut ſuas ducit. *Quæcunq;
enim ſcripta ſunt*, & præſertim de CHRISTO capite, in diuinis literis, *ad doctrinam noſtram*, nõ An
gelorũ nõ Demonũ, quin nec reproborũ hoĩum, *ſcripta ſunt*, ex ordine quidẽ puidẽtiæ, ſed ope
ra ſpũs ſcti & organo ſanctorum & pphetarum: *Vt per patientiam*, hoc eſt, malorum tolerantiã,
quam æquo aĩo, contẽplari licet in CHRISTO, dùm eſt paſſus, ac cruci affixus pro nobis, *& con
ſolationem*, qua & potitus eſt, cum ſurrexit, ac triumphauit, tertia die, *ſcripturarum*, hoc eſt, in ſcri
D pturis conteſtatã, euangelizatam, exhibitã, & nos ipſius mẽbra, *ſpem habeamus*, q ſi compatimur
pro cõmembris noſtris, cum CHRISTO, indubiè & cõſolatione potiamur cum eo. *Deus autem*,
qui largitor eſt bonorum oĩum, & potiſsimũ *patientiæ*, æquo ùe aĩo tolerantiæ, *& ſolatij*, ſeu cõ
ſolationis cordis, quippè qui natura pati refugimus, & ſine Deo, vero cordis ſolatio, non affici- Nemo ſine Deo, vero potitur ſolatio cordis.
mur, *det uobis*, ſua miſeratione, & fauore CHRISTI IESV, *idipſum ſapere*, ſentireùe, *in alteru-
trum*, quod caput noſtrum ſenſit ergà nos, *ſecundùm*, non veſtrum ſenſum. ſed, IESVM CHRI-
STVM, qui vnicus eſt magiſter, quem & in oĩbus, prout datur, æmulari debemus. *Vt*, tandèm,
Vnanimes, prout & decet vnius corporis mẽbra: *Vno ore*, reiectis non modò diſceptationibus, ſed
& opinionibus varijs, *honorificetis*, honore ac gloria, illis vnicè debitis, *Deum*, bonorum om-
nium pelagus, *& patrem domini noſtri* IESV CHRISTI, qui & incredibili charitate, per illum pa
Gal. 6. ter factus eſt, & omnium electorum ſuorum.

Propter

Propter quod, vt ſcilicet imitemini CHRISTVM, *aſſumite inuicem*, alter alterius onera portan- E Gal.6.
tes, ſine diſcrimine iudæi & græci, *ſicut & CHRISTVS ſuſcepit*, ſiue aſſumpſit, *nos*, proportio-
ne ſua, *in honorẽ*, & gloriã, *Dei:* cui & ſoli debetur, vt aliàs apoſtolus dicit. *Dico autem*, aſſeroq́; 1.Thi.1.
CHRISTVM IESVM, quem in mutua aſſumptione, & iudæi & græci, imitandũ ꝓpoſui, *mini-
ſtrum*, quidem, *fuiſſe*, verbi virtutum, & gratiæ. *circuncisionis*, hoc eſt, hebraici populi: quippè Mat.15.
qui miſſus eſt, à Deo vt per ſeſe, oues perditas quæreret Iſrael: Et id quidẽ, non ob earũ merita
nõ ob obſeruationes legales, aut ſpẽ, quã de illorum conuerſione conciperet, haud inſcius eorũ,
contumaciæ, quin & cõiurationis, ac futuri parricidij, immò & obijciebat ſæpe: veh tibi Bethſai-
Cur euãgelizatus eſt chriſtus his, quos nouit incredulos. da, veh tibi Corozaim, quia ſi in Tyro, et Sydone, virtutes, quas ſum operatus ĩ te, operatus eſſem Matt.17. Luc.10.
pœnitentiã inſignẽ egiſſent in cinere & cilicio: ſed, *propter veritatẽ Dei*, qua voluit eſſe fidelis,
ad confirmandas promiſſiones patrũ, de ſemine ꝓpagando ex eis quod regeret populũ Iſrael. ergò &
ſi ex iſtis aſſumpſit, paucos tñ, & (vt dictũ eſt) non ſecùs ac reliquias moltorũ aſſumpſit. Verùm
ꝑ apoſtolos, aliosq́; miniſtros CHRISTI, q̃ plurimæ aſſumptæ ſunt gẽtes, & ꝑ illos humeris eius
impoſitæ: ꝓp quod ſubdit. *Gentes autem*, quæ ſunt aſſumptæ à CHRISTO, Dico aſſeroq́; nõ ſup
veritate, ſed, *ſuper miſericordia*, debere, *honorare Deum*. quandòquidẽ etſi ꝓnunciatũ eſſet gen-
tes aſſumẽdas in corpus CHRISTI, & potituras pollicitationibus à Deo factis, non tñ erat, ꝓnun F
ciatum, id muneris impẽdendũ illis ex ꝓmiſsione, ſed ex ſola miſericordia Dei. *Sicut ſcriptum eſt*,
Pſal.17. *Propterea* ob miſericordiam ꝓſtitam, *confitebor*, ego CHRISTVS, in mẽbris mei corpis,
tibi, æterno patri, *in gentibus*, conſeſsione laudis, *& nomini tuo cantabo*, pſallendo ſpũ. pſallendo
& mente. *Et iterũ*, ſcriptura, *dicit*, & vt videtur in Eſaia ꝓpheta. *Lætamini gentes, cum plebe eius*; 1.Cor.14.
quippè qui fecit vtraq́; vnũ. *Et iterùm*, pſal.117. *Laudate omnes gentes & magnificate eum omnes po-
puli*. qm̃ vt ſubdit, confirmata eſt ſup nos miſericordia eius. *Et rurſum Eſaias ait*, 11.cap. *Erit ra-* Eph.2.
dix Ieſſe, hoc eſt, CHRISTVS, ex ſemine oriturus Dauid, cui pr̃ extitit Ieſſe, ſine dubio, cum pri
mum venit in mundũ, ad aſſumendum hebræos, *& qui exurget*, à mortuis, quo tpe, eſt iterum in
mundũ introductus à patre, exurget, *regere gentes*, quas & à patre petijt in hæreditatẽ, & *in eo gen* Pſal.2.
tes ſperabunt, in quo & cateruatim miſericordiã aſſequentur. *Deus autem*. non modò largitor,
ſpei, ſed erector; vt in quẽ noſtra ſpes tẽdit, & cui potiſsimũ nititur: *repleat*, copia ſuæ liberalita-
tis, *vos*, cordaq́; veſtra, *omni*, plenoq́;, *gaudio*, quod ex rei adeptione ꝓgreditur *&* cordis *pace*;
quæ ex ordinis tranquillitate innaſcitur, *in credendo*, nã videre illã, nõ eſt cõditio viæ, ſed patriæ:
& intendit petere exorareq́;, vt Dei largitione, vbertim primitijs donẽtur fœlicitatis, gaudio &
pace cõprehenſis: *Vt abundetis*, vt ſubdit, *in ſpe*, qua in ꝓſenti donamur peregrinatione, *& vir-* G
tute, qua aduerſantibus, robuſtè reſiſtimus, *ſpiritus*, nõ carnis, non immundi, ſed, *ſancti:* quo &
ſitis, & ſine ſordè, & conſecrati Deo. Cui honor & gloria, *Certus ſum fratres mei*, ea ex luce, quæ
quòcunq́; diffunditur, *& ego ipſe*, non minus, immò magis quã alij, *de vobis*, veſtraq́; probitate,
quòd et ipſi pleni eſtis dilectione, quæ nota eſt filiorum Dei, *& repleti omni ſcientia*, non mundi, ſed
CHRISTI, qua &, *ità*, lucetis, vt nõ egeatis doctore, ſed, *poſſitis*, ꝑ vos, *alterutrum monere*, ac re-
ctã demõſtrare. *Audacius autem*, ſorsàn, *ſcripſi vobis fratres*, ſi non ex toto, *ex parte:* Verùm id
non tentaui, quaſi rem nouã, aut inauditã afferẽs, ſed *tanquàm in memoriam*, rei exploratiſsimæ,
vos reducens. Et id quidẽ, cum ob mutuã inter nos charitatẽ, tùm *propter gratiam*, apoſtolatus,
quæ data eſt mihi, ex ſua liberalitate, *à Deo*, ne meo muneri deſim, ſed, *ut ſim*, quantùm meæ infir
mitati conceditur, *fidelis miniſter* CHRISTI IESV, cuius legatione fungor, *in gentibus*, mihi pe-
culiaritèr creditis, *ſanctificans*, hoc eſt, ſanctũ faciens, non in ſe, nempè quod ſanctiſsimum eſt,
ſed in earũ cordibus, *euangelium Dei:* quanq̃ verbo græco plenè diſcuſſo, potius ſacrificans, q̃
ſanctificãs, reddẽdum eſt: quo & exprimatur ità euangeliũ à Paulo ꝓdicatum, vt ipſa ꝓdicatio, nõ
ſecùs eſſet ac oblatio ſacrificij: non modò qa ea intẽtione facta, vt vndiq́; cederet in gloriã Dei,
Prædicatio euãgelij, oblatio eſt ſacrificij. ſed & qa ea puritate, ac ſinceritate exhibita, ꝙ in ea nihil admiſceretur nõ cãdidũ, nihil antiquæ H
legis fermento cõmixtum, aut humana ꝓſumptione maculatũ; ſed adeò purè, ità ſincerè, vt quæ
offerũtur, & grata ſunt Deo: Et id quidẽ, *Vt oblatio gentium*, quas vt hoſtias viuentes, ſctãs, Deo
placentes, ſtudeo illius offerre maieſtati, *accepta, &*, abundat copula, *ſanctificata*, non in cere-
monijs, aut ritibus legis, ſed, *in ſpiritu ſancto*, eorum corda ꝓfundente, inhabitãte, ſanctificãte,
ac conſecrante: vt & illius efficiantur auguſtiſsimũ templũ, in quo iugiter, vnicèq́; colatur ꝓci-
bus, ac alijs ſpũalibus ſacrificijs. *Habeo igitur gloriam*, qm̃ fœlicẽ ſum aſſecutus ſucceſſum, non qui
dem in me, ſed, *in* CHRISTO IESV, in ordine, *ad Deum*, qui & eximia eſt operatus in me. *Non
enim audeo*, græcè eſt tps futurum, *loqui aliquid eorum*; ne fortè illum ſuſpicarẽtur, ſe falsò iactare,
quæ per me, vti ꝑ miniſtrum, *non effecit* CHRISTVS, *in obedientiam gentium*, qua promptè euãge-
lio

Alio ſubſcripſere, *in verbo*, ꝑdicationis, *& factis*, q̃ non diſſonabant à verbo, &, *in uirtute ſignorum, & prodigiorum*, q̃ & paſsìm, & mirificè p me edita ſunt, *in virtute ſpiritus ſancti*, à quo, vt à primo fonte mira, cuncta dimanant: *ità ut ab Ieruſalem*, à qua apoſtolorum receſsi conſilio, deductusq;

Acto. 9.

Cæſaream, dimiſſus ſum Tarſum, *vſq; ad Illyricũ*, quod (vt cõitèr dicunt, eſt adriaticum mare, vel vt græca continent ſcholia, extrema illius eſt regionis, ſeu ꝓuinciæ pars quam nũc Bulgariã nuncupant, *per circuitũ*, quippè qui, eò non veni recto tramite, ſed pluribus peragratis ꝓuincijs, vt ex actis difficilè nõ eſt aĩaduertere, *repleuerim*, ſpũalibus fructibus, *euangelium* CHRISTI, quod

Col. 6. Rom. 1.

aliàs velut arborem facit, q̃ creſcit, & fructificat, in cordibus noſtris. *Sic autem prædicaui*, omni virili vtens, *euangeliũ hoc*, quod virtus eſt in ſalutẽ, *nõ ubi*, ab apoſtolis alijs, noĩatus, ſeu patefactus, *eſt* CHRISTVS, nè viderer eorum detrahere gloriæ, aut in eorũ labores introire, dum, *ſuper alienum*, hoc eſt, iactũ ab alijs, *fundamentum*, meum, *ædificarem*, conſtruerẽq; ædificium: *ſed*, ꝑdicaui, illis in locis, *quibus, ut ſcriptum eſt*, Eſaię. 52. *non eſt annunciatum*, non ſolùm a patribus & ꝓphetis, ſed nec ab apoſtolis. *de eo*, CHRISTO, ſcilicet, & euãgelio ſuo. *Et videbũt*, qui in eis ſunt, oculis mentis, immò & fidei, *qui*, & *non audierunt*, à quocunq;, *de eo*, &, *intelligent*: quippè quibus

cap. 1.

illius detegẽtur arcana, q̃ iure incredulis ſunt obtecta. *Propter quod, & impediebar plurimum*, ſicut

B

& dictũ eſt, à principio, *uenire*, vt erat in votis, *ad*, videndum, *vos*, vt & vobis in Dño fruerer. *Nunc verò ulterius locum non habens*, quo remorari cõpellar, *in regionibus iſtis*, cũ ſatis ſit laboratũ in eis, *cupiditatem aũt habens ueniendi ad uos*, non ab heri, vel nudius tertius, ſed, *ex multis iàm præcedentibus annis*, quibus vobis ardentèr afficior: *cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero*, quod (ni fallor) non differendũ eſt plurimùm, *ſpero quòd*, ſaltẽ *præteriẽs uidebo uos*, immò, *&*, ꝗ *à uobis deducar illuc*: *ſi uobis primùm*, non dicã ex toto, quod eſt impoſsibile, ſed, *ex parte*, in Dño, *fruitus fuero*, iuxtà deſideriũ meum. *Nunc*, anteq̃ aliud aggrediar iter, *proficiſcor in Ieruſalem miniſtrare*, neceſſaria pauperibus, *ſanctis*, qui in ea ſunt *Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem*, ſeu cõionẽ, *aliquam facere*, hoc eſt, eleemoſynã pinguẽ colligere, diſtribuendã, *in pauperes ſanctorũ, qui ſunt in Ieruſalem*. *Placuit autem eis*, id facere, & iure quidem, qm̃, *& debitores eorum ſunt*, non modò debito charitatis, ſed & quodã pacto iuſtitiæ. *Nam ſi ſpiritualium*, honorũ, *eorum participes ſunt facti gentiles*, vt qui inſerti ſunt in oliuã pinguem, *debent*, & optimo iure, *& ipſi, in carnalibus*, ſaltèm, *miniſtrare eis*, & ꝑſertìm ad neceſsitatẽ vitæ. *Hoc ergo*, muneris, *cum conſummauero, & aſsignauero eis fructum hunc*, qui ex earum ꝓuinciarũ fide, ac charitate, ꝑfectus eſt, *per uos in Hiſpaniam proficiſcar*: ità quidẽ ſperabat apoſtolus, ſed ſecùs ordinauit ſpũs ſcũs: nàm Ieruſalẽ ꝑfectus, indè vinctus Ro-

Paulus ſolicitus ꝓ eleemoſinis.

C

mam ꝑductus eſt, *Scio autem*, ꝑſuaſus Dei clementia, & veſtra ſolicitudine, *quod veniens ad vos*, iuxtà condictũ, *in abundantia*, ſeu plenitudine, *benedictionis &c.* ꝑ hoc, *gratiæ*, ac beneficij, CHRISTI *veniã*. quippè qui nõ dubito, me ꝛepturũ vos, ad meliora ꝓmotos, ac ĩ pietate locupletatos. *Obſecro itaq; uos fratres, per dominum* IESVM CHRISTVM, cũ nihil ſit, quod fidelẽ aĩum poſsit validius perurgere (& ſe, & q̃ recenſita ſunt pietatis officia, eorũ cõmemdat orationibus) *& per charitatem ſpiritus ſancti*, q̃ inſignis eſt character electorũ Dei, *ut adiuuetis me, in orationibus veſtris*, quas aſsiduè facitis, & quas *pro me*, peculiaritèr, *ad Deum*, effunditis: & in hoc maximè, *vt liberer ab infidelibus*, ac ꝑſecutoribus CHRISTI, *qui in Iudæa ſunt*, Nec iſtud modò, ſed, *&*, vt *obſequij mei oblatio*, quã delaturus, ac pauperibus diſtributurus ſũ, *accepta fiat in Ieruſalẽ ſanctis*, vt q̃ nulla ſit ꝑſecutione remorata, aut impedita, ſed opportunè, ac hilari aĩo excipiatur ab eis: *vt*, & tandẽ, *veniam ad uos in gaudio*, nõ quidẽ mea opera, ſed, *per Dei, voluntatem vt*, & vberius *refociller uobiſcum*. *Deus aũt pacis*, cuiusq; nutu oĩa diſponunt̃, *ſit*, ſemꝑ *cũ omnibus vobis*, corde, verbo, & ope. *Amẽ*.

Obſeruationes huios membri,

D

Obſeruandum ex particula (quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinam ſcripta ſunt) Quòd licet totius ſcripturæ ſcopus, ſit CHRISTVS, licet & oĩ peruestigatus ſtudio, à nobis, nunq̃ ſatis excutiatur ab eis (ꝑter, id ꝙ innumeris obtectus eſt ſacramentis, multa ſunt, q̃ reuelanda ſunt extremis tꝑibus, qñ oĩbus recapitulatis in eo, & q̃ de ipſo ſcripta ſunt, recapitulabuntur in illo, prout Epheſijs explanauimus) Nihilòminus, & plura in eis ſunt, non modò ad illũ ꝑtinentia, ſed & nõ fine illius conſilio ac beneplacito inſtituta, à quibus neminẽ excuſari fas eſt: quæ & quinq; diſſecta claſsibus, nulli non debent eſſe ꝑ oculis, nemini non ad manus: Et prima continẽtur credenda, ſecunda, ſperanda, tertia, diligenda, poſtremis agẽda declinãdaq;: quas quidẽ claſſes, ſiquis &

In ſcripturis cõtẽta, qnq; claſsibus diſpartita.

1. Cor. 14.

& illis quinq; apoſtoli verbis, q̃ ardet in Eccleſia loqui aſſerat poſſe denotari, mea opinione nõ errat. Ergò & ſi nullũ verbum, immò nec minimum Iota, in diuinis literis, ſine myſterio eſt, ſi ſingula innumeris ſcatent arcanis, & vndiq; ſunt grauida ſacramentis, poſt CHRISTVM, tñ, eò

erigẽdi ſunt oculi, vt non modò calleamus, ſed & maximè q̃ pmiſsis cõtenta ſunt claſsibus, indeſinentèr pſtemus. Nàm etſi, eo aĩo, impium nõ eſt, ſcripturas attẽdere, vt parati ſimus oĩ poſcẽti, religionis noſtræ reddere rõnem, & ſi recta ſit intentione, vt validè poſsimus contradictores arguere, ac pſuadere, qui nobis creditur gregi, qñduidem & illa vtilis eſt, ad arguẽdum, corripiendum, & erudiendũ oẽm hoĩem in iuſtitia; potiſsimùm tñ, ea donati ſumus, vt cõtinuò in pmiſsis exerceamus nos, vt & tãdẽ pfecti euadamus ĩ eis, ĩ qua re, ſine dubio, & pcipuus eſt lcõnis fructus. E 1.Pet.3. Titum.1 1.pet.5. 2.Thi.3.

Paſtorib⁹ incũbit, nedum paſcere verbo ſed & eleemoſina corporali.

Obſeruandum ex particula (nunc pficiſcar Ieruſalẽ miniſtrare ſcĩs (Quòd etſi muneris apoſtolici, paſtoriſq; euãgelici ſit, creditos ſibi populos paſcere verbo Dei; extrà tñ onus eorum nõ eſt, & cibum, qñ opus fuerit, impendere corporalẽ, ſicut & Apoſtolus fecit. Vndè, & qui videbãtur colũnę, Petrus, Ioannes, & Iacòbus. poſtq̃ dextram dederunt Paulo, Barnabæq;, vt ipſi euangelizarent gentibus, non iniuria ſuggeſſerunt utriq;, ut memores eſſent pauperum, qui conuertebantur (& præſertim Iudæorũ) ad fidẽ. Ergò licet oĩbus incumbẽdum ſit egenorum curæ: potiſſimùm tñ concionatoribus verbi, & paſtoribus Eccleſiæ Dei. Nec quidem mirum, cum & p illorum ſint inſtituti ſalute, & eo quidẽ onere, vt cum expedit, p illis daturi ſint vitam: pter id, q & vti patresfamilias eorum aſtringuntur gerere curã, & p hoc, q̃ illis ſunt neceſſaria, charitatis viſceribus puidere, ac ſua p facultate oĩbus miniſtrare, haud ſecùs ac filijs, & domeſticis pprijs, immò, & vt membris chariſsimis IESV CHRISTI. Qui in Petro omnibus, qui præficiuntur gregi, non modò ſemel, ſed bis, immò & ter commendauit eum ac quanta ſolicitudine, eò in negocio, inuigilandum ſit, omnes monitos eſſe voluit. Gal.2. F

Amica commendatio, ſalutatioq;, ad claudendum totam Epiſtolam.

Commendo autem vobis, Pheben ſororem noſtrã, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, quæ eſt Cenchreis: Vt eam ſuſcipiatis in domino, dignè ſanctis, & aſsiſtatis ei, in quocũq; negocio, veſtri indiguerit: etenim ipſa quoq; aſtitit multis, & mihi ipſi. Salutate Priſcam & Aquilam adiutores meos, in CHRISTO IESV, *qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt: (quibus non ſolùm ego gratias ago, ſed & cunctæ Eccleſiæ gẽtium) & domeſticam Eccleſiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi: qui eſt primitiuus Achaiæ in* CHRISTO IESV; *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos, & concaptiuos meos: qui ſunt nobiles inter apoſtolos, & ant̃ me fuerunt in* CHRISTO. *Salutate Ampliatum dilectiſsimũ mihi in domino, Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in* CHRISTO IESV: *Et Stachyn dilectũ meũ. Salutate Apellem probum in* CHRISTO, *Salutate eos, qui ſunt ex Ariſtobolis domo. Salutate Herodionẽ cognatum meũ. Salutate eos, qui ſunt ex Narciſsi: domo: qui ſunt in domino. Salutate Tryphænã & Tryphoſam, quæ laborant in domino. Salutate Perſidẽ chariſsimã, quæ multũ laborauit in domino. Salutate Ruſum electũ in domino, & matrem eius, et meam. Salutate Aſincritũ, Phlegontẽ, Hermem, Patrobam, Hermã, & qui cum eis ſunt fratres, Salutate Philologon & Iuliam: Nereum & ſororem eius: & Olympiadẽ, & oẽs qui cum eis ſunt ſanctos. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutãt vos oẽs Eccleſiæ* CHRISTI. *Rogo aũt vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſsenſiones & offendicula, præter doctrinam, quàm vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab eis. Huiuſmodi enim* CHRISTO *domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones, corda ſeducũt innocentiũ. Veſtra enim obediẽtia in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapiẽtes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Deus aũt pacis, conterat Sathanã ſub pedibus veſtris velociter. Gratia domini noſtri* IESV CHRISTI *vobiſcum. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolã in domino. Salutat vos Caius hoſpes meus: & vniuerſæ Eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus, archarius ciuitatis, & Quartus frater, Gratia domini noſtri* IESV CHRISTI *cum omnibus vobis: Amẽ. Ei aũt qui potens eſt, vos confirmare, iuxà euangelium meum, & prædicationem* IESV CHRISTI, *ſecundùm reuelationem myſtery, æternis temporibus taciti, quod nunc patefactum eſt, per ſcripturas prophetarum, ſecundùm præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei, in cunctis gentibus cogniti: ſoli Sapienti Deo, per* IESVM CHRISTVM. *Cui honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.* CAP.XVI. G H

Summa & intentio textus pręſcripti.

Poſtrema hac parte Apòſtolus, & amicè commendat, & amicè ſalutat: admonetq; vt caueant ab hæreticis. Et demum, vt ſolet, in gratiarum actionibus, epiſtolam claudit, & abſoluit.

Enarratio commendationum ſeu ſalutationum, in quibus & abſolutio totius continetur epiſtolę.

Commendo vobis in dño, *Pheben*, quę fidelis erat mulier: vndè & ſubdit, *ſororem noſtram*, non carne, ſed ſpũ: nec modò fidelis, ſed pia, & charitatis operibus vacans; pp quod addit, *quæ eſt in* CAP.XVI.

A miniſterio Eccleſiæ, nempè hoſpitalitati, & eleemoſynis ſtudens, quæ eſt in Cenchreis, quod hoc lo
ci, nomen eſt portus, ac ſtationis naualis, apud Corinthios: vbi non pauci morabãtur fideliũ ab
ea muliere foti, ac ſuſtẽtati: Vt eam ſuſcipiatis dignè ſanctis, hoc eſt, ea charitate, qua decet ſuſcipere
ſcõs: & ꝓ hoc, frẽs & ſorores, in CHRISTO. Nec modò ſuſcipiatis, ſed, & aſſiſtatis ei, fauẽtes, opi-
tulanteſq;, in quocunq; negocio veſtri indiguerit. Nàm Romã accedit, q̃dam ob negocia: & ſi forsàn
tpalia, pia tñ, & fidelibus commoda. Etenim, &, ipſa quoq; aſtitit multis, vt iure, illi non poſsitis de-
eſſe: &, potiſsimùm aſtitit, mihi ipſi, miniſtrando quę fuerant neceſſaria. Salutate in dño, Priſcã,
vxorẽ, & Aquilam, eius virum, adiutores meos, non in conficiendis materialibus tabernaculis
(ſiquidẽ eiſdẽ, vt creditur, erat artis) ſed in ꝓmouenda fide, ac ꝓtendendo tabernaculo, totius
Eccleſiæ, Propter quod dicit: in CHRISTO IESV. Præter id, q, & ceruices ſuas, extremo, ſuppo-
ſuerunt, periculo, pro anima mea, quod creditur fuiſſe Corinthi, qñ tumultuãtibus iudęis, aduer-
Cap. 18. sùs Paulum, coactus eſt recedere, ex eorũ domo, vt ex actis habetur. Quibus non ſolùm ego, gratias
ago, ſed & cunctæ Eccleſiæ gentium: quippè qui oĩbus, eam ob rem patrocinati ſunt. Salutate, &,
pariter, domeſticam eorum Eccleſiam, vt qui plures fideliũ, & excipiebãt, & alebant, domi. Salutate
Epænetum dilectum meum, vtpotè, qui eſt primitiuus, primitiæ gręcè, Eccleſiæ Aſiæ, vel Achaiæ, vt
B alij codices docẽt, quippè qui eò loci, fuit prima Pauli ſeges, Salutate Mariam, quæ multùm labora-
uit in nobis, planè, piè & ex charitate: ſed vbi, vel qũo, ſcriptum non eſt. Salutate Andronicum &
Iuniam, qui ambo erant Iudæi: ꝓꝓ quod ſubdit, cognatos, hoc eſt cõſanguineos, meos: nec modò
cognatos, ſed, & concaptiuos meos, quod qñ, vel qũo factum ſit ignoratur. Qui ſunt nobiles, inſi-
gnes'ue, in apoſtolis, ſeu inter apoſtolos: non q fuerint ex numero duodenario, ſed fortè ſeptua-
genario, qui & antè me fuerunt in CHRISTO, vt qui forte vel eo viuẽte, ſunt ad fidẽ accerſiti: nec
eſt incredibile, q & intèr primos fuerint, qui vrbi ſunt euãgelizati. Salutate Ampliatum, vel Am
pliam, dilectum mihi in domino: Salutate Vrbanum adiutorem meum in CHRISTO, & Stachyn dilectũ
meum Salutate Apellem probatum in CHRISTO, & fortè non ſolũ vitæ ſanctitate, ſed & aliqua pſe
cutione. Salutate eos, qui ſunt ex Ariſtoboli domo, vt qui fortè obierat, aut tunc Roma ſeceſſerat.
Salutate Herodionem cognatum meum, nẽpè hebræũ genere. Salutate eos qui ſunt ex Narciſsi domo, qui
& fortè, non erat ſuperſtes. Salutate Triphænam, & Triphoſam, quæ laborant in domino. Salutate Perſi-
dem chariſsimam, quæ multùm laborauit in domino. Salutate Rufum electum, ad aliquod forsàn onus, mi
niſteriumùe, in domino, & matrem eius, ſecundum carnem, & meam, ob maternum affectũ. Salu
tate Aſyncritum, Phlegõtem, Hermam, Patrobam, & qui cum eis ſunt fratres. Salutate Phylologum, & Iu-
C liam, Nereũ, & ſororẽ eius Olympiadẽ, & oẽs qui cũ eis ſunt, ſanctos: Salutate inuicẽ in oſculo ſancto: quod
ſignũ eſt pacis, ac germanæ dilectionis. Salutant vos oẽs Eccleſiæ CHRISTI,. quas fundauerat, &
ꝓ quibus ingentẽ ſolicitudinẽ gerebat. Rogo, obſecroq;, uos fratres, quos in CHRISTO eſſe de-
cet vnanimes, vt obſeruetis eos, qui fortè non ſunt pauci, qui diſſenſiones & offendicula, non ſecùs ac
membra, illius inimici, qui ſupſeminauit zizanias, præter doctrinã quàm vos didiciſtis, faciunt: & ni
fallor, denotantur Iudęi, qui etſi regeniti, nihilòminus ſeruiebant legalibus, ac non ſolũ verbo,
ſed facto, ſchiſmata excitabaut fidelibus, & declinate ab eis, ne in laqueũ incidatis eorũ, Huiuſmo-
di enim non ſeruiunt, domino noſtro, CHRISTO, ſed ſuo ventri, proprijsq; cõmoditatibus: id quod & Hęretici obſi-
cõe eſt, quibus vis hęreticis: Et per dulces, adulterinoſq;, ſermones, & benedictiones, quas legẽ cuſto ter, ſuo ſer-
diẽtibus mẽtiuntur ꝓmiſſas, ſeducunt innocentium corda, Declinate inq̃ ab eis: etiã ne & maculã in- uiunt ventri.
feratis nobis. Veſtra enim obediẽtia, qua ſincerè, cãdideq;, euãgelio obeditis, in omni loco, & in oẽs
gentes, diuulgata eſt, magno cũ honore, ac gloria; Præter id, q, & gaudeo, ſpũali gaudio, in vobis,
vti in nobiliſsimis Eccleſię mẽbris: in quibus & reliqua meritò gloriantur, Sed uolo, cupioq;, uos
Mat. 10. ſapientes eſſe, vt ſerpentes obturantes aures incantatori, in bono, ſeruãdo ꝓmouẽdoq; quod & cæ
D piſtis: & ſimplices, vt colũbæ, q̃ felle carẽt: in malo, illud euitãdo ac ſugiẽdo; vt quod tandẽ amari-
tudinẽ continet. Deus aũt pacis, ſine cuius ope, nihil ꝓficimus, conterat Sathanam, & oẽ quod ad-
uerſari nititur recto, ſinceroq; ꝓgreſſui veſtro, ſub pedibus veſtris, citò, & velociter, vt cernamus,
non ſecùs ac fulgur, eũ cadere, ac in nihilũ ruere antè vos. Gratia domini noſtri, IESV CHRISTI,
vobiſcum, & ſeruetur, & ꝓficiatur, Salutat vos Timotheus, dilectus, non modò filius, & diſcipulus,
ſed, & adiutor cooperatorq;, meus, in dño: & Lucius, & Iaſon, & Soſipater, cognati mei. Saluto &
vos, ego Tertius, qui, dictante Paulo, ſcripſi epiſtolã, hanc, in domino, in quò, & vinculo charitatis de
uincti ſumus. Salutat vos Caius, quẽ dudũ in baptiſmo regenui, & modò, hoſpes eſt meus, & vni-
uerſa Eccleſia, græcè in gignendi ponitur caſu: & exprimitur, nedũ illũ ergà Paulum agere hoſpi
tem, ſed & ergà vniuerſam Eccleſiã q̃ diuertebat ad eũ, Salutat uos Eraſtus archarius ciuitatis, & ni
fallor, Corinthi; vbi tunc morabatur Apoſtolus, Et Quartus, quod eſt nomẽ ꝓprium, Frater in
domino

domino. Gratia domini noſtri IESV, CHRISTI, *cum omnibus vobis. Amen.* Quamq̃ hæc eadẽ, ſupe- E
rius ſunt repetita, quanq̃ placeat vel hic vel ſuprà, ab aliquo fuiſſe adiecta; mihi t̃ñ non obſtrepit,
ſi & à Paulo aſſerantur, vtroq; loci appoſita, immo & conſonat, ſi nunq̃ non forẽt inculcata, cũ
& nunq̃ ſine Dei gratia, probè poſsimus ſubſiſtere, aut quod volumus ritè quouis modo p̃ſtare.

Gratiarum actio Deo, apoſtolo digna.

Ei autem, Deo ſcilicet, ſoli (vt ſubijcit) ſapiẽti, *qui potens eſt*, ſolo nutu, *vos confirmare*, in fide, et
dilectione, cõtrà quoſuis hoſtiũ impetus, *iuxtà euangelium meum*, quod virtus eſt ſalutaris, oĩ qui
credit, *& prædicationem* CHRISTI IESV, qua primũ p̃dicatus eſt, à p̃phetis, & demùm ab ipſius
apoſtolis, *ſecundùm*, eam *reuelationem*, detectionẽq;, *myſterij*, quo p̃tinebat ad gentes, *æternis temporibus*, non prorsùs ignorati, ſed, *taciti*, in quibus Iudæi, ſolum putabantur populus Dei, *quod
nunc patefactum eſt*, græcè, & clarius, patefacti aũt nunc, & p̃ſertim poſtq̃ apoſtoli ſe conuerterunt
ad gẽtes, *per ſcripturas prophetarum*, in quibus q̃ plurima, illius ſunt vaticinia, *ſecundùm præceptum,
æterni Dei*, cuius ſapiẽtia oĩa gubernantur, ac opportunè ſingula diſponuntur, *ad obeditionem fidei*, id quod non modò fit p̃ ſubiectionẽ intellectus ſed & p̃ exhibitionẽ operũ charitaris *in cũctis
gentibus cogniti*: Ei inq̃, *ſoli Sapienti Deo*, oẽs habẽdæ ſunt gratiæ, *per* IESVM CHRISTVM, qui Pſal. 2.
& gentes petijt in hæreditatem *Cui gloria*, ſit *in ſæcula. Amen.* Et ſubditur Græcis, velut appẽdix:
Ad Romanos, ſcripta à Chorintho, per Pheben, Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchreis, miniſtram. F

Obſeruationes huius partis.

Verè ſapientes & prudentes in bono.

Obſeruandum ex particula (volo vos eſſe ſapientes in bono & ſimplices in malo (Quòd ſi ſapientia, res diſponit per altiſsimas cauſas, ſapientes in bono oĩa petunt, à voluntate. Dei, indeq;
non ſecùs ac è primo ſupremoq; fonte hauriunt, & modũ, & normã ſuarũ operationũ: ſi eſt viro prudentia, erit in bono ſapiẽs, qui non operatur temerè, ſed iudicio, & conſilio. Et q̃m nõ eſt
ſermo de ſapientia carnis, ſed ſp̃us: iudicium & cõſiliũ, vt ſapientes, ſimus in bono, non ſunt exigẽda à carne, ſed a ſp̃ũ, qui nos q̃ pluribus, afficit donis, per q̃, & ritè diſponimur, & in bonis operibus, tùm p̃be, tùm viriliter ambulamus. Præter id, q̃ & ſapientia, ſuauis eſt diuinorũ notitia, ac
myſterij CHRISTI, periculo comprobata cognitio; q̃ indubiè portio (vt diximus) eſt expectatę
fœlicitatis. Ergò & cõpertũ erit illos fore ſapiẽtes in bono, qui ſic vitã inſtituunt, vt æmula ſit reſurrectionis futuræ; ad quã & feſtinãt, & affectibus æſtuant. Simplices aũt in malo, cũ illi ſint, qui
nõ modò inſueti ſunt perperã agere, ſed & inſcij malo fauere vt qui nec mẽbra, nec ſenſum, nec
cõſiliũ adibẽt, vt operẽtur malũ: ſicut è diuerſo ſunt, qui currũt ad opera praua, & veloces ſunt G
ad effundẽdum ſanguinẽ, de quibus & propheta, vęh ſapientibus ad operandum malũ, & inſcijs Prouer. 1.
ad operandũ bonum: illi ĩ malo tandèm ſimplices ſunt, qui nec illud faciunt, nec vt faciant ma- Iere. 4.
chinantur. Et hæc ſunt, quæ præmiſsis apoſtolus vrget.

Deo referendæ gratiæ, vt ſummo ſapiẽti.

Obſeruandum ex particula (Soli ſapienti Deo, per CHRISTVM honor & gloria (Quòd nõ
ſolùm Deo debemus ſẽp̃ gratias agere, & quidẽ per CHRISTVM, vt per quẽ in nos cumulatìm benedictiones deſcendunt, & per quẽ, vt Deo ſunt acceptæ, vnicè referendæ ſunt gratiæ: ſed
& referre debemus, vti ſummo, ſupremoq; ſapienti, & per hoc oĩa q̃ optimè moderanti diſponẽtiq;: Ergò t̃ñ abeſt, vt aliquid ſuſpicari fas ſit, quod miræ, diuinæq; non ſubiaceat p̃uidentiæ, aut
illũ pro his quæ facit, adducere valeat in iudiciũ: q̃ oĩa ſingulaq;, quæ ab illo dimanant, eo pacto
ſuſpicienda ſunt, vt ab oceano oĩs ſapiẽtię, oĩſq; bonitatis proficiſcentia, & per hoc, optima cum
rõne inſtituta: tàmetſi miſeri eòuſq; ſumus, vt caligemus, & non raro, ad materialẽ ſolẽ: quò magis & ad illã inacceſſam lucẽ, in qua tenebrę non ſunt vllæ. Ergò memores ſimus, q̃ oportet hominẽ ſubditũ eſſe Deo, & mortalẽ, nõ paria cũ immortali ſentire. Ergò Regi ſæculorũ, immorta- 1. Ioan. 1. 2. Mac. 9.
li, inuiſibili, ſoliq; ſapiẽti Deo, oĩs honor & gloria: idq; p̃ IESVM CHRISTVM, Dñm nr̃m. Amẽ. H 1. Thim. 1.

Expliciunt enarrationes, non minus doctæ quam piæ, nec minus catholicæ,
quam eruditæ, in Epiſtolam Diui Pauli Apoſtoli ad Romanos,
eruditiſſimi Patris ac Reuerendiſſimi Domini;
Iacobi Naclanti Epiſcopi Clugienſis,
ex ordi. præd. aſſumpti.

SACRAE SCRIPTVRAE MEDVLLA,

ARCANORVM CHRISTI,

Quibus ſingulæ mundi ſunt locupletatæ ætates,
pia, docta, ac clara detectio, necnon
perexacta diſcuſſio.

In qua (præter, id quòd ad CHRISTVM *vſque, quàm accuratiſſime, totum digeſtum eſt tempus: & quod de eo, ad ſæculi remanet vſque calcem, non temere eſt coniectatum: præter id, quòd quæcunq; inſignia, tum in lege, ac prophetarum oraculis, tum in typis, et maiorum hiſtorijs, id genus, recondita ſunt ſacramenta, tam perſpicuè ſunt pateſacta, tamq; argutè, & religioſè diſpoſita, vt iure, nihil deſideres) ncn modo iuxta ſenſum, vt vocant, literalem, ſed & iuxta myſticum illum, ac reconditiſſimum intellectum, quo eximia futurorum, ad* CHRISTVM *vſque, inſtituta ſunt vaticinia: ſex mundi ſunt interpretati dies: vbi conſtat cuncta quæ euenerunt eouſque, conſonare tam exacte: vt ferè videantur hiſtoriæ.*

Per R. P. Et D. Iacobum Naclantum, Clugienſem Epiſcopum.

Ad.m R. P. Mag. Ferdinandi Galli ex
Mtri. Conuentus ad presens Provintie Orie...
Assignatus cum alijs libris proprio Conu...
S. Mariae Gratiarum Albani ---

VENETIIS APVD LVCAM ANTONIVM
IVNTAM. M D LXVII.

Scrutamini ſcripturas:quoniã teſtimonium perhibent de me. IOAN. V. Et impleri oportet, quæ in lege, pſalmis,& prophetis, ſunt ſcripta de me. LVC. XXIIII. Nam finis legis CHRISTVS. ROM. X. Cui & teſtimonium perhibent omnes prophetæ. ACT. X.

SANCTISS. AC BEATISS. PATRI, ET DOMINO NOSTRO, PIO IIII. PONT. MAX.

Iacobus Naclantus, Clugienſis Epiſcopus, fœlicitatem perpetuam.

QVIRITI inſtituère Reſpublicas, non modo diſtinxerunt in populo gradus, ſtatueruntq́ Senatores, Equeſtres, & de Plebe, quemadmodum apud Romanos: non modo conſtituerunt Conſules, Prætores, Tribunos, vt optime res componerentur ciuiles: ſed et accuratiſſime diſpoſuerunt de Religione, deq́ Sacerdotibus: quibus & primas tribuerunt partes: vt & Deo vti par erat, debitus redderetur cultus. Quare Pontifices, vt præcipuos religionis miniſtros, inſignibus affecerunt honoribus, nec tantum in noſtris Italiæ partibus, vbi & Etruria, non potiori, forſitan ratione,

Sacerdotibus primę partes I Reipub.

B *quàm à Thure, ſeu, ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt ſacrificare, nuncupata Thuſcia eſt: ſed & apud nationes Barbaras: quemadmodum & in Aegypto, in qua omnes diuino cultui mancipati, nedum à communibus eximebantur oneribus, ſed & magnificentiſſime ex ærario eis prouidebatur publico.*

Fuit & Religio in præclarioribus mundi regionibus eouſq; celebris, vt nulla res duceretur celebrior, nulla illuſtrior: adeò vt & præclariſſimi viri, omni niterentur ſtudio, tantum ſibi fauoris accerſere, vt fierent ſummi Pontifices: ſicut de C. legitur Cæſare, qui, pro Metello Pio defuncto, in ſummum obtinuit ſubrogari Pontificem: & de Aemilio Lepido, qui, Cæſare interfecto, non paruo negocio, in Pontificis locum ſuffectus eſt, Et quid multis: quando eo donati ſunt dignitatis, eo celſitudinis, vt paſſim, viri illuſtres, & nonnunquam Principes ſummi, procumberent eis? quod & Alexander, cui ſatis non videbatur Orbis, coram ſum-

Ioſephus. 9 Antiqui. 8.

C *mo ſeruauit Iudæorum Pontifice. Deniq́ niſi res foret omniquaq; pendenda, non fuiſſet Dominus, & vt præclarum, ac præſtantiſſimum munus, populo à ſe delecto, pollicitus: quòd ſi maneret promiſſis, ſuisq́ obtemperaret mandatis in ſacerdotale illum proueheret regnum: vt in Exodo decimo nono.*

Quid ergo? Si rite ita factum eſt, apud ethnicos: Si iure, id in republica ſeruatum eſt Moſis: quanto magis probandum eſt, in republica CHRISTI; *Cuius caput, ſummusq́ Princeps, ſummus eſt, & Sacerdos? in qua ſi ſacerdotalis ſanctitas, maieſtati non præponeretur regiæ; Apoſtolorum princeps, Eccleſiam alloquens* CHRISTI, *non commutaſſet Exodi uerba, Vos, inquiens, genus electum, regale Sacerdotium: & non, vt eò loci, ſacerdotale Regnum. Siquidem, currente Synagoga, ſacerdotium acccedebat Regno: at* CHRISTI, *refulgente Eccleſia, regnum accedit Sacerdotio: vt perſpicue verba vtroq; præſeferunt ex loco. Ergo iure, in*

Papa ſummus Princeps & Sacerdos.

1. Pet. 2.

D *Eccleſia, quæ Regnum eſt, & Reſpublica* CHRISTI: *& prior, & præſtantior pars Religio eſt, & Pietas propter hoc, in Deum, & Sanctos.*

Nam licet, apud Gentes, alia ſit, à Pietate, religio; cum hæc Deum attendat, immolet, et vti primo rerum principio, ac omnium bonorum Oceano, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, debitum exhibeat cultum: illa vero, ad proximos ſit reſtricta parentes, patriam, & ſanguine iunctos, quibus vt decet impendit obſequia: fideles tamen (etſi de qua loquuntur, non reijcitur pietas) quia & Deum venerantur vt Patrem, quin et paſſim, eo interpellant ſub nomine: agnoſcunt & vt patriam, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, vtq́ conſanguineos, cæleſtis politiæ ciues; non iniuria, immò egregio cum ſacramento, in Pietatem religionem congerunt,

Acto. 17.

Gal. 4.

transſeruntq́; Verum non politicam, quam inter ſe ſeruant in præſentia, homines, ſed Chri= E
ſtianam, quæ Deum, vt Patrem, ſicut diximus ſuſpicit, ſupernam veneratur curiam, &
Sanctos colit, qui ſe receperunt, in eam. Ergo, in Deum, cæleſteſq́; ciues pietas, apud fideles,
religio eſt: ergo & potiſſimum, reipublicæ CHRISTI, *ſtatuendum eſt munus: ergo & præ om*
nibus, illius habet congruere capiti, ergo ſicut CHRISTO *primũ, qui extitit tam eximie Pius,*
vt nunquam, vt inquit Paulus exauditus non ſit, ſuam ob pietatem: ita & mox eius ſacro
Sũmo Pontifici Pietas maxime neceſſaria. *ſancto, eſt opportuna Vicario, & per hoc ſummo maximoq́; Pontifici.* Heb.5.

Quare non ſine diuino factum eſt auſpicio, vt & Tu fœliciſſime Pontifex, PII, *inaugu=*
ratus ſis nomine: vt perilluſtre omnibus ſit inditium, te nuſquam cæleſtem non attendere Pa
trem, nuſquam ad ſupernam non æſtuare Politiam, nuſquam glorioſos non venerari ciues,
Deiq́; domeſticos: tametſi, nec vt Pijſſimus Pater, illos omittis, quin & tota complecteris pe
ctore: qui præſenti agone grauati, ſuſpirant aſſidue, ſi quando, ſi quo modo, de corpore iſtius Rom.8.
abſoluantur mortis: vt coram poſſint, & abſolutæ perfungi pietatis officijs, & mutuis, dulci F
Papa, & Vrbis, & Orbis ſumm' Antiſtites. *busq́; (vt inter conſanguineos) potiri complexibus. Nec ab re, cũ non tam Vrbis, quàm Orbis,*
ſis ſupremus Antiſtes: cui & fidelium omnium, quocunq; verſentur loco, cura eſt credita,
cunctorumq́; institutus es Paſtor & Pater: ſicut & nos, è diuerſo, tibi aſcripti ſumus, vt
obſequentiſſimæ oues, & veluti chariſſimi filij.

Et quanquam Chriſtiana pietas, nunquam (vel à teneris) tuo non inſederit animo: quan=
quam ſemper ſe prodiderit, magnificeq́; profuderit: modo tamen, eò contrectatur vberius,
quò ad ſummũ cũ ſis euocatus apicẽ, non immerito fulget illuſtrius, & exundat, omni ex par
te locupletius: quandoquidem & ea potiſſimum ratione, in tam præcelſum euectus es gra=
dum, vt non ſecus ac Sol, in caliginoſo reſplendeas loco, donec clarius illuceſcat dies, & Lu= 2.Pet.1.
cifer totius pietatis CHRISTVS, *in quàm plurium reniteſcat cordibus: qui ab impio, omniũq́;*
tenebrarum principe, dementati: à vera nedum deſciuère pietate: ſed & capitaliſſimi, illius G
euaſerunt hoſtes: dummodo ſua pro pietate faxit Deus, vt mundus, non magis, vt ſolet,
ſuaq́; demerentur flagitia, tenebris afficiatur quam luci. Ioan.3.

Qua quidem in re, quantum tuus propendeat animus, nemo eſt qui non probet: cum ex=
ploratiſſimum mundo ſit, quanto vrgeas zelo, tum reſtitutionem morum, tum promotionem
generalis Concilij, necnon pietatem Chriſtianam: ut tandem, nihil errabundis deſiderandum
ſit ouibus: vt reſipiſcant, nihil impijs, vt ad Quater Pium reuertantur Patrem: qui & præ-
ſtò eſt, vt illos excipiat, pijs complectatur vlnis, foueatq́; paternis viſceribus: præſtò vt oſcu
letur primam reinduat ſtolam, decòret aureo anulo, honeſtet opportunis calceis, inſtruat alta Luc.15.
ris menſam, & diuinæ laudis, reſonare faciat Symphonias.

At iam meæ ſunt partes, ut non ſecus ac pius filius, Pijſſimo procumbens Patri, pij animi,
pium aliquod exhibeam pignus: quare, & pium hunc laborem (etſi opus mea pro imbecillita
te, tenue) Pijs tuis pedibus ſubdo, haud inſcius, quòd ſicut pio, filialiq́; exhibetur animo, ita et
pio, paternoq́; recipietur affectu. Qui, ſi tuo (quod ſupremum eſt) fuerit approbatus iudicio:
pias cæleſti Patri, referam gratias, orans obſecranſq́;, per ſuum ſemper Pijſſimum filium, qui Heb.5.
nunquam pro ſua, vt diximus, non exauditur pietate, vt diu, te PIVM, *Paſtorem, Patrem,*
ſummumq́; Pontificem, ſuæ ſeruet Eccleſiæ: quam vt ſeruaret, ſumma eum pietate, Vnige=
nitum dedit. Cui gloria. Amen.

SACRAE SCRIPTVRAE MEDVLLA, VEL, ARCANORVM CHRISTI,

Quibus ſingulæ mundi ſunt locupletatæ ætates, pia, docta, & clara detectio: necnon perexacta diſcuſſio.

Per R. P. & D. Iacobum Naclantum Clugienſem Epiſcopum.

PROLOGVS.

ARCANA Dei, vt ſunt ſacroſancta: ita & meritò, diuinis in literis, haud
ſimplici velo, ſunt obtecta: idq;, vt videntes non videant, & non videntes
Mat. 13. & 11. intelligant; vt domini ſentẽtia eſt: Qui & nonnunquã gratias egit Patri,
B ꝙ hæc abſconderit ſapientibus, & prudentibus, iudicio mundi: & reuela-
uerit paruulis & contemptibilibus, in oculis proprijs; Et ea maxime quæ
decreta erant, in CHRISTO: vt quæ placuit, non modo ſub rebus obtege
re typicis, aut maiorum geſtis, ſed & non raro, ſub tam humilibus recon-
dere ſymbolis: vt nõ ſolũ deprehẽdi non poſſent ſapiẽtia & iudicio homi-
num; ſed nec penetrari ſtudiò ac perſpicacia Sathanæ. Nam licet non ſugiſſet eum, redimendum
eſſe genus humanum; non ſugiſſet amiſſurum ſe mundi regnum, deſtituẽdum ſpolijs & trophę-
is fraudulentia partis & iniuſte detentis: callebat nihilominus & ſe in profundiorẽ tandẽ conij-
ciẽdum tartarũ, ibiq; nedum irreſolubilibus ſe vinciendũ catenis, ſed & perpetuis inurẽdum flã
mis; cum ea inculcẽt literæ ſacræ, crebro repetantur in ſynogogis, & filijs quaſi ꝑ manus tradan- Sathanas cur in CHRISTI halluci nat' arcanis.
tur à parẽtibus. Verum quia res ſibi fuerat ꝑmoleſta, viſu & animaduerſione grauiſſima; illã vel
diſſimulabat, vel ꝑuerſo interpretabatur iudicio, vel iniquo ꝑuertebat affectu. Pręter id, ꝙ blã-
diendo ſibi, pręſumebat plurima ſupra vires: Præter id, ꝙ Deum nõ manſurum argumentabatur
promiſſis, tum quia exiſtimationem fugiebant oĩum, tum quia grauiſſima ponderabat hoĩum
ſcelera, & potiſſimum populi pręelecti, ac ꝑ oĩbus grati. Accedebant & à ſe excogitatę fraudes,
C tẽtádæ ꝑditiones, inſidiæ, ſtratagẽmata: & id genus, machinationes innumeræ. Quæ plane oĩa,
Matt. 7. non ſolum ab ijs quæ nouerat, dimouebant animum, ſed & auocabant eò vſque, vt non ſecus ab
illo ducerentur ac ſomnia, quin & manifeſta deliria: Deo quoque id iuſto iudicio, tum permit-
tente, tùm & cooperante, ne proijcerentur margaritæ: nam cum foret, omnium ſuperbiſſimus,
indignus erat ſecretorum cœleſtium; & CHRISTI maxime cuius erat capitaliſſimus hoſtis,

Et licet, nunquam CHRISTI, beneficium, modo quopiam non illuxerit mundo: licet &
Heb. 4. eò detectius, quo exhibitionis tempus indiſtantius: licet & electi ea fuerint notitia perſuaſi,
cum doctrina CHRISTI niſi admiſta fidei, ad ſalutem non proſit: Illa tamen detectio propa-
latioque, ſicut non proficiebat reprobis: ita nec illuſtrabat Sathanam: Quippe qui doctorẽ non
habebat internum, minusq; ſancti ſpiritus concitabatur impulſibus; quibus vel illi reuelaren-
tur oculi, vel reſerarentur aures: quin & videns obcæcabatur magis, & audiens, in vtranque,
non tam obdormiebat, quàm & obſurdeſcebat aurem; vt iure riteque cum omnibus agitur ob-
ſtinatis, Licet inquam electis, nunquam CHRISTI, munus fuerit penitus occultatum, vt
Roma. 3. Apoc. 13. qui ſaluari non poterant, niſi fide eius in ſanguinem, vt Apoſtolus docet: propter quod & Dile
ctus, agnum occiſum aſſerit à principio: licet & pro temporum ratione, nunc magis nunc minus,
D fuerit patefactum: quoniam magis tempore legis ſcriptæ, quàm inditæ: Poſtquam tamen ortus
eſt Sol, poſtquam progreſſus eſt ad meridiem, poſtquam Euangelium palam, cœpit toto mun-
do diffundi: non modo, CHRISTI munus, redditum eſt dilucidius, ſed omni denudatum ve-
Eph. 3. lo: adeo vt vltra nefas non ſit, ingredi ſanctorum ſancta. Ergo licuit atteſtari Paulo, CHRI-
STI ſacramentum, prioribus agnitum non fuiſſe ſæculis, ſicut ſanctis Apoſtolis: quibus & re-
Ioan. 20. ſeratus eſt ſenſus; vt illud ſacris in literis cernerent quam perſpicuè: Nec modo Apoſtolis, ſed
Luc. 24. Apoc. 5. & per eos fidelibus alijs: quibus & datum eſt noſſe myſteria regni Dei, vt amicis, & non vt ex-
teris in parabolis: quin & reſeratus ſcripturarum liber, & ſeptem reſoluta ſignacula, quibus ſe-
Eſa. 11. ptem mundi ætatum recondita fuerant ſacramenta: vt indubiè, terra (iuxta oraculum,) repleta
ſit ſcientia Dei. Quin & Ecclesia CHRISTI tam vberi donata eſt Arcanorum Dei notitia,

vt & conſcia facta ſit omnis veritatis: & ea perſpicacia, vt ab illa, non modo doceri potuerit mun- E
dus, ſed principatus & poteſtates in cœlo, vt Paulus ſcripſit: & ea firmitudine, vt baſis reddita ſit Eph. 4.
& fundamentum Chriſtianę doctrinæ. Ergo haud mirum, ſi paſsim ſacræ deteguntur literæ: ſi 1. Thi. 3.
palam reuelantur ſacramenta cœleſtia, ſi & in illis die noctuq; veri reficiuntur fideles: vt qui-
bus dulcis eſt ſermo CHRISTI, dulcis & vox ſacroſanctæ Eccleſiæ: Siquidem Scriptum eſt.
Audi fili diſciplinã patris tui, nec dimittas legem matris tuæ; vt addatur gratia capiti tuo, & tor- Prou. 1.
ques collo tuo. Et licet in Eccleſia diſtincti ſint gradus, diſpartita munera & officia: licet & ſer- Rom. 12.
monum interpretatio, donum ſit, vt vocant, gratis datum, & concedi valeat peccatori: nullius 1. Cor. 12.
tamen conſtans, nullius infallibilis mea ſententia, interpretatio eſt; niſi ad lydium collata lapi-
Lapis lydius cẽſura Eccleſię. dem, hoc eſt ad cẽſuram ſacroſanctæ Eccleſiæ, & per hoc, paſtorum & ſacrorum doctorũ in ea,
& pręſertim ſummi Pontificis: cui cũ proprium ſit rite CHRISTI oues in vniuerſum paſcere,
indubie & illi proprium eſſe debet, pabulum ſalubre ſecernere, & per hoc verum à falſo ſegre-
gare: De qua re nos alibi plura. Iure ergo & nos; non ſolum quæ hoc in opere, ſed & quæcunq;
alias diximus dicemusq;, CHRISTO fauente; iudicio ſubdimus Eccleſiæ ſacroſanctæ, ſummiq;
in ea Antiſtitis: quin & cuius vis, nobis rectius ſentientis. F

PRÆLVDIA.

Quòd CHRISTVS *Auctor eſt legis: Quòd Moſes eximiam cum illo familiaritatem habuit: Et quòd ab eo, præclara noſtræ ſalutis ſacramenta, edoctus eſt.* CAP. I.

PROPHETA, qui legem promulgauit Hebræis, per Angelos quidem ordi- Gal. 3.
natam diſpoſitamq;, vt teſtatus eſt Stephanus & Apoſtolus: quos (etſi nonnulli, Act. 7.
Moſen interpretãtur, & Aaron: nonnulli maiores minoresq; illius populi ſa-
cerdotes: quibus & ſacris in literis, non ſemel Angelorum conceſſum eſt no- Malac. 1.
men: & palam eſt penes illos eſſe non tam ordinem & diſpoſitionem legis, quàm Apoc. 1.
& interpretationem eius: immò & tam arctum, inter legem & ſacerdotium eſſe gluten, vt alte-
rum diuelli non poſsit ab altero: vt perſpicue Apoſtolus docet) non puto abſurdum; ſi & men- Heb. 7.
tes, vt plurimum fit, atq; à Græcis maxime, interpretemur Angelicas: quin & forte non medio-
criter quadrat: Idq; non tantum, ſicut Oecumenius dicit, vt Iſraelitarum militia reſpublicaq;, G
exemplum cœleſtis foret exercitus, ac beatarum mentium politię; ſed vt & vrgentioribus affice-
rentur ſtimulis ad CHRISTVM, in quẽ, vt Petrus inquit, ſemper ardent, geſtiuntque ſuſpice- 1. Cap. 1.
Angeli quã in re ſunt valde propenſi. re, quin & illius in gratiam, omni ſtudio, omnem operam nituntur expendere: eum populum
prouocare, immò & ad illum capeſſendum, ac fide & dilectione, ſtrenue apprehendendum,
indeſinenter vrgere: idque, tum internis motibus impulſionibusq;, tum innumèris legis mi-
nis, ſupplicijs, excarnificationibus, haud ſecus ac ſolicitus, moroſusq; pædagogus, ad rectam. la-
ſciuientes petulcosque, ſolet reuocare iuuenes, ac tota virili adigere ad ſalutem: Cui rei. & lex
inſtrumentum aptiſsimum eſt; Paulo atteſtante, quòd per Angelos quidẽ extitit ordinata, ſed Gal. 3.
in manu Mediatoris: hoc eſt, ad apprehendendum, (nam Hebræa eſt phraſis,) Mediatorem:
Non illum, qui ſequeſter extitit inter Deum & Iſraeliticum populum; ſed illũ, qui mediator da
tus eſt Dei & omnium hominum: In quo, nec tantum ambo erant vniendi parietes, quin & 1. Thi. 2.
benedicendæ omnes nationes mundi: ſed & Deus, (qui vnus eſt, nec magis Iudæorum quàm Eph. 2.
gentium: qui & vult omnes fieri ſaluos, ſineque perſonarum reſpectu iuſtificat circunciſionem Rom. 3.
ex fide, & Præputium per fidem) non modo mundum, ſibi ſtatuit reconciliare, ſed & recapitula- Gal. 3. H 1. Thi. 2.
re: quin & in ſortem longe meliorem, prouehere. Rom. 3.
Moſes inquã, qui legẽ promulgauit, illã ſuo marte nõ reperit: ſed illius Dei didicit admonitio Ephe. 1.
ne, q̃ illi primũ, ſe detexit in rubo (quẽ etſi vidit inuri, attamẽ nõ cõſummi) deinde & in dẽſitate
nubis, in qua & legem exactiſſime tulit; idq; in vertice Sina, magnis cum fulgoribus, & tonitruis.
Chriſtus author ac reuelator Moſaicę legis. Qui ſanè Deus (vt probe, non tam Chryſoſtomus ſentit, quàm & Auguſtinus, ſecũdo aſſerit de
Trinitate, & Ambroſius, lib. 1. de fide) CHRISTVS erat; qui & noſter eſt legiſlator & iudex, ſi-
cut & frater domini ſcripſit. Vnde, & Apoſtolus nõ immeritò, 1. ad Cor. 10. CHRISTVM aſſerit
ſpiritualem petram, de qua patres biberunt in deſerto: ipſumq; & tunc temporis tentatum, & ꝑ-
pterea populum à ſerpentibus percuſſum. Et licet à Moſe, primo loco, & poſtremo à Stephano;
Angelus appellatus ſit: id tamen, non ideò factum eſt, quia Michael fuerit quem ex Propheta, Iaco. 4.

Dan. 10. A cuſtodem fuiſſe autumant ſynagogæ, aut alius cuius volueris hierarchiæ: ſed quia ille magni cõſilij, diuinique nuncius teſtamenti: quem & Pater, noſtra tandem infirmitate veſtitum, legare
Eſa. 9. deſtinauit in mundum: vt non ſolum Moyſi, familiæq; Iſraeliticæ, ſuam patefaceret voluntatẽ, ſed & orbem vniuerſum, Dei ſapientia redderet locupletem. Cui & ſymbola, quibus tum Moſi tum populo ſe oſtendit, apprime quadrant. Nam cum ſit Deus & homo: primum haud dubiũ, quàm, vt Deo, congruat ignis: Vt qui ardor immenſæ eſt charitatis, & ignis ſeueri iudicij: & in peccatores maxime, & pſertim in nouiſſimo die: in quo & ignis vniuſcuiuſq; examinabit opus, cum ad purgandum, ſi neceſſe fuerit, aurum, argentum, lapides precioſos, tum ad conſumen-
1. Cor. 3. dum ligna, fœnum, & ſtipulam: ſicut docet Apoſtolus. Deinde vt homini, conſonat non mediocriter rubus: Et præſertim poſtquàm peccatum, naturam noſtram inuaſit, eamq; à ſuo non ſolũ ſtatu dimouit, ſed & longe degenerem fecit. Nam licet homo propria ex natura, arbor nuncupetur inuerſa: non tamen, arbor ex natura decernitur infructuoſa, minuſque ſpinis vepribusq; obducta: ſed id, ex peccato ſortita eſt primi hominis, qui non modo ſua culpa, terra redditus eſt inanis & vacua, ſed horrendis ſpinis ac tribulis obſita & obtecta. Ergo tropo arboris reſeruato, in rubo, haud iniuria, præſeferetur. Homo et ſi natura arbor inverſa, nõ tñ natura infructuoſa.

B Et quanquàm à CHRISTO ſumpta, quouis peccato, noſtra natura caruerit, vt qui de ſpiritu
Luc. 1. ſancto conceptus, Adæ peccato maculari nõ valuit, ob idq; ſpinis expers fuerit, nedum cupiditatis, quam cum vepribus dominus confert, ſed & ſtimulis concupiſcentiæ, qui paſſim etiam fidelium, non modo turbant, ſed & lacerant corda: quia tamen, per omnia debuit fratribus confor-
Hebr. 2. mari, vt miſericors euaderet Pontifex: ita placuit illam aſſumere, vt etſi peccatis non erat obnoxia, nulloſq; ex ſe peccatorum admittebat aculeos; quia tamen ſpinis tribuliſq;, nunquam noſtrorũ nõ ex carnificabatur criminum, haud immeritò, ſi nec ſentibus quouis pacto vacaſſe concedit: Præter id, q & carnem induit eouſq; peccatrici perſimilem; vt non modo humano non diſtingueretur iudicio à peccatoribus, ſed nec forſan iudicio tenebrarum principis, cũ & non ra-
Rom. 7. 8. rò id explorare contenderit: vt eo quidem pacto validius poſſet, nedum peccatum noſtra in carne, de peccato damnare: ſed & ſecum vna configere, ac è medio denique auferre. Ergo ignis in rubo, Deus eſt in humanitate; quam nec conſumpſit, vel quia integram omnibusq; abſolutã reſeruauit partibus, vel quia, ſuæ peregrinationis tempore, vt erat, mortalem paſſibilemque ſuſtinuit: cum tamen, Verbi ponderata præſtantia, non modo omnis fuiſſet imbecillitas abſorbẽda, ſed nec nominanda: idq; non tantum, vt diuinæ congrueret maieſtati, ſed vt & beatæ terque
C fœliciſſimæ, illius conſentiret animæ: Et tamen diuina factum eſt diſpenſatione, vt ad reſurre-
Philip. 2. ctionem vſque, ærumnis ſubderetur humanis: vt habitu inuẽtus vt homo, & nobiſcum verſaretur frugalius, & ſalutem noſtram operaretur locupletius.

Nubes quoq;, quam CHRISTVS Angelus ſumpſit: euidens induendæ carnis erat inditium:
Heb. 12. Non modo, quia nubes natura eſt leuis, & per hoc, carni quæ ſine peccato eſt quadrans: (nã pec-
Pſal. 37. catum, non tantum eſt pondus, ex ſentẽtia Pauli, ſed & grauiſſimum pondus, ex aſſertione Pro-
Cap. 5. phetæ: vnde & talento comparatum eſt plumbeo, vt in oraculis Zachariæ.) Non modo inquam, quia natura eſt leuis, ſed & quia Solis radios, ita oculis noſtræ ſolet imbecillitatis obtegere: vt nõ ſolum non opprimantur, ſed nec hebetentur. Ergo & hac de ratione, non mediocriter conſonat: cum nemo detrectet, q ſi Sol Diuinitatis CHRISTI, immenſumq; ſuæ gloriæ lumen, noſtræ mentis oculis, inuolucro non contemperaretur carnis, profecto ad illius caligaremus præſentiam: quin & ob fulgoris vim, exceſſumq;, nedum imparem, ſed longe tranſcendentem vires; nec ad illud, quouis pacto valeremus attolli. Igitur, ab hoc Deo CHRISTO: ab hoc magni cõ-
Deu. 18. ſilij, magniq; teſtamenti nuncio: qui & filios Iſrael, in columna ignis & nubis præibat in deſer-
D to; quem & populus iubetur audire, & ſi audire contempſerit, debeat exterminari: qui & Deus erat Abrami, Iſacchi, atq; Iacobi: qui & eorum filios, in terram quam ſpopondit iuratutq; patribus, erat introducturus, indeq; Cananæum, Ethæum, Amorrhæum, aliaſq; idololatrarum peſtes, portentis, inſolitiſq; prodigijs, expulſurus; Moſes legem accepit. A Chriſto Moſes legem accepit, cui & maximè familiaris fuit.

Cui nec ſolum erat domeſticus, familiariſq; ſed tanta vinctus neceſſitudine: vt non ſecus loqueretur cum eo, ac amicus loquitur cum amico: idq; palam ſine vmbris, aut parabolarum inuo-
Exod. 33. lucris: quod & in tropo (facie, ad faciem) ſcriptura præſefert: Non quia ſecum figuris non vtere-
Act. 7. tur & ſymbolis, quibus & locuturus erat ad populum; ſed quia arcana, quæ latebant in eis, & libere detegebat, & perſpicuam eorum notitiã vberrime reuelabat. Adde: q paſſim & amice, vna, vt Prothomartyr docet, verſabantur in Eccleſia dum peregrinabantur in heremo: tametſi in ea
Heb. 3. CHRISTVS eſſet, vt Dñs, & Moſes, vt fidelis famulus: ſicut & Paulus atteſtatus eſt. In ſumma:

In

In illo eſt eò vſq; confiſus quin & apud eum tàm audax effectus: vt non ſolũ ardorẽ charitatis, E
eum in tam arctum, non vereretur reducere cogereq;, vt vel toti indulgeret populo, aut illum
deleret ex libro ſuo: verum & quod omnem exceſſit metam, non tam petijt quàm efflagitauit, vt
ſibi, quod nemini in præſenti fas eſt, dignaretur concedere: nempe vel ſuę diuinitatis maieſta-
tem, vel illam ſuæ humanitatis gloriam, illumuè honorem, quibus in dextera nunc ſplendet
ſui patris: ſicut & in ſe ſunt, liberè intueri, fruique: Quod nec lex diuina patitur, nec mentis Exo. 33.
acies in exilio ſuſtinet.

Et quanquam hac in re, fas non ſinat, mortalem voti fieri compotem: eò tamẽ vſq;, illi placuit
gratificari, quòd licet flagitatum, penitus non conceſſerit, quoad tamen fieri licuit, magna cum
Text' Exodi, ſed in ſumma. » vbertate elargitus eſt. Eſt inquit, locus apud me, quem ingreſſus, ſuper petrã conſiſtes, vel He- Ibidem.
» braice, rupem aſcendes: vbi & te, mea non ſine opera, in quopiam foraminum petræ, vel in ali-
» qua cauernularũ rupis, religioſè collecto, oreq; foraminis cauernulæuè, à me manu obſtructo:
» faciam mox ſuper te, bonum quodcunq; tranſire, ac hunc in pactum, honorem gloriamq́, meã,
» poteris, vt fas eſt, contemplari. Et vt maiori cum fruge, aſſequaris quòd cupis: internæ vocis ora-
» culo, de eximijs præſtantioribusq; ſecretis, quæ mortalibus quidem, ſed vnicè dilectis, impartiri
» conceditur, certiorem te faciam, ſicut & quibus vſurus ſum, præſeferunt voces. At mei faciem, & F
» præſertim ſicuti eſt in ſeſe, quouſq; paſſibili deſtituaris vita, videre non dabitur: & ſi, cũ per-
» trãſiero, manumq́ue retraxero, poſteriora dorſumuè meum, poteris, ſi placebit, animaduertere,
» ac in ijs præſentibus optatis, finem imponere.

Locus, de quo ſermo: cum apud CHRISTVM ſit, hoc eſt, ſuo cordi ſuoque proximus fauori,
ac vnicè ſuæ dimiſſus libertati (quod tropice, apud illum eſſe ſignificat) locus eſt, ſibi peculiari-
ter gratus, ac eximijs amicorum repoſitus. Nã licet CHRISTVS, diuinitatis amplitudine vbiq;
ſit præſens: licet & glorioſæ humanitatis priuilegio, nulli rei non adſit: licet & ſuæ ſapiẽtiæ pro- Sap. 7.
funditate à finẽ attingendo vſq; ad finẽ, nulli rei non conſulat: licet ſuæ poteſtatis robore cuncta
ſuſtentet, ſeruet, agatq;: & inacceſſo ſuæ lucis ſplendore vniuerſa reficiat, luſtret, inflammet:
Nihilominus ſicut ſuæ venerationi, templum ſelegit materiale, in quo peculiari ſe fauore de-
monſtret detegatque; ita & ſelectis amicis ſecretius conſtituit habitaculum; in quo, illis cum,
& familiarius agat, & locupletius ſecreta denudet. At quid illud? Fortè ꝙ olim potuit definiri
Iudæa, aut ſi malueris ſynagoga, cum non temere Propheta canat: Notus in Iudæa dominus: Et Pſal 75.
Apoſtolus. Quid amplius Iudæo quàm Græco? hoc inquit, ꝙ credita illis ſunt eloquia Dei. Sed G Rom. 3.
modo eſt fortaſſe gentilitas, nouaq; Eccleſia CHRISTI; in qua, non ſolum, ad conſummationẽ
verſaturus eſt vſq; ſæculi, ſed & ea conuerſaturus eſt neceſſitudine, ea familiaritate; vt tãta copia
omnes repleat notitia ſui, ꝙ nemini ſuggerendum ſit, noſce dominum: ſicut & prænũciauit ora- Ierem. 31.
culum. Verum hæc generalia ſunt: & forte ad præſentem locum, non pertinent.

Ergo locus, de quo dominus (ſi de corporeo agitur; ſicut, ſi non fallor, agendum videtur) lo-
cus peculiaris eſt, ac ſuapte natura pacificus, & ſtrepitibus inacceſſus: Idque non tantum, quia in
Chriſti locus cur pacificus ſolitarius, deſertus. pace, illius locus eſt factus; ſed & quia Deus non eſt diſſenſionis ſed pacis: cum nunquam ad illã
non prouocet, ſuis eam mandauerit, & perpetuò, teſtamento reliquerit: Præter id, ꝙ in dextera Pſal. 75. 1. Cor. 14.
conſtitutus Altiſſimi, nullam apud ſe patitur tranſmutationem, nullam admittit viciſſitudinem: Ioan. 14. & alibi.
ſicut & illius teſtatus eſt frater. Deinde, locus eſt ſolitarius: vnde & ſcriptum eſt. Eam ducam Ioan. 14.
in ſolitudinem, & loquar ad illius cor. Eſt inquam ſolitarius, quandoquidẽ eò loci, neceſſe eſt, Iac. 1.
ſoli CHRISTO vacare, & vnice ſe illi committere. Propter quod & turbas refecit in ſolitudine, Oſeę 2.
& in deſerto oues remanent nonaginta & nouem: ad quas & eſt reuocanda centeſima, quę ad tẽ- Ioan. 6.
pus, receſſit ab eis. Nec locus, ideo eſt deſertus, quia ſit ſterilis, vel minus irriguus, aut vepribus Luc. 15.
occupatus; q̃nquidẽ ibi vberrima vigent paſcua, ibi refectionis aquæ fœliciſſima copia, quibus & H
paſcuntur & potantur oues, ibi horti extant, tum floridi, tum amęniſſimi, in quibus deliciatur
CHRISTVS cũ amicis: ibi nõ tã ſuauiſſimæ vites, q̃ vinariæ cellulę, in quibus & reficit, & refocil
lat ſuis cũ electis: ibi & lectuli Salomonis, in qbus cubat, dormitq; in meridie cũ adoleſcẽtibus. Cãt. 1. 2. 3.

Et vt rem explicem: Locus hic, tertium ab Apoſtolo nuncupatus eſt cęlum; ad quod & ſe aſſe
rit aliquando raptum, & ob ſummas indicibileſq; delicias, in paradiſum ſe teſtatur exceptum. 2. Cor. 12.
Nec quidem mirum, cum regio ſit beatorum; vbi nihil admitti poteſt non proſperum, nihil nõ
Tertiũ cœlũ ad qđ raptus fuit apoſtol' Empyreũ ſcilicet. maxime fortunatum. Et licet, ſi cœlum, vt placet aliquando philoſophis, acciperetur pro mun
do; haud dubium, quòd intellectualem exprimeret tertium, ſicut cœleſtem ſecundum, & elemẽ
talem poſtremum: de qua re & Plato & Pytagoras plura & recte, & in præſentia accommodate:
tamen magis diuinis conſentimus literis ſi cœlum intelligatur Empyreum; in quo etſi iugiter

deliciantur

A deliciantur beati, fideles tñ, & ij maxime, qui gratia potiuntur CHRISTI; illò non raro conſcẽ
dunt: immo & ibi frequenter conuerſantur: quippè qui, non modo quæ ſurſum ſunt quærunt,
Colo. 3. non modo non aſficiuntur, ſed nec plus æquo, contemplantur quæ videntur & temporalia ſunt,
2. Cor. 4. Epheſ. 2. ſed ea, quæ non videntur & æterna ſunt: verum & cœleſti fruuntur politia, in qua & gaudent ſe
aſcriptos eſſe conciues & domeſticos Dei. Eſt inquam cœlum Empyreum: qm̃ & inter propriè
nominatos, ipſum decernitur tertium, omniumq́; ſupremum: Sub quo eſt aqueum, & ſub hoc
Gen. 1. firmamentum cum reliquis; in quibus ſunt aſtra: & ita ſunt firmamento connexi, vt à Moſe ſint
haud iniuria, vno pro cœlo computati.

Ergo qui CHRISTI gloriam honoremq́;, quibus nitet in dextra ſui patris, ardet geſtitq́ue vi
dere; primùm opus eſt, vt illò mente transferat ſeſe, immo vt illò eius mens rapiatur à Deo; ſicut
2. Cor. 11. Philip. 3. & in Apoſtolo factum eſt. Siquidem non ea ſat eſt cœli conſcenſio, quę CHRISTI membris eſt
frequens, de qua & cum vaſe nonnunquam gloriantur electionis; Noſtra conuerſatio in cœlis
eſt: ſed longè exigitur eminentior, longeq́; cumulatior: nempe quæ ſecum habet raptum exta-
2. Cor. 11. ſimq́;: Et hæc quidem tantæ exigitur præſtantiæ, vt mens neſciat cum Apoſtolo; ſit vel non ſit
in corpore: Nam eo in ſtatu, adeo inuenitur abſorpta; vt non modo non grauetur carne: non
B modo exempta ſit à quibuſuis concupiſcentiæ ſtimulis: ſed nec ſuis in actibus operibusùe, cor-
poris egeat adminiculo, aut externorum ſubminiſtratione. Ergo ſi corpore opus non habet, im
mò nec ad illud, ſe quo vis modo conuertit; mirum non eſt, ſi in eo ſit, vel non ſit, non agnoſcit.

Matt. 16. Talem ergo in locum mens aſſumpta fidelis; primùm vt petræ inſiſtat, neceſſarium eſt: In qua,
(ſi fidei intelligitur robur, ſicut cum dictum eſt Cephę, hanc ſupra petram, meam ædificabo Ec-
cleſiam:) denotatur, ꝙ eò loci, hunc in modum aſſumptus, qui eſt ſuapte natura comprehenden
tium, in quibus fides locum non habet, viator eſſe non deſinit: ſed & fidei, & quidem conſtan-
Eſa. 6. tiſſimæ, ipſi inniti opus eſt: & quidem non immerito: qm̃ ſi viator, communi legge, vt myſteria
intelligat Euangelij, arcanaq́; capiat IESV CHRISTI, oraculo exigit atteſtante, fidei adhæſio-
nem indubiam, nulloq́; dimouendam pacto, (quãdoquidem ſi hunc in modum, non credimus,
haud immerito non intelligimus) cur in tam eximia rerum earundem notione, fidei opus non
1. Co. 10. erit ſoliditate, ac viuaciſſima eius virtute? At ſi CHRISTVS accipitur, qui Pauli teſtimonio, ſpi
ritualis eſt petra, regens ſuſtinensq́;, quoduis ſpiritus ædificium, palàm quàm conſonet: Siquidẽ
Ioan. 4. 7. præclara perſpicuaq́; illius notitia, haud aliunde dimanat; cum ex illo vti ex pleniſſimo fonte, ef-
fluant non modo viuæ gratiarum aquæ, ſed & flumina ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Quas non ſo-
Eſa. 55. C lum lubens, ſineque precio, profundere eſt paratus promptusque; ſed & ad illas vbertim exci-
piendas, omnes prouocat ſtimulatq́;.

Verum ſi litera delectat Hebræa: rupes aſcendatur, hoc eſt, ad altam eximiamq́; CHRISTI cõ
Dan. 2. templationem, animus applicetur, neceſſarium eſt; qui non modo eſt rupes, ſed & mons ingens
immenſusq́;: nempe ille, qui ex lapide, de monte ſine manu cadente, in montem tantæ ſurrexit
magnitudinis, ꝙ vniuerſum impleuit: Aut qui in verticibus, erectus eſt montium, & ſuper om-
Cap. 2. nes eleuatus eſt colles, ſicut Eſaias dixit: Siquidẽ, ſi in CHRISTO diuina ſpectetur natura: haud
dubium, ꝙ tantæ eſt celſitudinis tamq́; ingentis eminentiæ, vt celſior, eminentiorq́; cogitari nõ Ingens celſitudo Chriſti, ut Deus, tum ut homo.
poſſit: eſt & tantæ immenſitatis, vt cœlum terramq́; repleat: vnde & reperitur vbique. Si huma-
nitas attendatur glorioſa, non ſolum mons eſt maximus, ſuperq́; omnes colles euectus (quippe
qui nedum omnes humanas ſuperat poteſtates, ſed & ſuis ſternit ſub pedibus:) verum & ſup ſubli
miores exaltatus montes: quia & ſuper potentatus eſt eleuatus cęleſtes; vt qui caput factus eſt, nõ
Col. 1. Epheſ. 1. tam hominum quàm Angelorum, immò & cuiuſlibet creaturæ: qñquidem in ipſo, tum inno-
uanda, tum recapitulanda ſunt omnia, cœleſtia, terreſtria, & ſubterranea: eiusq́; in nomine, eſt
D genu quodcunq́; flectendum, & vt caput, princeps, & rex, eſt qua volueris lingua celebrandus:
Philip. 2. ſicut & apoſtolus ſcripſit. Petræ foramina, rupisuè cauernulæ, (quarum in aliquam ſe recipere,
manuq́; CHRISTI tegi, ne forte quid ſecus, quàm par eſt attentetur, oportet) ſi de petra inter-
pretemur fidei, illius ſunt arcana profundioraq́; ſacramenta, quæ longè, captum noſtrum exce-
dunt. Ergo in ijs abſcondi, eſt in talibus humiliari, ac intellectum in captiuitatem reduci, idque
in obſequium CHRISTI, quod aliud non eſt, quàm illius ſub manu cogi agiq́;: Quanquam &
CHRISTI manu recludi, illius ſit ſub protectione cuſtodiri; eius opera ac virtute ſeruari; nec nõ
eius motioni ac nutui obedire. Si de CHRISTO exponitur: foramina, illius poſſunt intelligi
cicatrices: quarum vel vnam ingreſſis, non modo profundiora CHRISTI viſcerum, guſtantur
ſacramenta: non modo ad theſauros pertingitur diuinitatis, ac infinitæ ſapientiæ Dei: ſed nõ ſe-
Can. 1. cus ac in uinarijs cellulis, ab vberibus eius, quæ meliora ſunt vino, nõ ſolum euadunt refocillati,

ſed fœliciter ebrij. Manus vero appoſita, inſignis CHRISTI eſt prouidẽtia; quæ illos ibi tali moderatĩ pacto, vt nullus temere erigat ſeſe, dicatq;: Diues ſum & locuples, nulliusq́, amplius egeo. E Apoc. 2.

Verum ſi legeris, rupem, varij ſunt, ni fallor, contemplationis gradus: quibus datur CHRISTUM agnoſci. Sicut enim, in domo patris, diuerſæ comprehendentium ſunt manſiones: quas ingreſſi, Deo CHRISTOq;, tali, in gloria, perfruuntur pacto, quo eorum ſapientia & iudicium, ſumma cum ſuauitate diſponit, vnicuiq; ſuis reddendo pro meritis: itâ & viatoribus, eò præfato modo perductis, diuerſæ coaptatæ ſunt caueæ, prout vel illis expedit, vel Dei largitas cõdonauit. Ioan. 14.

Perinſigni contemplationis gradu, donati ſunt Moſes & paulus.

Nec vlli dubium, q̃ tum Moſi, tum Paulo, ſunt conceſſæ ſupremæ; quòdq; CHRISTI manu, peculiariter ſunt protecti; ne forte, aut vinculis præſentis reſoluerentur vitæ, aut peracta reuelatione, rei extollerentur magnitudine: ſicut & in Paulo cautum eſt; qui Dei manu, opus habuit, non modo vt tangeretur, ſed & colafizaretur, vt aliquando dicit. Ergo dum Moſes, tali erat pacto detentus, CHRISTVS tranſijt, at nõ corporali ſed ſpirituali progreſſu ſuper eum: quia ſupra illius mentem, ac celſiorem animę partem, vt ſaltem per tranſennam, incogitabiles eius diuitias, ingenteſq; ſuæ bonitatis theſauros, tum guſtaret, tum vel ex parte cognoſceret, intueretur que: nempè, vt tanto fauore præuentus, hæſitare non poſſet, in CHRISTO congeſtum eſſe quodlibet bonum; omnem excellentiam & perfectionem; vt in quem theſauri omnes ſunt a patre trãſfuſi, & cumuli omnium, quæ valent deſiderari, repoſiti: ſed & in eo omnem præſtolandam eſſe fœlicitatem, & omnem noſtri cordis expletionem. Et ut cumulatius, ſua vota ſuccederent, voces addidit, quæ maximè ſcatent ſacramentis; vt amplioribus patefactis arcanis, tum vberius euaderet rei flagitatæ compos, tum ardentius illi in populi obſequeretur famulatu. 2. Cor. 12. F Col. 2.

IEHOVAH, cur bis expreſſum.

Prima, quæ & repetitur, vox eſt IEHOVAH: & primo loco CHRISTVM, fontem omnis, vt dicunt, aſtruit entitatis: vel ſi mauis, cuius volueris naturalis perfectionis: quod diuinæ, indubiè atteſtatur maieſtati: cui proprium eſt, eſſe ſingulis impartire. Secundo vero, eũdem, oceanum oſtendit omnis gratiæ, quod planè humanitati conſentit: propter quam, non ſolum, vt præcurſor inquit, eſt facta, ſed & per illam ad nos oẽs, profuſa. Ergo, repetita voce: vtrunque in CHRISTO, monetur complecti cogiq;. Secunda eſt, EL: qua ſumme demonſtratur fortis, & potẽs: Quod, quàm CHRISTO quadret, haud difficilè eſt aduertere: vt qui caput erat contriturus Sathanæ, alligaturus fortem ab eo erepturus arma, ac malè parta trophæa: quibus tñ ſe iactabat, ac inaniter confidebat. Tertia eſt, MISERATOR: qua viſcera illius reſerantur miſericordiæ, quibus opportune, mundum viſitaturus erat, ortus ab alto. Quarta eſt, MISERICORS: oſtendens noſtris illum tangi miſerijs, quibus & erat afficiendus eòuſq;, vt eas tandem congereret in ſeſe: quatenus noſtrorum haud ignarus malorum, nobis miſericors redderetur Pontifex: vti Paulus dixit. Quinta eſt, TARDVS furorum: perſpicue præſeferens, illum etſi iudex, lento tamẽ gradu ad iram ſe accingere; quin & in longum illam protrahere, vt ad reſipiſcendum extimulet. Ioan. 1. Gen. 3. Luc. 11. Luc. 1. G Heb. 2. Rom. 2.

Sexta eſt, MVLTVS gratiæ & veritatis: qua, non modo liberalis exprimitur in muneribus, ſed & fidelis in promiſſionibus. Septima eſt, CVSTODIENS in millibus gratiam: quippe quẽ ſuorum non pœnitet munerum, quin & collatorum patribus, participes reddit, longa ſerie deſcendentes. Octaua eſt, CONDONANS peccatum, ſcelus & iniquitatem: Nam cum CHRISTVS, in ſe excepturus eſſet hominum culpas, ac charitatis ardore, illas eſſet computaturus vt ſibi proprias, quas & ſuo dilueret expiaretq; ſanguine; haud dubium, q̃ ab illo, ſine iniuria, condonabuntur nobis. Nona eſt, MVNDANDO, non mũdabit: qua ſanè inſtruimur, q̃ etſi, nos cruóre purgat à culpis; non tñ, immunes ſemper reddit à pœnis. Decima eſt, VISITANS iniquitatem patrum in filios & nepotes, quin & in tertios & quartos: Quod etſi abſolute ſeueritatem exprimit in diuino iudicio, conſtat tamen quòd ex parte non intelligitur animæ; niſi patrũ inhæſerint moribus & iniquitatibus. Pſal. 21. & 68.

Quibus omnibus accurate diſcuſſis; & ſi detrectari nequit, Moſen eximiam CHRISTI notitiam aſſecutum, multaq; illius edoctum ſacramenta: ex eis tamen, vel facialis Diuinitatis viſio, vel illius gloriæ & honoris, quos in dextera ſortitus eſt patris, plena claraque detectio, meo iudicio, non conuincitur: quin & palam illi denegatur, tametſi dorſum poſteriusúe ſpectandũ exhibetur. Inquit enim ardenti flagitantiq;, illius ſuſpicere faciem gloriam & honorem: faciem quidem non videbis, quia nemo me videbit, & viuet: ſed poſteriora, poſtquam ſuper te, bona tranſierint mea, contemplaberis, libere quidem ac perſpicue. Videre CHRISTI faciem eiusq; ceruicem, etſi habere valet veritatem ſine tropo, eò q̃ ambo, re ipſa, deprehenduntur in eo; hoc tamen in loco, accipi non videntur propriè, ſed tranſlatè. Et facies quidem, cum nobiliſſima, hominis cenſeatur pars, qua non modo externe, ſed & interne penetratur, (nam ab occurſu faciei H

Videre Chriſti faciẽ, quo intelligatur pacto, hoc in loco.

cognoſcitur

A cognoſcit vir:& in prudētis facie emicat ſapiētia eius) diuinā in CHRISTO vr̄ denotare naturā:
Eccle. 18. qua viſa, non ſolum ſumme cognoſcitur, ſed & vſq; ad intima penetratur; cum nihil illi ſit diui-
Prou. 17. nitate intimius, nihil quod de illo deprehendi valeat excellentius. Hanc Moſes, ſicuti eſt, non
vidit: etſi illam, in CHRISTO, perſonaliter eſſe cognouit: Idq; non mirum: quia eſt eòuſq; lucis
1. Thim. 6. immenſæ, vt peregrinantibus, penitus ſit inacceſſa, vt Apoſtolus dicit. Nec me fugit, ſecus exi-
ſtimatum eſſe: nec modo de Moſe, ſed & de Paulo: quin & creditum eſt, nō ſecus Auguſtinum
Exod. 33. ſentire, etſi varie videatur loqui. Verum quia id ſcriptura non tradit, quin & oppoſitum præſe-
1. Thi. 6. fert, cum & Moſi, licet verba audierit arcanis grauida, denegetur: & Paulo nil arguat, id eſſe
2. Cor. 14. conceſſum, quin & docet ille, diuinam lucem, mortalem videre non poſſe, & in raptu nihil re-
ferat ſe vidiſſe, ſed verba ineffabilia audiſſe; lubentius oppoſitæ parti ſubſcribo. Nec renuo,
Deo nihil impoſſibile: fateor & diuinitatem per tranſennam videre, peregrinationem homi-
nis non excludere: ſed an cum aliquibus diſpenſatum ſit hæreo: nec hactenus, vt indubium,
compertum exiſtimo.

Rurſum: CHRISTI facies ea valet dici claritas ſplendorq;, quibus in ea ſulget gloria & ho-
Ioan. 17. nore, quibus & potitus eſt, antequam mundus conderetur apud patrem; quæ & vbertim reſum-
B pſit in reſurrectione: qua de re ad Epheſios proſecuti ſumus diffuſe. Quanquam ergo, & hanc, Moſes Chriſti gloriam,
haud mediocriter, ſed eximiè, Moſes eſt edoctus; non puto tamen, quod eam, vt eſt in ſeſe, men- quā habuit i
tis viſu adeptus ſit. Attamen non digladior, ſiquis & in hoc è diuerſo ſentiret; quandoquidem, reſurrectione
gloriam honoremq; ſuum, quibus illa denotatur, tametſi pollicitus non eſt demonſtrare: palam mentis uiſu
tamen in ea re, non renuit illum exaudire. Non vereor tamen, quòd ſi quis id diligenter excu- non eſt aſſequutus.
tiat ponderetq;, quòd cum ea fecit ſuper illum tranſire, poſteriora tantum videre conceſſit; rem
forte abſque multa digladiatione conuincet: præſertim cum in tranſitu, vix ſemiplena habeatur
cognitio, & in poſterioribus, ſi Auguſtino defertur, nōniſi mortalitatis aſſumptio. In qua, prę-
ter id, ꝙ poſtremo facta eſt tempore, viſus eſt nedum, velut vnus de plebe, poſtremuſq; mortaliū
Pſal. 21. omnium; ſed & eòuſq; diuexatus ærumnis, vt omniū cenſeretur nouiſſimus. Vnde & dixit. Ver-
miſſum & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Quanquam non minus incō-
cinne, poſterioribus dorſoq; CHRISTI, myſterium noſtræ denotetur ſalutis, vel, ſi mauis, do-
num beneficiumuè profectum ab eo; quo ſumus coram Deo, tum iuſtificati, tum redempti, &
Prou. 10. 16 ſanctitate alijſq; chariſmatibus liberaliſſimè impartiti: Cum enim dorſum, ea ſit corporis por-
C tio, quę communi lege, ſolet exponi flagellis, fuſtigationibuſq; pro delictis (Virga, inquit Sapiēs,
eius in dorſo, qui indiget corde: & flagellum equo, & chamus aſino, & virga in dorſo impruden
tium palam, ꝙ dorſi typo, quadrat quod diximus: quandoquidem per CHRISTVM percuſſum
flagellatumq;, ſumus ſaluati: & per hoc iuſtificationem, redemptionem, & ſanctificationē ade-
pti. Ergo cum poſteriora videnda promittit, myſterium redemptionis perſpicuè cognoſcen-
dum, ſibiq; clarè reuelandum, mea ſententia, pollicetur; quod & Moyſi donatum eſſe nō dubi-
to. Ergo, & ſi CHRISTI gloriam petierat contueri, honoremq; perlucide cōtemplari: placuit
tamen eorum loco, futuram, quam pati voluit, detegere ignominiam, ſuumque extremum con-
temptum; vt quod Moſi erat conducibilius, & viatori longè accommodatius; innuens, quòd ad Ad contemplandam
Heb. 2. Dei CHRISTIq; contemplandam faciem, non niſi per tribulationes, ærumnaſq; peruenire fas Dei Chriſtiq; faciem,
Luc. 24. eſt, poſtquàm nec alio ea CHRISTVS aſſecutus eſt methodo. Siquidem non niſi, per paſſionem non niſi per tribula
attritus minoratuſq;, gloria & honore coronatus eſt: & certum eſt oportuiſſe illum pati, & ita tiones ęrumnaſq; perue-
ſuam in gloriam recipi: Quanquam & CHRISTI deiectio, ſuprema illius fuerit exaltatio: vt in nitur.
qua de omnibus triumphauit, ſuiſq; ſub pedibus vniuerſa conſtituit.

At redeo. Moſes igitur, qui authore CHRISTO, quo cum, & ardenti aſtrictus erat neceſſitu-
D dine, legem tulit Hebræis: non modo tredecim & ſexcentis, diſtinctam præceptis; (quorum ter- Legis pręcepta. 613.
centum ſexaginta & quinque, quæ declinanda fuerant continebant, & ducenta quadraginta &
octo, quæ fuerant adimplenda mandabant: propter quod & iugum reddebatur graue, & ad in-
Act. 15. Iac. 2. culpatè ferendum difficile: immò & humanis infirmiſque viribus, vt Petrus inquit, impoſſibile:
nec mirum ſi de tranſgreſſione, paſſim erant conuicti, paſſim maledictioni expoſiti, qm̄ male-
Deu. 27. dictus omnis qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege: immò & morti, tū cor-
Gal. 3. poris, quandoquidem ſiquis illam feciſſet irritam, ſine miſeratione, ſub duobus vel tribus lapi-
Hebr. 12. dabatur teſtibus, tum animæ, qm̄ ea refricante, exulceranteq; peccatum, illudq; ob id, inſolētius
Rom. 7. peſtilentiuſq; reddēte, facilè animas pernecabat, ſicut & apoſtolus docet,) ſed & quampluribus
egregijſq; ritibus & cerimonijs: multis varijſq; vnctionibus, pontificum, ſacerdotum: multis ſa-
Deu. 4. cris, ſacramentis, & ſacrificijs: vt nō iniuria gloriatus ſit Moſes. Quæ gens tam inclyta: vt habeat

cæremonias,

cæremonias,iuſtaq́; iudicia,& vniuerſam legem,ſicut ego propono ante oculos veſtros, perornatam:nec non pijs moribus,iuſtis politicisq́; iudicijs abſolutam? In quibus haud dubium,innumera recludebantur arcana:& præſertim de CHRISTO, qui ſcopus totius erat legis; ad quem, non ſolum vt pedagogus vrgebat;ſed & velut ad medicum prouocabat. Siquidem peccatis ab illa detectis,vulneribus denudatis,& lethalibus attrectatis ægritudinibus:propoſito declaratoq́; medico,qui non modo languores curaret, ſed & in ſeſe illos exciperet: ad illum ſuapte natura, qui & a peccatis ſaluaret,& ad meliorem ſpem introduceret,non tam ſuauiter attrahebat,quàm & efficaciter extimulabat. Vnde & dominus.Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi; quoniã de me ille ſcripſit.Et diſcipulis Emauntã pergentibus à Moſe initium ſumens, quæcunque in ſcripturis latebant de eo: perſpicuè interpretatus eſt.Et rurſum Oportet impleri: quæ in lege,Pſalmis,& Prophetis, ſunt ſcripta de me. Quorum planè ſacramentorum CHRISTI, & maximè contẽtorum in lege, Moſen pręclaram habuiſſe notitiam,neminem puto detrectare poſſe:tum ob frequentem eximiamq́, inter illos conſuetudinem: tum ob rectam, ſui muneris functionem: quippè qui nedum populo debuit præſidere;ſed & de ijs quæ Dei erant & Seruatoris, frequenter inſtruere.Nec tantum Moſen,eo donatum,credendum eſt,muneris;ſed & viros,quos ad ferenda ſelegit iudicia(Deo nedum annuente, ſed & illis Moyſis ſpiritum communicante:)quàm plurium legis arcanorũ,factos eſſe participes.De quã tamen re, aliàs vberior offeretur occaſio.

Multa ex lege cõmoda.

Moſen ſacramẽtorum legis notitiam edoctum.

E Rom.10. Gal.3.

Heb 7. Ioan.5. Luc.24.

F Num.11.

Quòd licet tota ſcriptura ſacra, CHRISTVM, *tum in ſe, tum in membris,occludat : potiſsimum tamen lex Moſis. In qua, nec iota, nec apex,ſine Myſterio eſt. Subditur, & ordo, & inſtitutum : quod hoc in opere ſeruandum eſt. CAP. II.*

SCRIPTVRA ſacroſanctã, cum ex ore proficiſcatur Altiſſimi (ſiquidem multifarie, multisque modis,Deus patribus locutus eſt in Prophetis: & ſpiritu ſancto inſpirati,ſcripſerunt ſancti Dei homines) arcaniorum diuinæ mentis : tum inditium, tum imago neceſſario eſt. Nam & voces,internarum ſunt notæ conceptionum:& imago animi ſermo eſt: Et maximè Sermonis, Verbique interni; quod pater qui prima eſt in Trinitate perſona, intra ſe ab æterno produxit: & in illud, omnes ſuorum arcanorum copias,theſaurosque magnificentiſſime trãſtulit:quin & omnem, tum ſui, tum rerum omnium notioonem,tanta largitus eſt liberalitate:vt & gaudeat,& ſe,& omnia illud intuendo cognoſcere,perſpicereque. Ergo ſcriptura ſacra,& ſi multis reſperſa figuris,& ſi vmbris obtecta ac enigmatibus,vt videntes non videant,& non videntes intelligant : ne fortè vel conculcentur ab impijs,vel à falſis rideantur philoſophis: diuini æternique verbi, veſtigium peculiariſſimum eſt. Nec modo veſtigium,ſed(quantum fas eſt mortalibus) explicatio detectioque, & potiſſimum vt noſtram accinxit carnem,quin & carnem miro modo ſe fecit,vt in illa, noſtram operaretur ſalutem: Nam & ea potiſſimum ratione,nobis diuina creduntur eloquia, vt percipiamus, admiremurque, Dei de noſtra reparatione conſilium: eius contrectemus ardorem,quo nos eſt còuſque proſecutus: vt non modo carnem vnigenitum fecerit,ſed & probroſæ morti tradiderit. Verum quid interſit; Dei verbum,naturam noſtram aſſumere: & illud noſtra carne veſtiri; puto arduũ non eſſe cognoſcere: cum hoc lapſum prærequirat Adami; & illud, in ſtatu etiam repertum eſſet innocentiæ:& certum eſt,quòd caro exprimit,naturam paſſibilem,ærumnis mortique ſubiectam: propter quod & à regno,in quo omnia ſunt fœliciã,vt inquit Paulus, eſt ſecludenda cœleſti. humanitas vero in natura ſaluatur impaſſibili, ſummeque beata, ſicut fuit in reſurrectione CHRISTI, & in regeneratione,in omnibus inuenietur electis. At ſiquis rem,locupletius quęrit excutere,noſtras poſſet conſulere narrationes,quas in epiſtolam ſcripſimus ad Epheſios:vbi, & perſpicuè,& non contemnendis,ni fallimur,rationibus & auctoritatibus; nõ modo hæc proſequimur ſacramenta,ſed & Dei ſacroſanctum conſilium, tam in ordinandis condendisque rebus,quàm in ſtatuendis diſpenſandisque CHRISTI myſterijs arcanisque;& præter hæc,opportunas eorum exhibitiones & promotiones: vbertim, noſtra pro imbecillitate tractamus : & noſtro iudicio tam ſolidè,vt omnes valeant,haud temere acquieſcere.

Heb.1. 2.Petr.1. 1.Periern. Seneca in epiſtolis.

G Math.13.

Ioan.1.

Rum8. 8. 2.Cor.5. philip.2.

Differũt, verbum aſſumere naturam, & carnem noſtram.

1.Cor.15.

H

Latet ergo,in diuinis CHRISTVS eloquijs,non ſecus ac Sol in caligine,veritas in figura, ſpiritus in carne,& anima in corpore: latet ſicut vinum in botris,oleum in oliuis,& frumentum in paleis. Propter quod,non modo liber extitit clauſus, multo tempore, ſed & pluribus munitus ſigillis: quin nec modo pateſceret,niſi agnus eſſet immolatus,penes quem facultas illum extitit aperire,& ſoluere quæuis ſignacula eius. Quare & in eius morte ſciſſum eſt templi velum, & in

Scripturę liber, in Chriſti morte reſeratus.

Apoc.5. Matt.27.

reſurrectione

Matth. 17. Luc. 24. Sap. 1. A reſurrectione ſenſus eſt reſeratus Apoſtolis: & ſanctus ſpiritus nõ modo repleuit Eccleſiam, ſed
orbem perfudit vniuerſum. Ergo non mirum, ſi in ſancta ingreſſis ſanctorum, exſufflatæ ſunt
ceremoniarum nebulæ, abſolutæ figurarum vmbræ: ſi ſpiritus eſt ſeparatus à carne, & anima ſe-
iuncta à corpore. Non mirum ſi calcatis botris, contritis oliuis, excuſſis paleis, vinum inextima-
bilis in nos effluit charitatis, oleum cœleſtis ſtillat miſericordiæ, & colligitur abundantia tritici;
quod non ſolum, ad conficiendum ſufficiat panem vitæ & intellectus, ſed & ad confirmandum
Ecc. 25. electorum corda, in obſequium CHRISTI.
pſal. 103. Et quanquam hæc certiſſima ſunt; quanquã nec aliud ſacra ſit inſtituta ſcriptura, quàm quod-
dam CHRISTI velamen linteumq́;, quo illius, & oblatum & mortuum, inuolutum eſt corpus,
quin & illius glorioſum ac ſacroſanctum ſepulchrũ, in quo & ad auroã vſq; delituit, & tũ quidẽ
Roma. 13. cœpit ſplendeſcere, cum nox cępit tranſire, & dies appropinquare, vt dixit Apoſtolus; potiſſimũ
Exod. 34. tñ linteum, eiuſq́; velamen, quin & glorioſum ſepulchrum, lex extitit Moſis; vt quidẽ nõ imme
ritò, ſed & in rei huius peculiariſſimum typum, ipſe arcanorũ CHRISTI luce perfuſus, ac è Synà
1. Cor. 2. digreſſus non niſi obtecta velataq́; facie alloqueretur populum: Præter id, ꝙ & ſapientiam non
2. Cor. 2. loquimur niſi perfectis, & Iudæorum ſenſus erant obtuſi: velamenq́; nedum retinebant, ſed & in
B cordibus, ſua obſtinatione retinere debebant: nec modo dum lex curreret, ſed & cum Euange-
Rom. 11. lium inſonaret, & gentium plenitudo Eccleſiam introiret: vt notum eſt ex Apoſtolo. At nos, Eccleſiæ detecta Chriſti ſacramenta.
qui Euangelio credimus, Eccleſiamq́; conficimus CHRISTI, cui per ſpiritum ſanctum, omnia
2. Cor. 3. illius reuelata ſunt ſacramenta: reuelata facie, gloriam domini ſpeculamur, atque in eandẽ tranſ
formamur imaginem, à claritate progredientes in claritatem, velut à domini ſpiritu. Potiſſimũ
inquam, CHRISTI velamen, linteum, & ſepulchrum, lex extitit Moſis: non tantum, quia in il-
la, nulla eſt portio, quin nec iota, nec apex, qui ad CHRISTVM non tendat, aut arcanorũ eius
Matth. 15. aliquod non recludat (vt & iure dictum ſit, ꝙ CHRISTVS legem venit explere, quòdq; nihil ex
Rom. 10. ea cadet, donec omnia fiant) ſed & quia in hoc lata eſt, vt CHRISTVM habeat ſcopum, vt ad illũ
Gal 3. Heb 7. prouocet, pelliciat, & introducat; ſicut & Apoſtolus dicit.
Verùm, vt res ſit illuſtris, recolendum, CHRISTVM bifariam in lege contẽtum: altero qui-
1. Thi. 2. dem modo, vt ex vtraq; conſtitutus natura, quo pacto mediator eſt Dei & hominum: reliquo, vt
caput cum membris, ſiue cum myſtico corpore, quod illius Eccleſia eſt. Primo modo, ſumitur,
vt ſic dixerim, naturaliter: idq́; non ſolum, quia ex duabus cõſtat naturis vnitis, ſed & tam arcto
C nexu compoſitis: vt (omni reiecta imꝑfectione) haud ſecus, ex Deo, & homine, vnus ſit CHRI-
STVS, quàm ex anima rationali ac carne, vnus eſt homo. Secundo autem, ſumitur myſtice:
quandoquidem non naturali, ſed myſterioſo modo, ex CHRISTO velut ex capite, & electis ve-
1. Cor. 12. lut ex membris, myſticus integratur CHRISTVS; ſicut & Apoſtolus tradit. Illo modo, atta-
Gene. 3. 23. ctus eſt fatis in ſemine; tum mulieris, quod caput cõtriturum erat Sathanæ; tum Abrami, in quo
benedicendæ fuerant oẽs gẽtes; & adumbratus in q̃ pluribus Patriarcharũ geſtis: vt in occiſione
Abelis, in trãſlatione Enocchi, in circũciſione Abrami, in oblatione Iſacchi, in lucta Iacobi, in
exaltatione Ioſephi, in bñdictione Iudę, in ducatu Moſei, in ſacerdotio Aaronis, in agno Paſcali,
in petra ꝑcuſſa, in hyrco ꝓ peccato, in vitula rubra, in expiationis deniq; ſacrificio, & in alijs my
ſterioſis ſymbolis. Iſto vero, deſcribitur, in Adamo & Eua, in Noemo & arca, in Iacobo & duo-
decim filijs, in tabernaculo fœderis, in Arca teſtamenti, & in alijs q̃ pluribus, ſacroſanctis typis.
Poſſem horum arcanorum, ampliter reſerare myſteria, & ſingulis illuſtratis, intentum cuin-
cere: verum quia magna prouincia eſt, idq́; locus non poſtulat, rem in præſenti diſſimulo. Nec
meo ſatisfacerem animo, minuſq́;, ni fallor, legentium deſiderio, ſi rem vix, vt nonnulli ſolent,
attingerem, aut excurrerem; quandoquidem nemo eſt, qui nõ videat ꝙ ſicut in occiſione Abe
D lis, mors inſinuatur CHRISTI, ita & in tranſlatione Enochi, adumbratur aſcenſio eius, & in
circunciſione Abrami, amputatio decernitur concupiſcentiæ, corporiſuè peccati, quam nobis,
ſua in carne operatus eſt CHRISTVS; tum peccatũ, in illa damnando, de peccato; tum illam ſecũ
affigendo, in cruce. Nec ſecus de reliquis. Rẽ inquàm, in præſenti diſſimulo: at non longè poſt,
opportunè præſeferetur occaſio locuſq́;; qui nõ modo prædictorũ, ſed & aliorum quàm pluriũ,
exactam poſtulabit notitiam: quam & noſtra pro imbecillitate præſtabimus, & vbertim, CHRI-
STO fauente. Verum cum inter præcipua, in lege recondita (mea ſententia) ſacramenta, ea vi- Præſtantiſſima Chriſti ſacramenta, in ſex dierũ operibus congeſta ſunt.
deantur potiſſima maximeq́; præſtantia, quæ in ſex dierũ cõteguntur operibus: vbi nõ ſolũ alte-
ro, ſed & vtroq; modo, mira cõtinentẽ de CHRISTO, deq; eius ſacroſanctis arcanis: nec q̃ breui
ſolũ erãt abſoluẽda periodo, ſed & quę, toto (qui à creatione mũdi ad ꝓmulgationẽ habet inter-
cedere Euangelij) ſunt conſummanda decurſu: ita vt ipſi ſex mũdi dies, indicent non tñ, quę in

illis operatus eſt Deus: ſed & vaticinentur de ijs, quæ præfato euentura fuerant tempore, & maximè in Eccleſia ſua: Ergo, ſine controuerſia, hæc legis pars, ſacratiſſima illius portio eſt: ergo & non temere decreuerunt Hebræi, ne legeretur paſſim, aut in omnium verſaretur manibus; ſed eorum tantum qui erant prouecti, & in legis ſtudio exercitati. E

Et quanquã res ita ſe habet; quanquã conſtat portionem hanc, vberiorẽ eſſe præ reliquis, ſacramẽtis, ſenſusq; exigere ſobrios, & mentẽ ſancto nedum ſpũ concitatam, ſed ampla luce perfuſam; tñ poſtquã nõ ſemel, iugum excuſſi, ac ꝓuinciam recuſaui, tandẽ recto, ni fallor, ſpũ perſuaſus: non meis viribus, ſed Dei fretus gratia (haud ignarus illũ ſua (vt diximus) morte, ac reſurrectione, librum reſeraſſe, velámenque ante ſanctorum ſancta, ab imo, ad ſummum confregiſſe,) rem ſum aggreſſus: cęleſti tẽtaturus fauore, ſex mũdi dies, nõ modò, iuxtà ſenſum, vt vocant, literalẽ, oĩ perſpicuitate diſcutere: ſed & eorũ ſacramenta, vberrime aperire. Ergo rẽ, quibuſdam præacceptis, adoriar: qñquidem, conſtituendũ eſt primũ, mundũ à Deo creatum, & ſex dierum cõpendio, meritiſſime abſolutũ. Diſputabimus & de illius periodo: & validè, exactum à mundi exordio, ad ꝓmulgationẽ gratiæ, cõputabimus tp̄s; tametſi, non nihil, ſobrie coniectare pergemus, de duratione quæ inde ſupereſt vſq; ad calcẽ. Diſtinguemus, & iuxta ſex dies, ſex mundi ætates, cuiq; ſuũ cõſtituentes tempus. Vbi etſi loca plurima offendentur obſcura, conabimur tñ, vt ex ſcripturis reddantur tã illuſtria, vt nullus relinquatur ſcrupulus. Mõſtrabimus, tum in cõi de omnibus, tum in particulari de ſingulis, nulli ætati detectionem defuiſſe Meſſiæ, eiusq; Euangelij ſacroſancti; tametſi iuxta tẽporis rõnem, & diuini conſilij altitudinem, quod ſingula cum ſuauitate diſponit. Deniq; textum accedemus Prophetæ, eoque iuxta literam accurate diſcuſſo; quid ſinguli dies de ſingulis vaticinarentur ætatibus, quouè, tum CHRISTI, tum illius Eccleſiæ, adumbrauerint ſacramenta, ſtudebimus tali perfundere luce: (tametſi, detegere non præſumamus vniuerſa: tametſi plura, & fortè magis præſtantia, perſpicacioribus, iure debeamus relinquere:) ꝗ putamus quemlibet ſubſcribere poſſe, vel paruo ſaltem negocio acquieſcere. F

Ordo hac in re obſeruandus.

Quòd mundus, per CHRISTVM *à Deo eſt creatus: & ſex dierum compendio, merito abſolutus.* *CAP. III.*

Mundum ex nihilo fabrefactum, non modo ſacra teſtãtur eloquia, ſed naturę lumen.

MVndum à Deo fuiſſe productum, & per hoc, ex nihilo fabreſactum; nõ modo diuina teſtantur eloquia, ſed & cõuincit inditum naturæ lumen. Verum quia hac ex parte, & maximè iuxta Peripateticorum ſontem, peculiarem quęſtionem fecimus, remq; (ni fallimur) tã validè comprobauimus; ꝗ apud egregie doctos, nõ veremur adeo eſſe ſolidam, & eouſq; perſpicuam; vt non modò nequeat deijci, ſed nec detrectari: haud immeritò pertranſimus. Quia inquam rem ex naturę luce diſcuſſimus; reſtat vt illam ſacris ex literis confirmemus. Et licet huc plurima poſſemus accerſere, cogereq; ; quia tamẽ omnis ſcriptura ſacra, ex ore (vt dictum eſt) ꝓficiſcitur Dei, qui mentiri non poteſt: fatẽdum eſt, quãlibet vnius eſſe roboris, pariſq; virtutis, & auctoritatis. Ergo nõ multis opus eſt. Paulus itaq; ait, Hebr. 3. Qui oĩa creauit, Deus eſt. Et Euangeliſta. Tu Deus creaſti oĩa: & ꝓpter tuã voluntatem ſunt, & creata ſunt. Et in eodẽ capite decimo. Iurauit, per viuentẽ in ſæcula: qui creauit cœlum & quæ in eo ſunt: & terram & quæ in ea ſunt: & mare & quæ in eo ſunt. Et Heſter. Domine Deus magne & oĩpotens; in ditione tua cũcta ſunt poſita, & nõ eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati. Tu enim feciſti cœlum & terram & quicquid cœlorũ ambitu continetur: Dñs vniuerſorum tu es. Et Sapiens. Creauit Deus, vt eſſent, omnia; & ſanabiles fecit creaturas terræ. G Apoc. 4. Cap. 13. Sap. 1.

Mundum inquam Deus, nulla ex re, certò produxit: idq; fecit per vnigenitum ſuum, nec modò naturaliter genitum, ſed & Dei decreto hominem factum: Siquidem, (vt vbertim valideque ad Epheſios comprobatum eſt:) Primum quod Deus apud ſe ſua pro libertate conſtituit: Verbũ fuit hoĩem fieri: & in ipſo, per ipſum, & ad ipſum, omnia inſtituere, condere agereque. Ergo per Verbum, æterno decreto humanitate veſtitum, & ob id, ante diuinos oculos hoĩem factũ: & inſtituta & condita ſunt, ſuo pro tempore vniuerſa: Quod & Ioannes, in exordio, ſui atteſtatus eſt Euãgelij: cum omnia inquit, per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt: ſicut & præfato loco deduximus: At detectius, in Apoſtolo. Siquidem de verbo, natura noſtra veſtito, quod & dilectionis aſſerit filium, a quo & remiſſionem redemptionemq;, vt inquit, accepimus peccatorum, perſpicuè atteſtatur; quod in ipſo vniuerſa ſunt condita, in cœlis & in terra: tum viſibilia tum inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates: omnia enim per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia, & omnia conſiterunt in ipſo: Nempe qui caput eſt Eccleſiæ, & primogenitus omnis creaturæ, cum ijs, quæ ſubiungit. Ex H Ioan. 1. Col. 1.

Hebræorum

A Hebræorum primo: per eundem Dei filium, non tam hoīem factum quam ſui legatum, & vniuerſorum hæredem definitum, facta docet; non modò quæ factioni ſunt conſentanea: ſed & quę à factione videntur aliena: vti ſunt ſæcula, & in vniuerſum, tempus & motus. Sed quid multis, cū ijs de rebus ſimus haud longè poſt audituri Prophetam?

Mundus igitur recipiatur productus: & quidem per IESVM CHRISTVM, à Deo: Idq́;, non ab æterno, vt nonnulli philoſophantium aſſerunt: ſed præfixo, à diuina voluntate principio, vt vates, ſuo loco recenſet. Et licet pugnantes ſint catholicorum ſententiæ: dum putant aliqui, in momento, cuncta fuiſſe producta, tametſi certa ſub ratione ſacramenti, ſex diebus applicata: alij è diuerſo, res aſtruunt (vt ſonant) ſex diebus effectas, & eo pacto, quo illas textus oſtendit: Licet & poſſit vtrunque defendi, & ſortita ſit pars vtraque, inſignes aſſeclas: cum illa nacta ſit, Auguſtinum & Thomam, & hęc Hieronymum & Chryſoſtomum: poſteriori tamen, in præſenti ſubſcribo, quin & abſolutè complector: nempe quia ſimplicior, ac textui conſonantior. Nec cedit hoc, in imbecillitatem Dei: quem fatemur, in momento, in ictu oculi, non tam, hanc rerū machinam, ſed & ſexcentas aliàs, tum ampliores, tum ditiores, potuiſſe, poſſeq́; vel ſimplici fabrefacere nutu, ſed in reconditam ſui iudicij celſitudinem, quo cuncta, ſapiētia inacceſſa, agit perficitq́;. Nec vim facit, ſententia ſapientis (cuncta ſimul, creauit altiſſimus (q̄m ſi aduerbium, nectitur verbo, verum eſt, in principijs, ac vniuerſi baſibus. Productis enim cœlis terraq́;, quæ rerum ſunt prima principia, in quibus & reliqua, ſecundum ſeminarias, videnť complecti virtutes: oīa ꝓculdubio, valent dici producta, haud ſecus ac ſcientia, ſuis in principijs, dr̄ eſſe comprehenſa, prout & philoſophi docent. Verum ſi aduerbium, cum noīe iungitur collectiuo: ab Altiſſimo, ſimul cuncta dicuntur creata, quia oīa ſunt facta cōnexa, oīa cohærentia, & contigua: & compertiſſima probatiſſimaq; ſententia eſt: quin & hoc, intraneum eſt vniuerſi bonum, ſicut & philoſophus dicit; qui & illius aſſerit partes non ſecus natura conſertas, ac in exercitu cōſertæ ſunt acies: quin & tanto copulatæ ſunt fœdere, vt potius proprium deſerturæ ſint commodum, immò & cōſiſtentiam ipſam, quàm nexum, ac cohærentiam mutuam. Hinc natura, abhorretur vacuum: & contra vim, impetumq́; ſuum: tum eleuantur grauia, tum deprimunť leuia: vt in pluribus experiētia docuit. Minus exturbet, ꝙ repetens, ſtringensq́; vates rerum ꝓductionem, vna (vt videtur) ſub die, productos colligit, nedum cœlos, & terrā, ſed & agri virgulta: propterea, ꝙ eò loci, vel mos eſt agnoſcendus Hebræorū, qui ſingulari, nō rarò abutuntur ꝓ plurali, vt muſca ꝓ muſcis, vel amplectendus eſt tropus, vt dies intelligatur pro tēpore. ſicut & alijs in locis. Me operari oportet, dum dies eſt: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit: In die bonorum, ne immemor ſis malorum: In die ieiunij veſtri, inuenitur voluntas veſtra: Memento creatoris tui, in die iuuentis tuæ: Et de alijs multis.

Margin: Sententię diuerſę de ſex diebus mundi, & quę ꝓbatior noſtro iudicio. — Eccle. 18. (B) — Meth. 12. — Gen. 2. — Exod. 8. — Ioan. 12. — Rom. 13. (C) — Eccl. 11. — Eſa. 58. — Eccl. 12.

Sed petis. Cum Deo, nulla res ſit difficilis, cur placuit vniuerſum, tot, & nō pluribus, vel paucioribus diebus, efficere, abſoluereq́;? Fateor Deum valuiſſe quidem, in pluribus, valuiſſe & in paucioribus: Fateor, & ꝙ non caſu, non temere, ſed circūſpectis prouidisq, conſilio & iudicio (vt qui cuncta ſemꝑ in ſapientia facit, omnia ſumma, ac probatiſſima rōne) compendium ſex dierū deſumpſit. At quis nouit ſenſum domini; vel conſiliarius eius fuit? Scimus, ꝙ mundum valuit facere, antequam fecit; & alterius quidem diſpoſitionis, amplioris vel anguſtioris capacitatis. Valuit, & rebus ſingulis mutare figuras, complexiones, proprietates: & tamē, tali placuit pacto oīa condere, certis, tum cuncta, tum ſingula, aſtringere legibus: & deniq; vniuerſum, talibus diſtribuere, pondere, numero, & menſura; vt fugiat neminem, illum non præſtitiſſe cuncta quæ valuit, ſed ea duntaxat effeciſſe, quæ voluit. Scimus, & ꝙ longè aliæ ſunt cogitationes Dei à cogitationibus hominum; & ꝙ ſicut cœli exaltātur à terra, ita exaltatæ ſunt viæ ſuæ ſuper vias noſtras: tametſi, non raro, tantæ ſumus temeritatis, & tam veſanæ præſumptionis; vt perſuadeamus nobis, vel non ſecus ac concipimus, diuina habere ſeſe, vel impie audeamus reijcere, ſi quid eſt quod noſtro iudicio non conſentiat. Et quanquam mentem, conſecuti ſumus à Deo: quanquam ſignatum eſt ſuper nos lumen diuini vultus, quod nos, ſuapte natura, ad lumen, in quo nullæ ſunt tenebræ, vnde & dimanat, deberet erigere, indeq́; nullo nos permittere pacto declinare: tamen ꝑ peccatum, adeo factum eſt hebes, & tam miſere tenebroſum: vt nō ſolum cæcutiat ad diuina, ſed & caliget ad humana: vt nō temere ſcriptum ſit, Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ oēs prouidentiæ noſtræ: Et animalis homo, non ſapit, quæ ſunt ſpiritus Dei: dicitq́; nō rarò bonum eſſe malum, & malum eſſe bonum: nunc tenebras ponendo lucem, & nunc lucem ponendo tenebras: vti ſcriptura docet. Verum licet ita ſit; licet, quæ Dei ſunt, longè noſtrum excedant captum; nec certò, quin nec tutò, ea noſtro ponderemus marte: niſi fortè ſobrie, niſi ſumma

Margin: Dei beneplacitum in productione mūdi. — Pſal. 103. — Rom. 11. — Sap. 11. — Eſa. 55. (D) — pſal. 4. — 1. Ioan. 2. — Sap. 9. — 1. Cor. 3. — Eſa. 5.

cum modeſtia, innixique reuelatis, tum ſacris in ſcripturis, tum in ſacroſanctis Eccleſiæ decretis, probatiſq; doctoribus, qui ſunt ſpiritu ſancto locuti, & ſacrarum literarũ interpretatione donati; Qñ tñ tali pacto diſpoſitis, aliquid attentatur: & præter id, iudicio quoq; peritiorũ, attentatum ſubijcitur (quod & nos, vt ſumus ꝓteſtati ſemper intẽdimus) pmiſſum eſt, quæ Dei ſunt, ſine præiudicio balbutire. Ergo (ad rem præter potiora, quæ nobis obtegũtur arcana; Primo forte, eo numero mundum abſoluit, quia (vt dicunt) numerus eſt pſectus cum conſtet oĩbus aliquotis partibus: quod niſi foret multipendendum, non id ducerẽt arithmetici, pro re inſigni, nec perpaucis repeiretur in numeris. Partes vocant aliquotas, partes pluries, in numero conſtituendo reſumptas: quas & palam eſt dimidium non excedere. Quare in ſenario, pars aliquota, dr̃ vnitas, dualitas, trinitas: qm̃ ex ijs oĩbus conſtat, & nulla dimidiũ tranſit: Præter id, ꝙ vnitas, ſexies ſumpta, & dualitas ter replicata, & trinitas bis accepta, & vnitas, dualitas, & trinitas iunctæ, ſenariũ integrãt numerũ: quod vt dicebatur, in ꝑpaucis inuenitur ex numeris. Igitur vt mundus oĩ ex parte, notetur abſolutus: haud immerito ſex diebus fabrefactus eſt Id, quod nõ ſolũ philoſophi, vt neceſſariũ habent, ſed & Moſes apertiſſime præſefert: dũ Deũ aſſerit, cuncta reſpexiſſe quæ fecerat, ac iudicaſſe in ſigniter bona. Et illud. Ergo perfecti ſunt cœli & terra, oĩ cum ornatu ſuo.

Mundus, cur ſex diebus ſabrefactus. — *Gen. 1. 2.* — E

F — Secundo, vt mũdi forſan adũbraret ꝑiodus, nõ inquã abſolute, ſed iuxtà mobilẽ ſtatũ, ſub quo degit, vſq; ad conflagrationem, ac renouationem oĩum. Quod ſanè poſſet admitti; ſi vt multi credunt, ſex millibus abſolueretur annis. Tradunt enim, & viri percelebres, mundum (hoc in ſtatu) prætactam non exceſſurum ſummã; & potiſſimum, ob vetuſtum (vt puto) monimẽtum Hebreũ: quod & ꝑfectum aſtruunt ab Helia Propheta, & legitur, in Talmud, libro qui dr̃ Senedrin. Hoc inquam: Quod ſex annorum millibus duraturus eſt mundus: quorum bis mille inane; bis mille lex: & bis mille Meſſias. Quos & adumbrari, per ſex mundi, autumant dies: idq; vt videtur, non temere. Tum quia res eſt Hebræis, non modo peruetuſta ſed & perſuaſa, tum quia in diuinis innuitur literis, nec vno tm̃ in loco. Legitur in pſalmo, qui inſcriptus eſt Moſi: ꝙ anni mille, ante Dei oculos, haud ſecus ſunt, ac heſternus dies, qui tranſijt. Et Petrus, de mundi exitu verba faciens: nolo inquit vos fugere fratres, ꝙ mille anni, apud dñm, ſicut vnus ſunt dies, & vnus dies, non ſecus ac mille anni: non tardat dominus, ſed patienter expectat. Vnde & Hieronymus, præfatum interpretatus Pſalmum, arbitror inquit; ꝙ ſicut ſex diebus creatus eſt mundus; ita & ſex millibus annis, credatur ſubſiſtere. Et notum eſt, Auguſtinum, nonnunquam in eandem acceſſiſſe ſententiam; ſicut & refert de ciuitate Dei. Verum licet præmiſſa, prima non diſſonẽt facie; non multo tñ negocio, quantum ſacræ, quas producunt, valeant auctoritates, poteſt agnoſci. Siquidem, vel mediocriter oculatis, conſpicuum eſſe poteſt: ꝙ ad dies non referuntur creationis, ſed ad naturam, vel ſtatum æternitatis: cuius vel minima portio, quoduis longũ complectitur abſorbetq; tempus. Quantum quoq;, Hebræorum traditio nacta ſit roboris, quantumuè habeat veritatis: reſumendum eſt ſuo loco, ne ſtatutus ordo turbetur.

Pſal. 89. — *2. cap. 1.* — G

Tertio, vt ſex mundi deſignentur ætates: quæ ad vſque CHRISTVM debuerunt intercedere; Placuit quidem Deo, in laboribus, ſeruilibusq; operibus, mundum vſque ad CHRISTVM occupari progrediq;: propterea ꝙ eòuſq; eſſe debebamus ſub lege, & agi, impelliq; ſpiritu ſeruitutis; ſicut & Apoſtolus docuit. At veniente CHRISTO, iugum excuſſum eſt legis, ſeruorumq; remiſſa ſunt opera; quandoquidem ſpiritu donati adoptionis, filij non vltra ſumus ancillę, ſed liberæ: propter quod, & agimus ſabbatiſmum, & ad ſeptimam pertinemus ætatem; ſicut & Paulus præſefert: In qua ſicut Deus, à ſuis requieuit operibus, ita & nos, illius in gratiam, à ſeruilibus feriamur actibus. Et hæc, meo iudicio, ſex dierum, accommodatiſſima cenſenda eſt ratio; cui puto, omnes poſſe ſubſcribere: Et eò quidem promptius; quo ſex mundi dies, non modo præmiſſas referre videntur ætates, ſed & myſterioſe diſcuſſi, eorum quæ in ſingulis, fuerant euentura, exacta continere credimus vaticinia: vt ſuo loco diffuſe.

Probatior rõ, cur ſex dieb' factus eſt mũdus. — *Rom. 8.* *Gal. 5. 6.* — *Heb. 4.* — H

De Mundi duratione: quotque ab exordio, ad CHRISTVM *interceſſerint anni: & quot inde ad iudicium ualeant conyci. Vbi & nonnulla inſeruntur, de ratione anni: & plura, de poſtremis diebus.*

CAP. IIII.

LIcet dies enumerare ſæculi, non modo res ſit difficilis: ſed & Sapientis iudicio ininueſtigabilis; non quia mundus, initio careat (ſiquidem in principio creauit Deus cœlum, & terram) aut præfixum ſibi terminum neſciat (tranſibunt enim cœlum & terra) ſed quia, & ſi rite initium ſupputatur, terminus tamen, communi lege, neſcitur: quoniam de illa hora, non ſolum dum hic agimus, nemo aliquid ſcit,

Eccle. 1. — *Gen. 1.* *Matt. 24.* *Luc. 21.*

Colo. 2. Luc. 2.

A naturæ notitia, ſed nec Angeli qui in cœlis ſunt, communi reuelatione: quin nec filius hominis, in quo omnes ſunt congeſti theſauri ſapientiæ Dei, cognitione hominis propria; in qua ſcilicet, non ſecus ac in ætate, profecit dum verſaretur cum nobis. Licet inquam, dies enumerare ſæculi ſit impoſſibile, quot tamen interceſſerint ad CHRISTVM vſque, diuinis valet ex literis, eſſe perſpectum: quin & quòd non multi inde ſuperſint, poteſt validè demonſtrari, illis nõ ſemel admonentibus: quòd nouiſſima hora eſt, quòd in nos deuenerunt ſæculi fines, & quòd tempus inſtat poſtremi iudicij.

Quo pacto, nec Angeli, nec filius hominis ſciunt mundi finẽ.

Verum, vt res ſit perſpicua, præſtat animaduertere, quod etſi de anni quantitate diuerſa apud priſcos reperitur ſententia; dum menſtruum illum ſecere Caldæi, trimeſtrem Archades, menſtruũ & quadrimeſtrem Aegyptij, ſemeſtrem Acarnanes & Cares; apud omnes tñ, vt creditur, nationes, decurſus Solis, quem ab vno digreſſus Zodiaci puncto, donec illò præciſe reuertatur, peragit perficitq;, pro anno; quin & currente communiq;, & ſemper & ſine controuerſia, habitus eſt.

Et quanquam Solis curſus cenſeatur æqualis; tamen vel propter eccentrici rationem, vel propter aliam latentiorem cauſam, tantundem ſpatij, quauis die non reperitur tranſire. Vnde & factum eſt, quod etſi circulus, ſuper quem proficiſcitur, trecenos & ſexagenos continet gradus; illum
B tamen non compleat, niſi trecenis, ſexagenis diebus, & quinis; immò & cum ſex horis ferè: deſunt enim (vt conſtantior ſententia eſt) minuta tredecim, & ſecũda, triginta & ſex. Quare, quibus placuit, progreſſus huius exactiſſima ratio; annum, de quo ſermo, trecenis ſexagenis quinisque, conſtituere diebus, ſex cum horis, vt diximus; ſicut olim Perſæ & Memphitici vates: Quorum celebri fama excitatus Cæſar; à Soſigene, Marcoque Flauio de eiuſmodi eruditione peritis; rem voluit edoceri. A quibus & quarto quoque anno, ob horas, quæ remanent, vnum didicit intercalandum diem; tametſi rem fortè, non præſtitit, prout & debuit: Quandoquidem anno præſtari fecit inchoanti, quod quadriennio adijciẽdum fuerat abſoluto: ſicut deinceps ſeruari fecit Auguſtus. Quibus autem res, adeò non extitit ſcrupuloſa· annum ex trecenis & ſexagenis ſolũ conſtituère diebus; ea tamen lege, vt ſenis quibusq; annis abſolutis, vnus intercalaretur menſis: vt omiſſi quini, reſtituerentur dies. Hunc annum obſeruarunt aliquãdo Aegyptij, Græci & Romani: & ante eos, ni ſallor, Hebræi: Non quidem à Talmudiſtis acceptum, ſed à Moſe traditum; & à Noe, & fortè ante Noe, introductum.

Biſſextus Cæſaris, ad Auguſtum vſq; male ſeruatus.

Siquidem octauo Geneſeos; dũ Noe, integer ſupputatus eſt annus: non niſi trecenti & ſexa-
C ginta, collecti ſunt dies. Nam labente ſexcenteſimo ſuæ ætatis anno (primum enim eius abſoluerat menſem, & ſecundi agebat decimum & ſeptimum diem: & per hoc, ſexcenteſimi anni diem quadrageſimum ſextum: quoniam menſis, iuxtà Lunæ curſum, quem literæ ſeruant ſacræ, dies non complectitur niſi viginti nouem) initium habuit Cathaclyſmus, pluitq; quadraginta dies & noctes: poſt quos, aquæ, dies quinquaginta & centum, ita occupauerunt terram, vt non niſi in eorum calce, viſæ ſint minui: & decima ſeptima, ſeptimi à cathaclyſmo menſis, arca in montibus requieuit Armeniæ: & prima menſis decimi, cacumina apparuerunt montium: poſt quod tempus, peractis diebus quadraginta, aperta fuit arcæ feneſtra, & coruus & columba primo dimiſſi, & tandem quatuordecim, qui mox ſequebantur decurſis, terra eſt ſiccata, & in eorum termino, Noe vnà cum filijs & animalibus, arcam eſt egreſſus. Si ergo tempus, ab initio cathaclyſmi, ad egreſſum ſupputetur Noemi; palam quòd tercenti, ac quatuordecim colliguntur dies, quibus ſex & quadraginta, quos ante arcæ ingreſſum, ſexcenteſimi egerat anni, ſuperadiectis, integer annus excipitur ſexcenteſimus: cum à prima ſexcenteſimi die, ad primam ſexcenteſimi primi, vnus abſoluatur annus: vt quàm perſpicuè liquet. Collige: dies ſex & quadraginta ante diluuiũ: quadraginta corruentis pluuiæ: centum & quinquaginta occupãtis aquæ: ſeptuaginta detectio-
D nis cacuminum montium: quadraginta emiſſionis corui: & quatuordecim exiccationis terræ; & trecentorum ac ſexagenorum conficies ſummam. Ergo annus in ſcripturis, plures non complectitur dies: annus dico communis, quoniam emboliſmicus ad trecenos aſcendit ac nonagenos, vel circa: propter diei quartam, de qua ſupra.

Anni quantitas ex ſcripturis euidenter accepta.

Et licet rem, tali ſe habere pacto crediderim; ſiquis tamen, etiam ſacris in literis contenderet, annum quemlibet, dies complecti trecenos, ſexagenos, & quinos, facile acquieſco: quin & ex præmiſſis, haud difficile eſt, rem inferre. Cum enim certum ſit, menſes, vt diximus, in ſcripturis, ad motum exigi Lunæ, non quem peragit ſeptem & viginti diebus, horis ſeptem, & ferè quatuor ac quadraginta minutis (tot enim occupat, donec à quo digreſſa eſt, regrediatur punctum) ſed quem perficit vt rurſum Soli ſe copulet; quem diebus viginti & nouem, complet abſoluitque, ſed non præciſè, eò quòd duodecim adijciendæ ſunt

Qua ratione admitti poſſit annum cõmunẽ cõplecti dies 365.

 horæ,

horæ, & ferè quatuor ac quadraginta minuta: iuxta motum æqua diſtributum lance, & per E
hoc medium dictum ab aſtronomis; haud dubium, quòd ſi rem accuratè perpendimus arduum
nou erit, quod quæritur inuenire. Licet enim, ſi computus ſummaque præmiſſa, ad raoonem
integrorum exigatur dierum, treceni ſexageniique tantum, colligendi ſint dies: ſi tamen, & ho-
rarum non diſſimuletur ratio: palam ꝙ adijciendi ſunt quinq;. Non eo quidem pacto, quòd in
omnes reducantur menſes: ſed eo, quòd illi, iuxta eorum menſium computentur regulas, qui
menſis voce, exprimuntur in litera. Ergo conſiderandum eſt, menſes à cathaclyſmo exprimi no-
uem, & vnum antequam Noe ſe crederet arcæ: ergo eo in anno qui eſt explicatus, decem exun
dant dies dimidij: ergo quinque couficientur integri: qui trecenis ac ſexagenis adiuncti, com-
pletum ac vndiq; abſolutum conſtituent anuum; & ita res omni modo conſentit. Nec aliquem
turbet, quod eòmet ſubditur capite: nempe ꝙ ſecundo menſe, hoc eſt ſeptimo ac vigeſimo eius
die, terra arefacta eſt: quoniam eò loci, initium non ſumitur ab ætate Noemi, aut ab exordio ca-
thaclyſmi: ſed à priucipio commuuis, mundoque currentis anni: & exprimitur notaturq;, quo-
to talis anni menſe dieq;, terræ ſuperficies, non modo aquis ſit deſtituta, ſed exiccata: Qui planè
annus, ſi (vt quidam putant) à Ianuario auſpicabatur exordium, (prout & dicitur ſtatuiſſe Noe-
mum) Februarium pro ſecundo habuit menſe. Si vero, vt rectius ereditur, initium ſumpſit à Mar F
tio; ſecundus menſis computatur Aprilis: Quo pacto, haud difficile eſt, diem Natalis coniectare
Noemi; vt conſtat, ſiquis rem accuratè perpendit.

Vt igitur redeam: attendendum, quòd & ſi de tempore ad CHRISTVM vſque, varia chrono
graphorum inuenitur ſententia: dum recentiores Hebræi, qui librum ſequuntur Olam, ter mil
le colligunt ſeptingentos, ac ſexaginta: Et priſci, qui tenent ſe cum Philone, ter mille nongen-
Diuerſę opiniones de tẽpore, a mũdi exordio, ad Chriſtũ vſq; tos ac ſexaginta: Græci, vel cum Euſebio, quinquies mille ducentos: vel cum ſeptuaginta hiſto-
rijsq; non nullis, quiuquies mille, trecentos, & viginti quiuq;: Latini, ex Iſidoro, quinquies mil-
le, centum oonaginta & ſex; aut ex Oroſio Bedaq;, quinquies mille centum nonaginta & nouẽ:
Aſtronomi partim ex Albumaſare, & partim ex alijs, quinquies mille, trecentos viginti & octo,
aut ex Alphonſo, ſex mille nongentos octogiuta & quatuor: Veritas tamen eſt, ſacris cõproba-
ta oraculis, ꝙ ſunt quater mille viginti; prout conuincetur in ſequenobus. Nam licet à mundi
exordio ad Abramum, bis mille & octo colligantur anni; quia tamen patrum ætates, ex quibus
annorum excipitur ſumma, ad viuum non credimus reſecatas, ſed non raro, diſſimulatos mẽſes,
vel menſem, dum multorum relatæ ſunt Geneſes: haud immeritò, octo negligimus annos, indu
bij in duabus abſorptos eſſe annorum chiliadibus, ob neglectas minuoas. Rurſum, ab Abramo G
ad CHRISTVM conceptum, anuos certum eſt colligi bis mille viginti, ſeptemq;, ſed poſtremũ,
minoremq; numerum, in priori abſorberi credimus ſumma; idq; propter eandem cauſam. Nec
id modo credimus; ſed neceſſarium, ooſtro reputamus, iudicio.

Et vt quod dicimus ſit illuſtre; conſiderandum, ꝙ lex Moſis, cum Iudæis inſtituerit, ſacrumq; Leui. 25.
Iubilæum præceperit, quoto quinquageſimo celebrãdum anno: CHRISTVM fateri neceſſe eſt,
ante Iubilæum, quod ſuo fuit celebraudum tempore, annis conceptum eſſe triginta: propterea,
quòd cum exorſus eſt prædicare, illius erat proximum tempus: & cõuſque proximum, quòd pau-
ci deeraut menſes. Siquidem orſus doctoris prædicatoriſq; fuit exequi munus, vt euangeliſta te- Luc. 4.
ſtis eſt, cum annorum foret quaſi triginta: oon quidem à natiuitate, quoniam veritati non coo-
ſonat Euangelicæ: ſed à conceptione, quo pacto omnia quadrant. Cum enim, non modo poſt
baptiſmum, ſed & poſt ieiunium, doctor exierit ac prædicator (tunc enim, hoc à patre inſtitutus Luc. 3.
eſt in officio, cum eo dictum eſt baptizato, Ipſum audite) haud dubiũ, ꝙ in anni non reperieba-
tur calce, à natiuitate: cum reuolutis aunis, poſt ortum, baptizatus ſit, tertiodecimo die: ſed à con
ceptione, cum cõceptus fuerit Martij vigeſimo quinto, & prædicationi orſus ſit incumbere, Fe- H
bruarij, vt videtur, decimo ſexto. Nam cum ſexto Iauuarij, fuerit tinctus, vt palam atteſtatur Ec-
cleſia: & mox, quadraginta dies, egerit in deſerto, vt tradit Euangeliſta: non potuit, niſi tot die- Matt. 4
Conſonat annos Chriſti, a conceptione ſumendos. bus expletis, prædicationi vacare. Conſonat, & CHRISTI annos, fore à conceptione ſumen-
dos; quoniam ab eo puncto, fuit homo perfectus (Nam & fœmina circundedit virum: & in ma- Ier. 31.
tris vtero, noſtram cępit operari ſalutem, cum & illam operatus ſit in medio terræ: & ibi clauſus; Luc. 1.
non modo Baptiſtam exultare fecit iu gaudio; ſed & illum ſanctificauit, & ſpũ ſancto repleuit.) pſal 73. Luc. 4.
Ergo ritè ſcriptum eſt: ꝙ fuit incipiens (planè acceptum à patre munus, quod erat, vt non longè
poſt, idem illius ab ore notauit: Euangelizare, nedum pauperibus, ſed confractis, annum remiſ-
ſionis, ac Iubilæi: cũ reliquis, quæ quarto colligit capite) cũ annũ ferè abſoluiſſet trigeſimũ, dee
rant ſiquidẽ dies circiter triginta, vt ex ꝑmiſſis difficile nõ eſt aduertere. Ergo inter inſtitutionẽ

Iubilæi

A Iubilæi & conceptionem CHRISTI, decurrerunt anni mille quingenti, vigintiq;:in quibus & triginta celebrata ſunt Iubilæa,& ſuperſunt anni viginti, ad trigeſimũ primũ ſpectãtes;quod & anno CHRISTI, trigeſimo & primo, à conceptione celebratũ eſt. Et qd dico celebratũ cũ potius fuerit ſolutũ, & ab vmbra, vt cætera legis ſacramẽta, in veritatẽ tranſlatũ euectũq;? Sicut enim Paſchæ immolatio CHRISTI immolationis extitit ſymbolũ;ita & Iubilæum legis, typus titit Iubilæi gratiæ:quod & omnibus eſt expoſitum,& ad finem vſq; mundi protenſum. Sint ergo, à nato Abramo,ad cõceptum ex virgine CHRISTVM,anni(ſi placet)bis mille viginti,ſicut ab exordio mundi ad natiuitatem Abrami, ſunt bis mille præciſè,Dixi,ſi placet:quoniam ſi ſecus,illis copulẽtur ſeptem,& iſtis adijciantur octo: quãdoquidem et ſi,non temere(vt viſum eſt) vtroſq; detraximus: non tamen digladiamur, ſiquis & illos computandos contenderit.

Verum tempus,annoſq; computare,à conceptione CHRISTI, vſq; ad conflagrationem orbis:res non modo eſt perdifficilis,ſed abſq; Dei reuelatione,penitus impoſsibilis:quippe cui,nõ tm̃ ratio non ſuffragatur humana, ſed nec ſcriptura diuina. Et licet ita ſit, licet non niſi temere, rem quis definire præſumat, quin & id tentare, eſt indubie operam ludere, & ridendum ſe omnibus exhibere:Nihilominus,ſiquis modeſte,ſubq; ſaniori iudicio rem võluerit coniectare;ſor- *Anni à conceptione Christi ad conflagrationẽ orbis poſſunt cõijci ſed nõ ſciri.*

B te ꝙ in nullam abſurditatem impinget:Præſertim ꝙ & ſi,domino præciſum tempus non placuit reuelare: non pauca tamen, & ab illius calce,non longe remota, placuit edocere. Ergo vt rem, tali pacto tractemus,prçciſumq; diem,Dei beneplacito committamus;conſiderandum eſt, ꝙ & ſi multi negocium ſunt aggreſsi,ac in eo modicum honoris conſecuti;quidã tamen, rem expendunt argute, ac non contemnendis aſtruunt rationibus. Sunt igitur qui ad annos, hoc extendũt tempus,mille, ſexcentos,quinquaginta, & ſex:idq; non ſimplici, ſed duplici:argumento. Primum ſtatuunt, corpus CHRISTI myſticum,in pluribus cõſentire, illius corpori naturali: ſicut

Cap.12. & Apoſtolus,tum ad Romanos,tum in prima admonet ad Corinthios. Nec id tm̃,quia varia in

1. Cor. 12. vtriſq; ſunt mẽbra,ſingulaq; certis muneribus diſtributa, qbus vtrũq; cõſtat cõpleturq;,(vt alias

Eph.4. idẽmet docet)nec ſolũ, quia vna eadẽq; viuũt proportionali vita,necnon vno eodẽq; proportionali potiũtur ſpũ:ſed& quia eorũ proportione diſtĩgũtur ętates:Quãdoquidẽ, etſi in naturali, naturalibus cõibuſq;,menſurata eſt annis;in myſtico vero myſticis Iubilęicisq;,ætas compartita eſt.Putãt enim,ꝙ ſicut CHRISTVS, triginta & tres annos, currentes quidẽ, & cões, inſuper & quinquaginta,circiter dies,corporali diuerſatus præſentia eſt inter homines; ita & totidem,ſed

C Iubilęicos annos,nec non totidem,ſed iuxta horum annorum rationem,computandos dies, no

Mat.28. biſcum manſurum fore,præſentia ſpirituali:eo atteſtante, ꝙ nobiſcum erit,vſq; ad conſummationem ſæculi. Ergo ſi triginta, & tres anni, pro triginta ac tribus,ſupputati fuerint, Iubilæis, haud dubiũ ꝙ millenus ſexcentenus,ac quinquagenus,cõſtituetur numerus. Cui ſi eadem ſub ratione,quinquaginta copulabũtur dies, planũ eſt,ꝙ per annos ſex,menſeſq, aliquot, pręmiſſa augebitur ſumma:ac eo pacto,numerus efficietur,quẽ diximus. Et vt res ſit apertior,reſumatur, annos CHRISTI, iuxtà Iubilæicos,computatos eſſe:poſtquam trigeſimus, trigeſimo reſpon-

Eph.4. det anno:ac eo pacto de alijs. Aduertatur,& myſtici corporis annos, ætatẽ plenitudinis CHRISTI conficere:vt clare docet Apoſtolus. Ergo, non abſurde,tot numerabuntur anni: quot à triginta & tribus,comprehenſi ſunt Iubilæis;adiectis tamen, quos quinquaginta, vel circiter complectuntur dies,eandem iuxta rationem calculi. Vbi aduerte, ꝙ etſi à CHRISTO concepto,ad eundem mortuum,tres & triginta,computantur annj, exuberant tamen dies decem: Siquidem conceptus eſt,quinta & vigeſima Martij & crucifixus eſt, quinta Aprilis: vt alias vbertim euicimus. Rurſum & illi annumerandi ſunt dies; quos nobiſcum egit, ad Aſcenſionem vſq;. Ergo ſi annos quinquaginta,denotat annus; quinquaginta,vel circiter dies, ſex denotabunt,& aliquot *Chriſti cõceptꝰ,vigeſima quinta Martij & crucifixus quinta Aprilis.*

D menſes;vt rem conſideranti liquet.

Vtuntur & alio argumẽto. Conſtat Adamum,typum extitiſſe CHRISTI, & illius ſomnum, coſtamq; ex illo ſubtractam,vmbram geſsiſſe,tum CHRISTI dormientis in cruce, tum Eccleſiæ (vt ſuo proſequemur loco)ex latere ipſius reformatæ. Rurſum,& diluuium Noemi, nõnullã habere videtur imaginem, conflagrationis mundi:quoniam licet,primum exterminium operata ſit aqua, & poſtremum operaturus ſit ignis; proportionale tamen ſymbolum habent. Et præ-

Gene.6. ter id,ꝙ ſicut aqua non ſubmerſit electos,eò ꝙ ſunt arca ſaluati, quæ vt ſcribitur,in ſublime fere-

Pſal.96. batur ab vndis,ita & vltimo tempore, electi non patientur incendium,ſed ſolum, vt Dauid tra-

1.Theſ.4. dit,inimici CHRISTI, cui & obuiã rapiẽtur in aera,vt Apoſtolus docet: Præter hoc inquã, cer-

Mat.24. tum eſt,ꝙ vtrunq; confertur à CHRISTO, dum monet,ꝙ ſicut in diebus Noe,edebant, bibebãt,

Luc.17. nuptijs genioq; vacabant,& repente venit interitus,ita & aduẽtus aderit inſperatus ſeuerisſimi iudicis:

iudicis: Et conſtat, ꝙ niſi ſymbolum retinerent, nec ſorent ambo deſtructiones mundi, nec de E
Vaticinium Enoch i duabus ſculptũ columnis,
illis pariter, vaticinatus eſſet Enoch, aut pariter, ab eodem, vt tradit Ioſephus, in duabus, eſſent 1. anno.
ſculpta columnis, altera lapidea, ob cathaclyſmum, reliqua lateritia, propter conflagrationem
Quid ergo? argumentantur ex ijs: ꝙ ſicut ab Adamo, vſq; ad diluuium, anni interceſſerũt mille
ſexcenti, quinquaginta & ſex: ita & à CHRISTO ad conflagrationẽ, totidem inteceſſuri ſunt.
Hactenus, ſententia hæc: Quæ & ſi videtur argutula, nec ſorte penitus deteſtanda; quia tamẽ nu
tanti conſtructa eſt fundamento, tempuſq; ad finem vſq;, reſtringit, vt videtur, plus æquo; haud
mirum, ſi ſimpliciter non ſubſcribo; Nutanti inquam, nititur fundamento: quoniam & ſi anni
Iubilæici, analogiã habẽt, cũ annis vitæ CHRSTI: non propterea, illis cogimur vti, minuſq; res
momenti, tutò valet, ea ſuper baſi fundari: Non damno rem, veluti falſam, vt qui non ſum Pro-
pheta, nec filius Prophetæ: ſed ſicut infirmam, cui nequeo, abſq; hæſitatione ſubcribere. Nec
ſit conſtantior, ex ijs, quæ addunt de cataclyſmo: quoniam omnibus ſymbolis condonatis, & ſi
quidã ſpectetur applauſus, æquale nõ cõuincitur tẽpus, vt notũ eſt ſiquis accurate rẽ ponderet.

Alij idem definiunt tempus: ſed longiori ſpacio. Ij Heliæ oraculo freti: ſicut mũdi curſum, ad
ſex mille protrahunt annos, ita & illum, in tres æquales diuidũt portiones: prout & oraculũ ſub-
dit. Vnde & bis mille, aſsignant legi naturę: quam vel ea tropi ratione, ꝙ illi legi relicti, cũ pro- F
prio agãtur arbitratu, vanitate ſunt pleni (ſiquidem omnes ſunt vani: in quibus, vt ſcriptum eſt,
non eſt ſcientia Dei) inanitatem haud iniuria nuncupant. Hæc ſi (vt communis ſententia eſt) Sap. 13. Gene. 26.
in Abramo, qui vt ſcribitur, ſcriptam ſeruauit legem & ceremonias, ſuum ſortita eſt finem; pa-
lam, ꝙ veritatem habet, quod dicunt: Et præſertim, ſi terminus in illius ſtatuatur ortu; quaſi ꝙ ſe
Quo pacto lex Moſis deleuit legẽ naturę.
protenderit eòuſq;, quouſq; ille ſit natus; in quo non modo, eſt inclinata, ſed quodam pacto de-
leta. Dico deleta: ſed non in moribus, in quibus lege ſcripta, reddita eſt conſtantior, vrgẽtiorq;:
ſed in ceremonijs ritibuſq;, eò ꝙ ſanctiores ſunt introducti, Deoq; vel ex ſua inſtitutione, mul-
to magis accepti: Tunc enim, anni ſunt præcisè bis mille, vt in præmiſsis oſtendimus: quanquã
Hebræis, qui præmiſſum, vt ſacroſanctum habent oraculum, non terminentur in ortu, ſed in pe
regrinatione; in ætate hallucinati Thare, dum Abramũ filiũ genuit: prout & ſuo conuincendũ
eſt loco. Qui tamen nec oraculo ſatisfaciunt: cum eo in ſpatio, etiam ſi ſuo computetur ſenſu,
non reddatur ea ſumma præcisè: Siquidem, tam primum Abram peregrinari cœpit, q̃ primum,
dño mandante vt patriam deſereret & cognationem, Vr exijt Caldæorum: & ob id, cum natus
eſſet ſeptuageſimum annum, vt ſuo ſtatuendum eſt tempore. Et licet, cum cœpit peregrinari,
Deo cęperit inſigniter obedire, eius legem & præcepta ſeruare, ac vitam iuxta ritus, & legis cere G
monias inſtituere: id tamen non fuit, in duorum milliũ annorum calce præcisè, cum & Hebræo
rum calculo, exuberent decem: etſi nõ inficior, & illos in mẽſium abſorberi poſſe minutijs, quę
in tot annorũ ſunt neglectæ curriculis; ſicut & ſupra de alijs explicatum eſt. Non deſunt, & qui
naturæ legem, vſq; ad circunciſionem extendant Abrami, eò ꝙ circunciſio, non modo ſcriptæ
legis extitit baſis, ſed profeſsio; Paulo acclamante, omnes ſe legis conſtituere debitores, qui vt il- Gal. 5.
lius veſtigium, ſtuduerint circunciſionẽ geſtare in carne. A quibus etſi, nõ diſſentio; conſtat tñ,
tali pacto annos tranſcendi bis mille: cum ille, anno ſuæ ætatis, circũciſus ſit, nonageſimo nono. Gene 17.

Bis, qui ſequuntur, mille, legi tribuunt ſcriptæ: & quidem res, ita ſe habet: Quandoquidẽ,
Lex Moſis annis durauit bis mille viginti.
inter ortum Abrami, & conceptionem CHRISTI, in qua, Moſis inclinata eſt lex, Apoſtolo ad Gal. 4.
monente, ꝙ eòuſq; eſt lata, quouſq;, cui promiſſum eſt, deſcenderet ſemen, bis mille ac viginti
intercidunt anni; ſicut & tractatum eſt. Ergo remanent, bis mille poſtremi, qui ſunt ſubſcripti
Meſsiæ, & ea quidem lege, vt iuxta oraculum, totum perficiant mundi curſum. Ergo & bis mille
anni ſeptimæ deputabuntur ætati: id quod quærebatur à nobis. Confirmant ſententiam alij: tũ
quia iratus dñs, in genus humanum, pœnitenſq; ꝙ finxiſſet illud; ei præfixit de articulauitq; tem H Gene. 5.
pus, centum & viginti annos (qui licet prima facie, illius ætatis hoĩbus, ad reſipiſcendum videan
tur aſcripti; placet tñ nonnullis, etiam de toto humanæ generationis, interpretari decurſu; ac ſi
dñs, ab Adamo, ad poſtremum hominum diem, tot & non plures, annumerandos intenderit an
nos, quos & per Iubilæos, prout & alij, multiplicatos, haud dubium, ſex mille cõficere) tum quia
ab exitu populi ex Aegypto, Pharaoniſq; ſubmerſione cum exercitu, ad repromiſſæ introitum
vſq; terræ, anni decurrerunt quadraginta. Ergo conſonat, vt ab exitu noſtro ab Orco, mani-
buſq; ac tyrannide Sathanæ, necnon noſtrorum criminum ſubmerſione in mare baptiſmi: hoc
eſt, ab anno noſtræ redemptionis & ſalutis, vſq; quo in terram recipiamur viuentium, supernãq;
patriam, nobis non ſolum repromiſſam ſed & Chanaam adumbratam; anni tranſeant quadra-
ginta, at Iubilæici, & nõ cõmunes: quos cõſtat, noſtros bis mille cõficere. Verum nec prædicta,

A ſunt ſolida: tametſi, tot ſcrupulis; non ſubiecta. Non ſunt ſolida: qm̃ fundamentum continent imbecille, nempe ſola Hebræorum aſſertione probatum; quibus quantum concedendum ſit fidei, non eſt cur moremur: & ſi non mediocriter rem promoueat, ꝙ trium portionum oraculi, duę comprobentur veræ. Non ſunt ſubiecta, tot ſcrupulis; qm̃ ampliori tempore: plurima valent
Mat. 24. expectari eorum quæ euentura ſunt. Nec tranſeo, ꝙ hæc ex ſumma tradunt aliqui, nonnullos eximendos annos; idq́; propter dñi verbum, ꝙ in electorum gratiam illi breuiandi ſunt dies: Quorum & nonnulli, dearticulant numerũ; dum ad vigenos, qui ſunt decurtandi reſtringunt; nec aliam ob rationem, niſi, & quia tot ea de ſumma, quam hominibus ad reſipiſcendum, diuina ante chataclyſmum ſanxit bonitas, ſunt Hieronymo admonẽte, ſubtracti, & quia tot eò abũdant in tempore, quod ab Abramo ad CHRISTVM, prout dictum eſt, currit interciditq́;. Reliqui, eodem ex fundamento, abbreuiationem ſtatuunt; ſed annorum, qui detrahendi ſunt numerum, in diuinã reijciunt libertatem: quod & lõge ſanctius, longeq́; tolerabilius eſt. Sed & hæc, minus ſubſiſtunt: qñquidem, in Euangelio ſermo non fit, de minuenda periodo mundi, ſed tribulationis Antichriſti: Nec recipitur, ex annis ad reſipiſcendum conceſsis, detractos fuiſſe vigin-
B ti, cum id ſcriptura non tradat; nec aliquid eſt, quod ad illud aſtringat; immo cum exploratiſsimũ
Exod. 33. ſit, Deum reſipiſcendi tempus, non minuere, aut vindictæ terminum pręuenire, vt qui longus eſt furorum, ſuaque pro bonitate diu clementer expectat; res nonnihil pateretur diſſonantiæ, vt quiſq; poteſt aduertere.

Tẽpus decurtandũ in mũdi calce, quomodo intelligitur.

Sunt & aliæ conjecturæ, ſed cum imbecillioribus nixæ ſint baſibus, haud iniuria libuit prætere rire. Verum quod ea in re mens præſagit: penitus non diſsimulo. Nempe finem mũdi; fore proximum: quin & in ianuis, Idq; non tantũ, quia paſsim ſic ſonant Apoſtoli, immo & CHRISTVS: ſed quia, non pauca, & quidem exploratiſsima ſigna, præludiaq́;, quæ poſtremum habent præce-
Mat. 24. dere diẽm, immo et pro foribus adeſſe mõſtrare: hactenus abſolutiſsima ſunt. Ergo ſi ab arbore fici cum in gemmas prorumpit, licet nedum tempus auſpicari ætatis, ſed & illud decernere propediem fore: haud dubium, ꝙ pluribus eorum, quę monet dñs, non longe illud tempus pręcedere, periculo comprobatis, conuincetur eſſe valde propinquum: nec remorari poſſe, pluribus
2. Thi. 3. annorum ſpatijs: Et vt quædam commemorem, compertiſsimum eſt ex Apoſtolo extremo in tempore, futuros hoĩes ardentiſsimos ſui; futuros ſuperbos, elatos, cupidos, inhoneſtos, blaſphemos; cum ijs quæ ſubiungit. Et quis non videt immo quis non deflet, hæc nos tempora incidiſſe:
C quin & annis non paucis, maximo electorum ſcandalo, extremaq́; Eccleſiæ CHRISTI iactura,
Mat. 24. has peſtes perpeſſos eſſe? Rurſum: quis nõ dolet, nonmodò mutuã refrixiſſe charitatẽ, id quod dñs, extremo aſſerit affuturum tempore: ſed penitus extinctam? Recolat, ſiquis dubitat, quod ea
1. Cor. 13. de re ſcribit Apoſtolus: nempe ꝙ non quærit ſua, ſed aliena; ꝙ eſt patiens, ꝙ eſt benigna; ꝙ non
Luc. 18. inflatur, non ambit, non extollitur: cum reliquis quæ pergit annectere. Nonne & prænũciauit dñs poſtremis mundi diebus vix reperiendam fidem? Cum venerit, inquit, hominis filius, fidem putas; inueniet? Et quis manibus non petractat, ac pleno æſtuat pectore: fidem exulaſſe, ac penè decoxiſſe? Mitto Græcos, mitto Aſianos, Arabas, Perſas, & reliquos barbarorum populos: Ad Europam trãſeo; quin & apud Italos moror. Quis fidem in quàm pluribus nõ deſideret? Adde, & Apoſtaſiam: quam Paulus facit Antichriſto proximam. Quę licet interpretetur aliquibus,
2. Theſ. 2. quę tempore facta eſt Mahometis, puto tamẽ, nõ minus ſortiri veritatem, ſi ad eam reſtringatur, quæ apparet temporibus noſtris: quibus ab Eccleſia CHRISTI, multa apoſtatarunt, Regna, po-
Matt. 24. puli, nationes. Denique nec deeſt (quod & dñs monuit, quouis angulo Euãgelium inſonaturũ) cum Dei beneficio, hac peruenerit tempeſtate, ad Antipodas vſq;.

Authoris ſententia de mũdi duratiõe.

Apoſtaſia de qua aliquando Apoſtol.

De Antichriſto, nõ loquar: qm̃ etſi hactenus, nõ ſe ꝓdiderit in perſona; prodidit tñ & prodit
D ſeſe, ſuis in perditiſsimis, ac peſtilentiſsimis membris: hæreticis inquam, impijs, ac profanis hominibus, in quibus & myſteriũ operatur iniquitatis; dum in iſtis veſtitur hypocriſi, & in illis fu-
2. Theſ. 2. cato religionis zelo: haud tñ abeſſe, non ſatis ſuſpicor, quin & breui reuelandum exiſtimo, & dñs interficiẽdum ſpiritu: vti Paulus ſcripſit. Hic ſi patribus creditur, ex Dan, hoc eſt, ex iudicio, (ita quidem, ea redditur vox, & plane, quo merito plectẽdi ſunt homines, qui nõ credũt veritati, ſed vanitati, qui amplectuntur tenebras, & floccipẽdũt lucem: & potiſsimum incredulum Iudæo-
Acto. 13. rum genus, quibus miſſum fuerat ſalutis verbum, vti Paulus dixit: quod tñ, non ſolum contempſerunt recipere, ſed & cruci tradiderũt dñm gloriæ) Ex iudicio inquã, ac iuſta Dei cõdemnatio-
Ioan. 5. ne, nõ modo ex Iudæis oriturus eſt: ſed & maxime recipiendus ab eis (ſiquidem poſtulabat ius, ꝙ CHRISTVM non curantes recipere, qui in nomine venerat & virtute Dei; tandem recipiant An-
Gen. 49. tichriſtum qui veniet in nomine & poteſtate Sathanæ:) Qui, ſicut eſt vaticinatus Iacob nõ ſecus

erit, ac

erit ac coluber, tum quia virulentus & ſagax: tum quia inter perditos, diabolum patrem qui co- E
luber eſt tortuoſus, & in colubri forma prothoplaſtes ſubuertit, obtinet quàm inſigniter. Nec
Vaticiniũ Iacobi di Antichriſto. modo illum habet patrem, ſed & dñm; cuius nutu omnia eſt acturus. & mendacibus ſignis ac por
tentis, homines qui non ſunt in libro vitæ conſcripti, ſeducturus: Et coluber appelatur, in via; Apoc. 21. 1. Cor. 11. Deu. 3.
q̃nquidem à recta, quæ planè regia eſt vtpote charitatis Dei, vt dicit Apoſtolus, vel legis diuinę,
vt non raro ob oculos reducit Propheta; auocabit, deterrebitq́; plurimos. Nec tantum coluber
dictus eſt, in via: ſed & ceraſtes (qui multis armatus eſt cornubus, vel baſiliſcus, qui viſu pernecat
homines) eſt appellatus: idq́; in ſemita. Nam ſicut Sathanas eos, qui conſiliorum ſemitam, per
quam proficiſcuntur multi, validioribus quatit viribus, ac in illos omnes neruos, omneſq́; muni
tiones exponit: ita adiuratiſſimus Antichriſtus cornua, impetusùe ſuę poteſtatis, arieteſq́; ſuæ vi
rilis expendet in eos; quos CHRISTO arctius experietur coniunctos, ac conſiliorũ profeſsione
aſtrictos: Quos, vel aſpectu viſuq́; ſataget pernecare, dum ſe omnipotẽtẽ oſtẽdet: idq́;, nõ modo
ob fauorem hominum, multorumq́; regnorum oppreſsionem; ſed & quia in Dei templo ſede- 2. Theſ. 2.
bit, nec ſecus ac Deus, vel vt maximum diuinitatis numen.

Verum non mordebit, non plaga vel veneno conficiet: niſi equi vngulas, vt Patriarcha præ- F Gen. 49.
dicit, Sicut enim Sathanas, calcaneo, hoc eſt extremis corporis CHRISTI membris (illis inquã,
quæ eius in corpore, quod eſt Eccleſia, aſcripta ſunt, non ſimpliciter, non abſolute, ſed ad tẽpus,
ſed ſcriptura delebili: vt quæ aliud, non retinent CHRISTI, niſi quia ſunt tincta, & fide quali-
cunq́;, donata,) tendit inſidias: quin & mordet & lacerat, ſecumq́; in perditionẽ præcipitat: ita
& eius Vicarius Antichriſtus, vngulis nocebit equi, hoc eſt corporis CHRISTI myſtici: quo
non modo hac in peregrinatione vehitur, ſed & illud, vti ſeſſor moderatur, agendo tum ſpi- Heb. 1.
ritu, tum verbo ſuæ poteſtatis: vt Apoſtolus monet. Vngulæ ergo ſolo ſunt nomine, ſoloq́; ba-
ptiſmo fideles; vt qui licet ad myſticum, vt dictum eſt, CHRISTI pertineant corpus; ſunt tamen
poſtremi, ſunt humi repentes: & cœno ac puluere ſordidi. Præter id, q vngulæ ſunt aridæ, ſunt
ſine pinguedine vel humore, quod & prædictis iure conſentit; vt qui deſtituti ſunt pinguedine
gratię, & humore Spiritus paracleti: quæ haud obſcurũ eſt, his ſymbolis, ſacris in literis, deſigna
ri. Nec putãdum, q etſi Sathanas, eiuſq́; Vicarius Antichriſtus, mordere equi geſtiunt vngulas,
in hoc ſint, ſupra modum ſoliciti: quippe quos non fugit, ad ſuam illos demum deuẽturos tyran
Exploſo Antichriſto, ad tẽp' reſpirabit Eccleſia. nidem: ſed vt explorent, faciantq́; periculum, an ſeſſorem, etſi non prorſus deijcere, ſaltem va-
leant, non leuiter exturbare. Verum exploſo, proſtratoq́;, ſuo cum ſatelitio Antichriſto; nũquid
mox ſtatus defecturus eſt mundus? Non quidem: ſed ad tempus reſpirabit Eccleſia. Nam vt in G cap. 8. Matt. 24.
Apocalypſi Euangeliſta tradit, magna tribulatione peracta (de qua ſcriptum eſt, ſi non fallor, q
maior nõ fuit ab initio, nec erit vſq́; ad finem) horæ dimidium ſilebit; hoc eſt, quiete potietur &
& pace, hac in peregrinatione Eccleſia. Et licet aliqui medietatem horę, tempus vnius interpre
tentur chiliadis; propterea q idem, eiuſmet vigeſimo libri, Sathanam, ne ſua pro libidine vexet
electos, annis mille aſſerit alligatum: quodq́; illis expletis, in Eccleſiam permittẽdus eſt, etſi bre
ui, nõ mediocriter debacchari: illam aduerſus, Gog commoturus & Magog; prout latius, eo in lo
co, placet nihilominus alijs, q tempus denotet modicum: quod & mihi probatius eſt. 1. Ioan. 2.

Nam oẽs licet, ſuam tueantur ſniam, aſtruentes illi, Si totũ tẽpus, vel ad illud vſq́; ſilentiũ, vel
ad ſæculi ſi mauis cõſummationẽ, hora eodẽ cõputatur auctore (filioli, hora nouiſsima eſt) & tã
bis forte mille complectitur annos iuxtà Heliæ vaticiniũ; cur eidẽ mille annos, dimidiũ non de-
notabit horę? Nec autumãt ob id qui ita tradũt, tot annos, media hora cõprehẽſos, intra his mille
ꝑdictos incluſos: alias, ea nunc potiremur quiete: cũ à CHRISTO nato, vel mortuo, annos vltra
millę egerimus, & quingentos, ſed illis abſolutis, ita numerandos fore, q mundi curſus: nõ qui-
dem ad ſex, ſed ſeptem, ſit protrahendus chyliades: Non ea lege, quod poſtremo, (vt Cherintus H
aſſerit) millenario homines vacaturi ſint genio, aut carnis ſint cõſpurcandi voluptatibus: ſed qua
priſci tradiderũt patres, Papias, Irenæus, Tertullianus, Victorinus, & Lactantius: Nempe q re-
focillandi ſint delitijs ſpiritus, & cœleſtibus Ambroſijs ac voluptatibus. E diuerſo vero aſſerũt
iſti, quod licet poſtrema mundi ætas, ſiue bis mille, ſiue plures complectatur annos, hora valet
non immeritò dici: ſicut & totus mundi decurſus, cum tempus noſtris ſit operibus deputatum, Pſal. 103. Ioan. 9.
nonnunquam, per diem ſolet, ſacris in literis exprimi (Exibit homo, ad opus, à mane vſq́; ad ve-
ſperam: Et me operari oportet, donec dies eſt) tempus tamen feriationis ac pacis, cum hora, ve
Nõ cõſonat noſtrę peregrinationi, diu deſtitui pugna. dimidia dicitur, non in longum, intelligendum eſt protrahi, ſed ad tempus breue reſtringi:
cum noſtræ non conſonet peregrinationi, diu deſtitui pugna, vt qui ad ocium, quod ſentina pe
laguſq́; omnium eſt malorum, ſumus plus æquo propenſi, quin & iuuat, illo non raro diſſolui,

Nec

A Nec proficit, quod de mille afferunt annis:cum eò loci ſermo, de illa non intelligatur quiete, quæ poſt bellum promittitur Antichriſti,ſed de illa qua fideles, à CHRISTI potiuntur morte: cum illis Diabolus ſit ligatus. Nam CHRISTO, ad inferos deſcendente,in vincula inſatiabilis coniectus eſt homicida, eò q illi vis eſt compreſſa reſtrictaq;, ne in nos debacchetur pro libito, idq; eouſq; quo veniat Antichriſtus,& ſoluatur tunc,ſed ad modicum tempus; Vt qui nocēt nocceant adhuc,& qui ſordent,ſordeſcant adhuc: perfidi nēpe Iudæi,& reprob i oēs:quorum tunc, maxima ni fallor,offendetur copia,vndiq; cōfluētibus Barbaris,Thracibus, Scythis,alijsq; à quo mundi volueris angulo,Sathanæ,eiusq; Vicario Antichriſto adiuratiſsimis furijs:Qui & fideles, affligēt eouſq;, quòd niſi dies,diuina decurtarentur clemētia:periclitari viderētur electi. Licet inquam ſuam quiſq; tueatur partem: non primæ, ſed poſtremæ ſubſcribo, ſatis perſuaſus, ſtatui non congruere militari,quem Eccleſia in præſenti exilio ducit:diu potiri quiete. Quare ne forte,quouis pacto torpeſcat:non modo ſibi inculcatur vt vigilet,ſed vt & die noctuq; ſit accincta, quoniam repente veniet dominus:Siquidem,cum dicetur pax pax: extemplo exitialem mundus patietur interitum, ſicut & Paulus vaticinatus eſt:

Ioan. 8. Luc. 11. Apoc. 22. Mat. 24. Luc. 12. 1. Theſ. 5.

B *Quot ſint, mundi ætates: quota vniuſcuiuſque periodus, & quæ earum inſinuationes, & typi.* CAP. V.

QVota quota ſit, mundi duratio: ſine controuerſia, in plures diſcinditur portiones;tametſi diuerſa ſentētia. Sunt quibus placet, partiendam eſſe in tres: tum iuxta tres leges, Naturę,Moſis,& Gratiæ:tum iuxta Euangeliſtę verbum,quo homines, triplici diſpenſat ætate,Scribo vobis infantes,ſcribo vobis iuuenes,ſcribo & vobis ſenes Et quoniam hi,oraculo nituntur Heliæ: conſonat, vt partes reddāt æquales; cuilibet annos aſcribendo,bis mille. Alij partiunt in quinque: nec curant ſint vel non ſint,protenſione pares: quiñ & ſciunt,q ſunt protēſione diuerſę:vt qui primam extendun t vſq; ad Noe, ſecundam vſq; ad Abram,tertiam vſq; ad Moyſem,quartam vſq; ad CHRISTVM, & quintā vſq; ad conflagrationē. Huius ſententiæ,Diuus videtur Gregorius,in Euangelium vineæ,ſeu conductorum ad eam:& fundamentum eſt,horarum, primę,tertiæ, ſextæ,nonæ, vndecimæq; diſtinctio:vt in ea parabola: Alij reſoluunt in ſex:& hi,tm̄ abeſt,q tradant ęquales,q earum floccipēdunt periodos. Et hoc placuit Auguſtino,& nonnullis aſſeclis: qui illas, iuxta generationū partiuntur ſeries, nihilipendendo interiectum tempus,Quare ſubſcribunt primæ,generationes decem,& ob id, protrahunt illam vſq; ad Noe.Secundæ aſsignāt totidē, & per hoc extendunt vſq; ad Abram : Tertiæ dant quatuordecim, & pertingit ad Dauidem;Quartę,& quintæ,tribuūt,vt in Euāgelio,totidē,illā in tranſmigratione terminādo Babel,hāc in natiuitate CHRISTI IESV: Sextæ demum, finem ſtatuunt conflagrationem mundi & generationum numerum relinqūūt incertum,tametſi,in illa vna valeat dici generatio,quæ eſt CHRISTI fidelium: de qua & dominus,quòd non deficiet,donec omnia fiant.

1. Ioan. 2. Mat. 20. Matt. 1. Mat. 24. — C

De mūdi ętatib' varię Patrū ſententię. D. Gregorij placitum. D. Auguſtini ſententia.

Alij reſoluendam putant in decem & ſingulas,vna fermè mēſura. Cum enim hi ſint,qui mundi curſum,protrahunt in chyliades ſeptem, conſonum habent,ſi ſingulis ſeptingenti, circiterue ſubſcribantur anni:vt dicetur non longe poſt. Quare primā,in diebus abſoluunt Enoch:ſecundam,in diebus Noe:tertiam,in diebus Abram:quartam,in diebus Heli: quintam,in diebus Artaxerſis,ſeu reſtaurationis Ieroſolymæ: ſextam, in diebus Syluestri Papę:vel Nicęni Concilij:ſeptimam,octauā,nonā,& decimā,ſua pro rata, vſq; ad conſummationē mundi. Horum fundamētum eſt,tum maioris,tum minoris mundi proportio;quæ ſicut ſeruatur in multis,ita & in ætatū diſcrimine. Ergo ſicut homo,qui minor dicitur mundus,has ętatum ſuſtinet viciſsitudines, nā primo eſt infans, puer paulo poſt, adoleſcens deinde, iuuenis quarto, vir quinto, ſexto maturus, D ſeptimo perfectus, ſenex octauo, ſenior nono, & decrepitus decimo: ita & rerum machina, quæ maior nuncupata eſt mundus,haud diſsimiles patitur mutationes. Et ſicut in homine, ij gradus, complexionem alterāt,& alteratione,quam præſtat animaduertere, vnde & dicti ſunt, climactericī,& non raro,periculum minantur vitæ: Et ſicut in eodem,ſinguli ſunt vnius menſuræ,ſiue p nouenos, vt dicebat Plato,ſiue per ſeptenos,vt rectius ſentiebat Solon, diſpēſentur annos & certam noſtræ vitę non excedunt periodum :ita & in corpore vniuerſi,ſeu in maiori,vt dicitur,mūdo,etſi non per nouenos,ſeptenosue,ſed per nongentos, vel ſeptingentos,quod rerum cōgruit vniuerſitati,ſuę diſpartiūtur ætates;in quibus,tum multæ,tum anima duerſione dignę, alterationes ſunt. Et quoniam probatior, Solonis ſententia eſt: ſicut homines per ſeptenos, ita & orbem rite, diſtribuunt per ſeptingenos. Ergo ſicut dies hominis, co diſpenſati ſunt calculo, vt ad annos,

Varia Solonis & Platonis ſententia de climactericis annis.

annos, ſicut & Propheta refert, protrahantur ſeptuaginta: ita & dies mundi, ad annos coarctati ſunt, millies ſepties. E Pſal. 89.

Alij demum ſunt, qui acu, rem tangunt: & ob id, in ſeptem ætates reſoluunt. Inter quos reperitur Philo inſignis doctor Hebræus: & Damaſcenus doctor egregius, & catholicus. In ſeptem inquam diuidunt, at non æqua lance. Verum, vt res ſit dilucida: attendendum eſt ꝙ licet ætates iſtę, iuxta proportionē accipiãtur hominum: licet & climactericis, ſua pro ratione, ſubiectæ ſint motibus, ad muodum tñ, non transferuntur maiorē, vel ſimpliciter, vel iuxta illius ſingulas partes. Vnde nec ad corpora, poſſunt aptari cęleſtia, vt quæ, peregrinis nequeũt, affici varietatibus, nec ad ſimplicia corpora, qm̃ etſi peregrinis, elementa ſubiecta ſunt accidentibus, non tamē, vel æqualibus vicibus vel mutationibus climactericis: nec reliqua mixta, qm̃ licet in pluribus veteraſcant, tales tñ, non patiuntur viciſsitudines, vt de quibus, eſt ſermo. Ergo ſicut hæc ab hominum ſunt mutuata euentu: ita & in illis rite tractandis: opus eſt, vt ad hominem babeatur oculus; in quo noo modo ætates hæ ſunt repertæ, ſed & propter ipſum ſunt tam accurate diſtinctæ. At, cum de ijs ſermo eſt, vt ſacræ faciunt literæ, necnon Eccleſiæ probati doctores oculus ad hominem ſimpliciter, non attollitur; ſed (animaduerſo ꝙ ſi, vt philoſophi docent: oēs homines naturę communione, vt vnus computati ſunt homo; nón modo pari, ſed ratione longe maiori, fideles, qui diuino ſpiritu, vnũ colligũtur in corpus, hoīemq́; illũ myſterioſum cõſtitunt per neruos iuncturasq́; conoexũ, compaginatũq́;, qui & corpus dicitur CHRISTI, & per hoc eius ſacroſancta Eccleſia, vti vnus homo ſunt) ad myſticum eleuatur. Qui homo myſticus, cum à mundi exordio, vſq; ad illius vltimum diem non ſolum peregrinationē agat, ſed & auctiones & progreſſus recipiat optimo quidem iure diuerſas admittit ætates. Quare primo egit inſantiam, ſecũdo pueritiam, tertio adoleſcentiam, quarto iuuentutem, quinto viriliatem, ſexto ætatem maturam, & ſeptimo, io qua & nunc eſt, ætatem perſectam. F Eph. 4. Col. 2.

Homo myſticus, perinde ac naturalis ſuas habet ętates, ſed nõ ſeneſcit.

Et quanquam io hominibus alijs, vlteriores non detrectemus ætates: in hoc tamen myſtico, vlterior non datur progreſſus: cum tres, quæ enumerántur poſtremæ, non ſint ſine imperſectione, quam CHRSTI hoc corpus abhorret, Siquidem ſicut CHRISTVS, qui eſt caput, ſemper eſt nouus, nuoquamùe afficitur ſenectute: ita & illius corpus, membraq;. degunt ſemper in nouitate, & nunquá ad ſenium, minusq́, quæ ad illud ſequuntur, attingunt: Nec oportet has eſſe æquales: quia licet in homine naturali res ſorte congrueret, in homine tamen myſtico minus conſentit: nec auctiones progreſſusq́; gratuiti, ex meritis ſunt penſandi naturæ, ſed ex libera Dei electione; cui ſicut pro arbitrio placuit, eo in corpe mēbra diſtribuere: ita & ꝑ arbitrio placet, auctionũ progreſſuumq; tempora diſpenſare: vt nec raro, monent literæ ſacræ. Forſitan, dixi: quoniam etſi, id Plato tradebat & Solon; non deſunt tamen, tum aſtronomi, tum alij, qui aliter ſentiunt: & experientia docet, aliquos vix in decēoio, vti libertate, vel in decimo octauo pubeſcere. Ergo ioſantia huius homiois propter quem factus eſt mundus: à fictione, vt dicunt, Adæ, ad cataclyſmum decurrit Noemi: in qua, mille ſexcenti, quinquaginta & ſex, numerantur anni. Pueritia ad circũciſionē procedit Abrami: in qua fluxerunt anni quadringēti quinquaginta & duo. Adoleſcentia, vſq; ad legem Moſis; in qua anni lapſi ſunt quadringenti. Iuuenta ad templum Salamonis, in qua anoi interceſſerunt quadringenti octogintaq;. Virilis, ad captiuitatem Babel: annos cõtinet quadringentos & octo. Maturitas ad cōceptionē CHRISTI: & annos habet quingentos, triginta & nouē. Perfectio ad conſummationē ſæculi in qua tot interceſſuri ſunt anni, quot dominus definiuit. His indubitanter ſubſcribo miti quòd Infantiam placet, vltra translatiooem, non extendi Enoch: & ob id, aonos nō cōplecti, niſi nongentos, octoginta ſeptem: & Pueritiam, ad conſummationem cataclyſmi: in qua anni ſunt computandi, ſexcenti & ſeptuaginta: & Adoleſcentiã ꝑad legem datam: in qua anni currunt octingenti quinquagiota & duo. G

Periodi aſſignantur ętatum Myſtici hominis.

Ergo ex hac, poteſt agnoſci diſtributione quàm conſonet, Dei verbum incarnatum, in ſextæ ætatis, calce: nam cum illa ſit matura, palam ꝙ nec debuit protelari; nec decuit præueniri. Rurſum & ſeptima; tempori non immerito, aſcripta eſt gratiæ: quæ cum ſeruet compleatq́, naturá, ad perſectionem indubitanter transfert. Vnde & Præcurſor gratiæ, ad hoc quidem venit, vt domino pararet plebem perfectam; & Apoſtoli io id acciti ſunt muneris, vt omnem homioem redderent perfectum Deo: & lex CHRISTI, lex eſt perfecta: & hortatur ipſe, vt ſimus perfecti, ſicut & pater qui in cœlis eſt. H Luc. 2. Colo. 1. Mat. 5.

Adumbrantur quidem, nec raro, ætates hæ, ſacris in literis & aliquando io ſeptem annorum hebdomadis, quæ ſacrum præcedebant Iubilæum: aliquando in ſeptē ſimpliciter annis, vt cũ ſex annis, ſerēdi fuerãt agri, putandæ vineæ, & ſeptimo ſuperſedēdũ erat ab his, vt terra quieſceret. Leu. 25. & 26.

Septē mũdi ętates, in ſcripturis multis adumbratę ſunt modis.

A Amplius. Et per ſex annos, permiſſum erat exigi mutuum, & omne quod voluiſſes debitũ, etiã
à proximis ſocijsq́; : ſed in ſeptimo non permittebatur, niſi ab alienis & extraneis. Adumbran-
tur & per ſeptem menſes, illos inquam, qui expiationis præcedebant feſtum: Et per ſeptem heb
Exod. 23. domadas, quæ præueniebant Penthecoſtem: Et demum per ſeptem dies, nec tãtum eò loci, quo
dicitur, ſex diebus ſtudendum operibus, & ſeptimo quieſcendum ab eis, ſed & eò maxime, vbi
ſex traduntur productioois mundi, & ſeptimus diuinæ quietis: Siquidem conſiderandum, ꝙ ſi
mundi decurſus nominetur ſæculum vt in ſacris, nonnunquam eloquijs (non remittetur hoc in
Matt. 12. & 13. ſæculo, nec in futuro: ſic erit in conſummatione ſæculi: & fides ſtabit in ſæculũ) conſonat, tum ꝑ
Eccle. 40. annos tũ ꝑ annorũ hebdomadas, illius explicari partes. Si appelletur annus, vt non ſolũ cõſtat,
de magno anno apud philoſophos, ſed & aliqñ in diuinis literis (& benedices coronæ anni be-
Pſal. 64 nignitatis tuę) Nam tempus peregrinationis hominum, annus eſt benignitatis Dei: cum in illo,
non modo ſit benignus, ſed Paulo teſte, diues in benignitate. Hoc anno completo, & velut co
rona circuloque abſoluto, benedicit Deus tum illi, vt qui finem ſortitus, Deiq́; executus præce-
pta, haud iniuria dignus eſt benedici: tũ electis, qui in illius termino, ad Dei cõſtituẽdi ſunt dex
Eph. 1. trã, & omni, vt docet Paulus obruẽdi Spiritus benedictione: Quanquam & reprobi, qui & ignı
B tradentur incombuſtibili, omnino non erunt benedictione deſtituti, quippe qui non omni cru
Tren. 6. ciabuntur ſeueritate, & non mediocris agnoſcent miſericordię, ſi non ſunt conſumpti. Si inquã
appelletur annus: congruit, vt & eius partes, nuncupentur menſes. Si demum appelletur heb-
domada, ſicut forte, ob breuitatem appellatur in patria (ſiquidem eo in loco, mille anni, perin-
Pſal. 89. de ac dies habentur heſterna quæ trãſijt: & mille anni, apud dominũ, ſunt veluti dies vnus) haud
2. pet. 3. dubium, ꝙ illius partes rite appellabuntur dies.

Ergo, ſicut ſeptem annorum abſolutis hebdomadis, ſacrum inſtabat Iubilæum, in quo vnuſ- Illuſtrantur ſeptem ſtatũ vmbrę.
quiſq́; ad ſuam reuertebatur poſſeſsionem, priſtinamq́; familiam: ita & ſeptem conſummatis æta
tibus, redibunt electi ad ſuper cęleſtem patriam, regniq́; amiſsi poſeſsionem, quibus ſe abdicaue
rant, nõ modo per peccatum recedendo à Deo, ſed illa vendendo gratis, quia ſine debito precio.
Redibunt & ad familiam priſtinam: quoniam nedum ad Angelorum reaſſumentur conſortiũ,
ſed & ad politiam cœleſtem, connumerandi inter conciues ſanctorum, & domeſticos Dei; à quo
Eph. 2. & 3. omnis nominatur familia, vt dicit Paulus, tum in cœlo, tum & hoc in exilio. Et ſicut annis tran
ſactis, ſeptimus erat requietionis terræ, in quo fas non erat, vt diximus, illam ſcindire, aut vioeas
C vel arbores cædere: non licebat exigere debita, niſi ab alienigenis: ita ſex mundi ætatibus, Eccle
Eccl. 1. ſiæ CHRITI terra (quæ, tum quia firma, nam terra in æternum ſtat, tum quia imbribus cœleſti-
Eſa. 55. bus madida: ſiquidem imber de cœlo deſcendens, inebriat terram, & eam germioare facit: & de
mum quia influentiarum cœleſtium receptaculum; propter quod & à mundi ſapientibus, ſyno-
dus eſt nuncupata Deorum: non immerito typus Eccleſiæ eſt) multoties fuit afflicta, ac oneri-
bus varijs, tum internè, tum externè immanè vexata; nec tñ ob iugum importabile, legis quantũ
ob immitem ſęuamq́; tyrannidem Sathanæ. At ſeptimo anno, qui eſt quietis & gratiæ: excluſa
lege & alligato Sathana: etſi diuina prouidentia, non quieſcit externè quieſcit internè, qñqui-
Ro. 3. & 4. dem, etſi in continuo verſamur agone, iuſtificati tamen gratis, per gratiam Dei, per redemptio
Philip. 4. nem quæ eſt in CHRISTO IESV, pacem habemns ad Deum, & pacem quę & longe ſuperat om
nem ſenſum: vt Apoſtolus docet.

Matt. 5. In quo nec à fratribus licet, nec amicis, debitum, mutuumq́; repetere; cum nec deceat, ex do-
Eph. 4. mini verbis, vel quempiam, hoc pro tempore, in iudicio cõuenire, ſed omnibus debita relaxare:
Rom. 12. vt qui ſumus inuicem membra, & omnia, ex charitate, ducere cõgruat vt communia. Debemus
& Mat. 6. & peccata, offenſaſq́; in nos admiſſas non ſolum non retaliare, non ſolum ex corde remittere:
Rom. 13. D ſed & bona pro malis retribuere, & pręſertim fratribus, nobiſq́; vinculo dilectionis aſtrictis; in-
ter quos, ſi Paulo creditur, nullum ponderandum eſt debitum, niſi charitatis mutuæ. At de his,
qui foris ſunt, diſponit lex ſecus. Nec rem ab illis prohibemur repetere: cum quibus non cogi-
Leu. 16. mur aliquid habere commune. Et ſicut, menſibus ſex decurſis, ſolemnitas inſtabat expiationis,
in qua & Pontifex in ſancta admittebatur ſanctorum: ita & ſex tranſactis ætatibus, ſolemnitas ce
lebratur mortis, & reſurrectioois CHRISTI, quibus noſtris expiatis culpis, vna cum CHRISTO
Heb. 9. Pontifice, ingredimur ſancta cœleſtia vt Apoſtolus monet. Et demum, ſicut diebus ſex, operi-
bus licet imcumbere ſeruitutis, & in ſeptima eſt prorſus vacandum ab eis: ita & ſex primis ætati-
Roma. 8. bus, nõ ſecus operabamur, ac ſerui, at in ſeptima, nõ ſecus ac filij: ſpiritu donati libertatis, vt Apo
Gal. 4. ſtolus dicit. Nec abſtinemus à malo, quod ſeruile eſt opus, timore pœnæ: ſed ſtimulo charitatis,
quæ eximiũ, quin & heroicum, diuinũq́; conſtituit oẽ opus. Rurſum ſicut ſex diebus fabrefactus

 eſt mundus,

eſt mũdus,& ſeptimo requieuit Deus: ita & ſex ętatibus varia in Eccleſia facta ſunt opera, ſed in E
ſeptimo & conſummatum,& benedictum eſt omne opus. At ſuo loco de his.

Quid Dei Euangelium, de CHRISTO: *& quòd qualibet in ætate fuit, tum aliquo prædicationis genere, tum aliquibus myſticis geſtis, vel arcanis explicatum typis.* CAP. VI.

EVangelium, bonum fauſtum, fœlixq́; ſignificat nuncium,& maxime Euangelium Dei: qui cum oceanus ſit, omnis, tum bonitatis, tum fœlicitatis, nil ab illo fas eſt expectari, nil valet proficiſci, quod non ſit ſumme bonum, ſummeq́, fauſtum, fœlixq́; præſertim cum aliquid vult nunciari de CHRISTO; in quo ſicut vnice complacuit ſibi, ita & oẽs ſuæ bonitatis, ſuarumq́; diuitiarũ copias theſaurosq́; cõgeſsit Mat. 17. Luc. 3.
ac eorum profuſorem, ſua pro voluntate conſtituit. Et quamquam nulla res, à Deo valeat nunciari de CHRISTO, non maximè fauſta, nulla nõ perinſigniter fœlix; nobis tñ nihil valet obuenire fauſtius, nihil quouis pacto fœlicius, iis, quæ ad noſtrã habẽt pertinere ſalutẽ, vt qui per peccatũ miſerrimi ac infœlicisſimi facti (nam redditi ſumus mancipia Sathanę, carnis ſubiectu libidinibus, obnoxij morti, addicti infinitis ærumnis, & innumerabilibus expoſiti calamitatibus) id, velut ter Euangelicum amplectimur verbum; quod nedum ab his eripit malis, ſed & vere reſtituit libertati & veræ ac ſempiternę ſaluti: & ob id, verbum de CHRISTO, tum redimente, tũ iuſtificante & ſaluante: nobis, & inſigniter, & maximè, Euangelium eſt. F

Euangelium de Chriſto in quo nobis maxime fauſtum.

Verum vt res pateſcat illuſtrius: attendẽdum, quod licet Deus abſq́; CHRISTI patrocinio, non modo è præmiſsis incommodis, ſed & à longe, ſi contingerẽt, execrabilioribus, nos, vel nutu, valuiſſet eripere, vt cuius poteſtati nihil inuenitur non facile licet & in CHRISTO, vel ſolo ipſius verbo nedum ſingula potuiſſet reſtituere, ſed & in ſortem longe meliorem transferre. Lubuit tñ hæc, non niſi interuentu aſſumptæ carnis, & tolerantia nedum humanarũ necesſitatũ, ſed & omnium huius vitæ afflictionum, & præter hæc, infamis & ignominioſæ mortis, efficere & abſoluere. Quæ tamẽ omnia, quin & incogitabiliter plura vel immaniora, CHRISTVS non tam lubenter excepit, ſed illis ſponte, incredibiliq́; cordis ardore, ſe obtulit exhibuitq́;. Scripſimus ad Epheſios, quòd Deus optimus maximus, cum condendis de rebus ſecum ab æterno conſtituit, primo ſuæ voluntatis decreto, vnigenitum ſanxit hominem fieri, & per ipſum ſic decretum, & per hoc apud ſe hominem factum, omnia condere, ſtatuere, moderari, perficere, Hominem inquam conſtituit fieri: at non pasſibilem ſed immortalem, non afficiendum contumeliis ſed coronandum gloria, & honorę haud ſecus ac, cum ſurrexit à mortuis. Nec id modo diximus, ſed nec inualide comprobauimus. Rurſum; & quòd in CHRISTI gloriam delectus eſt hominũ cætus; & in eiuſmet gratiam, tum immortalitate, tum fœlicitate donatus, immo & ſecum in cohęredẽ aſſumptus; nec non, & ipſo expoſtulante, in ſui corporis membra conſcriptus. Amplius. Tam ingens ardor, extitit erga nos, tum patris, tum CHRISTI, quòd non videbatur illis ſatisfactum, ſi innocentes, diuinis obruerẽt beneficiis: vnde ad vberiorem ſuę in nos profuſionem charitatis, hominis ſtatuerunt permittere lapſum; & vt foret capitalior, diuinum promulgauere præceptum, vt eo contempto, haud dubium, non ſolum indignus quouis conuinceretur beneficio, ſed & obnoxius extremę iudicaretur pœnę, quin & extreminatione perpetua dignus vt tali pacto, illa tandem inſuperabilis, in illum, Dei & CHRISTI deprehenderetur affectio, ac ſupra omnem modum gratiarum ac beneficiorum profuſio (vt quę non valuit extenuari, non remitti) non ſolum in male meritum, ſed & in capitaliſsimum hoſtem. Luc. 3. G

Et licet Deus, nulli aſtringatur legi: licet ſine cuiusuis iniuria potuiſſet noxam homini relaxare; non tamen à rigore voluit ſe temperare iuſtitię: quin & talem placuit exigere multam, vt ſine controuerſia, longe maior contrectaretur vindicta, quàm culpa. Quid ergo? Ex tam ardẽti in nos voluntate patris, ex beneplacito, ac extimulatione CHRISTI; ſtatutum eſt, reparandũ quidem hominẽ, ſed p vnigenitum Dei: Et eo quidẽ pacto, vt carnẽ, hoc eſt pasſibile mortaleq́;, opportune reciperet corpus, tametſi de virgine ſacroſancta conceptum: in quo, non ſolum humanis vexaretur miſerijs, ſed & noſtris onuſtus flagitijs, tandem exponeretur cruci; vt in illa in ſacrificium pro peccatis oblato, tum iuſtificaremur, tum reconciliaremur Deo, reuocaremur in adoptionem, ad cœleſtem reaſſumeremur hæreditatem, reinſereremur CHRISTO; quin & in illo altius infigeremus radices, immò & miram pateremur methamorphoſim: vt tandem nemini ſit obſcurum, in longe nos meliorẽ ſtatum, gratia Dei ac beneficio CHRISTI, fore poſt peccatum euectos, quàm tempus polliceretur innocentię: vt & verè Apoſtolus doceat, nos multo excepiſſe maiora per CHRISTVM, quàm amiſerimus per Adamum: & do minus, quòd venit H Rom. 5.

Ex Chriſti beneficio in meliore ſorte ſumus uecti.

non

A non tantum,vt amiſſam nobis reſtitueret vitam, ſed vt vberiorem, longeq; locupletiorem nan-
Ioan. 10. ciſceremur per eum.

Ergo his,quæ totum complectuntur,quod dicimus Euangelium;quia tam fauſtum tamq; fœ
lix continent nuncium,à Deo quidem,ſed de CHRISTI erga nos beneficio dimanatũ,nobiſq;
creditum,& multis ſignis multiſq; prodigijs ſtabilitum : indubie debemus ſubſcribere,plenoq;
Ro. 1. & 15 exoſculari pectore,certiores facti,ꝙ Apoſtolo teſte, virtus ſunt in ſaluté,omni qui credit. Qua
re perſpicuum eſſe poteſt,ꝙ etſi, quæcunq; in ſacris ſcripta ſunt literis, ad eruditionem ſcripta
ſunt noſtri;quæ tamen in illis reperiuntur de CHRISTO, tum redimente,tum iuſtificante ac ſal
uante,ſuaq; gratia ac beneficio conſouente,ſiue ſint promiſſa,vt in teſtamento veteri, ſiue ſint
exhibita,vt in teſtamento nouo,Euangelij ſortita ſunt rationem. Vnde non modo, inculcatur
in Prophetis,ſicut Paulus dicit,& Petrus aſſerens ꝙ CHRISTO teſtimoniũ perhibent vniuer-
uerſi Prophetæ,nos per ipſum remiſſionem accipere peccatorum, exponit, ſed & à mundi exor-
dio reuelatum Adamo, necnon & Angelis Dei. Verum & ſi res ita ſe habet; quia tamen teſta-
mentum nouum,inſigniter,paſsimq; ob oculos,nobis exhibitum reuocat beneficium;tum illius
texendo geſta,vt quatuor faciunt Euangeliſtæ, tum crebro repetendo docendoq; redemptio-
B nem, iuſtificationem & ſalutem nobis partam, per eum, ſicut videre licet in Paulo,& alijs qui
ſcripſerunt,Apoſtolis: iccirco & iure & merito, nomen vendicat Euangelij, & præſertim ea in
parte,quam tradunt Euangeliſtæ:Quæ niſi quodam pacto, ſcriptis præemineret Apoſtolicis;ad
illam Eccleſia,non conſecraret Diaconos aut prohiberet inferiores miniſtros, illam in Eccle-
ſia ſolemniter legere;iſtam vero non relinqueret ſubdiaconis,& aliquando,etiam in ordine exi
ſtentibus,longe minore.

Diximus Euangelium, qua volueris pateſactũ ætate; nec quidem mirum,cum nemini Deus Euangelium
viam præcludat ſalutis;quippe qui vult oẽs ſaluari, & ad veritatis agnitionem peruenire. Siquidẽ optimo iure
Act. 4. perſpicuum eſt ex teſtimonio Petri,nomen aliud nobis datum non eſſe ſub cœlo, in quo eſſe va I qualibet pa
leamus ſalui,niſi CHRISTI IESV: Quem propoſuit Deus propitiatorem nobis per fidẽ,eius in teſactũ ętate
Rom. 3. ſanguine,noſtris pro peccatis,vt Apoſtolus dicit. Perſpicuũ,& ꝙ abſq; fide impoſsibile eſt place
re Deo; immò & eò eſt vſq; neceſſaria requiſitaq; ꝙ nec in ſtatu defuerit innocentiæ, in quo &
Heb. 11. Adam,tum de CHRISTO, tum de eius Eccleſia in magno ſacramento matrimonij, præmoni-
Eph. 5. Ioan. 14. tus eſt: Perſpicuum,& ꝙ fides complectitur Deũ & CHRISTVM: credite in Deũ,& in me credi
te: ergo & nunquã neceſſaria nõ fuit Euangelica prædicatio;cum fides; proficiſcatur ex auditu,
Rom. 10. C auditus aũt proueniat per verbum Dei. Verum quonam pacto, quibusue verbis typis, ac ſym-
bolis,in vnaquaq; ſit pronunciatum ætate,& quouſq; in ſingulis ſit detectum;in cuiuslibet æta-
tis tangetur calce. Nunc ſat ducimus,ſi res ſuadetur, in genere:idq; nõ ſine ſacrarum teſtimonio
literarum,tametſi myſtico,arcanoq;:at in ſequentibus dilucido,ac manifeſto.

Ioſue. 6. Traditur in diuiuis literis,ꝙ expugnaturus deleturuſq; Iericò Ieſus filius Num, primũ ſtatuit «
per ſex continuos dies,ſed ſemel in ſingulis,illam circùm,arcam pacti. fœderiſùe,humeris geſtã «
dam ſacerdotum,quorum & ſeptem clangerent eius generis buccinis,quibus clangendum erat «
in Iubilæis: Nec deerant ei operi milites,qui arcam circumſtarẽt,eamq; tum ingenti copia,tum «
valida protegerent manu,ſtrenuioribus præcedentibus,& reliquis comitantibus ac ſubſequen- «
tibus:Deinde,quod proxime inſtabat,ſabbato,non ſemel ſed ſepties. eàdem erat circumueiien «
da ſerie,eodemque penitus apparatu: Verũ vltimo circũitu, muri abſorpti ſunt ciuitatis,eius re «
liquum,adæquatum eſt ſolo,& ſiquid forte apparuiſſet veſtigij, eòuſque ducendum fuerat exe- «
crabile,vt non haberetur ſecus,ac impium anathema. «

Ieſus ſiquidẽ,qui ſonat ſaluator,Nùm filius,qui reddi poteſt æternus,qui & filios Iſrael in ter
ram tranſtulit promiſsionis, indubie CHRISTI præſefert typum, qui eſt & ſalus,æterni patris
D vnigenitus,& electos Dei in terram perẽnis transfert fœlicitatis. Iericò verò,quæ interpretatur
luna vmbrã gerit ſublunaris mundi,qui paſsim non ſecus ac luna, mutatur,& maxime ea ſub ra-
tione,qua,non ſolum lapſu primi hominis,ſuo,quodam pacto,deſtitutus eſt ordine, ſed & à Sa-
thana,zizania reſperſus eſt infœlici,quin & flagitijs deprauatus horrendis,& potiſsimum, vt ho
mines aggregat,mente corruptos,filios perditionis, & membra perditiſsimi Antichriſti: qui ve
rè illum conficiunt mundũ,qui totus in maligno poſitus eſt:In quo,& maxime vigẽt cõcupiſcẽ-
tia carnis, cupiditas oculorũ, & ſuperbia vitæ. In quẽ & tyrannidẽ, agit inſigniter Cananæus,
princeps inquã tenebrarũ,& Deus huius ſæculi. Ergo non temere regnũ,in Iericò, denotatur
peccati:& cũ hoc tota colluuies inferioris mũdi. Quę ſanè,etſi ab ęterno ꝑpetuæ ꝑ CHRISTVM Regnũ pecca
addictæ ſunt extinctioni, & per illius crucẽ & mortẽ, electi mẽbraque ſua,ab illius ſunt vẽdicata ti I Ierico denotatum.

tyrãnide(ſiquidẽ ſi velint, peccati excutiunt iugũ)eorũ tñ abſolute deletio,poſtremo reſeruata E
eſt tpi;quo & creatura oĩs,à quauis corruptione,reddẽda eſt libera,& ſingulis in CHRISTO recapitulatis, euadent omnia noua: Tunc enim ſicut abſorbebitur mors in victoria;ita & mortis 1. Cor. 15.
ſtimulus(quod peccatum eſt)coarctabitur tartaro;ac non ſecus ac peſtilens anathema in profundiori,illius comprimetur angulo,vbi & relegabitur ſine fine.

Sex dies,ſex ſunt mundi ætates,per quas myſticum CHRISTI ꝓficiſcitur corpus;eas ꝑ ſingulas ſuſcipiẽs auctiones,quas arcana Dei,tũ ſapientia,tũ bona erga nos volũtas,ſanxit decreuitq;. Arca,electorũ eſt cœtus;de qua re ampliter dictũ eſt ad Romanos. Hæc,Ierichó non ingreditur; quia inſigni Dei beneficio,electi ſunt de mundo extracti,cũ ab illo ſint,& vita & moribus alieni,quin & oĩ virili cõtrarij,quippe quos ꝓbe nõ fugit, ꝙ ſiquis illius eſſe velit amicus, mox Dei cõſtituitur inimicus;ſicut frater dñi ſcripſit. Non inquã ingreditur,ſed circũgeſtatur;partim quidem,vt illius deprehẽſis aggeribus,munitionibus,machinis,apparatibus, cautiores reddãtur in pugna;partim vero,vt peccãtium circũſpectis inſanijs,tenebris,infœlicitatibus, & quæ tandem illis manẽt,extremis ſupplicijs,validius conſtantiusq;,in dies execrentur peccatũ,illudq; impetãt & expugnẽt oĩ cũ ſatellitio ſuo. Geſtatur quidẽ circũ,ſed humeris ſacerdotũ; vt quibus ſunt peculiariter crediti,vt regantur ac ꝓferãtur ab eis:Siquidẽ eis mandatũ eſt gregem dñi paſcere, & cõmiſſis ſibi aĩabus proſpicere; non quidẽ inuite,ſed ſponte,non turpis lucri gratia, ſed ex aĩo; & quaſi rõnem reddituris,ꝓpriaſq; ceruices exhibituris pro eis. Ab his inquã,fertur circũm;qm & ab his maxime,in prœliũ peccatũ aduerſus,ſunt promouendi, ſolicitandiq;:ab his,illis potiſſimũ ſunt detegẽdæ inſidiæ,cautiones,ſtratagemata;tametſi indubie plures ſint, & lõge fortiores qui manus cõſerãt nobiſcũ in bellũ,q̃ reperiantur cũ eis,queãdmodũ & Eliſęus dixit. Ergo cõſonat,ꝙ & eorũ ſeptem,hoc eſt,qui vberius ſci Spũs locupletati ſunt donis(quod maxime habet conuenire Prælatis,quibus & inſigniter munus creditũ eſt Euangeliſtæ; et quia in perfectionis reperiuntur ſtatu,haud immerito,ſeptennario ſunt expreſſi)arietinis ꝓcedãt buccinis(nã talibus ꝓſtrepebant in Iubilæis)hoc eſt euangelizẽt,interpretentur,inculcent,quę CHRISTI attinent beneficiũ, bonã voluntatẽ,ac gratiã Dei;in quibus non modo peccatorũ explicatur depreſſio, ſed cõculcatio & extinctio: Explicatur & iuſtificatio,& ad cœleſtẽ patriã reaſſumptio,ſupnęq; hæreditatis reacceptio;quæ nõ modo iubilare hoĩes faciũt, ſed & in verã Spũs libertatẽ reſtituunt; quo & Iubilæus reſpiciebat legis,immò & ad hæc,non ſecus ac vmbræ,mirifice prouocabat oẽs.

Cur arca circumgeſtabatur à ſeptem ſacerdotib⁹.

F Actu. 20. 1. Pet. 5. Heb. 13.

Ioan. 15. Iac. 4. 3. Reg. 6.

Arcam cir cunſtabant milites;quia in hoc potiſſimum cœleſtes ſunt inſtitutę militiæ,vt non modo electis faueant,agendo miniſtrando:monendo,ſed & ſeruando, protegẽdoq;; non ſecus ac illi ſexaginta fortes, qui lecto aſtabant Salomonis, oẽs muniti gladijs,& die noctuq; ad pugnã accincti: Quare & primores præcedunt,non modo vt rectã demonſtrent,ſed vt & hoſtes propulſent.Sequuntur reliqui,ne forte à quopiam impetantur callide,aut aliquo circũueniantur ſtratagemmate. Quòd aũt,quolibet dierum ſex,circumlata eſt ſemel,& ſepties,quod proxime inſtabat,ſabbato;inſigne quidem protẽdebatur diſcrimen, quod inter hanc,& illas reſeruatum erat ætates:Quandoquidem earum ſingulæ,ſingulari affectæ ſunt dono,eoq; cuiq; proprio:ſed hæc, vel eſt locupletata multiplici,vel vnico tam præſtanti,tantaq; vbertate fœcundo, vt non modo ęquiualeat cęteris,oĩaq; traijciat, vel cõplectatur in ſeſe;ſed & illa abſoluat,ſuaq; celſiutdine eleuet,ꝓuehatq;. Quod plane cõcipitur,ſi myſticũ CHRISTI recolamus corpus in prima mundi ætate extitiſſe vt infans,in ſecunda veluti puer, in tertia nõ ſecus ac adoleſcens,quaſi iuuenis in quarta,vt vir in quinta,vt vir maturus; in ſexta vt vir perfectus,conſummatus, & prorſus abſolutus in ſeptima. Ergo & hæc diſtat ab illis,ſicut perfectum.ab his quæ ad perfectionẽ pergunt; & per hoc vt finis ab his,quæ diriguntur ad finẽ;quo adepto oĩs deſinit motio: Ergo,non abſurde adumbratur in ſabbato,quod & requiem ſonat,& inſignem à Deo benedictionem habet.

Cur arcã circũſtabãt milites.

G Can. 3.

Arca cur in ſabbato delata eſt ſepties.

H

Et qm ætas hęc, initiũ in CHRISTI ſortitur aduẽtu,vel ſi mauis in Euãgelij promulgatione, quo quidẽ tpe electorũ incipit ſabbatiſmus;cũ in eo primitię cœleſtis degũſtẽtur fęlicitatis,necnon requiei perpetuę,haud mirũ, ſi & à Paulo ſabbatũ appellatur: non mirũ ſi & exuberãs Dei gratia,immo ſi affluentiſſimus oĩum gratiarũ cumulus electis exhibetur;ſiquidẽ & pfectio, integritatẽ claudit,& abſolutionẽ confert;vt etiã philoſophi dicunt. Ergo etſi infantiæ tpe,electorum nõ defuit cœtui,quod infantilẽ decebat ętatem,aut adoleſcentiæ,quod opportunũ erat adoleſcentiæ,& ita deinceps;tñ pfectioni virili,gratia lõge cumulatiori donata eſt copia, quin & ea copia,ꝙ nõ ſolũ,totũ poſſit corpus CHRISTI replere; ſed & iuxta quãlibet eius ætatem,ſiquid cuiq; defuiſſet,nedũ illud ſupplere,ſed & locupletare. Quare & rite ſcriptũ eſt, eo in tpe,pfectos eſſe Eccleſiæ Dei,tũ Apoſtolos,& Prophetas,tũ paſtores & doctores,ad inſtaurãdos ſcõs:& id qdẽ, donec

Heb. 4. 5. Meth. Eph. 4.

A donec occurramus omnes in fidei vnitatem, & Dei filij agnitionem, in menſuram ætatis plenitudinis CHRISTI; quod & erit in conſummatione mundi. Ergo & rite factũ eſt, vt vltra (ſicut & diximus) ſextam maturamq́; mundi ætatem, CHRISTI non protraheretur aduentus; vt ſicut omnia in numero ſunt conſtituta, librataq́; pondere, & determinata menſura, ita & ſuum cuncta nanſciſcerentur tempus, certisq́; & opportunis ſpatijs, ſingula abſoluerentur ſub ſole. Ergo & ſcitè, huius munus ętatis, numero expreſſum eſt ſeptennario; qui vel eò ꝙ numerus ſancti Spiritus chariſmatũ eſt, numerus perfectiſsimus eſt: Præter id, quòd hac in ætate, hocuè ſabbatiſmo, etiam ſeptem Eccleſiæ numerantur ſtatus, iuxta numerum diuerſorum euẽtuum, quos Euangeliſta colligit; tum in ſeptem ſigillis, phialis, tubis, tum in alijs Apocalypſis arcanis; ad quæ, ni fallor, etiam reſpexit Deus, in ſeptem circulationibus ſabbati, de quibus dictum eſt. Vnde & in poſtremo, illius reuelationis ſacramento deſtructio traditur præſentis ſæculi; ſicut & in poſtremo circuitu, Iericò abſorpta ſunt mœnia, & ciuitas eſt pariter conſternata. Hactenus de præludijs.

Sap. 12. Eccl. 2.

DISCVSSIONES.

B *Quòd in prima mundi ætate, fluxerunt anni nongenti, octoginta ſeptem: et quòd in hoc, non eſt inhærendum Græcis, ſed Hebræis.*

ETſi hac in ætate, quæ ab exordio ſumitur mundi, & protenditur vſque ad tranſlationem Enocchi, Græci codices, ſiue ſeptuaginta, vt circumfertur, interpretes, annos colligunt, mille quadringentos, octoginta ſeptem, & Ioſephus, mille nongentos, & quinquaginta duos; veritas tamen eſt, ꝙ non tranſeunt, nongentos octoginta & ſeptem, vt ex quinto ſextoque Geneſeos, tam iuxta Hebræam veritatem, quàm iuxta Hieronymi interpretationem facile eſt hunc in modum deducere.

Adam, annorum centum & triginta, genuit Seth, 130
Seth annorum centum & quinque, genuit Enos. 10
Enos, annorum nonaginta, genuit Caynàm. 90
Caynàm, annorum ſeptuaginta, genuit Mahalael. 70
C Mahalael, annorum ſexaginta quinque, genuit Iareth. 65
Iareth, annorum centum duorum ac ſexaginta, genuit Enoch. 162
Enoch, annorum trecentorum ſexaginta & quinque, tranſlatus eſt. 365
Quibus rite collectis, ac omnibus vt par eſt, ſupputatis, haud obſcurum ſummam, quam prędiximus non excedere. 987

Subſcribit præmiſsis Philo, omnibus cum Hebræis ſubſcribunt & plures doctores catholici: resque eſt tam ſcripturis dilucida, vt non iniuria, demiremur Græcos hallucinatos in media luce: Siquidem apud eos, Adam licet, annos non tranſcendat nongentos & triginta, non generat tamen Seth, niſi natus triginta ducẽtos Seth quoque, etſi annos vixit nongentos duodecim; cum tamen gignit Enos, ducentos agit & quinque. Et deinceps, vſque ad Enoch, ſingulis, centum priuſquam generent, adijciunt annos, quos & poſtquam genuerint detrahunt: cum tamen è diuerſo, ante generationem debuiſſent detrahere, & poſt generationem, vt ſcriptura facit, adijcere; quod & rite ſeruarunt in Iareth, ſed forte caſu, vel occulta quapiam ratione. Quare ita legis, in eis.

Gręcorũ ſententia de durariõe primę ętatis.

Adam, cum genuit Seth, natus erat annos ducentos, & triginta. 230
D Seth, cum genuit Enos, annos ducentos & quinque. 205
Enos, cum genuit Caynàm, centum & nonaginta. 190
Caynàm, cum genuit Mahalael, centum & ſeptuaginta. 170
Mahalael, cum genuit Iareth, centum ſexaginta & quinque. 165
Iareth, cum genuit Enoch, centum ſexaginta & duos. 162
Enoch, cum tranſlatus eſt, ter centum, ſexaginta & quinque. 365
Quibus ſimul iunctis, conflatur ſumma quam præaccepimus. 1487

Mirandum eſt, & non minus de Ioſepho, qui licet in aliquibus conſentiat Græcis, & in aliquibus veritati; plura tamen, ſuo marte confingit. Tradit quidem Antiquitatum primo, Adam ducẽtorũ & triginta annorũ, genuiſſe Seth, qui cẽtũ & quinque natus, generat Enos: qui nonagenarius genuit Caynã, & hic octingẽtorum, ac quadraginta exiſtẽs, Mahalael. Nam cũ egiſſet Caynam,

Quid Ioſeph' de annis huius ętatis.

nam, annos, vt ſcribit, nongentos & decem; Mahalael filium, annorum ſeptuaginta, reliquit: E Quibus à Caynàm detractis, octingenti remanét & quadraginta, quo plane tempore, Mahalael eſt ortus, ſi in obitu, vt dicit patris, ſeptuageſimum non exceſsit. Hic annorum, vt ſubdit, ſexaginta & centum, generauit Iareth, qui & natus cētum ſexaginta & duos, genuit, Enoch qui ter centum ſexaginta & quinque habere inuentus, tranſlatus eſt.

Ergo ſi Adam ducentorum, & triginta annorum generat Seth. 230
Et Seth, centum & quinq;, generat Enos: 105
Et Enos, nonaginta generat Caynàm: 90
Et Caynàm, octingentorum & quadraginta, Mahalael: 840
Et Mahalael. centum & ſexaginta, Iareth: 160
Et Iareth, centum duorum ac ſexaginta, Enoch: 162
Et Enoch, trecentorum ſexaginta & quinque tranſlatus eſt: 365
Palam ꝙ tot annos intercedere voluit, quot & pręmiſsi ſunt. 1952

Sed obijcis. Eſto, auctoritas contemneretur Ioſephi, ſententiam tñ ſeptuaginta patrum, qui non modo pro inculpatis habiti ſunt interpretibus, ſed & pro ſanctiſsimis vatibus, vt non ſemel Auguſtinus dicit, inficiari neſarium eſt. Hi quidē (Epiphanio, ac Tertulliano teſtantibus, & Iuſtino martyre, etiam domūcularum, Alexandrię in arce Phani; veſtigia vidiſſe ſe referēte) ſeiunctis cellulis, vno quidē, tamq; miro, afflati ſunt numine; vt non ſolum interpretando, in eundem coinciderint ſenſum, & ſed & in eādē penitus verba, voceſq;. Adde, quod & pōt vrgere quàm maxime, eorum verſionem, non modo ſemper fuiſſe indubiá, ſed Euangelica, Apoſtolicaq; auctoritate, ſacroſanctam; dum ea paſsim, tum Apoſtoli, tum Euangeliſtæ ſunt vſi: Ergo piaculum eſt illam reijcere, aut Hebraicis literis non anteponere: cum & facilius ſit, Hebræos Bibliam corrupiſſe, quam viros probatiſsmos, doctiſsimoſq;, vel temere defeciſſe, vel perperam præuaricatos eſſe; præſertim cum ſcripturá tráſtulerint, ante CHRISTVM, & Hebręorū codices, Chriſtianis ſint inuulgati longe poſt CHRISTVM; qui & mundi ætatibus, potuerunt eo cōſilio detrahere annos, vt minori compendio, poſſent tempus perſuadere Meſsiæ, adhuc inabſolutum fore.

Verū, hęc arduum non eſt componere. Primùm quidem, non reijcimus ſeptuaginta, tum probatiſsimos, tum celeberrimos extitiſſe patres; non damnamus, illos ſpiritu ſancto, actos, ac varijs domunculis Alexandriæ diſpartitos: fatemur & ingens fuiſſe miraculum, ꝙ tum ſenſu, tum verborum vſu, penitus conſentirent: admittimus demum, & eorum verſionem, non modo venerabilem, ſed & ſacroſanctam, priſcorum extitiſſe ſæculis: Attamen, nec detrectandum credimus, G illam (ſicut & Auguſtinus dicit) ab aliquibus, potuiſſe corrumpi, & tractu temporis, dum tranſcriberetur, vel pernitioſè peruerti, vel forte, pia intentione mutari; ſicut, tum Hieronymus tum alij, Origené mutaſſe fatentur; Siquidem pluribus, varijſq; exiſtētibus verſionibus Gręcis (nempe Septuaginta, Aquilæ, Theodotiōis, Simmachi, & alia Auctoris incerti, de qua & Auguſtinus refert, & quintam interpretationé vocat) illiſq; non plene cōſentientibus, immo & in pluribus variantibus, exiſtimauerūt aliqui, nō in egregium opus pręſtare fidelibus, ſi ex omnibus, vel pluribus, vna conflaretur verſio; eaq; perinde ac, correcta abſolutaq;, legenda traderetur Eccleſiæ. Quæ tametſi, potiſsimū cōplecteretur, quæ fuit ſeptuaginta; complura tñ mutuata eſt ab alijs, & lōge, ab ea, quę erat ſeptuaginta, diuerſa. Et quod annos attinet: forte ꝙ factum eſt, vel indiſcreto zelo, vel vano ſupercilio, dum putauerunt nonnulli, eo pacto Hebræos, de dñi aduētu potuiſſe conuinci, tot iam annorum millibus reuolutis: Alij vero vetuſtiori mentita antiquitate, nō modo gentibus putauerunt illudere, ſed & illis in nobilitate, præferri.

Verum quouis pacto res fuerit; haud dubium; ꝙ magno non eſt attentata conſilio: quandoquidem non fert ratio, ꝙ accepto multiplicandi mandato, per tot annos permanſerint cœlibes. H Et licet, non ibo inficias ante prænarratos, alios forſitan genitos, nec propterea recenſitos, quia eorum ex progenie, non fuerat oriundus CHRISTVS; tñ, quia id nulla vrgetur auctoritate, poteſt nō iniuria, haud diſsimili rōne cōtemni: quin ſi quis aduertat, ꝙ poſt præmiſſos partus, mox alios procreatos filios filiaſq;, ſcriptura cōmemorat, ex quibus non erat profecturus CHRISTVS, forte fictionem eſſe cognoſcet, aſſeretq;. Et eò maxime, ꝙ non niſi poſt annos mille quingentos, homines cœperunt multiplicari. prout ſcriptura teſtis eſt, cum id eo tempore tradat, quo ad reſipiſcendum, hominibus centum & viginti, decreti ſunt anni, vt legitur Geneſis ſexto. Nec eſt quod obijcias, etiam dum centum & triginta agerent annos, diu vixiſſe cœlibes, præceptoque contrauenſſe diuino; quoniam etſi dictum eſt, vt creſcerent ac multiplicarent ſeſe, quia tamen mandatum fuit (vt dicunt) affirmatiuum, haud dubium, quòd non aſtrinxit niſi opportuno

in tempore.

A in tempore. Ergo, non niſi peracta pnbertate, immò nec fortè, niſi inchoata virili; ergo, nõ niſi
prope ſexageſimum, vel centeſimum annum, eò ꝙ tam diu viuentes, prolixioribus diſtinguebã-
tur ætatibus, vt ritè quiſq; poteſt animaduertere. Et quanquam, non raro in nouo teſtamento
ex Græcis accerſiuntur auctoritates; id tamen non fit, quocunque in loco. Et vbi fit, vel non eſt
ab Hebræis diſſenſio, niſi forſan, in verbis; vel non talis momẽti, quòd textui natiuo præiudicet:
Et præter arcanum, reconditumque ſpiritus ſancti iudicium, qui cuncta cum ſuauitate diſponit,
multaque agit, quæ noſtrum captum excedunt; non dedecuit Apoſtolos & Euangeliſtas, vul-
gata Græcaque interpretatione vti; & maximè, ſine præiudicio veritatis, & cum non medio-
cri fidelium fruge.

Quo pacto, per quos, quibusq; uerbis, & typis: in prima ſit Euangelizatum ætate.

MItto, ſed ſuo loco repono, quæ tametſi ad rem faciunt, ſeſe, in prothoplaſte offerunt
ſacramenta; & ea quidem maximè, quibus, poſtquam in agro fictus, vt creditur,
Damaſceno, indeq; in hortum tranſlatus eſt voluptatis, ſomnoq; eò loci detentus,
B ac latere diminutus, vt ex illo, eius ædificaretur coniunx, quæ indubiè os eius eſſet
ex oſſe, & caro de illius carne: ſcaturiunt arcana, myſteriaq;: in quibus ſine cõtro-
uerſia, & illnd magnum perumbratum eſt matrimonium, quod inter CHRISTVM eiusq; Eccle
ſiam eſt. Rurſum & pertranſeo, quid nam protenderet, ꝙ lapſo Adamo, Deus poſt meridiem
deambularet ad auram, ac in horto loqueretur voluptatis, cum reliquis, quæ Propheta ſubijcit;
tum de fœminalibus ex folijs, frondibusq; ficus confectis, & de latibulo inter fructeta quæſito; tũ
de maledictione ſerpentis, Adæ, & vxoris, & tandem de eorundem eiectione exhorto, & indui-
tione pellicei indumenti. Hæc inquam mitto tranſeoq;; eò ꝙ textum interpretando Prophetę, Dei cõcio, in
ſunt non modo reſumenda, ſed & ponderanda. Ergo à concione ordiar Dei, quæ in pœnam li- pœnã lata ſer
cet ſi pronunciata ſerpenti; non leuis tamẽ extitit releuatio patribus, & eorum poſteris; quibus, pẽti & myſti
haud dubito, non ſolum crebro eſt repetita, ſed paſſim inculcata. Ea autem eſt, qua cõminatus ca eius inter-
eſt Sathanæ, orituram, auctore Deo, nedum inter mulierem & illum, ſed & inter ſemen ſuum & pretatio.
ſemen illius, inimicitiam immortalem; ob quam, mulieris ſemen, illi contriturũ eſſet caput, &
ipſe è diuerſo, illius tum obſeruaturus, tum contriturus calcaneum eſſet.
Eſa. 7. Si mulier Deipara intelligatur Virgo, de qua legis, Ecce virgo concipiet parietq; filiũ; inimi
C citia eſt perpetuum odium, quo ambo proſequuntur ſeſe; idq; non ſolum, quia affectibus conci
tantur contrarijs, dum illa hominum ardet ſalutem, iſte nihil nõ mouet vt pertrahat in perditio-
nem; ſed quia, in ea Sathanas nihil habet, quod illum oblectet; & virgo nil in eo videt, quod na-
turam præter, non execretur. Amplius: Si non exiſtens cum CHRISTO, contrarius decernitur
Luc. 11. CHRISTO; nec iniuria; quia indubie in peccato eſt, quod exuit non modo Dei gratiam, ſed &
capitaliſſimã gignit inimicitiam; cur Virgo Deipara, inimica non iudicabitur Sathanæ, qui non
modo eſt ſceleſtus, ſed omnium flagitiorum auctor, & illa tanta eſt ſanctitate prædita, tam ingẽti
locupletata gratiæ copia, vt non ſolum effluat, ſed & in nos, paſſim, vbertimq;, eius interuentio-
ne redundet? Si tali, inquam, pacto ſumitur mulier, ſemen eius eſt CHRISTVS; vt qui ſine ope- Semẽ deiparę
ra viri, eius ex ſanguine carnem accepit: è diuerſo, ſemẽ Sathanæ eſt Antichriſtus, inter quos nec Chr̃s, & Sa-
obſcura controuerſia eſt. CHRISTVS caput erat contriturus Sathanæ, quia illum erat priuatu- thanę Anti-
rus imperio; quo etiam electis vim inferre præſumpſit, ita caput, & non ſemel, auditũ eſt in ſcri- chriſtus.
1. Re. 15. pturis (Cum fores, tuis in oculis paruulus, caput in Iſrael conſtitui te: & de CHRISTO: De tor-
Pſal. 109. rente in via bibit, propterea exaltauit caput) Nam Saul in Iſrael caput eſt factus, quia ad illius
imperium fuit aſſumptus: & CHRISTVS, per paſſionem & mortem, non ſolum regnum acce-
Luc. 24. D pit (Oportebat illum pati, & ſic intrare, in gloriam ſuam) ſed & illud exaltauit, illuſtriusq; reddi
dit; quoniam & ſecum illud ad patris dexteram tranſtulit. Hoc confregit caput; quando ad in-
Colo. 2. ferna ſua in morte deſcendit, Sathanam alligauit, ſpoliaq; ab illo malè capta diripuit; quin & ex
templis, delubris, & ſimulacris, quibus homines dementabat, eiecit, captiuauit, & ſecum triũ-
phando confidenter traduxit. Et licet, miſer attritus capite, calcaneo ſit moliturus inſidias, quin
& confracturus, quantum erit ex eo; maximum tamen eſt inter iſta diſcrimen, longeque acrior
illius, quam iſtius, detritio eſt: Præter id, quod non rarò ludit operam, nititur fruſtra & im-
penſam perdit.
Et quidem, ſi calcanei tropo extremam CHRISTI, intelligimus partem; haud obſcurũ, quo
nam pacto illi parauit inſidias, quin & quo modo fregit triuitq;. Nã duobus exponit modis; alte-
1. Co. 11. ro, tres in illo attendendo partes, Supremam, & Diuinitas eſt; caputque ab Apoſtolo nuncupata
(ſiquidem

(ſiquidem Caput CHRISTI Deus)Mediam,& ſpiritus ſeu anima eſt; vt quæ non ſolum natura, E
ſed ſpiritus ſancti copia,cui & ſine menſura datus eſt,tali digna eſt nomine; & forte typo deno- Ioan.3.
tatur cordis viſcerumq́;,tum in ijs ſpiritus potiſſimum ſit; & Poſtremam, & eſt corpus non pla-
nè æneum,ſed carneum,ob idq́; paſſibile,quin & morti obnoxium;& hæc non iniuria,ſed con-
Chri calcaneum caro paſſibilis. grua tropi metaphora,in calcaneo expreſſa eſt. Nam licet,& in CHRISTI carne nunquã cor- Coloſ.2.
poraliter,non habitauerit Deus,ſicut& Apoſtolus dicit; per paſſionem tamen,non tantum fuit Heb.2.
minoratus ab Angelis,ſicut & idem alibi tradit,ſed & ab hominibus, quippe qui & in ea, oppro pſal.21.
brium factus eſt hominum,& abiectio plebis: Et eum vidimus, ſine decore, à Deo humiliatũ & Eſa.53.
percuſſum,vnde nec reputauimus eum; nempe virorum nouiſſimum,& ſcientem infirmitatem.
Hanc Sathanas,nunquam nixus non eſt,deijcere; vt cum illum adijt in deſerto; illum aduerſus, Matt.4.
pontifices commouit & ſacerdotes;cum ſcribas concitauit & phariſæos;at demũ fregit attriuitq́;,
cum egit in crucem & occidit. Præter id,ꝙ flagellis illius fracta eſt cutis,manus pedesq́, perfora-
ti,caput compunctum,& latus dire perfoſſum: Vnde & in ſacramento cœnæ(in quo,non ſolum
CHRISTS memoratur Paſſio,ſed & myſterio,illius immolatur corpus)quia panis ſubſtantia,nõ
ſolum illius in corpus conuertitur abſolutè,vel vt modo reperitur in cœlo ſed & maximè, ſecũ-
dum quòd fuit in cruce(propter quod & in Miſſa,nedum altaris conuincitur confici ſacramen- F
tum,ſed & expiatorium offerri ſacrificium)ab Apoſtolo confici dicitur CHRISTI corpus, tum
In myſtico corpore, qd tropo calcanei. datum,tum fractum,vt in epiſtola ad Corinthios: Reliquo, illius myſticum expendendo cor- 1.cap.11.
pus,recolendoq́; ꝙ eius in calcaneo,illa poſtrema adumbrata ſunt membra; quæ non aliam ob
rationem,niſi quia tincta,fideq́; quodam pacto donata,eo in corpore ſunt comprehẽſa;quæ nec
dubium,haud rarò,à Sathana nedum ſeduci,ſed teri,quin & in puluere agi; quo & paſci habet
iuſtiſſima vltione Dei. Nec mirum;cum CHRSSTI non ſint niſi ad tempus; vt qui ſunt præſci- Gen.3.
ti,& per hoc,tandem à CHRISTO, olea,viteq́, frugiſera, vt rami ſilueſtres,& infructuoſi palmi- Rom.11.
tes reſecandi;& igni perpetuo exponendi. Ioan 15.
Matt 13.
At ſi mulier typum gerit Eccleſiæ,prout & Paulo ad Epheſios,Ioanni in Apocalypſi, & Sa- Cap.5.
lomoni non ſemel in prouerbijs res eſt dilucida; cum inter illam Sathanamq́; ſit,non modo iu- cap.10.
gis controuerſia,ſed & ſæuiſſima pugna: Vnde & Draco contra ſtat mulieri, quæ tecta eſt Sole, Cap.31.
& Lunam habet ſub pedibus,& refert ipſa de ſeſe,ꝙ à Sathana eſt frequenter oppreſſa, ſed nũn-
quam,Dei beneficio,expugnata: Et iure quidem,cum domus erecta ſit ſupra petram;quam non Pſal.128.
dimouent venti,non deijciunt flumina; quin & illam aduerſus,aereæ nõ præualent poteſtates, G Mat.7.16.
nec inferorum portæ. Typum inquam gerit Eccleſiæ, & præſertim, in patribus, Apoſtolis,&
Prophetis; qui non ſecus ac mater,eorum ſunt filiorum;quos Deus ab æterno ſelegit, patribus
repromiſit,& per fidem,ab illis placuit generari Hinc,non modo Abram pater eſt credentium, Rom.4.
eiusq́; decernuntur filij,qui per fidem illius ſunt ſectati iuſtitiam; ſed & Apoſtoli, quorum ope-
ra,populi ad fidem ſunt conuerſi. Vnde & Paulus Galatis. Filioli mei,quos iterum parturio; do- Cap.3.
nec CHRISTVS formetur in vobis. Et Corinthijs. Si decem millia vobis forent pædagogi, atta- 1.ca.4.
men non multi patres: Nam per Euangelium ego in CHRSSTO vos genui. Ergo hoc ſub typo;
non ſolum mulier hæc adumbratur in Eua,quæ mater dicitur vitæ; ſed & in Sara, quæ eſt mater
ingenua liberaque,vt Apoſtolus dicit; & demum in Rebeccha quæ mater eſt Iacobi, & omniũ Galat.3.
liberorum eius. Filius,vel ſemen, ſunt electi; qui non modo ædificati ſunt ſuper fundamento Rom.9.
Apoſtolorum & Prophetarum; ſed & per illam in lauacro ſacroſancto regeniti Et præſertim ex Eph.2.
gentibus, qui ſtrenuè dimicaturi erant in Sathanam;quem tamen nedum fuerant reuereri ſoli-
ti,ſed non ſecus ac numen, Deumq́; maximum venerari· Nec ſolum dimicaturi perſtrenuè, ſed
& illi contrituri caput; tũ illum abiurando in baptiſmo,& in dies ab illius ſe ſubducendo tyran-
nide; tum Dei robore & virtute, illum nedum debellando, ſed & ſuis ſub pedibus conſternen- H
do,ſicut& illis repromiſſum eſt. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis; & conculcabis leo- pſal 90.
nem & draconem.
Semen Sathanæ,filij ſunt perditionis,viperæ,carnis,& peccati; quos, non ſecus ac zizania ſe-
minauit in mundo Qui niſi filijs inſidiarentur fidei,promiſſionis, iuſtitiæ, Deiq́;; zizania bono Matt.13.
non aduerſaretur ſemini,nec Caynus inſectaretur Abelum; non Iſmaellus oppugnaret Iſaacũ,
aut Eſau vindictam moliretur Iacobo: quin nec filij carnis,in filios cõſui gerent ſpiritus, aut filij
ancillæ,filios inſectarentur liberæ. Quòd Sathanas calcaneum ſeruet, conteratque filiorum Ec- Gal.4.
cleſiæ; bifariam valet interpretari: Et primo quia in calce, hoc eſt, prope peregrinationis ter-
minum,cum inquam iter proximè abſoluendum erit myſtici corporis,& colligendi, vti bonum
ſemen,Dei filij,& in horreum ſupernæ admittendi ciuitatis; Sathanas,vt euangeliſta docet, qui
modo

Math. 13. Apoc. 10. A modo eſt catena deuinctus, paruo debacchari permittetur tempore, quo una cum Antichriſto Eccleſiæ calcaneum, duobus modis.
ſæuiturus eſt maximè, & electos vexaturus eſt eòuſq; ; vt quantum ex ipſo foret, poſſet illos ne-
Matt. 24. dum ſeducere, ſed & prorſus cooterere: Siquidem tam immanis erit perſecutio, ꝙ ſimilis nõ fuit
ab initio; & tam dira, tamque ſæua, vt ſi poſſet fieri, circunueniantur electi: Secundo, in calce,
1. Pet. 5. terminoque peregrinationis, cuiuſcuoque; tunc enim potiſſimum laqueos tendit, tunc maxi-
1. Cor. 10. mè circumit quærens quẽ deuoret. Verùm fidelis eſt Deus, qui oeminem patitur ſupra vires tẽ
tari: ſed opportunum facit cum tentatione cuentum ſuboriri; vt quiſque valeat ſuſtinere. Vtraq;
ioterpretatio ſana, ùtraque recta, & Eccleſiæ iudicio conſona; ſed prior eſt, ni fallor, intenta.
Ergo hoc excipitur loco, euangelium CHRISTI, ea tunc pro parte reuelatum; qua libertas è Euangelium in prima mũdi ætate, qua parte detectum.
tyrannide obuentura fuerat Sathanæ, necnon ioſignis de illo futurus triumphus; tum CHRI-
STO capiti, tum electis io eo membris. Concipitur, & Deiparam Virginem, vt ſponſam euaſurã
fuiſſe ſummi patris, cum illi ediderit voigenitum; occnon matrem futuram veræ vitæ, & ꝑ hoc,
1. Cor. 15. longè melioris quàm Eua; quaodoquidem ſicut Adamus, ita & Eua, in animam eſt ficta vi-
uentem: At MARIA, ſicut & CHRISTVS; in ſpiritum eſt electa viuificaotem: Vnde & ma-
ter, oedum dicitur vitæ, ſed gratiæ & dilectionis pulchræ; ſicut & de illa ſacra canit Eccleſia.
B Sed pergamus ad alia.

Legimus, ꝙ orto Enos, Deum orſi ſunt, io oomine inuocare IEHOVAH; & per hoc, in fauo- Concio de Chriſto inuocando, in nomine Iehouah.
re & oomioe CHRISTI IESV. Nam cum innumera foreot Dei nomina, ſicut & illius ioou-
meræ ſunt excellentiæ, innumeræ & quibus nos obruit profuſiones, & beneficentiæ; vt omniũ
tameo præſtantiſſima, ſelecta ſunt decem, de quibus & Hierooymum conſule: Et cum horum
Tetragrammatum, ſit ſine controuerſia princeps; haud dubium, ꝙ omnium præclariſſimũ eſt. Inter nomina Dei, princeps Tetragrammatũ, quod eſt nomen Ieſu.
Quare non mirum, ſi peculiariſſimum dicitur Deo: ſi ſacris in literis præ reliquis celebratum:
ſi inter omnia ſacroſanctum, & profanis minime pronunciari conceſſum: Præter id, ꝙ tam exi-
mie diuinam exprimit maieſtatem, vt oulla voce exprimatur eximiùs; quin & nulla ſacratius,
nulla vberius, vel locupletius, & maxime poſtquam datum eſt CHRISTO, in quo & nomen ef-
Philip. 2. fectum eſt ſuper omoe oomen, cui & omne flectitur genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorũ,
vt Apoſtolus docet. Diximus excuſſimusque, hoc ſacramẽtum diffuſe, in Paulum ad Epheſios;
vbi & nomen hoc, quod Hebræis, quatuor ſcribitur literis, oſtendimus nomen eſſe IESV, dita-
tum locupletatumque, nec ſine arcaoo ſacramento, litera Scin; vt noo modo eò loci proſequi-
C mur, ſed & ni fallimur, ex ſcripturis euincimus. Ergo Dei, hoc in nomioe iouocatio, tam vberẽ
detectionẽ exigit euangelij; ꝙ ſcirent homines, oon niſi in CHRISTI nomioe & fauore, à Deo
impetraodas eſſe ſuppetias, expectandam gratiam, & excipienda beneficia. Cum enim oemo
Rom. 10. Deum inuocet, qui in Deum non credit (quomodo iouocabunt: in quẽ non crediderunt?) haud
dubium, ꝙ illum oemo interpellat in nomine IESV, niſi credat & cõfidat in IESV: Ergo & eo
in tempore euangelium eſt prædicatum, quod eſt quidem Dei, ſed de CHRISTO IESV (quo-
Ibidem. modo credeot, ſine prædicante?) Ergo & fatendnm eſt, & tunc miſſos eſſe tubicines, primumq;
circuitum Iericò abſolutum (quomodo prædicabuot, niſi mittantur?) Siquidem fides eſt ex au-
ditu; auditus autem per verbum eſt Dei.

Qua de re, & detectum eſt, fauſtum nos per CHRISTVM, ad Deum habere acceſſum, quod
Rom. 5. & ſcripſit Apoſtolus, & ꝙ CHRISTVS mediator eſt Dei & hominum, per quem & Deus nõ mo
do reconciliatur nobis, ſed & vniuerſo (ſiquidem non tantum oos, ſed & mundum Deus ſibi re-
1. Thim. 2. 2. Co. 5. conciliauit in CHRISTO, in quo & recapitulata ſunt omnia, pacificatis, & quæ in cœlis, & quæ
Eph. 1. ſuper terram ſunt) Nec ſolum, ꝙ mediator ad reconciliaodum Deo; ſed & ad præſtandum vim,
Col. 2. Ioan. 14. roburq; precibus ooſtris, vt & poſtulata exoremus ab illo. Nec eam tantum ob rõnem qua di-
Rom. 8. D ctum eſt, ꝙ quicquid in illius poſtulatur nomine, concedetur à patre, aut qua, illum ſemper in-
Heb. 5. terpellat pro nobis, & nunquam pro ſua non auditur reuerentia; ſed & ob eam, qua ſicut in no-
Gal. 2. bis dignatur viuere (viuo ego, iam oon ego, viuit vero in me CHRISTVS) dignatur loqui (an
2. Cor. 14. experimentum quæritis, eius qui in me loquitur CHRISTVS?) ita & in nobis dignatur orare; Officia Chriſti apud deũ pro nobis.
Rom. 8. dum nobis ſuum elargitur ſpiritum, qui gemitibus oobiſcum poſtulat, qui enarrari non valent.
Amplius. Ex eodem ſumitur verbo, ꝙ & aduocatum agit pro nobis; vt qui illius in nomine & fa
1. Ioan. 2. uore, nedum diuino valemus aſſiſtere tribunali, ſed & aduerſaotibus os perobſtruere, & rigorẽ
iudicis emollire. Quo in opere, etiam propitiatio eſt, dum non ſolum, cauſam noſtram, vti ſuã
Rom. 3. defendit, ſed ex proprijs ſatisfacit. Et vt propitiatio ſit iuſta, nulluſq; iniurię relinquatur aditus;
1. Ioan. 2. ſuis cũ meritis opibuſq;, noſtra debita ſoluit deletq;. Vnde & euãgeliſta. Aduocatũ habemus ad Diſcrimẽ aduocati & propitiatoris.
patrẽ, IESVM CHRISTVM; qui & ꝓpitiatio eſt ꝓ peccatis, nedum noſtris, ſed & totius mũdi.

Hinc,

E Heb 10. Ephe. 5.

Hinc, & noſter dictus eſt Pontifex, quia non modo noſtri curam gerit, ſed & Deo pro nobis ſacrificium offert; & illud, quod vnice inſtitutum eſt, pro peccatis (holoſtauſtomata, pro peccatis, non placuerunt tibi, propter quod dixi, Ecce venio. Et illud. Dedit ſemetipſum, pro nobis, hoſtiam & oblationem Deo, in odorem ſuauitatis) offert inquam ſacrificium, nõ ꝙ oblatum ſemel in cruce minime pro omnibus ſatisfecerit, ſed quia illius iugem in cœlo, coram illo, memoriam agit, recentas plagas, noſtrum in fauorem oſtentans, offerensq;. Præter id, ꝙ in quotidiano Miſſæ ſacrificio, in quo, etſi per miniſtros conficit, præcipuus eſt ſacerdos qui & eo in myſterio, miro arcanoq; modo immolat ſeſe; vti & patres animaduertunt. Ergo & eo tẽpore CHRISTI mors ignorata non fuit; cum & per eam nobis potiſſimum faueat, mediator exiſtat, aduocatum, propitiatorem, & ſacerdotem ſe gerat; vt qui per ſanguinem nos Deo pacificat, iuſtos reddit, redimit, abluit, & ſanctificat, vt paſſim in ſcripturis habetur. Quare & agnus ritè occiſus dr̃, ab origine mundi; vt qui ab initio, à Deo eſt mundo propoſitus, & quidem, vt docet Paulus, in ſanguine ſuo: Et quicunque ſalui facti ſunt, nõ niſi per fidem eius in ſanguinem, ſalui facti ſunt; vt idem immediate ſubiungit. Nec caſu, hunc in pactum, eo euangelizatum eſt tempore, quo non ſolum, in Seth Eccleſia eſt reſtituta, dum ipſe eſt pro Abele ſuffectus; ſed & quo mundo eſt conceſſus Enos, qui oblitus vel deſperatus, interpretatus eſt; vt euadamus inſtructi, neminí CHRISTI proficere beneficium, nulli ſuffragari per ſanguinem niſi fuerit oblitus, niſi deſperatus: Oblitus inquam, conuerſationis priſtinæ, ac perperam vitæ peractæ; quo & tropo non ſolum monemur, de præteritis erubeſcere, non ſolum reſipiſcere ac pœnitere, veterem hominem derelinquere & exuere, illumq; aduerſus ſtrenuè militare, ſed & peccato, vt vrget Paulus, in omnibus mori. Deſperat autem hac in re, non qui vt Cainus Iudasq;, de diuina diffidit miſericordia, ſed qui ſe non credit viribus proprijs; haud ignarus ſe non ſufficere, vel cogitare aliquid vt à ſe; & ꝙ Deus velle largitur & perficere, pro ſua erga nos, bona voluntate. Et quanquam Deus in nobis non operetur inuitis, ſed ſpontaneis; quanquam velit, vt liberè ſuæ cooperemur gratiæ; nõ erratur tamen, ſed & illi opus exhibetur acceptum, ſiquis propriæ conſcius imbecillitatis, & frequenti expertus periculo, quàm crebro, diuino non obſequatur fauori, de ſeipſo diffidat, indubie perſuaſus, ꝙ ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Nec propterea æquũ eſt ſtertere, ſed ſtultũ eſt non angi, non ſolicitari, & ad Deũ quouis momento nõ recurrere: ne noſtrã deſerat imbecillitatẽ, ſed foueat, ſed opem vberius afferat, vt ſolicitè ambulemus cum eo.

Chriſtus q̃uo occis' ab initio mundi. — Eph. 1. 1. Cor. 5. Apoc. 1. 13. Rom. 3.

F — Ephe. 4. Colo. 3. Heb. 12. Roma. 6. — 2. Co. 3. Philip. 2.

Diffidentia ſui Deo accepta. — Gala. 6. Math. 6.

Concio de Chriſto omniũ iudice. — G

Denique, & tempore eſt euangelizatum Enoch; & detectum eſt, CHRISTVM futurum eſſe omnium iudicẽ; ſicut & Thaddæus atteſtatus eſt. Prophetauit inquit, & ijs de rebus Enoch dicens: Ecce veniet dominus in ſanctis millibus ſuis, iudicium facere aduerſus omnes, & arguere impios de impietatis operibus, & de omnibus duris, quæ contra illum peccatores locuti ſunt. Et licet hæc, vtcunq; vera fuerint in diluuio; maxime tamen erunt vera in conflagratione. Siquidem & de vtroq; videtur, nedum prophetaſſe, ſed & perpetuæ memoriæ commiſiſſe; cum vel teſte Ioſepho, vtrunq; notauerit, & duabus, vt prætactum eſt, columnis inſculpſerit. Ergo & hac in ætate, ea pariter ſunt detecta, quæ ad poſtremum pertinent iudicium CHRISTI: quę nec minima ſunt portio euangelij, vt in qua, & per CHRISTVM remunerandi ſunt boni, & ſupplicio afficiendi ſceleſti. Et quanquam ex ijs poteſt eſſe ſatis ſuperq;, prima in ætate euangeliũ vbertim (vt ferebat tempus) fuiſſe detectum; non grauabimur tñ, & præcipuos, in quibus inſinuatum eſt, typos, noſtra pro imbecillitate diſcutere: at ea rõne, vt miſſis hoc in loco ꝓthoplaſtibus, nec non eorum condemnationibus, cum de illis, vt diximus, agẽdum ſit in operis calce; excutiamus quæ adumbrata ſunt, tum in Abelo, tum in fratricida Caino: perſtringamus & quæ denotãtur in Seth, & quæ in Enoch, in quibus tot videntur arcana, quot verba. Verùm ne capitis prolixitate grauemur: rem in ſequenti tractabimus.

Antiq. l. 1.

H

Caini & Abelis hiſtoria: & mira quæ continet ſacramenta.

Euangelici excutiuntur typi; de quibus in præcedenti capite.

ET ſi haud ignota ſunt geſta Caini, ſuique fratris Abeli; vt tamen, quæ continẽt illuſtrius ponderentur arcana, compendio ob oculos reuoco. Expulſi è loco voluptatis primi parentes, non multo poſt conſecuti ſunt filium; quem tum quia primogenitus, tum quia fortè illud ſuſpicati ſunt ſemen, quod nos à tyrannide vindicaret ſerpentis, non modo caput conſtituebant ſuæ proſapiæ, vel authorem humanæ ſalutis; ſed & peculium poſſeſſionemque omnis deſiderij: propter quod & vocauere Cainũ, quod à poſſidendo deſcendit. Genuerunt & alium, non longè poſt, à quo non modo non pendebant, ſed eũ perinde ac rem vanã, nulliusque ferè momẽti ducebant; vnde & nuncupauerunt Abelũ,

quod

A quod interpretatur inane, & vapor qui ad modicum durat. At quàm ſallax cæcumq; ſit iudiciũ
carnis, & quàm crebro tenebras aſſerat lucem, & lucem aſſerat tenebras: etiam primis in paren-
tibus euentus oſtendit. Cainus fuit agricola, & Abel ouium paſtor, & opportunitatem nactus,
vterque, Deo ſacrificium obtulit. Abel quidem agnum ex primogenitis eumq; pinguiſſimum;
Cainus vero de primitijs, & optimis terræ naſcentibus. Et quanquã ambo ſacrificauerint Deo,
Hebr. 11. vt omnium bonorum auctori, promotoriq; ; quia tñ Abelus, vberiori (vt docet Paulus) obtulit
fide (nempe, ſi non fallor, qui cor animumque, ad illum eximium, terq; fœliciſſimũ erexit agnũ,
qui vt peccata tolleret mundi, oblaturus erat ſeſe in holocauſtum, æterno patri) quàm maior na-
tu Cainus (vt qui illò forſitan non reſpexit, vel ſi reſpexit, minus fortè quam debuit credidit, mi-
nusq; cõfiſus eſt) meritò factum eſt, vt Deus ad Abelum eiusq; munera, clementer aſpexerit, ſa-
crificiũ fuerit odoratus, ac igne de cœlo conſumpſerit; & Cainũ, muneraq; eius non attenderit,
nulloq; pacto igne vorauerit. Propter quod Cainus pudefactus, oculos nedum terrę defixit, ſed
Deum forte contempſit, ſicut & in fratricidium cõſpirauit. Cui dominus, vel interno, vt vide-
tur, ſermone, ſyndereſi concitata, conſcientiaq; percuſſa: vel externo, ficto, vt crediderim, ſen-
ſili ſpectro, allocutus eſt; monens q̃ ſi eo in opere neglectus eſt, iure, ſuaq; culpa neglectus eſt.
B Et vſus eſt, vel eo loco, q̃ ſi hac vice, non recte ſe geſſit, poterit in poſterum compenſare; vel il-
lo, q̃ talis eſt natura delicti, q̃ mox deijcit animum, proditq; quàm primum ſeſe; ſicut probe ge-
ſtum, è diuerſo eleuat mentem, ac exhilarat cor: vnde & vultus demiſſione obiecta, ſubiunxit.
Nonnę leuaberis, ſi bene egeris: & ſi malè, peccatum cubabit in foribus? Conſtat q̃ leuari, ſcrip-
turæ phraſi, eſt peccatum dimitti: ex quo, non modo animus depreſſus erigitur, ſed recreatur.
Cubare vero in foribus, eſt non tantum, facilè reuelari, ſed tandem vindictam experiri. Nam in
foribus dormiens, non magno excitatur negocio: & in portis, ſolitũ erat, ferri iudicium. Ergo,
non eſt, cur ſucceſeas fratri; vel indigneris Deo. Ergo indomitum comprimas appetitum, illuq;
aduerſus, principem ac vindicem agas; vt qui natura tuæ ſubiacet ditioni, & habenis duci debet
tuæ libertatis. Nihil reſpõdit: ſed fratrẽ allocutus, & blandè, ni fallor, ſed fucatè; ſuaſit vt egre-
derentur foras (ſiquidem in domo, vel ſacello videtur obtuliſſe; ac tali pacto templum inchoaſ-
ſe) Quò egreſſis, irruit in Abelum: & tridente, vt dicunt, occidit. Et dominus. Vbi Abel frater
tuus? Neſcio inquit: Nunquid cuſtos ſum eius? Et Dominus. Quid feciſti? Vox ſanguinis eius
ad me clamat è terra; quæ aperuit os ſuum, & eius deglutiuit ſanguinem Igitur maledictus eris è
C terra; quam cum colueris, non percipies fructum. Eris vagus & profugus ſuper eam: Et quan-
quam magnum eſt ſcelus à te patratum, dignumque diro ſupplicio; nolo tamen vt vindice-
tur ab homine. Quòd ſi contigerit, qui rem commiſerit, ſepties pęnas luet: hoc eſt, acriter direq;
vexabitur punieturque.

In iis fratribus, duo adumbrati ſunt populi: in iuniore electi, & præſertim ex gentibus: in ſe- In Abelo & Caino duo adũbrati ſũt populi, & maximè eorum capita.
Matth. 23. niore reprobi, & maxime, ex Iſraelitis. Illi, in Abelo, in quo primitiæ apparuerunt electionis, cũ
primus recenſeatur iuſtus: iſti in Caino, in quo initia repullularunt impietatis, cum fuerit ſum-
me impius (Nam & primitiæ, ſequentibus annectuntur fructibus, & complectuntur initia, quæ
præſtolamur poſterius: cum neutra, vel fore, vel capi valeant ſine ſuccedentibus, ad quæ, & eo
ſub nomine referuntur.). Nec modo, duo denotantur populi, ſed & maximè, eorum capita:
propter quod & Abelus typus eſt CHRISTI, qui eſt electorum electus, & è diuerſo Caynus,
Antichriſti, qui reproborum eſt reprobus. Et quoniam vtrunq; quadrat, de vtriſq;, ſed ſeorſum,
Luc. 11. proſequar; tametſi poſterius, directe intento cõſentiat. Electos dixi in Abelo notatos, eo quòd
primus recenſetur iuſtus; non quidem naturæ iuſtitia, legis, vel carnis, ſed gratiæ, fidei, & ſpiri-
Ioan. 1. tus: iuſtus, iuſtitia CHRISTI, cuius per ſpiritum euaſerat compo·, non ſecus ac membrum, in-
D fluentiæ capitis, & riuulus, exundantiæ fontis. Siquidem CHRISTVS, non modo plenus eſt gra
tia, plenus iuſtitia, ſed iuſtitia ac gratia capitali; vt inde hauriant omnes. Addidi, præſertim ex
gentibus, tum quia iunior, tum quia Abelus. Nam conſtat, gentes natu iuniores Hebræis; nec
modo natura (ſiquidem iſti ex Sem originem ducunt, qui primogenitus erat Noe, & gentes, de
quibus potiſſimum loquimur, ex Iaphet, qui ſecundo eidem natus eſt, vt Moyſes docet) ſed fide;
cum Deus & prius ſeillis prodiderit, & cultum, quo illum venerarentur, reuelauerit. Amplius.
Abel vanum ſignificat; quod gentibus, & antequam conuerterentur, & poſtquam ſunt conuer
Sap. 13. ſæ, diuerſa etſi ratione, non mediocriter quadrat. Prius quidem, non tantum quia cum eſſent
Rom. 1. atheæ, erant indubiè vanitate plenæ, quando omnes homines verè ſunt vani, in quibus, vt legi-
Epheſ. 2. & 4. tur, non eſt notitia Dei: non tantum quia vanitati deditæ (tum eſcebant enim, vt refert Paulus,
1. Cor. 8. in cogitationibus, tum eſcębant in iudicijs, ambulantes in vanitate ſenſus; in cultibus, adorantes
idola,

idola, quæ cum figmenta ſint, vaniſſima ſunt: in operibus, quippe quæ erant ſine vero fine, cum E forent ſine ſpe, ſine promiſſione, ſine teſtamento & pactis: ſed & quia parui ducebantur à Deo, Act. 14. vt qui ſuas, illas permittebat, progredi pro libidine vias; quin & vt nihilipendebantur ab illo, cũ eas non modo non haberet pro populo, immò nec pro plebe, ac ſi non forent, in mundo: vt non Rom. 9. nunquam apoſtolus dicit. Poſtea vero, cum vocare quæ non ſunt, perinde ac ea, quæ ſunt, cœpit altiſſimus, & plebem non ſuam, placuit reddere plebem ſuam; poſtquam earũ reuelauit oculos, ſubrogauit pro Iſraelitis, & in ſua accerſiuit membra & corpus, longè diuerſa ratione, habẽt dici vanæ; nempe, vel quia tale de electis eſt iudicium vulgi, eorum vitam decernentis inſaniam, extremumq; exitum ſine honore, vel, (quod & earum, perinſigne eſt munus) quia intrinſecus, ſunt edoctæ, nihil eſſe firmum ſub ſole, nihil ſolidum in rebus creatis: quin, & quod omnia vanitas & afflictio ſpiritus; & humana præſertim, cum vita noſtra, aliud non ſit quàm vapor, iſque ad modicum parens, homo bulla, & vanitati perſimilis: immo & omnem in ſe vanitatem traijciens (nam vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.

Gentes vanæ ante & poſt conuerſionẽ, ſed ratione diuerſa.

Iac. 4. pſal. 143. & 38.

Qua de re, vltra non afficiuntur creatis, floccipendunt quæ videntur & temporalia ſunt: profitentur quod ſi inniterentur ſibi, baculo ſuſtinerentur arundineo, inani quidem & vacuo: ſibimet non credunt, nec ſuis ſubſiſtunt benefactis, quin & abnegant ſeſe, ſuam odientes animam, omniaq; vt detrimentum ducentes, & cum Paulo, ſtercora reputantes, quæ extra CHRISTVM ſunt. Dixi reprobos innui in Caino, eo q̃ primus recenſetur iniquus; nec ſolum iniquitate propria, ſed & participio iniquitatis Sathanæ, cuius filius euaſit & membrum, eius imitatus opera, qui homicidium fecit ab initio, vti dñs dixit. Et reprobos, maximè ex Hebræis: nempè quia frater, vt dictum eſt, ſenior; & poſſeſſio interpretatur. Sibi quidem ille blandiebatur populus, haud ſecus ac peculium Dei: præſumebat & mundum ad ſe pertinere, cum & præcipuam, Iudæam inquam, in coleret partem, quam & hæreditario ſibi vendicabat iure: tumebat incredibili faſtu, & intollerabili vitrebat ſupèrcilio. Hinc, & illæ voces: Nos natura Iudæi. & non ex gentibus peccatores: Nos ex fornicatione non ſumus nati, patrem habemus Deum: & id genus, quamplura.

2. Cor. 4. Eſa. 36. F Luc. 4 Philip. 2.

Ioan. 8.

Supercilium, & præſumpt. hebræorũ faſtus.

Gal. 2. Ioan. 8.

Sunt ij populi, fratres, non tantum quia eandem ſunt ſortiti naturam, ſed & quia eiſdem ſunt orti parentibus (tametſi non vna ratione, aut eodem hæreditatis iure. Non inquam eadem ratione, quoniam licet, vterq; genitus ſit diuina virtute (nam Deus primus eſt parens, qui & alijs præſtat, vt dicit, q̃ generent) electi tamen; ſicà diuina proficiſcuntur virtute, q̃ ex beneplacito ſuę prouemiunt voluntatis: reprobi vero, ex inſtigatione, ſtimuloq; iuſtæ, meritæq; vindictæ. Siquidem, nõ ſolum ante peccatum, ſed & antequam diſpoſitum ſit, de fundamentis mundi, inſtituti ſunt electi, & ad propagandum, noſtrumq; genus augendum, lege irreuocabili deputati. Vnde & quàprimum in loco ſunt poſiti voluptatis, præceptum Prothoparẽtibus eſt, vt filios procrearẽt, oportuneq; creſcerent, & certum eſt, ex Apoſtolo q̃ ſunt præordinati, ante conſtitutionem vniuerſi, quin & mundus, & quicquid in eo eſt, propter illos proximè factum eſt, ſicut & Epheſijs patefecimus. Verum reprobi, nec ordinati, nec ſunt inſtituti, ante permiſſum, immo nec ante præuiſum patratumq; peccatum; vt qui ordinati inſtitutiq; ſunt in pœnam peccati, quando mox ex terreſtri proturbati ſunt paradiſo: tunc enim dictum eſt Euæ, eius multiplicandos fœtus, & in dolore pariendos filios. Vnde & axioma eſt compertiſſimum ſanctis, Eccleſiæq;, q̃ non lapſis prothoplaſtibus, reprobi nõ fuiſſent orti, quin & q̃ ſuperuenerunt mundo, ſicut noſtra animalibus, & vepres tribuliq; terrę naſcẽtibus. Nec modo, eàdem non ſunt ordinati, inſtitutiq; rõne, ſed nec vno eodemq; hæreditatis iure, nõ dico terrenæ, quam electi parum attẽdunt, ſed cęleſtis, ad quam paſſim intẽteq, oculos dirigunt: Qñquidem, ad hanc electi, nõ ſolum penitus ſunt ordinati ſed & arrhabone, quodam pacto præuenti: reprobi vero, etſi non ſunt prorſus excluſi; qñ Deus omnes cupit ſaluari, & ad veritatis agnitionem peruenire; nec in perditione lætatur hominum, quin & vult ſaluare iumẽta, & curabiles fecit omnes nationes terræ; cum & nulli deſit opportuno fauore, ſuffragio, auxilio, tractu, vt alibi vbertim proſequuti ſumus, non ſunt tamẽ eodem prorſus pacto ordinati, aut arrhabone foti.

Eſa. 66.

G Eph. 1.

Gen. 2. Eph. 1.

Reprobi quo pacto quaùe occaſione inſtituti & ordinati.

Gen. 3.

H 1. Thi. 2. Sap. 1. Pſal. 35.

Verùm, & altius poſſunt hæc introduci; vt ſcilicet vtriuſq; claſſis Deum conſtituamus patrẽ, & eius ſapientiam genitricem, à quibus indubie vtraque proficiſcitur (omnia enim, propter ſe, operatus eſt Dominus, & impium quoq; ad diem malum: & ipſe fictor noſter, qui vna ex maſſa alia vaſa fingit in honorẽ, & alia in contumeliam) Quo quidẽ pacto, Deus adumbratur in prothoplaſte; non quatenus lapſus, nempè qui peccare non poteſt; ſed quatenus homo, cui & nõnunquam, ſe conſtituit ſimilẽ. vt in parabola de duobus filijs, in parabola regis, qui nuptias fecit vnigenito, in parabola vineæ, & conductorum ad eam, idq; tum quia benignus, & humanus

Prou. 16. Rom. 9.

Luc. 15. Matt. 22. & 20.

(apparuit

Titum. 2. A (apparuit benignitas,& humanitas,Saluatoris noſtri Dei:& in donis maximè,quibus obruti ſu-
mus in CHRISTO) tum quia omnia magno operatur conſilio, iudicio, electione, libertate:
quod munus eſt hominis, vt quoque phyloſophi dicunt. Eius verò ſapientia adumbratur in
Eua,& pariter,non vt ſeducta,cum illam nihil lateat,fallíq; vlla ratione non poſſit,ſed vt mater
eſt vitæ,quod illi potiſſimum attribuitur; nam & filijs,vt ſcriptum eſt,vitam inſpirat; & lignum
Eccle. 4. Prou. 13. eſt vitæ,ijs qui apprehenderint eam. Et licet ex ijs, omnes ſint profecti, electi tamen profecti Electi filij legitimi, & reprobi velut ſpurij.
ſunt,vt legitimi filij;ſed reprobi, vt nothi, ſpurijque. Cum enim bonitas ſit proprijſſima Deo
Matth. 10. (ſiquidem,nemo bonus præter illum,vti Dominus dixit) & ob id maximè illi congruat gratioſe
communicare ſeſe; haud dubium & illi naturaliſſimum,& per hoc legitimum eſſe, vt quicquid
agit,ex dilectione producat.Ergo & id ab illo,naturali lege procedet, quod ſuo ex ardore pro-
Epheſ. 1. cedet:ergo electi,quos ex beneplacito ſuæ inſtituit voluntatis, haud incongruè legitimi appel-
labuntur filij.Siquidem Deus propenſus non eſt ad vindictam, ſed ab beneficentiam; nõ ad in-
Exod. 33. terficiendum,ſed ad viuificandum; vt qui eſt lentus ad iram, & celer ad gratiam; nec mortem fe
Sap. 1. cit;aut in perditione lætatur viuorum; quin & geſtit ſuas opes profundere, munera elargiri, &
gaudet ſe,ſuaque ab omnibus poſſideri.

B Quare ſapientia cum dilectione,ſua eſt legitima cõiunx; nempè libera,ac naturali ſolitoque,
ſecum(vt ſic dixerim)matrimonio iuncta:eam et (nam nihil, ſine ſapientia tentat)vltioni cõne-
xa,vxor eſt(ſi fas ſit dicere)quaſi ſuppoſititia: nempè vt ancilla, & præter conſuetum, ac veluti
connaturale coniugium,illi copulata. Ergo,non mirum, ſi patris illis debetur hæreditas, & iſtis
ſatis eſt,ſi donentur munuſcula: vnde nec Sara patitur, vt Iſmaellus cohæres efficiatur Iſacco;
Gen. 21. & 23 & Abramus,filium liberæ vti legitimum,fecit hæredem, & filium ancillæ quaſi nothum, certis
voluit cõtentari iocalibus muneribusuè. Et quia electi,vt nõ ſemel diximus,ex Dei beneplaci-
to ſunt intenti,nullo præuiſo vel adhuc futuro peccato,& reprobi ex diuina ſunt ordinati vindi-
Ioã. 1. & 8. cta, in deteſtationem non modo præuiſi, ſed & patrati peccati; mirum non eſt, ſi illi filij appel-
Matth. 13. lati ſunt Dei,à quo omnis gratia, & iſti diaboli, à quo omnis culpa: illi,vti bonum ſemen,à Deo
Rom. 9. ſunt ſeminati ex beneuolentia, iſti, vti lolium, à Sathana bono ſuperiecti ſunt ſemini ex inui-
Gal. 4. dia: illi, filij promiſſionis, iſti infidelitatis: illi ſpiritus, iſti carnis, & alijs quampluribus, id ge-
nus, anthiteſibus.

Et quoniam hæc eximia ſunt ſacramenta,& nuſquam,ni fallor,hac ratione tractata; ne fortè
C ſint aliquibus ſcrupuloſa,operęprecium eſt latius pauca explanare. Igitur etſi, quos dicunt re-
probos,habentur vt ſpurij,iuſq; non habent cœleſtis hæreditatis,ſed ſatis foret,ſi certis potiren-
tur iocalibus,puta naturæ dotibus,diuitiarum affluentijs, alijſq; huius vitæ cõmodis: ſatis ſi cor-
poris potirentur robore,pulchritudine,ingenij tum in agendis,tum in contemplãdis,perſpicaci-
tate,& demum ea beatitudine,quæ naturæ vi, poteſt hac in peregrinatione permitti concedíq;:
etſi detrectari non debet,mundo creatiſq; rebus,velut adiectitios acceſſiſſe,nec ſecus ac mõſtra,
præter rectum ab initioque cõſtitutum ordinem introductos eſſe:etſi,vt ex peccato profectos nõ
niſi tartaro,igníq; inextinguibili,haud iniuria,perpetuo mancipari poſſe: Ea tamen eſt boni-
tas Dei,ea liberalitas,ea magnificentia gratiæ ſuæ,vt nec illos recuſet ſaluare, & ad veritatis tra-
mitem introducere: quin & ad cœleſtem gloriam,ſtudet modis opportunis accerſere,& gaudet
illam,quàmpluribus,immo & omnibus,ſi velint,vt hæredibus impartire. In cuius typum,verna
culi erant adiungendi Hebræis,& multi ex Scythis Barbariſq;,filijs promiſſionis; ſicut & non ſe-
Rom. mel Apoſtolus innuit. Nec ꝓpterea,minus ſacroſanctus electorũ inſtitutus eſt numerus, aut
Col. incircumſpecte fuit prima vice taxatus: ſed cum diſpoſitum de illo ſit, nõ ſolum ante definitio-
Eph. nem mundi,ſed & ante decretum fundamentorum eius;non ſolũ antequam deficerent Angeli,
D ſed & antequam eorum præuideretur defectus(prout Epheſijs, ni fallor, euicimus)ex quo,thro
ni non pauci,ſed multi,vacauerunt in cœlo: profecto non eſt abſonum,ſi ad reſarciendum,non
electorum hominum cœtum,ſed Angelorum lapſum,quorum & numerus ſacratiſſimus extitit,
horum aſſumantur ſubrogenturq; plurimi. Et licet Angeli,forſan ante pugnam, expulſionéq; Angeli qua ratione facti ſunt concorpores noſtri in Chriſto.
Sathanæ,adoptionis donati nõ fuerint beneficio,ſed titulis ſolum potiti ſint,principatuũ, pote-
ſtatum,& reliquis,quibus eorum ſegregantur acies; poſtquam tamen ſtrenuè geſſere ſeſe, ſicut
præcellentiore luce fulſere per CHRISTVM: ita & præſtantiori titulo ſunt recollecti ſub eo. Vn
de ſicut CHRISTVS, non minus eorum quàm noſtri,factus eſt caput;ita & illi non minus quàm
nos,illius euaſerunt corpus; quin & CHRISTI corpus vtroſq; complectitur, ſicut & ex ambo-
bus conſtat Eccleſia; congregans,colligansq; & quæ ſurſum eſt in patria, & quæ deorſum eſt in
peregrinatione. Quanquam, ſicut ad diem vſque poſtremum, CHRISTI corpus penitus non

completur, vti & Paulus dicit; ita & Angeli & homines, eòuſque non prorſus, vt ſic dixe- E
rim, concorporantur. Vnde & Angeli, eòuſque antiquis non euacuantur titulis, ſicut idem Epheſ.4.
ad Corinthios docet. Ergo, & qui natiuitate ſunt ſpurij, priuilegio poſſunt eſſe legitimi, im- 1.cap.15.
mo & CHRISTI corporis partes, eoque pacto, & ad participium naturalis filiationis Dei, mo-
do quodam admitti proueh iq;.

Et quanquam hæc ita ſint; quanquam & ſpurij tñ nanciſci valeant priuilegij, vt non ſecus ac
legitimi, cœleſti potiri poſſint hæreditate; eſt tñ non mediocre inter iſta diſcrimen. Et præter id,
ꝙ legitimi hæreditati aſcripti ſunt, tali pacto, ꝙ non ſolum, illius, vt diximus, nacti ſunt aliquod
ius, ſed & certum arrhabonem, illum ſaltem, ꝙ timorem domini à vulua acceperũt à Deo; haud Eccl.1.
dubium, ꝙ illi tam validè aſcripti ſunt, vt nullus ſit excludendus ab ea: vnde & eorum nomina, Luc.10.
tam alte in vitæ impreſſa ſunt libro, vt inde, quouis caſu, deleri non poſſint. Amplius. Et ea ſunt Philip.4.
lege aſcripti, vt vitam ducant, non modo vt conciues decet ſanctorum, & domeſticos Dei, ſed & Apoc.17.
vt Dei legitimos filios; & per hoc, vt ritè proficiſcantur, tum eis in operibus, quæ illis præparauit;
ad proficiſcendum per ea (nempe iuxta legem ſpiritus vitæ, quæ lex eſt fidei, ſpei, & charitatis: Eph.2. Rom.8.
Lex ſpiritus vitę quæ ſit. lex quæ non ex timore pœnæ, ſed ex ardore Dei, legem ſeruat decalogi, afficiens agensque non
tam ſuauiter, quàm & liberè, membra CHRISTI: ſiquidem benignus eſt ſpiritus Dei, & vbi eſt, F Sap.1.
ibi libertas animæ) tum in operibus quæ ſingulorum congruunt vocationi, muneri, officio, & Gal.5.
membrorum gradui ac diſpoſitioni, in corpore CHRISTI. Denique, & legitimorum opera tã
communia, quàm ſuo muneri peculiaria, eam non præueniunt definitionem, qua paternæ aſcri-
buntur hæreditati; quippè qui illi ſunt aſcripti, ex gratia Deiq; beneuolentia, & nullo pacto ex
operibus ſuis, quandoquidem illa nec ſunt cauſa, nec ratio, nec eius muneris pręexacta conditio,
tametſi illud conſequantur, eiq; tanto conglutinentur vinculo, vt ab inuicem (ſuis loco, tp̃e, op-
portunitate) ſeiungi non poſſint: propter quod, & conſtituunt certamq; nobis reddunt electio-
nem, vocationemq; noſtram, vt Princeps apoſtolorum docet. At ſpurij, vltra id, ꝙ ea in hære 2.ca.1.
ditate nullum habent, nedum arrhabonem, ſed ius, etſi ab illa, Dei liberalitate, non ſunt reiecti,
non tñ ad illam per talem ſunt definitionem aſcripti, vt excludi non poſſint; quippe qui, non ſo
lum poſſunt excludi, ſed & prorſus de vitæ libro deleri. Et quanquã, eo modo quo ſunt admiſ- pſal.68.
ſi aſcriptiq;, non ſint, niſi ſanctis implicatis operibus; ea tñ eſt differentia, ꝙ illis neceſſaria erant
opera, non vt definitionem præcedentia ſed ſubſequentia, iſtis vero, vt aſcriptionem ſeu defini-
nem præeuntia, & concurrentia; non quidem vt eius muneris cauſa, aut ratio ſint, ſed vt condi-
tio, ſine qua, aſcripti definitiq;, vllo pacto non forent. Et vt res ſit illuſtris; diſcerne inter cau- G
ſam, cauſandi (vt dicunt) rationem, & conditionem ſine qua, res non procedit. Siquidem, quòd
lignum comburatur exigitur ignis, iſque vt combuſtionis cauſa: exigitur & calor, ſed pro
agendi ratione: at non fit combuſtio, niſi congrua debitaque amborum acceſſerit proximatio,
& hæc, conditionis loco; quæ licet, nihil operetur ex ſe, (nempe quia incapax operandi:) tali
tamen requiritur neceſſitate, vt ea dempta lignum maneat incombuſtum. Ergo ſpurij, vt di-
uinæ aſcribantur hæreditati, præſtent primum opera neceſſe eſt; non quidem vt in illa, ſuę aſcri
ptionis reiiciatur cauſa, ratiouè, quoniam illa eſt Deus, hæc liberalitas eius, vel ſi mauis, gratia
& beneficium CHRISTI; ſed vt in illis agnoſcatur conditio, ita Dei decreto exacta, vt ea non
extante, aſcriptio non accedat.

Sed obijcis. Ergo, non ritè legitur, ꝙ antequam, aliquid operarentur boni vel mali; Iacob Rom.9.
eſt dilectus, & Eſau odio habitus: Rurſum. Quonam pacto, valent ſpurij operari bona, & præ-
ſertim Deo placentia, ſine fide, quin & ſine gratia; quę non modo munera ſunt Dei inſignia, ſed
& ſuis hæredibus peculiaria; cum & fide, filij euadamus Dei, & gratia diuinę naturę conſortes? Galat.3. 2.Pet.1.
Amor Dei in Iacob, & odiũ in Eſau, quomodo intelligantur. Reſpondeo, ꝙ & ſi amor Dei in Iacob, & eiuſdem odium in Eſau, ad rem fortè non pertinent, vt H
eò expoſuimus loci; ne tamen ſcopulum videamur declinare, ad rem coacta, non obſtant: Siqui-
dem in pręmiſſis fratribus, Dei legitimos ſpurioſq; filios intelligimus: Et cum amor in Iacob, ab-
ſoluta ſit, legitimorum paternæ hæreditati deputatio, operibus haud aliter requiſitis, niſi vt ſe-
quentibus, iureq; aſcriptionis ſeu deputationis, beneficium comitantibus; & odium Eſau, ſit non
abſoluta, ſed cõditionata ſpuriorum eidem definitio, quam & eorum opera, coram Deo præce-
dunt, vtq; cõditio neceſſario requiruntur; quid quæſo apparet abſurdi? Primum: nõne poſtu-
lat ratio, vt Dei filij, qui nulla maculati ſunt culpa, qui & conſtituti decretiq; ſunt, ante permiſ-
ſionem lapſus, veluti eius connaturaliſſimum opus, & ob id, non ſecus ac legitimi filij, ſuæ aſcri-
bantur hæreditati? Rurſum, Nonne ſanum requirit iudicium, vt illi, qui non ſunt ordinati,
niſi ob culpam, quæ ſicut in illis nequit non intelligi, ita & nequit non conſiderari; non

tam

A tam amico reſpiciantur oculo? Nonne ſatis ſuperque, ſi talium indignitate poſtergata, euadant conditione hæredes; & códitione tam iuſta, tam debita, tam legitima? Quod vero dicitur, Antequam boni quicquam operarẽtur, vel mali; haud dubium id intelligi, in oculis noſtris, quibus ſunt multa futura; & non in oculis Dei, quibus omnia ſunt præſentia. Et demum, quod ſubditur non ex operibus; in legitimis verum eſt indiſtinctè, ſed in ſpurijs, cum dearticulatione; ſicut inquam, ex cauſa, ratione uè cauſæ, ſed non velut, ex conditione; id quod non excludit Apoſtolus. *Ad Rom.* Verùm ſpurij, quo pacto probe poſſint agere, Deoque probe agendo placere; et ſi multis opus foret, quia tamen alibi hæc ſunt diſcuſſa, & ad locum videntur impertinentia; nitar paucis expedire.

Certum quidem eſt, Deum optimum maximum, non ſolum ad rerum omnium operationes concurrere, ſed & illas vti principalem efficere; & potiſſimum ea ratione, qua rectę ſunt, cum ad earum, quæ praua contingunt voluntate, defectus, exorbitãtiasq́; (præſertim vt defectus, & exorbitantiæ ſunt) etſi ſe habet vt tolerans, vtq́; permittens, non tñ ſe habet vt agens operansuè; licet, vt pęnæ nonnullæ malè affectæ ſunt voluntatis, nihil ab eo proficiſci ꝓhibeat, & ꝑfectas infligi conueniat. *Deus quo pacto ad nfas operationes concurrit.* Et miſſis reliquis; nulli dubium ꝙ vt agant, non modo naturali homines afficit po- B teſtate, quam cum natura largitur, ſed & aliqua motione; idq́; afflatu, impulſuq́; ſuæ virtutis, qua omnibus præſto eſt, remq́; vocatione, tum interna, tum externa, ſua pro opportunitate agit, ac ſuis numeris perficit. Ergo nec ſpurij, tali ſunt deſtituti præſidio; cum & vocentur, quin & compellantur, vti dominus dicit. *Luc. 14.* Exi in vias & vicos: nec modo voca bonos & malos, ſed & illos introire compelle; non quidem violentia voluntatis, ſed verbi virtute, & prodigiorum admiratione. Ex ijs autem oritur fides, oritur & ſpũs ſancti gratia, quibus non ſolum rectè valent operari, ſed & Deo placere. Et quanquam hæc abſolutè, vtq́; dona finalia, legitimorum munera ſint; vtcunq; tñ ad tempus uè conceſſa, poſſunt cõmunicari nedum ſpurijs, ſed præſcitis, malisq́; ex operibus reprobatis; cum nec iniuria, catelli ædant aliquando de micis, & dubium non ſit, fidem grãtiamq́;, dona eſſe communia, omnibusq́; expoſita, non ſecus ac ſolares radij & pluuia, quæ deſcẽdit de cœlo. *Math. 15. & 4.* Ergo ſicut Deus, illuminando mundum, pluẽdoq́; vbiq; terrarum, videt qui locorum ex luce proficiant, & quæ terrarum ſpatia proferant, vel non proferant fructum; ita & lucẽ profundendo fidei, & pluuiam cœleſtis largiendo gratiæ, non minus agnoſcit, in quibus, tum hoc, tum illud ſit ferax; & probat hos, cœleſtiq́; aſcribit hæreditati, & in quibus ſit ſterile, & dam- C nat, ac à promiſſa hæreditate ſecludit. Nec putandum, ꝙ etſi fides communis eſt omnibus, etſi gratia nemini denegatur, etſi ſancta Deoq́; placentia opera ab omnibus exiguntur, vt æqua à ſingulis exigantur lance; qm̃ ſicut diſtinctæ ſunt manſiones in cœlo, & ſedes ab Angelis derelictæ ſunt variæ, & in myſtico corpore ſunt membra diuerſa, ita & non vna eademq́; omnibus, operãdi conſtituta eſt meta: Et ſicut non in omnibus æquale nitet ingenium, ita nec omnibus idẽ gradus largitus eſt fidei, aut vna eademq́; perfectio communicata eſt gratiæ. *Ioan. 14.* *1. Cor. 12.*

Et quoniam id quoq; dinexat: cur inquam, non omnes qui vocantur, auſcultent, aut ſua pro ratione perſuadeantur vel credant. Item. Vtrum ſingulorum vocatio, paris vniusuè inueniatur virtutis: quin etſi eodem pacto vocentur ſpurij, quo vocantur legitimi; qm̃ hæc omnia habẽt ſcopulos, qui etſi non raro tractantur, fortè ꝙ non ſemper, vt par eſt, reſoluuntur; & quanquam hæc locus non poſtulat, breuiſſime tamen de ſingulis dicam. Sunt qui putant ſpurios non vno modo vocari, ſed hos vno pacto, & illos alia ratione; quod intellectum de organo, externæque vocationis medio, veriſſimum eſt, cum illud aliquando ſit tribulatio, aliquando beneficij exhibitio, aliquando lectio, ſeu Euangelizatio. *Exactiſſima de vocatione doctrina.* Verùm ꝙ cum vocantur, vna omnibus ſubſit, vt autumant, efficacia: non ſubſcribo. Licet enim organorum cõſentiam multitudini, non puto, cõmu- D ni lege, eandem vim cuilibet incluſam organo, cum longè maior multoq́; ditior natura Deique prouidentia, ſit in verbo & maximè euangelico (quod virtus Dei eſt in ſalutem) quàm in quo volueris alio medio; præter id, ꝙ vox eſt ad perſuadendum acommodatior, etſi viua ſit, propter latentem energiam, longè potentior. *Rom. 1.* Quare diſtinguerem, inter excitantia ac perſuadentia: illa ſunt afflictio & beneficium, hęc lectio & euangelizatio. Verũ paſſim euangelio reſonante, haud dubium ꝙ omnes extrinſecus ſunt ſatis acciti, immo & ad credendum, gratiamq́; recipiẽdũ extimulati; vt vere, hac ex parte, ſi non auſcultant creduntuè, nullum prætextum habeant. At de interna, ſenticuloſior creditur quæſtio; ſed cõiter tradunt, & hanc non vnam, eandemq́; eſſe in oĩbus, & ꝙ in aliquibus, ſit vehementior efficaciorque, in aliis debilior ac remiſſior. Sed & hæc diſtinguẽda ſunt, qm̃ aliud eſt loqui, de internæ vocationis vi, qua nõ ſolũ Deus intrinſecus euangelizat, ſed & cor ſuauiter pulſat; & aliud, de effectu qui in nobis, non ſine nobis, prodncitur.

Et noſtro quidem iudicio, non detrectatur, vnam eandemq; eſſe vim, ex locutionis parte, meri E
Quo modo, eadem inuocatione vi poſita, non idē ſequatur effectus.
toq; etſi non vnus idemq;, in omnibus ſuboriatur fructus. Primum aſtruit liberalis beneficen
tia Dei, quæ æque pluit iuſtis & iniuſtis, & ſine diſcrimine, ſolis expandit radios & bonis & ma- Math. 6.
lis. Secundum, iugis experientia noſtra: Licet enim, verbum Dei omnibus ſit ſufficiens, licet ſit
efficax & quouis gladio penetrantius, multi tamen audire contemnunt, multi qui dicunt, rece- Hebr. 6. Iob. 21.
de à nobis, multi qui illud audent ſuo pro captu diſcutere, nolentes intellectum, vt par eſt, eius
in obſequium captiuare. Et quanquam non irem inficias, omnibus aures datas vt audiant; con 2. Cor. 10.
cederem, interna locutione ſingulis per ſpiritum ſufficienter apertas, ſicut & Lydiæ, vt atten- Act. 16.
dant; ſed non omnes illas arrigunt, non omnes, quantum in ipſis eſt, cor apponunt; aut ſi arri-
gunt & apponunt, auditis contradicunt, abeuntq; retrorſum; id quod Propheta non fecit. Do-
minus, inquit, aperuit mihi aurem: ego autem non contradixi, retrorſum non receſſi. Sed di- Eſa. 50.
ces: hoc planè requiro, Vnde ij audiunt & illi contradicunt. Audiunt, qui Dei volunt exequi
voluntatem; quoniam ritè, vt ſcriptum eſt, iudicant de doctrina Dei. Contradicunt, qui tene- Ioan. 7. 3.
bris magis afficiuntur quàm luci; vt in quibus praua ſunt opera, ſicut CHRISTVS dixit. Ergo,
quòd non audiatur, ex nobis eſt; non quidem ratione naturæ, nō ratione originalis peccati, ſed
actualis culpæ. Nam licet Euangelium, vim naturæ tranſcendat, non tamen naturæ repugnat: F
Licet per originale, homo ſit ſegnis, ſauciuſque, & per hoc, ad illud capeſſendum difficilis; per Luc. 10.
actuale tamen peccatum, & præſertim, cum altius radices infixerit, occallueritque, ſicut cum nō
ſemel ſed ſæpe, homo defecit capitaliterque commiſit; non modo in vtranque dormit aurem,
ut audire vix poſſit, ſed & audire renuit, & contemnit. Ergo non eſt ſeminis culpa, ſi iactum nō
vbique fructificat, ſed terræ defectus, quæ vel ſpinis eſt obruta, vel pedibus conculcata, vel ſaxea Luc. 8.
effecta, vti dominus docet.

Sed inquies, ſi audiunt, qui Dei volunt facere voluntatem: palam ꝙ qui audiunt ſunt diuino
fauore præuenti (Nam Deus dat velle, vt apoſtolus dicit.) Addes, ꝙ & Paulus, cum grauiſſimis de- philip. 2.
tineretur flagitijs, vocatus, non ſolum audiuit, nō ſolū nō renuit, ſed mox propenſo corde reſpō
dit: Quid me vis facere? Reſpondetur, ꝙ etſi noſtrum bene velle, donum eſt Dei: etſi velle Dei Acto. 9.
obſequi voluntati, eſt Dei donum inſigne: compertum eſt tñ, in nobis, non ſine nobis cōtinge-
re. Nam licet interna adſit ſancti ſpūs ꝓuocatio, motio, perſuaſio, ſine quibus nō vellemus rectè
non ꝓpterea cum volumus rectè, volumus inuiti, ſed ſuauiter perſuaſi, & ob id non ſine noſtro
concurſu. Et quanquam admittimus, Dei ꝓuocationem, motionem, ꝑſuaſionem, erga ſingu-
los, vt ex Deo eſt, roboris fore: exploratum tñ eſt, in electis, (vt in quibus a vulua matris, timor G
Dñi eſt) & frequentius, & vberius, effectum aſſequi: etſi in alijs, nō ita frequenter, nec ea ſemper
copia: quin & non raro, abſq; eorum fruge. Siquidem detrectandum non eſt, & inter ſpurios,
nonnullos animam ſortitos aptiorem menteq; locupletius virtutum igniculis calefactam: vel
accuratius inſtitutam; in quibus, & fortè non raro aliquis profectus eſt.

Non raro inquam, præſertim cum opportuno ꝓuocantur, mouentur ac perſuadentur in tem
pore: nam oīa tempus habent; nec ſemper arbores, ſuos proferunt fructus. Et quanquàm hęc,
diuinæ ſubſunt ꝓuidentiæ, q̄q̄ Deus nihil agit fruſtra: ſicut tñ ſua ꝓuidentia, ſuæ non præiudicat
liberalitati, aut fauorū ꝑfuſioni: ita nec obſtat, quin omnes ac ſingulos, oī ꝓuocet, moueat ac ꝑ-
ſuadeat tempore. Nec propterea res tentatur fruſtra, cum tandem oīa, in ſuæ munificentiæ glo-
riam cedant. Ergo compertum eſſe poteſt, Deum optimum maximum, qui omnes vult ſaluari,
& ad agnitionem veritatis venire; nemini continuis deeſſe ſuffragijs, aut fauoribus opportunis.
at ex nobis noſtra perditio, vti Dñs per ꝓphetam docet. Quare & optimo, in nouiſſimis querēt Oſeę 13.
iure; vocaui & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: Deſpexiſtis omne con Prou. 1.
ſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: cum ijs quæ deinceps. Ad illud, quod additū H
eſt de apoſtolo; ponderāda, ſunt duo. Alterum eſt; ꝙ vocatio Pauli, vocatio fuit inſignis; & præ-
Vocatio Pauli ſingularis.
ter communē curſum: Ergo ex ea nequit efficaciter argumētari. Reliquum eſt, ꝙ fuit nedum in-
ſignis, ſed & inſigniter electi, cum fuerit vaſis electionis. Ergo etſi furijs erat actus, etſi blaſphe-
mus, & in Chriſtum cōtumelioſus, tempus tñ inſtabat, quo electionis munus ſe proderet: Quod
munus ſuo tempore, tantæ eſt efficaciæ, ꝙ eius manifeſtationi, quàm plures non præualeāt cul-
pæ. Dico quàm plures, qm̄ non illæ, quæ prætextū habēt ignorantiæ, vt in apoſtolo vel fragilita-
tis, vt in apoſtolorum principe, vel alicuius malitiæ, vt cum probamus meliora, & ſequimur dete
riora; vt non raro contingit: at non malitiæ, quæ ad peccatum pertinet, in ſpiritum ſanctum, vt
quod Dei iudicio, & quidem optimo communi lege, obſtinatione plectitur: qua de re, ad
Epheſios plura.

Verùm

A Verùm, ad rem noſtram. Dicebatur hos fratres, duos innuere populos, electos Abelũ, & reprobos Cainum. Electos inquam & præſertim ex gentibus; tum quia iunior, tum quia vanitas interpretatur. Reprobos & maximè ex Iudæis; & quia ſenior, & quia poſſeſſionem ſonat. Dicebatur ambos eſſe fratres, non ſolum quia homines, ſed quia ex eiſdem parẽtibus, nempè Adamo Euaq́; & Deo & ſapiẽtia eius, tametſi, non vno & eodẽ pacto: Quãquidẽ electi ex Dei ſunt beneplacito; & reprobi ex illius in peccatum animaduerſione. Illi vt filij oriuntur legitimi, iſti vt ſpurij nothiq́;: Propter quod & illi, & ius & arrhabonem nacti ſunt cœleſtis hæreditatis; iſti nec illius nacti ſunt arrhabonem nec ius, ſed ad illam ſunt admiſſi, ſi illa dignos ſe, certa conditione præſtiterint. Pergamus, & quæ reſtãt annectere. Sed primùm hæſitat fortè quis: Si electi prius ſunt intenti quàm reprobi; cur Abelus, non oritur ante Cainum? Fateor, prius electos intentos; ſed merito, non prius ab illis eſt inchoatum; quin & quæ prius intenduntur, poſterius executioni, communi lege, mandantur: nec prius quod eſt ſpirituale, ſed quod animale, ſicut ſcripſit apoſtolus. Merito quidem, vt diuerſum agnoſcatur iudicium Dei, à iudicio hominum: Hi magis primis inhęrẽt, ille poſtremis (nã & apud illũ, primi ſunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi, prout Euangelium docet) Hi multipendunt fortia, ille infirma, vt per infirma floccipendantur fortia: Hi mirantur excelſa, ille humilia, vt per humilia deijciantur alta: Hi applaudent illuſtribus, ille contemptibilibus, vt per contemptibilia confundantur illuſtria: Et demum exiſtimant hi, quæ præ ſe ferunt aliquid magni, ille quod nullius reputatur penſi: vt per ea quæ non ſunt, nullius cognoſcantur momenti quæ ſunt; vti Paulus tradit. Oues paſcit Abelus, quia electi vitam ducunt imbellem, innoxiam, omnibus beneprecantem, & ſingulis frugẽ: Terram colit Cainus, eò q̀ reprobi commodis inhiant huius vitæ, terreni ſunt, nec modo de terra loquuntur; ſed & in terra operã ſpemq́; recondunt. Offerũt ambo Deo, quoniam in vtriſq; religio; ſed in electis ſincera, & recta, & in reprobis falſa & ſuperſtitioſa. Illi offerunt agnum, tũ quia offerunt CHRISTVM qui agnus eſt Dei (non modo apud patrem, crebrò illius oblationis memoriam repetentes, quã pro nobis fecit in cruce, ſed & illum iugiter, myſterio immolando in ſacrificio miſſæ) tum & quia offerunt ſeſe, non ſecus ac agnos immaculatos, qui de lauacro aſcendentes baptiſmi, ſunt veluti lacte loti; quaſiq́; tunc geniti infantes, ſine dolo, lac rationale, hoc eſt, cibum ex diuinis concupiſcunt ſugere ac edere literis, & ex Euãgelio maximè; quod cũ verbũ inſigne ſit Dei, λογικὸν καὶ ἄδολον, verè cibus eſt. Iſti terræ offerũt fructus, qui etſi Deo nõ diſplicent, cuius eſt terra & plenitudo terræ, non tñ ſic ſuauiter olent; quin ſi integra nõ adſit fides, puraque deuotio, aut parum aut nihil vtilitatis habẽt; & maximè cũ è reproborũ ꝑferuntur manibus, qñquidem ſicut iuſtorũ vota Deo ſunt accepta, ita & impiorum victimæ abominabiles, vti ſapiens dicit.

1.Cor.15.
Matt.20.
1.Cor.1.
Epheſ.5.
Prou.18.
Io.ca.8.
Ioan.1.
Rom.
Can.1.
1.Petr.2.
pſal.23.
Prou.15.

Pulchra dubitatio & optima reſolutio.

Electi cur ouibus cõparati.

Ergo non mirum, ſi dominus reſpexit Abelum, fauitq́; muneribus eius, Cainum vero nõ reſpexit nec oblata probauit; ſi ille iuſtus, plenaq́; obtulit fide ac deuotione; iſte impius, & minori quàm par erat, religioſitate. Abelis munera ignis abſumit; quia electorũ ſacrificia operaq́;, Deus qui ignis eſt charitatis, non modo penes ſe colligit, ſed illis inſigniter oblectatur; ea traijciens in ſeſe, non quia illis egeat, ſed vt vberius cumulatiusq́;, in nos dona refundat. Caini oblatio nõ eſt abſumpta; quia perditorum munera, & præſertim ſine CHRISTO exhibitã, Deo non ſunt grata, nec diuina charitate digna. Vultus demiſſio in Caino, inuidia eſt fraternæ gratiæ in perditis ex Hebræis, quæ & comitem habet odium, quod (vt Euangeliſta ſcripſit) fons fratricidij eſt. Nec modo habet odium fratrum, ſed & contemptum Dei: Siquidem videntes Dei gratiam ad gentes deuolutam, illasq́; ſui loco ſuffectas, diſcruciantur corde, & Deum calumniantur inconſtantiæ; qui illis abiectis gentes ad ſe traxit: Quibus dominus, cum per Prophetas, tum per Apoſtolos; præſertim per Petrum cui commiſſa eſt circunciſio, & Paulum, qui etſi miniſter datus eſt gentibus, zelo tamen ſuæ nationis, nihil non mouebat, vt eos ad ſalutẽ pelliceret: Cur cecidit vultus veſter? Nam potius leuandi erant oculi, gratiæq; agendæ Deo: quòd iunior frater veſter (ſiquidẽ & illi non modo, ſicut & vos, Dei ſunt filij, aut ex prothoplaſte pariter nati: ſed & ex Abramo in ſpiritu geniti, cum & pater ſit, vt prædictum fuerat, multarum gentium) qui obierat, iam reuixit, perditus erat, & repertus eſt. Quòd ſi gentibus vitulus occiſus eſt ſaginatus, ſi primam indutæ ſunt ſtolam, nõ propterea earum cauſa, ſed veſtræ infidelitatis culpa, eſtis, non dicam excluſi, ſed præuenti. Quin & gratia in gẽtes effuſa, in veſtri ſtimulũ eſt effuſa, vt illas æmulemini, ſicut oraculum dixit. Ego ad æmulandum vos adducam, in gẽtem inſipiẽtem: in iram vos mittam.

1.Ioan.4.
Eſa.1.
Leui.6.
2.Cor.4.
1.Ioan.2.
Gal.2.
1.Theſ.2.
Luc.15.
Gen.17.
Rom.9.
Rom.10.
Deu.32.

Inuidia Iudæorum in gentes.

Nonne, vel ſacris ex oraculis, perſuaſũ eſſe poteſtis: quòd leuabimini ſi feceritis rectè, & è diuerſo ſuccumbetis oneri, Deique feretis iudicium ſi egeritis prauè? Facere, in ſcripturis, nonnunquam eſt offerre: ſicut cum Helias, Prophetis Baal. Facite, hoc eſt, ſacrificate vos,

Facere in ſcripturis, nonnũquam eſt offerre.

bouem vnum,& ego faciam,hoc eſt, ſacrificabo bouem alium. Et dominus inſtituto ſacrificio E 1.Reg.18. Luc.22. 1. Cor. 11.
miſſæ,tradens poteſtatem ſacrificãdi Apoſtolis; hoc inquit facite, hoc eſt,offerte in memoriam mei. Vnde & Eccleſia ſuos initians ſacerdotes; talibus (præmiſſis æquiualentibus) verbis, ſemp eſt vſa: Accipite poteſtatem ſacrificium offerendi,in Eccleſia Dei. Quo planè ſenſu, & in præſentia ſumptum eſſe,non modo verborum ſeries,ſed & Septuaginta admonent patres, qui hic, verbo non vtuntur facere,ſed offerre. Ergo ſi offerretis recte,hoc eſt,ſi ſacrificium , vt par eſt, tempore gratiæ,in quo non modo beluinæ defecerunt victimæ,ſed & vmbræ Moſaicę,exhiberetis Deo; nempe cum fide CHRISTI,eiuſq; fauore & interceſſione; leuaremini proculdubio tum à peccatorum onere,quo eſtis depreſſi,tũ à legis duriſſimo iugo;quod nõ poteſtis portare;&, præter hæc,veſtra exhilararentur corda, Deo nõ vltra obſequendo in timore vt ſerui, ſed in dilectione vt filij. At ſi egeritis prauè,ſi in veſtris pſeuerare pr exeritis ſacrificiorum vmbris, ſi non receperitis CHRISTVM, eiuſque amplexati non fueritis Euangelium; non modo dictis ſuccumbetis oneribus,ſed & peccatum veſtrum (nempe infidelitatis , obſtinationis , duræ ceruicis) quod non modo cubat ſtertitque, Dei benignitate vos tolerante, ac eo pacto ad reſipiſcentiam perurgente; durum tandem eſtis perpeſſuri iudicium. Siquidem etſi cubat,etſi ſtertit, in foribus cubat & ſtertit,&ob id in propatulo, in loco iudicij; vbi in promptu eſt excitatio punitioq;. Ergo,ſub te erit appetitus tuus;& tu dominaberis ei. Ergo reſipiſcite: Ergo necem ne moliamini F
fratribus,aut floccipendatis Deum;ſed velut parietes duo in vno connectamini lapidè, poſtquã in CHRISTO, diſtinctio non eſt Iudæorum & Gẽtium,poſtquam deſtructus eſt paries medius, euulſa maceria,& facta ſunt vtraq; vnum. Ephe.2.

Verum hæc diuina monitio(vt impium probaretur in profundum malorum iactatum,contẽnere;& oues quæ CHRISTI non ſunt,vocem illius nõ agnoſcere,minusq; audire) non profuit: Prou.18. Io.10.& 8.
Ergo,ſicut Cainus tacuit,ita & perditi ex Hebræis, remanent huc vſq; duri:non retrahuntur ab odio,nõ ab inuidia gẽtium,non à pſecutione fidelium; ſed ſicut Prophetas omnes inſectati ſunt ſui patres,ita & ij nũquam nõ inſectantur electos ex gẽtibus. Sequitur,quòd mox eſt allocutus Abelum. Quod,ſi(vt quidam)intelligitur durè,conſtat & Apoſtolorum tempore,quòd in quampluribus ſugillabant gẽtes;nũc improperando furta, nunc fornicationes, nunc idololatrias, nunc nefanda flagitia;vt certum eſt ex Paulinis epiſtolis. Et tẽpore quoq; noſtro nõ ceſſant oblatrare; tametſi ꝓpter metum, frequẽter occultè. Si intelligitur blandè, haud dubium,& hoc nõ ſemel cõpertum eſſe: Vnde & tpe Pauli erant multi, qui blandiloquis verbis abducebant cõuerſos, nunc zelo legis, nunc ꝑtextu charitatis, pſuadendo gẽtibus Hebraicos ritus,circũciſionẽ,obſeruantias ſabbati,& neomeniæ,vt paſſim apoſtolus dolet,& Corinthijs & Galatis, & Philippẽſibus & alijs in epiſtolis: Et tempore præſenti non vereor,ſi poſſent, iudiciumq; non formidarent, idem & forſan pernitioſius attentarent,vrgerentq;. Rom. 2. & alibi. G

Iudęi erga gẽtes aliqñ duri & aliquando blandi.

Et quid aliud ea prætendunt verba(egrediamur foras)niſi ad opera exeamus ſeruilia, legis vacemus obſeruantijs,quæ vberes agrorum pollicentur fructus(ſi volueritis,meq; audire curabitis, bona comedetis terræ; apprehẽdetq; vindemia ſemẽtem,& ſemẽtis vindemiam dicit dominus) & tñ non attendunt legem crucifixam,è medioque in CHRISTO ſublatam ; quoniam cum illo eſt mortua,quin & Euangelio promulgato, lethalis effecta. Ergo ſi lex Moſis, adminiſtratio facta eſt mortis ; haud obſcurum quòd in agrum acciti, ad animæ mortem ſunt attracti. Quod autem irruit in Abelum,eumq; tridente interficit,perditos oſtendit ex Iſrael,ſuę veſaniæ modũ non imponere; niſi & quos ex electis, nituntur abducere, tentent etiam corpore pernecare: Et quod ſuis nequeunt viribus,ſuffragio tyrãnicæ operantur poteſtatis; quod tridẽs nõ obſcurè ꝓtẽdit. Hinc ſæpe ad eorum cõcitarunt necẽ, nedum plebẽ magiſtratusq; populi , ſed Principes & Imperatores mundi;vt nõ ſolum, nõ iniuria queratur Apoſtolus, multa ſe alijs cum fidelibus eſſe paſſum,& Epheſi,& Antiochiæ,& Lyſtis,& Iconio, & Romæ; ſed & innumerabiles poſſint queri martyres,qui illorum opera & iniquitate, eo ſunt tridente percuſſi,vt ex eccleſiaſticis conſtat hiſtorijs; tametſi non ceſſabunt,& quamplures, & ſæuiores necare tridente tempore Antichriſti;qui vt diximus,ſuo ex genere proditurus eſt. Eſa.1. Leui.26. 2.Cor.4. 2.Thi.3. H

Gentes multa paſſę ob iudęorum inuidiam.

Et quanquam inſaniant euſque reprobi, vt Deum quoque non curent, immo & contemnãt, non ceſſat tamen ſuæ bonitatis oceanus, illos iugiter excitare, vrgere,& quantum fas eſt, ad rectã impellere. Ergo non mirum,ſi pergit loqui Caino: Vbi frater tuus? An vos latet, quòd ſunt in manu Dei;nec eſt qui inde illos rapere poſſit? Nõne ſunt protecti; nõ ſecus ac pupilla ꝑegunt oculi? Nonne & eorũ numerati ſunt pili; nec vllus cadit ſine voluntate patris? Creditis ſi occidunt corpore,ſi ſæuis illos iactatis procellis; tandem ſeducere , aut ab Euangelio penitus reuocare? Deu.32. Ioan.5. Luc.12. & 21

Nec

A Nec ſuffragatur ignorantia, quam verbo prætenditis (ſiquidem reſpondit neſcio) quoniam & ſi
Rom. 10. quodam ignoratis pacto, ſicut & Apoſtolus notat, non tamen ſic, quòd excuſet, ſed condemnet.
Et quanquam reprobis non committantur electi (niſi forte ſint præſiles) vt ſeruentur, ſed per-
mittantur, vt exerceantur; omnibus tamen eſt prohibitum, ne probi vexentur. Quid feciſti?
Quàm grande admiſiſtis piaculum, ſed veſtro plectendum capite. En Abelis ſanguis, ad me cla-
Mat. 23. mat è terra, quæ ſuum aperuit os, vt illum ſuſciperet. Et primum è terra promiſsionis, quæ vo-
bis lacte fluebat ac melle; quoniam in illa eſt vbertim effuſus (Hieruſalem Hieruſalē, quæ occidis Pro-
phetas, & lapidas eos qui ad te miſsi ſunt) Deinde è terra ſynagogæ, quæ terra dici poteſt inanis &
Ibidem. vacua (Ecce ego mitto ad vos ſapientes & ſcribas: & ex illis occidetis, & flagellabitis in ſynago-
gis veſtris) Tertio è terra viuentium, quæ ſancta Eccleſia eſt, imbre madida diuinę gratiæ, & fœ-
cunda cœleſtibus influentijs: Ex hac quidem clamat, ſed non ſecus ac dilecta Rachel, cariſsimos
deflens filios, nec conſolatur, quouſq; non ſunt: Propter quod, & Dei ſub altare, flagitant ſancti;
Apoc. 6. vt eorum vindicetur ſanguis, qui perditorum opera fuſus eſt.

Hæc etſi, fidelium recepit ſanguinem, ore non recepit profano, ſed ſacro: nempe vt illum ve-
B neretur, & non velut perditorum ſynagoga, vt ſorbeatur, aut impia Hieruſalem, vt pedibus cō- Sanctorū reliquiæ, merito in veneratione habitę.
culcetur. Vnde & ſanctorum reliquias, cineresq; non modo cum honore recondit, ſed religioſe
illis inflectit; in quibus & non raro, Deus ita reſplendet, vt in eis & per eos, non vulgaria miracu-
la faciat. Terra his modis accepta, obſcurū nō eſt, Cainū (vt ſubditur) fore maledicēdum ab ea;
quandoquidē ob hoc perditorū facinus, promiſsionis deuaſtanda fuerat regio, quin vt deſerta relin-
Mat. 23. Cap. 9. quenda; vt dñs dixit, & Daniel vaticinatus eſt. Et eſt Proſopopeia: eo quod ſi terræ adeſſet vox; haud
dubiū quod vaſtationē ob eos paſſa, non ſolū in illos maledicta cōgereret, ſed & extremā illorū per-
nitiē procuraret. Synagoga quoq; (quia eādē de cauſa, nō ſolū reddita eſt inculta, ſed ſpinis ac tribu
Heb. 6. lis obſita, immo & Dei iudicio reprobata, & vt docet Paulus tali maledictioni proxima, vt eius cō-
ſummatio ſit in combuſtionem) illos eouſq; maledictionibus inſectatura eſt, quouſq; ſuper eos
veniat, recidatq; omnis execratio, omnisq; quam eſt paſſura combuſtio. Eccleſia demum, quo-
Pſal. 128. niam & propter eos, eſt non raro & maxime à iuuentute (quando ſcilicet gentes ſunt vocatæ, &
Mat. 19. ad Iſraelitarum promiſsiones admiſſę) vexata, tametſi nuſquā expugnata, prout & ipſamet dicit;
in eos ſaltem maledicta proferet, cum illos deniq; cōdēnabit, iudicando duodecim tribus Iſrael.

Quod poſtremo ponitur loco; vagum profugumq; futurum illum eſſe ſuper terram, ex ſeſe
C compertiſsimum eſt; cum Iudæos, ob ſanguinem innocentem effuſum, experiamur vagos; vt qui
ſunt ſine vrbe, ſine patria, ſine tribu, ſine rege, & magiſtratu: Experimur profugos, vt qui frequē-
ter ſuos lares cogūtur relinquere, loca mutare, exules fieri, & ob metū ſępius aufugere. Et quan-
quam rei ſint mortis; quanquam non iniuria poſſent à CHRISTI membris interfici; placet ta-
men Deo, illos ſuper terram dimittere, tum vt tabeſcant inuidia, aſsiduisq; diſſecētur odijs, tum
vt teſtes ſint, iugis quam patiuntur maledictionis; dum & ſignati ſunt non modo circuncisione
carnis, quod ſignum erat olim fortunati populi, ſed & nō ignota obſcuritate vultus, cum alijs
manifeſtis notis; vt non ſecus ac abiectiſsimæ turbæ, illis vita valeat condonari. Quin & Dei
factum eſt iudicio, vt ſiquis illos occiderit, puniatur grauiter, quod & ſeptennario denotatum eſt
numero; & factum conſtitit in Romanis quorum principes, poſtquam innumeros pernecaſ-
ſent, & incredibilam eorum turbam vendidiſſent, inſignes dederunt pœnas: quin & Roma,
tum ab Vnnis, tum à Vandalis, alijsque Barbarorum peſtibus, non minus quam Hieruſalem ex-
titit deſolata, ac magna ex parte combuſta. Hactenus de duobus populis: modo, ſed breuius, de
eorum capitibus.

Dicebamus typum CHRISTI Abelum, & Antichriſti Cainum: ergo expendendum an cō-
D ſonent. Primum non inficiabitur poſſe dici fratres, non gratia, ſed natura; cum ambo ſint homi-
nes, ambo ex prothoplaſtibus & ex Deo, & ſapientia eius. Verum CHRISTVS, nedum à Deo le-
gitime genitus, ſed & vnigenitus; qui & natura hæres vniuerſorum eſt: Antichriſtus vero, non Anthiteſis Chriſti & Antichriſti.
modo eſt ſpurius, ſed inter oēs maxime illegitimus, cui & nihil diuinæ manet hæreditatis. Ille iu-
Heb. 13. nior, quia etſi CHRISTVS heri & hodie & nunc & in ſæcula, nunquam tñ veteraſcit, ſed ſem-
per in ſuis in nouitate proficiſcitur vitę, & viret iugiter vigore gratiæ; vnde & homo nūcupatur
Eph. 4. Colo. 3. nouus, & à Deo tandem, in iuſtitia & ſanctitate noui teſtamēti creatus, vt Apoſtolus dicit. Iſte ſe-
nior, quia etſi poſt CHRISTVM ſua in perſona factus, cum ille in calce ortus ſit ſextę ætatis, & hic
venturus ſit prope vltimum diem; ſemper tamen ſenio eſt confectus, ſemper internitioni proxi-
Heb. 8. mus, tum in ſe tum in ſatellitibus ſuis, haud ſecus ac reliqua quæ veteraſcunt, vt teſtatur Apoſto-
lus. Nec mirum, cum peccatorum onerentur ſarcinis, ſcateantque & paſsim & vbertim in his,

primi

primi hominis vetuſtates;quibus & franguntur viribus, ad proſequendum bonum,& feruntur E
præcipites, ad perpetrandum malum. Ille ab improbis iudicatur vanus, vt qui non modo vult,
Carnaliũ hominum falſa exiſtimatio. quòd vtamur creatis ac ſi non vteremur eis, non modo vrget, cum diuitiarum,& omnium,quæ
poſſideamus naufragium facere,tum & animas noſtras odire,& noſmet abnegare,ſed & crucem 1. Cor. 7.
mandat indeſinenter ferre, quin & vna ſecum in eadem affigi; quibus, nihil (carnis iudicio) Luc. 14. & 4.
ſtultius,nihil inanius,nihil deploratius eſt. Iſte ab eiſmet celebratur conſtans,acclamatur prudens
ſapiensque, nempe quia potitur præſentibus,quin & hæc vti peculium poſſidet: Propter
quod,& in terra tum regnum tum gloriam quærit; vnice commodis delectatus carnis & delitijs
præſentis peregrinationis.

Ille paſtor licet non materialium ouium(tametſi vniuerſa reficiat) ſed vt Petrus inquit, ani- 1. Cap. 2.
marum ſanctarum; quas vt bonus paſtor vigilanter attendit,regitq;. Iſte agricultor, vt qui totus Ioan. 10.
inhiat terræ lucris; illis eſt totus intentus, inde pleno corde propendens,ſeq; vnice illis credens
& committens. Ille offert agnum, quia ſuum immolat innocentiſſimum corpus,vt noſtris ſuc-
curratur peccatis: quod licet in cruce fuerit abſolutum, eſt tamen, & à mundi exordio inchoa-
tum;quãdoquidem etſi multiuariæ inſtitutæ ſint oblationes legis,plura & inſignia ſacrificia; no
uit tamen ab initio CHRISTVS, quod in illis non placabatur Deus,quòdq; erat impoſſibile, hirco F He. 9. & 10
rum vel taurorum ſanguine, impoſſibile & quibuſuis primitijs terræuè naſcentibus, hominum
expiari delicta. Quare aptato ſibi, paſſibili corpore, ſua patriſq; voluntate, mox per ſpiritum, vt Heb. 9.
docet Paulus, obtulit ſeſe, hoſtiam & oblationem Deo, in odorem ſuauitatis, ac reconciliationis Eph. 5.
mundi;cuius vmbram,legis præſeferebant hoſtiæ oblataq;, quin & per illius fidem, eo pro tem- 2. Cor. 5.
pore conducebant, & culpas condonabant, vt Theologi dicunt. Iſte terræ offert fruges,& qui-
dem,ſi non fallor,non tam in Dei gloriam,quàm in proſperum earum ſucceſſum,vt & vberius
fortunetur in eis. Et quanquam non vereor, tum hęc,tum & quæ ſequuntur poſt hæc,complen
da in Antichriſti perſona,quin & ad vnguem,ſenſum,quem orſi ſumus,in illa abſoluendum fo
re;quia tamen nõdum ille natus eſt,nequitq; ob id,negocium in ea,noſtra pro imbecillitate,ex
ammuſſim reſolui;ſatis ſuperq; forte videbitur,ſi & hæc,& quæ annectuntur his, in Antichriſto
expendimus quidé,at non in ſeſe,ſed ſuis in membris ac ſatellitibus,in quibus & myſterium ope
ratur iniquitatis,& maxime in perditis,ex Iudæis,in quibus longe validior longeq; pernitioſior 2. Theſ. 2.
eſt: Vt qui non modo ex his,vt diximus,originem ducet,ſed & potiſſimum eſt amplectẽdus, ac
æmulandus ab eis,id quod non ſemel periculo contrectauimus,& præſertim tempore, quo nobi G
ſcum corpore conuerſatus eſt CHRISTVS.

Ergo(vt ſequitur)Abelũ reſpicit Deus;quia CHRISTVS filius eſt dilectus,in quo & ſibi be- Matt. 19.
ne complacuit. Reſpicit & ſacrificium eius,vt quod ſibi vnice olet, quin & cõuſq; placet, vt igne Luc. 3.
Ignis quo pacto locũ habuit in ſacrificio Chriſti. elapſo de cœlo,illud prorſus ſtatimq; conſumat. Siquidem in CHRISTI ſacrificio,nõ ſolũ ignis
locum habet diuinæ iuſtitiæ,cum in illo,omni rigore,ſibi videat ſatisfactum, immo & in immẽ-
ſum ſuper exceſſum,ſed & ignis diuinæ dilectionis,quæ in eo tã ampliter,tamq; excellenter pro-
didit ſeſe,vt proculdubio, nec amplius,nec excellentius ſe potuerit prodere; Vnigenito noſtris
pro delictis morti expoſito,ac in cruce immaniſſime immolato. Cainum nõ reſpicit, quoniam
impius Deo odio eſt,& impietas: Oblatis eius,nõ fauet,tũ quia execrabiles ſunt malorum victi- Sap. 14. Prouer. 15.
mæ,tum quia Hebræorum ſacrificia,& maxime CHRISTI tempore,facta erant elementa ege- Gal. 4.
na infirmaq;, vt Apoſtolus dicit. Ergo,ſi holocauſtomata Deo(vt tactum eſt)nõ placebant pro Col. 2.
peccatis;minus placere potuere primitiæ & terrenaſcentia: Præter id, quod omnia; vt diximus, erant
futurorum vmbrę,illudq; protendebãt ſacrificium,quod tum paſſim cœperat illucere; ſole ne-
dũm orto,ſed & ad medium ferè cœli exaltato. Ergo ſicut occidua erat lex,ita & oblata per le-
gem;cum & ſeptuageſima ageretur hebdomada,cuius dimidio,abolendæ erant victimę & ſacri H
ficia,ſicut oraculum tradit. Vultus depreſſio in Caino, ardens, philautia eſt; qua Antichriſtus Dan. 9.
ſuiq; ſatellites rapiuntur ad ſeſe, Propter quod & inuidia vruntur fraternæ gratiæ, odioq; diſſecã
tur capitali, in CHRISTVM, & illius membra.

Et vt rem in perditis excutiamus Hebręis, & maxime qui ſuo tẽpore, illius audiere doctrinã,
videre miracula,tam inſignia contrectauerunt opera & prodigia; vt non modo, illum conteſta
rentur eſſe CHRISTVM, in lege promiſſum, oraculis inculcatum, & innumeris typis in ſcriptu
Tempus oraculis prętaxatum completum in aduẽtu Chriſti. ris obiectum,ſed & verum conuincerentur eſſe Deum, quem non ſolum pater miſit, in mundum,
ſed & per quem condidit mundum,& regit omnia quæ in eo ſunt(præter id quod tempus comple-
tum erat,oraculis prętaxatum, tum ablationis ſceptri,cum Herodes regem ageret in Ieruſalem, Gen. 49.
tum hebdomadarum Danielis, cum CHRISTO Euangelizante ageretur poſtrema; & certum cap. 9.
erat,

A erat, annos legis tranſiſſe bis mille, poſt quos, vt Helias dixit, debuit antiquari, & eius loco Euan
gelium introduci) & tamen, cum ad illum debuiſſent accendi, illum amplexari, pleno corde ex
cipere, obcœcati ſunt miſeri; & inuidia acti cęperunt in eum furere, odio inſectari, necem ordi-
ri, & demum nullum nō mouere lapidem, vt illum è medio auferrent Hinc illæ voces: Grauis
Sap. 2. Ioan. 12. nobis eſt ad videndum: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: Circumueniamus iuſtum,
Sap. 2. quoniam contrarius eſt operibus noſtris: profitetur ſe noſſe Deum, & filium Dei nominat ſeſe.
Tanquam nugaces ęſtimamur ab illo, abſtinetq; ſe à vijs noſtris perinde ac immūditijs; & impro
perat nobis peccata noſtra. Ergo contumelia & tormento interrogemus eum; vt probemus
Ibidem. Hiere. 11. patientiam eius. Et demum, morte turpiſsima condemnemus eum, & eradamus eius nomen
de terra viuentium.

Et licet, hæc maximè execretur Deus, ſua tamen pro clementia, hos ad rectam non deſinit re
uocare. Cur inquit, declinatis vultus? Cur inuidia diſtorquemini; & odio conſumimini? Vox in-
quam eſt Dei, ſed per Prophetarum oracula, & Apoſtolorum aliorumq; fidelium, monita & exē
pla. Siquidem, non erant animo conſternandi, ſed eleuādi; non afficiendi odio, aut vrendi inui-
dia aduerſus CHRISTVM: ſed eximio exhilarandi gaudio, ingentiq; reficiendi iubilo cordis, at
B tollētes oculos gratiasq; referētes Deo, qui illos, tot obruit beneficiorum cumulis; & immenſis
tum gratiarum, tum munerum locupletauit Cornucopijs. Vnde, & Propheta: Gaude & lętare
Zach 9. Syon: Ecce rex tuus venit tibi, iuſtus & ſaluator. Et alius Conſurge, conſurge, induere fortitudi
Eſa. 51. & 52. ne tua Syon: Induere veſtimentis gloriæ Ieruſalem, ciuitas ſancti: Excute puluerem, & iugum
colli tui, captiua filia Syon: Cōſurge & ſede, quia dicit dn̄s, gratis venundati eſtis, & ſine argēto
redimemini. Nonne ſi recte feceritis leuabimini? Si rite, quæ Deus in CHRISTO ſtatuit, obtule
Luc. 21. ritis ſacrificia; nempe agni immaculati, cōtritionis cordis, communionis & beneficentiæ, laudis
Pſal. 50. demum & precum, in fide & dilectione Dei, ſine controuerſia leuabimini, tum à peccatorum
Heb. 13. Pſal. 49. ſarcinis, tum à iugo importabilis legis, & à mœrore triſtitiaq; quæ veſtra occupant corda. Sin au
tem, ſed feceritis praue, veſtraq; pergetis in obſtinatione perfidiaq;, attendere non volentes,
quod legalia amplius non requiro, præſtolorùe ſacrificia; quin & qui immolat modo bouem,
quaſi qui interficit virum, & qui mactat pecus, quaſi qui excerebrat canem, & qui oblationem
offert, quaſi qui offert ſanguinem ſuis, & qui recordatur thuris, quaſi qui benedicit idòlo, ſicut
Eſa. 66. Eſaias ſcripſit: In foribus cubat ſcelus, extremo non multo poſt plectendum ſupplicio. Ergo re-
C ſipiſcite: ergo veſtri ſenſus habenas reſumite, & Deo rectæq; rationi appetitum conſternite:
quandoquidem non vobis datus eſt, vt illo agamini, ſed vt illi principemini. Ergo ſubſint in vo-
bis concupiſcentiæ malæ, carni præualeat Spiritus, & menti obtemperet ſenſus: ſed ante omnia
obediatur Deo, & quē miſit, CHRISTO IESV. Propter quod, oculis ad ſolē cōuerſis, tenebras
poſtergate legis, omnibus cum ritibus ſuis.

Verum his indimoti, immo nec leuiter excitati, non hiſcunt; nēpe qui ſunt durę ceruicis, ſem
Acto. 7. perq; ſancto reſiſtunt Spiritui, vt in illos Stephanus obijcit. Ergo tm̄ abeſt, vt obſecundent mo-
nitis, quod acrius in Abelum ſæuiunt: Vnde & illum aggreſsi, & verbis exagitant contumelio-
Mat. 11. ſis (Homo vorax & bibax: Samaritanus, ſeductor: publicanorum amicus; & demonium habens)
Ioan. 8. & blandis ſed fucatis (Scimus quod verax es, & viam Dei in veritate doces: Quouſq, animam no-
Luc. 7. Mat. 21. ſtram tollis? Si tu es CHRISTVS, dic nobis) ſi quo pacto, aliquam nanciſcantur occaſionem, vt il
Ioan. 10. lum præcipitent. Quod ſequitur. Exeamus foras, conferamurq; in agrum; haud dubium, quòd
Luc. 4. vel illum denotat exitum, quo eum in montis duxerunt ſupercilium, vt deijcerent, vel (quòd eſt
Heb. 13. probatius) illū, quo extra portā ductus eſt ciuitatis, vt crucifigerent. Vnde & Apoſtolus, CHRI- Chriſtus merito non eſt occiſus in angulo.
STVS, vt ſuum ſanctificaret populum; extra portam paſſus eſt. Præter id, quòd vniuerſali habet
D conſonare ſaluti, ne in angulo fiat ciuitatis: & præſertim, impiæ reprobęq;: & Iudæos, qui & ex-
tra exiere cum eo, inde non modo exituros: ſed & breui pellendos; quin & ciuitatem fore delen
Luc. 23. dam, vt dominus lachrymantibus, vaticinatus eſt mulieribus; ſicut & ante Propheta prædixit, &
Dan. 9. non longe poſt euentus oſtendit.

Ergo CHRISTO extra portam educto, improbi (vt ſequitur) irruerunt in eum, oraculum ad-
Pſ. 58. & 21 implentes, quod dicit. Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes: & Aperuerunt ſu-
per me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens. Et crucis tridente interfecerunt eum. Quòd Deum
dicitur allocutum Cainum, nemo inficias ibit, nedum Apoſtolorum, ſed & Doctorum, omniū-
que fidelium inſinuari voces, quibus non raro perfidos ſunt percunctati Iudæos, Vbi ſuo pro iu
dicio, inueniendus ſit CHRISTVS, ſi hactenus nuſquam repertus eſt: Cum enim tot annorum
centurijs, immo & Chiliadibus, illum ardenter pręſtolati ſint, & indubijs aſſertū ſit in oraculis

E Gene. 49. Dan. 9. Mich. 5.

eum certo oriturum tempore, & determinato reperiendum loco, cur palam non facitis, vbi ſit? Nam vel falſa, deceptoriaùe, aſſeretis oracula quæ tempora conuincunt abſoluta; vel quod verum eſt, vos neceſſe eſt, fateamini cæcos, qui ſolem ad cœli faſtigium, non cognoſcitis exaltatũ, & oẽs promiſsiones, in CHRISTO non pertractatis expletas, abſolutasq;. Quod ſe neſcire reſpõdent, non modo eos arguit eſſe confuſos, ſed diuinarum ſcripturarum neſcios: & quod ſubdunt, eius non eſſe cuſtodes, prodit tum illorum infidelitatem, tum Meſsię contẽptum; quem non modo non debuere contemnere, ſed plenis vlnis excipere.

Chriſti ſanguis magis clamat q̃ Abelis.

Heb. 12. Heb. 10. F Apoc. 5. Mat. 27. Luc. 23. Eſa. 1.

Et dominus, per eoſdem. Quid feciſtis? Vel hoc ſaltem perpendite, quàm execrandum admiſiſtis piaculum, quamq; graue ſit mulctandum ſupplicio. En CHRITI ſanguis, longe vociferatur altius, multo acriorẽ, apud Deum, præſtolatur vindictam, quàm Abelis: vt Apoſtolus dicit. Nempe quia ille, ſanguis erat membri, hic mẽbrorum capitis: ille hominis, iſte Dei & hominis: ille iuſti & ſancti, hic auctoris iuſtitiæ & ſanctitatis. Vociferatur inquam de terra, quæ ſuum aperuit os, & illum veſtra opera ſorpſit. Nam licet Eccleſia Dei, quæ terra nuncupatur fœcunda, & cœleſti rore irrigua; ore ſancto ac ſapientiæ ſpiritu erudito, CHRISTI ſorpſit ſanguinem: tũ vt per illum, ſuam diluat conſcientiam ab operibus mortuis, tum vt tanto precio, à contractis ſe eximat debitis, rationiq; ſatisfaciat dati, & accepti; non ceſſat tamen, aures diuinæ interpellare maieſtatis, vſquequo, vindicet ſanguinem eius; & eo acrius, quo qui illum effuderunt, non ſolum non reſipiſcunt, ſed & eius in membris, vt poſſunt, in dies profundere non deſiſtunt. At ſynagoga, quæ terra euaſit ſterilis et inanis, ore quo blaſphemias crepat, tum CHRISTI ſanguinem ſorpſit: cum illas inculcabat uoces (Reus eſt mortis: tolle tolle, et crucifige, & illud. Sanguis eius ſuper nos, et ſuper filios noſtros). De hac ſanguis clamat; quia in Iudæorum perditos, omnem, quam patitur quamq; paſſura eſt, combuſtionem retorquet. Et demum, promiſsionis terra, quam CHRISTI cruor non modo madefecit, ſed ad viſcera penetrauit; perfidos nedum accuſat, ſed & in eos maledictiones quas ſuſtinet, nõ iniuria reijcit, vt quę propter illos non modo data eſt alienis, ſed demolita, vt in deuaſtatione hoſtili: Qui, & Dei accedẽte iudicio, haud dubium, quòd eo pacto maledicti ſunt: quòd etſi terram colant, nullam aſſequuntur frugem; quandoquidem licet ſint inter fideles diſperſi, non ſunt tamen participes gratiæ. Et licet Neomenias, & Sabbata ſeruent, necnon raro in domibus, vti in ſynagogis, ſe colligant; nihil tamen illis prouenit vtilitatis. Et quanquam in paleſtina aliquando morentur; non tamen morantur vt domini, ſed vt aduenę nullum ius habentes in ea. Quod, quocunque vagẽtur, periculo experimur continuo, cum & nuſquam propriam habeãt ciuitatem; nullibi certum & immutabile locum. G

Iudæi ſeruãtur à Chriſtianis non vna ratione.

Rom. 11. Pſal. 58. Ro. 9. & 11 Ezec. 1. Pſal. 41. H Exo. 33.

Et quàuis digni ſint morte, poſſentque fortaſſe, non iniuria, à Chriſtianis occidi; prohibet tamen Deus, idque duplici ratione. Altera vt fidelibus proſint; qui dum vident, olim Dei peculium, ſuam ob perfidiam derelictum; facile valent ſecum repetere: Quòd ſi naturalibus non pepercit ramis, minus parcet contra naturam inſertis. Vnde & Dauid. Dominus oſtendit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos: ne quando obliuiſcantur populi mei. Reliqua, ne prorſus ille populus cenſeatur derelictus, qui ſecundum carnem, ex eiſdem cum CHRISTO, deſcẽdit parentibus, ſicut & Apoſtolus dicit. Vnde & præter reliquias, quæ primo illius aduentu factæ ſunt ſaluæ, plures, vt ſaluentur, poſtremo reſeruandi ſunt tempore, vt idem ex oraculis, atteſtatus eſt. Signum in eis poſitum, etſi aliter ſorte alijs, meo iudicio vetus poteſt dici ſcriptura, quæ & ſignũ eſt nedum nouæ legis (ſiquidem rota erat in rota, & abyſſus inuocare habet abyſſum) ſed & arcanorum Dei, & ſacramentorum CHRISTI. Hoc ſignum eſt cõceſſum Hebræis, non modo vt illis ſit iugis ſingultus, ſed & nobis non mediocris fauor, cum ab hoſte accepto gladio, glorioſius triumphetur de eo. Denique & q̧ eorum interfectoribus, conſtituta eſt multa (præter id, q̧ nõ leue eſt diuinę clementiæ argumentum, & veritatem ſortitum eſt in Romanis) arcano forte nõ vacat ſacramento. Cum enim nõ ſit legendum, ſeptuplum, vt communis habet interpretatio, ſed ſeptem, vt Hebræa conuincit eruditio: non inconſulte Septuaginta, ſeptem ſunt interpretati vindictas: & meo iudicio, hac de ratione: Siquidem cum ira Dei, vltra quinque non ſoleat extendere ſeſe, vt quæ patrum iniquitates, in quartam vſque generationem punit: haud obſcurum eã futuram magis acrem, quę protenditur vſque ad ſeptem: id quod, ni fallor, intenditur hoc in loco. Et myſtico forſitan intellectu, horum ſeptima generatio, in ſeptimum nos Eccleſiæ aduocat ſtatum: in quo ſicut illi conuertentur ad CHRISTVM, ita & impij eorum occiſores, pœnas acriter dabunt, quod & Euangeliſta, non ſemel, ſuis in reuelationibus innuit. Sed ad alios proficiſcamur typos.

Abelo interempto, Prothoplaſtes, nouis procreandis liberis operam dedit, ac breui in ſui

ſimilitudinem,

A ſimilitudinem, immò & vt ſuam imaginem, genuit Seth: quippe qui, ſi nō fallor, vultu, facieq; »
referebat patrē: in quo & voluit, ſuam potiſſimum agnoſci ſeruariq; proſapiam. Et ad nomē, »
quod poſitum, poſitionemuè ſonat alludens; hunc ait, poſuit mihi Deus, proq, Abelo ſubroga- »
uit ſubſtituitq;. Qui opportune, genuit Enos: cuius tempore, Dei inuocatio cultuſq;, in ſacro- »
ſancto IEVOAH, ortus eſt, nomine. Ex his, haud magno cum negocio hauriemus ſpiritum: »
ac reconditum ſacramentum. Cum enim ad ſalutem orbis, ſat nō fuerit CHRISTVM occidi, ſed
Roma. 4. oportuerit & à morte illum excitari (nam & traditus eſt propter pęccata noſtra, & reſurrexit pro pter iuſtificationem noſtram) immo & reſurrectionis ſacramentum, non modo ea in re, videa- *Reſurrectio Chriſti pondus humanę ſalutis.*
1. Cor. 15. tur principale, ſe & eòuſq; magnifiat ab Apoſtolo, vt pódus in hoc conſtituerit humanæ ſalutis (ſiquidem, ſi non reſurrexit, inanis eſt prædicatio Euangelij, inanis, & fides crucifixi) conſtat ꝙ typo mortis pręmiſſo non inconſultè, reſurectionis forma ſubiūgitur. Sicut ergo Prothoplaſtes, Abelis edoctus occiſionem, paruo demoratus eſt tēpore, & Seth loco interfecti ſubſtituit; ita & ſummus parens, fictorq; omnium Deus, peracta vnigeniti morte, breui ſubſtitit interuallo, quia triduo, & eo incompleto, illum vitę reſtituit.

B Et quanquam ſuapte natura, CHRISTVS ſit nedum ſimilitudo, ſed patris perexacta imago, (vt qui non ſolum illum repræſentat, ſed & ex illo originem ducit, immò & naturam eius in ſe
Ioan. 14. Col. 1. Heb. 1. traijcit, vt vere dici poſſit, ꝙ pater, non ſolum ſecum ſit, ſed & ꝙ in eo eſt, quòdque & qui illum videt, intuetur & patrem, cum & imago Dei ſit inconſpicui, ſplendorq; paternæ gloriæ, & character hypoſtaſis patris) nihilominus maximè illius eſt ſimilitudo, & omnibus numeris abſoluta imago, poſtquam reſurrexit à mortuis; cum & ab ea die, non modo in illo ſplendeat iuxta natu-
1. Ioan. 1. ram diuinam, ſed & iuxta humanam: quandoquidem non ſolum lux Dei, in qua tenebræ non ſunt vllæ, fulget in illius anima, ſed & mirum in modum nitet in corpore; vbi & eòuſq; nitet quo uſq; decet vnigenitum Dei. Vnde & eadem die, dictum illi eſt à patre, (ſicut & quādoq; monet
Acto. 13. Eph. 3. & 2. Apoſtolus) Ego hodie genui te. Quare non mirum, ſi inde ad dexterā Dei ſedet: ſi vniuerſum moderatur regitq;. Præter id, ꝙ ab illo à mortuis excitato, pater ſtatuit, ſuam nuncupari proſapiam, ſuamuè familiam, vt aliquando dixit Apoſtolus. Et quamuis in hoc mundo, plures ex illius cenſeantur domo, multi appellentur Chriſtiani, qui tandem excludentur à cœlo; electi tamen, qui ciues nedum ſunt ſcripti ſanctorum, & domeſtici Dei, ſed & conſortes diuinæ naturæ, filij
2. Pet. 1. æterni patris, & membra CHRISTI IESV, indubiè pertinent ad proſapiam eius, lauacro regeni ti ſacroſancto, & in Enos non obſcurê noſcuntur.

C Filius ergo Seth, electorum pręfefert cœtum; vt qui regignuntur in CHRISTO (nā & ipſe eſt
Matt. 3. Pſal. 44. Roma. 9. Oſeę. 1. qui baptizat) & pręſertim ex gentibus (pro patribus, nati ſunt tibi filij: & quibus dictum eſt Non plebs mea vos, hi filij vocabuntur Dei viui) Et commode nuncupātur Enos, quod interpretatur oblitus, vel ſi mauis, vt diximus, deſperatus: quandoquidem hæc maximè illis congruunt, cum & priuſquàm conuerterentur, & poſtquàm conuerſæ ſunt: conſentiat eis. Siquidem priuſquā CHRISTO ſubſcriberent, vere Dei erant oblitæ, vt quæ ſine Deo agebant in mundo, vt Apoſto
Eph. 2. Acto. 14. Rom. 1. lus notat, & ob id, & Deus earum viſus eſt obliuiſci, cum vt idem aliàs aſſerit, illas, ſuas permiſerit ingredi vias. Et licet, ex creaturis, illum nonnullę omnium agnouiſſent auctorem, omnique gloria & honore digniſſimum, quia tamen, vt par fuit, illi non dederunt gloriam, nec meritos impenderunt honores, non iniuria illius dici debuerunt oblitę. Erant & oblitæ ſui: vt quæ, vel
Pſal. 9. Iac. 4. homines eſſe ſeſe, non perpēdebant (conſtitue legiſlatorem, ſuper eos: vt ſciant gentes, quoniā homines ſunt) Nam CHRISTO reuelante ſe gentibus, qui noſter eſt legiſlator & iudex, omnes cognonerunt ſe eſſe homines; omnes æternæ fœlicitatis capaces, & ad maiora his, quæ videntur, natos eſſe. Quare non immerito iunior ille filius, ſuæ hęreditatis portione conſumpta, eòuſq, ſui *Gētes ſe eſſe homines aliquā oblitę.*
Luc. 15. D met refertur oblitus, ꝙ & abijt longe à ſe, porcos paſcens, & eorum ſiliquis veſcēs. Vnde, & cum reſipuit, opus fuit vt reuerteretur in ſe, vt Euangelium tradit.

Eph. 2. Nec modo Dei, ſuiq; erant oblitæ, ſed & veluti deſperatę: quandoquidem, cū eſſeut ſine pro miſſione: erant & vt Paulus ait ſine ſpe. Præter id, ꝙ earum plurimæ non ſecus ac Epicuri. Sarda napaliq;, nihil attendebant niſi pręſentia, ad quæ & prouocabant, ſuę farinæ homines. Venite,
Sap. 2. potiamur huius vitæ delitijs, & concupitis perfruamur amplexibus, replendo nos vino, & pretioſis nos diſtēdēdo vnguētis, quoniam hæc noſtra ſors, noſtraq; portio eſt. Verum etſi, hæc tali pacto habuere ſeſe; magis tn̄, noſtro accommodatur intento, ſi oblitæ, ſi intelligantur deſperatæ, poſtquàm ſunt conuerſę. Qua de re attendendum, ꝙ CHRISTO, rite non valemus ſubſcribe re, niſi ex animo obliuiſcamur mundi, illi renunciemus, cum omnibus pompis; alias id non profiteremur, cū tingimur, & de lauacro leuamur; quin niſi & obliuiſcamur patriæ, ciuitatis, paren-

tum, &

tum,& noſtri: Immo & opus eſt hæc odire,& nos pro CHRISTO penitus abnegare,vt nõ ſemel ſcriptura docet. Audi filia et vide hucq́; arrige aures;vt obliuiſcaris populi tui, et domus patris tui &, Qui non odit patrem & matrẽ,nõ poteſt CHRISTI eſſe diſcipulus:& Qui non abnegat ſeſe, & omnibus valefacit quæ poſsidet,nec eſt CHRISTO dignus,nec vitam meretur æternam. E Luc.4. Pſal.44. Luc.4.

Rurſum: Qui initiantur CHRISTO, cum inde vnicè pendeant, non modo rerum omnium habẽt naufragium facere,ſed & earum & maxime humanarũ,tum vanitates tũ deceptiones animaduertere. Scriptum enim eſt: Maledictus,qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum: Nolite confidere in principibus,in filijs hominũ, in quibus nõ eſt ſalus: Et frater non confidat in fratre,nec in amico amicus, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit,& amicus fraudulenter incedet Quòd ſi hæc vera contrectantur de alijs, quanto magis vera contrectabuntur de nobis: cũ ſit nullus fraudulentior, nullus nobis capitalior hoſtis. Ergo ſi chara CHRISTO membra,in rebus non cõfidunt humanis, iure minus confidere debẽt in ſeſe; cum ſe atrectent, nedum miſera, ſed ſibi inſigniter aduerſa; cum & ſæpe non faciant, quod cupiũt bonum, ſed quod maximè deteſtantur malum. Quæ & legem experiuntur in membris, non modo legem oppugnantem mentis ſed & captiuantem in lege peccati,vt Paulus aliquando deflet. Quid plura? Deſperant, eòuſque de ſe, vt & oderint ſe, paueantq́; Dei comparere iudicio in ſeſe; haud ignari, quòd nullus apud illum,iuſtificaretur in ſe,& ſi iuſtificatur omnis, qui CHRISTI iuſtitia indutus eſt. Ergo electi ex gentibus, qui CHRISTO aſcribuntur in filios, cum in vnum euaſerint cœtum, non iniuria, in vno adumbrantur Enos; cuius tempore cœptum quidem eſt, non modo in Paleſtina,ſed terrarum quocunq;,Deum inuocari, coliq́; in nomine IEHOVAH, hoc eſt in nomine vt dictum eſt IESV; tametſi, & tali ſub nomine, myſterium lateat Trinitatis, prout alibi latius.

Iere.17. Pſal.145. Iere.9. Rom.7. Ibidem. F Pſal 142.

Quando cœptum eſt inuocari in nomine IESV.

Enoch quoque, qui ſeptimus extitit ab Adamo(poſtq̃ cum Deo ambulauit, & Methuſalem filium genuit)opportune tranſlatus, CHRISTVM adumbrauit haud obſcurè. Et præter, id, q́ ſonat dedicatum,ſanctisq́; perornatum moribus; quę palam eſt, CHRISTO nedum congruere, ſed vnicè conſentire,ſeptimam orditur generationem,ſicut & CHRISTVS,ſeptimam orditur ætatem: In qua,tum ipſe, tum demum & membra ſua,nòn ad terreſtrem ſed cœleſtem,traſuehenda ſunt deliciarum hortum;immò & ad dexteræ patris conſeſſum in ſupercœleſtibus: quoniam, quo aſſumptum eſt corpus, haud dubium, q́ & eò congregandæ ſunt Aquilæ. Ergo & CHRISTI decernitur typus,nedum vt ſeptimæ auctor ætatis; ſed & vt exordium futuræ electorum gloriæ. Et Methuſalem, quem reliquit,mortem(quam, in Prothoplaſte præſumpſerat, & in omnes etiam,qui in morem non deliquerant primi patris,ſæuierat)ſua pręfefert priuatam tyrannide;vt quæ per mortem,ac reſurrectionem CHRISTI, non vltra dominatur electis: Nã ad tempus licet,eorum perimantur corpora;poſtremo tamen die(illis non ſecus,ac è ſomno ſurgentibus)ſicut vitam ſortientur æternam,ita & mors, abſorbebitur penitus, in victoria. Siquidem Methuſalem,vel ſpolium interpretatur mortis,vel ſpolians mortem: vt notum eſt,ea in lingua verſatis. Hactenus de prima: nunc de ſecunda ætate.

De Henoch, & quem geſſerit typum.

Mat.24. G Luc.17. 1.Cor.15.

SECVNDA AETAS.

Quòd in ſecunda mundi ætate,ſexcenti & ſeptuaginta interceſſerunt anni: Vt Hebræa veritas continet.

CVM Enoch,trecentos natus annos,ſexagenos & quinos,ſit tranſlatus: illins tranſlationem,anno neceſſe eſt, centeſimo,ac decimotertio, contigiſſe Lamech:& per hoc, nouẽ ac ſexaginta ante ortum Noe. Siquidem, Methuſalem genito(qui & cẽtum,octoginta,ac ſeptem natus, generauit Lamech) Enoch trecenos nobiſcum egit annos: ergo & vſq; ad centeſimum & decimum tertium Lamech: ergo(cum hic, Noe centenus genuerit,octogenus,& binus)palam,q́ ante illius ortum, ſexagenis & nouem; ergo, cum in calce ſexcẽteſimi primi Noe,finem ſortitus ſit cataclyſmus, haud obſcurum,ætatem hanc,quæ à tranſlatione Enoch vſq; ad conſummationẽ,eſt protenſa diluuij,annos,nec plures nec pauciores,q̃ ſexcẽtos, ac ſeptuaginta complecti. Quare defectus tum Septuaginta,apparet interpretum, qui præmiſsis congerunt octoginta & ſex: tum Ioſephi, qui ſubtrahit ab his,centum & decem. Vt facile eſt ex ſubiunctis accipere. H

A tranſlatione

A A tranſlatione Enoch, ad ortum Noe: anni ſexaginta nouem.	69
Ab ortu Noe, ad ingreſſum in Arcam anni ſexcenti. Gen. ſexto.	600
Ab ingreſſu in Arcam, ad diluuij conſummationem: annus fere vnus.	1
Ergo omnes, ſummam ſexcentorum reddunt ac ſeptuaginta: vt diximus.	670

SEPTVAGINTA CALCVLVS.

QVONIAM Enoch, apud ſeptuaginta trigeſimo ac tertio, transfertur Lamech, certum eſt, quod illius tranſlatio, per annos cẽtum, quinquaginta & quinque ortum anteceſsit Noe: ergo, cum Methuſalem (vt volunt) centum, ac ſexaginta quinque, generet Lamech, & hic centum, ac octoginta, Noe: qui ſexcentos habens, ingreditur arcam, manetq; quaſi annum in ea: haud dubium, annos octoginta & ſex, exuberare, à veritate.

A tranſlatione Enoch ad ortum Noe, anni centum, quinquaginta quinque.	155
Ab ortu Noe, ad conſummationem cataclyſmi: vnus & ſexcenti.	601
Ergo omnes, ſeptingentos conficiunt, quinquaginta & ſex.	756

Ergo abundant: quot diximus.

B

IOSEPHI CALCVLVS.

APVD Ioſephum: cum Enoch, primo & quadrageſimo transferatur Noe, calculus non eſt obſcurus. Siquidem Noe, annorum ſexcẽtorum ingreditur arcam: & vt conſtat, ferè vno manet in ea. Ergo, cum Methuſalem, cẽtum dederit ſeptuaginta ſeptem, in natiuitate Lamech: & huic, octoginta & duos in ortu Noe: certum eſt, quòd (ſi treceni, quos Methuſalẽ nato, nobiſcum egit Enoch, ſubtrahantur anni) inde ad abſolutum, non remanent cataclyſmum: niſi ſexagintaquingenti. Ergo, centum (vt dictum eſt) & decem, detrahit de veritate.

Et quoniam hac in ætate, nulli ſunt quibus remoremur ſcrupuli: mox nonnihil, pergendũ eſt attentare, de reconditis in ea ſacramentis.

Quo pacto, per quos, quibusq; verbis, & typis: in ſecunda ſit Euangelizatum ætate.

C ETſi hac in ætate, Iericuntinoq; circulo; ſui non deſuere tibicenes: Et ſi verendum
non eſt, vbertim Euangelizaſſe Methuſalem, cum de multis CHRISTI ſacramentis, tum & de illius poſtremo iudicio, quo plectendi ſunt mali, & præmio quo afficiendi ſunt probi, ſicut & ab illius inculcabatur patre: Et ſi inſigniter, de ipſius extrema dubitandum non ſit vaticinatum fuiſſe victoria (qua iuxta eius, vt tactum
eſt, nomen, in nouiſsimo potiturus eſt die) quãdo non modo, à ſua, mors deponetur tyrannide,
1. Co. 15. ſed & abſorbebitur penitus in electis: Et ſi Lamech (qui nõ ſolum, antequam ſuus transferretur
auus, ſatis adoleuerat, ab illoq; non pauca Euangelij hauſerat ſacramẽta: ſed & filium ſe genuiſſe præcinuerat, qui ab operibus, manuumq; laboribus, quouſq; maledicta verſaretur in terra, conſolaturus erat homines; oculis in dubie ad illum erectis, qui ab oneribus erat redempturus Moſis, aliiſq; leuaturus ærumnis: quibus dum hac peregrinamur in carne, terrenoq; degimus in corpore, ob iuſtam præuaricationis vindictam, nunquam veprium, non feraci nunquam non obſita tribulis & vrticis; non quidem, vt ab illis, dum hic agimus, ſimus immunes, ſed ne grauemur

Chriſtus à quibus oneribus erat redempturus homines.

2. Pet. 2. ſupra vires) vberrimè Euangelixaſſe, non dubito: Noe tñ, vna cum filijs, ſi Petro creditur, potiſsimum, omniq; affluentia, Euangelizauit. Quare & inſignis, vt ait, iuſtitiæ extitit præco: at non politicæ, non philoſophicæ, vel quouis pacto humanæ: quibus, vtcunq; apud homines, qui vident, quæ foris parent, & plerunq; falluntur, decernimur iuſti: ſed fidei, ſed Euangelicæ, ſed
D CHRISTI IESV: qui nobis factus eſt iuſtitia (vti Paulus dicit) qua iuſti, & inculpati ſumus, iudicio
1. Reg. 15. 2. Cor. 3. Dei: qui intuetur cor, & hallucinari nequit.

Præco inquit iuſtitiæ CHRISTI: at non ſolus, ſed (vt ſubdit) octauus; quandoquidem ſicut octo, tunc animæ in diluuio factæ ſunt ſaluæ; ita & octo (Noemus ſcilicet, & familia) eam Euangelizarũt iuſtitiã. Quanquam nec erratur, aut à myſterio, quopiam ſecedirur pacto, quin & lo-
1. Theſ. 4. cupletius dilucescit: ſiquis aduertens CHRISTI iuſtitiam, locum in ea potiſsimum ſortiri regeneratione, in qua electi rapientur obuiam CHRISTO, & per hoc in octaua, quæ ſummæ fœlicitatis eſt ætas, immo & ſæculum immortale, & nunquam habiturum finem, dicat iccirco, præconem nuncupatum octauum, quia non modo de illius, qua nunc fruimur, participatione, ſed de illius, quam ſperamus in patria, abſoluta conſummataq; copia (quod nullus forte attigerat,

vel palam ſaltem, eòuſque præconizatus fuerat) libere verba ſecerit. Cui & cõſonat, quòd diebus proximis, Enoch erat tranſlatus: qui & nonnullus, tranſlationis noſtrę, quẽadmodũ & aſcenſionis CHRISTI, extitit typus; cum & certum ſit, quod vbi aſſumptum eſt caput, tandem aſſumẽda ſunt membra. Et quoniam CHRISTI, fideiq; iuſtitia: cum hoc in tempore, tum in ea quæ ſupereſt æternitate, eſt vltrix, & ſaluans hancq; nanciſcimur ex fide, ſed progrediente, ſeq; reijciente in fidem, & nunquam opportune non operãte per dilectionem, vt Apoſtolus docet; & illam frequenter patimur, & hic vt reſipiſcamus, demusq; pœnas, vt ſatisfiat prò culpis, & in futuro, vel vt purgemur, vt contingit electis, vel vt perpetuo comburamur, vt jus poſtulat in reprobatis: non puto abſurdum, ambas Noemum paſsim Euãgelizaſſe, vt poſtrema promoueret pios, & prima exterreret ſceleſtos. E Rom. 1. Gal. 5.

Quorum arcanorum typi: Noemus, & Arca.

DOcuit Apoſtolorum princeps, Noemum typum fore CHRISTI, & Arcam ſacroſanctæ Eccleſiæ: ſed præſtat vt excutiamus, quàm quadrent. Conſtat primum, Noe interpretari quietem: Conſtat illum, non modo apud homines iuſtum comprobatum & rectũ, ſed & apud Deum, ſuumq; tribunal; quippe qui, vt ſcriptura docet, & cum eo ambulauit, & eius iuſſa perfecit. De hoc, vt præmiſimus, vaticinatus eſt pater, quod requiem, erat pręſtiturus mundo, cum ab operibus, tum à laboribus manuum, quibus noſtrum afficiebatur genus ob maledictionem terræ. Et quis CHRISTVM, non probat, veram conſtantemq; omnium requiem; cum per illum ira ſedata ſit Patris, mundus reconciliatus Deo, omnia tam in cœlo, q̃ in terra compoſita, ac paci perpetuo reſtituta; vt Apoſtolus dicit? Quis illum detrectabit iuſtum, quis rectum; qui omnis eſt iuſtitiæ fons, & totius oceanus probitatis, à quo omnes valemus, nedum haurire gratis, ſed perfundi obruiq;, quàm vberrimè? Hic, non ſolum iuſtus, rectusq; extitit apud homines, tum opere, tum verbo, iuſta rectaq; docendo; ſed & ius opportune reddendo, adminiſtrandoq;. Hinc didragma perſoluit: hinc ſe deſcribi permiſit: cenſum Cæſari dandum iudicauit, & mulierem perperam diffamatam, abſoluit Fuit & coram Deo iuſtus, fuit & rectus, non tantum quia peccatum non fecit, aut quia illius gloriam illuſtrauit, & inculpatè créditum ſibi munus expleuit; ſed & quia in omnibus ambulabat cum eo, immo & tanto illi copulabatur fœdere, tam arcto vinciebatur nexu, vt quouis pacto, ſeiungi non poſſent.

1. Pet. 3. F Gen. 6.

Christus requies & iuſtitia omnium.

2. Cor. 5. Eph. 1. Mat. 17. Luc. 2. & 20. Ioan. 8. 1. pet. 2. Ioan. 17. & 14. & 16. G

Adde, quàm affluentiſſime pro noſtris ſatisfecerit iniuſtitiis, qui oon modo non eramus ſoluendo, ſed nec diuino aſsiſtere valebamus tribunali, niſi iure acriter plectendi ab eo. Nec modo ſatisfecit, ſed & ad rectam reduxit, à qua diuerteramus quàm longiſsime. De illo eſt pręnunciatum, nec ſemel, à Patre, q̃ per eum, ab operibus eriperemur duris, necnõ à laboribus manuũ; quandoquidem illius (vt attactum eſt) opera, iugum fuerat excutiendum legis, & chirographũ, quod contrariũ erat nobis, auferendũ è medio: ſub quo, & tanto afficiebamur labore; vt nõ raro ſuccũberetur ſub eo. Idq; (etſi, & alia de ratione) ea tñ erat potiſsima quia Deus noſtram fuerat execratus terrã: carnẽ inquã, noſtro pro peccato, ſentibus, vt prædictũ fuit, obductã, & quidẽ iuſtiſsimo, necnõ ſacroſancto iudicio Dei. Vnde & Apoſtolus. Quod impoſsibile erat legi, eò q̃ infirmabatur p carnẽ; miſſo Deus vnigenito, carneq; in ſimilitudinẽ peccati ſuſcepta, peccatũ de peccato dãnauit in carne: vt iuſtificatio legis adimpleretur in nobis. Siquidẽ CHRISTI carne in crucẽ ſuffecta, nõ ſolũ eſt in credentibus diminuta concupiſcentia, non ſolum peccatũ extenuatum in carne, & vepres tribuliq; pullulantes, ſunt ex parte cõciſi; ſed & terra noſtra, haud mediocriter eſt à maledictione redempta, & per hoc, nõ leuiter, huius peregrinationis labores afflictionesq;, non modo ſunt remiſſæ, ſed & magna ex parte ſubmotę.

Col. 1. Rom. 8. H

Noe fabrefecit arcam, & CHRISTVS ſuam ædificauit Eccleſiam. Illa trecentorum extitit cubitorum in longitudine; hæc per trium legum, protenditur tempora, Naturæ, Moſis, & Gratiæ. Priorem exprimit prima cubitorum centuria; quo in tempore, decem legis præcepta, noſtris inſculpta ſunt mentibus. Secundam denotat ſecunda; quando eadem, Dei digito ſunt exarata in ſaxis. Tertiam refert tertia; cum eamet, per charitatem noſtris ſunt impreſſa pectoribus. Nec vacat ratio numeri, tum quia centenus, electorum eſt proprius, vt in ouium centenarum parabola, tum quia denarius, cum ſit decies repetitus, perfectam decalogi innuit obſeruantiam, quæ in ſolis tandem, reperitur electis. Minus vacat ratio cubiti, quandoquidem etſi omnia à Deo, vt par eſt, certa proficiſcuntur lance; electi tamen præ alijs,

Symetria arcæ eſt ſymetria Eccleſiæ recte cõſentit

Luc. 15.

vt in

Prou. 9.

A vt in quibus Dei potiſsimum agnoſcitur opificium: Præter id, ꝙ cum in eius coaptandi ſint templum, domumq́;, quam Dei ędificat ſapientia, nequeunt non ſore rite commenſurati, & opportunis gradibus doniſq́; diſpoſiti. Illa in quinquaginta dilatatur cubitos, & hæc per quinque locorum extenditur differentias; vt quę electos, nedum ab Oriente colligit, & Occidente, nedum ab Aquilone & Meridie; ſed & ab excelſo ſupremoq́; Cœlo; cũ vtrorunq́; (militátium inquam, ſupernaq́; ciuitate fruentium) vnica Eccleſia ſit: Et quoniam, vbiuis decem ſunt ſeruanda præcepta, & in patria ſeruantur quàm maximè, vt in qua charitas eſt ſimpliciter abſoluta; haud inepte, arcæ, vt diximus, ſymetriæ, numero explicantur denario; tameſi, quia & omnis dicitur numerus, nullusque eo reperitur ſacratior, nullus locupletior; ſacramento non mediocriter faueat.

Tres electorũ ordines in Eccleſia.

Illa triginta obtinet in altitudine cubitos; & hæc tres, quibus ad cœlum euehitur, electorum aggregat ordines. Nam cum in Eccleſia inueniantur actui, qui operibus vacant miſericordiæ & charitatis; contemplatiui, qui in actibus exercentur ſapientiæ & intellectus; & qui in vtriſq; ſunt occupati, quos nuncupant mixtos, medioſuè: cõſonetq́; ſingulis (nec obſcura ratione) denarius; facile fit compertum, quo nam pacto, & hos per gradus attollatur Eccleſia: Siquidẽ per actiuos, B ad aereum erigitur cœlum, quod vt primum ſcriptura recenſet; vbi etſi non raro ſplendet lux Solis, cœleſteſq; congregantur influxus: Etſi per illud, mundæ volitant aues, puræq; vagantur columbæ, ſæpe tamen in eodem circumferuntur nubes, ſæpe reſoluuntur in grãdines & importunos imbres: perſtrepunt; & non raro tonitrua, vẽtorum aguntur turbines, & ſæuæ tempeſtates; haud ſecus & in his, qui charitatis miſericordiæq; intendunt operibus, frequenti comprobatur periculo: Qñ niteant licet gratia Dei, licet & chariſmatibus ſancti afficiantur Spiritus; eorum tñ vocatio, munus, & officium, varijs diuexatur procellis, & quampluribus exercẽtur anguſtijs, qui in id uocati ſunt oneris. Mixti, medijuè aſcendunt ad firmamentum, quod & ſecundum in ſcripturis dicitur cœlum, & vnà ſeptem cũm planetis (etſi nullis peregrinis ſubeſt accidentibus) pluribus agitatur motibus, Fiunt & in his, nonnunquam eclypſes, aſpectus infauſti, & motiones retrogradę. Adeſt tamen ſua mens, fœlixq́; (vt vocant) intelligentia ſingulis, cuius & nutu, maxima circumaguntur ſuauitate. Ergo & mixti medijq́;, cum ſupremis cõtendunt mentibus, in ſapientiæ exercitio; & cum firmamẽto planetiſq;, miſericordiæ actibus & charitatis; qua ex parte, & nõ nullis afficiuntur incommodis. Contemplatiui, ad tertium ſupremumque rapiuntur cœlum; C vbi nedum cum Moſe ac Paulo requieſcunt, ſed & amica, perſuauiq; intelligentiarum fruuntur conſuetudine; inter quas, nulla admittitur perturbatio, nulla eclypſis, nulla oppoſitio, vel nocua retrogradatio.

1. Cor. 12. Eph. 4.

Poſſent, & ad noſtri corporis inſtar (cui & non ſemel Paulus perſimilem fecit Eccleſiam) hæ diſtribui ſymetriæ; & fortè non abſona ratione. Cum enim noſtri corporis longitudo, ſex, communi lege, computata ſit pedibus, & per hoc, vt colligũt ſexaginta gradibus, quos & ad trecenas reſoluunt minutias (nam pedem, in decem partiũtur gradus, & gradũ in quinque minutias) difficile non eſt trecentorum cubitorum arcæ, rationem excipere: Cui nec diſſonat latitudo, quæ cũ vnus definita ſit pes, in decem partietur gradus, & in quinquaginta minutias, Altitudo quoque, cum ſex aſſeratur graduum, minutias complectetur triginta: vt ex premiſsis licet inferre. Verum prima, ni fallor, interpretatio iure videtur acceptior, & literis ſacris accommodatior.

Acto. 10. Roma. 12. 1. Cor. 12.

In arca erant, omnis generis animalia; & in Eccleſia, homines omni ex natione, ſicut & in linteo præoſtenſum eſt Petro. In illa erant manſiones diuerſæ; & in hac varia diſtrubuta ſunt membra, onera, miniſteria; ſingula ſuis compartita locis, haud ſecus, ac ſedes in cœlo. In arca octo erãt animæ, quę moderabantur eam, curamq́, earum agebant rerum, quæ ad vitam conducerent animalium; D & in Eccleſia, octo ſunt clericorum ordines (Epiſcopi, Sacerdotes, Diaconi; Subdiaconi, Accoliti, Exorciſtæ, Lectores, & Hoſtiarij) quibus cura credita eſt animarum, & (quibus paſcãtur, ſeruẽturq;) eloquiorum ſacrorum. Arca agebatur aquis trecenis diebus; & Eccleſia toto ſuę peregrinationis tempore, tribus, vt diximus, diſtributo centurijs, exercetur tribulationibus: a quibus tamen, non deijcitur ſed eleuatur; ſicut & arca aquis eleuabatur diluuij, vt ſcriptura cõ memorat. Nec diſsimulandum, tribulationum tempus, non immerito, non denotatum annis, non menſibus, ſed diebus; quoniã etſi ſarcina tribulationum preſsis, mora videatur longa, re vera tamen eſt breuis; quin & à Paulo dicitur momentanea, & tamen immenſum æternumq́;, vt ſubdit, gloriæ in electis operatur pondus: Qui & gloriantur in anguſtijs, ſicut & lætantur in mortibus; vt experientia, tum in Apoſtolis, tum in martyribus, teſtis locupletiſsimus eſt. Quod & forte, arcæ innuit quies, in ſummis Armeniæ mõtibus, Nam cũ maledictio interpretetur Armenia,

Octo clericorũ, ordines in Eccleſia.

Gen. 7. 1. Cor. 4.

haud abſurdè, Eccleſiam in culmine adumbrabit tribulationum; vt quę non ſolum, vt à Sa- E
thana, eiusq; proficiſcũtur ſatellitio (eò q ab illis, nõ niſi maledicendi, quin & maleſaciendi pro
ficiſcuntur affectu, ſtudioq;) valent maledictiones dici: ſed & vt proficiſcuntur à Deo, eiusq; ſa-
croſanctis miniſtris; non quòd ita ſint in ſeſe, ſed quia tales, à ſtultis communi reputantur le- 1.Cor.2.
ge, quin & ab omnibus, qui iudicio aguntur carnis, & vacant interno ſpiritu Dei. Quod & ſa-
tis ſuperq; conſtat in CHRISTO; qui cruci appenſus, non ſecus ac maledictus eſt habitus, ſicut Gal.3.
Aqua diluuij ſacramẽtum baptiſmi. & Apoſtolus refert.

Poteſt, & aqua diluuij, ſacramẽtum denotari baptiſmi, vt Petrus monet Apoſtolus: Nam ſicut 1.Pet.2.
illa, animas ſeruauit in arca, & quæ extra erant abſorpſit; ita & baptiſmus, qui ſunt in Eccleſia
ſaluat, & qui ſunt extra, condemnat: Siquidem ingens eſt, huius efficacia ſacramenti, & quos
afficit, aſcribit militiæ CHRISTI, immo & cœleſti hæreditati: Hæreticis tamen, perfidisq;, qui
extra Eccleſiam ſunt, merito nihil proficit; quin & iure acriori addicit exitio, & ſæuiori depu-
tat cruciatui, vt quibus agnita veritate, & refectis ſancto Dei verbo, & primitijs ſuperuenturi He.6.& 10
ſæculi, aliud non manet, quàm extremæ terror gehennæ, vt Apoſtolus ſcripſit. Ergo, vt ſacro
ſeruemur lauacro, quod ſordes non diluit corporis, vt lotiones Moſis, ſed maculas tergit animæ,
vt exprimit ſermo Petri; permanendum erit in arca, perſiſtendum in vera, conſtantiq; fidei pro F 1.Cap.3.
feſſione, ſeruandũ quod ſtipulati ſumus tincti, per bonam ſinceramq;, interrogati reſpondendo
conſcientiam; nempe abiurationem Sathanæ, renunciationem mundi, & abnegationem ſui in
obſequium Dei. Hæc ſecunda de ætate: quæ ſi non pluribus, vel locupletioribus ſcaturit typis;
humanis aſcribatur ſceleribus, quibus Deus eſt adeo ſtomacatus, vt homines, pęnituerit ſe feciſ-
ſe. Quare: & ſecunda mundi dies, quę præſenti reſpondet ętati, nec à Deo eſt benedicta, nec de
bonitate laudata; de quo amplius ſuo in loco.

TERTIA AETAS,

Quòd in tertia mundi ætate: anni interceſſerunt octingenti quinquaginta, & duo.

QVoniam in huius computatione ætatis, nedum variæ ſunt chronographo
rum ſentẽtiæ, ſed plures, ac perdifficiles ſcopuli: vt res excutiatur plenius,
in duas illam diſtinximus portiones. Nam cum à cõſummatione incipiat G
Tertia ętas cur bipartita cataclyſmi, & ad promulgationem protendatur legis; priorem protrahi-
mus ad circuncisionem, & poſteriorem inde ad calcem. In priori, ſiquis
conſulat Septuaginta, annos colliget mille & centum vnum, & ſeptua-
ginta: Siquis Ioſephum, mille & nonaginta: Siquis Philonem, tercenti-
tum, vnum, & nonaginta: Sed ſiquis ſcripturam, necnon veritatem He-
braicam, quadringentos aſſeret, vnum ac quinquaginta: vt ex Geneſis vndecimo, duodecimo,
& decimoſeptimo, palam eſt, hunc in modum.

Sem, biennio ab inundatione, genuit Arphaxat.	2
Arphaxat, triginta & quinque natus, genuit Salè.	35
Salè, triginta natus, genuit Heber.	30
Heber, triginta & quatuor natus, genuit Phalech.	34
Phalech, triginta natus, genuit Rehu.	30
Rehu, triginta & duos natus, genuit Saruch.	32
Saruch, triginta natus, genuit Nachor.	30
Nachor, nouem & viginti natus, genuit Thare.	29 H
Thare, centum, & triginta natus, genuit Abram.	130
Qui, nonaginta & nouem natus, circuncisus eſt.	99
Ergo ſi omnes, fuerint ritè collecti, præmiſſum conſtituunt computum.	451

Sed mox exerunt ſe ſcrupuli; & cum non ſint leues, pręſtat illos, noſtra pro tenuitate diſcute-
re: Et miſſa opinione Ioſephi, vt qui ſibi repugnat, cum primo antiquitatum quartodecimo, à
diluuio ad Abramum, tercentum, duos & ſexaginta congerat annos, & illos, non longe poſt di-
gerens, nongentos faciat, vnũ & nonaginta: Miſsis & quæ Septuaginta tradunt interpretes; & ea
præſertim ex parte, qua non ſecus ac in præcedentibus, annos ferè centum, cuilibet (antequã ge-
nerent) patrum, falsò ſubſcribunt; propterea q ex illa, qua generationem vnam, quæ nec apud
nos, nec apud Hebræos eſt, interponunt, minimè omittenda ſunt: cum grauem ingerant

quæſtionem,

A quæſtionem, quàm diſsimulare, qnouis pacto non licet: Nam etſi res, vt ex Septuaginta pendet, non foret multi ponderis: quia tamen ab Euangeliſta reſumitur, maximi fit momēti: quippe qui à ſpiritu ſancto edoctus, hallucinari non valuit. Et vt res ſit illuſtris, enumerant illi, à Sem ad Abram generationes decem; eoq; inter Arphaxat & Salè, cōſtituūt Cainàm, qui tñ in Hebræo non eſt. Idem facit & Lucas, dum ſic refert, de Heber (qui fuit Salè, qui fuit Cainàm, qui fuit Arphaxat) Ergo ſic legitur Græcis.

Ardua difficultas ex Genealogia apud Lucam.

Sem biennio poſt diluuium, genuit Arphaxat. 2
Arphaxat annorum centum & triginta quinque, genuit Cainàm. 135
Cainàm annorum centum & triginta, genuit Salè. 130
Salè annorum centum & triginta. genuit Heber. 130
Heber annorum centum & triginta quatuor, genuit Phalech. 134
Phalech annorum centum & triginta, genuit Rehu. 130
Rehu annorum centum & triginta duorum, genuit Saruch. 132
Saruch annorum centum & triginta, genuit Nachor. 130
Nachor annorum ſeptuaginta nouem genuit Thare. 79
B Thare annorum ſeptuaginta, genuit Abram. 70
Ex quibus colliguntur mille, vt præmiſſum eſt, ſeptuaginta duo. 1072

At nos, cum Hebręis, quin & cū literis, vt diximus, ſacris, à Sem ad Abram generationes non ponimus, niſi nouem; quarum annos non extendimus, vltra tercenium quinquaginta, & duos, tametſi dum ad circuncisionem vſque tranſcurritur, nonaginta adijciantur & nouem, ſicut paulo ſupra.

Et vt paucis rem abſoluam; Lucæ textus, ex quo robur ſumitur ſcrupuli, excutiendus eſt. Sunt ergo, qui non horrent, Lucam Septuaginta ſectatum; vt qui Græce ſcribēs, ex Græca receptaq; tranſlatione, non temere valuit teſtimonium ſumere. Et licet ſancto ſuggerēte Spiritu, inſcius non eſſet Hebraicæ veritatis; eodem nihilominus ſubminiſtrante, factum eſt non inconſultè, vt dum ſine pietatis, ac fidei præiudicio, aliorum placita colligit, ſe nòn modo ſeruet à mendacio, ſed, & mirum in modum, ſine offenſa, ad religionem CHRISTI, Græcis deſerentes adurgeat.

Et licet forte, poſſent hæc ſine horrore complecti; probatius tamen ſentiunt, qui locum aſſerunt eſſe corruptum, idq; non vicio Euangeliſtę, ſed ſcribæ præſumptione. Nam cū tractu temporis plura edita ſint exemplaria, eaq; in nōnullis diuerſa; forte ꝙ alicuius cōtigit opera, vt (Euā
C gelio Lucæ, Gręca cum editione collato, deprehenſoq; Cainàm generationē in CHRISTI Genealogia deficere; creditoq; id non niſi ſcriptoris oſcitantia prætermiſſum, & per hoc, ſi reſtitueretur operæprecium fore, non impiè ea Euangelio ſuperadiecta ſit. Quòd ſi filium Arphaxat, probas fuiſſe binomiū, vt probant Hermannus & Naucler us, aliter & cōmodius, corruptus eſt textus, Siquidē ſine copula (qui fuit Cainàm) Lucas nō ſcripſit, vt corrupti codices habēt: ſed cū copula (qui fuit & Caynàm) vti veritas docet. Nec mens fuit Euangeliſtæ in Græcorum gratiam, generationem hanc interſerere, ſed ꝙ Arphaxat, non modo filius agnoſceretur Salè, ſed & Cainàm, in veritatis obſequium patefacere: quod poſtmodum, Scribarum quiſpiam non aduertēs, quin & reliqua ſine copula narrata conſiderans, forte rem non inegregiam pręſtare eſt arbitratus; ſi illam & eò loci eriperet, & per hoc textum purgatum reſtitueret.

Denique & dici poteſt, Salè, tum Cainàm, tum Arphaxat, filium fore; illius ſecundum legē, & huius, iuxta naturam. Nam licet Deuteronomij vigeſimo qninto, lex de patre promulgetur legali, Moſe mandante, quòd defuncti ſine liberis, contrahat frater cum relicta; longe tñ prius res fuit in vſu. Vnde Geneſis trigeſimo & octauo, defuncto Her primogenito Iudæ, mandauit
D Onam pater, vt ad relictam ingrederetur Her; vt ſemen mortuo ſuſcitaret fratri, qui liberos nō dimiſerat. Ergo eſſe potuit, vt natis Sem Cainàm & Arphaxat, & Cainàm defuncto ſine ple, Arphaxat relictam eius acceperit; ac eo pacto ſemen fratri ſuſcitauerit. Quo poſito, Salè amborū eſt filius: Cainàm iuxta ordinem legis, & Arphaxat ſecundum iura naturę. Ergo cum in temporibus ſuppntandis, habēdus non ſit ſermo de generatione legali, haud immerito, Cainàm à Moſe fuit omiſſus: Verum cum in Genealogia CHRITI, omni congruat ex parte, generationes texere, iure fuit ab Euangeliſta reſumptus.

Altera nec minus grauis, eſt quæſtio, eaq; eſt de ortu Abrami; propterea ꝙ dictum eſt, illum centeſimo, ac trigeſimo Thare natum, & tamen vndecimo ſcriptum eſt libri Geneſeos, quòd eſt illius ſeptuageſimo genitus: ita quidem legis: Thare, cū ſeptuaginta foret annorum, Abrā genuit, Nachor, & Amrā. Ergo, & hoc ex capite, anni ſuperſunt ſexaginta, Ergo ſunt abijciēdi, &

per hoc, non niſi trecentum, vnus & nonaginta(prout Philo docet & alij quin & nemo eſt qui diſſentiat)hac in portione ſunt computandi. E

Verum,& ſi quæſtio videtur prima fronte difficilis;ex ſcripturis tñ rite pōderatis, illam haud difficile eſt reſoluere.Primum,Geneſis verba,vt ſonant interpretari non poſſunt.Siquidem primo præſeferunt aſpectu,Thare ſeptuagenario,ortos eſſe tres filios: quod conſtantiſſime,impoſſibile eſt.Cum enim,ex vna profecti ſint coniuge,alterum euadi,non poteſt:vel ſcilicet, quod eodem anno,vna ex muliere, pluries facta ſit generatio,quod naturæ iura,non ſuſtinent: vel ꝙ eodem ſint editi partu,quod ſacris literis eſt aduerſum,Et prçter id,ꝙ horum inter ætates,Moſes eòuſq; diſcriminat,ꝙ Nachor tradit,Amram filiam,Melcha nomine, accepiſſe coniugem;conſtat planè ꝙ ſi Abram,ſeptuageſimo,natus eſſet,ſui patris, foret opus, ꝙ tempore quo diē obijt (qui ſcriptura teſte, vixit annos ducētos & quinq;) egiſſet annū cēteſimū ac trigeſimū quintū: & tñ eo tpis,ſeptuageſimū & quintū,non tranſijt: Siquidē,vt Actorum legitur ſeptimo:Abram de Charram exijt, patre defuncto: & cum exijt, vt Geneſis legitur duodecimo,plures non erat natus,q̄ ſeptuaginta & quinq;. Ergo,vt fateamur neceſſe eſt:illū non eſſe genitum,agēte Thare, annū, vt videbatur,ſeptuageſimum ſed cēteſimū(quemadmodū prçaccepimus)ac trigeſimum.

Et quanquam me commentum non ſugit Hebræum,quo annos Abram,Charram exeuntis, ab illius tradunt,non ſupputatos ortu: ſed ab ea inſigni ereptione(quando in ignem eſt, vt dicunt, à Caldæis iactatus,& Dei ope,euaſit illæſus)quaſi tanto ſit regenitus beneficio:non inquā me fugit, ſed cum res ſit,ſine ſundamento aſſerta, haud iniuria,reputatur vt fabula, Nam cum, Vr egreſſus Caldæorum, foret indubiè copulatus Saræ:velint nolint,neceſſe eſt admittant, vel quòd Saræ(ſi commentum aſſeritur) etiam ante illum exitum: non aſcribantur anni(quod eſt, clariſſima fictio, cum illa ab igne non dicatur erepta, & in Iſaac natiuitate, paris cum Abram, non fuerit ſenectutis)vel quòd ſi & illius anni,ante exitum ſunt aſcripti, nō minus vana ſit aſſertio, Abram annos,ante exitum, non computatos: quando tali pacto, Iſaac in ortu, longe ſenior, introduceretur Sara, quàm introducatur Abram: quod indubiè ſcripturæ repugnat. F

Vana quorū dam interpretatio.

Nec illorum admittitur cōciliatio: qui Abram, duos ex Charram tribuunt exitus: & quòd alterius Moſes reminiſcatur, in Geneſi, & alterius Prothomartyr in Actis, Ille, vt dicunt, fuit cum reditu, & ante obitum patris(nempe illius anno, centeſimo ac quadrageſimo quinto,& quinto ac ſeptuageſimo ſuo)iſte ſine reditu, & defuncto patre. Qui cum ducentorum & quinq;, diem egiſſet extremum: non potuit, Abram minoris,quam centum triginta & quinque, ætatis relinqui: quod non ſolum, ſine ſcripturæ traditur fundamento, ſed cum illius indubia reclamatione. Siquidem Stephani verba ſunt illuſtria: & ſicut ex ſubiunctis, ſimulque collatis, quæ Geneſis dicit: haud obſcurum, quòd alium ab eo, cuius meminit Moſes,exitum, non protendunt. G

Et prçter id,ꝙ exitus,de quo Moſes(cum ſecum omnia tulerit coniugem,nepotem,famulos, animasq, eò loci genitas,omni cum ſupellectili)ſatis videtur euincere, quòd animo illò nunquam redeundi,egreſſus eſt;conſtantiſſimum eſſe poteſt, ꝙ Iſaac promiſſionem,in ſpeciem non accepit, niſi mortuo patre: vt ſermo Stephani, locupletiſſime, certiores nos reddit. Sed palam eſt, quòd cum Iſaac promiſſionem habuit, annos vnde centum, non exceſſit: & tamen, ſi ſeptuageſimo eſſet Thare natus, prout qui hçc aſſerunt, ſuſtinere nituntur, eius in obitu, minoris non foret ætatis, quàm annorum centum, & triginta quinque: ergo in prçnunciatione Iſaac, longe tranſcendiſſet annos nonaginta & nouem: quod ſcripturæ prçiudicate. Omiſi volens, qui Hebræis, Græcisque inſueti literis, non vnum, eundemq; aſſerunt eſſe locum, Charram, quem refert Stephanus, & Amram, de quo Moſes: quandoquidem ſi(vel extremis labris)vtrunq; attigiſſent idioma, perſpicerent aliud inter hæc, non inueniri diſcrimen: niſi ꝙ Heth litera, quam Hebræi, per, H, ſed forte, pronunciant, Grçci, per Ch, exprimunt: vt exercitatis familiariſſimum eſt. Act.7. H

Abrā cur 70. anno Thare dſ natus.

Quid ergo? Si Moſis verba, vt ſonant, accipienda non ſunt: ſupereſt, vt quonam pacto, ſint interpretanda, dicamus. Igitur hunc in modum: vt doceamur ſcilicet, Thare non ſeptuageſimo anno, hos filios procreaſſe: ſed ante illud tempus, illis procreandis, operam non dediſſe. Quo quidem ſenſu, nemini colligere opus eſt, omnes vno anno genitos: ſed ſatis fuerit, ſi eorū aliquis admittatur natus: tametſi, nec illud valida ſit ratiocinatione deductū. Nam cum Moſes, de Noe pariter ſcribat: ꝙ quingentos natus annos, genuit Sem, Cham, & Iaphet(quos planè, ex eodem cōſtat, non modo non ſimul, non vno anno genitos(ſiquidem Sem erat omnibus maior: & Cham reliquis minor) ſed & quòd eorum nullus, quingēteſimo Noe anno ortus ſit, propterea Gene.6.

quòd

A ꝙ biennio à cataclyſmo, cum Noe ſexcentos natus recenſeatur annos, & duos, Sem natus ſolum recenſetur centum, vt quidem relinquatur perſpicuum, illum, nô iccirco cum fratribus quingẽteſimo patris genitum dici, quia eò tempore, vel ipſe, vel fratrum aliquis ortus ſit: ſed quia ante illud tempus, nulla à Noe opera, vt ij progignerentur, impenſa eſt) palam ꝙ & idem, haud temere, poterit affirmari de Tharè, ſuorumq; filiorum procreatione. Ergò opus nô eſt admittere, nô modo ſeptuageſimo eius, præacceptos, ſimul genitos eſſe filiôs: ſed nec eorum aliquem.

At detur Tharè, illorum quempiam, anno ꝓduxiſſe ſeptuageſimo: ex præmiſſis conſtantiſſimum eſſe poteſt, ꝙ nô eſſet Abramus: propter quod, & ille locus nô obſtat. Et licet à Moſe, præponatur fratribus, primoq; inter Tharè recenſeatur filios; id tamen nô factum eſt, quia ſit primo ortus, ſed quia ad CHRISTI pertinet proſapiam, qui eſt primogenitus Dei. Vnde & Iſaac, licet poſt Iſmael natus ſit, ante illum tamen primo ponitur Paralipomenon: & Iudas qui quarto natus eſt Iacob, eandem ob rationem, ante nominatur fratribus, in Genealogia CHRISTI.

Nec conſuetudo eſt diuinæ ſcripturæ, ſemper antenatum præponere: cum & Cham qui erat iunior, recenſeatur ante Iaphet, qui erat ſenior: & Amram qui erat natu maior, poſtponatur Nachor, qui natu erat minor. Ergò cum ſcripturæ diuinæ, ſcripturæ cedant humanæ; meritò ad illius calculum redigenda ſunt, quæ ſunt ſcripta ab ethnicis; quin & quæ tradita ſunt à ſacris. Et iuxta illam erigendæ ſunt tabulæ: & annorum conſtituendæ collectæ.

B In poſteriori, huius portione ætatis; etſi penitus non conſentiunt Chronici, dum alij annos ſummant trecenos nonagenos & ſenos, alij quadrigenos & ſenos; quia tamen nô longè diſceditur à veritate, poteſt res ſine multo diſſimulari periculo; tametſi veritas eſt, (vt ex perſpicuis accipitur ſcripturæ locis) ꝙ ſunt vnus & quadringenti præciſè: quod perpaucis fit illuſtre.

Abram, etſi cum Iſaac genuit, centeſimum ageret annum (Geneſis vigeſimo primo) cum tamen eſt circuncisus, agebat nonageſimum nonũ: Ergo vnus, ex illo ſumendus eſt annus. 1

Iſaac ſexaginta exiſtens annorum, genuit Iacob. Gen. xxv. 60.

Iacob, centum & triginta annos natus, ingreſſus eſt Aegyptum. Gen. xlvij. 130

Filij Iſrael, cum in Aegypto, annis manſiſſent ducentis & decem; per Moſen inde fuerunt educti, atq; eodem anno, immo & egreſſionis tertio menſe, ſunt lege donati. Exo. xix. 210

Ergo omnes ſimul ſumpti, tot reddunt annos, quot diximus. 401

In hac parte ille offenditur ſcrupulus, vt anni Aegyptiaci incolatus, ex ſcripturis, cẽtum comprobentur & decem: quod tamen, factu non eſt perdifficile. Scriptum eſt 15. Gene. quod Abram de

C Charram egreſſus, & oraculo, nô modo, de orituro ſibi Iſaac, ſed & de innumera eius progenie, quæ & illius potiretur hæreditate, cômonitus; mox audiuit à Deo. Ego dominus, qui de Vr Caldæorum, & robore quidem, & pollicitatione abſtraxi te; vt tibi ſeminiq; tuo, terram traderẽ in hæreditatem, in qua es. (de Chanaam, ad literam ſermo eſt: quam tunc acceſſerat, & vſq; ad illuſtrem conuallem peragrauerat.) Cui Abram. In quo, nempè ſymbolo ſignoue; vel in quo, quotoue tempore ero certior, hanc quam facis pollicitationem, meo adimplendam in ſemine, conſummandáq; fore? Et dominus, impoſito, de quo dicetur, ſacrificio, eoq; probè abſumpto, abſolutoq;, ſubiunxit. Scito, & vt rem futuram, prænoſce, ſemen tuum (quod indubiè, initium ſumit in Iſaac, domino mandante, in illo computandum) eſſe peragrinaturum in terra non ſua, affligendumq; multis ærumnis & ſeruitutibus, annos quadringentos: indeq;, ijs elapſis, exiturum, hucq; rediturum quarta generatione completa, magna cum ſupellectili. Hęc, ſi modo trãſimus, non longè poſt explicabimus excutiemusq;: modo ſat; ſi excipitur ab ortu Iſaac (qui cum in terra, ab eo, natus ſit, non poſſeſſa: peregrinus eſt natus) ad exitũ, vſque de Aegypto, quando onuſti egreſſi ſunt, Aegyptiorum bonis, quadringentos interceſſuros annos: idque perſpicua atteſtatione Dei. Ex quibus, ſi ſexaginta detrahantur Iſaac, quos egerat in ortu Iacob: & centum

Gen. 21.

Ab ortu Iſaac, vſq; ad exitum ex Ægypto, anni 400.

D ac triginta, quos natus fuerat Iſrael, cum ingreſſus fuit Aegyptum, haud obſcurum quod ducenti reſtant & decem.

Et quanquam duodecimo legatur Exodi, habitationem filiorum Iſrael in Aegypto, quadringentorum & triginta extitiſſe annorum: compertiſſimum tamen eſt, id intelligendum nô eſſe, vt primus præſefert intuitus; cum anni ex ſcripturis clariſſime ſupputati, vt mox dicetur, longè pauciores ſint. Siquidem non ignotum, Moyſis auum fuiſſe Caath, vt primi Paralipomenô ſexto, illumq; vna cum patre Leui & auo Iacob, Geneſis. 46. in Aegyptum commigraſſe: & ex illo, Amram (ex quo, ſexto Exodi, Moſes) in Aegypto genitum fuiſſe: nam inter Leui filios, Aegyptum non recenſetur petentes, ſicut & quia in Aegypto nata, vt Numeri 26. illius vxor, non recenſetur Iechadab: & perſpicuum eſt, ſeptimo Exodi, & poſtremo Deuteronomij, per Moyſen

octuageſimum

octuageſimum annum natum, Iſrael filios, ex Aegypto, Aegyptiorum onuſtos opibus, eductos E
eſſe. Et quanquam non conſtet, quot Caath egerit annos, quando eſt ingreſſus Aegyptum, aut quando patrem generauit Moſis: nec ſit expreſſum, quot natus eſſet annos Amram, cum illi Moſes eſt ortus; compertum tamen eſt, quod Caath annos non vixit vltra centum & triginta tres, & quòd Amram non exceſſit centum & triginta ſeptem, ita legitur Exodi 6. Ergo & compertum erit, quod (licet omnes copulentur & Moſis octoginta ſupperaddantur) maior non conficietur ſumma, quam trecentorum ac quinquaginta: & palam eſt, ea detrahendos eſſe de ſumma, tum quot egerat Caath, in Aegyptum deſcendens, & quos ſuperſtes fuit, nato Amram: tum & quos Amram vixit, nato Moſe.

Verba Exodi ſane interpretatus eſt Paulus.

Ergo & perſpectiſſimum eſt: præmiſſa Exodi verba, vt ſonant, non eſſe ſumenda, ſed potius, vt à Paulo ſunt interpretata. Qui Galathis ſcribẽs, & Abrahæ (dum eſſet, vt inquit Stephanus, Gala. 3.
in Meſopotamia) creditas promiſſiones recenſens: quando ſcilicet, gloria Deus, primum apparuit ei, iuſſitq; vt patriã relinqueret, & cognationem (erat quidem, in Vr, quod etſi oppidum eſt Chaldeæ, eſt & nihilominus Meſopotamiæ: cum hæc, ad eam; nõ reſtringatur regionẽ, quæ clauditur inter Euphratem, & Tygrim, ſed & ad Chaldæam Perſiamque, extẽdatur nonnunquam à Coſmographis) antequam moram traheret in Charram (ſicut & Prothomartyr adiunxit) ſpon- F Act. 7.
dens, aſſerensq;, ꝙ illum in magnam proueheret multitudinem, ſibiq; benediceret affluentiſſimè: & tandem ꝙ in eo, hoc eſt (vt illi explicuit non longè poſt, & Paulus monuit vbi ſupra) eius in ſemine, CHRISTO ſcilicet, omnibus mundi proſpiceretur nationibus: Has inquam Paulus ſponſiones recenſens, ab illis docet, vt à primis, quæ & baſis, vel ſumma ſunt omnium ſubſequentium, ad legem vſq;, quæ primo egreſſionis anno, immo tertio, vt dictum eſt, egreſſionis lata eſt menſe; tercentum, & triginta, annos annumerandos fore.

Et vere, res ita ſe habet: quoniam ſi, Abrahæ pollicitationes ſunt factæ, cum in Vr exiſteret Chaldæorum, priuſquã moraretur, vt dixit Stephanus, in Charram, oppido nõ Chaldeæ, ſed Meſopotamiæ, in quod, Vr diſcedens, primo conceſſit, vbi & per annos aliquot manſit; cum eo in loco (vt duodecimo legitur Geneſis) ſua in familia, nonnullæ natæ ſint animæ, hoc eſt, ſcripturæ conſuetudine, filij: obſcurum non erit, minoris extitiſſe ætatis, cum pollicitationes accepit, ab ea, qñ patre defuncto Charram exiuit. Conſtat autem ꝙ Charrã exiens, annos erat natus ſeptuaginta quinque, vt ſupradicto exprimitur loco: ergo pollicitationes accipiens, ſortè haud abſurdè colligitur, ſi tum ſeptuaginta, non credatur excedere. Quare ſi penſetur, ꝙ Iſaac, illi natus G
eſt, cum cẽtum foret annorum, eaq; de ratione, ꝙ à promiſſionibus antedictis, triginta interceſſerint anni: & retineatur ꝙ Iſaac, ſexaginta natus, generauit Iacob, qui centum habens & triginta, in Aegyptum deſcendit, quòdq; in ea, ducentis ac decem annis, illius morati ſunt filij: perſpicuum erit, ꝙ omnes ſimul ſumpti, ſummam tot conſtituunt annorum, quot Moſes, Pauluſq;, necnon, & Prothomartyr, in Actis, vnanimiter dicunt. Verùm, ne res videatur coacta: conſiderandum, ꝙ ex Moſis verbis accurratè diſcuſſis, Aegyptiacæ habitationis nõ ſumitur tempus, ſed terminus, quippè qui tradere non intendit incolatus moram, ſed finem. Quare annorum numerus, computandus non eſt, ab ingreſſu Aegypti, vt ob incommodam interpretationem, litera præſefert, ſed ab exordio peregrinationis Abrahæ, quando egreſſus eſt Vr, vel, & idẽ eſt, à pollicitationibus ſibi factis, vti Paulus interpretatus eſt. Ergo hunc habent, ea verba ſenſum.

Verba Exodi 12. quem ſenſum habent, & quõ reddẽda forent.

Habitatio filiorum Iſrael, in Aegypto, fuit ſupple cõſummata, abſolutaque in termino, quadringentorum, & triginta annorum. Vbi nullæ ſuperſunt anguſtiæ. Vnde & textus foret illuſtrior, ſi loco (triginta & quadringentorum) trigeſimo legeretur, & quadringẽteſimo. Id quod non modo fieri valet, cum Hebreæ voces, ſint ancipites, & æque ſonent vtrunq;; ſed & fieri debet, vt res ſit, ſine ſerupulo. Sed dices. Eſto annos ducentos, decemq; perſecerint in Aegypto; H
quot nam eorum, oppreſſi ſunt ſeruitute? Reſpondeo, rem eſſe incertam; ſicut & incertum eſt, quantum interceſſerit temporis, inter Ioſeph obitum, & regem qui ignorauit eum, de quo Exodi primo: Qui tamen, non videtur fuiſſe Aegyptius, ſed Aſſyrius; Eſaia teſtante. In Aegyptum Cap. 52.
deſcendit, populus meus, ad peregrinandum ibi; & Aſſur calumniatus eſt eum. Certum eſt tamen, ꝙ quoto tempore, poſt deſcenſum Iacob, vixit Ioſeph (quod annorum extitit ſeptuaginta) magna potiti ſunt libertate, & affecti quampluribus commodis. Annorum inquam ſeptuaginta, quoniam cum natus fuerit, nonageſimo Iſrael (vt Geneſis ſumitur. 36. 41. & 47) neceſſe eſt, ꝙ eo in Aegyptum tranſmigrante, quadrageſimum ageret annum: ergo & tranſmigratione facta (cum centum agens & decem; vt Geneſis quinquageſimo ad patres ſit repoſitus) ſuperſtes per annos ſeptuaginta fuit.

Ex his,

A Ex his, haud immerito, reprobandus eſt, tum Philo, tum Ioſephus; quorum alter, in temporum breuiloquio, Hebręos tradit, annos in Aegypto, ducentos egiſſe, ac quindecim: reliquus ſecundo antiquitatum, decimo, ducentos, & quinque.

Quo pacto, per quos, quibusq́; verbis, & typis: in tertia ſit Euangelizatum ætate.

MVlti quidem, & in hac mundi adoleſcentia, Iericontinouè circulo, poſſunt annotari tibicines, multiq́; præcones Euangelici: ſed ſatis ſi aliquot, vel de ijs, qui maximè ſunt in promptu, noſtro pro captu perſtringimus. Conſtat planè ꝙ Noemus, — *Mundi adoleſcentia.*
mox arcam egreſſus cum filijs, erexit altare; immolans ſuper illud mundis de animalibus, tum pecora, tum aues, in holocauſtum: & ꝙ illud Deus, eſt odoratus, odore quietis, ſicut Hebręus habet. Haud vereor, neminem detrectare, inſignes pręſertim oblationes, & potiſſimum cum cremarentur in holocauſtum, verbum comitatum eſſe; & maximè cum,
3. Reg. 18. vel pro agendis offerebantur gratijs, vel pro fœlici adimplendo ſucceſſu. Nec verbum comita-
& 19. batur ſolum precatorium, vt cum Helias ſuum obtulit holocauſtum, & Salomon cum dedicauit
2. Para. 29. templum; ſed & adhortatorium Euangelicumq́;, ſicut Ezechias, Dei reſtituto cultu, ſeruauit in
& 30. B templo, & Moſes, cum (multis mactatis victimis) conſecrauit tabernaculum, pactumq́; confirma-
Exod. 40. Cap. 9. uit cum Deo; de quo & ad Hebræos Apoſtolus. Ergo & Noemus; qui pręco fuit diuinæ iuſti- — *Noemi concio, & ſacrificium.*
tiæ, Deumq́; didicerat in nomine inuocandum IEHOVAH, quin & vmbram in nonnullis nouerat ſegeſtare CHRISTI IESV; tam inſigni potitus beneficio, vt non modo auctor eſſet ſecundi ſæculi, ſed & electæ à Deo proſapiæ; victimas, tum pro gratiarum actione, tum pro fauſto rerum euentu, tam inſigniter nō immolaſſet, niſi & Dei verbum ſacrificio adiunxiſſet; & verbum planè quod conſentiret operi, & quæ occludebat, arcana (ꝓut id ferebat tempus) ſuis detegeret filijs. Ergo verbum de ſacrificio, extitit CHRISTI; tametſi aliqua, forſitan, ſub caligine.

Et quid præſagiebat altare; niſi CHRISTI crucē? Et pecora auesq́;; niſi electos, qui vna ſunt immolati cum eo? Nam licet, & CHRISTI membris ſuæ nō deſint cruces, quibus & omni mortificantur die; nō modo carnem in obſequium reducentes ſpiritus, ſed & perſecutiones, æquo ferentes animo; quas nunquam mundus, Sathanasq́;, in eos non mouet, excitatq́; (vt qui in hoc propendent aſſiduè, vt illos vexent & torqueant) Nihilominus, niſi electi, paſſi ſimul forent in
Roma. 6. CHRISTO, haud ſecus, ac membra cum capite, & filij cum parente (ſiquidem non minus, in vi-
Colo. 2. C ſceribus illius geſtabantur charitatis, quàm omnes homines, in lumbis complectebantur, primi parentis) ꝓculdubio non doceret Apoſtolus, nos mortuos fuiſſe cum CHRISTO; aut ꝙ ſicut ſin-
Rom. 5. guli, qui ex lumbis ꝓficiſcuntur primi hominis, peccato inficiuntur originis, ita & quicunq; regenerantur ex CHRISTO, iuſtitia donantur ſui capitis. Ergo altaria crucesque ſingulares, altari cruciq́; non præiudicant, nobis & CHRISTO communibus: Verum, quid pecorū, quiduè auiū protendatur ſymbolis, locupletius expendendum eſt.

1. Vt ergo res pennetretur, recolendum, ꝙ licet CHRISTVS ſit oblatus ꝓ nobis; nihil tamē noſtro detrahitur cōmodo frugiq́;, ſi & oblatus cōcedatur ꝓ Angelis; tametſi nō vna penitus ratione. Siquidem eſt oblatus ꝓ nobis, tum iuſtificandis, tum reconciliandis ac redimendis, ſed pro — *Chriſtus etiā oblatus pro Angelis.*
Angelis, tum inflammandis, tum adoptandis, ac ſuum in corpus transferendis; ſicut alibi latius. Quare mortis CHRISTI beneficio nō modo Angelicæ reparatæ ſunt manſiones; nō modo ſunt pacificata, hoc eſt, in lōgè fœliciorem ſucceſſum ꝓmota, quæ in cœlis ſunt: ſed omnia ſingulaq́;
Ephe. 1. recapitulata & in vnum corpus, tum Angeli, tum homines, miro ſunt modo compoſiti, vt vere
Coloſ. 2. Ibidem. CHRISTVS caput effectus ſit, nedum hominum, ſed & beatarum mentium; vt Aopoſtlus docet.
Matt. 22. Ergo, ſicut homines ſunt euaſuri, non ſecus ac Angeli in ſuturo ſæculo; ita & Angeli ſunt fu-
D turi, veluti electi homines, confratres, ac CHRISTI cohæredes; cum omnes euacuati fuerint
1. Co. 15. principatus ac poteſtates, in eo: Præter id, ꝙ ſicut CHRISTVS, in mundum, ad nos redimendos,
Luc. 12. deſcendēs, ignem in terram diuinæ profudit charitatis, quem & voluit vehementer accendi; ita
Heb. 1. & redemptione completa in cœlum regrediens, ignem cœleſtis auxit dilectionis in beatis ſpiri-
Pſal. 103. tibus; vt non modo, in Deum, vt flammæ euaſerint ignium, ſicut aliquando legitur, ſed & in nos eòuſq́, ardentiſſimi fœlicitatis noſtræ, vt nullum iugiter non moueant lapidē, vt ſaluemur, Deo-
Apoc. 21. que, vt par eſt, in omnibus obſequamur. Quare, ſicut illos, cœlum repetens noua profudit luce (vt qui lucerna ſupernæ factus eſt ciuitatis, vt Euangeliſta ſcripſit) ita & vberiori illos obruit
Col. 1. dilectione, ac præclarioris illuſtrauit gloriæ copia; quoniam eò, filius acceſſit dilectionis, & ſplendor paternæ claritatis.
Heb. 1. Quid ergo? Sicut mactatio pecudum, electos adumbrat homines, qui in CHRISTI, immolati

E

lati ſunt cruce; ita & crematio auium, ardoris in Angelis præſefert augmẽtum, qui illius immolationis, ſunt facti participes. Nam homines ex terra conficti, in terra iure paſcuntur; & Angeli, ſpiritus natura conſtituti, merito in ſublimioribus locupletantur. Ergo, etſi vtraque, in holocauſtum oblata ſunt; etſi hominibus, non ſolum ad ardorem proficit charitatis, ſed & expiationẽ culpæ; beatis tamen mentibus ſatis, ſi confert ad dilectionem, & nonnullum cumulum fœlicitatis: Satis, ſi eodem eouſque complexi ſunt beneficio, vt in corpus accerſiantur CHRISTI, & participent, nedum adoptionem, ſed & naturalem vnigeniti natiuitatem; vt de nobis alias locupletiſſimè diximus.

Ad Ephe. & alibi.

Poſſunt & ſimplicius hæc intelligi; vt ad homines, auibus pecudibuſque reſtrictis, hæ, typum populi gerant Hebræi, qui fructibus terræ paſcebantur repromiſſæ; & irriguis ſacroſancti potabantur eloquij, & illæ figuram populi præſeferant gentilis, qui paſſim rimantes cœleſtia; nempe ſignis attendentes aſtronomis, non modo reginam venerabantur cœli, ſed & ſydera colebãt & planetas; vt non modo legitur in Deuteronomio, nõ modo ex primo colligitur ad Romanos; ſed & periculo in primitijs comprobatum eſt gentium; cum & magi aſtrorum eſſent periti, ſicut & Leo maximus atteſtatus eſt. Ergo ſi Noemi oblatio, typus oblationis extitit CHRISTI, ea præſertim ex parte, qua electi ſunt immolati cum eo; haud obſcurum, Dei verbum tunc ſacrificium comitans, verbum fuiſſe ſacramento quadrans; & per hoc, ad CHRISTI Euangelium pertinens. Ergo nec mirum, ſi illo Deus eſt adeo delectatus, vt ei ceſſerit in odorem quietis; quippè quod, illius nedum compeſcuit iram, furorem, indignationem, in quæ, haud raro noſtris commouetur flagitijs; ſed & eius prouocauit clementiam, gratiam, & miſericordiam, vt humanam imbecillitate penſata vltionem protrahat; quin & diſſimulet. Vnde & ſubditur; quod ſtatuit penes ſe, ne vltra, ob hominem tali terræ malediceret pacto; vt omnem carnem de illius eriperet ſuperficie: Siquidem, vel ab incunabulis, ſenſus hominis & cogitatio, ſunt ad praua propẽſi; vt qui nõ modo in peccato eſt natus, ſed conceptus; & raro bonum operatur quod vult, ſed frequẽter malum agit quod non vult, ſicut & Apoſtolus gemit.

Cap. 4. Iere. 7. 44.

F

Ser. de epiphan.

Noemi concio, & ſanctificatio.

Pſal. 50.

Rom. 7.

Dei concio, & fœdus cũ Noemo.

Deinde concionatus eſt Deus, quando inito fœdere, cum Noemo, filijs, deſcendentibuſque, ꝙ amplius non ſubmergeret vniuerſum; ſignum inuiolabilis protulit pacti, ita decens. Arcum in nubibus ſtatui; quem aſpiciens nunquam memor non ero promiſſi; quod & iureiurando ſanxi. Quanquam hæc ad literam, de vniuerſali interpretentur diluuio (Nam & ſi ab ea die, cataclyſmi non defuere prouinciales; vt Niliacus tempore Promethei, Theſſalonicus ſub Deucalione, & alij vt notum eſt ex hiſtorijs) dicaturq́; ſicut & veritas eſt, Iridem, indubitatum eſſe ſerenitatis ſignum; haud vereor tamen, altiora ijs recondi ſecreta, eaq́; à Noemo non ignorata, imo & interna admonitione detecta. Ergo placatus Deus ſacrificio, vt diximus, filij, fœdus nobiſcum ſanxit; quia non tam ſecum decreuit, ſed & nobis rem decretam innoteſcere placuit; vltra ſe ſcilicet, non ſæuiturum eouſq́; in homines, vt non ſecus, ac cataclyſmo, vniuerſos perdat; Siquidem & diluuia, vexationes, Deiq́; vindictas exprimunt generales; vt in Pſalmo. 18. ac 31. Et vt res nobis eſſet conſtans; ſignum, perindè ac ſigillum pacti roburq́; quo & magis, ſi fas foret auctoraret ſeſe, in medium attulit ſtatuitq́; Et planè nemo ibit inficias; arcum de quo ſermo, ſymbolum eſſe verbi, noſtram naturam induti; idq́; non ſolum, quia CHRISTVS quaſi arcus eſt Dei, quo ſuas iacit ſagittas, (ſiue ſint amoris, quas ſcriptura, nunc lucidas, nunc validas, nunc appellat acutas; quibus & cor vulneratur ſpõſæ, vt in ſuo legitur epithalamio: ſiue ſint terroris, vel iudicij, quæ ab eadem nonnunquam vocantur ignitæ, aliquando lethales, & aliquando, famis & peſtis) & illas quidem, quia filius eſt dilectionis: iſtas vero, quia tum viuorum, tum mortuorum eſt iudex; Sed & quia eſt Iris, hoc eſt ſignum, ſigillumque ſerenitatis Dei, cum in illo mũdum reconciliauerit ſibi.

G

1. Cor. 5.

Christus arcus, & iris, & quare.

H

Eſt inquam Iris: quoniam in eo lux eſt diuinæ maieſtatis, in qua tenebræ non ſunt vllæ, Solq́; ſempiternæ iuſtitiæ & inacceſſæ gloriæ, quam, vt in ſe, nullus hominum vidit, aut videre poteſt: quæ haud ſecus, noſtra in humanitate, ac in nube gratiæ roſcida Cornucopia, ſuos congerit radios: quorum acies ad Solem, lucemq́; diuinam repulſæ, non tam lumen, quàm varios ac non ingratos colores, reddunt in ea. Nam licet Deitas ſit in CHRISTO, quaſi ſub nube; non tamẽ ita latet, vt ſatis ſuperq́; deprehendi non poſſit. Siquidem doctrina illucet ſapientiæ, non ſolũ, quia nunquam ſic locutus eſt homo, vt faſſi ſunt aduerſarij; ſed & quia verba, æternæ Euangelizabat vitæ, ſicut ex omnium Apoſtolorum ore, atteſtatus eſt Petrus. Splendet & miris operibus; quoniam non eſt auditum à ſæculo, ꝙ aperuerit quis oculos cæci nati. Nitet & adeo in vtriſque, in Deumq́; illius eouſq́; repercuſſi ſunt radij; vt illi non credentes, nullo valeant ſe prætextu tueri,

1. Ioan. 1.

1. Thi. 6.

Ioan. 6.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

aut

A autdiuinæ in eo naturæ ignoratione defendi. Rubet & ardore incredibilis erga nos charitatis; vt quæ, cum illius eſſemus hoſtes, ad ſanguinem vſque, ſe profudit. Viret tum virore iuſtitiæ, quã Salomon confert cum viriditate, quippe qui, non modo apud Deum inuentus eſt iuſtus, ſed &
2.Co.5. nobis noſtra eſt pro iuſtitia traditus, ſicut & Apoſtolus docet; tum virore actionum ſanctarum, & cumulis innumerabilium meritorum, quibus & nobis, diuino nunquam non propitiatur tribunali, & vbertim pro noſtris, qui ſoluẽdo nõ ſumus, ſatisfacit debitis. Ergo, & rite CHRISTVS
Cap. 10. amictus deſcribitur nube, & Iridẽ habere refert in capite; vt Dilectus in ſua tradidit Apocalypſi.

Primum, arcum hunc, illis in nubibus apparere fecit Altiſſimus, quæ cum, nedum nobis, ſed & Angelis reddunt non tam tenebroſum, quàm penitus inacceſſum; ſuntq; arcana ſuæ mentis
Iob.22. conſilia, decreta, iudicia (nam nobis tenebræ, vt ſcriptum eſt, ſuæ ſunt mentis latibulum: nec ali-
Rom.11. quis inuenitur mortalium, qui calleat domini ſenſum, nemo qui conſulat, aut à ſecretis aſſiſtat) in quibus nobis eſt ita reconditus, vt noſtrum longè ſuperet intellectum; quandoquidem non
Eſa.55. Eph.55 ſunt viæ noſtræ, vt viæ ſuæ, nec cogitationes noſtræ, vt cogitationes ſuæ, vt perſpicuè oraculũ docet. Et præſertim in hominibus reparandis, & CHRISTI ſacramentis explendis; in quibus eò vſque voluit eſſe contectus, ꝙ nec Angelis, antequam complerentur, placuit penitus reuelari: *Deus in quibus ſacramẽtis voluit potiſſimum eſſe contectus.*
B quin & eorum plurima, etiam poſtquam ſunt executioni commiſſa, non niſi per Eccleſiam, illos
Eph.3. ſtatuit edoceri; vt Apoſtolus ſcripſit. Deinde in nubibus, fragilitatis humanæ: quoniam etſi carnem ſumpſit abſque peccato, voluit tamen noſtris circumuallari miſerijs; quibus & eſt adeo inuolutus, adeo diuexatus, vt penſatis; exurie, ſiti, laſsitudine, mendicitate, triſtitijs, agonijs, ſudoribus, denique cruce & morte; etiam Sathanas, ea in re hallucinatus ſit, ſibi perſuaderi non patiens, vt tam ſordidis amictus ſemicintiis, foret magnus ille Sacerdos, Pontifexq; ; de quo in Za-
Cap.3. charia propheta.

Tertio, in nubibus ſcripturarum ſanctarum: in quibus ſunt adeo denſæ, vt non ſecus habeantur, ac vmbræ. Teſtes ſunt innumeri tropi, figuræ, ſymbola, & ænigmata; prout & ſupra, idq; nec ſemel animaduertimus.

Eſa.60. Quarto, in nubibus, hoc eſt in Prophetis & Apoſtolis: Qui ſunt ij, qui volant vt nubes, & velut columbæ in feneſtris ſuis? Siquidem CHRISTO, paſſim tum Prophetæ, tum Apoſtoli, teſti- *Prophetæ & Apoſtoli nubes, & vt columbæ.*
Act.10. monium perhibẽt: Nam huic, inquit Petrus, omnes atteſtantur Prophetæ, per illum nos pecca-
Acto.5. torum remiſſionem accipere: Et Lucas, Virtute magna, teſtimonium reddebant Apoſtoli, reſurrectionis domini noſtri. Et illi quidem, acti ſpiritu Dei, volabant (neſcit enim tarda molimi
C na ſpiritus ſancti gratia) motum nunc orditi ab Oriente, nunc ab Occidente: modo à Meridie, & modo ab Aquilone, prout ſuggerebatur eis. Nam afflati ab Oriente, CHRISTI prænunciabãt
Eſa.53.7. natiuitatem: Et diuinam, (Generationem eius, quis enarrabit?) Et humanam; (Ecce virgo concipiet, & pariet filium.) Afflati ab Occidente, de illius vaticinabantur morte, deq; deſcenſu ad
Eſai.53. Oſeę 13. inſeros: Oblatus eſt, quia voluit, & in mortem tradidit animã ſuam: Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inſerne. Afflati ab Auſtro, præconizabant eius ſapientiam, gloriam, diuinitatem:
pſal.xxi. Ierem.23. Regnabit rex, & ſapiens erit: Gloria & diuitiæ, in domo eius: Et vocabitur Admirabilis, Deus,
Eſa.9. Pater futuri ſæculi: Et hoc eſt nomen, quod vocabunt ei, IEHOVAH, iuſtitia noſtra. Afflati de-
Ierem.1. mum, ab Aquilone, vbi & ſedem nactus eſt Sathanas, & vnde nobis omne proficiſcitur malum,
Gen.3. Eſa.8.55. illius atteſtabãtur poteſtati, roboriq; : Quòd caput cõtriturus erat Sathanæ: ꝙ illius fuerat direptu
Mich 7. rus ſpolia, & trophæa: Et demum ꝙ in profundum, tartarumq; , tandem conjecturus erat omnia
Matt.vlt. mala. Iſti vero, qui in mundum miſſi ſunt vniuerſum; volauerunt quoque; vt qui tam breui, quòuis acceſſere, compendio, vt niſi ſpiritu fuiſſent acti diuino; ſine controuerſia rem non valuiſſent abſoluere.

D Ambo conferuntur columbis, quia ambo ſimplices, ambo ſine fuco: ambo ſine felle, quia ſine amaritudine conſcientiæ. Suis immorabantur feneſtris: quia vt proprijs inſeruirent oneribus, ex feneſtris, hoc eſt ex ſpeculis, ſuis intendebant populis, vt aſſequerentur ſalutem. Vnde & ſcri-
Epheſ4.2. pſit Apoſtolus; Eccleſiam creditam nedum Apoſtolis, ſed & Prophetis, ad inſtaurandos ſanctos; quin & ꝙ fideles omnes, ſuper fundamento, ſunt fundati, non ſolum Apoſtolorum, ſed & Prophetarum. Ergo tam multis CHRISTVS obuolutus nubibus, nequit opportunè, non obijci patri, & præſertim, cum noſtris exigentibus culpis, iure cœlum, hoc eſt, thronus, tribunaluè, di-
Eſa.66. uini iudicij (nam cœlum, ſedes eſt Dei: & eius ira, reuelatur è cœlo, vt Apoſtolus dicit) obduci-
Rom.1. tur nubibus, tenebriſuè: non ſolum ad radios obſcurandos, diuinæ gratiæ, paternęq; miſericordiæ: ſed & ad imbres ſuper nos effundendos ſeueræ vindictæ; quin & ad cœli aperiendas cataractas, vt non ſecus, hoc perdamur in ſęculo, ac perditi ſunt, in originali mundo. Quo quidẽ viſo,

mox

mox ſanciti recordatur fœderis; immo & Iridem contemplatus,(& ſi tot in nubibus poſitum, te- E
ctumuè non modo pro nobis, ad infima deiectum, crucem paſſum, & dirè immaniterq́;, no-
ſtris pro culpis attritum: ſed & ſeſe rurſum noſtris pro debitis offerentem, iugiter interpellātem, Heb. 8. Rom. 8.
fauoremq́; expetentem; noſtrorum nequit, non obliuiſci ſcelerum, nequit non complecti toto pectore, nequit non concedere gratiam, aut non compellere, ad reſipiſcentiam.

Conciones Dei Abrami tempore factæ.

Amplius & tempore, eſt Euangelizatum Abrami; idq́; & à Deo, non ſemel. Et primo, cum iubetur egredi patriam, domum relinquere & cognationem: audiuit quidem, & in ſomnis ni fallor, ab eo; non modo ſe magnificandum eſſe iu ampliſsima deſcendentium multitudine, ſed & quod in eo erant benedicendæ omnes nationes mundi. Deinde, cū Vr egreſſus (vbi, vt patuit, erat domus, ſuiq́; cognatio, & Charram per quinquennium commoratus, vnà cum patre, Lot, ſuiſq́; coniugibus, nec non gregibus & vernaculis; poſtquam inde in Chanaam terram conceſsit, perambulauitq́; vſque ad conuallem illuſtrem) eſt edoctus à Deo, eam terram, à ſuo poſsidendam ſemine, vnde & eo loci erexit altare, & oblato ſacrificio, gratias egit Deo. Tertio, dū, diuiſo ab eo Lot, verſaretur in Chanaam, eadem ſunt ſibi repetita; & ſi in hoc locupletius, quòd eius ſemen erat multiplicandum, non ſecus ac terræ puluis, & nedum erat Chanaam poſſeſſurum, ſed poſſeſſurum perpetuo. F

Primū altare ab Abrā ædificatū in terra promiſſionis.

« Quarto, quatuor debellatis regibus, decimiſq́; Melchiſedecco ſolutis, Deus adiecit; Ego pro-
« tector tuus: & merces tua magna valde. Et, Abram reſumēte, quòd erat ſine liberis, hæredemq́;
« non habebat, præter alienigenam, ſubdidit, ex eo profecturum ſemen: quod non modo, eſſet
« hæres, ſed & multiplicaretur eòuſque, quòd velut ſtellæ cœli, numerari non poſſet. Et credidit
« Abram Deo: & ad iuſtitiam, ei reputatum eſt. Et dominus. Ego ſum, qui de Vr Caldæorum, ab-
« ſtraxi te: vt terram hāc, ad hæreditandum traderem tibi; idq́; ſempiterno tempore. Et Abram. In
« quo ſciam: quòd in hæreditatem, accepturus ſim eam? Sume, inquit, mihi, triennem vitulam,
« trimam capram, & eiuſdem ætatis arietem: ſume inquam & eo ritu mactanda, vt diſſectis per me-
« dium quadrupedibus, ac partibus è regione altrinſecus conſtitutis, ſingula ex ordine, ſuper alta-
« re diſpenſes: primum, diſpoſitis vitulinis, ſuperſtatuendæ ſunt caprinæ, & demum arietinæ. Qui-
« bus & adijciendæ ſunt aues, turtur inquam, & columba, occiſæ quidem, ſed integræ: & ſymbo-
« lū, in ijs, quod cupis abſolues. Omnibus rite peractis, ad cadauera deſcenderunt volucres: quas
« & proturbabat Patriarcha, idq́, perſolicitè, vſque ad veſperam. Verùm occidente Sole, ſopor il-
« lum inuaſit, & horror magnus ac tenebricoſus affecit: viditq́, ardentem furnum, & incenſam fa-
« culam, eamq́; inter diuiſiones vagantem, diſcurrētemq́;. Et dominus ad eum. Scito prænoſcens, G
« peregrinaturum eſſe ſemen tuum, in terra non ſua: affligendumq́; ac ſeruitati ſubijciendū, qua-
« dringentis annis: poſt quos, egredietur è ſeruitute, & ingenti ditabitur ſupellectili.

Abrahæ ſacrificium, de trima vitula.

Tam eximia in ijs deliteſcunt arcana; vt meus in pluribus hebetetur ſenſus. Verum, vt quædam ſaltem, mea pro tenuitate, non tranſeam; haud dubium, quòd & ſi, ad literam, hæc veritatem ſeruant historiæ (ſiquidem re vera, de Vr oppido exiuit Abramus, vbi erat natus, indeq́; Dei iuſſu, peregrinationem eſt orſus) & ſi verum eſt, quòd in Charram prædicto hoſpitatus eſt tempore, & annis pluribus, in terra verſatus eſt repromiſsionis, in qua (licet eam in hæreditatem nactus fuerit) nec pedis paſſum, vt hæres obtinuit: & ſi verum eſt, quòd & ſacrificium, vt ſonat, immolauit, cum omnibus quæ comitata ſunt: ea tamen, longè tum altiorem, tum ſacratiorem, exigunt intellectum. Et quod primam attinet concionem: Abram, meo iudicio, eſt præmonitus, ad ſe, CHRISTVMq́;, qui ſuis erat proditurus ex lumbis, eiq́; præ omnibus aſcribendus in ſemē, Hebræos illos modicum pertinere, qui ſola, ex illo, carnis pendent origine; ſed qui ex illo proficiſcuntur imitatione fideque. Propter quod, licet ex familia ſit ortus Hebær, à quo & Hebræū deductū eſt nomē; nil tamen prohibet, quòd & pater multarum noncupandus ſit gētium, dummodo illum æmulentur fide, vt docet Apoſtolus. H Rom. 5.
Ergo, cum patriam, domum, & cognationem iubetur dimittere: admonetur myſticè, pollicitationes, de quibus mox ſubditur, haud ſua in patria domo, & ſanguine duntaxat iunctis, adimplendas fore: vt quæ, & ſi ſuo aſcriptæ ſunt ſemini, ad quod, & iure pertinent hæreditario, non tamen aſcriptæ ſunt ſemini carnis, ſed promiſsionis. (Siquidem non qui filij carnis, inquit Paulus, ij filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſsionis, æſtimantur in ſemen) & per hoc, credentibus, quibus & poteſtatem tribuit, filios Dei fieri. Rom. 9. Ioan. 1.

Summa concionis, primū a Deo. Abrahæ facta.

Et ſi ſingula lubet excutere: egreſsio è patria, ſeparatio à perfida eſt Synagoga; quæ terra erat, nedum promiſsionibus indigna, & quia idololatra, & quia ſemini repromiſſo infeſta, & CHRISTO præ omnibus inimica; ſed & erat maledicto proxima, cuiuſque conſummatio, ſicut & tactum eſt, in combuſtionem: vt quæ ſæpe imbrem imbibit, cœleſtis eloquij: & tñ, nō ad frugem,

Heb.10. A ſed ad ſpinas & tribulos, vt & Paulus tradit: quare & Vr, haud immerito, dici valet, quod ignis,
vel incendium, redditum eſt. Egreſſio è domo & cognatione, tametſi pariter ab incredulis, ido
lolatriſq; poteſt dici diſceſſio; quando non ſolum in Vr colerētur idola, ſed & in domo familiaq;
Abrami, cum & Tharè, & Nachor, & plures, qui deſcēderunt ab eis, inſeruierint ſimulachris, ſi-
Ioſue.24. cut ſcriptura refert: monet nihilominus, hoc in mundo, fideles permanentem ſtabilemq;, nō ha
Heb.13. bere ciuitatem, ſed futuram ſuſpicere, ad illamq; contendere. Propter quod etſi peregrinātur, ex
2.Cor.5. animo dolent tamen, ꝙ non rarò peregrinantur à Deo: vt qui per fidem ambulant, remq; vidēt
in ęnigmate, & non per ſpeciem, ſiue facie ad faciem. Præter id, ꝙ è domo diſceſſio, inſtruit, ꝙ
ſicut modo, nobis non manet ciuitas, ita nec domus; vt quæ paſſim diſſoluitur, nempè quia ma-
Galat.3. nufacta: ſed æterna nobis reſeruatur in cœlo, in qua & manſiones, ſingulis diſtributæ ſunt. Di-
ſceſſio quoq, de cognatione, dignoſcere docet, quàm perſpicuè; ꝙ in CHRISTO non eſt Iudęus
Mich.7. vel Græcus: docet & contrectare manibus, ꝙ noſtri hoſtes, ſunt noſtri domeſtici; & ꝙ illi nobis
verè ſunt fratres, ſorores, affines, qui credunt, & voluntatem faciunt, cœleſtis patris, vti dominus
Mar.3. dixit. Adde: ꝙ qui ſectantur CHRISTVM, patrem non ſolum relinquunt & matrem, non ſolū
agros & diuitias; ſed & mundo renunciant; quin & ſibi, immo & odio afficiuntur in ſeſe. ſicut
Luc.4. B Euangelium habet.

Quod addit: & in terram veni quam videre te fecero: monet, quò credētium, quibuſq; pro-
miſſiones manent, transferēda ſit mens, cor, animus, & intentio. Nempè ad terram; at oculis nō
contemplandam carnis, ſed fidei; ad terram non Chanaam, ſed cuius typum vmbramq; præfetu-
lit Chanaam, ad terram viuentium, lacte exuberantem & melle: ad Eccleſiam ſcilicet CHRI-
STI, quæ licet hac in vita peregrinetur, tantumq; primitijs potiatur pollicitationum; non hæſi-
tat tamen, ad ſupernam tandem tranſituram ſe fore regionem, in qua bonorum omnium exun-
dant Cornucopiæ; quæ & eo typo potiſſimum adumbratur, ſicut & ſub eo potiſſimum repromit
titur. Et faciam te in gentem magnam: non ſolum, quia nationes plurimæ, tuā ęmulaturæ ſunt
fidem, ſed & quia (prout & quarta concione clarius) ex te egreſſurum eſt ſemen, quod caput con
Gen.3. teret Sathanæ, omneſq; gentes ſua ſub ditione coget. Siquidem ex te, duabus & quadraginta in-
Matth.1. terpoſitis generationibus, oriturus eſt CHRISTVS, vt euangelium affert; qui lux datus eſt gētiū,
Eſa.49. & ſalus omnium hominum vſque ad extremum terræ. Ergo, haud ſimplici iure nomen Abram, Iure mutatum nomen
mutatum eſt in Abraham; vt qui duplici ex ratione, multarum gentium pater effectus eſt. Nunc Abrami.
pauca de concione poſtrema.

C Ego inquit protector tuus (quem & ſeruabo, vt pupillam oculi) & merces tua magna valdè Alia expendi-
(præſertim, quæ manet tibi, tuoq; ſemini, in terra viuentium) Et cur non, q̄ñ ex te, illud profe- tur concio
cturum ſit ſemen; in quo omnes benedicentur gentes? Quod & multiplicabitur, non ſecus ac Abrahæ habi
Gal.3.5. ſtellæ cœli & arena maris. De CHRISTO loquitur: ppꝫ quod, vt aduertit Paulus, non eſt vſus ta & fides eı°.
voce plurali, in ſeminibus, ſed ſingulari, in ſemine, quod eſt CHRISTVS. Et ſubditur. Credidit
Abram Deo: & illi ad iuſtitiam reputatum eſt. Et ſermo, ea eſt de fide, quæ operatur per dile-
ctionem; qua & credidit ita conſtanter, ꝙ nullo pacto eſt infirmatus in ea; adeo confidenter, ꝙ
Rom.4. nulla hæſitauerit diffidentia. Credidit, non ſolum CHRISTVM ſua oriturum ex progenie (ta-
metſi, erat ſenex, quaſiq; emortuus; etſi erat ſterilis emortuaq; vulua Saræ) ſed & Deum ſibi, om-
nibuſq;, qui fide deſcendiſſent ab eo, ſcutum futurum inexpugnabile, ac ſtrenuum protectorē:
& præter hæc, cœlorum ſe ſuoſq; terra donandos, perpetua hæreditate. Ex quibus apud Deum,
non immerito, reputatus eſt iuſtus; & ea reputatione, quæ falli non poteſt. Reputatus lata ſen-
tentia: & per hoc, iuxta acta probataq;, ſuo ſacroſancto iudicio. Ergo, ſi iudicatus eſt iuſtus, iu-
ſtus indubiè eſt inuentus: at non humana iuſtitia quæ eſt ſæpe fucata; non philoſophica quæ in
D pluribus eſt impſecta: ſed diuina, ſed Chriſtiana, quæ nihil admittit dignum reprehenſione.

Et Abram, in quo, inquit, ſigno (nam tū Deus ſigno promiſſa firmabat, ſicut & factū eſt cum
Noemo) ſciā, certior reddar (licet Dei verbū, pſertim abſolutè ꝓlatū, nō reuocet; attamē abſolu
tè non cenſebatur dictū, niſi ſigno vel iuramēto appoſito) Et quanquā hærendū nō eſt, Abrā in-
ternè pſuaſum, vt qui tā inſigni donatus eſt fide, ꝙ diuino, iuſtus diffinitus eſt tribunali; poſtulat
tñ ſignū, cū vt rē ꝓ more cōfirmet, tū vt & poſteris locupletius conſulat. Quare, & eo ſub verbo, Abramus nō
pōt eſſe tropus; vt, ſciā, perinde ſit, ac ſcire faciā: quod in ſcripturis inſuetū non eſt. Quanquā & immerito po
aliter hæc poſſunt intelligi; vt relatiuū, in quā, denotet tpſ, & verbū recipiat practicè: & ſenſus eſt. ſtulau t à
In quo, nēpè tpe, ſciā, hoc eſt, experiar potiarq;, meo in ſemine, viuētiū terra; & id, hæreditario deo ſignum.
iure. Et quadrat: cū pſpicuè, capiendæ poſſeſſionis tēpus, in iis tradat, quæ proximè ſubdit. Siqui-
dem, ſi non fallor, illum edocet duo: Alterū eſt, cœleſtem patriā, non niſi tandē extremoq, ſęculi

die, ab eius poſſidendam ſemine; præſertim omni cum abſolutione, omniq́; plenitudine & iure E
hæreditatis, & ſempiterno tempore. Reliquum eſt (quod breui arcanoq́; ſtilo, totũ colligit Ec-
cleſię, electorumuè CHRISTI illuc vſque progreſſum) vt quodam pacto prænoſcat, quo modo,
quauè ſemita, hoc in ſtadio, illius ſemini progrediendum ſit.

Ait ergo. Sume, non tam manu, quàm fide: mihi, in mei gloriam, & ſacrificium; triennem vi
tulam, trimam capram, & totidem annorum arietem. Primum nemini dubium, horum aĩaliũ
ſpecies, non vulgari ſcatere myſterio; cum non caſu hæ tantum, communi à Deo lege, iuberen-
tur mactari. Nec detrectare fas eſt, tam ſacrum, tamq́; religioſum ritum Abram nõ temere de-
mandatũ: immo & fatendũ, ſingula intento peraccõmoda, & ꝑ hoc CHRISTO eiusq́; mẽbris,
& ob id, Eccleſiæ ſacroſanctæ (quæ ex Abramo haud vulgariter, fuerat profectura) eximiè cõſen
tanea. Cum enim Abraham pater ſit credentium, prout dicit Apoſtolus, inter quos non modo Rom. 4.
ſunt Iudæi, ſed Græci (ſiquidem in CHRISTO, qui inſigne ſemen eſt Abrahæ, nulla eſt diſtin- Gal 3.
ctio: propter quod ad illum, non modo pertinet circunciſio, ſed præputium: idq́; vt tradit Pau- Roma 10.
lus, ſine magno diſcrimine) haud obſcurum, ꝙ eius in poſteris, totus electorum compreheſus eſt Gal. 5.
Q̃ro tota Eccleſia ad ſemen ſpectat Abrami. cœtus; qui non ſecus ac verá CHRISTI mẽbra, cœleſti eſt donandus hæreditate. Ergo & ambæ
Eccleſiæ partes, ad ſemen ſpectant Abrami; ex quibus haud aliter, ac duobus ex muris, illud au- F
guſtiſſimum cõſtruitur templum, quod eſt ſanctum in domino, illa ſpiritualis ædificatur domus, Eph. 1.
quæ non modo fundata eſt ſuper petram, ſed & illo connexa eſt lapide, qui eſt CHRISTVS. 1. Petr. 2.

Ergo per vitulam, non abſurdè Eccleſia denotata eſt circũciſa, & per capram, præputiata, q̃n-
quidem, ſicut vitula iugifera eſt ſuaptè natura, & ferendis pactis (vt Propheta docet) accommo-
da, & per hoc; tum legi, (quæ & Eſaiæ oraculo, & Apoſtolorum principis teſtimonio, non iniu- Eſa. 9.
ria, iugum eſt appellata, & Hebræorũ familiæ vnicè credita) tum fœderibus & pactis, quæ à Deo, Act. 15.
eodem cum populo percrebro ſunt inita, miro modo conſentit; ita & capra, quæ animal eſt tum
fœtidum tum febre vexatum, haud dubié, exprimendis gentibus, (quæ cum forent publicè pec-
catores, & omni originalis contagij antidoto deſtitutæ, non immerito, malus erant oĩbus odor,
& languebant iugi originis infirmitate:) quam maximè conſentanea eſt. Nec vacat triennetẽ-
pus, ſed monet, tam Iudæos quàm Græcos, non ritè ad CHRISTI cœtum pertinere, niſi tertiam
ingreſſos ætatem; quæ indubiè tempus euangelij eſt & gratiæ CHRISTI IESV. Cũ enim iuxta
Præſtantia legis Chriſti reſpectu legis naturæ & Moſis. tres leges, tria, vt dictum eſt, diſtincta ſint tempora; nemini eſt ambiguum, hoĩes, quouſque Dei
non attigerint gratiam, hoſtes diuinæ perſiſtere maieſtatis, & cœleſti inuolui maledictione: q̃n-
quidem, non ſolum naturæ lex: quæ originis labe fuerat nedum deprauata ſed in quampluribus G
reddita cæca; ſed & lex Moſis, quamuis multis iuſtificationibus fulta (vt quæ in hominibus infir- Rom. 8.
mabatur ob carnem, & neminem ob id ducebat ad perfectionem; ſiue forent natura Iudæi, ſiue Heb. 7.
vernaculi vel proſelyti, qui erant natura gentiles) ad præſtandam ſalutem contrectabantur inua
lidæ. Propter quod, & probè, docemur à patribus, neminem ſalutem adeptum, niſi CHRISTO Apoc. 13.
per gratiam incorporatũ, qui vt Euangeliſta tradit, occiſus dici poteſt ab origine mundi.

Quòd mactaretur ùtraque, non ſolum, Eccleſiam admonet CHRISTO ſacrificatam, Euan- Rom. 15.
gelij fideiq́; ſacrificio, quæ ſunt ſacrificia in doctrina Pauli, mortemq́: concernunt peccati; ſed & Philip. 2.
ſacrificio mortificationis carnis, de quo ſcriptum eſt Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper Coloſ. 3.
terram; & cõtinua oblatione ſui, in obſequiũ Dei, Paulo adhortante, vt noſtra exhibeamus cor- Rom. 12.
pora hoſtiam viuentem Deo. Nec caſu, ſuperponebantur altari, quod ſine cõtrouerſia, eſt ſym
bolum crucis; cum innuat, non ſolum, quoſuis electos niſi multas per vexationes, ſuasq́; ꝑferẽdo Act. 14.
cruces ad regnũ admittẽdos non eſſe cęleſte; ſed & eos, qui ſunt inſigniter CHRISTI, carnẽ non Gal. 5. 6.
tam comprimere, ſed & iugiter crucifigere omnibus cum vitijs & concupiſcentiis; quin & ꝙ ni-
hil ducant illuſtrius, nihil triumphantius, quàm in cruce gloriari ſui capitis; haud ignari, ꝙ in il-
lo præſertim cruci appenſo, ſua conſtituta, vniceq́; eſt repoſita vita, ſalus, & reſurrectio; ſicut & H
paſſim ſacroſancta canit Eccleſia. Quòd primo vitulinæ diſponãtur partes, docet, ꝙ primo ſunt
vocati Iudæi; quòdq́; gentes ſuper fundamento conſtructæ ſunt, Prophetarum & Apoſtolorum
vt Paulus dicit. Quòd ſint altrinſecus è regione poſitæ, docet nec obſcurè, tam Iudæos quàm gẽ- Ephe. 2.
Eadem fides in præcedentibus & ſequẽtibus Chriſtum. tes, qui Eccleſiam faciunt, duas in claſſes eſſe partitos: quãdoquidem ex ambarum populis, mul-
ti ante CHRISTI aduentum, multi poſt illum facti ſunt ſalui. Quę & reſpiciebant ſeſe; quia vna
eàdemq́; fide & confeſſione, pertinere ſe atteſtabantur ad eum, cum in vtriſque, idem, tum fidei,
tum deuotionis dominaretur ſpiritus; quo non ſecus acti, ac turbæ quæ præibant, & quæ ſeque-
bantur, pariter acclamabant: O Sanna in excelſis. Matt. 21.

Verùm, quòd deſuper conſtitueretur aries, illeq́; & immolatus, & in duas partes haud diſſi-

A mili ritu diſſectus;non ſine eximio myſterio eſt. Siquidem aries, ſymbolum, ſine cõtrouerſia, re-
cipitur CHRISTI, non modo quia caput eſt gregis, ſed & quia illum fœcundat, grauidatq́;, tum
ſemine verbi, tum ſemine gratiæ ſuæ. Vnde & Abramus, qui in CHRISTI typum immolatu-
Gen.22. rus erat Iſaac, immolare docetur arietem; qui & cornibus hærebat inter vepres. Hic, iure aliis
ſuperponitur aĩalibus; propterea, ꝙ etſi ſalus nobis ex interno adeſt beneficio CHRISTI; non
exuberat tñ niſi ſuperponatur nobis: Vt ſicut iuſtitia ſua, qua vbertim, & ſumus & iuſti decer-
Rom.3. nimur, non modo eſt in nobis, ſed & ſuper nos, vti Paulus dicit; ita & reliqua chariſmata eius, in
nos tunc vberius effluunt, cum illum ſuperinduimus, ac illius copiis, indigentias quas patimur,
reſtaurare tentamus. Quòd vero diuiditur, clarè protendit, ni fallor, æque vtriq; ſaluandorum
claſſi fauere; tametſi, ijs qui poſt CHRISTI ſaluantur aduentum, pars obueniat dextra, & ijs qui
prius, obueniat pars ſiniſtra; propterea ꝙ orto ſole conſonat, ꝙ ſalus reddita ſit illuſtrior, & ſine
iniuria dexterior commodiorq́;. Quod trimæ foret ætatis, non ideo ſeruatum eſt, quia naturæ
lex in illo fuerit inclinata, qm̃, cum natura in eo extiterit ſine culpa, certum eſt, ꝙ & eius lex erat
Matth.15. in illo perfecta: minus, quia lex Moſis ab eo non ſit abſoluta, cum in ipſo, non modo, per carnẽ
non fuerit infirmata, ſed & ab illo, ad minimũ vſq; iota apicemq́; adimpleta; ſed quia, ad euange
Luc.4. B lizandum miſſus eſt, tempus remiſſionis & gratiæ, quæ & per illum nedum eſt facta, ſed & in oẽs
effuſa; quandoquidem de illius non ſolum accipiunt plenitudine, ſed & vbertim gratiá hauriunt
Ioan.1. pro gratia, ſicut & Præcurſor atteſtatus eſt.

Aues demum, duæ ſunt in CHRISTO naturæ; quæ, tum propter hypoſtaſis vnitatem, tũ pro-
pter idiomatum communionem, ambæ admittuntur mactatæ, & ſuper altare crucis affixæ. Et
humana adumbratur in turture; vt quæ gemere in illo nõ deſtitit, donec repperit in cruce nidũ,
pſal.83. vbi nos pullos tutò reponeret. Diuina exprimitur in colũba; cum ex illa plenus euaſerit ſpiritu
ſemperq́, inter riuos cœleſtium ſit diuerſatus aquarum; quibus & obrutus eſt tanta copia, vt vn-
Ioan.7. diq; ad nos valeant, non ſolum fontes viuaciſſimi ſcaturire, ſed & flumina vberrime dimanare.
Neutra eſt diuiſa, quia ſicut perfectus erat Deus, ita & integer extitit homo; qñquidẽ & id quod
erat permanſit, & integrè id, quod non erat, aſſumpſit. Poſſunt, & per hæc, anima corpuſq́; no
tari; illa quidem in turture, vt quæ tamdiu perſeuerauit gemens, quàmdiu amiſſam repperit cõiu
gem; immo donec, illam in cruce ſibi refinxit, cum in illa Eccleſiam reddiderit glorioſam, ſine
Ephe.5. macula rugaq́;, vt apoſtolus dicit. Propter quod, nec ſemel fleuit, nec ſemel anxiatus eſt ſpũ; quin
Sap.7. & baptiſmo, ob id, baptizari debuit; immo & coarctari, vſquequo perficeret illum; hac vero cor-
Luc.12.19 C pus, vt quod caruit felle peccati, ferbuitq́; ſpũ Dei, cuius & erat templum, in quo etiam corpora-
Heb.5.
Ioan.11. liter habitauit. Vtraque mortua, ſed corpus, anima ſeiuncta, morte naturæ; & anima morte tri- Quo anima Christi ma-
Colo.2. ſtitiæ (triſtis eſt anima mea, vſque ad mortem; & in mortem tradidit animam ſuam, quæ & in in- ctata, & mor
Matt.26. ferno dolores experta eſt mortis, à quibus nec valuit detineri) Licet & in ea, nunquam vita defe tua.
Mar.14.
Eſa.53. cerit ſpũs, quin nec æternæ fœlicitatis; ſicut nec ipſa deſijt eſſe Deus, aut vnigenitus eius, quemad
Act.2. modum nec Deus eſſe, eiuſq; filius, deſiit eſſe corpus, vt Theologi tradunt. Nam nec animã nec
corpus, in mortis triduo dereliquit diuinitas; nec ab eorum aliquo, diuini æternique verbi fuit
Rom.8. ſeparata hypoſtaſis. Vtraque integra, quoniam & perfectam habuit animam ſicut & omnes ho
philip.2. mines, & perfectum integrumque corpus, à noſtris nullo pacto diſſimile, cum & venerit in ſimi
litudine carnis peccati, & habitu ſit inuentus, vt homo.

Quòd volucres infeſtanere cadauera, & Abramus ad veſperam vſque proturbare non deſtite
rit eas, & ſi verba ſunt Moſis, ad texturam hiſtoriæ, ſui tamen non ſunt expertia ſacramentis: &
Luc.8. aues hoc in loco, ſicut & aliquando in euangelio, intelliguntur demones, qui ad veſperam vſq;,
quæ finis eſt mundi, electis non modo ſunt infeſti, ad illoſque deuorandum promptiſſimi; ſed &
D aduerſus Eccleſiam vniuerſam, immo & CHRISTI ſpiritum, nedum vt tenebrarum Principes,
ſed & vt inferorũ portæ, acies indeſinenter parant inſtruuntq́;, vt illum ſiquo poſſint pacto, nõ
tantum deiiciant, ſed & conterant. Hos proturbat Abramus, hoc eſt, pater, vt vox ſonat, excel-
Epheſ.3. ſus, quia Deus gloriæ, à quo, omnis nominatur paternitas, et ſi electos ſinit exerceri, & continuis
1.Cor.10. tentationibus agitari; non permittit ſuccumbere, immo nec excuti ſupra vires, quin & facit cum
pſal.126. tentatione prouentum, vt valeant, animo imperturbato ſufferre. Permittit & Eccleſiam oppu-
gnari, procelliſq́; immanibus concuti, ſed nõ expugnari, aut quauis tempeſtate ſubmergi. Pati-
Col.2. tur & CHRISTVM, qui & palam triumphauit de eis, impiis obſcœniſque affici contumeliis; non
modo vſquequo omnes eius ſubſternantur pedibus, ſed & vſquequo conterantur ab eis: vt nul-
lus denique poſſit vltra mutire. Quòd autem, occidente Sole; & per hoc, hora vergente poſtremi
iudicij; tum ſopor, tum tenebroſus horror irruit in Abramum; diſpoſitionem refert, eò

temporis cœleſtis patris;qui cum iudicaturus ſit neminem,nempè,qui omne iudicium commiſit E Ioan.5.
filio,ea in re,non obſcurè,valet dici quieſcere,& per hoc,& tropice ſoporari. Et quoniã, in per- Sap.1.
ditione non lætatur hominum,nihil erit incommodi,ſi noſtris ponderatis flagitijs, excuſſaq; im
minenti vltrici iuſtitia,eodem loquendi ritu,quodam pacto videatur horrere; ac ob immanem
hominum ingratitudinem,in ſtuporem,vt ſic dixerim,agi vertiq;. Et quia,in illius ditione cun- Heſter.13.
cta ſunt poſita;& quia,non ſolum præſtabilis eſt ſuper malitia, ſed & ditiſſimus in miſericordia; Iohel.2
& quia CHRISTI merita & ſatisfactio, longè magis coram diuino ponderant tribunali, quàm
omnia damnatorum flagitia,quin & multo magis,quàm ſexcenti ſi darentur inferni, valentque
propter hoc quæuis ſine iuſtitiæ p̄iudicio,& recõpenſari & deleri hominũ culpæ;& tñ ſecus èue-
nit,cum multi,quin & innumeri,tartareis ſint mancipandi incendijs, & perpetuis addicẽdi ſup
plicijs;nihil eſt mirum,ſi horrorem comitatæ ſunt tenebræ:non ex parte Dei,qui lux eſt quæ te- 1.Ioan.1.
nebras non admittit,ſed noſtri,quibus eius rei conſilium,placet remanere occultum,quouſque
ſaltem electi recipiantur in patriam;in qua omnia lucent,& cum videntem omnia videant,nihil
erit quod eos lateat,prout & Gregorius ſentit.

Denique,& furnus,ſymbolum licet eſſe poſſit inferioris Tartari,in quod, non ſecus ac in for
nacem,furnumuè,detrudendi ſunt impij: & ardentem quidem,cum in ignem conijciendi ſint, F Luc.5.
qui non extinguitur,verum quia ignis ille vix lucet,non caſu fumans & non ardens, expreſſus
eſt(ſiquidem in inferno,miſeri tenebris nedum afficiunt̃ internis,ſed & externis;vt non ſemel,
euangelium docet) Placet tñ,ſtatum exprimi huius mundi; qui ea in hora reperiendus eſt. Ex- Matt.22.8.
plorata quidem res eſt;ignem nedum in extremis,iudicium debere præcedere, ſed & mundum pſal 96.
hunc concremare: Conſtat,& ex oraculis,impios inflammandos,& per hoc,haud ſecus ac ſtipu-
las,zizaniaſq; in faſciculos colligatas,in furnum conijciendos,vt vel eo pacto,præludia appareãt Matth.13.
damnandorum,in quos & mox furor ſæuiet,& vltrix ſententia iudicis. Facula demum accenſa,
ſubtile clarumq; protendit examen;qm̃ in igne, vt docet Paulus, p̄banda ſunt oĩa; vt cuius opus 1.Cor.3.
manſerit,conſequatur mercedem;& cuius arſerit,plectatur condemnatione. Verum cũ electo- Apoc.22.
rum cœtus,mox recipiendus ſit in tabernacula cœli, in quæ nihil non purgatum poteſt admitti;
nemini erit obſcurum,quod facula inter animalium tranſiens partes,prorſus expurgatura ſit eas
vt & eam ob rõnem,non ſolũ per ignẽ electi ſaluentur, ſed & illo quodam pacto abſorpti, & in Deu.4.
vaſa præſtantiora refi cti; Deo, qui ignis ſpiritualis eſt,perſimiles efficiantur, immo & in vnum Hebr.4.
cum eo ſpiritum,prout & cœleſtis poſtulat charitas,transformentur. 2.Cor.6.

Tartareę tenebræ,& mũdi ſtatus in eius calce.

Hactenus,fidelium electorumq;,qui ad ſemen ſpectant Abrami,eſt patefactus p̄greſſus, idq; G
ad conſummationem vſque mundi: Ergo & tempus definiendum eſt,quo ab illis, abſolutè inte
greq;,cœleſtis Chanaam,perpetuo ureq; hæreditatis,recipienda ac poſſidenda ſit. Quod & fa-
cit certa ſub rõne hiſtoriæ; non tantũ vt typus explicaretur, ſed vt & Abram poſteriq;, vtroq; ex
vaticinio,& exercerentur fide,& opportunè præſtolarentur pollicitationes. Qua de re, recolen
dum,ꝙ quemadmodum terra promiſſionis,typus fuit ſupernæ patriæ; ita & progreſſus Iſraeliti-
ci populi in conſequenda Chanaam,typus electorum eſt in conſequendo regno cœleſti. Ergo
excutiamus,quod ſupereſt. Et primò,quod hiſtoriam;deinde quod attinet allegoriam.

Scito(verba ſunt Dei,ad Abram)qm̃ res,nedum eſt futura,ſed abſolutè futura: ſemen tuum Gen.21.
(quod in Iſaac ſumit initium,eò ꝙ non in Iſmael,ſed in Iſaac computabis illud) peregrinaturũ,
vtq; aduena moraturum,in terra non ſua; Nempè(ſi de Chanaam loquitur) quia nõ poſſeſſa ab
eo,tametſi illi,à me in hæreditatem promiſſa, aſcriptaq;(Nam in Geraris Berſabeeq;, peregri-
natus eſt Iſaac)vel nec poſſeſſa nec in hæreditatem aſſignata;(ſi de Aegypto intelligis:)in qua &
Iacob & filij peregrinati ſunt. Et affligent eos,tum conuiciis(nam & rixati ſunt ſerui Iſaac,cum Gen.20.
ſeruis Abimelech)tum operibus duris luti & laterum (ſic enim illis contigit in Aegypto, poſt H
defunctum Ioſeph)Et ſubiicient illos ſeruituti(Aegyptij proculdubio) duræ quidem & violẽtę
& eouſq;,vt & propriis orbarentur filiis, cum eſſent fluuio pernecandi publico regioq; edicto:
Quadringentis annis. Tempus cõprehendit,nõ modo afflictionis & ſeruitutis, & maximè Aegy
ptiacæ(qñquidem,nec tot annis in Aegypto manſerunt; & Ioſeph ſuperſtite in ea,nec afflictio-
nem nec ſeruitutem ſunt paſſi)ſed & peregrinationis omnis;initio ſumpto ab ortu Iſaac.

Qui licet in Chanaam ſit natus,in ea tamẽ vt aduena eſt natus;cum nec ipſe nec pater,vel pe-
dem in ea,vt dictũ,eſt terræ poſſederint: Et terminũ ponit eo in exitu, quo Aegyptiorum opi
bus onerati,Aegyptum egreſſi ſunt; id quod dominus ſubdit. Et egredientur poſt hæc; magna Acto.7.
cũ ſubſtãtia. Quia locupletati,egreſſi ſunt,vaſis aureis & argẽteis,amplaq; ſupellectili, ac multis
theſaurorum copijs. Et ad Abram conuerſus: Tu,inquit,ibis ad patres in pace ſepultus,in ſene

ctute

A ætate bona (annos natus centum, & ſeptuaginta quinque) Et generatione quarta, completa abſolutaq́; ; ſemen tuum reuertetur huc, ad poſſidendum perfruendumq́; terra, perpetua hæreditate. (Siquidē Iſaac, genuit Iacob, qui generauit Iudam, & ille Pharès, à quo & Eſdron, qui pater fuit Caleb; qui Chanaam ingreſſus eſt.) Nōdum enim Amorrhæorum ſunt iniquitates completę, vt inde mereantur deleri. Hæc ſatis de hiſtoria: nunc de allegoria.

Scito, qui noſſe ardes, quo tandem tempore, ſemen tuum, credentes inquam & electi, qui ex
Heb. 11. te, fide ac imitatione, originem ducent, abſolutè perpetuoque cœleſtem hæreditabunt patriam:
Ioan. 1. Scito inquam, q̄ ante peregrinari debent, ab ortu Iſaac, hoc eſt, CHRISTI, in cuius parabolam
Pſal. 38. eum habiturus es, vt Apoſtolus docet (nam & ipſe, tum peregrinari cœpit) quandoquidem etſi in propria venit, ſui tamen non receperunt eum, vnde & dixit, Aduena ſum & peregrinus, ſed dominus adiuuat me. Quare, etſi viator non fuit in anima, vt quæ nunquam nō fruebatur Deo; fuit tamen in corpore, in quo habuit nedum peregrinari, ſed & affligi, vt tandem ſuam aſſequeretur gloriam.
Heb. 1. Ergo etſi erat omnium hæres; ſuæ tñ mortalitatis periodo, in terra peregrinatus eſt, quaſi non ſua. Vbi & eſt afflictus, & vt ſeruus, iugo legis alligatus; nec quidem tantum, quam
Luc. 1. dominus tulit, propter quod eſt circumciſus, ſed & quam Cæſar ordinauit, vnde & didragma p̄
Matt. 17. B ſoluit. Modo fugit in Aegyptum, modo laceſſitus eſt contumelijs: Nunc afflictus labore, nunc quæſitus ad necem. Et quanquam hæc vera ſunt, quanquam & intento, ſatis eſſe poſſunt, res tñ fit illuſtrior, numeriſque omnibus conſonantior, ſi vnà CHRISTVS ſumatur cum membris; ſicut & Abram ſemen, Iſaac inquam, vnà computatur cum poſteris; & præſertim, cum legitimè proficiſcuntur ab eo. Ergo etſi peregrinatio, afflictio, ſeruitus, anguſtiæque; quas dum nobiſcum verſaretur, in ſuo naturali paſſus eſt corpore, tempus, vel non excedunt, vel parū; annorum triginta & trium; peregrinatio tñ, afflictio, ſeruitus, & ærumnæ, quas pati habet in corpore ſuo myſtico, periodo quadringentorum, ni fallor, comprehenduntur annorum, tametſi, id nobis, noſtra pro imbecillitate, abſq; hæſitatione, prorſus non lucet. Verum, nonnulla tentabimus nedum ſub cenſura veritatis, ſed & cuiuſuis acutius ſentientis.

Primum, compertum eſt, CHRISTVM ſuis peregrinaturum in mēbris, ad vltimum vſq; diē. Perſpicuum & in illis affligi, cædi, ſeruitutem pati, alijſq; vexari incommodis, ſicut & in eiſdem indui, cibari, colligi, & alijs id genus, affici beneficijs. Conſtat & periculo contrectatur, Eccleſiā quæ myſticum illius eſt corpus, non modo ſæpe vexatam, a tyrranis oppreſſam, ab hæreticis excitatam, & ab Aegyptijs, impijs inquam & tenebriculoſis hominibus, immò & Sathanæ Furijs, im- Eccleſiæ hoc in exilio vexationes continuæ.
C probiſq; ſatellitibus, qui nuſquam præſto non ſunt, vt eam, quouis latere petant, quampluribus ſeruitutibus, duriſq; operibus aggrauatam; ſed & vexandam inſuper, opprimendam, exercendā, diuerſis potentibuſq; machinis impetendam aggrauandamq́;, vſque ad conſummationem ſæculi. At de huius, peregrinationis, afflictionis, ac exercitij duratione, periodoue, non ſolum nihil exprimitur certi, ſed nec dominus rogatus, quicquam detegere voluit, quin & ab hac curioſita-
Act. 1. te compeſcuit, Non eſt veſtrum, inquiens, noſſe tempora vel momenta, quæ pater in ſua continet poteſtate. Verùm ſi cætera præſentis hiſtoriæ ſacramenta, peregrinationibus, afflictionibuſq;, allegoricè ritè reſpondent: cur & qui iuxta hiſtoriam, decurrunt anni: id quod ad conſummationem vſque, intercedit tempus; myſtica non complectentur rōne? Quid ergo? Sunt fortè qui dicent, q̄ hiſtoriæ anni, etſi ſunt communes, allegoriæ tñ, hoc in loco, ſunt anni Dinaſtici, hebdomaticiq́; ; qui & anni ſolent dici, quietis; vt Moſes non ſemel in lege. Ergo tali pacto, annos implicabunt bis mille, octingentoſque communes: Ergò, cum ſumendi à CHRISTI ſupponantur tempore, confitendum foret, tot annos legem protendendam gratiæ; quod nullus hactenus dixit. Dicent alij, q̄ ſunt Emboliſmici, & per hoc, q̄ ſex quilibet cōplectitur annos, vt olim
D ſeruatum traditur, non ſolum ab Hebræis ſed Græcis; & tunc ſummam non trāſcendunt, bis mille, & quadringētorū: quod nec aliud habuit teſtimoniū, huc vſq;. Quidā aſſerūt, q̄ ſunt Luſtrici: p̄p̄ qđ, duabus abſoluēdi ſunt chiliadibus: & dictis cōſonat Heliç p̄phetę, & multorū, vt ſupra. Alij demū, q̄ ſunt biſſextiles, Olympiaciq́; ; & ob id, mille colligūt, & ſexcentos: ſed laborant, vt rem aliquo ſtatuāt fundamēto. Et qm̄ quod ij tradunt, videtur argutū, fortè q̄ eadē conſtituetur baſi, qua illorū mille ſexcenti, quinquaginta & ſex, de quibus in ſupradictis; quæ res vt conſtet, paucis illuſtrāda eſt. Siquidem qui Euangelicæ legis tēpus, in annos reijciunt mille ſexcentós quinquaginta & ſex, illos à natiuitate ordiuntur CHRISTI, ſicut & anni ante cataclyſmum à formatione inchoati ſunt Adæ, vt in prioribus manifeſtū eſt; ſed iſti, annos nō ſumūt à CHRISTI natiuitate, ſed ab illius reſurrectione, immo ab eo tp̄e, quo euāgeliū orbi eſt p̄mulgatū, & paſſim ad gentes deuolutum. Nam licet CHRISTVS, orſus ſit à natiuitate, progredi in corpore

nedum naturali ſed myſtico; potiſsimum tamen peregrinari cœpit, cũ ſe ſuumq́; verbum, ad gen- E
tiles tranſtulit; & per hoc, poſtquam reſurrexit à mortuis (ſi quidem ante dixit: Non ſum miſſus Mat. 15. & 10.
niſi ad oues, quæ perierant ex Iſrael: & proteſtatus eſt ſuis, ne adirẽt gentes) tunc enim in vniuer-
ſum, diſcipulos ire præcepit, vt vbique, omnibusq́; Euangelizarent creaturis; ſicut Euangeliſtæ
tradunt. Verum, quia tempus, quod a CHRISTI natiuitate, ad illius interceſsit reſurrectionem, Matt. 28.
ſex & quinquaginta annos non continet, vt ad dictam deueniatur ſummam, haud ineptè ſubij- Mar. 16.
ciendum eſt; nempe quòd tunc maximè ad gentes auſpicanda eſt peregrinatio, quando Apoſto-
li, & præſertim Paulus, cui potiſsimum creditum eſt præputium, eo muneris orſi ſunt fungi; & Galat. 2.
per hoc, anno decimo, circiter, & octauo, à CHRISTI reſurrectione, quando (vt videtur) Paulus
Euangelium quãdo deuolutũ ad gentes. & Barnabas, Iudæis tumultuantibus, ne Apoſtoli illis loquerentur verbum, proteſtati ſunt. Vo- Act. 13.
bis quidem oportebat primum loqui; ſed quia indignos vos iudicatis verbo Dei; en digredi-
mur ad gentes.

Sed quia, nec tali pacto intenta elicitur ſumma, annis deficientibus quinque, vel ſex; tentari
poteſt, an vel hunc in modum valeat coaptari; vt ex mille ſcilicet ſexcentis, quinquaginta & ſex,
poſtremus detrahatur numerus, idq́; haud ſine ratione. Cum enim in præcedentibus ſit proba-
tum, ex annorum ſumma, bis mille octoq́;, qui ab exordio mundi, ad natiuitatẽ interceſſerunt F
Abrami, ob minutias, quæ nequeunt colligi, octo haud temere detrahendos; detrectari non de-
bet, maiorem eorum partem, in illis obſorptam, qui præceſſere diluuium, quàm in illis, qui inde
ſecuti ſunt vſque ad Abramum; cum illi computentur mille ſexcenti quinquaginta & ſex, & iſti,
trecenti tantum, quinquaginta & duo. Ergo non erit abſonum, ex ijs qui ante cataclyſmum, de
mere quinque, vel ſex, & ob id, nõ inconſultè, ex illis non colligere, niſi mille ſexcentos ac quin
quaginta, vel vnũ & quinquaginta. Amplius: Et anni CHRISTI, quibus verſatus eſt inter nos,
etſi per Iubileos ducti, eandem, aggregant ſummam; ſiquis tamen attẽderit, quòd ad conſtituen-
dam eam, non modo anni ſunt accepti, quos egit vſque ad reſurrectionem, ſed & vſque ad aſcen
ſionem (qui forte, dicent, eò non ſunt vſque computandi, ſed ad reſurrectionem comprimendi)
haud dubium, quòd diebus (vt par eſt) quadraginta ſubtractis, qui poſt reſurrectionem, eòuſque
decurrunt, numerus ſummam non tranſcendet; quam dicunt. Siquidem, cum nobiſcum egerit
hac in vita, annos triginta tres, decemq́ue dies: & notum eſt, quòd anni per Iubileos multiplica-
ti, mille reddunt, ſexcentos & quinquaginta, & dies decem, annum circiter vnum; ſurgit ſumma
indubitanter, quam aſtruunt. Ergo, cum anni tam peregrinationis, quàm afflictionis electorum G
CHRISTI, vltra eorum non trahantur reſurrectionem; palàm, quòd nõ niſi illis reſpondere de-
bent, qui protenduntur vſque ad CHRISTI mortem; vt omnibus compertiſsimum eſt.

Verum etſi hęc nõ videntur abſona, immo ſatis, vt prænotatum eſt, ſunt arguta; nouit tamen
Vera & conſtans auctoris ſententia. Deus, vtrum ſint vera. Quare licet, tactis ex fundamentis, ſint coniecta, non tamen à nobis ſunt
approbata: qui rem omnem, diuinæ relinquimus voluntati. Nec phas eſt, altiora ſe, niſi cum mo
deſtia attentare: & debitum eſt omnibus, diuino beneplacito, ſe pleno corde ſumittere. Demũ: Eccle. 3.
& quod de quarta ſubditur generatione, cõſtat quòd ſi ſane, vt poteſt, intelligitur; non mediocri-
ter quadrat. Nam licet ab Abram ad mundi finem, & multæ & innumeræ intercedant generatio
nes; in quatuor tamen rediguntur claſſes, quæ & in ijs quatuor, ni fallor, adumbratæ ſunt. Tres
ponit Euangeliſta, cum ab Abram ad Dauidem, colligit generationes quatuordecim: & à Daui-
de ad tranſmigrationem, totidem: & ab hac ad CHRISTVM, pariter totidẽ: Quartam, quæ pro- Matt. 24.
tenditur ad finem vſque, exprimit Dominus: illam aſſerens (nempe regeneratorum ex ſpiritu)
non defecturam, donec omnia fiant. Ergo expleta abſolutaq́; hac poſtrema claſſe, expletæ abſo
lutæq́; quatuor erunt generationes: & per hoc, electis erit repetenda patria: à qua ſuam exulabãt
ob culpam; prout eloquia docent. Interim Abram, & cum eo omnes electi, anima proficiſcun- H
tur ad patres, reſoluto ad tempus eorum corpore; idq́; optima in ſenectute: Quandoquidem (vt
admonent ſancti) ea quilibet, decedit in ætate; in qua ſibi conducibilius eſt. Nec eſt obſcurum,
quòd in electis cani ſunt ſenſus, ab adoleſcentia: & quòd ſubtracti breui, explent tempora mul- Sap. 4.
ta, vt ſapiens docet.

Hactenus conciones, quæ in priori, huius ætatis parte, ſunt viſæ præcipuæ: modo de ijs, quæ in
poſteriori, noſtro iudicio, ſunt magis præſtantes.

Primum ergo excutienda, quam Deus fecit Abramo; non quando eijciendam iuſsit ancil-
lam, eiusque filium Iſmaelem, eò quòd in allegoria explicatur Apoſtoli, dicendumq́; erit de illa,
non longe poſt, ſed cum illum tentans, immolandum mandauit Iſaac. Nec eſt uerendũ, Deũ pe-
riculũ voluiſſe facere, fidei quæ erat in Patriarcha: & potiſsimũ de futuro ex eo ſemine, quod eſt

A CHRISTVS, quem,& ſatis, ex Iſaac oſtenderat deſcẽſurum;cum eij ciendum iuſſerit Iſmaelem, & in Iſaac ſemen ſibi vocandum, ſuſcitandumq;, ad poſterorum eruditionem: admonens propter hoc, in electis, non modo fidem ſe deſiderare conſtantem, ſed & contra carnis mundiq; iudicium, ſe prodentem, Sed ad rem. Mandans Deus immolationem Iſacchi; Abramum inſtruit de immolatione CHRISTI, ordinem ritumq; aperiens ei. Et Deus hoc in loco, Trinitas eſt ſacroſancta, haud raro tali denotata nomine; de quo ampliter in primo mũdi die. Nã eſt Elohim, quod eſt plurale,& Deo tribusq; congruit hypoſtaſibus; quatenus fons, oceanusq; ſunt totius iuſtitiæ & iudicij. Et quadrat inſtituto; cum ſermo ſit de immolando CHRISTO, qui ex ſententia immolandus erat diuini tribunalis: vt tali pacto Dei recompenſarentur offenſę, & pro rigore ſupremi iudicij, mundi delerentur culpæ. Eius locutio, diuinæ eſt ſententiæ manifeſtatio, intimatioq;: quę fit Abramo, hoc eſt: multarum gentium patri: eo ꝙ patri manifeſtatur, intimaturque, CHRISTI IESV, & per hoc primæ in Trinitatę perſonæ, à qua ſicut omnis nominatur paternitas, ita & omnes proficiſcuntur filij.

Fides deſiderata I electis quæ.

Eph.3.

Preter id, ꝙ pater exiſtẽs CHRISTI, pater eſt & electorum omnium, qui non ſolum in illius adoptati ſunt gratiam, ſed & effecti eius corporis membra, idq; non ex vno tantum populo vel B natione, ſed ex omnibus mundi partibus: vt ſacra tradunt eloquia. Eſt inquam diuinæ ſententię manifeſtatio, intimatioq; facta patri: (non quia ipſe ignoret, quin & ipſe primus eſt in collegio, ac Trinitatis conſilio, in quo & vt primus, primo ius dicit) ſed quia, immolationis CHRISTI onus, patri quodã pacto relinquitur, vt ex quo ſolo filius generatur. Et per modum facta eſt tentationis, vt noſtræ, non ſolum attemperetur intelligentiæ (qui ſicut diuina balbutimus, ita & ea non niſi noſtra pro imbecillitate capimus) ſed vt & tropicè ardorem in nos explicet, ſummi patris, qui eſt tam ingens, vt nec credi nec exiſtimari poſsit: nempe qui non parcit vnigenito, vt indignum ſaluet, perditiſsimumque mancipium. Vnde & probè admiratur Dilectus: Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum daret. Et Apoſtolus: Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, filium miſit in ſimilitudinem carnis peccati. Et illud. Commendat charitatem ſuam, in nobis, quia cum eſſemus inimici, in ſanguine filij reconciliauit nos. Ergo manifeſtatio tentans, magnitudinis diuinæ in nos, eſt exploratio charitatis; vt quæ tam eſt immenſa, vt niſi exploretur tẽteturquè, credi vix poſsit.

Pater Chriſti pater eſt etiã electorũ omnium.

Ioan.3. Eph.2. Rom.13.

Et quid dicitur? Tolle tempore opportuno: tolle, vt diuinæ iuſtititiæ ſatisfacias: & mundum C tibi reconcilies. Vnigenitum: nam in diuinis vnus eſt filius, ſicut & vnicũ verbum. Tuum: vt qui à te vnicè dimanat, & ex fœcunda ſolaq; tua proficiſcitur memoria, tuaq; vnica intellectione dictioneq;. Tolle vnigenitum verbum: non extra te prodiens, ſed in te manens; non alienæ ſed tuæ ipſius naturæ: non verbum temporale ſed æternum, tibiq; coæuum & æquale, tum in omnibus tum & per omnia. Tolle inquam, etſi à te ſolo in diuinitate profectum; à nobis tamen tribus æterno, diuino, immobiliq;, decreto, humana natura veſtitum. Tolle, ſed ſuo pro tempore carnis circundandum infirmitate; vt paſsibili ei coaptato corpore, vti valeat in holocauſtum. Tolle, demum vnigenitũ, & tolle carne veſtitum; quem & diligis, quin & ita diligis, vt vnicè appelles dilectum & dilectionis filium. Qui & vocatur Iſaac: quoniam gaudium eſt & lætitia: non modo tui, ſed noſtri & totius curiæ ſupercœleſtis: in quem & Angeli ardent ſuſpicere; & in quo & per quèm, omnia plena ſunt riſu & fęlici ſucceſſu. Et offer: nempe ex voluntate, ex animi propenſione, illum, in holocauſtum expiatorium, placatoriumq; delictorum mundi, & offenſæ, cõtra nos perpetratæ, admiſſæq;.

1.Cor.5.

Nota ẽ oblatione Chriſti patre.

Mat.17. Luc.3. Col.1. 1.Pet.1.

Siquidẽ, tu trades illũ (Qui vnigenito nõ pepercit: ſed pro nobis tradidit illum. Propter ſcelus populi mei, percuſsi eum. Factus obediens vſq; ad mortem: & mortem quidem crucis) Super D vnum montium: ſuper vnum tumulum, ingentem quidem & immenſum, qui Moria appellatur, hoc eſt, qui amaritudo mirrhaque Dei dicitur: hoc eſt, ſuper quem dicam peccatorum cumulum, qui non modo nos offendit, ſed amaros facit, vt ea oblatione non ſolum mitigetur, ſed dulceſcat. Nam tanto fragrabit odore: vt nedum omnis ſubmouenda ſit amaritudo, ſed & fons aperiendus ſit mellis & lactis, quin & vbertimè profundendum manna, & ſupercœleſtis ambroſia. Quem oſtẽdero tibi, Nã etſi amaritudinem, cumulauerunt Deo, Angelici lapſus; in eius tamen rei remedium non eſt immolandus CHRISTVS. Quoniam etſi eius mors, quin & minima eius ſanguinis guttula, totum valuiſſet diluere Tartarum, Sathanam & aſſeclas reddere iuſtos ſanctosque, pro his tamen oblatus non eſt, ſed pro hominum ac mundi ſalute. Quem non modo recapitulabit renouabitque, ſed & in longe meliorem promouebit ſortem, in vltimo eius die. Nunc de ordine rituque.

Rom.8. Eſa.53. phil.2.

Abraham

Abraham mane ſurrexit,idq́;(vt Hebręus habet)ante lucē:quia Deus pater rem eſt orditus, E
non ſolum priuſquam iuſtitiæ oriretur Sol;eaq́; lux veniret in mundum, quæ lux eſt mundi,om Malac.4. Ioan.1.5.
nemque illuminat hominem, qui magis non afficiatur tenebris quam luci,ſed & ante primam &.8.
mundi diem in qua facta eſt lux. Surgit noctis tempore:& primum ſtrauit aſinum,;quia primum
Iudaicum præparauit populum; ei non modo legis imponendo frenum,& ornando ceremonia
rum phaleris ;ſed & ſuperinducendo ſellam, ad ferendum nedum legis onera,ſed & vehendum
Deum verum: qui cum in Iudæa,& non alibi eſſet agnitus, haud obſcurum, quòd quocunque Pſal.75.
proficiſcebatur populus, proficiſcebatur & notitia eius. Præter id, quòd & circumgeſtabatur
Arca,in qua vnicè reſidebat Deus; cum ſederet inter Cherubinos, in Propitiatorio, vt Dauid Pſal.70.
tradit in Pſalmis; & ob id non iniuria,vti Dei ſella recipitur. Fecit deinde aptari,ſeu findi ligna
ſecum geſtanda, & ad holocauſtum opportuna: quandoquidem, eo in populo forè ſemper
voluit, ſymbolum Crucis, quæ ex lignis confecta eſt ſciſsis, aptatisque ad conſummandum
ſacrificium CHRISTI.

Hæc ferebantur, vel à populo qui tum ob laborem, tum ob ſtoliditatem, haud immerito,adū
bratur in aſino. vel à duobus, quos vt comites elegerat famulis; qui ni fallor, vel Moſes fuerunt
& Aaron;vel Reges & Sacerdotes,vel Prophetę ac Patriarchæ: à quibus omnibus, etiam hūc in F
Multis modis Christi crux adūbrata ſ qua gaudēt electi.
typum, lignum aliquod geſtatum eſt. Et à populo quidem: Tum cum agno veſcebantur Paſca-
li, quoniam eo in ſacramento, baculum tenebant in manu; profecto vt illius præſeferrent li- Exo.12.
gni veſtigium,in quo ille fuerat ſuſpendēdus agnus, qui non ſolum noſtrū verū eſt Paſcha, ſed
& cuius virtute, è tyrannide Sathanæ, in regnum tranſuehimur vnigeniti Dei. Tum cum taber-
naculorum celebrabant feſtum, ſpatulas ſumendo palmarum, ligna denſarum frondium, & ſa-
lices de torrente; vt admonerentur in ſola CHRISTI cruce, homines non tantum triumpha- Leu.23.
turos de hoſtibus, quod lata palma ſignificat, non tantum refrigerandos in concupiſcentiarum
æſtibus, & protegendos in vexationum turbine, quin & præſeruandos in fauorum ac proſperi-
tatum pluuijs, ſicut Eſaię quarto pollicetur Deus;ſed vt & per illam agnoſcerent, trectarentq́;
ſe non ſecus ac ſalices, in huius vitæ torrente decurſuq́;, breui promouendos exaltandosq́;, vt in
eodem quarto ac quadrageſimo repromittitur: quouſque ad illa transferamur tabernacula, ad
quæ nunquam non ſuſpirant electi.

Vel à duobus famulis: nam & crucem, virga adumbrauit Moſis, in qua ſicut eductus eſt po- Exod.4.
pulus ex Aegypto,& Pharaonis ſeruitute, ita & electi per crucē de poteſtate erepti ſunt tenebra
rum,& principis huius ſæculi: Adūbrauit & illam, virga Aaronis, quæ etſi arida, mirificè floruit, G Num.17.
quoniam & CHRISTI crux, quæ plena fuerat ignominia, effecta eſt mūdi gloria, in qua & vnicè
gaudent, & ſemper florent electi, qui & CHRISTI ſuauis ſunt odor omni in loco, vt Apoſtolus 2. Cor.2.
ſcripſit. Pręſeferabat crucem & baculus Patriarchæ, quo incolumis Iordanem tranſiuit: qui cum Gene.32.
fluuius interpretetur iudicii, indicat non obſcurè, infixos cruci, iram meritumq́; furrorem ſu-
premi euadere tribunalis; à quo nulla appellatio eſt. Præſeferebat & lignum, in quo æneus ap- Ioan.3.
penſus eſt ſerpens: vt & dominus docet. Item & baculus Dauid, quo eſt aggreſſus Goliam: & li- 1. Reg.17.
gnum in quo eſt ſuſpenſus Aman: nam & in CHRISTI cruce, vetus crucifixus eſt homo. Sed
pergamus, ad alia.

Nec modo lata ſunt ligna, ſed ignis & gladius ille ad cōſumptionē victimæ, vt vna cremarētur
peccata expianda per eam: hic vt diuideretur ac diſcerperetur in partes, ritusq́; ſeruaretur immo Deu.4.
lationis. Ergo ignis, feruor eſt diuinæ vindictæ, qui eouſque in peccata ſæuit: quouſque penitus Heb.4.
Ignis & gladius in ma nu Dei quid ſint.
conſumantur (nam & Deus, ignis conſumens eſt) & gladius, examen eſt diuinæ iuſtitiæ, quò in
intima penetratur, & ſingula (vt par eſt) reſoluuntur, vt rite in Dei gloriam cedant. Ad mon-
tem tertio peruenitur die: quia CHRISTVS, immolandus erat tempore gratiæ, et per hoc ter- H
tio, poſtremoq́; mundi tempore; ſicut et ex ſupradictis accipitur. Quòd montē, non aſcēdit aſi-
nus non iuuenes famuliuè qui ſeruabant eum: docet Hebræorum populum, etſi foret lege fre-
natus, & ceremoniarū Phaleris circumtectus, etiam quòd oneribus, iugoq́;, dorſum et colla ſub-
diderit, & de notitia, oraculisq́; Dei, gloriatus fuerit: licet et eius nomen ſecum quocūque geſta-
uerit, & arcam fœderis religioſè retinuerit: ex his tamen præciſè, aſſequi non ualuiſſe iuſti-
tiam, expiare peccata, & Dei erga homines amaritudinem non dicam in ſuauitatem vertere
ſed vel ad temperamentum reducere: Siquidem lex, non ſolum neminem ad prefectum adduxit Heb.13.
ſed nec aliquem iuſtificauit: Et quis neſciat cæremonias, ritus, eiusq́; populi ſacrificia non modo Rom.8. Gal.3.
non abſtuliſſe peccata, ſed nec Deo penitus placuiſſe, pro eis? Heb.10.

Et licet, non nihil valuerint prodeſſe eloquia Dei; quia tamen populus extitit duræ ceruicis,

infidelisq́;

A infideliſq; Deo; non raro illis vertebantur in laqueum & in ſcandalum, iuſtiſsimo Dei iudicio.
Docet & patres, quibus erãt crediti, vicem geſsiſſe famuli pedagogiq;: & propterea, ſatis ſuperq;
ſuo munere functos, ſi ad amaritudinis vſq; montem perduceret eum: ſatis ſi legis vſi miniſterio
facerent illos ſua noſſe peccata, horrere cõſequentes maledictiones, amaritudinem cordis con-
triti ſentire: ac tali pacto, ad CHRISTVM, qui remiſsionem affert peccatorum, pertraherent.
Ergo tantum Abramus, tantum & Iſaaccus, Moriæ montem aſcendunt: hic onuſtus lignis, ille
ignem portans & gladium. Quare, vt noſtra expiarentur peccata, Deique amaritudo nobis ce-
deret in dulcedinem; oportuit tum Patrem tum CHRISTVM, tumulum noſtrorum conſcen-
dere ſcelerum: illum cũ igne & gladio, vt omni ex parte diuinę ſatisfieret irę: iſtum cum cruce,
Heb. 13. quam & tulit, cum extra portam, vt inquit Paulus, crucifixus eſt.

Quòd Abramus, non occiderit filium ſed arietem, eumq; inter vepres: duas docemur, etſi ma
gna ſub caligine in CHRISTO naturas: monemurq; filium Dei, ex parte interfectum nõ fuiſſe,
Deitatis (vt quæ vita eſt ſuapte natura, & immolari non poteſt, immo nec debet, cum Deo om-
nis exhibenda ſit immolatio, omneq; offerendum ſacrificium) ſed ex parte naturæ aſſumptę: quã
doquidem ea ex parte, ſicut noſtris erat ſubiectus ærumnis, ita & valebat immolari, occidiq;. Et
B quanquam ratione ſuppoſiti, & Deo, & homini, vt plurimum, idiomata ſint communia; propter — Quãdo idiomata Deo & homini ſunt in Chriſto cõmunia & quã diſcreta.
quod, & quæ ſuppoſito congruunt, eidem vtraq; ex parte tribuuntur: tamen cum excutiuntur
naturæ ſeorſum, vtrarumq; ſunt, & conditiones, & proprietates ita dictinctę, vt ſubeant denomi
nationes oppoſitas. Ergo ꝙ Abramus, non mactauerit filium, exprimit CHRISTVM, vt Deũ,
ſecundumq; ꝙ ex illo, diuinam ſumit naturam, occiſum non eſſe, immo & occidi non poſſe: ve-
rùm ꝙ immolarit arietem qui erat inter vepres, eum met exprimit, ſed iuxta carnis naturam, quã
ex matre ſuſcepit, multis profecto vexatam vepribus; hoc eſt, ęrumnis & puncturis, quin & cum
eſt in crucem ſuffecta, vndiq; puncturis afflictam; nempe quia laceram, & immane percuſſam.
Ergo hac in parte, vtriuſq; (vt dictum eſt) in CHRSTO naturæ, factum eſt ſacramentum; tametſi;
vt illud ferebat tempus, magna cum obſcuritate. Quòd autem, his expletis reuertuntur ad aſi-
num famuloſq;, ad montis commorantes radicem, innuit mea ſententia, CHRISTI tandem ſa
crificium, illi profuturum populo, & quodam pacto, eorum exhilaraturum patres; qui laboraue
Rom. 15. runt in eis: Quod Apoſtolus, adimplendum aſſerit, cum ex gentibus, CHRISTI abſoluta fue-
rit plenitudo, & vt creditur, haud longe à nouiſsimo die.

C Pergit Dominus concionari Abramo, ſed per Angelum, miſſum è cœlo. Etſi quę ſequuntur
arctari videntur ad Patriarcham, quia tamen, nec inepte, de patre poſſunt continuari cœleſti,
lubet primò myſterium proſequi. Qua de re, perinſignis, qui ex tam ſuperheroico opere cœ-
leſtis patris ſubſequutus eſt fructus; haud diſsimili adiũgitur ſtilo, ac recondito myſticoq; intelle
ctu. Sequitur ergo Dominus, hoc eſt, Trinitas ſacroſancta; patrem quidem alloquens, ſed ſuis
in miniſtris: quos nec immerito, Angelico dignatur nomine; vt qui id muneris non pręſumunt,
ſed iuſsi miſsiq; ſuſcipiunt. Nec ea duntaxat ratione, ſingulari vtitur pro plurali, vt morem ge-
rat ſcripturæ; ſed vt & vnum in illis teſtetur ſpiritum, vnum cor, vnum eundemq; Deum, tum
laudandi, tum eidem obſequendi, ardorem ſtudiumq;. Et dicere hoc in loco eſt, Angelicos
Malac. 2. per miniſtros (qui non ſolum cœleſtes ſunt mentes, per quas non raro Deus allocutus eſt homi-
Apoc. 2. nes; ſed ſacerdotes & omnes merito Euangelizantes: ſic enim ſolent & literæ ſacræ) Dei ſtabi-
le immobileque decretum aſſerere; quod & tropicè eſt, Deum iuraſſe manifeſtare, ex opere
tam pereximio, quòd proprio non pepercerit vnigenito, nedum patri gloriam acceſsiſſe ingen
tem, ſed & filios adeptos eſſe innumerabiles; vt qui conferri poſſunt, & cum ſtellis cœli, &
cum arena maris.

D Nam licet ante cõſtitutionem, tam celebris holocauſti, eſſent Deo in CHRISTI gratiã innu
Cap. 1. meri adoptati; (vt latiſsimè explicuimus ad Epheſios) quia tñ, per peccatũ oẽs fuerãt ab adoptio
ne deiecti, videbatur (vt ſic dixerim) relinqui orbatus, niſi per CHRISTVM, qui ideo (vt docet
Gala. 3. Paulus) ortus videtur ex muliere, ideo conſtitutus ſub lege, quin & oblatus in holocauſtum; rur
ſum admitteremur ad adoptionẽ, & diuinæ reaſcriberemur hæreditati. Nec illi tñ q ab adoptio — Electorũ numerꝰ quodã pacto auctus Chriſti ſacrificio.
ne deciderant, ſed & non pauci ex his, qui vt fructus ſunt orti peccati; vt per illos in adoptionem
aſſumptos, ſaltem quę in cœlo vacauerant, replerentur ſedes, vt latius dictũ eſt ſupra, Id, quod for
te diſcrimẽ innuit, inter ſtellas cœli, & arenam maris: vt perfacile eſt aduertere. Nec modo filios
adeptum innumerabiles, ſed & inſignes per illos, hoſtium ſuorum triumphos: vt per quos (etiã
mites & imbelles) debellatæ ſunt omnes munitiones Sathanicę, proſtrati tenebrarum principes,
& deluſæ inferorum portæ, Modo de Patriarcha.

Iuraui,

« Iuraui, inquit per memetipſum; quippe qui ſuperiorem non habeo. Iuraui, quia ſtatui defini E
« ui, ac vt rem ſacroſanctam inuiolabilemq; decreui: quia rem operatus es tam inſignem, vt & tuo
« non parceres, quem diligis vnigenito: q benedicam tibi omni benedictione, cum temporali,
« tum ſpirituali, & multiplicabo te ſemen ue tuum, vt ſtellas cœli & arenam maris. Quo in loco,
etſi non detrecto hyperbolem, innumera tamen electorum ex Abramo exprimitur multitudo:
tum maiorum, qui alijs ad iuſtitiæ eruditionem præpoſiti, cum ſtellis ab oraculo ſunt collati; nō Dan.12.
modo, quia neceſſe habent rimari cœleſtia, illiſq; cum, agi moueriq;, ſed & inde imbres profun
dere doctrinę ſalutaris: tum minorum, qui ſupernis ſubiecti influxibus, & vndis procelliſq; ma-
ris non raro vexati, haud iniuria in arena denotati ſunt. Ergo èadem eſt cum præcedentibus
ſponſio: ſed iureiurando firmata, & Abramo, in CHRISTO & propter CHRISTVM, non ſe-
mel detecta. In quo & propter quem, illum eiuſq; poſteros, non carne ſed imitatione, fideque
proficiſcentes ab eo, omnis obruet benedictio: & ſpiritualis in ſupercœleſtibus, & tempora- Eph.1.
lis in mundi hæreditate.

Nec modo obruet benedictio, ſed & hoſtium debellatio: quoniam ſemen tuū, in quo & om-
nes benedicendæ ſunt gentes, portas, hoc eſt, tutiſſima ac munitiſſima loca, ſuorum poſſidebūt
inimicorum, ſedesq;, in quibus ius dicunt, ſuasq; oſtētant potiſſimum vires (nam portarum tro- F
po, inſigne denotatur robur: & portæ inferi, non pręualebunt; & principum ſolita tribunalia: Mat.16.
iudices auferam, de portis veſtris) Et hoſtium nomen, nedum viſibiles complectitur aduerſarios:
ſed & inuiſibiles, ſpiritualesq; nequitias in cœleſtibus, Ergo, hac in concione (præter illa quæ
tractata ſunt in præmiſsis) edocti ſunt, CHRISTVM ſuaq; mēbra, & per hoc, qui fidem æmulan Ehp.6.
tur Abrami, illam hæreditaturos, tum ſpiritualem, tum temporalem benedictionem: quam re-
fert Apoſtolus, non tam Galathis, q̄ Epheſijs: quæ & ad oēs extēditur populos: vnde & ea tangū- Cap.4.
tur cumulatiſſima beneficia, quibus per CHRISTVM & in CHRISTO, tota eſt potitura Eccle- Ca.1.
ſia; & in hac peregrinatione, & in cœleſti superuenturaq; patria.

De Dei concionibus, ad Iſaac & Iacob, cum èadem fere repetita, ſint non eſt cur moremur:
tametſi, in iis, quæ ad illum, meritum addatur Abrami (nempe obedientia mandatorum Dei, &
abſolutio ceremoniarū legis) & in his, quę ad iſtū, aliqua ſint inſerta, quæ breui poſſunt abſolui.
Ergo, hic Meſopotamiam tendēs; cum eum veniſſet in locum, vbi Auus iuſſus eſt, huius immo-
lare patrem, nocte præuentus vſusquè lapide pro ceruicali, ibi dormiuit: & in ſomnis non
modo vidit ſcalam, ſed & dominum faſtigio eius innixum, hæc concionantem ſibi. Ego ſum, G
« Deus Abraham, & Deus Iſaac: terram in qua dormis dabo tibi, & ſemini tuo; quod erit ſicut ter-
« ræ puluis.. Et dilataberis ad orientem & occidentem: meridiem & ſeptentrionē, benedicēturq;
« in te & ſemine tuo, omnes, tribus terræ. Et ero cuſtos tuus.

Nemini eſt obſcurum, nullum ſuper Moriam, hoc eſt peccatorū amaritudinem, poſſe quieſce
re; niſi ſuo ille lapis ſupponatur capiti, qui ī caput euectus eſt anguli. Niſi enim CHRISTVS, pec-
catis ſupponeretur noſtris: haud dubium, quod nemo poſſet, pace potiri conſcientiæ; immo nec Pſal.117.
non excarnificari, diris aſſiduiſq; ſupplicijs. Scala proculdubio typus erat crucis; ſine qua nemo
pertingit ad cœlū. Per hanc aſcendunt & deſcendunt Angeli; quia (ſi per illā & quæ in cœlis, &
quæ in terra, paci ſunt reſtituta) cur homines, qui ſunt euaſuri vt Angeli, non aſcendent; & An- Col.1.&2.
geli qui ſunt adoptandi vt homines, non deſcendent vt vna ex ambobus conſtituatur Eccleſia; Eſa.9.
& CHRISTVS, qui innixus eſt ſcalæ, caput conſtituatur tūm hominum tum beatarnm men-
tium? Quòd concione peracta, quæ ex prælibatis ſatis ſupponi poteſt excuſſa, à ſomno exper-
gefactus, Euangelizauit Patriarcha (Nam vere inquit, Deus, hoc eſt in loco, & ego neſciebam)
& pauens tremensq; (quàm terribilis ſubdit, iſte locus: non eſt hic aliud q̄ Dei domus, cęliq, adi
tus) non modo, pietatē, & religionē, arguunt tanti patris; ſed & ſacramētum pandunt, nedum tē- H
pli eo in monte conſtruendi, oppurtuno in tēpore à Salomone; ſed & Eccleſiæ, longe poſt ædifi
candæ ibidem à CHRITO. Siquidem diruto per Nabucodonoſor Salomonis tēplo, alioq; eo in
loco, Babylonica ſoluta captiuitate, conſtructo, nō ſolū CHRISTVS in illo prędicauit, inſignia
edidit miracula, & multos traxit ad fidem; ſed & inde Euangelium, ſalusq; ad vniuerſos dimana
uit perueniṫq;: Nam de Syon exiuit lex; & verbum Domini de Ieruſalem.

Quanquam nec me fugit, montem amaritudinis, figuram montis geſtaſſe caluarij; vbi pro
pter ſcelera noſtra, non modo, CHRSSTVS amaritudine potatus eſt fellis, ſed & calice imma-
niſſimi cruciatus. Vbi & illi erecta eſt crux, in qua nō modo ille eſt innixus, ſed & affixus: Quam
Locus Dei & & oēs aſcendant neceſſe eſt, qui pie in CHRITO viuere cupiunt; & deſcendant, qui & cū eodē,
Eccleſiæ eius ad crucem vſq; diſcunt humiliari. Ergo, eo in loco eſt maximè Deus, ſi in ipſo pēdet vnigenitus
ſuus:

A ſuus:maximè electorum eſt domus, cum eam fundata ſit ſupra petram, quæ vncta eſt tum oleo
Acto.10. gratiæ,tum Spiritus ſancti virtute: Cuius & in typum, Iacob lapidem(vt ſubditur)ſuper quem
reclinauit caput in tam eximij titulum ſacramenti,oleo vnxit, ſacrauit; voto emiſſo,Deum ſem
Acto.17. per ſe habiturum in Deum,hoc eſt,in bonorum omnium Pelagus, ac Cornucopiæ: in quo, per
quem,& ad quem,vnicè & viuimus,& mouemur,& ſumus: necnon & lapidem illum oleo con-
ſecratum,veluti domum Dei; cum electi, ſemper habitent, morenturq; in CHRISTO; ſuper
quem ſunt non modo poſiti,ſed & in templum coædificati;vt vnctione gratiæ,ac Spiritu manſue
tudinis,impartiantur ab eo. Taceo, Dei verba;tum poſtq̃ eſt luctatus cum Angelo, tum cum
nomen adeptus eſt Iſrael:quoniam pollicitationes,ſunt ex dictis perſpicuæ,& quæ myſteria cõ
tinent, ſuo reponenda ſunt loco.

Concionatus eſt,& in huius portione ætatis, Iacob,& pręſertim in extremis:quando & bene
dixit filijs,& prenuncianit quæ in nouiſsimis erant euentura diebus. Et quanquam, quæcunq;
dixit,egregijs ſcateant ſacramentis;ſat tamen ſi pauca,quæ Iudæ Euangelizauit,erunt perſtricta,
Gene.49. ac noſtra ꝓ imbecillitate diſcuſſa.O Iuda,inquit, ad te prouoco, teq; alloquor, nõ qui aſtas cor
pore,ſed qui es præſens in Spiritu,quem non oculis intueor carnis ſed fidei:O Iuda tu(nam pro
B nomen adeſt Hebræis)tu inquam,qui verè es Iuda,quia verè laudatio,vereq; cõfeſsio Dei;quip
pe qui vnicè cœleſtem clarificabis patrem,vnicè ſacroſancto illius cõfiteberis nomini: Pater glo
Ioan.17. rificaui te ſuper terram: clarificaui nomen tuum:confiteor tibi pater,rex cœli & terræ,quia ab-
Mat.12. ſcondiſti arcana tua ſapientibus,& ea reuelaſti paruulis: Deum nemo vidit vnquam,vnigenitus
Ioan.1. qui eſt in ſinu patris enarrauit. Sicut enim CHRISTVS, tum quia ex illius ſemine,tum quia ma-
nu fortis, & ſummè Deo dilectus, non raro Dauidis denotatus eſt nomine: vt quinquageſimo
quinto Eſaiæ,trigeſimo Ieremiæ,& trigeſimo quarto,ac trigeſimo & ſeptimo Ezechielis:ita &
eiſdem de cauſis nũc appellatus eſt Iuda: nam ex illo originem traxit, & nominis,vt dictum eſt,
ratio vnicè congruit.

Ioan.20. Laudabunt te fratres tui.Si fratres,intelligãtur Apoſtoli(vade & dic fratribus meis)palam ꝙ
laudatus fuit ab eis;nec modo coràm populis,ſed coràm tribunalibus:non modo Euangelizan-
do,ſed excarnificationes neceſq; ſubeundo,perferendoq;.Si intelliguntur Iudæi,vt qui ex eiſdẽ
Ro.9.&15. ſunt exorti parentibus(quorum patres,ex quibus eſt CHRISTVS ſecundum carnem) hi lauda-
Rom.15. dabunt illum,vt docet Paulus,in mundi calce;quãdo eorum detegentur oculi,velamenq; ex eo
rum auferetur pectoribus: quando vel manibus pertractabunt, vel minimam eouſq; partem ſe
C non attigiſſe de CHRISTO. Si omnes intelliguntur fideles, qui non ſolum quia credunt, do-
nati ſunt vt filij nominentur Altiſsimi,ſed quia voluntatem exequuntur cœleſtis patris,non im Fideles quo pacto laudẽt Christum frequenter.
1.Ioan.2. merito fratres appellati ſunt CHRISTI; & electi præſertim, inter quos,non ſecus eſt ac Primo
Mat.12. genitus inter fratres:haud obſcurum, quàm crebro illius reſonent laudes,non modo quia quæ-
Rom.8. cunq; faciunt in verbo & in opere,omnia in eius faciunt laudem,omnia in illius gloriam,vt mo
1.Co.10. net Apoſtolus: ſed & quia,non raro mente conſcendunt,vbi aſsiduè reſonant concentus ange-
Eſa.6. lici,cum quibus & gestiunt,non minus quàm ille Vates, CHRISTVM ſuper excelſum reſidentẽ
thronum, laudare,illumq; ex intimis benedicere, quando vidit illius maieſtatem, & Seraphi-
nos certatim audiuit perſonare. Sanctus,Sanctus, Sanctus,Dominus Deus Zebaoth.Et illud in
Cap.7. Apocalypſi. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, Deo & Agno, in ſæcu-
la ſæculorum. Amen.

Catulus Leonis(Leo Hebræis)Iuda.Leo, vt tradunt,comprobatumq; periculo eſt,generoſiſ-
ſimum eſt animalium,& inſigni in ſupplices clementia pollens,parcensq; proſtratis:Adde,& ꝙ
omnium eſt robuſtiſsimum,ad cuius rugitum maximè timent: propter quod & eorum decerni-
D tur rex;vt qui facilè præualet nec iniuria illa ſibi ſubijcit. Ergo non abſurdè vmbram præfeſert
Heb.1. CHRISTI: qui tam eximiæ eſt generoſitatis,vt nihil inueniatur illuſtrius,nihil in magnanimita
te præſtantius(Siquidem ſplendor eſt paternæ gloriæ) nec modo noſtris non laceſsitur culpis,
ſed facilè obliuioni tradit;dummodo humiliemur ac corde procumbamus: quin & tantæ eſt in-
genuitatis,tanteq; in nos profuſionis; vt nihil ducat acceptius, quàm nos ſuis reficere beneficen
Luc.1. tijs.Et quis non probat illum validiſsimum, qui robur eſt Dei & brachium,per quod ſuam vim
Heb.1. prodit Altiſsimus quin omnia ſuſtinet agitq;,verbo ſuę inacceſſæ virtutis. Eſtq; nedum regia
2.Thi.6. dignus appellatione;ſed tum natura,tum patris libera donatione,rex decernitur regum, & do-
Apoc.19. minus dominantium;cui cuncta velint nolint,debent eſſe ſubiecta,nec eſt quicquam, quod il-
lius valeat reſiſtere voluntati,& non tremat concidatq; ad illius rugitum. Vnde & cum fremet
poſtremo iudicio;haud mirum ſi deſiderabunt reprobi ſuper ſe cadere mõtes,opeririq; collibus
&immenſis

& immenſis aggeribus, vt non ſemel ſcriptura docet. Verum etſi leo, CHRISTVS: quia tamē E Luc.12. Apoc.16.
Chriſtus Leunculus, ſeu Leonis catulus.
erat blandus, mitis & manſuetus, non diſceptabat, non clamabat (vt ſcriptum eſt in plateis, non Eſa.42.
fumigans extinguebat linum, nec quaſſatum confringebat calamum; haud immerito, erat Mat.12.
vt catulus, erat vt leunculus: non erat ferox, non rapax, nō ſanguinem ſitiens: Et licet inueheret
in phariſęos, in obſtinatos, in perditos; placidus tamen erat infirmis, fauebat confractis, pauperi-
bus & abiectis. Ergo leo, ergo & leonis catulus: præter id, quod & catulus fuit vita mortali, & leo in Luc.4.
reſurrectione à mortuis.

Manus eius in inimicorū ceruices. Profligaturus prædicitur hoſtes, & inſignes, de illis reporta
turus triūphos: nā verſi in fugā, neceſſe erat vt illi verterent terga, ergo & vt peterentur, percuterē
turq́; in ceruicibus, Ad prædam aſcendiſti: à præda legunt Hebræi. Si caſum retines accuſandi:
aſcenſus exprimitur crucis. Admonens illum inſtitutum, nō modo ad exaltationem CHRISTI,
ſed & ad depredationem inferni; non modo, vt mundi Princeps contereretur capite, ſed & denu
daretur male partis ſpolijs. Quare non caſu, vaticinatus eſt: Si exaltatus fuero, omnia traham ad Ioan.12.
me, mundiq́; Principem eijciam foras. Si caſum probas auferendi, aſcenſus prophetatur ab infe
ris, reſurrectioue à mortuis: Explicans, quòd non modo extitit, cū victoria, ſed & cum vberrima
Chriſti præda cū ſurrexit à mortuis.
præda: vt qui ſpoliatis ſurrexit principatibus & poteſtatibus, illos confidenter traducendo ſecū, F
ac mirificè triumphando in ſemetipſo, vt Apoſtolus dixit. Quare, & cœlos opportunè petens ca Col.2.
ptiuam duxit captiuitatem: ſicut & ſcriptura prædocuit. Eph.4.

Requieſcēs accubuiſti vt leo, & quaſi leęna. CHRISTI ſomnus requieſq́;, triduana mors fuit; Pſal.3.
de qua & dicit: Ego dormiui & reſurrexi. Et quanquam corpus in ſepulchro clauderetur exani-
me; non ſecus tamen, ac Leo, leęnaq́; exterrebat hoſtes. Propter quod, & omni cura fecerunt ſer
uari ſepulchrum; munieruntq́, lapidem, & adhibuere cuſtodes. Quòd ſi litera placet Hebræa: Matt.27.
quæ legit, Genuflexit, accubuit, vt Leo vtq́; catulus; in promptu eſt ſacramentum. Et ſi delectat
tropus; vt genuflectere ſit orare; & accumbere per mortē ſit requieſcere; exploratum eſt, vtrunq́;
adimpletum in cruce: cum in illa nedum orauerit, ſed, vt docet Paulus, cum lachrymis, & clamo Heb.5.
re: & requieuerit emiſſo Spiritu, eoq́; Patri repoſito, commendatoq́;. Vbi niſi fuiſſet vt catulus, Luc.23.
preces non fudiſſet pro inimicis: & niſi apparuiſſe vt Leo, non perterruiſſet quieſcendo aſtan-
tes tenebris ac terremotibus. Si vero rem recipis ſine tropo: liquet, quod genuflexit, ſuamque
procubit in faciem, in horto prope mortem. Vbi & infirmum oſtendit ſe catulum, orans ne ſubi
ret calicem; & fortiſſimum conſtantiſſimumque Leonem, non mea, ſubdens, ſed tua impleatur G
voluntas Præter id, quòd fuit catulus, cum ſe permiſit comprehendi: & Leo, cum verbo mili-
tes accedentes proſtrauit.

Quis ſuſcitabit illum? Cum CHRISTVS, reſurrectio ſit & vita, palam, quod vt reſurgat, alte- Ioan.5.
rius non indiget poteſtate: ſed ſicut nemo ab illo eripuit animam, ſed ſponte ipſe depoſuit; ita & &.10.
ſponte, cum libuit, illam reſumpſit. Et licet ſcriptum ſit, quòd pater illum ſuſcitauit tertia die: &
Chriſtus, & à ſe & a patre ſuſcitatus à morte.
Paulus, Qui CHRISTVM ſuſcitauit à mortuis, ſuſcitabit & nos: quia tamen, ſicut amborum, vna Acto.3.
eſt mens, vnaq́; voluntas; ita & vna eſt virtus, vna & exterior operatio, vt & iure teſtetur optimo, Rom.4.
ſicut pater operatur, & ego operor vnà cum eo; nam ipſe in me manens per me facit opera. Ergo
ſicut ipſe ſuſcitat, & filius quos vult viuificat. Ergo hęc non ſunt aduerſa ſed cònſona: ergo ſicut Ioan.5.
patrem morti expoſuiſſe filium, & filium eidē expoſuiſſe ſeſe, non diſſentiunt, ita & filium ſuſci-
tatum eſſe à Patre, & eundem ad ſe animam reuocaſſe, abſq́; controuerſia ſunt.

Non auferetur ſceptrum de Iuda; & dux de femore eius (Hebræis: præceptor, conſiliariusùe,
de medio pedum) donec veniat, qui mittendus eſt (Hebræis: vſq, quo veniet Silò) & ipſe erit, ex
pectatio gentium (Hebræis: & illi congregatio, vel auſcultatio populorum.) Perſpicuum eſt va-
ticinium; tum de aduentu CHRISTI; tum de conuerſione Gentium. Et ſceptrum regia eſt au- H
ctoritas, quæ in Dauide eſt nata, & in Ioachino extincta. Ducatus, etſi inferior dignitas modera
tionem tamen illius implicabat populi; qui & in Zorobabele ſumpſit initiū, & ad Machabęos
vſq́;, manſit imperturbatus. Nam eò vſq; (præter id, quod ſuccedebant ex ordine & ex vna eademq́;
familia) nempe ex progenie Dauid, & per hoc ex fæmore Iudà: ſeu quod idem eſt, ex his, qui in
medio illius verſebantur pedum, hoc eſt (nam eſt tropus) qui inter illius palàm indubièq; com-
putabantur deſcendentes, eiusq; proſapiam ſuſtētantes, vnaq; cum tempore deportantes (& tro
po fauet, quod & generationis organum, inter illas locatur corporis partes, quarum extrema ſunt
pedes: vt non ineptè, quin & modeſtiæ cauſa, & ſicut ab honeſtiori parte, ea ſub voce res inſinua
ta ſit) ducatus, vel præcipientis, functi ſunt munere: req; vera illum moderati ſunt populū. Inde
tamen ad CHRISTVM vſq;, etſi perturbatio, cōtinuā non excluſit ex Dauide Iudaq; ſuccedētiū
ſeriem,

A ſeriem,cum ex eadem ſemper ſubrogarentur proſapia; moderationem tñ populi ſimpliciter nõ
permiſit. Quare conſilio potius præerant,q̃ facto: quin & vix ducis admittebatur nomen; immo
Luc. 3. & aliqñ extitit capitale, vt palam eſt ex hiſtorijs. Horũ ducum conſultorumùe nomina, peti poſ-
ſunt, tum ex Luca, tum ex Philone, vel ſaltem ex ſecundo ſeptimoq; Ioannis Lucidi; vbi ſingula
accuratiſsimè ſunt & poſita & explicata.

Ergo vaticininm comprobatum eſt Patriarchæ: qui & ſcitè, verba non reſtrinxit ad ſceptrum,
ducem, vel præceptorem; ſed & cõſiliarium complexus eſt. Et quia ſermo non eſt disiunctus ſed
copulatus, haud dubium ꝙ ritè non abſoluitur, niſi omni ex parte compleatur. Nec CHRISTO
aduenięte, horum quippiam eſt intermiſſum; ſed ſingulum in melius cõmutatum. Propter quod
& à Vatibus, non modo Conſiliarij dignatus eſt munere, vt Eſaiæ. 9. non modo Præceptoris du-
ciſq; dignitate, vt eiuſmet 55 ſed Principis Regiſq;, vt Ezechielis 44. & Hieremię 23 quin & Rex
vt dictum eſt, Regum & Dominus Dominantium, Apocalypſis decimo nono. Et quanquã non
conſentiunt, in voce (mittendus) dum Hebræorum aliqui interpretantur, infantem: Septuagin-
ta, cui regnum repoſitum: Targum tamẽ interpretatur Meſsiam: quod eſt idem ꝙ CHRISTVS,
rexq;: quanquam & ea diſſonantia non multum videatur referre, cum CHRISTVS, nedum in-
Eſa. 9. B fans factus ſit rex (nam paruulus natus eſt nobis, & principatus conſtitutus ſuper humerum eius)
Mat. 2. & mox natus rex ſit dictus, ac vt rex à Magis adoratus (vbi eſt qui natus eſt, rex Iudæorũ? vidimus
eius ſtellam, ipſumq; vènimus adorare:) qui rem tamen accuratè requirũt: Silò, quæ eo ponitur
loci, in qua omne pondus, vocem diligenter excutiunt.

Et excluſo, ꝙ loci nomen, in quo aliquando tabernaculum moratum eſt Moſis, non eſt in præ
ſenti; aduertunt ꝙ ſi in duas reſolueretur partes, Si, denotaret munus, & Lo, cui ſit munus, ideq; Silò, quid ſignificet.
Cap 9. foret ac munus ei; & indubiè quadraret intẽto, cũ Meſsias, nobis non modo ſit natus, ſed datus,
Ioan. 3. vt Eſaiàs dicit. Et CHRISTVS. Sic Deus dilexit mundum vt vnigenitum daret: & Samaritanę.
& 4. Si ſcires donum Dei. Verum ne res videatur ſuperſtitioſa & quaſi coacta, vocis vnitate reten-
ta, ſubijciunt, ꝙ denotat illam pertenuem pellem, vel cartilaginem, qua infans in vtero tegitur
matris, exitq; & illa aliquando veſtitus; voluntq; vel eo genere tropi, quo pro contento ponitur
continens, infanrem denotatum, vt prodit ex muliere: propter hoc & illud protendi ſacramen
tum, quòd in mundum non venit vt Prothoplaſtes adulrus; nec opera formatus virili vt Iere-
Eſa. 7. mias, qui ab vtero eſt vocatus, in eoq; ſanctificatus, ſed mulieris tantum, de qua & ſcriptum eſt
C Ecce virgo, concipiet & pariet filium: cui nomen Emanuel. Nec deſunt, qui vocem illam
1. Cap. 3. interpretantur, diſſoluens, ſiue diſcalcians, paxq;: & liquet quòd maximè quadrat: Quando-
quidem & CHRISTVS venit, vt ſoluat opera Sathanæ: ſicut & Dilectus dixit. Venit & vt pedes,
affectus inquam carnis, carnalibus mundiq; exuat concupiſcentiis; vt liberius in viam dirigan-
Eph. 1. tur pacis, qui & pax eſt noſtra, & pacificatis jis quę in cœlo, & jis quæ ſuper terram ùtraquè fecit
Col. 2. vnum vt Apoſtolus dicit.

Ioan. 15. Ligans: ad vitem pullum ſuum, & ad bonum vitis (ita quidem Hebræi) filium aſinæ ſuæ: Vitis
eſt CHRISTVS (ego ſum vitis) Pullus eſt gentium populus; vt qui erat indomitus, & legis iugo
Gal. 4. oneriuè, inſuetus: Ad certam non dearticulatur ſpeciem: quia in CHRISTO non eſt barbarus Qui pullus, & qui filius aſinę.
Eccle. 4. nec ſcytha: non circuncifio nec præputium, ſed noua creatura. Vinculum, funis eſt triplex, de
Cap. 11. quo Sapiẽs, ꝙ difficilè rumpitur. ergo eſt catena fidei, ſpei, & charitatis, vel ſi mauis funiculi ſunt
dilectionis, de quibus in Oſea (in vinculis charitatis attraxi te) Viti alligatur pullus, quia CHRI-
Rom. 11. STVS, ſibi fide ſpe & dilectione nectit gentilitium populum; quin & inſerit & compaginat, vt
palmites inſeruntur compaginanturq, viti, & ſylueſtres plantulæ, arbori pingui. Bonum vitis,
Ioan. 1. inſignis eſt CHRISTI gratia veritaſq;; nam illius præclariores ſunt fructus, cum per ipſum ſint
D facta, mundoq; vbertim expoſita, vt Præcurſor atteſtatus eſt. His potiſsimum ſunt locupletati
Apoſtoli: qui vt filij decernuntur aſinæ, eo ꝙ è domo profecti ſunt Synagogę, quæ oneribus oc-
callebat Moſaicis. His inquã ſunt locupletati; quia non modo illis pro ſe ſunt refecti, ſed & pro
nobis; idq; non immerito, quoniam cum eſſent propinquiſsimi capiti, Eccleſiamq; eſſent funda
Ioan. 7. turi cum eo; non modo gratia ac veritate iuſtum erat obrui, ſed & vt flumina ex ingenti oceano
exundare, paſsimq; diffluere. Quanquam & de illis poſsit non minus intelligi Iſraelitis, qui in
mundi calce (ad CHRISTVM attrahendi ſunt, in quibus ingentes CHRISTI cumulabũtur gra
Cap. 11. tiæ, & Spiritus ſancti dona, vt Paulus ſcripſi ad Romanos. Si inquit Iudæorũ deperditio ſalus ex-
titit mundi; quid eorum ſalus niſi vita ex mortuis? Tanta quidem donorum illis conferetur vber
tas, vt nonnulla cenſeri valeat portio reſurrectionis poſtremæ: in qua, tum Deus, tum CHRI-
1. Cor. 15. STVS, omnia erunt in electis.

Stola & palliũ Chriſti.

Lauabit in vino ſtolam ſuam:& in vuæ ſanguine pallium ſuum. Stola CHRISTI, illius natu- E
rale eſt corpus, quo non tam aĩa, quàm eius eſt tecta diuinitas. At pallium eius eſt corpus myſti-
cum, quod Eccleſia eſt ſacroſancta: ſub qua innumera nedum reconduntur illius ſacramenta, ſed
& infinitæ incomprehẽſæq;, tum munerum, tum meritorum cornucopiæ. Vtrunq; lauit in mor-
te: Stolam quidem, quia ſanguis ex quauis decurrẽs parte, totum diluit corpus: Pallium aũt, quia
nos ſuo cruore ab oĩbus emundauit culpis; vt Dilectus haud ſemel aſſerit. Nec caſu, CHRISTI Apoc. 1. & 7.
cruor modo vinum, modo nuncupatus eſt vuæ liquor, vel ſanguis; ſed illud admonet, cum nedũ
ſub vini ſpecie propinandum electis, vt illo tum refocillẽtur, tum inebriẽtur, ſed & CHRISTVM
ſuo in ſanguine, ea oblectatione verſatũ, obuolutumq;: ac ſi, vt ſolẽt, vino lotus fuiſſet precioſo, Luc. 12.
perſuauiq;. Vnde & aliqñ dixit. Baptiſmo habeo Bapizari & coarctor, donec perficiam illum. Can. 1.
Iſtud autem ad memoriam botri reuocat ſacramẽtum: de quo & Sponſa, Botrus Cypri Dilectus,
in vineis Engaddi: ardens illud exprimere nectar, illam perſuauem ambroſiam, quibus ad illum
reficiuntur accedentes, comprimentesq; plena fide ac dilectione; qui ab eo prouocati (venite & Can. 5.
inebriamini chariſsimi) intra cellas admittũtur vinarias, vt videant manibusq; petractent, q̃ ſua
uis eſt dominus: quin & tanta inebrientur charitate, vt dulciſsimæ illis ſint, quaſuoluẽris cruces: F
Et quem nobis, celeſti de Chanaam, duo qui in ea fuerunt exploratores, Moſes inquam, & Pau
lus, detulerunt in vecte: Siquidem ex ambobus, altero vt præeunte, reliquo vt ſequente, ſatis &
agnoſcere, & deguſtare CHRISTVM poſſumus crucifixum, quin & illorum, tum exemplo, tum
eruditione permoti, ad cœleſtem nedum valemus inardeſcere patriam; ſed & omni anniti viri-
li, vt tandem his reſoluti vinculis, ad illam ſedeamus menſam, in CHRISTI regno cum eo: non Luc. 22.
modo vt illius reficiamur poculo ſalutari, ſed & inebriemur, perenni ſuæ voluptatis torrente; vt
nullius amplius patiamur ſitim.

Pulchriores oculi eius vino; & dentes eius cãdidiores lacte. CHRISTVM noſtrarum eſſe, tum
epiſcopum, tum paſtorem animarum, eſt ſententia Petri: ergo & iure illi inſunt prouidẽtiæ ocu 1. Cap. 2.
li, quibus vt epiſcopus ſuperintendat nobis; & dentes ſolicitudinis, ad aſsiduè conterendum Euã
gelicum panem, ne deſit eſurientibus, panemq; efflagitantibus paruulis, qui frangat exhibeatq; Tren. 4. Rom. 12.
(ſiquidem qui præeſt, ſit in ſolicitudine, vt monet Apoſtolus; & qui paſtor eſt, paſcat opportu-
nè, vti dominus docet) Illi ſunt rubri, quia charitate feruidi: ſunt vt vinum rubri, quia ad in- Mat. 24.
ebriandum diuina nos dilectione, ſemper intenti: ſunt & præſtantioris vino roboris, quia Dei di
lectio non inebriat modo homines, ſed facit extaticos, quin & contemptores ſui. Iſti ſunt can- G
didi, quia doctrinam exhibent ſine fuco, ſine cupiditate: exhibent ex animo, ex charitatis viſceri
bus, non queſtus non turpis lucri gratia; Et candidi ſicut lac: quia doctrinam exhibent ad nutri- 1. Pet. 5.
mentum (ego dominus te docens vtilia) quia exhibent affectu materno (Filioli quos iterum par- Eſa. 48. Gal. 4.
turio) & demum quia exhibent candidè, exhibent toto pectore; vt & gratis vinum bibant & lac,

Christi oculi rubri, & præſtantiores vino & dẽtes cã didiores lacte

Et quanquam CHRISTVS, ſupremus ſit animarum Epiſcopus, quanquam ſummus ſit omniũ
Paſtor; habet quoq; miniſtros, vt qui Eccleſię Apoſtolos dedit & Euangeliſtas, Paſtores præfecit
& Doctores, vt Apoſtolus dicit. Ergo & in cœlis aſſumptus, tum oculos, tum dentes reliquit no- Eph. 4.
biſcum; vt nihil ad ſalutem deſit electis. Supereſt vt ſint charitate rubri, & vitæ innocentia can-
didi: ſupereſt vt veri Epiſcopi Eccleſiam defendant à lupis, & vt boni Paſtores non modo lac pro
ferant ſinceræ doctrinæ, ſed & vinum exhibeant veræ charitatis; non detrectando etiam cruorẽ
effundere, animamq; exponere, vt ſalue ſint animæ illis creditæ, & non ſecus ac oues, agniq; vni
cè CHRITO dilecti, commiſſæ.

Et vt finis ſit concionibus, in præſenti diſsimulo, quæ dñs ad Moſen, tametſi ea fortè, ſint ſa-
tis quæ ſunt attacta, de rubo, deq; CHRISTO, in eo. Diximus, & ꝙ illius virga, typũ retulit cru-
cis, in quã erat nedũ operaturus ſigna, ſed & liberaturus populũ: quæ & in terram proiecta, non H
caſu verſa fuit in colubrum, quandoquidem CHRISTI crux, licet à mundi ſit ſapientibus repro-
bata, tam eximiam tamen amplectitur ſapientiam, vt illos de extrema reuincat ſtultitia: propter Mat. 10.
quod & magorum omnium virgas vorauit deſtruxitque (Siquidem ſapientia in ſerpente digno- Num. 21.
ſcitur, vt dñs dixit, & ſerpens æneus in heremo exaltatus, CHRISTVM, qui Dei ſapientia eſt, 1. Cor. 1.
indicat crucifixum) Quòd manus in ſinum prima vice coniecta, infecta ſit lepra; & deinde edu-
cta, ſit reddita ſana; haud obſcurè videtur protẽdere, non tuto ſemper, hominis manum, opus,
ingenium, ad diuina transferri ſecreta, minusq; licitum fore, illa ſua pro voluntate tractare: quã- Ioan. 1.
doquidem (præter id, ꝙ munus eſt CHRISTI proprium, qui natura in ſinu reſidet patris) quàm- Prou. 25.
plura in eis ſunt, quæ ſenſus tranſcendunt humanos: & monet Sapiens, qui ſcrutari, diuinam
nititur maieſtatem, haud mirum ſi is hebetetur à gloria. Quanquam & cum id noſtrum exigit

Man⁹ Moſis, nũ leproſa, nũ ſana quid ſignificet.

munus

A munus,nefas non ſit, id cum modeſtia, vt diximus, attētare; quod & forte docet, q rurſum Deo
jubente manus in ſinum reuocata,non eſt læſa,aut aliquid contagionis paſſa. De Dei ineffabi-
li nomine: & quo pacto populi liberatio ex Aegypto, hominum pręſagiret ereptionem ē pec-
catorum tenebris,& aliis eo in negotio reconditis ſacramentis,non eſt modo cur morer;vt quæ
partim ſunt ex præmiſsis illuſtria,& partim illuſtranda remaoent io ſequentibus: Ergo iſta ſunt
ſatis:Modo dicendum de typis.

Euangelici excutiuntur typi:qui in tertia,inſtituti erant ætate.

IN priori, huius ætatis parte, quatuor diſcutiendi ſunt typi;vt qui ad rē præ reliquis
conferunt. Et primus eſt Vineæ & Noemi: Secundus Abrami & Melchiſedecchi:
Tertius circuncisionis,& nominis commutati: Quartus Sodomę & Lotti. Siquidē
puto nemioem nō probare,Noemum vineamq;,tum CHRISTVM, tum electorū
Eccleſiam referre; cum illud couſtet ex pręmiſsis, & iſtud peruium ſit in pluribus
ſcripturæ locis,& certum eſt, q ſicut vinea plantata eſt authore Noemo, ita & Eccleſia plantata
B eſt operatore CHRISTO: qui illam nedum plantauit,ordineq; diſpoſuit,ſed & ſepe circūdedit:
Heb. 1. Can. 3. nēpe angelorū adhibēdo custodiā,vt qui oēs Spiritus ſunt adminiſtratorij, propterq; illos miſsi,
qui hæreditate ſunt potituri ſalutis: vnde & in ſexagiota adūbrati ſunt viris, qui cubiculo aſtant
Salomonis,ſuccincti gladijs & ad bellandum inſtructi, promptiq;. In qua(foſſo torculari, hoc
eſt altius, ne auelli queat, fixa CHRISTI cruce,qua nō ſecus,ac torculari vinum,ſuus,ſuorumq;
Pſal. 59. membrorum exprimitur ſanguis:quādoquidem,ſicut ille vera eſt vitis,& illi eius ſunt palmites,
Eſa. 43. qui à mari protenduntur ad mare,& à flumine vſque ad finem orbis(nam omni ex angulo ab il
lo cōgregantur electi,qui dicit Aquiloni,da,& Auſtro,noli prohibere:affer filios meos de lon-
ginquo, & filias meas ab extremis terræ)ita & ipſe eſt,vt diximus, botrus & nos vti racemi: tor-
cular tamen omnes admittit quia omnes CHRISTI crux comprimit,noo modo vt membra cō
ſonent capiti,ſed vt & in illis vetus crucifigatur homo)ædificauit turrim, ſacram conſtituendo
ſcripturam,quæ non ſolum, quia ab illius eſt ore profecta, ſed & quia Eccleſiæ vti res conſtan-
tiſsima credita, quio & in optima illius parte in corde inquam,Spiritus ſancti digito ſculpta, ſta-
bilitaq;, eo nominē dignata eſt.
Iere. 51. Præter, id, q & hęc Dei complectitur nomen, quod ex Sapientis ſenteotia, turris eſt quàm for
Prou. 18. C tiſsima:& quia, eodem aſſerente, arx tutiſsima eſt io ſeſe: ad cuius capeſſenda exequēdaq; iuſſa,
prou. 9. omnes vrgentur ancillæ,animæ inquam ſanctæ, Deiq; obſequijs mancipatę; quæ nedum vt an-
cillę,ſed vt chariſsimæ ſponſæ,ardent vt par eſt,& vocem ſponſi iugiter auſcultare, & quæ iuſſe-
Can. 4. rit,incunctanter executioni committere. Hanc & Dauidis adumbrauit turris, quæ coostructa
erat cum propugnaculis,pēdebantq; ab illa,tum arma,tum trophęa omoium virorum fortium:
quandoquidem Scriptura, vt ex qua fides gignitur(ſiquidē illa eſt ex auditu qui per verbum hau
Rom. 10. 2. Thi. 3. ritur Dei)non modo vtilis eſt ad erudiendum,ſed & ad corripiendum omnē hominē:non modo
ad protegendum ab hoſtibus,ſed ad profligandum,ſpoliandum,& captiuādum eoi,direptis eo-
rum armis & ſpolijs,deſtructis eorum munitionibus,& aggeribusnon armis carnalibus ſed ſpi-
2. Cor. 6. ritualibus Deoq; potentibus,vt Apoſtolus dicit,& periculo noo ſemel comprobatum eſt in hæ Agricolæ ſacroſanctæ Eccleſiæ.
reticis. Hęc vinea locatur agricolis, quoniam Eccleſia commiſſa eſt prælatis: vt patribus in lege
naturæ,vt ſacerdotibus io lege Moyſis,& Apoſtolis eorumq; loca tenentibus in lege gratiæ: qui
Deo debitos ſoluant fructus, tempore opportuno;nempe trigeſimum in lege naturali, ſexageſi
mum io lege ſcripta,& centeſimū in Euangelica: vt & tali progreſſu diſcrimen percipiatur ſta-
tus:& de pubertate tranſitus ſit ad virilem,& ab hac ad abſolutam,completamq; ætatem;ſicut &
D in præmiſsis attigimus.
At redeundum. Hanc vineam, arſit CHRISTVS eòuſq;: vt non ſolum omnem excesſerit
Php. 3. metam,ſed & omnem(vt docet Paulus)creatę ſcientiæ captum;quin & ſic illius eſt ardore abſor
ptus, vt ſit extaſim iocredibilē paſſus: id quod ebrietas,hoc in loco protēdit. Cum enim extaſis,
ille ſit ardoris effectus, quo amās nō modo ſui obliuiſcitur,ſed periode ac amens, ebriuſq; extra
ſe rapitur;haud dubium eſt,Dei filium, amore tam ardenti ſuæ Eccleſiæ eſſe captum, q ooo ſo-
lum ſui videretur oblitus,dum ex Deo ſe fecit hominem, ex locuplete mendicum,ex vniuerſorū
2. Cor. 6. dn̄o egentem quo reclinaret caput, ex gloria patris opprobrium hominū, & abiectionē plebis:
Luc. 9. ſed amens ebriuſq;, vt qui ſe morti obiecit (nam dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis
Pſal. 21. eique probroſiſsimę;quooiam morti crucis. Id pręſetulit Noe; cum oudus iacuit, ſuaque ve-
Eph. 5. renda detexit. Tres illius filij, tres hominum denotant claſſes: Sem electorum ex Hebræis,

E Iaphet electorum ex Gentibus, & Cham perditorum hinc inde. Hi rident CHRISTI crucem: Illi deoſculantur eam (nam & crucis verbum, iis, qui pereunt eſt ſtultitia: iis vero qui ſaluátur, Dei eſt ſapientia) qui & ſalutem ſuſpicientes in ea, ſtola operiunt gloriæ, clamantes cum Apoſtolo: Nobis nefas ſit gloriari, niſi in cruce. Quare pallio humeris impoſito (vt vnus ſit locus crucis, & gloriæ eius) incedentes retro (vt iudicium Spiritus, è diuerſo pergat, à iudicio carnis: nam gloriam agnoſcit in ignominia, ſicut & vitam experitur in morte) verenda ſui operiunt patris. Etenim ſi Adamus, omnium extitit pater ſecundum carnem: cur & CHRISTVS pater non erit electorum ſecundum Spiritu; præſertim cum in Spiritum factus ſit viuificantem, ſicut & ille in animam factus eſt viuentem?

1.Cor.1.
Gala.6.
1.Co.15.

Chriſtus pater electorũ vt Adamus omnium hominum.

Verum expergefactus, hoc eſt, à mortuis excitatus (ego dormiui, & ſomnum cepi) edoctusq; quidnam egiſſent, tum Cham, hoc eſt, reprobi; non modo ridendo illum in cruce (vah qui deſtruis templum Dei: & deſcende, ſi potes) ſed & contemnendo beneficium, quod eſt operatus in ea, ſiue dum legunt, ſiue dum Euangelium audiunt: tum Sem & Iaphet, hoc eſt, electi vtriuſq;, vt diximus, populi: maledixit illum vnà cum Chanaam quarto filio eius (quippe qui ſicut originem ab illo habet ex nomine, ita & ab illo non diſcedit in facto) in hoc admonens, q etſi parentes ſint mali, non tamem illorum maledictioni, ſinguli ſubiacent filij, ſed vita non recedentes ab eis. F Seruus ſeruorum erit fratribus. Nam licet omnia ſint propter homines; propter electos tamen ſunt etiam reprobi. Nec ſolum ea de ratione, qua tenebræ, cedunt in gloriam lucis; ſed & quia, dum eos vexant, magis illorum dona refulgent: etſi defuiſſent mundo tyranni, multis defuiſſet palma martyrij. E diuerſo, benedixit Sem & Iaphet: Illi quidem, Deo agendo gratias, præuidens, ſi nõ fallor, eorum Hebræorum donum, quibus tandem non foret ſcandalum, ſed tum virtus, tum gloria, CHRISTVS in cruce: qui etſi ſuæ mortis tempore futuri erant perpauci, velutq; reliquiæ, prope tamen mundi finem erunt quàmplures, nempe quot eo reperientur tempore, vt Apoſtolus docet: iſti vero, CHRISTVM præſagiens, eouſque ampliandum in gentibus, immo & eius crucem, tam ingenti amplectẽdam eſſe frequentia: vt & Sem occupaturæ ſint tabernacula. Quin & tam ardenti fide; q illa ingreſſuræ ſint prius, & eorum loco haud breui, ſubrogandæ ſint tempore.

Pſal.3.
Mat.17.
Mar.15.
Heb.1.
Can.3.
Pſal.9.
Eſa.4.
Heb.11. & 10.

G Quod Melchiſedec, typum geſſerit CHRISTI, adeo exploratum eſt ex Apoſtolo; vt ſiquid adderem, indubiè verba proijcerem. Et præter id, q rex interpretatur iuſtitiæ (quod q̃ CHRISTO conſonet, non niſi ſtupidus, vel fidei prorſus ignarus poteſt inficiasire: cum non modo ſit ſummè iuſtus, ſed noſtra & totius mundi iuſtitia) fuit etiam rex Salèm, id eſt pacis; quandoquidẽ nemo eſt qui neſciat, q non ſolum ipſe eſt pax noſtra, ſed & vniuerſi, poſtquam Deus in eo mundum reconciliauit ſibi: Et quis reclamabit Apoſtolo, qui regnũ aſſerit CHRISTI, aliud quidẽ non eſſe, q̃ iuſtitiã, pacemq;: & hæc in Spiritu ſancto? Præter id, q eſt ſine patre in terris, & ſine matre in cœlis: præter id, q eſt ſine genealogia: quia Deus ex ſolo Deo, & homo ex ſola virgine: nec initium nec finem vitæ habens: eò q æternus, & licet heri & hodie, eſt quoq; & vſq; in ſeculum: Quis dubitet, vmbram eius geſtare ſacerdotij; cum ſcriptum prænunciatumq; ſit illũ iuxta ordinem, ritumq; Melchiſedec, ſacerdotẽ eſſe, ſuoq; munere ſungi? At de his, cum de ſacerdotio egimus CHRISTI, dictum eſt ſatis.

Ro.6.& 7.
Zac.3.
Prou.8.
Eph.2.
2.Cor.5.
Rom.14.
Heb.13.
Pſal.109.
2.Cor.6.

Panẽ & vinũ & qñ, & qño Chriſtus obtulerit Deo.

Verum vt rem attinet: etſi conſtanter cõfitendũ eſt, CHRISTVM panem vinumq; obtuliſſe Deo, qñ in cruce ſuam obtulit carnẽ & ſanguinem, eò q illa panis eſt vitæ, & hic calix ſalutis æternæ; etſi indubiè aſſerendum, q in cœna, ſacroſanctum altaris inſtituens ſacramẽtum, ſub ſpeciebus panis ſuum claudens veraciſsimum corpus, panis ſubſtantia, in illud (diuina virtute, miroq; ac ſupernaturali modo, noſtroque incomprehenſo, ſenſu) conuerſa tranſubſtantiataque & ſub ſpeciebus vini, ſuum pariter recondens ſanguinẽ, vini ſubſtantia haud diſsimili virtute modoq; in illum trãſmutata: voluit mandauitq; itidem, ſed à ſacerdotibus, ad idq; muneris ſpecietim electis, initiatiſq;, per omnia fieri, & in auguſtiſsimum, expiatoriumq; pro peccatis ſacrificiũ, in Eccleſia, non modo paſsim cõfici, ſed &, vt docẽt patres, mirificè immolari, vt ampliter proſequimur ſupradicto loco: in præſentia tñ, CHRISTVM in Melchiſedecco cognoſcimus, vt Abramo eiusq; trecẽtis vernaculis, è prælio, parta victoria, onuſtisq; quatuor regum ſpolijs, redeuntibus, eisq; decimas offerentibus, occurrentem: panemq; & vinum in Dei gloriam conſecrantẽ, Abramumq; ſuos excipientem, benedicentem, conuiuiumq; parantem.

Qua de re attẽdendum, Abramum vernaculosq; ſuos, omnes hoc in loco complecti electos, qui cum à CHRISTO, in duos, aliquando diſtribuantur ordines, ouium inquã, agnorumq;; maiorum ſcilicet & minorum: patrum & fide ab illis deſcendentium: haud dubium, in Abramo

Quid Abramus, & quid vernaculi eius.

Ioan.21.

qui

A qui pater eſt credentium,maiores patreſq; noſtros adumbratos; & trecenis vernaculis minores
expreſſos,tripliciq; ex lege coactos: qui & iuxta ea quę de trino deq; cẽtenario attacta ſunt nume
ro,myſterio non ſine ratione quadrant. Cum ergo ad plenum hi erunt potiti victoria(quod in
1.Theſ.4. dubiè in calce erit ſæculi,qñ electi, Pauli reuelatione,occurſuri ſunt CHRISTO; qñquidẽ eo in
tempore,oẽs mundi poteſtates,non ſolum,erunt repreſſæ, ſed prorſus extinctę: immo vt ſcabel
lum, CHRISTI ſub pedibus cõſternatę:quę haud inconcinnè,quatuor, denotatur in regibus,
Vel propter tot præcipuas mũdi monarchias. Aſſyriorum,Perſarum.Gręcorum, Romanorum,
Apoc.17. quæ nunquam electis nõ fecere negocium,immo & bellum,illos nõ tam perſequendo,q̃ in eos
immaniter debacchando: Vel propter quatuor Angelos,vel potius Cacodæmones, quibus per-
miſſum eſt, ex totidem mundi angulis nocere terræ mariq;, cum oĩbus quæ in eis ſunt: vel quia
tali numero,propter quatuor mũdi partes,oẽs complexæ ſunt huius ſæculi poteſtates, furiæ ty-
rannicæq; Sathanæ violentiæ) Cum his inquam debellatis,tum Abramo, tum vernaculis eius è
1.Theſ.4. prœlio reuertentibus,non ſolum hi occurſuri ſunt CHRISTO, ſed CHRISTVS venturus eſt ob-
uiam eis;vt & Apoſtolus docet.Cui etſi decimas dabunt vt ſummo ſupremoq; ſacerdoti,ſatebun Quæ electi tandem offe runt Chriſto.
tur nihilominus,oĩa tum trophęa,tum ſpolia ad illum;vt bonorũ oĩum pelagus oceanumq; per-
B tinere,ſuaſq; palmas coronaſq; in illum reijciendas eſſe,qui vim præſtat, largiturq; triumphos
omnibus militibus ſuis. Vnde & in Apocalypſi, coronæ ſanctorũ ante ſedẽ proijciuntur CHRI-
Cap.4. Luc.11. STI: vt qui alligauit Sathanam, ſtatuam regnorum cõfregit, & quamuis mundi perdomuit po-
Dan.2. teſtatem,ac ſua ſub ditione reduxit.

Et quanquam obuiam veniente CHRISTO, decimiſq; receptis,reliqua relinquerẽtur Abra
mo ſuiſq; vernaculis,pręter animas quas adduxerant:eò quod electi cuius volueris miniſterio ſal
Eſa 8. Heb.2. uati,iure ſunt CHRISTI, non modo quia ſibi à patre donati(en pueri mei mecum, quos dedit
1.Pet.1. mihi dñs)nõ modo quia ſuo cruore redempti(nõ corruptibilibus auro & argento,ſed ſanguine
agni redempti eſtis) ſed & quia ſui corporis membra; ſine quibus foret in abſolutus,& veluti ſe
Eph.1. implenus,ſicut nonnunquam Apoſtolus notat: Abram tamen rem detrectat, vt qui agnoſcit,
totum præmium omnemque mercedem, non in ſpoliis, magnificiſque meritorum conſiſte-
re ſupellectilibus, ſed in Deo vero, & eius vnigenito CHRISTO IESV: abſit, abſit à me, vt
ditandi gratia, militauerim tibi; & non vt obſequerer, tibiq; vnicè, tuique gratia, qui om-
nium dignus ex ſeruitute, inſeruierim, moremquè geſſerim: etſi non diffiteor, non nullos
C ex vernaculis corde commotos, nempe minores, ad tibi parendum, inſeruiendumq, inclina-
tos,propter retributionem.

Pſal.118. Quòd Melchiſedec,offerat panem itidem & vinum: innuit (hũc continuando ſenſum) quòd
electis CHRISTO præſentatis,cœleſtibusq; excipiendis tabernaculis, paratæ ſunt agni nuptiæ;
Cap.19. de quibus,tum ampliter in Apocalypſi, tum & non ſemel in Euangelio. Quibus & diſpoſuit,
Mat.25. dum nobiſcum ageret,ſicut & diſpoſuit ſibi pater, vt ederent biberentque,ſuper menſam ſuam
Luc.12. & 22. in regno ſuo.In qua menſa,niſi foret ille ſuauiſsimus panis,& ille ter fœliciſsimus potus,ambro-
ſia,nectarq; cœleſte:non prouocaret vrgeretq; eos: Venite comedite panem meum,& bibite vi
Prouer.9 num quod miſcui vobis: Nec teſtaretur ſponſa,cuius agũtur nuptię:Comedi fauum cum mel-
Can.5. le meo, & bibi vinum cum lacte meo.Offert inquam, CHRISTVS,tum panem vinumq; Deo: Fructus mortis Chriſti qñ potiſſimum ſit illuſtris.
quoniam tum maximè,fructus apparet ſuæ mortis,cum in omnibus, non tam luceat,quàm vber
rimè abſoluatur electis: quin & in omnibus creaturis,cum omnia ſint tunc temporis innouan-
da,recapitulanda, & in omnes excellentię cumulos promouenda: Offert inquam panem & vi-
num: quia offert ſeſe in honorem Dei,& gloriam ſui. Offert, at non ſub inuolucro accidẽtium,
vt modo facit in altari: ſed palàm, cum omnia facie ad faciem ſint videnda, fruendaq;, vt &
1.Cor.6. D Apoſtolus docet. Ergo Beati qui hunc edent panem, & hunc bibent poculum; ad CHRISTI
menſam in regno ſuo.

De circunciſione pauca: tum quia typus eſt notorius,tum quia per nos ad Romanos excuſtus.
Fatentur omnes: figuram extitiſſe baptiſmi; non ſolum,quia ſicut iſte quædam eſt proteſtatio fi
dei CHRISTI recepti, & ſtipulatio, qua aſcribimur, nedum militiæ ſuæ, ſed & aſtringimur
legi gratiæ: ita & illa quædã fidei erat aſſertio, CHRISTI venturi,aſcriptio familiæ Abrahæ,&
proteſtatio aſtringendi ſe legi ſcriptæ,vt Apoſtolus docet: verum & quia, ſicut in circunciſione,
Gal.3. pellicula amputabatur membri, in quo maximè vis carnalis ardet appetitus,ita & in baptiſmo
non nihil carnalis detrahitur concupiſcentiæ cordis:corporisùe peccati, vt Apoſtolus loquitur:
Colo.2. propter quod,in baptizatis,qui exiſtunt ſub gratia,etſi non prorſus corpus eſt deſtructum pecca
Rom.8. ti, eò tamen pacto attenuatur in eis, vt ſi velint, poſsint non ſeruirę peccato aut illi ſuis in

concupiſcentijs obedire, Adde, ꝙ ſicut illa cultro perficiebatur lapideo, ita & hic CHRISTI per E Heb. 4.
ficitur verbo, quod vim habet ancipitis gladij, & lapidei: cum CHRISTVS ſpiritualis ſit petra, 1. Cor. 10.
Quod Chriſti verbũ conſtituat ſacrũ baptiſmi. prout ſcripſit Apoſtolus. Perficitur inquam verbo CHRISTI, quo dictum eſt. Euntes baptiza Mat. 28.
te omnes, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: nam eo accedente ad elementum fit, vt Au-
guſtinus dixit, ſacramentum. Et Paulus Per lauacrum aquæ, in verbo vitæ. Eph. 5.
Præter id, ꝙ & circuncíſio, in eo conficiebatur membro; quo & peccatum contrahitur origi-
nale, & CHRISTVS, per generationis ſeriẽ, naſciturus erat ex partibus, cũ ex illis eſſet profectu-
ra Virgo, & pater putatiuus Ioſeph ergo & CHRISTVM non modo ſuggerebat eſſe venturum,
ſed & originis peccatum deleturum & maximè octauo, quo circũciſio celebrabatur die: hoc eſt,
in regeneratione poſtrema, in qua & baptiſmus vltimum ſortietur effectum; peccatum nedum
prorſus, amouendo ab anima, vt factum erat in renatis, in vita præſenti; ſed & à carne, omnibus
ſuis cum reliquijs; quoniam nõ ſolum corruptibile, tum induet incorruptionem, & mortale in-
duet immortalitatem: ſed & mors omni cum ſatellitio, abſorbebitur penitus in victoria. Deniq; 1. Cor. 15.
Circunciſio tur credita è Abramo. circunciſio, credita eſt Abramo: non ſolum quia pater credentium, ſed & quia iuſtus, iuſtitia fi-
dei; eo ꝙ fidei efficacia, quæ operatur per dilectionem, ſicut in illo in carne erat facta præciſio;
ita & in corde erat imminuta concupiſcentia, quæ primam, fidei iuſtificationis, complecti- F
tur partem: vt ampliter, ad Epheſios & Romanns excuſſimus. Ergo circũciſionis typo, quot quã
taq; velentur arcana; ex his & illis (ſiquis velit) congerere facilè eſt: Dummodo & impoſitio adij
ciatur nominis; quod & pariter fit in baptiſmo, admonens proculdubio; non modo qui ritè, eo
fuerunt temporis circunciſi, ſed & qui nũc, ritè ſunt baptizati, nomen dare CHRITO, ſed & ab
ab illo cognoſcendos eſſe ex nomine; quin & in libro exarandos vitæ, & eo pacto (ni abire velint
retrorſum,) vt non deleántur ex eò.

Sed iam typum aggrediamur Sodomæ Lottiq;, conſiderantes, ꝙ etſi illa non reijcitur inter-
pretatio, qua forſan illarum combuſtio ciuitatum, ad poſtremam poſſet, mundi referri cõflagra-
tionem: placet tamen rem hunc in modum exponere, & alio ex capite, aliquod CHRISTI my-
ſterium haurire. Ergo Sodoma, Gomorrhaq;, & reliquiæ combuſtæ ciuitates typum gerent in
præſentia Synagogæ, ſicut & Et Eſaiæ. 1. & Hieremię 23. & Lot inde erutus, figuram præſeferet
credentium, qui veluti ſemen, reliquiæq; ſanctorum patrum, Deóq; acceptorum Prophetarum,
illius ab incẽdio erepti ſunt. Et vt res ſit illuſtris, nemini eſſe debet obſcurum; ꝙ ſicut in ſcriptu
ris idololatrię crimen nõnunquam dictum eſt fornicatio, vt Iudicum ſecundo, & octauo, & nõ-
nunquam adulterium, vt Matthei 12. ac 16. & præſertim cum ſermo eſt de Synagoga, vt quæ à G
Deo, erat nedum promiſſa, ſed fide deſponſata, & quodam pacto, CHRISTO, vti ſponſa cõiun
cta: & à Moſe, non ſecus ac à paranympho, amicoq; ſponſi, legis ſtimulis, ad illius amplexus aſſi-
duè concitata: integram illi debuit ſeruare fidem, nulloq; pacto, alium quouis modo cognoſce-
re, aut velut ſcortum adulteraq;, alteri copulari, vel in amplexus extendi: ita & illud nunquam
Crimen Synagogę iure criminis aſſimilaſ Sodomę. ſatis execrandum facinus, quo non ſolum, CHRISTVM renunciauit ſponſum, eiuſq; inſectata
eſt Euangeliũ, ſed & illius calumniata eſt vitam, & tandem operata eſt mortẽ, flagitio, criminiq;
aſſimilatur Sodomæ: tum ob grauitatem (Maior eſt effecta populi mei iniquitas, peccato Sodo- Tren. 4.
morum: remiſſius erit Sodomis, q̃, Euangelium CHRISTVMq; non recipientibus) tum ob im Mat. 10.
pudentiam (Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, & non abſconderunt) & cõmunem Eſa. 3.
ferè, omnium infectionem (Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemẽ: quaſi Sodoma fuiſ Rom 9.
ſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles eſſemus (De his, & Eſaias. Væ genti paccatrici, populo graui Cap. 1.
iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, dereliquerunt dominum, blaſphemauerũt ſanctum
Iſrael, alienati ſunt retrorſum. Omne caput languidum, & omne cor mœrens; à planta pedis,
vſque aduerticem, non eſt in eo ſanitas. Et ſubdit. Audite ergo, Principes Sodomorum, & auri- H
bus percipite, populus Gomorrhę.

Ergo hanc ad Sodomam Gomorrhamq;; quin & ad Penthapolim, hoc eſt, ad Synagogam
perditam, in illis quinque adumbratam ciuitatibus, vel potius latronum ſpeluncis: vt quæ non
ſeruabat legem, ſed cędibus ſcatebat ac rapinis: acta re vera quinque ſenſibus, etſi agi ſe ſimula-
bat quinq; libris Moyſis: Præter id ꝙ & in quinque legitur diſtributa claſſes, qñ opprimere mo- Acto. 7.
lita eſt prothomartyrem (nempe Libertinos, Alexandrinos, Cirenenſes Cilices, Aſianos) Etſi
Deus CHRISTVSq;, frequẽter miſerit nuncios, patres, prophetasq;, etſi ſuam ob prouidentiã,
iuſtum Lot, multos inter eos ducere inſtituerit dies, ſi fortè, eius tum exemplo, tũ correctione
reſipiſcerent: Nihilominus, ſicut illos occiderunt vt in eos dñs obijcit, ita & hunc, iniquis excar- Matt. 14.
nificauerunt operibus, vt Princeps Apoſtolorum tradit. Demum, vt nihil non tentaret, 1. Cap. 2.
crebreſcente

A crebeſcente ſuorum ſcelerum abominatione, eorumq́, tum fœtore, tum clamore, ad cœlum ſe
vſque tollentibus, deſcendit CHRISTVS: isq; duobus cum comitibus, eoq; pacto quo ſe oſtendit
Gen. 18. Matt. 17. Abramo, & tribus ex Apoſtolis in monte Thabor. Alter erat Moſes: eo ꝙ ad ſynagogam, non ve
nit ſine lege. non ſolum, quia Moſes de illo, haud ſemel teſtimonium tulit. ſed mandauit, vt illũ — Chriſtus ad iudæos venit cum Moſe & Elia.
Act. 3. venientem exciperent, ſicut & Petrus atteſtatus eſt. Præter id, ꝙ non venit legem ſoluere: ſed
Matth 19. eam, vel ad apicem vnumq; iota, in omnibus adimplere. Reliquus erat Elias: nec immerito, cũ
Acto. 10. Matth. 17. omnes de illo atteſtentur prophetæ: & Ioannes illum præoſtenderit digito, quo nullus propheta
Luc. 1. maior: qui & in ſpiritu erat Elias, ſicut & dominus docet.
Ioan. 8. His comitibus, ſe oſtendit Abramo: quoniam cum ipſius agnouit viditq́, diem, & gauiſus eſt:
vidit agnouitq; diuina reuelatione, illum non ſolum prænunciandum à lege & prophetis, ſed &
finem ſcopumq; fore, ad quem omnis ordinaretur lex & prophetæ. Idq; dum ad Ilicem conſiſte-
ret Mambrè: hoc eſt, dum illius arboris potiretur vmbra, quin & frueretur fructibus, qui perſua-
Cap. 2. ues ſunt Sponſæ, vt gloriat̃ in canticis. Vbi & Elias pane refectus eſt cineritio, & aqua potatus p-
3. Reg. 19. dulci; angelo nedum admonente ſed miniſtrante. Nempè, ad vmbram crucis: quoniam & ſi Ilex
vbi ſedit Ilex fuit Mambrè, rebellis inquam hominis (ita quidem redditur vox) eò ꝙ primus ho-
B mo, id promeritus eſt ſupplicij: nihilominus poſtquam in cruce extenſus eſt nouiſſimus homo,
lignum redditum eſt obedientiæ: & quia CHRISTVS eam tulit, vt obediret patri, & quia electi,
Philip. 2. propenſo illam amplectuntur corde, vt non abſimiles inueniantur CHRISTO. Ergo hanc iux
Rom. 8. ta ſententiam non eſt obſcurum, ꝙ etſi Abramus tres vidit, etſi omnibus refectionẽ parauit; vnũ
tñ coluit, & veneratus eſt; A quo & Iſaac ſponſionem habuit: nec mirum, cum & illius in parabo
Heb. 12. lam, enim (vt ſcripſit Paulus) acceperit, tenueritq;. Oſtendit ſe, & cum eiſmet, Petro, Ioanni, Ia-
Matt. 17. Galat. 2. cobo: ſed diuina perfuſum luce: quoniam illis vti primis Eccleſiæ columnis, maximè debuit in-
noteſcere; ac coram teſtibus omni exceptione maioribus, ſuam decuit gloriam declarare, ac vni-
Gal. 4. cum Dei filium eſſe ſeſe, patris aſſertione ſtabilire.
Deſcendens ergo Sodomam, ad ſceleſtum, impiumq; veniens Hebræorum populum: etſi nõ
Acto. 10. fuit deſtitutus lege, qm̃ & ſub lege eſt factus, eamq; tulit & abſoluit: non deſtitutus oraculis, qm̃
omnes (vt dictum eſt de illo teſtificabantur vates: quia tamen non venit periculum facere, an trã
Matth. 15. ſgrederentur legem, haud ignarus ꝙ illam non ſeruabant, quin & ſuas ob traditiones, contem-
Roma. 10. nebant: non periculum facere de prophetis, certo ſciens ꝙ non credebant eis (domine quis cre
Matt 24. Luc. 20. C didit auditui noſtro?) quin & inſectabantur ad necem (Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis pro-
phetas: & in parabola vineæ, alij leguntur cæſi, alij lapidati, alij occiſi. Sed venit, vt extremum ſu-
meret experimentum, contrectaretq; ipſo facto: an ad ſummum eorum aſcendiſſet iniquitas, &
per hoc, an tandem reciperent, vel palam floccipenderent ſeſe. Ergo non fuit opus, vt illis cum
comitibus, ſe oſtenderet eis (tametſi nulli, res non pateſceret: poſſentq; omnes, ſine multo nego — Cur Chriſtus venit ad ſynagogam.
cio, illum tum ex operibus, tum ex ſermonibus, & legis & prophetarũ, eſſe dñm animaduertere)
præſertim, cum non venerit ad ſubijciendum homines legi; ſed eximendum eos à lege: non ad
perſuadendum oracula de CHRISTO venturo: ſed explendum abſoluendumq;, quod fuerant
Matth. 11. vaticinati de illo (præter id, ꝙ lex & Prophetæ, vſque ad Ioannem: præter id ꝙ Elias officium ab-
Luc. 16. ſoluerat in Præcurſore, & Prophetarum claritas, Sole non videretur præſente) ſed vt ſe oſtende-
ret in ſeſe, & ob id, vt ſe Deum manifeſtaret & hominem, vel Deum patrem eſſe cũ illo: & ma-
ximè cum venerit, ad poſtremum periculum ſumendum de fide: quæ indubiè complectitur Deũ
Ioan. 17. & CHRISTVM, ſicut ſcriptum eſt: Creditis in Deum, & in me credite. Ergo non eſt obſcurũ;
cur etſi tres vidit Abramus, duos tamen, & vidit, & recepit Lottus. Cum enim & viſio, & rece-
Eccle. 3. ptio, de quibus ſermo, opus ſint fidei: vt quæ videre nos facit, quæ ſine fide videri non poſſunt (nã
D plura per illam, ſupra ſenſus credimus) & in cordis admittere domicilium, quæ vel mũdus, nõ ca-
Ephe. 2. pit (nam & fide CHRISTVS, noſtris moratur in cordibus) haud dubium, ꝙ ea, quæ illum Deũ
manifeſtant, & hominem, ab electis, credentibusq; ex Iſraelitis, nõ caſu, duobus (vt ſic dixerim)
in viris, agnoſci, complectiq;. Præter id, ꝙ & ad Deum & CHRISTVM extenditur: atque his, in
duobus totam fidei ſummam contineri, compertiſſimum eſt.
Apoc. 3. His domum cordis ingreſſis, ibiq; recreatis (nam ſiquis aperuerit CHRISTO, ingreſſus cœnat
cum eo) mox rumor excitatur in ciuitate; eo ꝙ Apoſtolis, alijsq; CHRISTO ſubſcribentibus, Sa-
thanæ ſatellitium, quod perfida euaſerat Synagoga, & tumultuari, & omnia nituntur, commi-
ſcere (teſtis eſt euangelium: teſtis & Apoſtolorum acta) vt nullum non mouendo lapidem; om-
neſq; expendendo vires, vel CHRISTVM (ſi daretur) confundant, eiuſq; Euangelium calcent,
vel ſaltem, electorum ex corde illum detrahant, vel perturbent. Quare Lotti circundata domo,
tam

tam ingẽtes adhibuere conatus, vt viribus ponderatis humanis: haud longè eſſent vt frangeren- E
tur fores (ſiquidem CHRISSTO credentes, nedum eiecerant de Synagoga, ſed & immanibus la-
ceſſebant conuicijs: quin & inſectabantur minis, verberibus, necibus. Præter id, ꝙ & CHRSSTVM
calumniabãtur ebrium, publicanorum amicum, magum, & in Beelzebub fauore Dæmones ex- Matt. 15.
pellere, eijcereq́;. Et quanquam ea propter, non terrerentur electi, immo & coram obſiſterent; &. 12. Leu. 11.
etiam intactis filiabus oblatis, hoc eſt, ſuis ſanctis probisque obiectis operibus: vt qui CHRISTI
poteſtate, eorum curabant infirmos, depellebant Dæmones, regnum impartiebantur cœleſte,
nunquam illos, ad reſipiſcentiam, cum vita, tum doctrina, non prouocantes, vrgentesq́;: quos &
exploratum erat, non eſſe magos, non peccatorum amicos, non pſeudo doctores.

Ergo eorum in operibus, ſuam poterant moderari libidinẽ, inſanosq́; coercere furores: quin
& ex illis deprehendere, ſi CHRISTVS eſſet impius, ſi Deo ingratus, eius aſſeclas, non alio fa-
uore fultos, tam egregia, tamq́; mira operari, non poſſe facinora. Ergo fatendum illis, adeſſe di- Exod. 3.
gitum Dei: fatendum tempus adueniſſe Meſſiæ, Danielis abſolutas hebdomadas, ſceptrum ere- Dan. 9.
ptum è familia Iudæ, cum Herodes regnum moderaretur in Ieruſalem, qui erat alienigena. Ve- Gen. 49. Matt. 2.
rum ijs non permoti, etſi CHRISTVM agnoſcerent hæredem eſſe, Dei tamen iudicio, ſunt cæ- Matt. 21.
Iudæi ſua malitia cæcitate percuſſi.
citate percuſſi, ſua illos obcæcante malitia: propter quod, & in illum voluerunt cõiicere manus, F
illum tentauere confundere, & demum cruci ſuſpendere: eum exiſtimantes eradicare, ac eo pa-
cto, illius hæreditate potiri. Et tamen longè factum eſt ſecus: quoniam mali, ſunt malè perditi,
& non modo Meſſiæ destituti ſunt principatu, ſed & igne ſunt conſumpti de cœlo.

Ergo extracto Lot, hoc eſt, ſegregatis è Synagoga Apoſtolis, alijsq́; fidelibus, (nẽpè qui ne-
dum primitiæ erant, ſed baſes Eccleſiæ) vna cum vxore, ac filiabus: mandatum eſt, vt aſcenderent
montem, ſeq́; ſaluarent, nullam ob rationem reſpicientes retro. Verùm progredientibus illis,
vxor poſt tergum reſpiciens, in ſtatuam vertitur ſalis: ſed reliqui, Segor ingreſſi, fuerunt incolu-
mes: domino pluẽte ſuper Sodomam, aliasq́; ſceleſtas ciuitates, ignem de cœlo. Nam & CHRI-
STI diſcipuli, in Lot adumbrati, non modo, quia interpretatur, vel colligatus, innuens illos
charitate reuinctos, vel inuolutus, præſeferens, ꝙ theſauros cœleſtis gratiæ, in vaſis reuoluebant
fictilibus, hoſtibus operientes eos, paupertate, miſeria, ærumna, afflictione, vt aliquando refert
Apoſtolus: ſed & quia Apoſtoli, fidelesq́;, ad montem ſe conferunt diuinæ bonitatis, non modo 2. Cor. 4.
contemplantes, ſed & ſuſpirantes, ad ea, quæ ſurſum ſunt, abſcondunt tamen ſe, in Segor, quod,
interpretatur, parua, quia ſub manu humiliant ſe prępotentis Dei: vbi non tantum ſunt incolu-
mes, ſed & ab omni proteguntur aduerſitate, quin & ſeruantur non ſecus, ac pupilla oculi: nec G
enim Deus alijs ita fauet, ſicut humilibus corde, ad ſuaq́ne præcepta trementibus, ſicut &
De⁹ maximè humilibus fauet.
oraculum monet.

Vxor comitans, naturalem, ni fallor, affectum exprimit ſuæ gentis: de quo & Apoſtolus. Op- Eſa. 66.
tabam eſſe anathema à CHRISTO, pro fratribus, qui mei ſunt cognati, iuxta carnẽ. Hunc qui- Roma. 9.
dem circunferebant ſecum, quia natura ſubminiſtrabat eum: & eo quidem impetu, vt aliquãdo &. 11
verſi viderentur retro: cum non raro indeſeſſo niterentur ſtudio, illos ad æmulandũ prouocare,
& aliquos ſaltem, ad ſalutem compellere. Hinc ad tempus ſunt permiſſa legalia: hinc Thimo-
theus eſt circuncisus, Paulus attonſus, & præceptum vt abſtinerent à ſuffocatis, & ſanguine. Et Acto. 16. 21. & 15.
quanquam affectus iſte, foret à Deo permiſſus: quanquam nõ nihil fortaſſe imperfectionis, vide-
retur habere: tñ quia lex lata erat à CHRISTO, & vt ad illum perduceret inſtituta: nõ modo cũ
honore potuit tumulari, ſed & vt occaſio ſalutis, in quibuſdam ſine offenſione permitti.

Verũ quod in ſtatuam vertitur ſalis, ſtuporem, ni fallor, oſtendit: quo ſuæ gẽtis affectus, in Apo
ſtolis occupatus eſt: Dum ſecum conferunt, hinc pollicitationes patrum, & beneficia præſtita il-
li populo, inde reprobationem, ac Synagogæ combuſtionem, igne deſcendente de cœlo, eiusq́; H
loco, Eccleſiam ſubrogatam ex gentibus, quæ erant atheæ, ſine promiſſione, & peculiari benefi-
cio: tamen quia boni omnia conſulũt, certiores facti, ꝙ Deus eſt verax, & nos fallere nequit, etſi
patiuntur extaſim, vertunturq́; in ſtuporem, id tamen nõ eſt ſine ſale: immo eſt ſtupor, extaſisq́;
ſalis, quia ſtupor extaſisq́;, ob immenſam ſapientiam Dei. Qui etſi videtur, nonnunquam à pol-
licitatione recedere: id accidit ex tenebris noſtris, qui minus attendimus, quòd non omnes qui
ſunt ex patribus, ſunt ex patribus: ſicut nec omnes, qui ex Abramo ſunt nati, eius reputantur fi-
lij, ſicut & Apoſtolus docet. Ergo haud mirum, ſi eam regionem, vt extabat oraculum, deuo- Rom. 9.
rant alieni, ſi illius deſolatæ ſunt ciuitates, vt in vaſtitate hoſtili: cum populus fuerit duræ ceruI- Eſai. 1.
cis, Deo rebellis, & dignus, vt non ſolum percuteretur cæcitate, & aggrauaretur auribus corde-
que: ſed & vt daretur in reprobum ſenſum, igne plectẽdus de cœlo: hoc eſt, diro Dei iudicio, Mat. 13.

cogendus

Matt. 12. A cogendus tandem in faſciculos,& igni tradendus perpetuo. Quòd duæ filiæ Lot, eum inebrietatem verterint,profundoq́; ſomno occupauerint, vt ſecum coeuntes ſemen ſuſcitaretur patri, ſacramento non vacat: quod & duobus modis interpretor. Altero,vt ambæ filiæ,duas referāt, actionum Apoſtolicarum claſſes:& ꝗ in prouectiori,ea adūbretur,quę pertinet ad doctrinam, & in iuniori, quæ pertinet ad miracula. Et ſicut à ſpiritu proficiſcuntur ſancto, ita & profectæ reuerti habent ad eum, vt vberius hauriant, ac eum, à quo dimanant proximè, cumulatius repleant. Ergo ſicut Apoſtolis Sanctus largitus eſt ſpiritus,vt in illas prorumperent actiones,& ea quidem vbertate,vt cenſerentur ebrij,non modo variis loquentes linguis, ſed & narrantes mirabilia Dei,nec non in ea paſſim prorumpentes prodigia, quæ acta continent Apoſtolica:ita & per illas tandem,in eoſdem vberius habent redundare, quin & tanta copia illos obruere:vt eos,
Act. 26. 2. 5. carnis iudicio,conſtituant,nō tam ebrios,quam inſanos. Vnde & Feſtus, Inſanis Paule; tametſi ſobriè loqueretur. Et Petrus. Non vt putatis,hi ebrij ſunt: cum hora ſit diei tertia. Et ibant gaudentes,à conſpectu concilij: quia digni habiti ſunt,pro CHRISTO, cōtumelias pati. Ergo Lot
Philip. 3. filias vinum propinare patri,egregius eſt, Apoſtolorum actinnes,ſpiritum in illis augere:& non ſecus ac ebrios,inſanosq́;, mundum & quicquid in eo eſt, floccipendere: immo & cum Paulo; *Sācta apoſtolorum inſania ebrietasque.*
B perinde ac ſtercora reputare,& præter hæc,etiam ſomnum inducere: quandoquidem tum propter doctrinam,tum propter miracula conſequentia ferè omnes interfecti ſunt.

Verùm,non propter hoc,filijs ſunt orbati: quin & ex priori,doctrina ſcilicet,ortus eſt Moab:
1. Cor. 1. cum multi ex illa regenerati ſint Gentium,qui ſapientiam,Paulo atteſtante,requirūt diligētq́;: & ex poſteriori,miraculis inquam,natus eſt Amon,quoniam ab ea, nonnulli conuerſi ſunt, ex Hebręis,qui petunt ſigna,& mouentur miraculis. Et vt myſterium ſplendeat: recolendū Lot filias,vinum propinaſſe patri,at non in Segor,ſed in monte,idq́; in ſpelunca: inſtruentes, ꝗ etſi Apoſtoli primitiæq́; Eccleſię in Segor,hoc eſt,in parua ſui (vt dicebatur) exiſtimatione,& humili ſubiectione Dei,qua & ſe & omnia illius reponebant in manibus, vbertate potirētur ſpiritus, ſecundum ꝗ peculiares erant homines,ſibi ſuæq́; attendentes ſaluti,etſi deſtituti non eſſent dono ſapientiæ & fidei (ni fallor) miraculoſæ: tamen vel ut lux dati ſunt mūdo,& ſal terræ,vt facti arie-
Matt. 5. tes gregis domini,& præſules ac fundamenta reipublicæ CHRISTI, longè ampliori,longeque opulentiori donati ſunt ſpiritu: & hac de ratione montem debuère conſcendere,hoc eſt, in perfectionis,gratiæ,euangelicæq́; vitæ apicem eleuari ſuſtolliq́;: vt quod præſtitiſſent opere,frugalius
Act. 1. 2. Cor. 10. euangelizarent verbo,ſicut & ſcriptum eſt: Super montem excelſum aſcende, qui euange-
C lizas Syon. Et prius CHRISTVS orſus eſt facere:& deinde docere. Et Apoſtolus. Sic pugno, nō quaſi aerem verberans,ſed caſtigo corpus: ne fortè prædicando,reprobus efficiar. Et quoniam
Lucę. 10. miſſi ſunt,vt agni inter lupos;& certum eſt, crucem nunquam Euangelio non annexam: haud mirū, ſi in illos furiæ ſunt debacchatæ ſathanicæ: ſi hinc inde ſubortæ perſecutiones, vt non ſo- *Crux euangelij ſemper comes.*
Matt. 10. lum,illis opus foret,de ciuitate aliquando fugere in ciuitatem,ſed & abſcondi, latereq́; in ſpelūcis: quanquàm & ſpelunca hoc in loco,poſſit denotare carcerem,in quo non raro, erant detenti:vel,quod magis placet,anguſtiis vallatos eſſe;quoniam vt refert Apoſtolus, non modo foris
2. Cor. 7. 6. 1. Cor. 15. erant pugnæ,& intus timores:ſed & tentabantur à dextris,affligebantur à ſiniſtris, exponebantur beſtiis,& nullo non petebantur ex latere.

Verùm, ſicut CHRISTVS illuſtrior fuit in cruce, ſplenduitque doctrina ac miraculis rutilantius:ita & aſſeclæ,& præſertim Apoſtoli,in perſecutionibus magis euaſerè conſpicui,vt conſtat ex actis,ac probatis eorum hiſtorijs. Ergn cur illuſtriora facta: vberior non comitabitur ſpiri-
Tren. 4. tus? Quid ſi euaſerunt ebrij: ſi obdormierunt in domino? Ergò,ſi eo in tempore,redditi ſunt,in actis candidiores lacte,& nitidiores,vt ſcribitur, ebore antiquo:cur & fœcundiores non erunt in filiorum procreatione? Et Moabitæ,qui interpretantur ex patre, referunt, vt dicebatur, gen-
D tes: non ſolum ratione prætacta,ſed & quia eo ſunt erepti ex patre,ad cuius voluntatem tene-
2. Thim. 2. bantur captiui. Erant enim ſub ditione Sathanæ,qui pater omnium eſt infidelium, qui antequā ex lauacro renaſcantur regenerationis,in verbo vitæ, ex illo nati ſunt: nempè quia vel ex ſangui-
Epheſ. 5. Ioan. 1. nibus,vel ex voluntate carnis,vel ex voluntate viri,prout Euangelium docet. Ammonitæ vero qui filius,mei,interpretantur, populi,credentes exprimunt,vt dictum eſt,ex circuncisione: quippè qui,ex populo olim Dei,originem ducunt. Illi prius ſunt nati,quia Gentes,Iudæos tempore præuenerunt in fide: etſi Iudæi in calce, Gentes præceſſuri credantur in donis: vt Paulus prę-
Roma. 11. ſefert. Vnde & in preſſuris redactis Apoſtolis,multi crediderunt ex Gentibus:& in perſecutione gentium ab Antichriſto,multi conuertentur ex Iſraelitis:& ſic erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi,vti dominus tradit.

Reliquus

Reliquus interpretandi modus, animaduerſionẽ exigit: ꝗ etſi Apoſtoli, multos innumeroſq; populos, ſubdiderunt CHRISTO: non omnes tamen, vt par fuit, perſtiterunt in fide, ſicut ex eorum conſtat epiſtolis. Quare, etſi omnes, per eos conuerſi, eorum ſunt filij (nam per Euangeliũ, dicit Paulus, ego vos genui; non omnes tamen ſunt maſculi, ſed ſunt, & non paucæ fœminæ: eo quòd multi ſunt imperfecti & quodã pacto mõſtruoſi (fœmina enim, eſt vir, vt inquiunt, leſus) E 1.Cor.4.

Apoſtolorũ filij, quales.

Et quoniam vtroque ex populo fuere conuerſi: haud mirum, ſi & ex vtriſque ſunt & fœminæ generatæ: & maior quidem ex Hebræo, minor vero ex Gentilitio. Ergo etſi gradientes cũ Apoſtolis, ſunt ereptæ de Sodoma, igneq; diuinæ vindictæ: etſi dum cum eis in mõte eruditionis verſarentur Euangelicæ, laterentq; in ſpelunca humilitatis, fuerunt ſaluæ: cum tamen nixæ ſunt ſapere pluſquam oportebat ſapere, & proprio innitẽtes ſenſui, patrem, molitę ſunt, poto vino, ad ebrietatem ſomnumq; deducere (aliàs peſſum ire, reputantes fidem, prolemq; Euangelij) execrãdum admiſere piaculum, remq; per nefariam operatæ ſunt. Siquidem orſi ſunt nõnulli, ſuos ſacris admiſcere ſenſus: putantes, ſi doctrina Apoſtolica, ſcientia reſpergeretur humana, & ſibi celebre aucupari nomen, & conſultò hominum promouere ſalutem: haud attendentes, quòd non ſolum, humanæ non proſunt ſapientiæ verba, ſed & quòd inanis, ſtultaq; eſt apud Deum omnis ſapientia mundi. F 1.Co.2.

Ergo dum ſuæ inuentionis, ſuiq; ſenſus poculo, non modo Euangelium credunt reſpergendum, ſuiſq; inuentis inebriandum, ſed & ſuis profanis, inhoneſtiſq; votis ſupponendum (præter id, ꝗ Euangelium, non tam friguit, quàm elanguit, iacuitq; veluti derelictum) hęreſes ſunt ortæ quàplurimę, maxima cum aĩarum iactura: immo & miſerando, etiam fidei præcipitio. Et maior quidem filia eos refert, qui ex Hebræis pſeudo euaſere Chriſtiani, legalibus reſpergentes euangelium, & vmbris obſcurantes veritatem, de quibus frequenter Apoſtolus: Minor vero, qui philoſophiam, inaniſq; nominis, afferunt plus æquo ſcientias, quæ ingerunt nonnunquam luci tenebras, quin & laqueos tendunt electis, vt ſi poſſent depredarentur eos. Ergo his duabus puellis, duæ hæreticorum, ortæ ſunt turbæ: & in Moabinis hæretici ex Hebræis, & in Ammonitis, ex Gentibus. Illi ſunt orti ex patre: vt qui patrum mordicus traditiones retinent, & ceremonias magnifaciunt: Iſti ex familia Dei, quia ex gentibus, quæ non modo ex non populo, factę ſunt eius populus, ſed ex non dilectis, dilectę: quin & ſanctorum ciues, & conſortes diuinæ naturæ. Nunc typi, qui in altera, ætatis portione. Rom.9. Eph.2.

Duæ hæreticorũ claſſes primis tẽporibus ortæ.

Et vt præſtantiores proſequar: Primus eſt, quem docet Apoſtolus, Abraham inquiens, duos filios habuit, alterum de ancilla, reliquum de libera: ille natus eſt ſecundum carnem, iſte ſecundum promiſſionem. Quæ per allegoriam ſunt dicta. Hæc (ſubdit) duo ſunt teſtamenta: alterum in ſeruitutem generans, & eſt Agar, nempè è monte profectum Synà: qui mons eſt in Arabia, diciturq; ea lingua Agar, & contendit, non loci propinquitate, ſed certa pariq; conditione, cũ terrena Ieruſalem, prout eſt nũc, nempè quæ ſeruit vna cum filijs: nedum ſeruitute legis, ſed & externi dominatus, vt quæ ſceptro amiſſo de familia Iudæ, ſub ditione coniecta erat imperij, Cæſaris Romani. Reliquum in libertatem aſciſcens, & eſt Sara, vt quod à monte oritur Syon, cum inde, in mundum, lex dimanauerit Euangelica: quæ non ſecus ac Sara, libera eſt: ſurſumq; degit, & mater eſt omnium noſtrum. G Gal.4. Eſa.2.

De duobus Abrãmi filiis Liberæ & ancillæ.

Et quanquam hæc ſunt perſpicua: quia tamen ſunt dicta compendio, rem lubet amplius enarrare. Abramus Deum (vt in præcedentibus) refert: & Sara, quæ interpretatur, domina, typum gerit fidei, gratiæuè: aut legis, ſi mauis, euangelicæ. Quæ, cum lex ſit charitatis: haud dubium, quòd fidem, gratiamq; ſupponit. Ex Abramo Saraq; ortus eſt Iſaccus, qui & dicitur riſus: quia ex iis, ille profectus eſt populus, qui gaudium, non modo affert Angelis, ſed & Deo vero: quin & toti mundo, cum eius in gratiam ſit nedum renouandus, ſed promouendus, & in CHRISTO recapitulandus. Hic ex talibus eſt profectus parentibus: at non virtute carnis, non naturæ progreſſu: non fortuna, non caſu: ſed Dei voluntate, ſed ex illius reuelatione, immo & promiſſione: eaque non ſemel credita patribus, & Abramo præſertim. Nam & Euangelici, de quibus eſt ſermo: non veniunt ex ſanguinibus, non ex voluntate carnis: quin nec ex voluntate viri: ſed ex Deo per fidẽ in CHRISTVM; vt Euangeliſta tradit. Ergo, haud mirum, ſi illius dicũtur chariſſimi filij: quin & membra, vt ſæpe dictum eſt, vnigeniti proprii. Sunt ergo ex Deo, ſunt & ex Sara: quia non ſolum gratia ſunt refecti, ſed & lege gratię educati: vt viuant liberorum more: viuãt, degantq;, non timore acti, Deo militando vt ſerui: ſed ardore impulſi, illi obſequendo vt liberi. Eph.1. H Apoc.21. Gen.18.21. Cap.1.

Poteſt & Sara; typum vtriuſq; præſeferre Eccleſiæ. Et Militantis quidem: quoniam & electi illius nuncupati ſunt filij, & præſertim cum egent catechiſmo, vel augumẽto: vt qui adhuc alios

nequeunt

A nequeunt inſtituere: vt faciunt qui ſunt in CHRISTO prouecti, & ad alios tum progignendum,
tum educandum præpoſiti. Quare & grex domini, in duas (vt tactũ eſt) ſecernitur claſſes: in oues
Ioan. 10. quæ generant, nutriuntq́; tenellos: & agnos, qui & generantur & nutriuntur, donec grandeſcãt
in CHRISTO. Ergo Sara, prouectiorum eſt Eccleſiæ cœtus: per quos, Deus nos ita regignit in
ſpiritum, ut tum ſibi, tum Eccleſiæ in filios aſcribat ſacroſanctæ. Qui cœtus, vel eam ob rationem
valet Ieruſalem dici: quia tam illuſtri locupletatus eſt fide, vt nõ immerito dicatur cernere Deũ:
quin & illius eouſq; rimari arcana, vt in iis, quæ ad fidem, ſalutemq́; pertinent animarum, errare
non poſſit. Vnde & in Conciliis legitimè congregatis (in quibus oues, prouectiores inquam,
paſtoresq́;, tantum conuocantur) tam valida, tamque conſtantia ſtatuuntur decreta: vt nefarium
fit, vel in aliquo hæſitare. Nec modo tantum inſigni eſt affectus notitia, ſed & ſupernæ fœlicitatis,
non vulgari donatus eſt portione: quæ, nedum ardentius quæ ſurſum ſunt quærat, ſed & vitã
cœlicam ducat: actus ſpiritus ſancti chariſmatibus, & mores indutus domeſticorum Dei.

Cõciliorum legitimè congregatorum conſtantia.

Hic cœtus hæc prouectiorum Eccleſia, verè eſt libera, verè non timore operans: vt quæ Sathanæ
non irretitur laqueis, nec ita carnis captiuatur affectibus, vt illis ſeruiat in deſiderijs. Triumphans
vero: cum (licet vtroſque CHRISTI complectatur Eccleſia: vt quæ ex ſenatoribus con-
B ſtat in patria, & ex militibus compoſita eſt in via) ex illa, nedum influxus ſortiamur, ſed mortuis
haud indebitè noſtra nuncupãda eſt mater: vt tum Galathis, tum Hebræis, Paulus videtur aſſe-
Ca. 4. & 12. rere. Verum ſiue hoc, ſiue alio, rem habeas pacto, certum eſt, quod ex oraculo, Apoſtolus ſubdit:
Eſa. 54. nempè, ꝙ ſterilis multo extitit tempore. Nam licet lex gratiæ, ſicut & euangelium CHRISTI,
nunquam ab origine defecerit vniuerſo: vſquequo tamen verbum carnem non ſumpſit, paucos
liberos protulit. Quod & de Eccleſia, vtroque ſub ſtatu, minus verum non eſt: quin & non iniuria,
valuit nuncupari deſerta, ſineq́; viro, quouſq; non deſcendit Sponſus: immo & quouſque il-
Ephe. 5. lam, lauacro non mundauit aquæ in verbo vitæ: quo illam reddidit glorioſam, ſine ruga & macula,
vt Apoſtolus docet.

Agar, quæ aduenam ſonat, & peregrinam: ab Abramo accepta in coniugem, non vt ex illa filios
gigneret, ſed vt coniugi, filiiſq́; ſeruiret: vetus indicat teſtamẽtum, legemq́; Moſaicam, quæ
& è monte eſt profecta Synà, idq́; ſacramento non leui. Nam ſicut mons ille, Agar conſentit in
voce (ita quidem Arabum dicitur lingua) ſic & legi congruit in ſignificatione: cum interpretetur
rubus, & inimicitia. Quis enim neſcit, legem tot onuſtam mandatis, tamq́; innumeris male-
C dictionibus: fuiſſe pungentem, vepribusq́; obductam, ac tribulis? Et cui non conſtat: ꝙ per legẽ
refricato peccato, ac inſolentiori effecto, Dei in nos prouocabatur inimicitia, furorque? Præter
id, ꝙ & diſſidia parturiebat cum gentibus: & ob id, à Paulo, maceria dicta eſt inimicitię, & inter-
Ephe. 2. ſtitium litium, & diuiſionum. Nec modo, vetus denotat teſtamentum, legemq́;, ſed & Synagogam:
quæ à Synà, initium ſumpſit, cum populus eo in tempore, cœperit in rempublicam prouehi:
non minus actam inimicitijs, puncturis, ac concupiſcentiæ ſtimulis. Vtraque peregrina: quia
Gal. 4. vtraq́; eſt ad tempus, vt progrederetur, conceſſa. Siquidem lex eſt data, vſquequo illud deſcẽde-
Math. 11. ret ſemen, cui facta eſt repromiſſio: & lex & prophetæ, vſque ad Ioannem: & ſurgente Eccleſia,
haud dubium, ꝙ antiquata eſt Synagoga. Ex Abramo Agarq́;, naſcitur Iſmael: quia ex illis, Hebræorum
proficiſcitur populus. At non ille qui ex promiſſione, ſed qui ex ſola carnis origine: nõ
qui ad verum ſemen ſpectat Abrami, ſed qui ſuperciliosè, id ſibi vendicat priuilegii. Nam & ſi,
ad illorum Deus cooperari non deſinit, generationem: eos tñ non decernit hæredes. Et quanquam
præſumunt de origine: vt qui Deum, in ſe experti ſunt maximè liberalem, quin & frequẽter,
ſuis annuentẽ votis: vt in egreſſu ex Aegypto, in tranſitu rubri maris, in ſterilitate deſerti,
in terra promiſſionis, & in quampluribus preſſuris, & captiuitatibus: id tamen, ab Iſmaello nõ
Mat. 5. D ſeparat, quin (cum Dei interpretatus ſit exauditio) ad illum ſatis pertinere demonſtrat. Præter
id, ꝙ diuinæ non diſſonat bonitati, ſi Sol, bonis oriatur & malis, & cœlum pluat iuſtis & iniuſtis:
quin & illius conuenit prouidentiæ, vt nulli deſit, quæ poſſunt ſaluti conducere.

Iſrael ex promiſſione, & ex carnis origine.

Hactenus vnus pater, vna genitrix, duoq́; filij, qui duo ſunt, vt diximus, populi: euangelici inquam,
& Moſaici. Illi Abramo orti ſunt ex promiſſione, iſti ex carnis origine: illi vt liberi, in filio
Gal. 4. legitimæ denotati ſunt coniugis, iſti vt ſerui, in filio admiſſæ ancillæ: illos refert Iſaaccus, iſtos
Iſmaellus: inter quos, vt ſubdit Paulus, frequens eſt pugna. Siquidem carnis filij, filios inſectantur
promiſſionis: non ſecus, ac Iſmaellus Iſaaccum: & notum eſt, membra CHRISTI, à membris
Gen. 21. opprimi Antichriſti, & filios regni, à ſatellitibus Sathanæ. Quid ergo? Auſcultandum, quid dicat
ſcriptura. Eiiciatur inquit ancilla: eiiciatur & filius eius. Eiiciatur ancilla: quoniã, & lex eſt
ſuo munere functa, & ſynagoga facta eſt congregatio Sathanæ. Eiiciatur & filius: qm̃ carnalis

Hebræorum

Hæbreorum populus, populo infeſtus eſt euangelico: propter quod & Paulus, non ſemel de illorum querulatur moleſtijs, & in Actis, tum ipſe, tum alij innumeris affecti ſunt probris: immo & afflicti verberibus, petiti lapidibus, & eorum opera diris perempti necibus. E

Et quanquam Abramus cœleſtis, neminem patiatur (vt ex illo eſt) niſi ſua culpa perire, ſed cupiat vniuerſos ſaluari, & per hoc, Iſmaellum à ſe ægretulerit abdicare abiicereq́; (id tamen, iure petente) eũ opportunè expulit domo: illa inquã, vbi etſi, non ſolũ, vaſa ſunt aurea, & argentea, ſed lignea, & teſtacea: nullum tamen ſine fide eſt. expulit & cum eo matrem: quia, vel lex poſita fuit vſque ad correctionis tempus, vel quia reprobata eſt ſynagoga, quouſq; gentium plenitudo intret. expulit inquam, ſed onuſtos tum pane, tum aquæ vtre: quia illis nedum veterem dimiſit ſcripturam, ſed & carnalem legis intelligentiam, vel cabalæ forſan interpretationem: quæ perinde ac aqua, ſine guſtu, ſineq́; ſapore ſunt. Quanquam & in aqua, carnales intelligi poſſint munditiæ, lotiones, baptiſmata: in quibus ille populus ſuperſtitioſiſſimus factus eſt. Quæ & abſumpta eſt tandem: quia demũ, ſua culpa, ſcripturæ ſunt deſtituti notitia: & certũ eſt, quod ſordent, nedũ apud Deũ, immunditia mentis, ſed & apud hoĩes, immũditia carnis, prout experientia docet. Verũ ne penitus deficiant ſiti: illos tandem, ſed nõ propter eos, ſed Abrahã, propter ſemet, ſuamq́; bonitatem, ac multam, vt inquit Paulus dilectionem, exauditurus eſt Deus: & Angelo miſſo, puteum oſtenſurus eſt aquæ: quia illis tandem, cœleſtes eſt daturus præcones, qui CHRISTVM fontem euangelizabunt gratiæ, veræq́; ſapientiæ: qui dat omnibus, nõ modo affluenter, ſed & hilariter: idq́; & gratis, & abſque vlla commutatione: prout ex ſcripturis accipitur.

Gal. 4. / *2.Thi.2.* / *Heb.9.* / *Rom.11.* / F *Eph.2.* / *Eſa.55.*

Typus matrimonij tractatur Iſaacci, & filiorũ eius.

20 Secundus, tum ex matrimonio apparet Iſaacci, tũ ex ortu filiorum eius. Siquidem Abramus ſenectute confectus, coniugemq́; copulaturus vnigenito: famulum (quem domi aluerat, Eliezerumq́;, ni fallor, appellauerat) vocat: & eum manum ſuum ſuper femur habentem, iuramento aſtrictum, vt vxorem quidem venaretur filio; at non de Chananitidis, apud quos verſabatur vt aduena, ſed de Meſopotamiis, ſibiq́; cognatione proximis, apud quos pluribus vixerat annis, & veluti in patria ſua; Meſopotamiam iubet accedere, conſanguineos cõuenire, indeq́; Iſaacco, ea lege ſponſam deducere; vt ad locum, domumq́; transferatur viri, & non è diuerſo, pertrahatur vir, vbi orta eſt mulier, aliàs res ſit infecta. Diſceſſit homo, decem comitatus camelis: & illuc profectus extra Aràm ciuitatem, in qua Abrami degebant affines, puteum propè cõmoratus eſt: apud ſe conſtituto, eam puellam, quæ aquam illò proficiſceretur hauſtura (nam erat veſpera, & plures è ciuitate ſolebant exire) & eo interpellãte, daret ne ſibi potum, annueret, quin & camelis aquã polliceretur extrahere, eſſe quam quæreret: Deũ ea de re precatus, vt ſuis faueret votis, cœptiſq́;. G

Vix compleuerat, & ecce Rebecca virgo nubilis, pulchraq́; nimis, nata Bathuelis, & per hoc cõſobrina Iſaacci, haurire venit: & hydria impleta, ac de potu petita, præſto fuit: nec modo homini, ſed & camelis aquam propinauit.

Cui mox, à famulo largiuntur inaures, & ad ornandum manus bracchiaque, aurei circuli. Et monitus, quod domi locus eſſet ad commorandum, fœnumq́; & paleæ ad camelos paſcendum, illuc ſe contulit. Et demũ, Rebecca in coniugem recepta Iſaacci, pluribuſq́; eius nomine, aureis oblatis vaſis, argenteiſq́;: ſummo mane ſequenti die, lubens illa ad ſponſi locum, domumq́; profecta eſt. Cui cum appropinquaret, occurrit Iſaac, qui in agrum egreſſus fuerat ad loquẽdum, ab auſtro veniens, à puteiq́; loco, cui nomen, viuentis & videntis me: & edocta quod eius erat cõiũx, mox deſcendit, pallio ſe contexit, ac ei ſe copulauit. Vnde domi exceptam eouſq́; dilexit: quod non ſolũ mœrorem, de Saræ obitu, illi minuit, ſed prorſus amouit. Et demum, cum inueniretur ſterilis, dominum oportuit deprecari, vt conciperet: quare duobus fœcundatam puerulis, illiſque ſuo in vtero concertantibus, fœtus cœpit pœnitere: ſed oraculo monita, hilari fronte, rem tulit. Quibus tandem editis, maior natus eſt piloſus ruffuſq́;, eaq́; propter dictus Eſau: minor ortus eſt, lenis & albus, ſed quia plantam, dum egrederetur, tenebat maioris, vocatus eſt Iacob. Ille dilectus à patre: iſte à coniuge. Sed Deo beneuolente maior ſubditus eſt minori, cui & primogenita vendidit: quin & minor à Deo diligitur, ac maior odio habetur: ſicut & numen matri prædixit. H

Gen.25. / *Malach.1.*

Abraham ſenex, ſummus eſt, vt ſæpe diximus, Pater: qui etſi non ſeneſcit in ſeſe, eo quod æternitatem habens, nuſquam eſt à ſeipſo diſſimilis: ſeneſcit tamen in rebus, & præſertim humanis, vt quæ continuas patiuntur viciſſitudines: & tunc maximè, cum propè eſt vt recedat, abeatq́; à nobis. Ergo volens, ad Gentes ab Hebræis tranſire, haud immerito illis dicetur ſeneſcere. Verum quia inſtabat tempus deſponſandi Iſaac, CHRISTVM inquam, in cuius parabolam, vt docet Paulus, natus eſt: locum oportuit dare ſacramento. Quare accerſito ſeruo, qui domi alitus, nõ poterat non eſſe fidelis: ei munus iniunxit. Et quanquam id oneris, reiici poſſet in Moſen, qui

Heb.11.

A fidelis famulus fuit in domo Dei, vt Apoſtolus dicit: lubet tamen, hoc deferre Ioanni, qui & il-
lius præcucurrit aduentum. Nec quidem ea ſolum ratione, quòd illum erat manifeſtaturus mun
do, quin & indubium teſtimonium redditurus, non tam verbo quàm digito; ſed & ea, quòd in fi
Luc.1. lios corda erat conuerſurus patrum, & incredulos ad iuſtorum promoturus prudentiam: aptan-
do domino plebem perfectam.

Hunc conſtat diuerſatum eſſe in deſerto: quod niſi peculiaris Dei decerneretur locus, illuc
Oſee 2. Matt.4. non alliceret ſpōſam, vt liberius alloqueretur eam: nec CHRISTVS incoluiſſet heremum, aut
Luc.6. & 15 pernoctaſſet in montibus: nec demum supernę ciuitatis regio, eo dignaretur nomine, vt legitur
in Euangelio. In quo & alitum fuiſſe à Deo, nemo ibit inficias; qui nouit illum nedum paſtū fuiſ
ſe locuſtis & melle ſylueſtri; ſed & gratia, & fructibus ſpūs ſancti. Conſtat & in Dei domo exti-
tiſſe fidelem, cum non modo in ſolitudine ſoli Deo vacauerit, nihilq́; huius mundi concupierit,
nec veſtibus indutus fuerit mollibus, ſed vix camelorum pilis: verùm & in ea domo, quæ eſt Ec-
cleſia, perſtrenuè geſſerit ſeſe, non ſolum, dño apparando viam, & vt vox Dei, ꝓuocando hoīes;
vt illud complecterentur verbum, quod factum eſt caro pro nobis, quodque & venit ad deſpon-
ſandum nos: ſed & officium præſtando paranymphi: nempè quia amicus erat ſpōſi, & gaudebat,
Ioan.3. B vt dixit, ad vocem eius. Quod Abramus exigit iuſiurandum, oſtendit tropicè, cœleſtem patrē;
Matt.11. Ioannem feciſſe in ſuo munere firmum: ne foret velut arundo, vento agitata, vti dominus loqui-
tur: Et quòd exigit, manu fœmori Patriarchæ appoſita: exprimit Præcurſoris conſtantiam, futu-
ram omni opera omniq́; virili: non ſolum ad obſequendum CHRISTO, cooperandumq́; Deo,
in conducenda eius vnigenito coniuge (nam & Eliezer vocatus eſt nomine: quod Dei interpre tatum eſt auxilium) qui, vt Dei filius, de fœmore, hoc eſt, fœcūditate, profectus eſt ſummi patris, Ioannes in deſponſanda Chriſto eccleſia paranymphus.
Ioan.1. & vt homo, de lumbis eſt ortus Abrami, ſecundum repromiſſionem Dei: ſed & eò ſemper vnice-
que ſpectaturam, vt illius, in omnibus, gloriam quæreret, cuius & indignum profitebatur ſeſe, vt
corrigiam calciamenti ſolueret.

Igitur opportunè mittitur (nam fuit homo miſſus à Deo) non modo (ſicut & tactum eſt) vt te-
Heb 1. ſtis fungeretur officio, de vnigenito Dei, quē & hæredem fecit vniuerſorum, ſed vt & paranym-
phum omni ageret ſtudio, ſponſam adducturus CHRISTO IESV: at non de Chananęis, hoc eſt,
impiis ac perditis Iſraelitis, qui ſicut degenerarūt ab Abramo Iſraeleq́; (illos nec fide referendo
nec moribus) ſed æmulati ſunt Chanaam, qui rideri faciens verenda patris, merito incurrit male-
C dictionem: ita & iure, eorum ſanctis priuati ſunt nomenclationibus, & dehoneſtati Chananęo-
rum vocibus. Præter id, ꝙ negociatio, interpretatus Chanaam, populum non iniuria reſtringit
ad Phariſæos, Pontifices & Sacerdotes: qui vt maximè auari, euaſerunt negociatores publici, tra
ctantes iniqueq́; vēdentes, nedum ꝓfana, ſed & quæ applicabātur Deo, hoſtias, & ſacrificia: adeo
ꝙ, & templum Dei, domus effectum fuerat negociationis & latrocinii, ſicut & in eos dominus
Matt.21. obiicit. Non inquit de Chananęis, ſed Meſopotamijs, hoc eſt, aquis ablutis irrigatiſq́;: nempè
Luc.19. Ioan.2. ſcripturæ, pœnitentiæ, gratiæ, & ſpiritus ſancti, vt quæ altero ex latere, madefit Tygride, qui læ-
tus redditur ſonus, & reliquo Euphrate, qui interpretatur frugifer: qua ex re, ea populi innui-
tur portio, quæ Dei eiuſq́; gratiæ, non erat contemptrix, quales fuerūt electi, patrumq́; reliquię:
non ſolum hylari facie ſonum excipiendo Euangelij, ſed & fructificando vbertim ex illo: profi
tentes ſe CHRISTI ſanguine, nedum lotos ſed & redemptos. Propter quod & Hebræis, ea re-
gio eſt vocata Padan: quod redemptionem ſonat.

Heb.6. Verùm, vt res poſſit eſſe ſuauior, recolendum eſt, vel ex Apoſtolo, vtranq́; Hebræorum claſ-
ſem, typo denotatam terræ, ſed diuerſo modo affectę: nam reprobi perfidiq́;, per terram denotā-
tur ſterilem, obſitam ſpinis & tribulis: quæ non modo eſt maledictioni proxima, ſed & illius con
D ſummatio, haud longè eſt à combuſtione. Electi autem credentesq́; piè, ꝑ terram, quæ ſæpe ſup
ſe venientem imbiens imbrem, herbam germinat, iis quibus colitur, opportunam: & accipit be-
nedictionem, à Deo. Ergo iure, hac ex claſſe, erat adducenda puella: quæ vnigenito, æterni de-
ſponſaretur patris: idq́;, miniſterio Præcurſoris. At quo pacto negocium executioni ſit traditum:
paucis interpoſitis, difficile non erit oſtendere. Compertum eſt CHRISTI ſponſam, Eccleſiā
Epheſ.5. eſſe: cum id tradat Apoſtolus. Compertum, ꝙ etſi, Eccleſia nō ſolum oēs complectatur fideles,
ſed & eo complectatur pacto, vt omnes modo quodam deſponſentur in ea, cum fide deſponſe-
Oſee.2. mur CHRISTO, vti ꝓpheta docet: tñ quia multi fidem ſortiuntur ad tempus (ſiquidem ad tem Ex quibus fidelibus eccleſia cōſtituatur abſolutè.
Luc.8. pus credunt & in tpe tētationis recedūt) vel ſi manent in fide, nō manent in ea, quę ſponſi admit
Gal.5. tit amplexus, qm̄ non in ea, quæ eſt cum charitate, operaturq́; per dilectionē: haud obſcurè cōſe-
quit̄, ꝙ ij CHRISTI ſponſam non conſtituunt abſolutè, ſicut qui ſunt electi prędeſtinatiq́;: nēpè

qui rempublicam eius faciunt, non ad tempus ſed perpetuò, diſtinctam quidem per membra, nõ E
ſecus ac corpus humanum, vt Apoſtolus ſcribit. Propter quod & Eccleſia, tum ſponſa, tum cor- 1.Cor.13.
pus dicitur CHRISTI, quod completur abſoluiturq; continuè, ſicut & corpus hominis, quouſ- Eph.4.
que ad debitum perueniat augmentum: non ſolum ob membrorum integritatem, ſed & abſo-
ſolutam eorum conſummationem.

Ortus deſpõſatio, & nuptię Eccleſię Chriſti.

Compertum eſt quoque, quod etſi Eccleſia CHRISTI, electorum ſcilicet cœtus, à mundi cœ-
pit exordio, non niſi eius in calce, conſummandus eſt; & per hoc, ꝙ tunc plenè abſoluteque,
CHRISTO nectendus eſt matrimonio: ꝓpter quod & Dilectus, eòuſq; differri vult nuptias agni
vt propè finem legitur Apocalypſis: nihilominus, ſicut in CHRISTI aduẽtu, vel in eius, potius Cap.19.
morte, & reſurrectione, Eccleſia cœpit eſſe nubilis: nẽpè ex CHRISTI làtere in cruce refẽcta,
& ſaltem, dum hic degit, animæ ex parte renata: in qua & reddita eſt, ſine macula & ruga, vt &
docet Apoſtolus: ita haud dubium, ꝙ & tum, merito ſunt tantum, & præparatæ & inchoatæ nu- Eph.5.
ptiæ, tum verè animalia occiſa, & ſponſa nedum, ad amplexus ſponſi admiſſa, ſed & partim, iure
matrimonij, grauida facta. Et licet Eccleſia, vt dictum eſt, cœperit in Abelo: vſquequo tamen,
CHRISTVS non venit, noſtraq; ſe accinxit infirmitate: nec illa habilis extitit viro, nec iſte rõnẽ
induit ſponſi. Non fuit habilis viro, quoniam non niſi matura erat CHRISTO tradẽda, ne for- F
tè pati poſſet aborſus (cum omnia tempus habeant, tranſeãtq; ſuis ſpatiis vniuerſa ſub Sole) & ꝑ Ecc.3.
hoc, non niſi in calce ſextæ ætatis, ſicut & Eua in calce ſextæ diei. Nec CHRISTVS rationem ha
buit ſponſi, niſi in vtero receptus virginali; propter quod & inde, vt ſponſus de thalamo, egreſ- pſal 18.
ſus eſt. Siquidem tunc eiuſdem ſortis nobiſcum factus: ritè electis, vt ſponſus valuit copulari. Et
quanquam hæc indubia ſunt: illi tamen pater ſponſam non quæſiuit, niſi cum illum mũdo præ- Luc.3.
ceptorem dedit: nec ei nuptias penitus præparauit, niſi cum illius in morte, omnes ſecum Rom.6.
mactauit electos: vt peccato mortui, in glorioſam, cum eo, reſurgerent ſponſam: ſicut & Eph.5.
Apoſtolus innuit.

Et licet, non ſolum CHRISTO munere præceptoris fungente, ſed & Ioanne clamante, ſuũq;
munus abſoluente, multi conuerterentur ad fidem: licet & in CHRITI morte ac reſurrectione,
plurimi ſint aggregati ex electis: quia tamen grex domini, in duas, vt diximus, diſtinctus eſt par-
tes, & illa quæ eſt ouium (nimirum, quæ apta eſt grauidari, filios pàrere, & enutrire) commodius
rationem retinet ſponſæ, ſicut & quæ agnorum eſt, filiorum ſponſæ & ſponſi: rectè colligẽdum
eſt, non omnes, qui eo in tempore ſubſcripſerunt fidei, ſine cuiuſuis iniuria, ſponſæ nomen
adeptos eſſe. Ergo id honoris, potiſſimum dandum fuit Apoſtolis, præcipuiſque diſcipulorum G
CHRISTI; nec & iis quidem plenè, niſi eius intercedente morte; in qua (ſicut in cœna, quam Matth.22.
moriturus fecit, & in qua, poſtremum Paſcha myſterio immolauit, typicè rem oſtendit) nuptiæ,
taurorum altiliumq; occiſione, paratæ, instructæq; ſunt. Siquidem, omnes in eo hoſtiæ, omniaq;
veteris legis ſacrificia, non modo ſunt mactata, ſed abſoluta, extinctaq;: & non longè poſt, cum
à mortuis eſt excitatus, cœperunt illi matrimonio iungi, quin & grauidari: vt cum ſpiritu ſancto
fuere repleti & donati, vt ſibi quamplurimos filios gignerent. Qua de re, etſi Apoſtoli præci-
puiq; diſcipuli, ante eius mortem, CHRISTO cœperunt deſponſari (aliàs Ioannes, officium nõ Ioan.3.
perfeciſſet paranymphi: nec iure teſtatus eſſet, illum habere ſponſam) quia tamen adhuc erant,
vt agni (nam & illis dixit, cum iuſſit vt ea permearent loca, ciuitateſque, ad quas ire deſtinauerat;
En mitto vos, vt agnos inter lupos) haud mirum, ſi ſponſi appellabantur filij (non poſſunt flere Luc.10. Matt.9.
filij ſponſi, quandiu cum eis, eſt ſponſus) Ergo poſt CHRISTI mortem; ſicut velut oues, trade-
bantur ad iugulum, vt & teſtatur Apoſtolus: ita & poſt eandem, iure euaſerunt ſponſa, & meritò; Rom.8.
illius cœpere thoro potiri. Sed redeo.

Apoſtoli quãdo agni, & quando oues: quãdo filii ſponſi & quãdo ſponſa.

Seruus, domum egreſſus Abrami, Ioãnes eſt, deſertum deſerens: quod non iniuria, domus di- H
citur Dei. Ille ad regionem profectus eſt, quam abluunt aquæ: hic ad regionẽ, quæ madeſcit Ior-
danicis vndis. Ille exiuit ad quærendam ſponſam, decem comitatus camelis: hic quæſiuit eam, nõ
modo pilis opertus camelorum, ſed pluribus publicanis, & gibboſis fociatus peccatoribus. Ille
ſubſtitit propè puteum: iſte propè aquas fontemuè baptiſmi. Ille ſecum contulit, eã deſponſan-
dam eſſe puellam, quæ aqua hauſta, potum nedũ illi daret, ſed & camelis quos duxerat: iſte per-
pendebat animo, qui nam baptiſmalis vndam reſipiſcentiæ, eo haurient corde, vt loti purgatiq;,
dignè ad CHRISTI, admitterentur amplexus: idq; non ſolum ad ſui refrigerium, ſed & ad pec
catorum, inter quos verſabatur, exemplum, commodumque. Et venit hora, qua illò puellæ,
aquam hauſturæ, ſolebant accedere: & ecce Rebecca. Cum enim non ſolum ad Ioannem con-
fluerent, publicani, milites, & peccatores, non ſolum Scribæ & Phariſæi; ſed & oĩs Ieroſolyma,

vt paptiza-

A vt baptizárentur ab eo: venit & Rebecca Bathuelis filia, eo quod venerunt plures, vt cordis hy-
dria, purè, ſinceriterq́;, aquam baptiſmalis haurirent pœnitentiæ, & tali quidem pacto, vt nedũ
illum, ſed & ſuos refocillarent camelos. Quippè qui, veri illius erant euaſuri diſcipuli, & per eũ
CHRISTO, nedum adducendi, ſed & deſpóſandi: inter quos fuit Andreas, Simon Petrus, & plu
res, quin & maxima (ni fallor) Apoſtolorum pars.

Quibus & nomen, quod redditur, Saginata, non diſcrepat: vt qui erant electi, & per hoc (vt
1.Thi.1. docet Apoſtolus) gratia Dei, non tam ſoti, quàm pingues coram Deo effecti, antequã forent tẽ-
pora ſæcularia: tametſi eo in tempore propalata ſit. Præter id: ꝙ & CHRISSTI erant ſaginandi
ſpiritu: & præſertim poſt reſurrectionem eius à mortuis. Conſonat & nomen patris: quoniam li- Eccleſia et ſi chriſti ſpõſa, Dei tñ eſt filia.
cet Eccleſia, ſponſa ſit CHRISTI, eſt tamen filia, ſummi Dei, & præſertim vt eos complectitur
electos, qui vnigenito ſunt magis cognati, magisq́; proximi: Ergo, vt ipſos habet Apoſtolos, qui
vt grandiores lapides, mox viuo lapidi CHRISTO ſunt ſuperpoſiti, & veluti præcipua membra,
potiſſimum annexa ſunt capiti: Sunt & electi nobis, vt metrum Dei (Bathuel enim vtranq; pa-
titur interpretationem: Dei inquam, filiatio, metrumq́;) cum in eis, noſtro pro captu, maximè
illius menſuretur bonitas, liberalitas, munificentia, aliæq́; perfectiones: vt in quibus, mirum in
B modum nitent, exuberantq́;. Ergo Rebecca, merito refocillauit Ioannem, merito, & quos du-
cebat, camelos: vt quæ, aqua baptiſmi pœnitentiæ, quin & copia hauſta diuinæ gratiæ, vt quæ ſin
Luc.3. cero, puroq́; corde (erat quippé puella, erat & virgo) fructus attulit pœnitentiæ dignos: quibus
non ſolum reficiuntur iuſti, ſed & commodo afficiuntur iniqui.

Ergo, nihil ſupereſt, niſi vt producantur inaures: hoc eſt, vt vberius inſtruantur in fide: edocti
vt non modo in eum crederent, qui venturus erat, ſed vt & ipſum, veniſſe iam, contrectarent re
Ioan.1. ipſa, manibusq́;. Hinc, illum oſtendebat digito, clamabatq́;: ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-
Matt.11. cata mundi. Quin & mittebat illos ad eum: vt eius ab ore, caperent veritatem, & nõ ſcandaliza-
Roma.10. rentur in illius abiectione. Siquidem ex auditu proficiſcitur fides: & eo maximè, qui per verbũ
accipitur CHRISTI. Ergo & ſacramento, inaurium conſonat tropus: vt facilè eſt animaduer
tere. Quæ nec caſu, duos appendebant ſiclos, ſed duas, in CHRSSTO, notabant eſſe naturas:
easq; nedum integras, iuſtiq́; ponderis, ſed & tam arctè connexas, commenſuratasque: vt quæli-
bet, non iniuria, vno pondere tur ſiclo. Non quia diuina, in immenſum non tranſcendat huma-
nam: ſed quia ex vinculo perſonali, tanto copulatæ ſunt fœdere, vt vtriuſque idiomata conſonẽt:
C quin & ambobus, communia ſint, ſicut & credere neceſſe eſt. Supereſt, vt producantur armillę
quæ ſiclos ponderant decem: & cum ornent bracchia, opera legis protendunt diuinæ, decem cõ
prehenſa mandatis, etſi in duobus ſummata præceptis, quæ ad dilectionem, Dei ſpectãt, & proxi-
mi. Supereſt, vt Rebecca, in domo patris rem pandat: ſupereſt, vt exeat Labanus frater, & virum
aduocet cum camelis.

Apoc.22. Siquidem, diuino afflati euangelio, fidemq́; nacti cum charitate, nõ ſunt ſegnes, ſcriptum eſt, Diuino afflati ſpiritu, nõ ſunt ſegnes.
1.Thi.5. Qui audit, dicat, Veni. Etſi omninm ardent ſalutem, ſuorum maximè: quoniam ſi eos (vſquequo
ſpiritui non reſiſtunt) non attendunt, forent, Pauli ex ſententia, deteriores ethnicis. Ergo cõſo-
nat, diſcipulos Præcurſoris, adiiſſe pontifices, ſacerdotes, cœtum & ſynagogam: quibus & euan-
gelizarent, quæ audierant didicerantq́;. Quare & ſynagogę principes, & ferè Ieroſolyma omnis,
Ioan.8. haud temere eam acceſſerant in ſententiam; ne forſan ille foret CHRISTVS. Hinc miſerũt ſcri
bas & phariſęos, vt ea ſuper re, quæſtionem facerent. Et qm̃, qui ſunt miſſi, erant viri fucati, hy
pocritæ, & velut dealbata ſepulchra; haud iniuria nomine denotantur Labani, qui dealbatus in-
terpretatus eſt: frater natura, ſed non fide, Rebeccæ. Quòd compelleretur adire domum, mini-
mè ſacramentum turbat: qm̃ etſi Ioannem non legimus fuiſſe vocatum, aut in ſynagogã, ꝓpria
D in perſona adductum: ſine ratione tñ non eſt, voluiſſe Pontifices, & Sacerdotes, illum audire: ac
coram, illius ſe doctrinæ iudices exhibere. Quanquam & ſatis videtur vocatus, quãdo illius prę-
dicatio, ſuo fuerat tribunali diſcuſſa: & ea potiſſimum ex parte qua fauebat CHRISTO, eiq́; prę-
parabat, ac conducebat coniugem: quibus nihil ducebatur execrabilius, nihil dehoneſtandum
magis. Et quoniam palàm, non audebant Ioanni reſiſtere, ob populi ſeditionem: vellent nol-
lent, coacti ſunt Rebeccam dimittere, vt CHRISTO nubat, ſi velit.

Ergo productis à ſeruo vaſis, tum aureis, tum argenteis: hoc eſt, Ioãnis opera, theſauris dona-
ta cœleſtibus Rebecca, eo cum, domum proficiſcitur viri. Cui obuiam facto, procumbit: & velũ,
vt caſtiſſimam decet ſponſam, ſuperponit capiti. Et quid occurſus: niſi CHRISTI fauor, quo in
amplexus ſponſæ contendit? Quid ſponſæ procubitus: niſi eximia, ſponſoq́; tam accepta tamque
grata, ſui humiliatio? Quid velum capitis: niſi, quòd nullum, præter ſponſum reſpiciet: nullum

alium amatorem attendet? Ergo, nõ eſt cur videatur difficile, ſi CHRISTVS, haud aliter quàm E
Iſaac, eam ſuum excipit in cubiculum: ſi & illius ob amorem, magna ex parte, obitum obliuiſci-
tur matris: hoc eſt ſi ex Iſraelitis, aliquot collectos Apoſtolos, eoſque ſibi, vt diximus, in ſponſam
adiunctos (licet forent pauci: nolite timere puſillus grex: licet non ſecus, ac reliquię: ſic enim il- Luce. 11.
los vocat Apoſtolus: ſui tñ ardentes, fideles, illiq́; ſoli, vniceq́; vacantes) diligit tam impenſè, vt Roma. 9.
dolor attenuetur obitus Saræ: non q̧ obierit in ſeſe, ſed in dilecto ſibi populo, eò q̧ in illa, gratia
lexq́; euangelica, vel Eccleſia ſacroſancta, Saræ typo deſcripta: eorum ob peruicaciam duramq́;
ceruicem: clauſit ſuum diem. Et quanquam Rebecca, nonnullo tempore fuerit infœcunda: li-
cet Apoſtoli, vſquequo ſancti ſpũs non ſunt induti virtute, fuerint ſteriles: licet ſicut illã & iſtos,
Deum, vt grauidarentur, oportuerit exorare (nam & CHRISTVS, rogabo inquit patrem, & pa- Ioan. 14.
racletum alium donabit vobis) tamen opportuno tempore, ſicut illa, duos peperit maſculos ſe-
cundum carnem, ita & iſti duos regenerarunt populos ſecundum ſpiritum. Et ſicut illi in vte-
ro matris collidebant ſeſe, vt nonnunquam animus anguſtiaretur Rebeccæ, priusquã conſule-
retur numen: ita & iſti, viſcera Apoſtolici conturbabant cœtus, eosq́; in nonnullam deducebant
amaritudinem, quouſq, exploratum foret, beneplacitum Dei.

Ergo Apoſtolorum filii, Eſau & Iacob: in illo fideles adumbrati ſunt ex Hebræis, in iſto fide- F
les ex gẽtibus: cum vtroq; ex populo, eorum opera regenerati ſint CHRISTO. Eſau, natu erat
maior, & propterea illi populo cõſonat: erat pilis obtectus, quia natura aſper, ac alijs cum natio-
nibus vſu difficilis: erat ruffus, quia rixoſus, pugnax, ſuarumq́; opinionum tenaciſſimus: erat ve-
nator, quia conuiciis inſectabatur gẽtes, quas ſuo ſupercilio, multis onerabat vitiis, nec ſecus ac
immunda ducebat animalia, nec ad aliud quàm ad internitionem accommoda, neciq́; à Deo de
ſtinata. Et quanquam in illo viderentur hæc proficiſci natura, & fortè crederentur amota in re-
Gratia non tollit naturã, ſed tantũ affectus malos, natis per gratiam: quia tamen gratia naturam non tollit, mirum nõ eſt, ſi eorum veſtigium quo-
dam pacto ſeruetur. Vnde & ſi in conuerſis ex illis, hæc erãt ex parte cõpreſſa, & non leuiter at-
tenuata: niſi tamen ſua retenuiſſent ſemina, Apoſtoli in illis non adeo laboraſſent: non dico vt
ea prorſus eruerent, ne fortè ſimul eradicaretur triticum, ſed vt herbas euellerent, & monſtruo-
ſos, noxiosq́; excuterent fructus. Teſtes ſunt, Apoſtolorum concilium actaq́;: teſtes eorum epi- Matth. 13.
ſtolæ & maximè Pauli, & præſertim ad Romanos, & ea quam ſcribit ad Hebræos: quanquam &
eorum labor, non ſatis tandem attulerit lucri, eò q̧ multi, etiam dum viuerent apoſtatarũt: & il-
lis defunctis, palmasq́; ac triumphos adeptis, aut nulli aut perpauci, ſint ad fidem conuerſi. Et
quamuis hæc compertiſſima ſint: quia tamen Iſaac, refectum legitur venatione filij, quin & ob G
id, dilectus erat ab eo: & per hoc, minus conſentaneum eſt ſupradictis, conuerſos ex Iudæis, præ-
tacto venationis genere placuiſſe CHRISTO: vt alia afferatur interpretatio, opus eſt.

Ergo etſi Eſau, modo prædicto, valuit ante gentium conuerſionem, placere Deo, ac reficere
CHRISTVM: quo tẽpore erant idololatræ, immundæ, execrandæ, delendæ: etſi quando lex fuit,
nedum in vſu ſed & in viridi patrum obſeruatione, placeret Deo CHRISTOq́;, venari proſely-
tos, vt ab idòlis ad verum Dei aduocarentur cultum, obſequiumq́;: ſicut tñ poſtquam legis obſer
uantia frixit, & hominum traditiones, Dei irritauere mandata, in grata illis extitit proſelytorũ
acquiſitio (Aliàs non improperaretur eis. Væh qui mare circũdatis, & aridam, vt vnum faciatis Matt. 23.
proſelytum) ita & poſtquam Euangelium paſſim inſonuit, & lex nedum affixa eſt cruci, ſed ablã
ta è medio, illis placere nequit prædicta venatio, immo & merito execrantur eam: propter quod
& clamat Apoſtolus. Vt quid ad infirma egenaq́; conuertimini elementa? Etſi circuncidimi- Gal. 4.
ni, CHRISTVS nihil vobis proderit. Quid ergo? Dici poteſt q̧ Hebræi, per Eſau in præſenti
notati (vt qui mirum in modum, afficiebantur patribus) eos nunquam non ſtudebant reuocare
menti, per deſerta camposq́; venari ſcripturarum, conari affectu, ac deuotione comprehendere: H
& in illis, ac cum illis ſemetipſos reficere. Hinc faſtu quodam ſe præferebant aliis: Nos natura Iu- Gal. 2.
Vnde Iudæis ſupercilium, dæi, & non ex Gentibus peccatores: Nos ex fornicatione nõ ſumus nati, ſed Abrami & aliorum Ioan. 8.
patrum progeniti, ex quibus, & CHRISTVS, ſecundum carnem: Nos Moſis, & prophetarum Rom. 9.
filii, quibus nedum locutus eſt Deus, ſed & credidit arcana ſua. Quia ergo patres, quos omni ve Ioan. 9.
nabantur ſtudio, vt eorum ſe tuerentur meritis, refocillarentur donis & chariſmatibus, fuerunt
chariſſimi CHRISTO: haud dubium, q̧ in iis, non modo, illi potuerunt, gratam rem facere, ſed
& refectionem modo quodam offerre.

Iacob, erat natu minor, & ob id gentium populum repreſentans. Erat lenis, quia conſcius
malè actæ vitæ, non poterat non eſſe mitis, modeſtus, humiliſq;: erat ſimplex, integerue, corde,
verbo, & opere. In tabernaculis habitabat, tum quia ſe confitebatur peregrinum, tum quia

eò tendebat

A eò tendebat animo, quò ſuſpirauit propheta: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum,
Pſal.83. concupiſcit, & deficit anima in atria domini. Diligebatur demum à matre: non ſolum ratione
prædicta, ſed & reuelatione ſibi ſacta: quòd ei tandem inſeruire debebat Eſau, immo & eius lo-
co ſubſtitui, ac primogenitus haberi & nominari, ſicut & probanit euentus. Nam, vt Geneſis
Cap.24. docet, coxerat ſibi lentes Iacob, & ex agro redeunte, laſſoque Eſau, petitus, illi pulmentum
conceſſit: eo tamen pacto, vt iuri cederet primogeniti, ſicut & fecit. Qua in re, gentilem in-
nuitur populum, in primogenitum euaſiſſe CHRISTS, ſicut & Iacob Iſaacci: & quòd licet,
pulmentum lentis, hoc eſt, terrenorum commodum relinquatur Hebræis, vt qui terrenis affe-
cti, in iis, explere animum curant: regnum tamen patris, & præſertim, in ſuperuenturo ſæculo,
iure ſpectat ad Gentes, quæ terrenis poſthabitis, quin & floccipēſis: quærunt quæ ſurſum ſunt,
Colo.3. ſicut & hortatur Apoſtolus.

Tertius: ex matrimonio habetur Iacobi, natiſq; ſibi filijs: Cum enim (vt paucis dicam) non Typus matrimonii Iacobi, & filiorū eius.
ſolum ſenuiſſet Iſaaccus, ſed & præ ſenio, euaſiſſet orbus: Vides inquit, Eſau accerſito, ꝙ ſenue-
rim, diemq; ignorem extremum? Ergo ſumas arma tua, arcum, & pharetram, & egredere. Et ve-
natu, aliquo apprehenſo, fac pulmentum, vt noſti: quo refectus, benedicam tibi. Verum re au-
B dita, monet Rebecca Iacobum: vt quàmprimum, è grege, duos excipiat hœdos: quos illa in cibū,
præparabit ſeni, vt pro ſuo reficiatur voto. Et licet Iacobus, primo rem horruerit, veritus ne de-
prehenſus malediceretur à patre: tamen fideiubente Rebecca, conſilio acquieuit. Et veſte ami-
ctus primogeniti, manuſq; pellibus hœdorum obductus, patri cibum intulit: & maioris tandem
benedictionem extorſit. Quibus, vix peractis, venit Eſau: & refectione parata, patriq; exhibita,
nouit ſe deceptum. Et tandem, & non niſi cum lachrymis: quandam benedictionem obtinuit.
Verum quia ſe dolebat eluſum, fratremq; amaro ferebat animo: matris impulſione (ne fortè illi
intentaretur mors) à patre Meſopotamiam miſſus eſt: vbi & duas, ſibi copulanit vxores, & toti-
dem concubinas. Ex quibus, & filios duodecim nactus eſt: & tādem multis locupletatus diuitiis:
Chanaam, propriosq; lares repetijt.

In Iſaac, vt patuit, & non ſemel, agnoſcendus eſt CHRISTVS: & in eius ſenio, mora in ſynago
ga, populoq; Hebræorum protracta: Quæ & talis extitit pacti, vt in dies, in eis attenuaretur viri-
bus, appropinquaretq; receſſui: quod mors, hoc loci ſignificat. Nam etſi CHRISTVS in ſe nō ſe-
Iac.1. neſcit (nam æternitatem habitans, nullam admittit viciſſitudinem: & CHRSSTVS, heri & hodie
Heb.13. & nunc & in ſæcula: & Dauid: Tu idem ipſe es, & anni tui non deficient) ſeneſcit tamē in nobis:
Pſal.101. C dum noſtris demeritis, eius in nobis attenuantur vis, fauor, donaq;: quod planè eſt parare receſ-
ſum, deſitionemq; in nobis, quæ plus omni morte, exhorrenda ſunt. Orbitas quoque, etſi, vt ſo
1.Ioſ.1. nat, in illo non cadit: vt qui lux eſt, in qua, tenebræ non ſunt vllæ; tranſlatè tamen, noſtriq; ne re-
Epheſ.6. ſpectu, non negatur ab eo. Sicut enim videre, nonnunquam eſt in ſcripturis, attendere (videte,
1.Cor.10. quomodo ambuletis: videte Iſraelem, ſecundum carnem) nonnunquam, compati, misererique
Teren.1. (vide domine afflictionem noſtram: & videns vidi populi afflictionem in Aegypto) nonnun-
Exod.3. quam, approbare, (reſpexit ad Abel, & munera eius: reſpexit humilitatem, ancillæ ſuæ) haud du
Gen.4. bium quòd non videre: erit aliquando diſſimulare, homines ſuis in adinuētionibus derelinque-
Luc.1. re, aliquando non compati, non miſereri, aliquando non approbare, non fauere. Ergo, inuete
ratus in veteri ſynagoga, antiquatoq; teſtamento CHRISTVS, proximuſq; propter hoc, vt abi-
ret, alioq; concederet: haud mirum, ſi eum populum, videre diſſimulet, ſi non tangatur miſeri-
Sap.11. cordia, ſi cōtēnat, quas patiunē aduerſitates. Siquidē, cū oīa in numero cōſtituta ſint, & mēſura,
Eccle.3. tpſq; nō ſemp ſit miſerēdi, vel nō miſerēdi: poſtquā aliquo in populo, cōpletæ ſunt iniquitates,
æquū eſt, vt diuina in illū ꝑcipiaē vindicta. Et licet, hæc ꝓbatiſſima ſint, eo tñ vſq;, CHRISTVS,
D ꝑ patres, illi afficiebaē populo, vt fore plus æquo, in illū videretur lōganimis, iræ patiēs, & tar-
Cap.49. dus furore. Et quid dico? Etiā ꝙ ille populus, decoxerit iā ad feces, vt Eſaias dicit: ēt ꝙ illū aſſi- Eximius chriſti affectus erga iudæos.
duè exptus ſit, extremè rebellē, ꝑfidū, & inflexæ ceruicis: blādè tñ, vt plurimū, illi loquitur, nec
Ieren.3. modo ꝑ ꝓphetas (Tu fornicata es cū amatoribus: ſed reuertere, & ſuſcipiā te) nec modo, ꝑ apoſto
Acto.3. los (En fratres, ſcio qđ ꝑ ignorantiā rē ꝑpetraſtis: ſicut & Principes veſtri) ſed & ꝑ ſeſe (Tota die
Eſa.65. expandi manus meas, ad populum, non credentem, ſed contradicentem mihi) Quin, & baiulās
Rom.10. ſibi crucem: videns Ieroſolymam, imminenſq; ſuper illam excidiū, eam ſuper, lachrymatus eſt.
Luc.19. Et hoc eſt filium maiorem, amicè paterneq; accerſere: ac dulciter, verba cum eo facere.

At dicis. Eſto CHRISTVS, in perfida ſenuerit ſynagoga; eſto haud immerito illam non
probet, non compatiatur, non curet: eſto ab eo peruiuaci populo, iureque in reprobum tradi-
to ſenſum, receſſerit, abdicaueritque ſeſe: ad rem tamen iſta non conferunt: cum Eſau typum

gerat populi(vt dictum eſt)credentis,conuerſiq; ex Iſraelitis:à quibus CHRISTVS fortè non di- E
ceſſit,nec ſenium apud illos contraxit. Fateor,præmiſſa ſonare,vt obiicis: fateor,Eſau acceptũ
ſuperius,pro credentibus: Aſſero tamen liberè,quòd etſi Eſau,ad perfidam reſtringitur ſynagogã;
populumq; duræ ceruicis: nullum foret abſurdum,incommodumué, quoniam ſicut in alio nũc
exponitur typo,ita & in alio valet recipi ſenſu. Verum,ſi eodem retineatur pacto,vt & mihi re
tinendus videtur: res,non magno componetur negocio.Sint ergo,qui ex Iudæis,miniſterio re-
geniti ſunt Apoſtolico,in Eſau deſcripti:ſed ad memoriam reducantur, eorum quos ſupradixi-
mus mores: addaturq;,quòd etſi ex optimis profecti fuere parentibus,non tamen longè poſt, dege-
nerauerunt ab eis: non ſecus ac canes redeuntes ad vomitum. Vnde poſtquam, & nonnullas, 2.Pet.2.
quæ credebant gentes,reſperſere zizaniis,plures in Eccleſia diſſeminauerunt rixas, hæreſes, ſe-
ctas:eorum non pauci apoſtatarunt à fide: quin & ferè omnes,deteriores euaſere, quàm forent,
priuſquam CHRISTO ſubſcriberent: ſicut & de illis, vaticinatus eſt. Cum malus inquit ſpiri- Luc.11.
tus fuerit expulſus ab hoĩe,per loca ambulat inaquoſa,requiem quærens: nec inuẽta, regreditur
vbi erat prius: & fiunt poſteriora eius hoĩs, peiora prioribus. Ergo, & in iis,haud difficile erit
agnoſcere: ortũ CHRISTVM, breui,ſenio potuiſſe confici,orbariq;. Quare hos in primo accer
ſitos filio,tum prophetarum,& Apoſtolorum præconio, tum interna motione, ac conſcientiæ F
ſtimulo: Iſaac, CHRISTVS inquam,ad cor,hunc in modum allocutus eſt.

Vides fili,quòd ſenuerim, breuiq;,diem ſim clauſurus extremum(nam cum ſponte teà fide ſub-
ducas, verbum floccipendas diuinæ gratiæ:haud ignorare potes, paruo me tecum commoratu-
rum tempore)Quid ergo? Vt quouſque in duas claudicas partes,extremum periculum faciam:
vtrum, tandem malis cedere legi, an Euangelio, vmbræ,an veritati: hæc paucis,meos per lega-
Sine Euangelio ſincerè recepto, nulli ſalus contingit. tos,quos qui audit me audit,ad memoriam reuoco:Nempè ſine fide, euãgelioq;, & eo quidem
candidè,ac ſincere recepto,nemini veram ſalutem contingere. Quare quãtumuis glorieris in
lege,in Moſe,in patribus: nihil habes,quod Deo,mihiq; placeat, minusq; quòd ad ſalutem per- Heb.11.
ducat. Nam ſine fide,impoſſibile eſt,placere Deo:& neminem ad perfectum,adduxit lex. Ergo &.7.
ſume,quouis affectu,ſtudioq;,arma tua, vt à quibus vnicè pendes: amplectere; veſtiq; te diſcipli-
nis Moſaicis, ceremoniis, ritibus,vmbris: ſume,nec minus accuratè, arcum, at non gratiæ, poſt-
quam illum non curas,& nihilominus,in mea conſtitutus eſt manu, prout & Euãgeliſta tradit,
dum me victorem,perq; Euangelium triumphantem,ſua in Apocalypſi recenſet, docens quòd Cap.6.
equo inſidens albo,arcumq; manu geſtans,meis exiui in Apoſtolis,eorumq; loca,moresque te-
nentibus, vincens,vt vincerem;quo & amoris iaciuntur ſagittæ,cor vulnerantes Eccleſię,vt ipſa, G
in ſuo atteſtata eſt epithalamio: Sed arcum furoris, iræq; Dei,de quo ſcriptum eſt. Niſi conuerſi Cap.4.
fueritis,arcum tetendit: & parauit illum. Per quem & ſagittas,vt ſubditur,iaculatur mortis: quas pſal.7.
ardentibus igniuit,acuitq;. Quẽ & Deus tenet in manu, veteri aſtans teſtamento: ut qui ſub eo
ſunt,timeant,ſciãtq; illum eſſe vltionum dominum(ſicut ſcriptum eſt)in eos,qui à ſuis deſciſcũt Pſal.93.
mãdatis: vnde & eo promulgante legem, viſa ſunt fulgura, audita tonitrua, & omnis populus per-
territus eſt. Sume tandem,& pharetram,hoc eſt,tum mente,quaſi theca, diuinas reconde, re- Exod.20.
uolueque vindictas,totiesque in peccatores,vibrata,miſſaque iacula: tum corde,pariter repone,
excuteque maledictionũ cumulos: quas non modo paſſim, vniuerſam non ſeruantibus legem,
congerit, minaturque, ſed & frequenter effundit, peccantesque petit, & inuoluit, vt ne- Deu.27.
mo tandem effugiat. &.28.

Hæc inquam,tecum ſume,diſcute,pondera,rimare, vt demum euadas (ſi valet fieri) certior:
primum quòd quantumuis, legis muniaris vmbris, præſidiis, obſeruantiis, quantumuis diuinæ
vltionis arcum,propriis verſes manibus,cœleſtes tractando vindictas, quantumuis mẽte retineas
Quæ meritò forent pondera hebręis. conſerasq;, quot tranſgreſſoribus imminent maledictiones, pœnæq;: nequis fieri apud Deũ iu-
ſtus,quandoquidem ſi ex lege,poſſet hæc proficiſci iuſtitia, CHRISTVS eſſet immolatus gratis: H Gal.2.3.
& compertum eſt,ex legis operibus neminem iuſtificari,coram Deo. Deinde, & periculo di- Rom.3.
ſces,quàm arduum,immo & quàm impoſſibile eſt,legem adimplere,& vt exigitur, ſine CHRI- Galat.3.
STI gratia patrocinioque,conſummare: ſicut & re ipſa,non ſolum didicerunt Apoſtoli, ſed &
omnes antiquiores patres. Quare exclamauit Petrus: Quid tentatis,nobis illud reſtituere iugũ Act.15.
quod nec nos,nec maiores noſtri potuerũt ferre? Exclamat & Paolus,quòd ſcriptura oẽs comprehẽ
dit ſub maledicto: quia oẽs conuincit de tranſgreſſione. Sed eſto,quòd ſecus ſentias: Egredere, ve- Gal.3.
nare,ſcrutareq;,omni qua potes circumſpectione: egredere poſtquam egredi es paratus, ab Ec-
cleſia,à lege gratiæ,ab Euãgelij beneficio:& diſcurre, vagare,& oĩquaq; per latiſſimas prædeceſſo-
rũ proficiſcere ſyluas;reuolue annales,geſtaq; patrũ, recogita & perquire per omnes,quotquot
ſunt

A ſunt ſaluati,placuereq́; Deo,an ſint ſaluati, Deoq́, placuerint,ex lege vel ex gratia,ex fide vel ex
operibus, ex CHRISTO vel ex Moſe. Venare diſcurre, penetra,& irrumpe,in quantumuis ab
ditiſsimas latebras,excurre quæcũq; recõdita : vt diſcas, vndè proficiſcatur ſalus. Voca ſiquis eſt,
Iob.5. qui tibi reſpondeat,& ad aliquem ſanctorũ cõuertere:vt illo,ſi ſecus eſt,refocillare me poſsis , ac
eo pacto,meam benedictionem excipere, Ergo cum venatu ex his apprehènderis quippiam,in-
dubiè meam præſtolare benedictionem,vt qui cupio:geſtioq́;,benefacere tibi.

Eggreſſo itaq; Eſau,mox Rebecca, Eccleſia,inquam primitiua, Apoſtolicaq́;,alloquitur,hoc
eſt,adhortatur Iacob,conuerſos,vt dictum eſt,ex gentibus:filium ſibi charum , tum quia mitis, Gentes nõ in iuria mites ac ſine ſupercilio.
ſineq́; ſupercilio: nempe qui probè retinebãt,fuiſſe ſe peccatores,immũdos & execrabiles Deo:
Rom.11. conſultò ergo erant lenes,erant humiles;timentes ne fortè, ſicut Deus naturalibus non peper-
cit ramis,& illos ſi tumeſcerent.perderet,qui erant adiectitij ſylueſtresq́;:tum quia Iacob , hoc
eſt,non nomine tantũ,ſed & re ſupplãtator,terensq; pedibus,res & delitias mundi,quibus & re
nunciauit in baptiſmo: illas non modo lubens,in medium,vt ad communem cõferrerentur fru
Acto.4. gem,exponendo & Apoſtolorum pedibus reſignando, ſed & calcando, pro nihiloq; ducendo:
1.Cor.7. haud ignarus,quòd decipit figura huius mundi , quòdq; facilius , camelus foramen ingredietur
Mat.19. B acus,q̃ diuitijs affectus in regnum cœlorum. Dicens ſe audiuiſſe didiciſſeq;: nempe,ex diuinis li-
teris,ex cõſidaratione probitatis diuinæ,ex interna Spiritus reuelatione: Iſaac locutũ cum Eſau,
vt venatu,aliquid conaretur apprehẽdere,vt poſſet,prout expoſitũ eſt, benedictionẽ recipere.
Phil. 2. Nunc ergo audi cõſiliũ,non præceptum,vt opus ſit maximè voluntarium,perge ad gregem no-
ſtrum,ad Eccleſiã iam multiplicatã ex gẽtibus,& inde,de medio inquã eius, accipe duos hędos,
eosq; optimos,vt eſcas parem patri tuo,quibus veſcitur,magna cum voluptate.

Exod.12. Hœdus,in ſcripturis,vmbram retinet CHRISTI (iuxta quem ritum,tolletis & hœdũ)ſed vt
carnem habuit,peccatrici ſimilem: & duo hœdi,duas illius denotãt partes,in quibus præfata ap
paruit ſimilitudo. Altera eſt corpus,quod fuit paſsibile , & ærũnis noſtris oppreſſum; reliqua eſt
anima,quæ non ex parte mẽtis,qua nunquam non fuit fœliciſsima , ſed ex parte,qua nexa carni;
Mat.26. peccato ſecluſo,diſsimilis non erat aliis: vnde & triſtabatur(triſtis es aĩa mea , vſq; ad mortem)&
Luc.22. afficiebatur tedio,agonia,pauore,vt Euangelium docet. Quæ duæ partes,in duobus ſignifica-
tæ ſunt hircis: quorum alter occidebatur in holocauſtum,alter peccatis onuſtus, viuus emitteba
tur in deſertum. Nam & CHRISTI corpus,occiſum eſt in cruce, ibiq; vt holocauſtum immo
C latum Deo: & anima egreſſa de corpore,ad deſertum,infernum inquam,viua peccatiſq; onerã-
ta deſcendit:vt eo in loco illa dimitteret,immo & ſepeliret. Nam & in profundum laci,proiecit
Mich.7. omnia delicta noſtra: ſicut & oraculum dixit.

Ergo(vt redeam)etſi Iacob, primũ detrectauit conſilium,tum ex humilitate,tum ex filiali ti-
more, veritus ꝙ patri non placeret,ſi de primogeniti benedictione certaret:poſtmodum tñ,ma
tris adhortatione permotus,præſtitit quod cõſuluit. Quare acceptis duobus hędis,& matris ope-
ra,in edulium,ad patris votum diſpoſitis,eos mox,vbi erat,intulit:precatus,vt lubens , veſcere-
tur eis: Siquidem,hirci,vt diximus,hœdiuè,caro ſunt & anima CHRISTI: quæ etſi,in ſuauita Duo hirci Deo & Chriſto quo pacto poſſunt offerri odoris ſuauitatẽ.
tem odoris,in cruce,ſemel oblatę ſunt Deo,quotidie tñ CHRISTO offerri poſſunt à nobis: Vel
dum crucis ſacrificium,mente reuoluimus,& reuoluendo, igne illud diuinæ cremamus charita
Pſal.38. tis(ſiquidem in meditatione,ex ardeſcit ignis)interuentu tñ Eccleſię:non modo,quia exemplũ
Can.1, &.2. præbet,eò ꝙ Dilectum,vti mirrhæ faſciculum , ſemper habet,in corde, & dum verſat illũ,inter
vbera,lampades igneſcunt,flammeſcuntq́;,vt teſtatur in canticis:ſed & quia noſtras meditatio-
nes,oblationesq́;,vi ſanctorum perficit communionis: Vel dum in altaris ſacramento , vbi non
modo myſterio,res recolitur,ſed myſterio immolatur, nec ſine operatione Eccleſiæ: cum ſacer
D dotes,quorum miniſterio celebratur,miniſtri eius ſint: non ſolum,quia ab ea electi vnctiq́;, ſed
& quia loco eius,rem offerunt immolantq́;.

Eſa.53. Ergo ſicut CHRISTVS, ſponte,propenſo ac beneuolo animo,obtulit cruci ſeſe(oblatus eſt,
Heb.10. quia voluit: & tunc dixi, Ecce ve nio)immo & ardenti deſiderio, & voluntate(baptiſmo habeo
Luc.12. baptizari,& coarctor,donec perficiam illum(ita & poſtq̃ rem peregit, mirificè oblectatur in ea.
Ergo haud dubium, ꝙ ſiquis hos hœdos optimos,ſuauiſsimosq́;,offerat ei,modo quo diximus:
gratas eſcas offeret , qui & libenter veſcitur,in memoriã illius eximij,terq; heroici operis, quod
fecit: dum voluit;immolari pro nobis. Et pręſertim , cum offert veſtibus amictus primogeniti,
hoc eſt,charismatibus CHRISTI (ſiquidẽ,ne noſtris ſordeſcamus,fœteamusq; peccatis,neceſſe
Rom. 13. eſt,vt illius gratia operiamur,& meritis: ꝑꝑ quod , & hortatur Apoſtolus,vt induamur CHRI-
Eph.4. STVM, nouumuè hominem,qui ſecundum Deum , creatus eſt in iuſtitia,& ſanctitate veritatis)

Et collo

Et collo contecto, ornatouè, diuinæ pallio charitatis, quæ non ſolum multitudinem operit peccatorum, ſed & dñi iugum, facit eſſe ſuaue, cũ ex illa, tota lex pendeat: & manibus hœdorũ pelliculis circundatis, quod non modo propter villos, piloſq;, auſteritatem, & rigorẽ denotat operum, cum & CHRISTO ſeruus nõ placeat delicatus, ſed qui vitam peragit in mortificatione: verum & hędorũ pellibus, fauor exprimitur CHRISTI, à quo noſtræ actiones, ſunt rectę, gratę, & mercede dignæ, coràm tribunali Dei. E Prouer.10 1.Pet.4. Mat.22. & 11.

Actiones noſtræ, quid exigant vt Deo ſint gratæ,

Quòd oblato cibo, ſe dixerit Eſau, gentes oſtendit, in primogenitum, forè tranſlatas: & minores, vt CHRISTVS dixit, maiores effectos. Vox nõ mutatur Iacobi: qm̃ CHRISTO, qui mitis & humilis corde eſt, rectè vox ſuperciliosa non ſonat, ſed dulcis, leniſq; (nam ſicut in vita, Iudæi fuere tumidi, ita & in voce conuincebãtur ſuperbi) ſed mutatæ ſunt manus, qm̃ gentes, quæ non horrebant furta, rapinas, cędes, homicidia, non ſolum promptę dimiſerunt propria, renunciaueruntq; omnibus, quæ poſsidebant iuſtè: ſed & ceruices ſuppoſuerunt gladijs, & membra, corporaq;, quibuſuis tormentis. Quòd autem oſculatur à patre, pax innuitur reddita gentibus: quando per CHRISTVM non modo facta ſit cum illis, qui erant prope, ſed & cum his, qui erant longe: & non ſolum, cum Deo, Angeliſq; cœleſtis curię, ſed & quantum, ex illis erat, omnibus cum hominibus. Et præter hæc, pace donati ſunt cordis, & conſcientiæ: quæ eſt CHRISTI propria, & ſuperat omnem ſenſum. Heb.13. Matt.20. & 11. F Eph.5. & 2. Philip.4.

Celer eſcarum inuentio, prompta ſacrificij, eſt oblatio: quam gentes paſsim, omniq; in loco, offerunt CHRISTO, vt propheta prædixit. Odor fragrãs, celebris eſt gentium fama: quam non modo apud ſanctos ſed & apud ethnicos, olebant eòuſq;, quod & Cæſari, Plinius, de bono earũ atteſtatus ſit nomine, & quod ſeruiebant piè Deo ſuo, antelucanis laudibus. Et odor, nõ velut floridæ plantæ, quæ vnum ſimpliceḿq; ſpirat, aut velut horti, qui etſi multis poteſt redolere fragrantijs, tñ non eſt, tam latus, ſicut eſt campus, qui & hoc in loco, totum complectitur mundum (nam; & CHRISTO teſte, ager eſt mundus) & Paulus de ſe ſuiſque dicit, quòd bonus odor ſunt CHRISTI, omni in loco. Cui benedixit, dñs: Siquidem propter CHRISTVM, ſuoſq; electos, mũdus, qui obnoxius erat maledictioni, & miſerè à prima inſtitutione collapſus, benedictione repletus eſt: tametſi poſtremum illius nõ ſortiatur effectum, niſi eius in renouatione poſtrema. Ergo fama conuerſarum gentium, tantę eſt fragrantię, quòd cum fragrantia cõferri poteſt vniuerſi, à Deo, tum benedicti, tum renouati. Et quadrat: quia ſicut in gẽtibus, maximè minor erat daprauatus mundus, & à Sathana poſſeſſus q̃ infœliciter: ita & ſublunares creaturæ, nõ erant melioris ſortis, ob culpam prothoplaſtis: ſicut alias pertractatum eſt. Malac.1. Mat.13. 2.Cor.2. G

Poſtremus bñdictionis mũdi fruct⁹ reſeruatur in calce,

Et benedictionem ſubdens: Det inquit Deus, qui nedum eſt liberalis, ſed & ſupra quàm credi poteſt munificus: quin & gratiarũ oceanus, à quo effluunt, & vberrimè omnia proficiſcuntur tum bona, tum dona perfecta. Tibi tuiſq; filijs, per Euangelium ſpiritumq; ſanctum regenitis, ac æterna prædeſtinatione, ſibi in adoptionem aſcriptis: de rore cœli, de cœleſti inquam gratia, & fauore (rorate cœli deſuper: caput meum plenum eſt rore) Et de pinguedine terræ, non quam pedes atterunt animalium, ſed cœleſtium ciuium, ac domeſticorum Dei: De vbertate copiaque terræ viuentium, quam, & Chanaam retulit, melle lacteq; fœcunda, & diues rerum omnium abundantia: Frumenti copiam, non quod in horreis reponendum eſt huius mundi, aut tartareis recludendum caueis, ſed cœli, in pręparatis ab initio habitaculis, manſionibuſuè, manu cœleſtis opificis, ſicut & dominus dixit. Ergo frumenti copia, multitudinem exprimit electorum, qui etiam à CHRISTO, tali adumbrati ſunt ſymbolo, in parabola boni ſeminis, & ſuperiectæ zizaniæ. Eſa.45. Can.5. Ioan.17. Matt.13.

Et vini, & olei: ſicut frumenti copia, multitudinem, vt diximus, indicat filiorum Dei, ita & vinum, diuitias innuit Spũs ſancti: qui niſi conferreretur vino, Apoſtoli Spiritu ſancto repleti, non apparuiſſent ebrij, nec propheta retuliſſet de eo, quod virgines, caſtas ſcilicet mentes, mundaſq; inebriat animas: Et oleum, abundantiam denotat pacis, manſuetudinis, & miſericordiæ, quæ paſsim nitent in electis; cum his nunquam non ſint chariſmatibus vncti, delibutiq;. Ergo hac benedictionis portione, multos Iacobo, pater deprecatus eſt filios, Deo electos, ac ſpiritu ſancto diuites, eiuſq; donis, vbertim affectos: & per hoc, CHRISTO maximè incorporatos, quem nõ ſolum pater ſancto perunxit Spiritu, & virtute, ſed & precioſis voluit eouſq; vnguentis perfundi, vt diffluerent nedum in barbam, ſed & in oram vſq; veſtimenti. Tametſi non renuo, frumenti copiam, ad panem referri poſſe diuinæ gratiæ: quoniam ſicut cor, pane materialis confirmatur frumenti: ita & mens, gratia ſtabilitur diuinæ largitatis. Fateor & vinum, oleumq; vt conſequitur, munus denotare, Dei ac proximi dilectionis, duobus adumbratum vberibus, quæ meliora H Act.1. Zach.9. Acto.11. Pſal.131. Heb.13.

Quibus chariſmatib⁹ vngãtur electi,

ſunt

Can.1. A ſunt vino & optimis fragrant vnguẽtis: quę & in Apoſtolorum filijs, vt fuere martyres, anacho-
retæ doctores, reſplẽduiſſe, ac locupletiſſimè, per eos totam in poſteritatem dimanaſſe: nemo,
qui eorum recolat geſta, probare non poteſt.

Eph 4. Seruiant tibi populi. Si Apoſtoli, prophetæ, paſtores, & doctores, in miniſterium dantur ele-
ctis, vti Paulus ſcripſit: quanto magis & inferiores populi? Adoratio, quæ ſubijcitur tribuum, ſor- Electis ſeruiunt omnia.
tè quod ad ſeruitutem, Iſraeliticæ referenda eſt nationis: quæ & per tribus diſtinguitur, & genti
bus ad fidem conuerſis haud iniuria in arctiorem reducta eſt famulatum. Quanquã & per ado
rantes tribus, illi denotari valeant duliæ cultus: quos mundi nationes, Euangelio ſubſcribentes
CHRISTI, deferunt ſanctis, heroibusq; Eccleſiæ primitiuæ: cum ab illa, vt dictum eſt, profecti
ſint martyres, anachoretæ, doctores, alijq́, viri ſanctitate percelebres: & quadrat his, quæ ſubiun
git. Eſto dñs fratrum tuorum. Nam & ſancti, patroni ſunt ac principes noſtri; non minus quam
patres veteris teſtamenti: Et incuruabuntur ante te, filij matris tuæ; quod haud dubium de Iſrae
litis intelligit: tametſi non conſtat, an reſtringendum ſit, ad conuerſos Apoſtolorum opera, qui
Rom.9. & refrixerunt in ea, an ad eos extendendum, qui eorum doctrina, conuertentur in ſæculi calce:
nam & ambo, ſanctis curuabuntur ex gentibus, quando maior, vt ſæpe dictum eſt, eſt inſeruitu-
B rus minori, & minor illius aſſecuturus primogenituram: ad quod & in præſenti reſpicitur, cum
& primogeniti hoc loci, benedictio explicetur. Sequitur: Qui tibi, tuoq; ſemini maledixerit, &
quod deterius eſt, malefecerit, pro vt fecere tyranni, hęretici perfidi Iſraelitæ, ſit ille maledictus,
& ad multam ferendam cõdemnatus: vt experientia docuit in prædictis, & docebit maximè in
eo, quod superuenturum eſt ſæculo.

His peractis, rediens Eſau, cibosq; ex venatione, offerens patri: cum à fratre præſenſit ſe fuiſſe
pręuentum, tandem & ipſe, gemitu, fletu, ac rugitu, quandam extorſit benedictionẽ: de qua Pau
lò poſt. Siquidem conuerſi, ſed ad vomitum regredientes Iudæi, nempe qui legalia, nedum mi
ſcebant Euangelicis, ſed & illis committebant, ſuamq́; præſtolabantur ſalutem, vt eo, ni fallor,
ſub prætextu, propriam fulcirent perfidiam, ex ſcripturarum campo, annalibusq; maiorum, ve-
nati erant Abramum, quem nemo detrectat chariſsimum extitiſſe Deo: & conſtat, q̃ vt ſcriptũ
eſt, non ſolum fuit circunciſus, ſed & legem vniuerſam expleuit: conſtat, vel, ex teſtimonio fra-
Gene 26. Iac.2. tris CHRISTI, q̃ non ex fide tñ iuſtificatus eſt; ſed & ex operibus: quin & ex his maximè, vt ſua
docet epiſtola venati erant Moſeum: qui non modo legem tulit ſeruauitq́;, ſed & in ea, non per-
Deu.26. & 27. manentibus maledixit, eosq; execratus eſt. Venati erant & Dauidem, de quo ſcriptum eſt, q̃ fuit
Acto.13. C iuxta cor Dei: qui beatum aſſerit, cuius volũtas eſt in lege dñi, & in ea meditatus ſit die ac nocte;
Pſal.1. & 18. Et quid multis (cum lex domini, lex ſit immaculata, conuertens animas teſtimonium Dei fidele,
ſapientiam præſtans paruulis?

Ergo his venatis comprehenſis, ac ad patris refectionem diſpoſitis, perlatisq́; haud mirum, ſi
Heb.11. ſe repperit in benedictione præuẽtum: Quoniam ſicut ſinę fide, Deo impoſsibile eſt placere, ita
Rom.9. & cibis ſine fide paratis, impoſsibile eſt à nobis CHRISTVM refocillari. Nec enim alia ratione,
gentes teſte Paulo: præuenere Iudæos, niſi quia ad CHRISTVM proceſſerunt ex fide: & illi eũ
contendebant ſibi copulare per opera: Nec Abramum renuimus, ea propter placuiſſe Deo; iti-
Rom.4. dem & Moſeum, & Dauidem, ſed id illis abſq; fide, non contigit (nam credidit Abraham Deo, Nec Abram' nec alij pſes Deo placuerunt ſine fide
& ad iuſtitiam illi reputatum eſt) & circunciſionem accepit, non vt iuſtitiæ cauſam, ſed vt iuſti-
Ibidem. ficationis ſignum, vti Paulus docet. Sicut enim in memoriam data fuit, tum CHRISTI, illius
ex lumbis orituri, tum iuſtificationis, illius impartiendæ beneficio, quo & corpus erat circun-
cidendum peccati, & vis exteouanda concupiſcentiæ: ita & in fidei eius atteſtationem, ſicut
& illam aſſecutus eſt.

D Et quoniam fidei natura eſt, vt opportunitatem nacta, nunquam non exerat ſeſe: nempe
quia viua, & vt par eſt, charitati coniuncta, & per illam, vt ab Apoſtolo ſcriptum eſt, operans:
Gal.5. non immerito, ipſa ex operatione, cum prodire in opus opportunum eſt, habet dici compleri,
cap.2. abſoluiq;: ſicut & Iacobus factum tradit in Abramo, ea ex operatione, qua vnigenitum obtu-
lit. Item, & quòd ſine operibus non iuſtificat: ſed dormit ſtertitq; veluti mortua. Quare, non
ſe oppugnãt Apoſtoli: ſed quod Paulus tribuit fidei, explicat domini Frater, illi fore fidei tri-
Cap.5. buẽdum, quæ per dilectionem operatur: quod & Paulus Galathis dixit. Quanquam & aliter, cõ
ciliari poſſunt: vt Paulus inquam, de prima loquatur iuſtitia, qua excluditur culpa, & acquiritur
gratifica gratia: & Iacobus loquatur de ſecũda, vel & rectius, de auctione primæ: de qua re Euan
geliſta. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & qui ſanctus, eſt, ſanctificetur adhuc. Et ita nulla
Apoc.22. oſtenditur diſcrepantia.

Et licet

Et licet Abramus Moſeuſq;,legem vniuerſam expleuerint:id tamen factum non eſt ſine gra E
tia,& per hoc,nec ſine ſide.Licet maledixerit propheta, legem non ſeruantibus:ſed eo pro ſta- Gala. 3.
tu,quo,ſuo perſtitit,in vigore. Beatus,& qui meditatur in lege, eiq; ſe ſubijcit per voluntatem;
quoniam lex quidem ſancta,& mandatum iuſtum, & bonum; ſed non qui hæc præſtat ſine fide: Rom. 7.
Lex quo ad mores nunq̃ antiquata. quin nec meditatur ſatis, niſi qui in illa pertingit ad CHRISTVM: ſicut nec rite legem com- Pſal. 18.
plectitur,niſi qui illam complectitur charitate. Conuertit & lex,animas:vt quæ propter trãſgreſ Gala. 2.
ſiones eſt poſita,& vti pædagogus ducit ad CHRISTVM. Verum cum his,indubiè retinendum,
legem vt ſpectat ad mores, nuſquam antiquari: quippe quæ indita eſt naturæ, luci reſtituta per
Moſem,& ad perfectionem promota per CHRISTVM: ſed vt typicos complectitur ritus. ſacri-
ficia, ceremonias: item vt habet iudicia, & ſanctiones politicas:in quibus, ſicut peculiaris He-
bræorum extitit populo, ita & ea ſub ratione, non immerito,eſt ſublata de medio; qua tamen
ex parte, non pauci ex Iudæis conuerſi, illam nitebantur reuocare: & per hoc, ab Euangelio
floccipendebant deſciſcere.

Gemitus,lachrymę,eiulatus,iram,odium,æmulationem,ſignificant, aduerſus gentes,de qui Cap. 10. & 11.
bus & Paulus,ad Romanos. In quæ & ille adactus eſt populus; vt eius tandem(iuxta ſui conſilij
altitudinem,)vt idem tradit,miſereatur. Deus. Ergo horum interuentu, conſecuturus eſt bene F
dictionem;etſi non primogeniti,chariſsimi tñ filij.(Erit inquit ſed nouiſsimo tpe:ſiquidem eſt
vaticinatio,magis q̃ prę́ſentanea benedictio(benedictio tua)tibi in extremo parata: nõ carnalis,
ad quam carnalis æſtuat Iſrael,ſed ſpiritualis(in rorę cœli,& pinguedine terræ)Et de illis,ſermo
eſt,ſpiritus vbertatibus.ac cęleſtis gratię cornucopiis;quę Deus eo reſeruauit in tempore,quo re
licti conuertentur ex Iſrael: qñquidem,vberrimè in illo ſunt,ſancti ſpiritus reſeruatæ delitiæ,vt
mirum in modum locupletetur mundus; ſicut & Paulus, vndecimo eiuſdem tradit epiſtolæ.

Et ſubdit (Viues,in gladio)eouſq;temporis;quia in altercatione,continuaq; ſaltem animi, ver
ſaberis conflictatione,gẽtes ægreferens,ad primogenituram accitas,euectaſq;:(& fratri tuo ſer-
uies.)Seruiunt planè,Iudęi fidelibus,politica ſaltem ſeruitute; vt qui eorũ ſubijciuntur legibus,
iuſsibus,ſanctionibus.& licet,vt reliqui aſtricti ſint vectigalibus.ad nullas tñ admittũtur politiæ
honores,prouentus,adminiſtrationeſq;.(Sed erit tempus)cum dies inſtabit tuæ ſalutis(vt iugum
excutias)quoniam ambo,tunc fratres effecti,ac vno in angulari lapide copulati,& vnà cum illis,
cœleſti hæreditati reſtituti;vnius euadetis ſortis.

Quòd Rebecca,filio(ne à fratre,quippiam fortè patiatur incommodi)ſolicitat ſenem,copu- G
landam ſponſam,eamq; non Chananitidem, ſed Meſopotamicam: ſacramentum(ni fallor)con-
tinet nõ vulgare. Erat quidem, iuxta diuini iudicij celſitudinem opportunum,vt duceret vxo-
rem Iacob: idq; vt commodius,ex illo proficiſcerentur filij:& præſertim in eius benedictione cõ
prehenſi.Inter quos,etſi quamplures,regignendi erant, ex gentibus: poſtquam tñ,eorum foret
abſoluta plenitudo,omneſq;in ouili, coacti eſſent Eccleſiæ:erant annumerandi Iudæi: vt quem
admodum,ab Apoſtolis,qui natura erant Iſraelitæ,regeneratæ ſunt gẽtes: ita & ab Apoſtolorũ
filijs, qui ſunt natura gentiles,ſint refingendi Iudæi: & ſicut ab illis,Euangelium eſt profectum
ad nos,ita & à nobis proficiſcatur ad eos:vt & tali pacto; vndiq; quadret: nouiſsimos euaſiſſe pri
mos,& primos euaſiſſe nouiſsimos, ſicut dominus dixit. Ergo CHRISTVM petent, ni fallor, Matt. 20.
Apoſtoli,idq; circa mundi calcem,ne fortè gẽtes, quippiam ab Iſraelitis,patiantur aduerſi,præ-
ſertim quia ex illis, prodibit(vt diximus)Antichriſtus, mundum eduſq; dementans. vt imma-
niter inſectetur electos, quin & tam dirè crucians, diuexanſque, vt illos, ſi fieri poſsit, à fide
non modo abducat, ſed & in errorem præcipites tradat. Petent inquam,nec vulgaribus preci- Mat. 24.
bus,obſecrationibuſquè,vt illis copuletur ſponſa;ea inquam cœleſtis ſapientia,cui nullus valeat
aduerſariorum reſiſtere. H

Ergo ſponſam petent,non Chananitidem,qualis eſt ſapientia mundi:quę in negocijs verſa- Cap. 5.
tur,emendi,vendendiq; fauoris,& aucupãdæ laudis humanæ:ſicut,& fecère philoſophi: Qui etſi
Sapiẽtia mũdana,& cœleſtis. iactabant,ſapientes eſſe ſeſe,extremè tñ conuincebantur ſtulti;vt qui eam, vt ſummam comple-
ctebantur ſapientiam,quæ apud Deum maxima eſt ignorantia,inſipientiaq;,Non inquam Cha 1. Cor. 2.
nanitidem,ſed petent Meſopotamicam: quę in terra,non reperitur ſterili,non vepribus obſitæ:
ſed fœcũda frugiq;,& aquis diuini verbi madida,quin & irrigua. Et quanquam Meſopotamia, Cap. 3.
typus eſſe poſsit regionis ſupernę,in qua diffluunt omnia,ſapientia Dei: ea tñ,vt præpoſita ſer-
uetur interpretatio,ſynagoga in præſentia ſit;verum non Sathanæ,nõ perfidę; duræq; ceruicis,
ſed fidelium,ſanctorumq; patrum:In qua, nedum ſunt computati reges,prophetæq;,ſed & ſan-
ctiſsimi patriarchæ;ex qua ſunt orti Apoſtoli,& quãplures ex diſcipulis CHRISTI.Hac in terra,

A cœleſtis eſt ſapientia;quia ei diuina credita eſt ſcriptura, & fluunt,ac refluunt prophetarum oracula:quin & in ea ortus eſt CHRISTVS, qui eſt ſapientia patris;& in quo,omnes Theſauri ſapiētiæ ac ſcientiæ ſunt reconditi. (Colo.2.) Nec modo eſt ortus,ſed paſsim prænunciatus,& in quauis ſcripturæ parte,& in omnibus prophetarum vaticinijs arcanè contectus; non ſecus ac Sol nonnunquam in nubibus;vel anima Spiritusuè,in carne(vt dicebatur)vel corpore. Ad hāc terram aquis irriguam tam ſalubribus,haud immerito,fuit proficiſcendum,pro coniuge; vt inde accepta,ac veluti congenea ponderata,commodius in Iudæorum regignitionem prorumperet, filiosq; fœlicius ederet, ac parturiret.

Ergo,patre nedum conſentiente,ſed & mandante,Iacob ſe accingit ad iter,eoq; progreditur verſus,pluribus fotus fauoribus,& cœleſtibus locupletatus gratijs. Quare cū perueniſſet Bethel, lapidemq; ſuo ſuppoſuiſſet capiti,non ſine præſagio obdormiuit: protendebatur enim, non ſolum à ſpirituali lapide CHRISTO, tanta vbertate illius perſundendam mentem,ad intelligendum ſcripturas,ſed & eo in ſopore,non vulgaribus,illuſtrandam arcanis,vt viſa atteſtatur ſcala, quæ ad cœlum erecta,Deum innitentem habuit, & Angelos aſcendentes,deſcendentesq; ſuſtinuit:admonens inter alia,ſapientiam de qua ſermo,tantæ eſſe præſtantiæ, vt non modo cœlum
B attingat,ſed & Deum præſentaneum ſtatuat: quin & ad frugem noſtrā, regat & ſuſtineat. Nec vacant gradus,ſed cōem, CHRISTI membris illam oſtendunt: pro gradu,& officio,quibus ſingula,in myſtico donati ſunt corpore. Aſcenſus vero & deſcenſus,duas docent huius ſapiētiæ partes;dum Spiritus per hanc electorum aſcendunt,arcana rimando cœleſtia,myſteria fidei,nobisq; repromiſſæ fœlicitatis:& deſcendunt,qū proximorum ſe accōmodant indigentiæ, eisq; ſeruiūt ex dilectione. Ergo cœleſtis cognitio, ſapientiaq;,tum actiua,tum cōtemplatiua,perfectio eſt, Iſta aſcendimus,qm̄ in Dei contemplatione,& fruitione abſoluitur: illa deſcēdimus, quoniam à contemplationis fœlicitate, ad neceſsitates dilabimur noſtras,in operibus abſoluenda miſericordiæ,ex charitate proximorū ſuccurrendo miſerijs,ac ſua pro facultate,tum animæ, tum corporis,eorum prouidendo ſaluti.

Pergit Iacob,& ad puteum,quò pergebat proximum conſtitit,ibiq; tres accubantium conſpicatus greges:paſtores,vnde forent percunctatus eſt. Et ꝙ ex Charram eſſent, edoctus(nempe ad quam proficiſcebatur)Ciuitate; Noſtis inquit, Labanum Nacoris filiūm̄? Nouimus,ſubdūt,En illius deſcēdit filia vnà cum grege;vt nobiſcum hauriat,ouibusq; potum impartiat. Et cum hortaretur,vt gregibus adaquatis,oues(cum non parum,videretur ſupereſſe diei)paſtū reducerent,
C rem cauſabantur difficilē: eò ꝙ puteus,pergrandi occludebatur lapide,nec poterat,niſi plurium adhibitis viribus tolli,amoueriq;. At Iacob ſolus,lapidem;Suſtollens:omnibus qui aderant gregibus,illico potum tribuit.

(Ioan.7. & 4.) Puteus,de quo ſermo,vel CHRISTVS, vel eius Euangelium eſt:nam ambo ſunt fons viuus, ambo puteus aquarum viuentium; quibus& qui credit, non modo omnis extinguitur ſitis; ſed & flumina,ex eo fluent aquæ viuæ,in vitam ſalientis æternam. (Tū Chriſtus, tū euangeliū fons viuus.) Hunc prope fontem,puteumùe,tres cubant ouium greges,ſuppetias præſtolando,vt amoueatur lapis: quæ & tres referre poſſunt infirmorum turbas,cæcorum,claudorum,aridorum,iacentium propè piſcinam,expectando,vt moueretur aqua. (Ioan.5.) Et licet interpretari hæc poſſent, tres delinquentium claſſes, quibus& ſuffragatur beneficium CHRISTI: nempe ex ignorantia adumbratos in cęcis, ex fragilitate in claudis,& ex malitia in aridis,macieq; confectis:lubet tamen, & liberius, & rei,quam tradimus accommodatius,ſecus ſacramentum eruere. Ergo tres ouium greges,eos ex gentibus præſeferunt electos,qui licet, nondum ſubſcripſerint CHRISTO, cubant nihilominus puteum prope; quin etſi tolleretur lapis,mox aquis refocillarentur gratiæ,& irriguis Euangelicæ ſe abluerent,
D ſapientiæ. Nam tres greges,gentes, ex tribus, in quas terra diuiditur,partibus,denotant conuertendas :quarum cuſtodes, capitauè,valent dici maiores,quorum ſe iudicio agi permittunt. (1.Cor.1.) Quòd iacent prope fontem:docet quòd, cum ſint electæ, haud longè, ſunt,à ſalute;quin nec pręſtolantur aliud, niſi vt lapis, hoc eſt, crucis(ni ſallor)ſcandalum, quod ingens eſt ſtultitia gentibus,tollatur è medio.

Ergo,cum opera Iacobi,cum prædicatione Eccleſię ex gentilibus;non ſolum Euangelij,quouis reſonauerit nomē:ſed & illuſtrius,eius enituerit prædicatio;& ea maximè,qua ſcō cooperante Spiritu omnibus perſuadebitur populis,(& pręſertim quos pater diuina adoptauit prædeſtinatione,& in vnigeniti aſciuit, aptauitq; chariſsima membra,) CHRISTVM, etſi crucifixum, (Ibidem. Gal.6.) Dei virtutem,Deiq; ſapientiam eſſe: quòdq; vnicè ſit gloriādum in cruce,in qua ſalus eſt& reſurrectio noſtra:indubiè omne tolletur ſcandalum, moxq;,& bibent,& abluentur oues: & tali

quidem pacto, vt non modo ſint tinctę baptiſmo, ſed & perfuſę, diuina ac Euangelica gratia: im- E
mo & ad noua transferentur paſcua, oblitæ quæ retro ſunt, & extendentes ſe, ad ea, quæ anterio- Philip.4.
ra ſunt, vt Apoſtolus docet: & tandem ad caulas ſupernæ aſpirando ciuitatis, admittentur in eas,
veluti lacte lotæ: vt Sapiens ſcribit in Canticis: Quo & tempore (cum inquam, paſsim ac vbiuis, Cap.5.
Euangelizabit Eccleſia, electæq; ex tribus terræ partibus, colligentur gentes, vt earum tandem,
impleatur numerus, intrentque, quę Dei ſapientia, Eccleſiæ intrare debent ouile, vnuſq; ele- Ioan.10.
ctis omnibus, vt ſcribitur præficiatur paſtor) ad CHRISTVM, Euangeliumq; conuertentur, qui
relicti fuerint ex Iſrael, vt Apoſtolus docet. Ergo quadrat, vt tribus gentium gregibus, adijcia- Rom.11.
tur quartus ex Hebræorum populo; id, quod Rachel, gregem ad puteum ducens, non obſcu-
rè præſefert: Cui & Iacob, conſobrinam attendens, præq; gaudio, lachrymas fundens: non im-
meritò oſculum dedit, Siquidem non æmulatur charitas, ſed gaudet de proximorum ſalute. Er-
go fideles ex gentibus, mirum lætabuntur in modum, ob conuerſos ex Iſraelitis; quibus & petra 1.Co.13.
ſcandali (dum CHRISTVM non crederent obiturum: nos audiuimus ex lege, ꝙ CHRISTVS, Eſa.28.
manet in ęternum: minuſq; ſuſpendendum, in cruce: nam maledictus, qui pēdet, in ligno) Dei Roma.9.
miſeratione ſublata; CHRISTVS, lapis agnoſcetur angularis, precioſus, ſalutis baſis, & totius Ioan.8.
fundamentum Eccleſiæ. Deu.21. Eſa.28. F

Lia & Rachel actiuę et contemplatiuæ ſapiētiæ Typus.

Sed pergamus, de ſponſa, de cœleſti inquam, Chriſtianoq; ſapientia; quæ ſicut duabus, vt di-
ctum eſt, conſtat ex partibus, ita & in duabus Labani, eſt adumbrata puellis: Actiua, in ea quæ di-
citur Lia, & Contemplatiua, in ea quæ nuncupatur Rachel. Illa lippis erat oculis; hæc venuſto,
pulchroq; aſpectu. Illa natu prior: hæc natu poſterior: Illa rē agebat domi; hæc oues ducebat ad
paſtum: Vtraq; vno ex patre: vtraq; vna comitata pediſſequa: vtraq; vni copulata viro: vtraque
ſeptennio adepta ſeruitutis. At Lia fœcundior, vt quæ ſex genuit liberos: Rachel infœcūdior, vt
quę duos genuit tn̄. Verùm, vt myſterium eruatur illuſtrius, exploratum eſſe debet, Chriſtianā
cœleſtemq; philoſophiam ita ſua ex celſitudine, vtrunq; (opus inquam, & ſpeculationē) comple-
cti, adeo de ambobus diſponere; vt nullo ex pacto, ſuæ prę iudicet ſimplicitati: vt probè demon-
ſtratur Theologis. Quare, etſi vt res ſit promptior captu, in duabus, eſt deſcripta virginibus; am-
bæ tamen, pro vna computandæ ſunt ſponſa.

Et Lia quę interpretatur labor, actiuā non obſcurè ſignificat: quippe quam contrectamus, nō
modo in actionibus iugiter laborare, ſed & qn̄q; laſſeſcere. Hæc erat natu maior: quia non rite
vacatur diuinis, niſi à probis operibus aſſuetis. Erat & lippis oculis; vt quę raro nō gemit, preſſa G
actionum pondere: quin & flere compellitur, tum ob ſolicitudines, tum ob turbationes aſsiduas.
Martha, Martha ſolicita es: & turbaris, erga plurima. Multæ erat prolis: qm̄ illius opera, & ſoli- Luc.10.
citudine, non ſolum, multi à neceſsitatibus releuantur corporis, ſed & à neceſsitatibus animæ.

Et ſenarius conſonat numerus; qm̄ ſicut ſex præcipui ſunt pietatis actus, quos præſtamus fratri- Mat.24.
bus, ad ſuccurrendum corpori, ſuper quos, mundus, in extremo eſt excutiendus iudicio: ita & to-
tidem, colliguntur principales, ad proſpiciendum animæ, de quibus, ſi non fallor, non minus re-
quirendi ſumus, in nouiſsimo die. Illi ſunt oībus peruij, ex euangelio: hi ſunt ſatis comperti, ex
traditis à Theologis. Quanquam, & in ſex Liæ filijs, oēs actiuæ vitæ, comprehēdi valeant actio-
nes: ſenario nō temere denotatæ, cum ſex illis dies à lege videantur aſcripti. Vel (& mihi applau- Exo.23.
det, vt commodius) ꝙ omnia quidem actiuæ comprehenſa ſint opera: ſed in ſex, ideo inſinnata ſ
lijs, quia illis, ſex perneceſſariæ ſunt potiſsimum circunſtantiæ, conditioneſuè; ſi actiui, probe, ri-
teq; ſuo functuri ſunt munere.

Actiuæ ſapiētię opera, quibus egeāt cōditionibus.

Prima eſt, vt ex perſpicua, vberiq; progrediantur fide; eò ꝙ etſi, opportuna eſt oībus pijs, potiſ-
ſimū tn̄, operoſis, perq; dilectionem agētibus. Ergo & primo natus, haud caſu, dictus eſt Rubē;
quod viſionis, interpretatum, eſt, filius. Secunda, eſt animi promptitudo, ingenſq; ad Deo obſe- H
quendum propenſio: quod rite in Symeone notatur, cuius vox, ad obediētiam pertinet. Tertia,
ea eſt egenorum cōpaſsio, qua illis non modo indolemus, ſed & illis in miſerijs copulamur, quin
& vt proprias ducimus: quare & Leui, eſt tertio ortus, qui applicatus, copulatuſuè, redditus ęſt.
Quarta, eſt diuinę gloriæ ſtudium, & eius maximè, quę ex probis ſurgit operibus, dum lucemus
corā hoībus, vti dn̄s dixit: ꝓpter quod, & quartus Iudę datus eſt locus, qui à laudis cōfeſsione, no- Mat.5.
mē eſt nactus. Quinta, illa mercedis videtur expectatio, quam reddet dn̄s, in poſtremo die: quod
& vox innuit Iſachar, quæ à mercede deſcendit. Sexta, ſpes dici poteſt, requiei perpetuę, cœleſtis
ac ſemper ꝑmanētis tabernaculi, de quo & Apoſtolus: Scimus ꝙ ſi terreſtris domus noſtra, huius 2.Cor.4.
habitationis diſſoluitur, ædificationem habemus ex Deo: domum non manufactam, æternam
in cœlis: ad quod & Zabulon eleganter alludit, quod habitaculum interpretatum eſt.

A Erat Liæ pediſſequa,& appellata eſt Zelpha,Ex qua,ſed Lię nomine duo nati ſunt filij:Gad, & Aſer.Nam ſanctis ſtudentes operibus,dono egent peculiari;quo nec eleuentur laudibus, nec deiiciantur opprobriis.Fert quidem hominis mos,vt vel aduletur,vel detrahatur frequenter be negeſtis;idq; non rarò,ſuggeſtione Sathanæ;vt homo tandem,hinc aut inde frigeſcat:Quod donum,ni fallor,exprimit Zelpha: quæ tum oris dicitur diſtillatio,tum oris vilitas, vel cõtemptus: illud propter eos,qui mel & lac,geſtant ſub lingua: hoc propter illos qui virus aſpidum habent in labiis. Quibus Dei munere ſuperatis: haud dubiũ,ꝙ primitiis fruitur fœlicitatis,& arrhabone repromiſſæ beatitudinis: quæ & afferunt benegeſta,& exprimunt duo filij;quorũ Gad interpretatur fœlicitas,& Aſer,redditur beatitudo.

Poteſt & ſecus,Liæ famula introduci,vt portionem ſcilicet, alterius denotet partis,vitæque. Actio & contẽplatio philoſophiæ Chriſtianæ, non ſe excludunt.
Nam cum partes philoſophiæ Chriſtianæ, cœleſtisq;,ſe penitus non excludant,ſed ambæ, pacto quodam,ſint oĩbus neceſſariæ,quin nec ſe excludere poſſint,cum illa,vt pręmiſimus,in ſe ſimpliciſſima ſit;haud dubium,ꝙ vbi altera eſt inſigniter, altera ſaltem ſit oportet, ex participatione. Siquidem,ea ſolẽt ratione diſtingui: quia in aliquibus vberius viget opus, & in aliis locupletior deprehenditur contemplatio. Ergo neceſſe eſt,vt fraternæ charitatis ſtudentes operibus, vacẽt B & contemplationi qñq;:& ꝙ actibus inſiſtẽtes fidei,cœleſtiumq; contẽplationis, ad opera aliqñ ſe transferant pietatis; & proximorum ſubueniant indigentijs, Quare Zelpha, quę oris dicitur diſtillatio, vel illius vilitas & contemptus, illam contemplationis exprimet portionem; quæ actiuæ neceſſaria eſt. Et meo quidem iudicio, potiſſimum eſt oratio: eaq; tum vocis, vt quæ ex ore diſtillat,tum mentis,ad quam tñ,cum ritè pertingitur,quæ vocis eſt,ferè vileſcit. Et cõpertũ eſt, ex oratione prędictos ſuboriri filios;cũ ĩ illa,nõ rarò ſuperna guſtetur dulcedo;in qua Arrhabo,noſtræ(vt tactum eſt)percipitur fœlicitatis,noſtræq; repromiſſæ beatitudinis.

Luc.10. Rachel aũt,ſpeculationem,vt dictum eſt,referens, occupatur potiſſimum in diuinis, & cum peccatrice ad pedes reſidet CHRISTI: corde menteq; conferens, quæ audit ab eo; viuæ innixa fidei,& donis ſapientiæ & intellectus. Et præter id,ꝙ interpretatur ouis:nempe quia mitis,imbellis,ſtudẽs paci,ruminansq;,erat puella iunior,idq; nec immerito: vt quæ in Dei contẽplatione,qui ſeneſcit nunquam,aſſiduè occupata,non ſecus,ac Aquilæ(quæ tum volatus celſitudine, Pſal.102. tum oculorum perſpicacia,contemplantes adumbrant)iuueneſcit:quin & ad iuuentam renoua 2. Cor.4. tur,ſicut & propheta docet.Et compertum eſt, ꝙ in contemplatione CHRISTI: qui homo eſt, Col.5. C ſemper nouus;in quo,& nouitatem quilibet induit;non ſolum internus homo vireſcit,ſed & de 1.Cor.6. die in diem renouatur:Erat & pulchra,decoraq; facie;qm ſi Deo,quia Spiritus eſt,inhærẽs vnus Pſal.44. cum illo efficitur Spiritus; cur q; illum vti oĩs oceanum contẽplatur pulchritudinis, maximè non euadet pulcher? Amplius.Qui CHRISTVM, fide,& charitate complectitur; haud dubium,ꝙ illius(qui inter hominum filios ſpecioſiſſimus eſt)inſigni decoratur venuſtate:quin & illius veſtit imaginem,in qua, vera,internaq; pulchritudo conſiſtit.

Non multos generat filios: quia etſi portionem, & hæc,actiuæ cõplectitur vitæ, non valet tñ operibus frequenter illius incumbere;verita neqñ quopiam inquinetur pacto.Quare etſi,non Can.5. nunquam à ſponſo prouocatur ad agrum, ſine culpa diſſimulat: Laui inquit pedes,qũo inquinabo illos?Parit tñ,vnum vel alterum;quia,vt diximus,ita eſt neceſſe.Primus nuncupatur Ioſeph, quod augmentum interpretatur:& internum,ni fallor,indicat deſiderium;quin & ardorem,& Prou.14. anxietatẽ,quibus angitur,vt fidelis,tum numero,tum gratia,meritoq; augeatur populus: haud ignara,honorem regis,fore in multitudine populi,& gloriam principis,in viris famulisq; ſenſatis. Secũdus dicitur Beniaminus, quod dextræ redditur filius:& innuit,meo iudicio, illã in hoc potiſſimum niti, quin & angi, mortisq; vexari cruciatibus, vt filius oriatur dexteræ: hoc eſt, vt Eph.3. D CHRISTVS, qui ad dexteram Dei ſedet, eiusque potiſſimis potitur bonis; in credentium oria- Gal.4. tur cordibus. Qua de re, & Apoſtolus. CHRISTVS per fidem habitet in cordibus veſtris. Et illud. Filioli,quos iterum parturio;donec CHRISTVS formetur in vobis. Vacans quidem,contemplando Deo,& CHRISTO, nil magis ardet,q̃ eorum gloriam,& honorem: Ergo omni nititur ſtudio,vt eorum indies innoteſcat charitas,cõpleaturq; electorum numerus: vt vel tali pacto,à contemplatione viæ,citius ad cõtemplationem tranſeatur patriæ: Ergo & omnes adhibet vires;vt CHRISTVS, & oriatur,& grandeſcat in electorum cordibus. Precipuus cõtẽplantiũ ardor.

Habet & iſta pediſſequam,eamq; Balã nomine:& interpretatur,turbata ſine vetuſta. Ex hac & duo profecti ſunt filij: Dan,quod ſonat Iudicium; & Neptalim,quod redditur comparatio. Poteſt & hæc famula, duobus intelligi modis: altero, vt portionem denotet vitæ(vt dicebatur) actiuæ: & hoc pacto, ritè interpretatur turbata;cum & actiui turbentur in pluribus. Parit tamẽ

Dan:quia in illis verſatur operibus,de quibus iudicandus eſt mundus;cum de pietatis actibus iu
dicandus ſit,in vltimo die. Parit & Neptalim: qm̃,& hac ex parte, illa progreditur comparatio,
qua opera conferuntur mercedi;vt & ſingulis reddatur pro operibus ſuis. Reliquo,vt ſicut Lię
munus eſt collatum,tãtæ cõſtantiæ,vt nec extolleretur laudibus,nec deprimeretur opprobris,
ita & Racheli,carnis è diuerſo, ſit relicta infirmitas:quin & à Deo, illius ſit in ſalutem refricata;
ne aliqñ tumeſceret,temereuè incederet ſuper ſe.Nam & Paulo tam inſigni Apoſtolo, ne quæ
audierat arcanorum,eleuaretur celſitudine:ſtimulus datus eſt carnis, qui colaphizaret eum. Si- 1. Cor. 12.
quidem,ne diuina rimantes,cœleſtiaq, ſacramẽta edocti,ſuſpicẽtur ſe diuites, nulliusq; rei egen
tes vlterius,imbecillitas in eis exagitatur carnis;vt tandem in multis pertrectẽt ſe miſeros, cæcos, Apoc. 3.
& nudos. Nam etſi carnis imbecillitas, inuenitur in oĩbus, dum peregrinantur; maximè tñ in
iis, qui contemplationibus ſtudent. Id quod non modo,ſuggerit ratio, eò q contemplationes
carnem extenuant;ſed & Dei cõſonat prouidentiæ,propter electorum frugem: Quæ tñ infirmi
tas,eò eſt maximè deteſtanda(& ſi multis debet abhorreri capitibus)quo eſt,è prothoplaſte reli
cta: ac illius ex peccato,velut hæreditate contracta.

Primi motus non ſunt in hoĩs poteſtate,& ſi fidelibus moleſti.

Ex hac oritur Dan:quia res oritur plectenda iudicio;cum non rarò aliquid effutiat,reprehen Roma. 8.
ſione dignum. Et quanquam primi motus, eò q noſtro non ſubſunt arbitrio, nil habeant dam- F
nationis,digniq; vt plurimùm reputentur venia;ſunt tñ probis ſanctisq; viris eduſq; moleſti, vt
Paulus non modo gemat,ſeq; vocitet infœlicem; ſed & cupiat ardeatq;, è vinculis erui huius cor-
poris:quin & tanti fiunt,adeoq; abhorrentur, vt propheta non immerito poſtulet: Ne intres in Rom. 7.
iudicium,cum ſeruo tuo. Et alias. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum ſunt tecta Pſal. 142. & 31.
peccata. Oritur & Neptalim: qm̃ duarum hominis partium,oritur comparatio, diſcrimenque
carnis & Spiritus:& comparatio,quaſi certantium, mutuoque ſe petentium, ſicut vox, rectè di-
ſcuſſa ſignificat: Quandoquidem inter carnem,& Spiritum,frequens eſt lucta: & ſpiritualis ho
mo habet nedum cui parti, victoria ceſſerit,animaduertere:ſed & omni niti virili,vt tandem Spi
ritus vincat. Et hoc pacto,palàm quàm quadret interpretatio: cum hęc infirmitas, ſit vetuſta,nẽ
pe ex veteri homine deriuata: ſit & turbatione afficiẽs, cum per illam,quę nolumus faciamus,& Rom. 7.
quod volumus frequenter detrectemus. Gal. 5.

Quòd, Lia,ageret domi,vitæ conſentit actiuæ, cum œconomiæ vacet: illiq; potiſsimum, quę Heb. 3.
ad illam pertinet domum, quæ fidelium Eccleſia eſt:nunquam non ſolicita,vt cuncta, ritè & or 2. Thi. 2.
dinẽ fiant, Quòd oues paſtum comitetur Rachel, contemplatiuæ quadrat: cum non rectè, Dei
reficiat verbo,qui in illo non meditatur noctu dieq;. Quòd ambæ, ex vna profectæ ſint patria, G
Haram nempe;vtranq; inſtruit ex excelſo(ita & illa eſt reddita vox)hoc eſt, è cœlo, ad nos eſſe Pſal. 1.
delatam,ímpartitamq;. Quòd vno ex patre, Labano inquã noĩe, interpretatoq; candido, ùtroq;
poteſt intelligi ſenſu: Etſi in bonam recipitur partem, geret CHRISTS typum, qui candor eſt Sap. 7.
lucis æternæ,& quia eſt ſapientia patris,palàm,q illius è fonte,haurienda ſapiẽtia eſt,de qua ſer- 1. Cor. 2.
mo. Verum ſi contorquetur ad malam,ſicut & ſupra;phariſaica innuitur turba, quæ foris eſt can
dida,& intus immunditia plena. Ab his filiæ ſunt deriuatę nõ quidẽ natura,ſed eruditione: qm̃
penes illos,legis erat interpretatio, vt qui cathedrã retinebant Moſis: & notum eſt,q in tribus
primis precceptis,contemplatiua fouebatur vita: & in poſterioribus, quæ ſeptem ſunt, promoue
batur,quæ eſt operibus dedita. Et quanquã illi pluribus ſcaterent erroribus: quin & idololatrijs
(erat quidẽ idololatra Labanus: ſtudebant & auaritiæ,quæ idolorũ eſt ſeruitus, phariſæi) nihilo- Ehp. 5.
minus,quod tradebant ex cathedra,nempe Moſis proprio loco,dñi aſſertione,nefas erat cõtem Matt. 23.
nere;quin & debuit oſculari,& executioni,pro virili cõmitti. Quòd ambæ, vni copulatæ ſunt
viro,ſi retinetur,q ab altera non ſecluditur reliqua, quòdq; Iacob magis afficiebatur Racheli;
hac in re,nihil habet obſcuri. H

Quòd deniq; Patriarcha,ſeptẽnio vtranq; mercatus ſit ſeruitutis: hoc(ſi Auguſtino creditur)
continet ſacramentum: Docet præclariſsimus Doctor, actiuã vitam,ideo promereri ſeptennio:
quia in obſeruatione ſecundæ perficitur tabulæ: quę etſi, dilectionem complectitur proximi, ex
pletq; erga illum quæuis opera pietatis, ſeptennario tñ præceptorum abſoluitur, vt compertum
eſt aſſuetis: Contemplatiuam quoq;, haud minori adipiſci tempore; quia etſi in abſolutione, triũ
comprehenſa eſt mandatorum primæ tabulæ: ea tñ nuſquam eſt completa, niſi ſeptem ſit gra-
dibus beatitudinis fulta: nempe Spiritus paupertate, animi mãſuetudine, interni hominis fletu,
eſuriẽ ſitiq; iuſtitiæ, mũditia cordis, miſericordia erga fratres,& pacis compoſitione, inter diſſi-
dentes. Et quanquam mens, animusque Iacobi arderent primum amplecti Rachelem, mos ta- Mat. 5.
men patriæ,hoc eſt, præſentis peregrinationis ſtatus; cõmuni obtinet lege, vt nõ niſi deſponſata

Lia,

A Lia,deſponſetur Rachel:nec rectè contemplatur:niſi charitatis operibus ſotus.
Verùm etſi prædicta ſuſpicio; poſſet nihilominus dici,quòd neutra communi abſoluitur iure,niſi ſeptem, pro qualibet ſeruiatur ætatibus,quibus, & noſtra perficitur vita. Nam ſicut matrimouium durat,quouſq; eſt homo ſuperſtes;ita & harum,qui vel alteram duxit,vt totum cum ea peragat,vitæ tempus,neceſſarium eſt. Ergo non ſufficit,ſi actiuæ,tempore vacetur infantię, pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis, & virilitatis; ſed & tempore inſtandum eſt, ætatis tum maturæ, tum & perfectæ. Nec de contemplatiua ſecus, de qua & Sapiens ſcripſit. Hanc amaui &
Sap.8. & exquiſiui, à iuuentute mea. Et non longè poſt. Propoſui illam, mihi adducere ad conuiuendum; vt mecum ſit, mecumque laboret in ſęculum. Nec quidem mirum; cùm non niſi ſeptima in ætate,quæ perfectionis eſt,abſoluatur conſummeturq;:in qua, non modo filij ſunt orti, non modo adulti, ſed & locupletati tempusq; inſtat,ſarcinas recolligendi,& verſus ſuæ natiuitatis locum,properandi.

Igitur opportunè, poſtquam hæc ſunt paracta,parat receſſum Iacobus:& Labani domo, vel eo inſalutato(aberat quidem,toudebatq; gregem)dimiſſa, ſua cum ſupellectili, & quos lucratus fuerat gregibus:abiit patriam verſus. In hoc,haud obſcurè electos inſtituens, non conduce-
2.Cor.7 B re,vt plus æquo cum Phariſęis verſentur;minusq; vt iugum ducant cum eis. Quod & pariter de
Pſal.17. hortatur Apoſtolus,haud inſcius,quàm ſit perfacile cum labente labi,& cum peruerſo peruerti.
Quòd Labano diſceſſit inſalutato, factũ eſt ad vitandum,nedum ſtultas,& ſine diſciplina verborum quæſtiones, iuxta conſilium Pauli; ſed & ad ſeruandum, quòd CHRISTVM veniſſe
2.Thi.2.
2.Cap.1. negantibus,nec Aue dicendum eſt, iuxta Dilecti pręceptum. Præter id, quòd & eo abiit tempore, quo toudebat, hoc eſt,potiſſimum cupiditati vacabat;quæ,vt probe tradit Apoſtolus, ra-
1.Thi.6. dix malorum omnium eſt.
Sap.7. Supellex & greges,ea ſuut bona, quæ vnà ſecum deferunt coniuges. Quandoquidem Salomone teſte,cũcta bona, ſapientiam comitãtur cœleſtem: quibus & eius filij,opera inquam pia, ſanctaq; locupletata ſunt. Nec oues caſu,diuerſi,repertæ ſunt velleris,aut iniqua decorticatarum induſtria,ſunt acquiſitæ virgarum: quandoquidem ſpirituales opes,non vnã,ſed plures ſortiuntur virtutes: tum quia proficiſcuntur ex gratia, quæ vim omnium continet perfectionum: tum
Sap.1. quia à Spiritu proueniuut paraclèto,qui omnium eſt exactiſſimus artiſex. Præter id,quòd & vim habent medendi,vim exhilarandi,ſatisfaciendi,merendi,locupletandi,& id genus non pauca, *Mira vis ſpiritualiũ opũ.*
C vt apud Theologos. Et quoniam patrum, nonnuuquam innituntur exemplis; in quibus multiuariæ enituere perfectioues donaq;: haud iniuria, ex multiplicis coloris virgis, ſunt, tum occaſionatæ: tum profectæ.
At,quid de Idòlis,per Rachelem ablatis? Diximus inter Phariſęorum idòla,cupiditatem eſſe;
Eph.5. vt quę idolorum eſt ſeruitus:conſtat,& non obedire Deo, Samuelis ſententia,idololatriam dici:
3.Reg.15. quin & legis ſuperſtitioſè obſeruare literas,apices,puncta,vt & Cabaliſtę faciunt, extra idololatriam prorſus non eſſe,compertiſſimum eſt Et de his maximè:locum iſtum intelligo. Ergo q̄ Rachel,idòla eſt furata, illud non obſcùrè,in præſentiã innuit,quòd:verè cognoſcentes,vereq; diuina contemplantes,hæc non ſolum habent vt ſtulta,ſed vt dæmoniaca:nempe à Sathana introducta,& vt dementet,homines,& vt ſcripturæ honorem ſibimet vendicet: Præter id, q̄ & hæc per Rachelem,hoc eſt, CHRISTI fidem, ac Dei arcanorum detectionem, ſunt & abolita, & quaſi furto, ſi quæ in Phariſæorum videbantur manibus, iure ablata: quippe quibus, nedum
Matt.25. Dei ablatum eſt regnum, ſcripturam inquam, & prophetarum oracula;ſed & illas perdiderunt inſignes intelligentias,ſenſusq;,quibus tempore donati ſunt Moſis, ſeniorum ac patrum: quin & ea ſuperſtitioſa ſomnia, quæ hauſerant ex Cabala, vana ac falſi nominis ſcientia, ſicut & de illa,ni fallor,ſcribit Apoſtolus.
1.Th.6. D Verùm,quod ad proprię natiuitatis terram,ſuis cum,reuertitur Patriarcha, electos, innuit,
Eph.2. ſatis perſpicuè(ſiquidem ciues nedum ſunt inſtituti ſanctorum,& domeſtici Dei, ſed & cõſortes
2.Pet.1. diuinæ naturæ: quin & ex Deo ſunt oriuudi; ſemenq; & arrhabonem oſtenſuri Spiritus ſancti,
Ioan.1. quo agnoſcantur ſupernæ regionis,& familię CHRISTI, & per hoc,domus Abrami, Iſaaciq;
Eph.1. quin & Iacòbi,in qua & CHRISTVS regnat in ęternum)etſi nunquã ad Chanaam,in Spiritu re
Luc.2.
Heb.11. promiſſam,quam & vnicè quæſierunt patres;non ſuſpirare:maximè tamen, dum in ſeptima verſantur ætate,& potiſſimum dum ſunt proximi, cõſummationi mundi,curſusq; vitæ pręſentis;in qua & illis manet corona iuſtitiæ.Propter quod,& ſignis apparentibus extremi iudicij, illis eri-
Mat.24. genda ſunt capita: exhilaranda corda,mẽteſq;,eo q̄ poſtrema, vt inquit dñs,inſtat redẽptio ſua.
Et quanquã eo tempore,illos inſectetur Labanus: quanquã nõnulla, illis pſecutio immineat

Antichriſti,ſuorumq; ſatellitum;dñs tñ, qui nunquam nos ſinit, ſupra vires tentari, ſed & facit, E
cum tentatione prouẽtum,vt non ſit difficile ſuſtinere, eorum refrenabit audacias,quin & om 1.Cor.10.
nes amouebit lites,ſicut & fecit Iacobo; Et licet noua ſorſan,defectura nõ ſint eo in tempore,
ſimulachra,erunt nihilominus,& qui antiquas(ni fallor)repetant ſuperſtitiones:verùm quia nõ
ſecus ducentur ac paleæ, ſtraminaq;,non niſi paſcendis animalibus opportuna:& preſertim cũ
ſint à Rachele calcatæ,& fidei diuinæq; ſapientiæ fulgore,non tam depreſſæ quam eluſæ, haud
plurimum afferent detrimenti:quin & non magno negocio, auferentur è medio,vt præſens ſa-
cramentum præſefert. Angelorum caſtra,quæ patriam redeunti occurrunt,curam oſtendunt,
quam superni Spiritus gerunt de electis; & maximè cum poſtremum vident appropinquare diẽ;
haud ignari verſutiarum ſathanę:qui etſi ſemper quęrit quem deuoret,potiſsimũ tñ,ſolicitus eſt 1.Pet.5.
in calce: vt qui inſidiatur calcaneo,prout & de illo,eſt prenunciatum a Deo. Tranſitus iordanis Gene.3.
in baculo(cum ea vox, fluuius reddatur iudicij)euaſionem dènotat condemnationis extremæ;
idq; vigore ac merito crucis,cui oẽs innitũtur electi. Luctam cum Deo,homine, Angeloq;(his
collutator exprimitur vocibus & maximè,in Oſea propheta) CHRISTI, puto denotare com- Cap.12.
Ludi Chriſti cũ electis, & q̄ ꝓualent ei. plexus,ſolatia,ludos,quibus delitiatur cũ electis:quos & ſibi præualere permittit: eò q̄ dilectio-
nis ardore,illorum ditioni,quodam pacto,ſe ſubdit. F

Quòd illi benedicit,nomen tamen non pandit;inſtruit Dei electos, etſi pręclaris,in præſenti
obruuntur beneficiis,illum ad plenum, noſſe non poſſe. Quòd Iſraelis dignandus eſt nomine:
admonet,q̄ licet multum ſit, homines rebus dominari creatis,longè tñ maius, longèq; fœlicius
eſt,q̄ electi dominentur CHRISTO, Deoq;:& CHRISTVS, & Deus tum amicè; tum gratiosè
dominẽtur in eos; Tam ingens eſt amborum Metamorphoſis,& maximè cum electi ad cœleſtẽ
aſſumuntur patriam,in qua,tum Deus,tum CHRISTVS, ſunt omnibus oĩa: q̄ modo quopiam 1.Cor.15
dominabuntur mutuo,dum in oĩbus reſpondebunt inuicem,pro voluntate: exhibentibus ele-
ctis,quicquid ſunt,omni pro virili,in obſequium Deo & CHRISTO: & Deo CHRISTOq; illis
morem gerentibus,omniaq; præſtantibus,eorum pro deſiderio. Quòd fœmoris coxæuè tactu,
à colludente factus ſit claudus,mea docet opinione,electos quantumuis familiares CHRISTO,
quantumuis colluctentur,concertentq;,mutuo ardoris certamine: vſquequo tñ,eorum non ab
ſoluitur curſus,vſq;quo ad supernã nõ ſunt admiſsi politiã,etiã ſi breuis eſt agon,& brauiò reue
ra ſint proximi;vel leuiter neceſſe eſt claudicare,& nõ raro ob carnis infirmitatem, vel ex parte Iac.3.
delinquere.Nam in pluribus offendimus oẽs; & iuſtus non ſemel cadit in die:& ſi dixerimus q̄ Prou.26.
nõ peccamus,decipimur,nec foret opus flagitare quotidie,vt à noſtris abſoluamur debitis. Mu G 1.Ioan.1. Mat.6.
nera,quæ Iacob & mittit,& largitur fratri;nõ modo reconciliationem atteſtantur poſtremam,
vtriuſq; populi,ſed & illam exprimũt dilectionem,qua ſe proſequuntur ſancti; dum & volunt,
& intendunt,omnia ſua bona,fore communia, haud ſecus,ac naturalia eiuſmet corporis mem-
bra:qua de re Paulus ad Epheſios. Vbi & ſacramentum,noſtra pro tenuitate diſcuſsimus; & ni Cap.5.
fallimur, ſatis ſuperque.

« Quartus Typus,ex hiſtoria habetur Ioſephi:qui in ſenectute generatus à patre, prę reliquis
« diligebatur filijs:cui & tunicam fecit inſignem,& licijs diuerſis intextam.Hic cum gregem pa-
« ſceret vnà cum fratribus,filijs inquam Balæ Zelphæq;, & per hoc, cum Gad, & Aſer, Dan, &
« Neptalim:nonnullis eorum deprehenſis ſceleribus, quibus peſsimè audiebãt,turpiq; laborabãt
« infamia:rem vt debuit,retulit ſeni: propter quod illius non ſolũ inuidebant gratiæ,ſed maximo
« inſectabantur odio: quod & myſtica,tum refricarunt,tum ſuccenderunt ſomnia.Alterum exti-
« tit:q̄ in agro cũ fratribus ſibi videbatur metere fruges:ſed mox ſuus manipulus ſtare,& à fratrũ,
« qui circunſtabant manipulis,ſuſpici,coliq; Reliquum,quo Solem vidit,& Lunam: item & vn-
« decim ſtellas: q̃ adorabant ſeſe, Quod referens,palã eſt obiurgatus à patre:& ſi rem ſecum,vt ar- H
« canam duxit,perpenditq;, Quadam aũt,ſed opportuna die,cum fratres in Sichem paſcendis mo
« rarentur gregibus,miſit eũ ſenex;vt illis viſis,referret ſi cũcta agerentur pro voto, Ergo Hebron
« egreſſus,illuc contulit ſe: Sed fratribus non repertis,vagabatur per agrum; donec,q̄ agerent in
« Dothã,factus eſt certior. Quare eò profectũ q̃ debuerant amplecti fratrem,in illum coniurant,
« vt hoſtem.En inquiunt ſomniator venit: ateamus & occidamus eum: & videbimus ſi illi pro-
« derunt ſomnia ſua.
« Verùm conſpiratione facta,Rubeni conſilio,detiſterunt à nece: exutum tamen tunica poli-
« mita,in ciſternam,puteumuè coniecerunt ſiccum,vt fame deficeret: Quo & patrato ſcelere, cœ
« perunt epulari,idq; maxima cum voluptate.Et vt celaretur facinus: illius tunicam, ſanguine hœ
« di reſperſam,ex parteq; laceram,miſerunt ad ſenẽ;vt facilè ſuſpicaretur nedum extinctum,ſed à
belua

A belua deuoratum. Interim tranſeunt mercatores, tum ex Iſmael, tum ex Madian: quibus Iu- »
dæ ſuaſione, venditus eſt vel triginta argenteis, vel viginti, vt alius continet textus, ſed aureis. »
Quare in Aegyptum perductus, in domo recipitur Pharaonis, emptus à Phutipharo, tum eu- »
nucho, tum occiſorum principe: & fuit omnibus domeſticis gratus, charusq;. Verum quia pul- »
cher, ab illius adamatus eſt coniuge, & vi aliquando retentus, cum facinus non probaret, ſed re- »
licto pallio aufugeret, reus factus eſt criminis: propter quod traditur carceri, nec breui detine- »
tur in eo. Vbi etſi fuit afflictus, apud captiuorum cuſtodem, conſecutus eſt gratiam; & nonnul »
lorum interpretatus eſt ſomnia: Et demum inde eductus, expoſitis Pharaonis ſomniis, honore »
eſt donatus tam grandi, vt toti præficeretur Aegypto: Quam & vberrimè pluribus pauit »
annis; multis inſolitisque, Pharaonem locupletando prouentibus: Quo & in tempore, fratres »
recognouit, illum adorarunt, & illis indulſit: & præter hæc, patrem ſenem, vnà cum fami- »
lia, grege, ac ſupellectili, nedum maxima cum pietate excepit: ſed & in vberrimis Aegypti lo- »
cis, commorari mandauit. »

Ioſeph, qui interpretatus eſt auctio, ſine controuerſia, CHRISTI eſt typus: qui non modò,
auxit mundo gratiam, dum ſuo in ſanguine, illius meruit renouationem; immo & promotionē:
B ſed & patri gloriam, non quidem in ſeſe, vt qui ipſa gloria eſt, ſed in rebus ab illo productis, & in
hoībus maximè: in quibus, illius opera fulget, nedum nomine primi principij, & ſed clementiſ-
ſimi patris. Et quanquam hæc conſtantiſsima ſunt: ad rem tñ, maximè pertinet, q̄ CHRISTI in-
teruentu, auctus electorum eſt numerus, dum multi ſunt ſaluati, qui (vt diximus) in eorum, non
erāt claſſe cōprehēſi. Præter id, q̄ & qui ſimpliciter erāt electi, illius beneficio locupletiores ſunt
facti; tum in chariſmatibus gratię, tū in ſpiritus ſancti muneribus. Hunc Iſrael Patriarcha; Deus
ſcilicet pater ſummus, qui nedum (vt ea ſonat vox) oībus dominatur rebus, ſed & cuncta mode-
ratur ad nutū; præ reliquis diligebat filijs: qm̄ etſi Angeli, hominumq; plures, Dei appellati ſunt
Heb. 1. filij; nulli tñ dictum eſt, Hodie genui te, vt probe aduertit Apoſtolus.

Quo in loco, ſi de æterna ſermo recipitur generatione, qua ſolo procedit ex patre: haud du-
bium, q̄ in ea, illum eòuſq; dilexit, q̄ in ipſum, & ſe & ſua omnia trāſtulit; vt qui illi diuinitatem
contulit, quæ tum inacceſſus, tum infinitus, omnium bonorum oceanus eſt: propter quod, & iu-
Col. 1. re, dilectionis vocatus eſt filius, ſicut & Apoſtolus docet. Si vero de illa, exponitur regeneratio- Chriſtus cur dilectionis filius.
Acto. 13. ne, quā à tota nactus eſt Trinitate, cum ſurrexit à mortuis, ſicut & recipit aliquando Apoſtolus,
Heb. 1. C palam, q̄ & illum dilexit præ filijs, cum eiuſdem aſſertione, & tunc ſupercœleſtibus mandatum
fit mentibus, vt illum adorarent; vt cui omnia nedum ſunt tradita, ſed & eius ſub pedibus conſti-
Pſal. 8. tuta, ſicut & propheta prædixit.

Quòd illum genuit in ſenectute; dilectionis accumulat rationē: Et ſenectutis tropo, vel ęter-
nitas eſt denotata, eò q̄ longam atteſtatur vitam: vel proximus receſſus à ſynagoga, iuxta quæ,
explicata ſunt ſupra: prior ſenſus, generationi, qua à ſolo proficiſcitur patre cōſentit: poſterior,
regenerationi, quam tota eſt operata Trinitas, commodus eſt. Illa fuit ab initio: hæc poſtremo
facta eſt tempore. In quo & tunicā, quam in incarnatione illi texuerat polimitam (Nam illum,
noſtrā induēdo carnem, cum illam innumeris ornauerit donis, gratiis, priuilegiis: vt quam in or-
Petrus de Pal. in. 4. ganum infinitorum ſumpſit miraculorum: immo, & vt præclaris eſt acceptum Theologis, rerum
omnium, ſalutaribus inſigniuit proprietatibus: vt ſicut eius anima, vndiq; ſpiritualibus ſcatebat
chariſmatibus, ita & corpus, corporeis virtutibus, & fauoribus) & ī paſsione, morteq;, ſuo reſper-
ſerat ſanguine, ſicq; laceram impiorum reddiderat morſibus, vt ingenti, illum non poſſent ama-
ritudine non afficere; in reſurrectione tādem, reddidit glorioſam: vt nemo valeat hęſitare, q̄ &
inſignem tunc erga illum, pater oſtenderit dilectionem.

D Multo hic pauit tēpore (etſi non propria in perſona, ſed in patribus, regibus, & prophetis) pa-
tris ſui gregē, electos inquam ex Dei populo: verum cum Zelphæ, Balęq; filiis, hoc eſt cum pha-
riſęis, ſcribis, & ſacerdotibus, qui ſibi regimen ſui vendicabant patris, quos etſi fecerat, nonnul-
lo pacto fœlices beatoſq;, eò quòd rerum temporalium copia reddiderat pingues, in terraq;, quę
lacte melleq; diffluebat, vt dominos collocauerat, ſicut & voces præſeferunt, Gad, & Aſer; nihi-
lominus & vaſa erant iræ & iudicii, quod & vox indicat, Dan: quin & deteriores effecti fuerant
ethnicis, cum hi contempſerint dominum, & illi ab eo miſſos receperint ſeruos, vt & in eos, do-
Mat. 8. minus obiicit. Ergo, comparatione, deteriores euaſerūt idololatris, & aliis peruerſis hominibus;
quod & vox Neptalim præſefert: Quare & concubinarum, haud immerito, dicti ſunt filij; poſt-
quā, & à qua pfecti ſunt, ſynagoga, à legitima degenerauerat, cōiuge; nec iniuria, in duabus adū-
brata famulis, tū qa pluralitas eorū atteſtabaī ſeditioni, & īterptatio, eorūdē cōſentiebat flagitiis.

Siquidem, altera contemptus (vt diximus) interpretatur oris: & docet, ꝙ nedum prophetarum E
ſpernebant oracula; ſed & ꝙ labijs incircuncisi erant, & lingua, vt iure in illos Stephanus obij- Act.7.
cit. Reliqua redditur, inueterata, innuẽs q̃ impiè occalluerãt in ſceleribus; nempe, qui perfrictę
erant frontis, populusq; duræ ceruicis, vt non ſemel, de eo dominus conqueſtus eſt. Ergo, non
fuit iniquum, ad patrem, eorum deferri crimen, ob corruptam potiſsimum famam; vt qui non
ſolum paſsim habebantur increduli, facinoroſi, idololatræ; ſed & eòuſq; peruerſi, vt Dei nomẽ,
propter id blaſphemaretur à gentibus: ſicut & prophetæ aliquando atteſtati ſunt. Quare haud Eſa 52. Ezec. 36.
mirum, ſi inſectati ſunt eum: haud mirum ſi ſunt diſtorti liuore, ſi inuidia tabefacti: tametſi, ni Rom.2.
fallor, rẽ diſsimulabant vultu labijsq;. Id, quod & CHRISTO præſtiterunt, in prophetis, & pa-
tribus: in quibus, illi manibus ſimulabant applaudere, & verbis complacere ac linguis: & tamẽ
corde detrahebant & factis, vt oraculum docet: vnde & illos ſunt nedum perſecuti, ſed & tradi- Eſa.29. Matt.23.
derunt neci: ſicut Euangelium refert. & 24.

Verum, cum tempus affuit opportunum: ſiquidem cum venit plenitudo temporis, miſſus eſt
CHRISTVS, à patre, ex Hebron, quem incolebat, loco: hoc eſt, ex beatarum mentium ſocieta-
te (ita ea vox ſonat) qua potiebatur in cœlo, non modo vt carnem indueret (nam & miſsio, illius,
vt tradunt, eſt incarnatio) ſed vt fratres, Hebræos ſcilicet, conueniret (ad oues quidem miſſus eſt F Mat.15.
Iſrael) patri relaturus, an res agerentur rite, probeq;. Quare in Sichen primum, quod humerus
interpretatur, perueniens (nam pontifices, primum adijt & ſacerdotes: & quidem merito, cum
Petri ſententia, à Dei domo ſit iudicium inchoandum; & pec hoc, ab ijs, quibus Dei Eccleſia 1.Cap.4.
creditur, quorumq; humeris ſuperimponitur, vt reddãt rationem de ea) fratres non repperit. Si-
quidem adueniente CHRISTO, licet non pauci, eiuſmodi gloriarentur titulis (erant quidem
multi, de quorum patribus, ille erat, ſecundum carnem) re vera tamen, illius non erant fratres,
ſed hoſtes: vnde nec crediderunt ei. Nam & ſcriptum eſt. Nunquid aliquid ex principibus, Ioan.7.
maioribusuè credit in eum?

Verbi miſſio illius eſt incarnatio.

Ergo dum vagatur, per agrum, dum terrenam percurrit Ieroſolymam, eiuſq; ſuburbia, quin
& Samariam totamq; Galilæam; demum concedit Dothan, exploraturus, quo nam pacto inten-
derent legi, ritibusq; Moſaicis (ita & vox oſtendit, Dothan) modo illos conueniendo in templo,
modo in ſynagogis, vbi nedum legebatur Moſes, ſed legis ſeruabantur ritus: vt Euangeliũ teſtis Matt.13. Ioan.18.
eſt. Quare, illi odio acti, & liuore diſtorti; mox coniurarunt, vt illum traderent morti. Veni- Iere.11.
te, mittamus lignum in panem eius: & eradamus illum de terra viuentium. Siquidem aduer- Sap.2.
ſus eſt operibus noſtris, gloriaturq; de ſcientia Dei: ergo periculum faciamus, quid illi proſint G
ſomnia ſua. Quare irruentes in eum (circundederunt me canes multi: tauri pingues obſederũt Pſal.21.
me) polimita exuerunt tunica: quia eius animam, ſacro denudauerunt corpore. Quo & factum Zach 9.
eſt, vt in puteum, infernum inquam, in quo non erat aqua (illius potiſsimum gratiæ, qua ad vi- Ioan.4.
tam ſaliretur æternam) nuda deſcenderet, indeq; vinctos patres educeret; ſicut & oraculum, per-
ſpicuè demonſtrauerat. At Rubem, qui viſionis interpretatus eſt filius, dehortatus necem, vt vi-
uus reſtitueretur patri; illos, ſi non fallor, ex CHRISTI præſefert diſcipulis, qui eius non con-
ſenſerunt in mortem: vt Ioſeph à Barimathia, vt Nicodemus qui venerat ad eum nocte, vt Ga-
maliel, qui in Concilio partes tuebatur Apoſtolicas: & alii qui credebant, ſed ob Iudæorum
metum erant occulti.

Quòd illo in ciſternam, puteumuè coniecto, epulabantur, diemq; feſtum ducebãt, exprimit,
quod conceperant gaudium, tum de extincto, vt credebatur, hoſte, tum de ad ſe, vt putabãt, deuo
luta hęreditate: tametſi factũ ſit ſecus, ſicut & dñs, in die, quo & crucifixus, (quem illi fore exiſti-
marũt ad pacẽ, ſucceſſumq;) vaticinatus eſt. Suaſio Iudę, vt venderetur Iſmaelitis Madianitisq;, Luc.25.
conſilium indicat, quo non ſolum ſtatuerũt contemnere, ſed à ſe penitus abdicare CHRISTVM,
eiusq; Euangelium: ꝓpter quod & ad gentes, optimo eſt iure deuolutũ, tranſlatũq;, ſicut & di- H
xerũt Apoſtoli: Qm̃ indignos vos reputaſtis æterna vita; iure conuertimur ad gẽtes. Quæ CHRI-
STVM Euangeliumq; ſuum, non argento, non auro emercatæ, ſed fide & dilectione, transferũt Acto.13.
in Aegyptum, hoc eſt, in totum vniuerſum: quod cũ ſub imperio ageret Pharaonis, hoc eſt, Im- Eſa.55.
peratorũ tyrannide, qui oĩa nixi ſunt diſsipare, vt Pharaonis nomen oſtendit: non potuit multis
non vexari anguſtiis, ſicut & Aegyptus interpretata eſt. Vbi & Phutipharo Pharaonis miniſtro;
qui non modo erat eunuchus, ſed occiſorum princeps; tandem venditus eſt.

Siquidem non eſt obſcurum, mundi tyrannos, & Imperatores maximè, priuſquã CHRISTO
ſubſcriberent, diuerſos ſortitos eſſe ſatellites; tum ad interimendum CHRISTVM in membris,
tum ad Euangelium extinguendum, in fidelium cordibus. Et præter ſicarios, carnificesq;, quos
conducebant,

A conducebant, nedum ad cruciandos ſanctos, ſed & immaniter pernecandum; erant & hæretici.
Qui etſi non ſemper, ad tantum facinus, ſunt ab illis aſſumpti, (quod tamen & Arrianorum ſa-
ctum eſt tempore) quia tamen, non raro eorum conducebat tyrannidi, ſauebatq́; veſaniæ; haud
immerito, inter eorum poſſunt computari miniſtros. Per quos, & eo ſæuiebatur atrocius; quo
pernitioſius iugulantur animæ. Ergo, horum locum, perſonasq́; Phutipharus ſuſtinet, ſi nõ fal-
lor: nempè occiſorum princeps, ſub Pharaone. Nam ſi duæ patricidarum ſunt claſſes; indubiè, ea
habet principem locum, quæ pernecandis animabus præpoſita eſt. Et quanquam magis, prima
videretur facie conſonare, ſi princeps legeretur occidentium; ſiquis tamen aduertat, quod dum
alios perdunt hæretici, non minus, ſed acrius pernecant & ſeſe: occiſorum verbum, magis, non Hæretici occiſores ſui magis quã aliorum.
detrectabit, myſterio conſentire.
Quadrat & hæreticis Phutipharis nomen, vt quod, Taurus interpretatur pinguis; cum & nõ-
Pſal. 67. nunquam, eo in ſcripturis denotati ſint tropo. Increpa feras arundinis; quæ taurorum ſunt con-
gregatio; in vaccis quidem populorum. Nam hæretici dicti ſunt feræ, quia crudeles: ſed arundi-
nis, pro arundinum, Hebræorum more; vt qui in dogmatibus verſantur inanibus, inſtabilibusq́;.
Sunt & veluti tauri: quia ſuperbi, laſciui, indomiti, & cornupetæ: at non obſunt, niſi populorum
B vaccis, hoc eſt, carnalibus, effœminatisq́; hominibus, & non raro iniquitate grauidis; qui & illis
non ſecus adhærent, ac vaccæ tauris: nempe pro explenda libidine. Præter id, q́ ſunt ſaginati;
non quidem ſpiritus ſancti donis; aut vbertate ſacroſanctæ ſcripturæ; ſed petulantia carnis, & hu-
ius vitæ commodis: non quidem euangelizantes, ſed Euangelium peruertẽtes; tum quæſtus gra
Matt. 23. tia, tum vt ſuo indulgeant ventri; & demum rapina & fraude, non ſecus ac ſcribæ & phariſæi; de
Pſal. 21. quibus & alias conqueſtus eſt CHRISTVS: Circundederunt me vituli multi: tauri pingues ob-
Timm. 3. ſederunt me. Sunt & eunuchi: quia euirati, inualidiq́; regignere Deo; vt qui virtute vacant ſpi-
1. Ioan. ritus ſancti, ſine quo non renaſcimur: vacant gratifica gratia, quæ ſemen eſt Dei: vacãt Euange-
1. ca. 3. lio puro, candidoq́, per quod & Paulus refinxit Corinthios, & Petrus, refictos aſſerit omnes fi-
1. cap. 1. deles: tametſi, ſpiritu æſtuent ſemper immundo; etſi nunquam non ſint repleti malitia, quibus &
innumeros ſatellites aggregant Sathanæ.
Hi quoque emère Ioſeph; quia illum ſuo nituntur ſubdere arbitratui, dum proprio Euange-
lium interpretantur marte, impijsq́; obumbrant ſomnijs, dogmatibusq́;. Emerunt, emuntq́; Io- Hæretici euãgelij peruerſores.
ſeph; at non fide, non charitate, non deuotione, ſed ſupercilio, ſed cupiditate, ſed ardore gloriæ
C aucupandæ apud homines. Habent & hæretici coniugem: quia eouſq; carnali innituntur con-
cupiſcentiæ: vt etſi duo, in vnam tamen tranſeant carnem; quippè qui omnia, cum concupiſcen-
tia ducunt pro indiuiſo. Hæc, vt expleat, ſaturetq́; libidinem, haud nunquam, contorquet ad ſe
Euangelium; vt tãdem, ſi poſſibile eſt, dormiat, ſuisq́; faueat deſiderijs. Siquidem peculiare ſem-
per fuit hæreticis, vim literis inferre diuinis; vt quouis pacto ſuas contegerent fraudes. At Io-
ſeph: at CHRISTVS, eiusq́; Euangelium, patrocinium neſciunt præſtare criminibus: neſciunt
fauère libidini, vel ſuis improbis concupiſcentijs. Ergo neceſſe eſt, vt illius aliquando effugiant
manus: q̃m non eſt conuentio lucis ad tenebras, non CHRISTI, ad Belial: vt Apoſtolus dicit.
2. Cor. 6. Quare, nihil tandem reſtat hæreticis, niſi pallium, niſi ouina pellis; quia niſi hypocriſis, qua, &
amiciant ſeſe. Propter quod, & iure ex ore CHRISTI, in falſis ſunt adumbrati prophetis; qui in
Matt. 7. veſtimentis proficiſcuntur ouium, & aliud non ſunt, quàm lupi rapaces; induti zelo iuſtitiæ,
religionis, emendandæ vitæ, animarum ſalutis, alijsque id genus: cum tamen re vera nil minus
quærant, cupiantque.
Quid ergo? Carnis concupiſcentia, poſtquam ſe contrectat eluſam, periculoq́; didicit ſuos co
natus inanes; conceptum tandem cogitur euomere virus, CHRISTVMq́; & Euangelium, diris
D dehoneſtare blaſphemiis. Ergo non defuerunt hæretici; quorum aliqui, CHRISTVM negarũt
eſſe Deum: aliqui animam illi detraxerunt rationalem: nonnulli ei corpus dedere phantaſticũ:
quidam dixerunt nõ fuiſſe mortuum, vel crucifixum: & alij alia, haud minus propbana, minusuè
abominabilia. Euangelium quoq́;, mentiti ſunt aliqui, non conſtare in pluribus locis: reiecerũt Pernitioſiſſime hæreticorũ ſectæ, blaſphemięq́.
nonnulli, quod ſcribit Dilectus: alij quæ, præter Matthæum, tradunt Euangeliſtæ, & aliqui quæ
reliqui, præter Lucam. Sunt & qui epiſtolis detrahunt Paulinis: qui actis Apoſtolicis: & alij ef-
futiunt alia deteſtanda nõ minus. Ergo hi ſunt clamores, hæ calumnię, impoſturæq́;, quibus Phu-
tiphari vxor, inurebat Ioſephum; quibus & valuit eòuſq;, vt non ſolum eijceretur è domo; ſed &
coniiceretur in carcerem. Nam & compertum eſt, hæreticorũ opera, non modo CHRISTVM,
eiusq́; Euangelium, è cordibus eiectum eſſe multorum (quæ illius per fidem effecta fuerant do-
Ephe. 3. micilia) ſed & è ciuitatibus, regnis, & regionibus; quin & catholicos, nonnunquam in angulos
fuiſſe

fuiſſe redactos, exulantes in inſulis; & extremis terræ: Vbi & cogebantur, anguſtiabanturq; , nó E
ſecus, ac carceribus, Gyariſq; perbreuibus, & contractis: præter id, ꝙ & CHRISTI, non modo
decurtarunt Euangelium, ſed & violentis occluſerunt interpretationibus, gloſſematibus, ſuiſq;
inuentis; vt verè per eos, traditum videretur carceri, & quidem obſcuriſſimo.

Verùm etſi res eòuſq; proceſſit; non potuit tamen malitia adeo præualere, quin Ioſeph carce
re truſus, proderet aliquando ſeſe; cum & in illo ſomnia, hoc eſt, oracula, multaq; ſacraméta in-
terpretatus ſit: Nã & multi relegati ex patribus, alijq; viri catholici in angulis aſtricti, plures edi-
derunt libros; quibus & fidei non pauca detegerentur arcana, & hæreticorum eluderentur fig-
menta, ſomniaq;. Et tandem, Dei factum eſt prouidentia, vt Ioſeph eductus è carcere; non mo-
do liberè euangelizaret vbique, ſed & intrepidus ſtaret coram Pharaone; referans ſuis in mini-
ſtris, mundi Regibus & Imperatoribus, fidei veritatem, multorum cum ſacramentorum dete-
ctione: & tali pacto, vt conſtanter ſubſcriberent CHRISTO, illum toti præferentes Aegypto;
vt qui illum agnouerunt verum, vnicumque vniuerſi dominum & ſaluatorem, ſtatuentes om-
Cõſtantinus & maximus, & Chriſtianiſſ. princeps — nem illi deferendum honorem, gloriamque; ſicut tempore factum eſt Conſtantini, tum maxi-
mi, tum Chriſtianiſſimi principis.

Ergo, non mirum, ſi & mundus, & paſſim & liberè; ab eo, nedum tempore paſtus eſt vberta- F
tis, quo ſcilicet Eccleſia floruit, onuſtaq; fuit ſpiritus ſancti fructibus, de quibus Paulus Gala- Cap. 5.
this, vacantibus miniſterio verbi præclariſſimis Antiſtitibus, Ambroſio, Auguſtino, Nazianze-
no, Chryſoſtomo, alijſq; micantibus ſtellis, ſed & in diebus penuriæ, in quibus & nos ſumus, qui Matth. 15.
cupimus ſaturari de reliquijs, quæ ſuper menſam remanſerunt patrum, vel de micis ſaltem, quæ
ceciderunt ab ea. Quorum poſtremos, CHRISTI præſtolamur fratres, populum inquã Iſrae-
liticum: vt qui ad fidem tandem ſunt, vt non ſemel diximus, conuertendi, non modo magno cũ
gaudio patrum, in quorum ſaluandi ſunt gratiam; ſed & totius Aegypti; quin & ſupernæ ciuita-
tis: vt dominus & Apoſtolus docent. Siquidem conuertentur ad veſperam, & per hoc, in ex- Luc. 15.
tremo huius ætatis, in qua expectamus ſæculi fines; & famem patientur vt canes, nempè Euange Rom. 11. pſal. 58.
lici verbi, fidei, & gratiæ CHRISTI, ſiliquas deteſtando Moſaicas, quibus & ſaturari non pote-
rant: circumeuntes ciuitatem, Eccleſiam ſcilicet orthodoxam, geſtiendo, flagitandoq; ad cõſor- Epheſ. 2.
tium admitti cœleſtium, tum ciuium, tum domeſticorum Dei.

Nec vacat, ꝙ fratres Ioſeph diſſimulauit agnoſcere, non ꝙ allocutus eſt durè; nec temere fa-
ctum eſt, vt retineretur Simeon, aut ꝙ pecunia reſtitueretur eis. Non ꝙ duceretur Beniaminus, G
aut ꝙ uas, illius clauderetur in ſacco: & demum, ꝙ non niſi, his præmiſſis reuelaretur fratribus,
exhilararetur pater, accerſireturq; : qui & in Aegyptum profectus, in Geſſen optimo regni lo-
co, dimoratus ſit. Nam iure videbatur conſonũ; vt Iudæis diſſimulantibus ſe agnoſcere CHRI-
STVM (quos tamen, non ſolum ob miracula, doctrinamq; ſuam: ſed & ob abſoluta, completaq;
tempora, ſaltem de ablato ſceptro, deq; ſeptuaginta annorum hebdomadibus: hæredem eſſe non
fugit) par redderetur pari; ſi tamen valet dici par, ꝙ illi diſſimularunt, vt liberius perderent; &
iſte vt commodius, frugaliuſq; , illos ad ſalutem deduceret. Diſſimulat quidem CHRISTVS,
ad ſe in præſenti pertinere Iudæos; vt ſe contrectantes, diuino deſtitutos fauore (vt qui ſunt, ſine
Cur hoc in tẽpore Iudæi ſint derelicti. — templo, ſine ſacrificio, ſine rege, ſine propheta, ſine certo ſolo) tandem reſipiſcant, vel illud
ſecum reputantes, quàm multi mercenarii in domo patris abundant panibus; & nos miſere Luc. 15.
perimus inedia.

Conſonat, & ꝙ duræ exiſtentes ceruicis; duris nedum arguantur verbis, ſed & duris petantur
ſupplicijs: Et ꝙ ſi contempſerunt audire, blandè vocantem: audiant exterrentem, & flagella mi
nantem. Nam & ea eſt Iudæorum ſors; vt perinde ac ſerui, ſpũ agantur timoris, ſicut & Apoſto- Roma. 8.
lus dixit, & Propheta: Cum occideret eos reuertebantur; & veniebant ad eum. Conſonat & ſuæ H pſal. 77.
infidelitati, peruicaciæ ac fronti perfrictæ, vt non niſi arrhabone accepto, illis habeatur fides: er-
go conſonat, ꝙ Simeon maneat obſes, vt conuertantur & redeant. Et certum eſt, quòd ſi non
fuiſſent patres, Abramus, Iſaaccus, Iacobus, propter quos ſunt chariſſimi Deo: item, ſi non Roma. 11
fuiſſent Apoſtoli, qui ſunt veluti eorum ſemen; qui omnes, eò quòd audierunt, vniceque obe-
dierunt Deo, ritè adumbrantur in Simeone, ſuntque non ſecus, ac arrhabo eorum conuerſio-
nis; nulla foret certa ſpes ſuæ ſalutis.

Conſonat & pecunia reſtituta: cum frumentum euangelicæ fidei, ſpiritualiſq; doctrinæ, non
debeat exiſtimari pecunia: ſed ſicut eſt gratis acceptum, ita & gratis eſt communicandum; prout
& dominus dixit. Conſonat & Beniaminum præaccerſere: qñquidem ante Iudæorum fidẽ, fuit Matt. 10.
euocandus Apoſtolus; qui pulchrè illo videtur notatus; non modo; quia vt ille, dici valet filius

dexteræ,

A dexteræ, quippè quià CHRISTO eſt vocatus, dum ad dexteram reſideret patris, (propter quod,
& in ſummi Pontificis bullis, dexteram obtinet, reſpectu Petri, ſicut & animaduertunt ſancti)
ſed & quia de tribû deſcendit Beniamini; & de illo (vt Auguſtinus tradit) in eius vaticinatum eſt
Acto. 9. benedictione: Et demum, quia in vaſe videtur vmbratus, in quo augurabatur Ioſephus; cum in
vas ſit electus à Deo, non ſolum vt CHRISTI perſerat nomẽ, ſed vt inauguret in illo, tum reges
& principes, tum & filios Iſrael. Ergo non caſu, non ſurto, ſed ordine iuſſuq; Ioſephi, in Benia-
1. Cor. 15. Epheſ. 3. mini occluſus eſt ſacco; & cum ſuerit iunior omnibus, haud obſcura ſumitur ratio, cur non fal-
Rom. 11. ſò, minimum ſe Apoſtolorum conſtituat Paulus.

Denique & Ioſephi maniſeſtatio, viſus, audituſq;, eſt illius (ni ſallor) populi reacceptio, reſtitu
tioq;; qui ad tempus, ſuis pro demeritis, fuerunt, vt docet Paulus, excæcati, auribuſq; oppreſſi; ne
viderent, ne uè ante tempus audirent. Quòd vocatur pater, ſi de ſummo intelligitur Deo, haud
dubium, ꝙ ſermo, eſt tropicus: & tunc vocatur, cum illius imploratur gratia, fauorq;: Qui & di-
citur hilareſcere, cum rem, ad finem a ſe conſtitutum perducit: dicitur & ad locum quempiam
proficiſci, cum in illo, effectum nouum oſtendit. Si de patribus illius accipitur populi, exhilaran-
tur vocanturq;, quoniam cum hæc audiunt, videntq; adeſſe tempus, nouo afficiuntur gaudio.

B Ii properant in Aegyptum; quia mundum, lætioribus aſpiciunt oculis, ardentioriq; proſequun-
tur affectu: Quòd morentur in Geſſen; docetq; etſi patres, ſunt in electos propenſi, præſertim
Rom. 9. & 11 tamen, nec iniuria, in cognatos, ſicut & aliquando Apoſtolus ſecit; & eo potiſſimum tempore,
quod eorum eſt ſaluti præſcriptum, taxatumq;: quod & vox ſonat, quæ proximatio, reddita eſt.
Quod quoque, non diſſonat, ſi & de patre interpretetur cœleſti: quandoquidem & ipſe, maximè
2. Pet. 1. tunc iudæos ducet vt propinquos: tum ob excellentiam, quam illis conſeret gratiæ, quæ reddit
ſuæ naturæ conſortens, tum ob proſapiam CHRISTI, quæ erit ſupra modum illuſtris: vt Paulus
Cap. 9. innuit ad Romanos. Ergo, & Ioſephi ſomnia; compertiſſima fuere vaticinia; non ſolum de ado
ratione fratrum, ſed patris & matris: hoc eſt patrum, ac ſynagogæ, &c.

Acto. 3. Deu. 18. Quintus typus, eſt Moſes: cum CHRISTVM, Petro teſtante, futurum prædixerit ſimilem ſi- Typus execut Moſis & plagarũ Aegypti.
bi. Hic, profectus ex domo Leui; patrem eſt ſortitus Amram, & matrem Iochadeb. Et inſans »
(poſtquam domi tribus latuerat menſibus) in carecto, iuncea in fiſcella, intimè extimeq; pice li- »
nita; expoſitus eſt. Accidit autem Pharaonis filiam, lotum proficiſci ad flumen: & eleganti flen- »
tiq; reperto puerulo, qnòdq; Hebræus ſoret edocta, illius ſororis conſilio, matrem accerſijt, eiq; »
vt inſantem nutriret, certo ſub ſtipendio, demandauit: & adoptatum ſatis dilexit. Qui vir factus, »
C cum Aegyptium, Hebræum aduerſus, vidiſſet concitatum petentemq; verbere, clam illum occi »
dit, ſabuloq; cooperuit: ſed re ad Pharaonem perlata, conſultò Aegyptum reliquit, ſeq; Madian »
contulit: vbi & puteum iuxta, commoratus eſt. Quo & ſeptem acceſſere puellæ, Ietro filiæ: vt »
aqua hauſta, potum largirentur ouibus. Hæ cum ſuo vacarent operi, à quibuſdam ſunt protur- »
batæ paſtoribus: at Moſes opem tulit, & paſtores, in ſugam conuertit. Domum ergo reuerſis, req; »
expoſita patri, illico Moſes accitur, qui & Sephora in vxorẽ accepta, Ietro factus eſt gener: apud »
qnem & duos adeptus eſt filios. Cum autem oues aliquando ſui paſceret ſoceri: rubum conſpe- »
xit incenſum, ſed inconſumptum. Cui, vt portento, propior factus; mox inde emiſſa monetur »
voce, ne progrediatur propius: ſed calceis detractis, noſcat ſolum, in quo erat, ſanctum eſſe. Et »
ſubdit. Audiui vocem populi mei: & deſcendi non ſolum, vt releuetur ab operibus duris, ſed »
& ab oppreſſione tyranni. Et ſuo detecto nomine; Moyſi (licet excuſanti) onus iniunxit. Qui »
tandem, virgæ robore, multiſq; plagis, tum Aegypto, tum Pharaone percuſſis; Iſraeliticos libe- »
rauit. Et agno mactato, marique ſicco peragrato veſtigio; illos tandem, Synà ad montem de- »
duxit; vbi & legem accepit. »

D Moſes, qui aſſumptus, interpretatur, ex aqua: hominem exprimit aſſumptum à Verbo. Siqui- Moſes exactiſſim' chriſti typus.
Luc. 24. dem non ex merito, ad diuinam eſt promotus hypoſtaſim, ſed ex aqua, hoc eſt, gratia, & Dei mi-
ſericordia: tametſi ad gloriam, quæ Dei decuit vnigenitum, promotus eſt in reſurrectione, ex
Pſal. 109. paſſionis merito, & per hoc ex tribulationum aquis. De torrente in via bibit; propterea exalta-
uit caput. Hic, ex domo, hoc eſt, familia, eſt profectus Leui: quia ex parte naturæ aſſumptæ, tum
12. Meth. Baruch. 3. in ordine includitur creaturarũ (quæ niſi domũ quampiam conficerẽt Dei; nec docerent phylo
ſophi illum eſſe in vniuerſo, vt paterfamilias eſt in domo; nec admiraretur propheta: O Iſrael,
quã magna eſt domus dñi) tum in ordine ſacroſanctæ Eccleſię (quæ niſi domus familiaq; decer-
Ioan. 12. neretur Dei, de ea quæ ſurſum eſt, non diceret Dominus, in domo patris multas manſiones fo-
2. Thl. 2. rè: & de ea, quæ deorſum eſt, non teſtaretur Paulus, quòd magna eſt domus, & quòd continet
multiuaria vaſa) Eſt inquam de familia Dei, & vt portio perinſignis; cum in priori ſit, vt primo-
genitus

genitus creaturæ,& in poſteriori, vt caput, primasq; tenens;vt palam Apoſtolus docet. E Coloſ.1.

Conſonat,& Deum, nomine inſinuari Leui; qui copulans vel copulatus (vt diximus) redditus eſt: quandoquidem inter plurima, quæ illius aſcripta ſunt maieſtati, illud mediocre, non eſt: ꝙ vnit copulatq;, quæ ab eo profecta ſunt. Vnde,& in vniuerſo (vt quoque phyloſophi dicunt) nō ſolum omnia vult eſſe contigua, ſed connexa: quin & ꝙ, ea in connexione, eximium conſequantur bonum;& quidem tam eximium, ꝙ illud Ariſtoteles vt potiſſimum habeat. 12.Meth. Et in Eccleſia, tam ſuperna quam inferna, vinculum inſerit charitatis; quo ſingula nedum inuicem, mirum in modum connectantur, ſed & ad inuicem transformentur;& conſtat illam, Dei fore munus adeo pereximium, quin & illi eòuſq; proprium, vt & ipſe verè charitas ſit. 1.Ioſ.4. Eſt & ſingulis copulatus, cum in intimis adſit cuiuſlibet creaturæ: nec vno tantum pacto, ſed per eſſentiam (vt dicunt) potentiam;& præſentiam;& in beatis per gloriam,& in Eccleſia militanti per gratiam. Quibus donis, nedum præmiſſis ſe copulat; ſed & vnum, incredibili ſacramento coefficit.

In domo ergo Leui, natus eſt CHRISTVS;& ex Amram eſt natus, quia ex patribus eſt veteris teſtamenti, noſtram carnem indutus; vt non ſolum tradit Paulus, Rom.9. ſed oſtendunt Matthæus, Cap.1. & Lucas, qui & proſapiam eius colligunt:& conſonat, cum populus interpretetur excelſus: Nam illi, populus adeò extiterunt excelſus: quòd inſignes facti ſunt Patriarchæ: Reges,& Prophetæ. F Cap.3.

Natus eſt,& ex Iochabed, quod redditur, glorioſa; nec immerito ſynagogam ſignificat; vt quę non ſolum ſuis in oculis extit glorioſa, dum reliquis ſe anteponebat populis: non ſolum in oculis gentium, quibus, miris præclariſq; lucebat ritibus; ſed & in oculis Dei, antequam labaſceret; & peruicacia perfidiaq;, in abiectiſſimam plebem degeneraret. Quòd tribus latuit menſibus; non obſcurè illud inſinuatur tempus, quo in Iudæa CHRISTVS manſit incognitus: etſi Euangeliſtæ creditur, annorum triginta computatur.

Collatio inſignis Iter Moſen & Chriſtum. Quibus vel propemodum abſolutis; ſicut Moſes delatus fuit ad flumen, ita & CHRISTVS ꝑfectus eſt ad baptiſmum. Et ſicut ille in carecto, vel arundineto vt alij transferunt, palluſtri quidem loco,& infrugiferis occupato arbuſculis, eſt expoſitus, ibiq; relictus; ita & iſte in medio Iſraelitici inuentus eſt populi, qui non ſolum vt palus, ſordidis ſcatebant aquis, vt qui paſſim carnalibus exundabant concupiſcentijs; ſed & erant, non ſecus, ac ficulnea ſine fructu, cui & maledixit Dominus, Matth.21. aut qua ſe abſcondit Adamus, cuius & de ſolijs, conſuit perizomata; Gen.3. & ſicut inconſtantes vacuæq; arundines, turbine agitatę ſuperbiæ,& flatu circumactæ iactantiæ. Expoſitus inquam, ſed ſcirpea in fiſcella: quia in ignobili, viliq; (ſecundum carnem) paucorum hominum contentus cœtu, Apoſtolico ſcilicet choro, gregeq;; de quo ſcriptum eſt. G Luc.21. Ne paueas puſillus grex:& quòd ſtulta & infirma electa ſunt mundi. 1.Cor.1. Quæ, tum internè, tum externè, erat pice linita: quia & in corde,& in opere, Apoſtoli erant mortificati; vt qui ſicut foris erant humiles & abiecti, ita & intus erant mites & demiſſi. In qua; etſi ſuum nō omiſit munus, vt qui venerat prędicare Iudæis,& iubere ne ſui gentes adirent; Matt.15. & 10. deprehenſa tamen nequitia illius populi, explorata obſtinatione ac peruerſitate, elegit inter illos potius flere, quam margaritas proijcere.

Ergo prouidè factum eſt; vt Pharaonis filia, hoc eſt, gentilitas idololatra; quę, vel eò, quòd ab impijs ſceleſtiſq; erat fota principibus, vel quia à Sathana ſeminata alitaq; (gentes enim,& profanis militabant dominis;& non ſolum conſentiebant tenebrarum principi, ſed & ad illius agebantur nutum) haud iniuria, vt filia, valet Pharaoni ſubſcribi, qui non obſcurè, vtrorunque gerit imaginem. 1.Thi.2. Accidit inquam, vt veniret ad flumen; hoc eſt, vt (Euangelio per orbem reſonante,& ad CHRISTI lauacrum homines promouente) ſacroſanctò ſe exhiberet baptiſmo, à maculis ſuorum abluenda ſcelerum. & viſa fiſcella, contentoq; in ea, elegāti vagientique puero (Nam CHRISTVS, licet poteſtate ſit Gygas, eſt tamen manſuetudine puer: licet gloria ſit & lætitia patris, gemit tamen & compatitur calamitatibus noſtris: licet fuerit deſormatus in cruce, ita vt nec aſpectus, nec decor ſit relictus in eo; H Eſa.53. fidelibus tamen, etiam in ligno ſubuectus, præ hominū filijs ſpecioſiſſimus eſt) Et agnito, ꝙ erat Hebræus (nam & illis inſigniter fuerat repromiſſus) eodem ſibi adoptato, Hebreæ matri, ſororis conſilio: ſibi educandum tradidit.

Adoptauit ſibi gentilitas CHRISTVM, quando Euangelio acceptato, diuinæ voluntati ſubſcripſit: Domino atteſtante, quòd quicunque patris obedierit voluntati, ſua nedum ſoror, ſed & genitrix eſt. Matth.12. Luc.8. *Indubia de Chriſto teſtimonia.* Quòd autem à matre nutriatur infans, extremum præſefert, de CHRISTO teſtimonium; à gentibus ſumendum, non ſolum ex prodigijs, ſed (& maximè) ex oraculis, veterique teſtamento, quin & ex ſynagoga; vt quæ illum detegunt, indubiè fore Meſſiam: idq; nedum ꝑſpicuis ex vaticinijs, ſed & ex omnibus illius ritibus,& ſacrificijs. Quòd vero ſuaſione ſit factum ſororis, rem innuit, ex Apoſtolorum profectam conſilio (nam cum illi ex Hebræis deſcenderint,

Eccleſiamq;

A Eccleſiamq; conſtituerint,vt diximus,primitiuam; haud iniuria,vti ſoror, valēt cenſeri Moyſis. Ii,vt CHRISTVM, vberiori,à Deo traderent ratione manaſſe,ſtudebant illum, ſacris in literis demonſtrare concluſum: immo & paſſim,& multis,varijsq; modis expreſſum.

Verùm poſtquam apud Pharaonis filiam, adolcuit Moſes; poſtquam apud gentes, doctrina Chriſti,eiusq; beneficium,non modo cœpit agnoſci,ſed & in quàmpluribus augeri, fructumq; vberrimum ferre,non paſſus eſt Moſes,Aegyptium,Hebræum inceſſere,percutereq;: non paſſus eſt CHRISTVS, Sathanam dementare vlterius gentes,earumq; animas,diris cõficere plagis. Col.1.

Ergo,nõ ſecus,ac ille Aegyptium,ita & hic,interfecit Sathanam; dum paſſim illius ſimulachra confregit,ac è medio tulit,quin & ſabulo ſubbaſcondit,vt ſi quando, permitteretur reſurgere, inſtabili reſurgeret baſi; vt & poſſet,negocio non multo ſubuerti. Quod,dum ad aures, delatū eſt Pharaonis: dum tribunalibus cognitum eſt tyrannorum mundi,vrgentibus non tam idolorū ſacerdotibus,quàm Sathanicis extimulantibus ſatellitibus; Moſes coactus eſt aufugere: quoniā Chriſtiani,acribus petiti preſſuris,tormentis,excarnificationibus, mortibus: iuxta domini man datum, compulſi ſunt, iræ locum dare: eo admonente, q́ ſi vna nos perſequuntur ciuitate, ad aliam declinemus. Matth.10.

B Ergo confert, CHRISTVM in membris,aliquando loca mutare; ſicut & factum eſt,tū martyrum,tum hæreticorum tempore: quin & fiet,ni fallor, cū in electos craſſabitur Antichriſtus, vel illius imminente aduentu(ad quod,& hoc in ſacramento,potiſſimum,mea,reſpiciendū,ſententia eſt)quando Euangelium,quouis mundi extendetur angulo: quemadmodum & vaticinatus eſt Dominus. Vnde & diebus noſtris(etſi deflemus,illud ex pluribus, Europæ exulaſſe partibus)gaudemus tamen, Antipodas acceſſiſſe: ibiq; & Ietro filias,nactum eſſe. Ergo, ſicut conſultò,Madian Moſes,vbi & Pharao,nondum furebat tam ſæue,contulit ſeſe: ita & in diſcipulis, CHRISTVS, vt pacatiora accederet loca,iure Euangelium,ad remotiores detulit partes: quin & defert,deferetq;, ſicut & legitur,ad terræ vltimos fines. Matt.24. Euangelium acceſſit ad Antipodas,hac tēpeſtate.

Pſal.18. Eſa.49. Acto. Eph.2. Et licet omnes gentes, antequam ſe CHRISTO committerent, Deo forent inacceptæ, propter quod,& illas,ſuas ſiuit progredi vias: licet omnes eſſent impiæ,immo & atheæ,& ob id, omnes ab eo derelictæ,ac merito condemnatæ: potiſſimum tamen barbaræ, vt quæ longius videban tur præ reliquis,à ſalute: ergo,& in Madian, quod iudicium ſonat, adumbratæ ſunt. Quare & Propheta,cum has,ad fidem,cateruatim,per ſpiritum conſpexiſſet accedere, non valuit Ieroſolymam,non prouocare: vt tandem reſipiſceret, vel earum exemplo. Leua,inquit,oculos,& tua, Eſa.60.

C hoc eſt, CHRISTI Apoſtolorumq;,qui ex te prodierūt,opera,intuere regenitas filias: quæ diebus poſtremis,confluunt de longinquo,ac certatim,ſacro ſe ſubijciunt Euangelio. Nec intuere modo,ſed & admirare,conuerſam ex inſulis multitudinem,maximumq; gentiū robur, quod venit ad te: & Madian præſertim,& Epha.

Ergo cõſonat,& Moſen: CHRISTVM inquam in ſuis: Madian,hoc eſt,remotiores profectū, ad populos: iuxta, vt ſubditur, puteum ſiſtere: impartiturum,tum ſacroſanctum baptiſmum,tum ſupercœleſtem gratiam,& Chriſtianam,Euangelicamq; doctrinā: cum fuerit demandatū Apoſtolis,eorumq; loca tenentibus,vt mundum peragrantes vniuerſum, nullibi non euangelizarēt: & credentes,baptiſmo regignerēt. Probè igitur,factum eſt,vt ſeptem Ietro puellæ: hoc eſt,animæ caſtæ,Deoq; illis ex partibus,adoptatæ: properarent ad aquas. Siquidem non eſt obſcurum, Deum optimum maximum,patremq; CHRISTI IESV: multis,à nobis,inſinuari nominibus,ſicut & nos,multis afficit donis: ergo,ſicut quia res copulat, eisq; copulatur, poteſt dici Leui: ita & quia omnibus eminentior,celſiorq; eſt,quàm creatis, valeat concipi mentibus: poteſt nuncupari Ietro,quod excellens,ſine controuerſia redditum eſt. Cui & extremis in partibus, ſeptem Matt.28. Deum apud nos multis inſinuatum nominibus.

D ſunt filiæ: quia & inter barbaros,illi certus,ſacratusq; non deeſt electorū numerus: quos & adoptauit,& ſuo regno aſcripſit: nam & ſeptenarius,quia ſpiritus ſancti chariſmatum, numerus eſt, per quem & Deo renaſcimur,eſt peculiaris electis: propter quod, & ſeptem diſtinguntur Eccleſiæ,& ſeptem millia relicti ſunt viri, qui genu non curuarunt,ante Baal. Apoc.1. 3.Reg.19.

Hæ ad puteum,de quo dictum eſt, accedentes,vt & ſuas,inde reſocillarent oues: hoc eſt, vt puros,ſimplicesq; ſuæ mentis motus,affectusq;,aquis recrearent ſalutaribus: etſi à paſtoribus, hoc eſt,vel hæreticis,paſtores ſe ſimulantibus,vel ab alijs Antichriſti ſatellitibus,& non niſi vrſos,lupos,leones,etſi qua horribiliora ſunt monſtra,curantibus(quippè qui,& immoderatis carnis fauent concupiſcentijs,& pernitioſis impijsq; dogmatibus)non ſolum exturbatæ, ſed & ab aquis forent expulſæ: Moſis tamen opera,& fauore, ſceleſti, perditiq; abibunt confuſi: & puellæ euadent voti compotes. Quare ad patrem reuerſæ: vt quæ CHRISTI fide,gratiaque donatæ, aditū habent, Rom.5.

habent ad Deum: apud illũ, & præcones nequeunt, non exiſtere, grateſq; nõ perſoluere, augu- E
ſtiſſimi beneficij. Propter quod, & ingenti patris gaudio accerſitus (nam & reſipiſcentibus no- Luc. 15. 1. Thi. 1.
bis: non tantum, curia exhilaratur cœleſtis, ſed & Deus optimus maximus: qui geſtit, vniuerſos
ſaluari) Sephoram, in coniugem ducit: quia illo ex populo electi, CHRISTO deſponſantur: ac
Eccleſia etiã ex Barbaris ſacroſancta. tali pacto, etiam ex Barbaris, Eccleſia ſacroſancta colligitur: quin & grauidatur, duoſq; generat
filios: quia & ex illa, refinguntur plurimi, qui non modo, lege ducuntur charitatis, quæ in duo-
bus conſummatur præceptis: ſed & munere donantur prædicationis, ad quam deſtinari ſole- Luc. 10.
bant, bini & bini.

Nec moueat, Sephoram extitiſſe Aethiopem: quoniam (præter id, quod ſacramento quadrat, gẽ
tium Eccleſiam, ex remotioribus præſertim collectam partibus, ſicut in calce, futurum creditur
plenitudinis gentium, eſſe, (vt vox ſonat,) nigrã aduſtamq;: cum ante ſubſcriptionem fidei, fue-
rit nigra peccatis, & carnis aduſta concupiſcentiis: & poſtquam CHRISTO, manum dedit, nigra
fuerit humilitate, carniſq; mortificatione, & aduſta igne illius charitatis, quem CHRISTVS; in Luc. 12.
mundum miſit, & voluit vehementer accendi) eo nomine, nonnunquam tota, eſt intellecta gen
tilitas: ſicut eo loci. Aethiopia manus præueniet Deo. Et illud. Tu capita confregiſti draconis: pſal. 67. 73 & 71.
& eſcam, illum populis dediſti, Aethiopum. Et coram illo procident, Aethiopes. Et id genus, F
alibi. Tametſi, hoc in loco, Eccleſiam, ſatis ſit, ex gẽtibus intelligere: quæ, vt non ſemel diximus,
poſtremo colligenda eſt tempore: quando ſcilicet, nihil ſupererit expectandum, niſi reſipiſcẽ-
tia Iſraelis: de quo, & immediatè ſubiungitur.

Igitur temporis inſtante plenitudine, quod opportunè præſcriptum eſt, Iudæorum conuer-
ſioni: dum Moſes, CHRISTVS inquam, ſuis in miniſtris, paſceret, regeretq; oues Ietro; electos
ſcilicet Dei, in Horeb, in deſerto (ſic enim interpretatur) hoc eſt, in gẽtium regione, quin & ex-
tremis, vt dictum eſt, mundi partibus (Nam licet, gentium loca, antequam illò fides accederet, Eſa. 49.
iure dicerentur deſerta, arida, & inaquoſa, vt in quibus, feræ potius habitabant, quàm homines,
& in quæ, nec ſemen deciderat verbi Dei, nec imber cœleſtis gratiæ: illa nihilominus, nec iniu-
ria, etiam poſtquam, tam inſigni donata ſunt beneficio, eandem, ſed alio pacto, nomenclationẽ
retinent: nempè, vt in quibus, pœnitentia viget peccatorum, cœleſtium contemplatio, & ſuper- Luc. 10.
ni deſerti, terræ inquam viuentium, (quæ & eo, in Euangelio, inſinuatur titulo) mores, vitaque.
Rubus: hoc eſt, Hebræorum populus (ita recipiendus eſt, in præſenti) qui nedũ eſt ſterilis, ſineq;
fructu, ſed ſpinis, ſolicitudinum & cupiditatum, quæ cum ſpinis, à dominis conferuntur, vndiq; Luc. 8.
ſcatens, obſituſq;: Ardens: igne, tum æmulationis, & iræ (ego vos ad æmulãdum prouocabo: idq; G Deu. 32. Roma 10.
in non gentem, in gentem inſipientem: in iram, vos mittam) tum ſeueritatis legis, quæ ſine com Gal. 3.
miſeratione, ſub maledicto concludit omnes: & demum, duriſſimæ ſeruitutis, cum ſint aſtricti, Heb. 10.
nedum vacare operibus luti, ſed & colligendis paleis (ita vrgente Sathana, non ſecus, ac ſua pro
ratione, olim vrſit Pharao, ad cuius tenentur voluntatem captiui (Qui, nec conſumebatur, nec
cremabatur: quoniam ijs vexationibus, non agitur populus vt deficiat, ſed reſipiſcat, ad Deumq;
ſuſpiret, ac ſuppetias poſtulet: Apparuit, quoniam etſi nonnunquam poſtquam contempſerunt
CHRISTVM, iis flammis, maximè tamen, vergente ſuæ reſipiſcentiæ tempore, ſine controuer-
ſia, adurendi ſunt.

Eo ergo, excitatus portento: illico appropinquat Moſes. Illico CHRISTVS adeſt: nec ſolum,
interno munere, ſed miniſtrorum acceſſu: dum ad illos prædicatores dirigit. Verum, quia mini-
ſtri CHRISTI, ſicut nonnunquam, nimis ſunt promptuli, acti zelo Dei, ſed non iuxta pruden- Rom. 10.
tiam ſpũs: ita & aliquando, nimis ſunt formidoloſi, timentes vbi nullus eſt timor. Amborũ vm- pſal. 13.
bram, ſuſtinet Moſes: illorum, dum ſpontè pergit: iſtorum, dum miſſus, munus excuſat. Et quia,
Quæ ſint prę dicatoribus euangelij neceſſaria. vtriq; deficiunt: merito vtriq; ſunt moniti. Ergo, iure Moſes audit: ne appropies, ſed calciamen- H
ta detrahe: nã nudos oportet, ſinceroſq; in eſſe affectus, cãdidũ & pulchrum geſtare animum, qui
concionatoris, gerit officiũ: oportet, veteris, præmortuiq; pellẽ exuere, protoplaſtis, maleq; actæ
vitæ, vt pedes ſint ſpecioſi: & præſertim, euangelizantium pacem, euangelizantium ſalutem, di-
centium: Syon, regnabit Deus tuus. Licet enim, Euangelium CHRISTI, mundos vbiuis prædi- Eſa. 53.
catores exigat: maximè tamen, vbi terra eſt ſancta: hoc eſt, in Hebræorum populo.

Hic haud raro, à prophetis, nempè Eſaia, Ieremia, Oſea, dictus eſt terra: & ſancta nonnunquã
ſaltem, ſi non gratia ſui, gratia patrum: quoniam, vt argumentatur Apoſtolus. Si ſancta appella Roma. 11.
tur delibatio, nil obſtat, vt & ſancta, nuncupetur maſſa: etſi ſancta radix, ſancti & rami. Maxi-
mè inquam in Hebræorum populo: quippè qui, non ſolum, natura ſunt tumidi, & de accepta,
tum lege, tum Dei notitia, ſupercilioſi: exiſtimantes ſe, nedum ſatis inſtructos, ſed & aliorum ſe Rom. 2.
profitentes

Rom.2. A profitentes magiſtos. Præter id, quod ſuum reputabant eſſe Deum, ſicut & ſæpe promiſit, &
tunc maximè Deus apparebit Abrami, Iſaacci, Iacobi, cum & tunc eorum in ſauorem deſcen-
det: vt Hebræis gementibus ad ipſumque clamantibus ferat opem, liberetque ex duriſſima, quá
diximus Pharaonis tyrannide, tamque miſera & calamitoſa ſeruitute. Quare dicet Moſi, dicet
CHRISTO in miniſtris, accede libenter promptè ex animoque vt decet, probatque prudentia
Roma.10. ſpiritus: & mittam te (quomodo prædicabunt, niſi mittantur) populumque educes, pluribus
ſignis, & variis plagis, Aegyptiis ac Pharaone percuſſis: vt & celebre meum efficiatur nomen,
in vniuerſa terra.

» Moſes ergo, non modo, à Deo miſſus, ſed & eius nomen edoctus: poſtquam nõ ſemel munus
» declinauit, & à Deo eſt iure correctus: Aaronem tandem nactus comitem, Aegyptum profectus
» eſt. Et populum allocutus poſtquam Dei bonam voluntatem euangelizaſſet, Pharaonem adiit:
» & in illum Aegyptioſq; vires à Deo ſibi datas expoſuit. Quare multis modis afflictum (Iſraeliti-
» cis Phaſè immolatione liberatis ac per mare, veſtigio ſicco traductis) vnà cum ſuis, eiſdem aquis
» inuoluit, ſubmerſitque: poſt quæ in Synà legem tulit, quam à Deo, ſicut dictum eſt accepit.

Igitur prædicatoribus, Hebræis reuocandis ac de Sathanæ, ſuorumque tyrannide redimendis, à
B Deo deſtinatis, miſſiſq;: primum ſuum nomen per quod certo ſcirent, illum nedum conſtantiſ-
Exod.3. ſimum in natura, ſed & in pollicitatione (Ero ſiquidẽ appellatus eſt) bonamq; erga illos retulit Ero, nomen Dei ſacratiſſimum.
voluntatem: deinde Pharaonem, Sathanam inquam, ſuæq; farinæ homines aggreſſus, illos nedũ
ſignis, plagiſq; multis confodit, ſed & tandem in profundum demerſit. Et quanquam me non
fugit in Hebræorum reuocatione, redẽptioneq;, non pauca emicatura eſſe ꝓdigia, aut Sathanã,
grauiſſimis excruciandum plagis: crediderimq;, nec abſurdè, & illis quodam pacto ſymbolicis,
quibus diuexatus eſt Pharao: fateor tamen, non tantum me nactũ eſſe luminis, vt illas, vel conij-
cere poſſim. Verùm, ne omnino diſſimulem, ſecretioribus, ampliori perfuſis luce reſeruatis:
pauca, quæ noſtro in iis, videntur protendi iudicio, in medium afferam. Ergo cũ Pharao, Aegy
ptiiq;, à quibus in calce ſunt Iſraelitę vexandi, Sathanas ſit cum ſuis; haud dubium, quod tales cõ-
cipiendæ ſunt plagæ, qualibus ſpiritus poſſint affligi. Quas etſi non vereor pluribus poſſe con-
cipi modis: ſat tamen iudico, de iis aliquid attentare, vt ex præmiſſis dependent. Quare hunc in
modum, rem habe.

Conſtat colubrum virgæ Moſis, colubros virgarum deuoraſſe magorum: eaq; de re præſefer-
re ſapiẽtiã, (vt tactũ eſt) crucis, quã tũ maximè Dei ſunt inculcaturi miniſtri; & ipſã Sathanæ ſuo-
C rumq; ſatellitum, non modo euerſuram, ſed & conſumpturã aſtutias, vafritiesq;. Ergo, nec ine-
ptè, tunc conficietur plaga, cum in earum aliqua eludetur, profligabiturq;. Et quoniam, Iudęos
decem potiſſimum, vafris dementat, dementabitq; dolis: haud erit difficile, ſi in qualibet conuin
catur eludi, quod & totidem pariter conficiatur plagis.

Prima ergo vafrities, primusuè dolus eſt: ꝙ illis ſic aquam, fluuiũq; ſacræ inculcat ſcripturæ, Prima plaga.
& maximè ceremoniarum partem: vt eam non modo, mordicus teneant, ſed & ſeruent, quantũ
datur ad vnguem. Nam licet ſcriptura tota non immerito comparata ſit aquæ, præſertimq; fluen Scriptura nõ immerito aquę comparata.
ti: nempè quia viua magiſq; lotioni accommoda. Iudæis tamen, qui corporeis vtuntur lauacris,
ea potiſſimum pars, aquæ fluuiiq; induit rationem, quæ ceremonias habet: vt quæ pro eis expur
Leu.16. gandis, maximè eſt introducta, vt paſſim, nec obſcurè, lex docet. Et quanquam, id penitus, non
Heb.9. negarim, priuſquam paſſio ageretur CHRISTI: peracta tamen eſt ſublata è medio. Quare, ſi
eiuſmodi detegatur dolus, monſtrando conuincendoque, poſt CHRISTI mortem, eam aquæ,
fluuiiq; partem, ita in ſanguinem verſan, vt non ſolum, illos non poſſit abluere, ſed maximè in-
quinare: quin & piſces in ea mori, corrumpiq;: haud dubium, Sathanam remanere eluſum, ac
D non leui plaga confoſſum. Et licet non ibo inficias, ſanguinem in bonam, hoc loci, poſſe accipi
vbi ſupra. partem: eò ꝙ CHRISTI ſanguis, qui ceremoniis finem fecit, easq;, vt vmbram veritas effugauit,
Luc.5. intelligi poteſt, qui & verè abluit, vt ſcripſit Paulus, ab operibus mortuis: & piſces (de quibus do-
Roma.6. minus Petro, eris homines capiens, quoniam piſcatorem te feci, electorum hominum) in eo mo-
Col.3. riuntur: non ſolum, quia in eius mortem baptizantur, ſed quia eius vi, vetuſti hominis, mortifi-
care, perdereq; nituntur affectus, reliquiasq;: nihilominus magis in pręſentia ſauet, ſi recipiatur
in malam: vt conſtat, ſiquis rem ritè diſcutiat.

Secunda fraus, doluſq; eſt: ꝙ Scribarum, Rabinorumque ſuorum, magnificat fimbrias, exaltat Secunda plaga.
auctoritatem, celebrando efferendoq; Talmudiſtica ſomnia, & deliramenta Cabalæ, nihil non
mouens, ſuſcitansq;, vt miſeri illi ſe credant, committantq;, non ſecus ac oraculis: nempè quę, ex
aquis, mentitur ſpiritus ſancti profecta, hauſtaq; è fontę ſacratisſimę legis. At euangelizantibus

CHRISTI miniſtris, virgæq; vim expendentibus, conſtat aliud non eſſe, quàm ranarum voces, E
ſtrepitusq; inanes: in quibus, nihil non confuſum, nihil, veſtigium veræ referens ſapientiæ: quin
& omnia inſuauia, omnia importuna, & falſis fictisq;, fucata coloribus. Ergo, & ſecunda, confi-
cietur plaga: eaq; non minus acuta, infeſtaq;.

Tertia plaga. Tertia eſt: quòd ex prolis multiplicatione, quæ eòuſque peruènit, vt cum arena conferatur
maris, & pulucre terræ, tali conſtituto argumento, ſtudet illos, in ſeſe glorioſos efficere. Siqui- Prou.14.
dem ſplendor regis, in multitudine dignoſcitur populi: ergo haud dubium, Deo vos eſſe gratiſ-
ſimos, qui & homines mandat multiplicari, vſque ad repletionem mundi. Ergo tantum abeſt, Gen.1.
vt veſtrum abiecerit genus: quòd niſi veſtræ obſtitiſſent culpæ, palam regnaret, ſplenderetque,
in medio veſtri: at ſi modicum tardat, haud dubium, quòd proximè, veniens veniet, veſtriq;, ma- Abac.2.
ximo cum honore, regem aget, ſicut & non ſemel pollicitus eſt. Verum, non attendunt, quòd Matth.20.
non in multitudine dominus: quippè qui licet multos accerſiuerit, paucos tamē aſſumpſit. Sed
eſto res ita ſit: nunquid Dei honor, in multitudine ſtulta, degeneri, execrabili, ſolaque è carne
profecta? Horum vmbra, ſunt cinifes: qui ex corruptione nati, nedum hominibus, ſed & beluis
ſunt infeſti. Præter id, quòd prodeuntes ex puluere, non modo plebs euaſere viliſſima, ſed igno
minioſa regno; non aſcribenda cœleſti, ſed tartareo, perditoque. Ergo fraude, doloq; detecto: F
tertia Pharaoni fit plaga.

Quarta plaga. Quarta eſt: ꝙ illis, ob glorioſas blanditur, mirum in modum pugnas, hoſtium debellationes,
præclaros, inſignesq; triumphos: propter quæ, non ſolum, formidabiles reddebantur finitimis,
ſed ingentis euaſerant terroris, pauorisque omnibus populis. Ergo, vt vafrè colligendum ſug-
gerit, eſſe non poteſtis Deo ingrati: qui non ſolum eſt exercituum Deus, ſed fortis, & po- Eſa.6.9.
tens, & præſertim in prælio. Sed falluntur miſeri: quia non illis ſed Deo, qui pugnabat pro eis, Pſal.15.
erant aſcribendæ victoriæ, ſicut ſcriptura teſtatur. Vnde poſtquam illos dimiſit, eòuſque facti Deu.32.
ſunt imbecilles, vt nequeant reſiſtere muſcis: quin & tremunt, ſicut & Dominus prædixit, ad Leu.26.
ſonitū volantis folij, fugiuntq; nō raro, nemine ꝑſequente. Et hoc, nō obſcurè in muſcarū agno Prou.28.
ſcit plaga: tametſi, & in muſcis eorū notari poſſint, inſtabiles animi motus, cōcupiſcētiæq; cuius
volueris generis importunę: in quarū poteſtate, iure à Deo traditos eſſe, nemo eſt qui nō ꝓbet:
qui traditos eos legerit, in deſideriis cordis eorum, vt progrediantur in adinuentionibus ſuis. pſal 80.

Quinta plaga. Quinta eſt: quòd eleuat eorum animos, cordaq;, ex magnificentijs, quibus potiebātur, vrbiū,
regnorum, principatuum: vt qui repromiſſa, obtentaq; fruebantur terra, in qua, illuſtres inco-
lebant ciuitates, caſtra, domosq;, egregia cum ſupellectili, deliciis, & bonorum cornucopiis: cum G
& ea regio lacte difflueret, melleq;, nedum ad eorum commodum, ſed & gentium, quæ erant
circumvicinæ. Sed quàm ſatius conſuleretur eis: vt cum horum amiſſione, vel inde ſe miſeros
contrectarent, deflerentq;, ꝙ tam impiè, tàq; perditè, receſſerunt à Deo: effecti iuſto iudicio, nō Pſal.31.
ſecus ac equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. Quod vel hinc, valent aduertere: ꝙ tot
annorum centuriis, non ſolum, ſunt ſine rege & regno, ſine ciuitate & principatu, ſine templo
& ſacrificio: ſed & propriis deſtituti laribus, per agrum errant mundi huius. Vbi non modo, vt
bruta, vita viuunt carnali, ſed & moriuntur ſine honore: immo & pereunt, non ſecus ac beſtiæ.

Quod & in hac, inſinuatur plaga: cuius detecto dolo, quintum & non minus moleſtū, minusuè
exitiale, Pharaoni irrogatur vulnus.

Sexta plaga. Sexta eſt: ꝙ tumorem vrget, ex patribus, quorum tum ſeruabant, tū colebant cineres: & tñ ex
illis turgebant vaniſſimè, cum nil referrent minus, quàm eorū vitam moresq;. Vnde & hac ip-
ſa plaga, cinis de camino ſumptus, illos non iniuria, non modo veſcis, cutisq; infecit tumoribus
ſed & vlceribus: vt quorum (comparatione patrum) detecta eſt corruptiſſima vita: qua tantum
abeſt, vt ab eis, nanciſcantur fauorem, ꝙ ſeuerum, acreq; patiuntur iudicium. Ergo, & hoc pa- H
tefacto dolo, haud leuiter, prædicantibus CHRISTI diſcipulis, cineresq; in altum ſpargētibus,
hoc eſt, patrum œncomia celebrantibus: & Sathanas eſt percuſſus, & Iudæi ad reſipiſcentiam ſti-
mulati: ſtultum agnoſcentes eſſe, gloriari de patribus, cum eorum non æmulamur geſta.

Septima plaga. Septima eſt: qua decipit in promiſſionibus, ſolicitans illas creberrimè factas, necnon iureiu-
rando ſancitas: non ſemel repetito, Deum veraciſſimum eſſe, nec poſſe nō ſtare promiſſis. Qua-
re, & hoc ex capite, illos non mediocriter effert, firmatq;, vt pergant, ſuo vt faciunt in inſtituto,
tempus præſtolantes definitum: quoniam nec Dei verbulum, quouis pacto cadet. Verum, &
CHRISTI miniſtri, palam paruo ſunt facturi negocio, aſtum dolumque, quandoquidem, etſi
Deus, nequit vllo modo fallere, aut à pollicitis remouere ſeſe: attendendum eſt tamen, quòd
pollicitationes gratiæ, factæ ſunt filijs repromiſſis, & non ſola carne deſcendentibus. Et quāquā Rom.9.
non

A non inficimus,nonnullos è carne profectos,ad gratuitas,admittendos(vt diximus) repromiſſio-
nes: non eos tamen,qui carnis,ſectantur affectus operaq́,,& præſertim,poſt agnitam veritatem:
ſed illis ira manet,vindictaq́; diuina de cœlo,quæ potiſſimum,in eos, ex Pauli reuelatur doctri-
Rom. 1. na,qui Dei deprimunt veritatem, detinentq́; in iniuſtitia: ſicut Iudæi, poſtquam CHRISTVM
Matt. 21. agnouerunt hæredem,contrectaueruntq́;,in eo ſingula adimpleri,quæ præcinuere prophetæ.
Pſal. 10. Ergo promiſſionum loco,ijs ſunt expectanda ſupplicia: pluetq́; ſuper eos,ignis,grando,nix,gla-
cies,& ſpiritus procellarum quæ & pars ſunt; calicis iræ Dei. Commodè ergo, hac in plaga, ſo-
nuere tonitrua: viſa ſunt fulgura,deſcendit grando,& ruina ingens,maximaq́, facta eſt.

Octaua eſt: quam ex occaſione diuini ſumit eloquij: ante oculos reuocans, quanti æſtimãdũ Plaga octaua.
ſit munus; ꝙ nõ ſolum, Dei verbum acceperunt oretenus,ſed & exaratum literis. Et quis neſciat,
arcana non committi,niſi amicis & omnium prædilectis? Num Deus,ſucatæ inſimulabitur ami-
citiæ? Ergo indubiè,illi eſtis vnicè chari: ergo perſeuerandum veſtris in ceremonijs,ritibus ob-
Rom. 3. ſeruantijs,tam accuratè traditis, Deiq́; verbo ſancitis. Non detrectabunt CHRISTI miniſtri,
Pſal. 17. Iudæis Deum eloquia crediſſe,legemq́; ſuo verbo firmaſſe: docebunt & eloquia domini, eſſe
eloquia caſta,argentum igne examinatum,purgatumq́, ſeptuplum: fatebuntur & domini legẽ,
Rom. 7. B legem immaculatam, & mandare quæ iuſta,quæ ſancta, quæ bona, vt teſtatur Apoſtolus verũ
Matth. 21. quia ex Iudæorum pernicacia,ab illis Dei ablatum eſt regnum, datumq́; illius producẽtibus fru
ctus; ideo non iniuria,ſi venere locuſtæ,ſi cateruatim ad illud depaſcendum, confluunt gẽtium
populi: vt eloquijs ſaginentur diuinis, legemq́; per ſpiritum abſoluant charitatis,& ſanctis aſſu-
mant moribus & operibus. Ergo iam agnoſcite dolos. iam reſipiſcite,& Sathanã ſinatis, & hac
plaga conſodi: vt eius tandem, euadatis manus,iugumq́;.

Pſal. 75. Nona eſt quam ex inſigni orditur Dei notitia: cũ notus fuerit in Iudæa Deus. Quod quanti Plaga nona.
ponderandum ſit,nemo eſt qui neſciat: quando & illum noſſe, portio ſit fœlicitatis & arrhabo,
primitiæq́; æternæ ſalutis. Quare,à Deo formidabitis,poſſe relinqui: aut ad repromiſſam gloriã,
Ioan. 1. non aſſumi? Sed audiant quod Deum nemo vidit, antequam CHRISTVS, qui eius eſt vnige-
nitus,de cœlo deſcenderit, narraueritq́;. Nemo inquam vidit: quia nemo, claram illius notio- Nemo clarã de Deo nact⁹ notitiam ſine Chriſto.
Col. 1. nem habuit; idq́; non mirum,cum ille ſit Dei imago,in qua vnicè eius noſcitur gratia, charitas,
miſericordia,& id genus illius ſingulariſſima attributa. Sed eſto, primi patres,reges,prophetæ,
nouerint ſatis,abundeque: quid ad vos,qui non modo eſtis,in tenebris,ſed & euſque craſſis; vt
Ioan. 14. C nedum non agnoſcatis Deum,ſed nec cernatis voſmet? Siquidem ignorantes CHRISTVM,
neceſſe eſt, vt ignoretis & Deum: quoniam ſicut qui illum nouit, nouit & patrem: ita & qui
illum neſcit, neſcit & qui illum miſit. Sed quid de Deo, cum nec veſtros cognoſcatis fratres,
non dico gentes, ſed Iſraelitas; quippè qui,vel veſtro interno teſtimonio, eorum ignoratis pro-
ſapias, geneologias, tribus? Et hæc tenebrarum eſt plaga; in qua nemo vidit fratrem, vt pa-
lam ſcriptura commemorat.

Decima demum eſt: quam ſumit ex primogenitura. Nam conſtat, illum populum, nec ſe- Plaga decima.
Oſeæ 11. mel primogeniti honeſtatum titulo: quod maximè pendendum, quin & præ reliquis celebran-
Exod. 4. dum eſſe,nemo eſt qui non probet. Ergo,& hac,ni fallor, potiſſimum efferebantur ratione ſuis
ſtatuentes in cordibus, non modo vnicè ſe à Deo eſſe dilectos,ſed & bonorum eius hæredes, le-
ge immutabili,definitos. Et tñ non debuerant obliniſci: ꝙ maior erat ſeruiturus minori, & ꝙ
Malach. 1. Eſau primogenita vendidit: & deniq́;, ꝙ gentes eorũ ſuffectæ ſunt loco, ad primogenituram ac-
Can. 25. cerſitæ,& in hæredes tranſlatæ: qm̃ fractis ex olea naturalibus ramis, inſiti ſunt ſylueſtres: vt illius
Heb. 12. potientes vbertate, eius euadant fœcunditatis participes, qui Dei olea eſt, in medio domus eius.
Rom. 11.
Pſal. 51. Ergo primogenitura amiſſa; haud incongruè eorũ ſunt primogeniti interfecti, ſicut & hac po-
D ſtrema continetur plaga. Quare tot plagis, eluſo Sathana, luciq́; reſtitutis per eaſdem Hebræis,
Rom. 11. quibus & cæcitas contigerat, vt Paulus ſcribit, ex parte, & auribus illis reſeratis vt audiant credãtq́;
verbo iuſtitiæ euangelicæ; reſtat, vt agni immolatione, de tyrannide eruãtur Aegypti: & Satha
nas,ſuis cum miniſtris,in profundum demergatur pelagi; vt collum tandem legi ſubiiciant ſpiri
Rom. 8. tus vitæ; quæ redimit à lege peccati,& mortis, ſicut Apoſtolus docet.

Et quanquam notum eſt agni ſacramentum; vt tamen nectatur præmiſſis, perpaucis explican Typus agni paſcalis.
Eſa. 53. dum eſt. Reſipiſcentibus ergo Iudæis; primum accipiendus eſt agnus: Ille inquam de quo ſcri
Ioan. 1. ptum eſt: Sicut agnus ad occiſionem ductus: Et ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
1. ca. 1. Et Petrus. Redempti eſtis, non auro vel argento; ſed ſanguine agni immaculati, ac prædefini-
ti,à conſtitutione mundi. Et quidem, ſine macula: nam & agnus, de quo ſermo, peccatũ nõ fe
Luc. 11. cit, nec dolus,in ore habuit. Maſculus: eo quod debuit viriliter agere, & ſtrenuè debellare fortẽ:

E

Præter id, ꝙ ſicut in humanis, non modo eligibilior eſt maſculus; ſed & fœmina, vti res decernitur læſa, & veluti monſtruoſa; ita & in brutis res conſtituenda eſt, vt & philoſophi ſcribunt. Anniculus: hoc eſt ſimplex, innocens, purus, ita & in ſcripturis nonnunquam, ea intellecta eſt vox: vt illud de Salomone. Vnius erat anni, cum regnare cœpiſſet. Et accipiendus eſt; conſtanti plenaq; fide, & per hoc quartadecima, vt ſubditur Luna; quando maximè nitet, ſplendetq;. Nam licet duodecim articuli numerentur fidei, iuxta Apoſtolorum, qui Symbolum conſtituerunt, numerum; quantum tamen, eorum ex parte eſt quæ credimus, quatuordecim diſtinguendi ſunt: Septem, quos credimus de diuinitate, & totidem, quos de CHRISTI confitemur humanitate; vt ritè animaduertère Theologi. Ergo ſicut Luna tunc maximè ſplendet, cum quatuordecim nacta eſt dies, & maximè ab eo, quo videri incipit puncto, ſicut & ſoliti ſunt numerare Iudæi: ita & cum quaterdenos fidei profitemur articulos, conſtanterq́ue eos complectimur corde, fides potiſſimum nitet.

1.Reg. 13.

Luna q̃ñ maxime nitet ſplendetq;.

Nec ſolum accipiendus, ſed & immolandus; id, quod fit nedum myſterio in auguſtiſſimo euchariſtiæ ſacrificio, ſed & commemoratione immolationis, quæ facta fuit in cruce: Et ad vesperá quidem; quoniam etſi fides, qua tum accipitur, tum immolatur, perilluſtris eſt, rei tamen præſtantia, magnitudo, immenſitas, facilè noſtrum captum ſuperans, nonnihil caliginis poſtulat; præſertim, cum multa in ſacroſancto altaris ſint ſacrificio, quæ creatam fugiunt facultatem, in quibus & captiuum oportet reddere intellectum. Et quanquam iugulandus ſit veſperi, non tamen comedendus eſt niſi nocte, eaq; nõ ad quartumdecimum, ſed quintumdecimum pertinente diem: quandoquidem quartadecima; in Solis abſoluebatur occaſu, moxq; quintædecimæ ſequebatur principium, cum & illius, nox prima ſit portio, ſicut non ſolum Hebræorum, ſed & Eccleſiæ conſuetudo probatiſſima eſt. Nec vacat ſacramento nocturna epulatio, cum ea ſit agni fruitio, quæ in præſenti conceditur mundo: vbi quia ambulamus per fidem, non immeritò, quæ Dei ſunt, videmus in enigmate. Innuitur & præter id, quod agnus, licet in vtroque edendus ſit ſtatu; in ſola tamen patria pleno edendus eſt die, tum quia agnus ibi maximè lucet, quin & eius eſt loci lucerna, tum quia ſine inuolucro, eo fruemur, accidentium: quæ ſicut in pręſentia, CHRISTI continent ac contegunt corpus; ita & nocturnæ, quæ ſub illis fit epulationi fauent; vt quilibet poteſt animaduertere.

Plura in altaris ſacrificio quę noſtrum ſuperant captum.

F

1.Cor.4.

Agnus meritò comedendus nocte.

Apoc. 12.

Nec tranſeo, quod cum agni comeſtio, nonnulla ſit, vt tactum eſt, CHRISTI fruitio, quę indubie opus eſt charitatis, quin & illius actus eſt potiſſimus; palam ꝙ non temere, die quintodecimo fit, quippè quæ fructus totidem habet, ſicut refert Apoſtolus. Qui cum in hac proferendi ſint peregrinatione, haud iniuria ad noctem videntur pertinere; poſtquam in hac via, multæ offenduntur tenebræ, quibus & humanæ eſt conſultum ſaluti, vt latius proſecuti ſunt ſancti. Et comedendus eſt coctus; at non aqua, quippè qui, non ſolum delicioſè, hac in peregrinatione non vixit, ſed nec cum ſuauitate obijt: Sed aſſus ac torrefactus igne; quia ardore charitatis, veruq; crucis, in holocauſtum exuſtus eſt. Comedendus cum capite; quia in CHRISTI, primum diuina ſumus reficiendi natura (Siquidem caput CHRISTI Deus) Cum pedibus; quia in eodẽ, eius potimur carne, vt quæ verus eſt cibus: Cum inteſtinis; quia & illius impinguamur anima menteq́; ; omnibus cum theſauris, tum gratiæ tum ſapientiæ, qui in ea ſunt. Comedendus eſt & feſtinanter; quia auidè magnaq; cum eſurie, comedendus eſt.

G 1.Cor. 13.

1.Cor. 11.

Debent & qui illum comedunt eſſe ſuccinti; quia debent eſſe caſti, & ad proficiſcendum ſanctis in operibus, quæ Deus illis præparauit, quàm prompti. Debent pedes habere contectos, calceisq; munitos; quia in affectibus, debẽt eſſe mortificati, nec illos ſinere inhærere terrenis. Debent & baculum tenere manu; quia non ſolum verbo, ſed opere debent, tum CHRISTI, tum ſuam perferre crucem. Debent celebrare Phasè, hoc eſt, domini tranſitum; quia ad imitationem CHRISTI, ſuum debent iter, peregrinationemq; perficere, ambulantes ſicut ille, vt Euangeliſta docet. Debent tandem & epulari cum azimis; quia cũ ſinceritate, vt inquit Paulus, & veritate cõſcientiæ: vt quæ ſit cãdida, ſineq; fuco doloq;. Et cum lactucis agreſtibus; quia cũ dolore, ac peccatorum amaritudine. Quod dicitur de poſtibus, deq; domorũ liniendis ſuperliminaribus: Quod & de conuocandis vicinis, & comburendis, ſi quæ ſuperfuiſſent, reliquiis; inſtruit nõ obſcurè, primum, conuertendos ex Hebræis, ex varijs aſſumendos eſſe familijs tribubusq; : quin & forſan ex omnibus, vt Dilectus, ſua in Apocalypſi tangit, colligens centum quadraginta & quatuor millia electos, ſignatosq; ex omnibus tribubus Iſrael: Deinde monet, CHRISTI ſanguinem, ſingulis nedum fauere in proſperis, quod poſtis exprimit dexter, aut protegere in aduerſis, quod poſtis indicat ſiniſter: ſed & ad ſpiritualia ac cœleſtia, mentem attollere, quod denotat ſuperliminare:

Eph. 2.

H

1.cap.2.

1.Cor.5.

Cap.7.

A ſuperliminare: quippè qui in CHRISTI ſanguine, cœlos petimus, in quo & nobis, non ſolum
Hebr. 10. ingreſſus patet ad ſancta ſanctorum, ſed & ad ſupercœleſtia regna, vt Apoſtolus dicit. Tertio fi-
Cap. 4. delium eam præſefert communionem, de qua & Paulus ad Epheſios: quin & vnum docet om-
1. Cor. 12. nium corpus in CHRISTO; in quo eodem ſpiritu, ſingula reficiuntur membra. Oſtendunt &
comburendæ reliquiæ, nonnulla huius ſacramenti arcana, patriæ reſeruata; quæ etſi in præſenti
à nobis ſumi, digeriq́; penitus nequeunt, ardore tamen comburenda eſſe charitatis, eoq́; cremã-
Rom. 7. da deſiderio, quo æſtuamus ardemusq́;, ex corpore huius mortis abſolui; vt ad ſupernã menſam
epulemur cum CHRISTO, docent exprimuntq́;.

Mitto, ꝙ ex Aegypto exibunt onuſti, tum vaſis aureis & argenteis, tum veſtibus Aegyptiorũ
precioſis: cum facilè admouere poſſint, qui ſaluabuntur Hebræi, non modo potituros tandem
Matth. 22. Angelicis dotibus, ſicut & reliquis de electis ſcriptum eſt, ꝙ velut Angeli erũt in domo Dei (Et
hoc, ſi in Aegyptiis, turba intelligatur ſathanica; eo ꝙ deſtituti cum ſint donis, nedum gratuitis,
ſed & ſuæ naturæ congruentibus, haud iniuria, ſi illis qui ſunt electi ditentur) Sed & chariſmati-
Matt. 15. bus, quibus nonnunquam afficiuntur reprobi, domino atteſtante, ꝙ omni habenti dabitur & ꝙ
ab eo qui non habet, auferetur quòd videtur habere: idq́;, ſi per Aegyptios ſatellitium intelligi-
B mus Antichriſti, aſſeclasque Sathanæ, quod ex prauis reprobisq́; conſtat hominibus; quãquidem
1. Co. 10. omnia Dei munera, gratiæq́;, tandem ſunt ceſſura electis, & Hebræis, maximè tẽpore ſalutis ſuæ.
Mitto & ꝙ ex Aegypto egreſſi, rubrum tranſibunt mare, quod Paulus interpretatur baptiſmũ;
vt qui profitebuntur ſpontè, ꝙ illis, carnis circuncisio vltra non valet, ſed circuncisio cordis quæ
fit in ſacro ſancto lauacro, rubro CHRISTI cruore; cuius virtute à maculis abluimur peccatorũ,
& corpus ita attennatur circunciditurq́; peccati, vt vltra, ſi velimus, non ſeruiamus peccato; vt
Rom. 6. 8. nonnunquam Apoſtolus ſcripſit. Mitto, ꝙ in deſerto, hoc eſt, in peregrinatione, in qua non ſe-
Matt. 4. cus, ac in deſerto, iugem agent cum CHRISTO pœnitentiam, & eludent Sathanæ tentationes;
prementium tribulationũ aquas, ſentient CHRISTI cruce ſuaues, manna paſti de cœlo, & aqua
refocillari de petra: illud diuina eſt gratia, & hæc Euangelica ſapientia. Vt tandem lex illis vltra
Ierem. 31. non deſcribatur in ſaxis, ſed deſcribatur in cordibus: ea inquam, quæ non generat in ſeruitutem,
ſed in libertatem: non adminiſtrat mortem, ſed vitam: non in manu data Moſis, ſed in fauore
CHRISTI IESV: Cui ſempiternus honor. Amen.

C

QVARTA AETAS.

Quòd in quarta mundi ætate: quadringenti, & octoginta interceſſerunt anni: prout omnes ex ſcripturis fatemur.

QVamuis omnes, hac in ætate conueniant, eò quòd, quarti Regum ſexto,
res eſt perſpicua: Vbi templum cœptum traditur ædificari, anno regni Sa-
lomonis quarto, quia ſecundo illius anni menſe: & egreſſionis (vt ſubdi-
tur) ex Aegypto populi, quadringenteſimo, octuageſimoq́;: ſitq́;, Philoni, In hac ætate omnes ſacri conſentiunt.
Euſebio, Bedæ, Hebræis, aliisq́; chronographis, probata, compertiſſimaq́;:
A duobus tamen vindicanda eſt ſcrupulis, eisq́; vt videtur, nõ contemnẽ-
dis, quin & accuratè tractandis, eruendisq́;. Et primum fouent præſiden-
tiæ Iudicum, aliorumq́; eouſq́; Iſraelis populum gubernantium: quando-
quidem, eorum annis ſupputatis, vnaq́; cum annis, interregni, & ſeruitutis, collectis: longè ma-
D ior oſtenditur ſumma, vt conſtat ſiquis illa percurrat.

1 Moſes, primus populi ductor, & iudex: præfuit, dum agerent in deſerto, annis quadraginta.
Exodi ſeptimo: & Deuteronominij vigeſimo nono. 40
2 Ioſue, Moſe defuncto, etſi incerto præfuit tempore, eò ꝙ illius ſcriptura nõ meminit, ſintq́;
propter id, opiniones variæ: dum illud, quidam reſtringunt, ad decem, vt Caietanus, in
actis: quidam ad decem extendunt, & ſeptem, vt Lucidus de temporibus: quidam ad ſe-
ptem protrahunt & viginti, vt Euſebius, ſuis in Chronicis: vt tamen minor accipiatur
numerus, ſit dux princepsq́; populi annis decem. 10
3 Seniores populi, tertio præfecti loco, etſi multo (vt poſtremo Ioſue, & ſecundo legitur Iu-
dicum) præfuerunt tempore: quia tamen, in diuinis non dearticulatur literis, res manet
incerta: Ergo non immerito, ſi diſſimulatur, pertranſiturq́;.

Poſt ſeniorum præſidẽtiam, cũ ad idololatriã defeciſſet populus, haud iniuria, in ſeruitutẽ

ceſſit, Regis Meſopotamiæ: cui, vt Iudicum ſcribitur tertio, octo ſeruiuit annis. 8 E

4 Othoniel, qui de tribu extitit Iudâ, populum in libertatem reuocauit, & annis, vt Iudicum legitur tertio, quadraginta præfuit. 40

Poſt cuius regimen, rurſus ad idololatriā lapſus: ſeruiuit populus, Moabitarum Regi, annis, vt conſtat Iudicum tertio, decem & octo. 18

5 Aioth, de tribu Effraim, vt Iudicum habetur tertio: qui & populum liberauit, annis præfuit octoginta. 80

Poſt quem, eodem ad idololatriam conuerſo, Regi traditur Chanaam: eique, vt Iudicum exprimitur quarto, paruit annis viginti. 20

6 Samigir, qui de tribu extitit . . . . & ſexcentos vomere, ſtimuloue boum, percuſſit ex Philiſthiim, breui, vt Iudicū legitur tertio, præfuit tempore: & poteſt, ſicut & dicunt, vno ſupputari pro anno. 1

7 Delbora, poſt præfuit prophetiſſa, de tribu Effraim, vnà cum Baruch, qui de tribu ortus eſt Nephtalim: annis, vt quinto habetur Iudicum, quadraginta. 40

Poſt hanc, rurſum idololatra fit populus, & in ſeruitutem traditur Madian, Iudicum ſexto: eique ſeptem ſubijcitur annis. 7 F

8 Gedeon, de tribu Manaſſe, annis præfuit, vt octauo ſcriptum eſt Iudicum: quadraginta. 40

9 Abimelech, Gedeonis nothus, ſeptuaginta legitimis interfectis fratribus: præfuit, octauo Iudicum: annis tribus. 3

10 Tholâ, de tribu Iſachar, præfuit, decimo Iudicum: annis viginti, & tribus. 23

11 Ihair, de tribu Manaſſe, præfuit, Iudicum decimo, annis viginti & duobus. 22

Poſt quem, populus ad idola lapſus ſeruit, Iudicum decimo, Philiſthiim, annis decem & octo. 18

12 Iepte, de tribu Gad, præfuit, vt duodecimo legitur Iudicum: annis ſex. 6

13 Abeſſam, de tribu Iudâ, annis, vt habes duodecimo Iudicum: præfuit ſeptem. 7

14 Ahilon, ſeu Eleon, Zabulonis ex tribu, qui omiſſus licet videatur, non modo à Septuaginta, ſed & à multis ex Græcis, in codice tamen habetur Hebræo, vt palam eſt, Iudicum duodecimo: annis præfuit decem. 10

15 Abdon, de tribu Effraim, præfuit, vt duodecimo Iudicum: annis, octo. 8

Poſtmodum, in idololatriam ruens, in ditionem Philiſthiim, cedit populus: quibus, vt tertiodecimo legitur Iudicum, annis ſeruiuit quadraginta. 40 G

16 Sampſon, de tribu Dan, vt ſextodecimo, notatum eſt Iudicum: præfuit annis viginti. 20

17 Heli, qui de familia extitit Ithamar, & tum ſacerdos, tum iudex effectus eſt populi, vt & Ioſephus quoque, quinto antiquitatum vltimo, teſtis eſt, annis præfuit, vt primo Regum ſcribitur quarto, quadraginta. 40

18 Samuel, qui pariter, vtroque functus eſt munere vt Actorum legitur tertiodecimo: annis præfuit quadraginta. Quorum duodecim præfuit ſolus, & reliquis vna cum Saulo: vt Euſebius, & Iſidorus colligunt. 40

19 Dauid, de tribu Iuda: annis regnauit, vt tertio legitur Regum, 2. capite, quadraginta. 40

20 Salomon, Dauidis filius, annis quoque, vt ſecundo eiuſdem regum deſcribitur, regnauit quadraginta: ſed quarto ſui regni anno, ſecundo illius anni menſe, templum cœpit cōſtruere: vt in eodem capite ſexto. Ergo tres, hoc in loco, duntaxat annumerandi ſunt anni: vt ritè omnes admittunt. 3

Igitur, omnibus vt par eſt, collectis, ac probè ſupputatis: haud dubium, maiorem confici ſummam, etiam præfecturis, tum Ioſue, tum Seniorum omiſis: nempè, quingentorum ſeptuaginta, & quatuor, vt rem excutienti liquet. 574 H

Secundum vero, ingerunt ſcrupulum, verba, Pauli Actorum decimotertio: Vbi iuxta probatum textum, tam latinè, quàm grecè traditur: quòd à diuiſione terræ, quam partitus eſt, Ioſue filius Num, ad Samuelem, filium Annæ, anni interceſſerunt quadringenti ac quinquaginta ferè: quod conſtat præacceptis obſiſtere. Nam ſi ab exitu, de Aegypto, vſque ad Salomonis templum anni ſunt colligēdi quadringenti ac octoginta præciſè: quo pacto, à diuiſione terræ, ad Samuelē ꝓphetam quadringenti currūt ac quinquaginta? Siquidem, primū anni ſubtrahēdi ſunt, Moyſis in deſerto, qui quadraginta ſunt: deinde, totidem detrahendi ſunt Samuelis, totidemq; Dauidis, & tres Salomonis. Ergo ſi centum & viginti tres, qui ex his conficiuntur ſub tractionibus, quadringentis, & quinquaginta adiiciantur Iudicum, de quibus Apoſtolus: haud dubium, quòd ſumma

A ſumma quingentorum ac ſeptuaginta trium conſurget annorum. Ergo vel nó rite colligit Apo-
ſtolus: vel diſſonant, quæ legimus tertio regum ſexto.

Primus eruitur: ſi tres declinemus errores. Quorum vnus eſt, quod ſeruitutum anni, ab annis
ſeorſum, computati ſunt Iudicum: cum, tñ (vt conſenſus eſt, nedum ſcripturam exponentium:, ſed
Philonis, Euſebij, Bedę, Iſidori, & aliorum, tpa ſacris ex literis ſupputantiũ) in illis ſint incluſi
comprehenſiq;. Quare, ſi octo anni, quibus Regi traditi ſunt Meſopotamiæ, in quadraginta, qui
bus iudicem egit Othoniel fuerint collecti, nec immerito, cum in ſeruitute poſiti, iudice non
eſſent deſtituti (etſi ille forſan, eò non ſit prorſus, dignitatis donatus: niſi poſtquam, Saluatoris,
eſt nomen adeptus) Item, ſi decem & octo quibus Regi, paruere Moab, in annis computentur
Aioth, vt & par eſt, haud diſsimili ratione: Et viginti, quibus Regi ſeruierunt Chanaã, in annis
aſſumantur Delboræ, vt quæ (ſcriptura monente) etiam illius ſeruitutis tempore, prælata eſt po-
pulo: cui forſan, primo anno, Samigir ſocius extitit (etſi nonnulli, id in annos malint reiicien-
dum Aioth) Et ſeptem quibus, in Madian ſeruitutem, ſunt traditi, in annis intelligãtur Gedeo
nis, propterea quòd licet non legatur, illum ante Angeli allocutionem populi curam ſumpſiſſe,
quin & minimum, ſe potius inter Iſraeliticos reputaſſe: quia tamen, Angelo aſſerente, erat for-
B tiſsimus omnium, frequenterq;, populi deplorabat captiuitatem, & illius ardebat liberationẽ:
temerarium non videtur præſumere, quod illi, quodam pacto proſpiceret ſuperintenderetque.
Et demum, decem & octo, quibus ſubditus eſt Philiſthiim, in annis vel (vt quidam ſentiũt) in-
cluſi ſunt Ieptæ, Iudicumq;, qui ſecuti ſunt poſt, vel & tutius, Ihair, cuius ſub regimine, ad idòla
eſt conuerſus, ſicut ſcriptura, ritè perſpecta, pręſefert: Quę licet prius illius recenſuerit mortem,
id tamen, per anticipationem, vt ſolet non raro, intelligendum eſt. vnde nec poſt eius mortem,
illos aſſerit inchoatos, vt frequenter facit cum res, eo intelligenda eſt pacto, ſicut exploratum eſt
aſſuetis: Et viginti, eorum quadraginta, quibus denuo ſeruierunt eiſdem, in annis comprehenſi
ſunt Sampſonis, cum id diuinæ confiteantur literæ, atteſtantes iudicum quinto, Sampſonem,
Iſraelem, diebus Philiſthiim, annis iudicaſſe viginti, vt Iudicũ, ſcriptũ eſt quinto decimo capite:
Et qm̃, non ſolum ad mortem vſq; Sampſonis, populus in eadem perſtitit ſeruitute, ſed & eo de-
functo, aliquibus, vt videtur annis, vſquequo præfectus illi, forſan fuit Heli: non deeſt tẽpus, quo
expendi poſſunt, qui ſuperſunt, viginti ſeruitutis anni, vt ritè oĩa cõſonẽt. Qui anni vnà collecti,
nonaginta computantur & duo: ergo palam quod ex quingentis, ſeptuaginta, & quatuor, nó re
manent, niſi quadringẽti octoginta, & duo: qui duo & in aliquibus poſſunt abſorberi minutiis,
C ſicut & in alijs fit ætatibus, prout & in præcedentibus dictum eſt.

Verùm quia, hactenus nihil de annis, tum Ioſue, tum Seniorum, qui nedum anteceſſerunt,
Iudices, ſed & non modico præfuerunt tempore: ideo, & Alius, & Tertius ſecludendus eſt er-
ror. Ergo declinandum, ſecundo loco, ne anni Ioſue, ab annis, ſegregentur ſeniorum, ſed
congregentur cum eis: qñquidem, ſicut ambo, ſub vno contenti ſunt principatu, ita & eorum
durationes, in vno computatæ ſunt tempore. Ambo in quam, ſub vno, comprehenſi ſunt prin-
Num. 11. cipatu: quoniam cum ſeniores, de quibus, eſt ſermo, forent, ni fallor, ex his, qui Ietri conſilio, à
Moſe fuerunt electi, & à Deo, illius Spiritu impartiti: haud dubium, quòd & in partem erant
ſolicitudinis ſubrogati, & per hoc, & in partem gubernationis aſcripti: ergo, nec mirum, ſi
vno eodemq; regiminis tempore, ſint comprehenſi. Declinandum eſt demum: ne tempus,
prædicti principatus, ab annis ſegregetur Othonielis: Non modo, quia id expoſitores tradunt,
Chronographique ſupponunt, ſed & quia, Othonielis præſidentia, Ioſue tempore creditur in-
choata: quin, & forte vnus erat, de præcipuis: qui ad regimen, admittebantur populi: tum quia
ſtrenuus inſigniſque erat cooperator victoriæ, exaltationiſq; gentis Iſraeliticæ, tum quia Cha-
D riathſepher percuſsit, & ob id, Axam, Caleph in populo pręſtantiſsimi, filiam, in vxorem,
habere promeruit.

Secundus, minori eruetur negocio: idq; hunc in modum. Siquidem, vel Lucę textus, eſt men
doſus, & legi non debet, quadringentis, ſed trecentis: & omnia conſonant, eo ꝙ à diſtributione
terrę (quæ, vt quartodecimo, ſumitur Ioſue, ſeptimo ſui regiminis anno abſoluta eſt) ad Samue-
lem vſq; tot interceſſere pręcisè. Nam ſi à receſſu. Aegyptiaco vſq; ad fundamenta templi, anni
currunt, octoginta ac quadringenti: palam ꝙ deductis quadraginta deſerti, ſeptem diuiſionis,
quadraginta Samuelis, totidem Dauidis, & tribus Salomonis, non remanent, niſi trecenti, quin
quagintaq;. Et hũc ſenſum (etſi corruptus eſt numerus) pręferunt verba Græca: quæ tempus oſtẽ
dunt colligendum, à terræ diuiſione. Vel Lucę textu, vti ſonat, retento, latiniſq; vt par eſt, co-
dicibus acceptatis, ꝗ annos numerare, nó cogũt, à diuiſione, ſed patiuntur, vt ab ortu, numerẽtur

Iſaacci,

Iſaaci,& finem ſortiãtur in diſtributione terræ,res eſt perſpicua: qm̃ à natiuitate, ad diuiſionẽ, anni fluxerunt quadringenti quinquaginta,ſi non præcisè,ferè, vt Apoſtolus dixit. Nam probatum eſt,ab ortu Iſaac,ad exitum de Aegypto,annos interceſsiſſe quadringẽtos:& inde,ad repromiſſæ terræ ingreſſum,quadraginta: & ſeptem ab hoc ad diuiſionem, ſicut & pręacceptum eſt: E

Quod tamen,in hunc modum deduco. Atteſtatur quidem,eò loci Caleph, ſe completæ diuiſionis tempore annum agere, octuageſimum quintum: & quando miſſus eſt, terram explorare,quadrageſimum natũ fuiſſe ſeſe: & certum eſt,ꝙ ſecũdo, Aegyptiacæ egreſsionis anno miſſus eſt,& per hoc,trigeſimo,& octauo,ante ingreſsionem,repromiſſæ terrę,& ob id, ſeptuageſimo,& ſeptimo,ætatis propriæ:ergo remanent(vt octuageſimus quintus,compleatur numerus) ſeptem:in quibus,& debellati ſunt hoſtes,& terræ abſoluta eſt,diſtributio.

Quo pacto, per quos,quibusue verbis,& typis:quarta in ætate, Euangelizatum eſt.

AEtas hæc,cum iuuentæ,in myſtico correſpondeat corpore, non immerito,ſi pluribus, & eximijs,reſperſa eſt ſacramẽtis:& fœcunda euangelicis cõcionibus,typiſq;. Quare ſi forent,cuncta tractanda:metam nedum excederemus inſtituti,ſed & volumen creſceret,ſupra modum. Ergo potioribus,noſtra ſententia explicatis: præſtitum credimus,quod ſumus polliciti. Igitur à concionibus,vt par eſt,exorditi: ab ea auſpicabimur,de qua,Exodi.19. Siquidem tertio egreſsionis mẽſe,qm̃ primo illius die, quæ & ſexageſima extitit,ſi non fallor,ab exitu de Aegypto(Nam Lunæ curſus, quo Iudæi conſtituũt menſem, viginti nouemq;,cum dimidio complectitur dies)Moſes à Deo vocatus:hęc iuſſus eſt, tum domui nunciare Iacobi,tum filijs Iſraelis. Vos,inquit, vidiſtis, quin & manibus pertractaſtis,quæ in Agyptios fecerim: quouè pacto,vos ſuper alas aquilarum geſtauerim, mihiq; aſſumpſerim, Ergo ſi meæ auſcultaueritis voci,meumq; cuſtodieritis pactum:in peculium mihi eritis, præ cunctis populis(mea quidem eſt, vniuerſa terra) Nec modo in peculium, ſed & in regnum, illudq; ſacerdotale:& in gentem ſanctam,vniceq; dilectam. F

Prima Dei concio in deſerto.

Et quanquam,non inficiamur,hæc populum admonuiſſe Iudaicum,beneficiumq; reuocaſſe ob oculos,liberationis Aegyptiacæ:nihilominus, vt Apoſtolorũ innuit Princeps, ea potiſsimũ tendunt,in CHRISTVM, & Eccleſiam eius. Ergo cum compertiſsimum ſit, fideles,& electos maximè,non ſolum ex Aegypto,hoc eſt,peccatorum tenebris, & anguſtiis,fore CHRISTI beneficio liberatos: necnon,ex Pharaonis tyrannide,Sathanæ inquam, harum tenebrarum Principis,multis ſignis,multiſq; portentis ereptos,& auro ſapientiæ, & argento Euangelicæ doctrinę,& veſtibus,tum iuſtitię,tum charitatis locupletatos: & in manibus, diuinæ protectionis, & bracchiis CHRISTI miſericordiæ,& poteſtatis,& maximè,in cruce protenſis, (nõ ſecus,ac aquilarum alis,ſolent pulli,) delatos,ne facilè,hoſtium impeterentur iaculis, aut inuiis fatigarentur itineribus,& labore perfracti,prętextum ſuæ facerent impietati,retroq; reſpicerent,& ad cepas, alliaq;,corde quouis pacto redirent:ſed & in Iacobi domo,& Iſraelis filiis, typica ratione expreſſos: Haud dubium,& Deum illos in Moſeo,in cœtu inquam Apoſtolico,ex aquis aſſumpto,nedum,gratiæ,baptiſmi, & tribulationis, ſed & ſapientiæ CHRISTI: à qua, Sapientis aſſertione, emanarunt vt flumina,per quæ totus irrigaretur orbis,allocutum eſſe. Quos & ardet,nedum habere præ oculis,ſed & in cordis ſemper verſare viſceribus,tã inſigne,tamq; eximiũ beneficium: & præſertim,electos ex gentibus,qui non ſolum,natura non erãt electi,ſed nec eius populus cõputati:& tñ,vt Petrus ſubdit,iti illis ſibi placuit,ſuas relucere virtutes,& eòuſq; apparere magnalia,vt illius mirum euaſerint lumen,ad lucendũ,non ſolum, in caliginoſo loco,ſed & in medio nationis prauæ,ac perfidæ ſynagogæ,non ſecus ac luminaria mundi.

1.Cap.2. G Eccle.50. 1.Cap.2.

Et quid nam: Si me audieritis,fidei auribus:ſi pactum ſeruaueritis,ſtipulationis baptiſmi, legiſq; Euãgelicę,meum aſſumemini in peculium, ex cunctis populis:quoniam mihi eritis,vnicè grati, ac inſigni circumſpectione protecti. Nec modo,in peculium,ſed & euchemini meum in regnum: vt qui ſolus vobis moderabor habenas, meamq; ſuper vos firmabo curã, ſolicitudinẽ, prouidentiam: vos nedum regendo,in iuſtitia,pace, Spiritus ſancti gaudio: ſed & ſeruando, vt propriam pupillam oculi. In regnum inquam:at non profanum, ſed ſacrum: non ethnicum, ſed religioſum: in regnum ſacerdotale,& per hoc,mihi nedum cõiunctiſsimum, ſed ſacratiſsimum: in quo,& meorum chariſmatum,profundam copias,theſauros: nõ tantũ,vt ſanctificemini mihi, ſed vt & ego,ſanctus agnoſcar in vobis. Vnde,& mihi,gẽs euadatis,nedum ſancta, ſed & genus, vt inquit Petrus,electũ:quin & ſanctũ,vt ſubdit,ac regale ſacerdotium: planè vt hoſtias offeratis

H 1.Pet.1. Philip.2.

Regnũ ex electis fidelibus que cõſtãs regnũ ẽ ſacrũ.

Rom.14. Pſal.16. 1.Cap.2.

Pſal. 50. & 49. Heb. 13. Rom. 12.

A ſanctas, regiasq́;: vt quæ in fauore, virtuteq́; offeruntur CHRISTI: q nedú ſacerdos eſt ſanctus, regiusq́;, ſed ſanctorum ſanctus, & regum oīum rex. Hoſtias inquam ſanctas: nempe tribulati ſpiritus, contriti cordis, precum, diuinæ laudis, cōmunionis & beneficentiæ: item, mortificationis carnis, viuentisq́; corporis: quas & Petrus, in vniuerſum, ſpirituales vocat: vt quæ Deo, qui eſt ſpiritus, placent, dum ſancto potiſsimum ſuggeruntur Spiritu, & in ſpiritu peraguntur cordis, interniq́; hominis, mentisuè: quin & Deo ſanctos nos faciunt, dum ipſi, nos conſecrant, & ſanctificant. Nec modo ſanctas, & ſed & regias, vt quę regium, liberumq́; decēt animum: ea & regia ſuffultum dignitate, qua & cœleſtis regni, euaſere participes: ad internos regendum animi motus, vt ſanctiſpiritus moderatio exigit, poſtulatq́;.

Secunda Dei concio in deſerto.

Eſa. 9. Rom. 14. Ioan. 10. & 17.

His facilè eſt connecti, quæ, & in vigeſimo tertio expreſſa ſunt capite: dum Angelus, planè teſtamenti, magniq́, conſilij, ante Iſraelem non carne, ſed promiſsione: ante illos, quibus dominatur Deus, iuſtitia (vt dictum eſt) pace, & gaudio, in Spiritu ſancto: emittendus promittitur, qui vt bonus paſtor, oues præcedat, & vt via, veritas, & vita, rectam demonſtret, & per iuſtitiæ ſemitas, ad viuentium terram, quæ melle diſſluit & lacte, compendio transferat: vt nedum, paſcuis potiā tui vberrimis, ſed & manſionibus excipiantur, illis ab æterno paratis, vt nonnunquam Euange-

Ioan. 14.

B lium docet. Et ſubditur. Vide, ne contemnas eum: vide, ne volēs, dinertas ab illo; ne ſorte tam ingenti, non parcatur ſceleri. Siquidem, in ipſo eſt nomen meum, omnium ſacratiſsimum, mihiq́; vnicè proprium: cui non eſt reſiſtendum, ſed procumbendum. Nam nomen eſt, Tetragrammatum, factum Penthagrammatum: in quo omne curuandum eſt genu, & cui ab omni concinendum eſt lingua. Ergo, ſi tanta tua fuerit peruicacia, ſi tam execranda malitia, tam perhorrendum facinus, vt illum floccipendas: indubiè remiſsibilius erit Sodomæ, & Gomorrhę, in nouiſſimo die. Verùm, ſi ipſum auſcultaueris, feceriſq́; quod tibi loquor per eum: non ſolum tuis ero inimicus hoſtibus (Sathanæ, mundo, & carni) faciamq́; vt nequeant tibi officere, ſed & illos videbis coram te cadere, immo & tuis ſub pedibus ſterni: percutiens conterensq́; tandem, mei Angeli vi, robore, poteſtate, illos eòuſq́;, vt diſpereant coram te, Amorrhæi Ethæi, & reliquæ iniquitatum peſtes.

Phil. 2. Eſa 45. Matt. 10.

Tertia, ſed typica in deſerto concio.

Tertia, ſed typica concio, inſtitutio extitit holocauſti: de qua Leuitici primo. Qua in re, adeo CHRISTI, adumbratum eſt ſacrificium: vt non dubitem, nedum Moſi, ſed pluribus (prout illud ferebat tempus) fuiſſe prę oculis. Siquidem holocauſtum, non permittebatur, niſi de bobus, agnis, & hœdis: item, de turturibus, & columbarum pullis. Et cum ex bobus: eligebatur maſcu-

C lus, & immaculatus, iuuenisq́;: nempe vitulus, ſiue iuuencus. Cum ex agnis, ſimiliter maſculus, anniculus, immaculatus: & hœdus, eiuſdem pariter conditionis ſortisq́;. In quibus, nemini eſt obſcurum, exprimi CHRISTVM: qui in vitulo, vel iuuenco, ſuum præſefert robur, noſtrum cōmodum, & præſtitum beneficium. Nam hi natura ſunt validi, & CHRISTVS eſt fortis & potens: ſunt humanis addicti vtilitatibus, nō modo, quia ſuaues ſunt guſtui, ſed & quia agris colendis accōmodati: & CHRISTVS, ſuauiſsimus eſt animæ cibus, & vnicus noſtrorum cordium cultor. Et præter id, q eſt aīal ruminans, innuens ob hoc, CHRISTVM nobis digeſsiſſe ſcripturas, eſt & iugiferum, laborumq́; patiens: & CHRISTVS noſtrorum onera pertulit ſcelerum, & iugum abſoluit vniuerſæ legis, vt nos abſolueret ab oneribus eius: nec dubium, quòd nobis nedum laborauit, ſed alſit, vt nos laborantes reficeret, immo ſuauia omnia redderet. Agnus quoque, CHRISTI exprimit, haud dubiè, innocentiam: & hœdus, carnis peccati ſimilitudinem, prout & in præcedentibus. Et compertum eſt, turturem, columbarum pullos, illius, certis ſub conditionibus atteſtari humanitati: ſicut & expreſſum eſt in ſuperioribus. Sed ritum videamus holocauſti.

Chriſt⁹ in vitulo adūbratus, eſt appoſitè.

Gal. 4.

D Exigebatur primum, vt ad oſtium animal duceretur tabernaculi: idq́; ab eo, qui offerebat illud. Vbi manibus capiti eius admotis, à Deo, in illius acceptabatur expiationē peccatorū. Deinde, eo ad altaris latus (nempe lateritij, terreiq́;) non quod ad Aquilonem vergit, immolato, ſacerdos eius ſanguinem, non modo, ſuper altare eleuabat, offerebatq́; Deo: ſed & circūmcirca profundebat illum. Et demum pelle ex animali detracta, ipſum in fruſta conciſum ſuper compoſitam lignorum ſtruem, tali pacto, conſtituebat in altari, vt prius locarētur, tum caput, tum adeps, & poſt, reliqua membra vnà cum inteſtinis, pedibusque, ſed aqua lotis: & omnibus religiosè crematis odor in thuris morē fragrabat ſuauiſsimè Deo. Quæ quidem omnia, quàm ritè CHRISTI conſonent ſacrificio, quod oblatum fuit, in cruce: non eſt cur moremur. Siquidem, tum vitulum, agnum, & hœdum, ad oſtium detulit tabernaculi, cum antiquæ legis holocauſtomatibus, vltra Deo non placentibus, minusque peccata expiare valentibus, aptato ſibi in

Holocauſti ſacrificium Chriſti ſacrificij ſymbolum.

ſacrificium

ſacrificium corpore, hunc venit in mundum, & ſeſe, Deo in holocauſtum tradidit: idq; non ſo- E
lum promptè (tunc dixi, ecce venio) ſed & ardenter (baptiſmo habeo baptizari, & coarctor, do- Heb. 10.
nec perficiam illum.) Luc. 12.

Et ſi per tabernaculum intelligatur cœlum, vt nonnunquam facit Apoſtolus: porta taberna Heb. 9.
culi, tribunal eſt diuini iudicij (nam ſicut iudicia, ſcriptura teſte, in portis ferebantur vrbium, ne
diſsidia perſtreperet in ciuitatibus: ita & tropice, Dei ſententiæ, & præſertim quę ex ratione pro
ficiſcuntur vindictæ, iureq; animaduertunt in malemeritos, haud immeritò, in porta decernen
dæ ſunt cœli: intra quod, nulla admittitur lis, nulla multa, nulla perturbatio; ſed oĩa ſunt fauſta,
oĩa fœlicia) Præter id, quòd cœli porta, ſupremum denotat tribunalium: & per hoc, tale iudiciũ,
à quo nulli appellare fas eſt. Si inquam, in tabernaculo adumbratũ eſt cœlum: tum CHRISTVS Can. 1.
huic ſe obtulit portæ, cum Dei iram, contra nos, pro nobis excepit, vt tali pacto, ad tribunal iuſti Ezec. 37.
tię, vberrimè ſatisfieret: quin & rigorem iuſtitiæ, multa, longè excederet. Si aũt per tabernacu-
lum accipiatur Eccleſia, vt in pluribus ſcripturarum locis: tũc CHRISTVS, huic ſe obtulit por
tæ, cum non modo illam, quæ ſuapte natura eſt arcta, paucosq́, admittit, amplã reddidit, oĩbusq; Ioan. 10.
expoſuit: quin & ſe, oſtiarum fecit, & oſtium etiam eſſe voluit, ſed & quia fidem, per quã Eccle- Heb 12.
ſiam ingredimur (nã author, & conſummator eſt fidei) ſtatuit & perfecit: & iuſtitiam (quæ & por F Pſal. 117.
ta eius, à propheta decernitur) tribunali, non humano, quo iudicantur externa, ſed diuino, quo 1. Cor. 4.
intima excutiuntur cordium, peragit & abſoluit.

Tunc manus ſuper caput impoſuit victimę, cum Deo, qui vt inquit Paulus, caput eſt CHRIS- 1. Cor. 11.
STI, commiſit ſeſe (deſcendi, non vt meam faciam voluntatem, ſed patris: & non mea impleatur Ioan. 6.
voluntas ſed tua) quin & cum Deo, mundo recõciliando, recapitulandoq́; miniſterium præbuit Luc. 22.
(nam & deus erat in CHRISTO, mundum reconcilians ſibi: & in ipſo placuit recapitulare om- 2. Cor. 5.
nia, & quę in cœlo, & quæ ſuper terram ſunt) Tunc immolauit, cum noſtris pro culpis, animam Eph. 1.
dedit (qui tradit ſemetipſum, hoſtiam, & oblationẽ Deo: & nemo à me tollit animam, ſed ego Eph. 5.
pono eã ſponte.) Et ad latus, immolauit altaris lateritij, terreiq;: quod in ùtraq, tabernaculi ac- Ioan. 10.
ceptione, genus deſignat humanum: ex terra quidem fictum, & igne, æſtuque concupiſcen-
tiæ, ſaltem in prothoplaſte decoctum (nam in ùtraq;, extraponitur tabernaculum: & CHRISTI
ſacrificium, eiusq́; ſanguis, ſuper illud oblatus, ac circumquaq; diffuſus, nobis nedum, ad amborũ
fauet ingreſſum, ſed vtrunq; fauſte introire facit.) Quòd non ad eius medium, ſed latus idq́;
introeuntibus dextrum, immolatus eſt: CHRISTVM oſtendit, non obſcurè; et occiſum pro
omnibus, pro his tamen maximè, qui degunt à dextris: nempe electis, & in dextra in no- G Matt. 24.
uiſsimis collocandis.

Nec diſſonat, ſi iuxta Orbis ſitum dextera vergit, ad Auſtrum, & ſiniſtra, ad Boreã vel Aqui-
lonem: quĩa in pluribus, fallax eſt iudicium mundi, & potiſsimum in ijs, quæ ſunt Dei: dum fre-
quenter iudicat, ſecundum faciem, externamq́; ſuperficiem, & non raro, lucem arbitratur tene-
bras, & tenebras lucem: ſicut & oraculũ docet. Ergo electos, qui Dei eximio iudicio, ſapiẽtiaq;, 1. Reg. 16
theſauros geſtant in fictilibus vaſis & ſub pallio occluduntur humilitatis, abiectionis, quin & in- Eſa. 5.
numeris opprimũtur miſeriis, & calamitatibus, non mirum ſi (vt ſolet) agnoſcit, ex parte ſiniſtra: 2. Cor. 4.
& reprobos, quibus è diuerſo, omnia ſplendent, omnia ſunt iocunda, omnia fauſta, collocandos,
ſentit, ad dexteram. Sed vt ſcriptum eſt mentita eſt iniquitas ſibi. Addam, ab Aquilone pan- Pſal. 26.
di omne malũ, ibiq; Sathanam, occupare ſedem: quoniam in electis, dum hic ſunt, omnes coa- Iere. 1.
ceruantur ærumnæ, & quæuis expenduntur Sathanæ vires: à quibus tamen CHRISTVS, non ſo
lum, ſuo cruore, ſuoq; vindicat ſacrificio: ſed & eorum loco, donis locupletat immenſis, & tan-
dem obruit, inæſtimabili fœlicitate.

Oblatio ſanguinis, quæ ſuper altare, à ſacerdote, eleuabatur Deo: oblationem præſefert ſuæ H
mortis, quam pro nobis ſacerdos, & pontifex CHRISTVS, repræſentat Patri: quam & ad oĩum
poſſe expiationem conferre peccatorum, ſingulisq; pro hominibus ſatisfacere: illius indicat cir-
cũſperſio, & ad quãlibet altaris partẽ inundatio. Et demum pellis detractio: eſt vel veſtimẽtorũ Exo. 12.
CHRISTI exuitio, vel corporis ab anima ſeparatio. Et licet os, non ſit comminutum ex eo: quia Eſa. 56.
tñ, eſt in infirmitate contritus, ac immaniter cruciatus: non iniuria, dici poteſt in membra diſſe-
ctus. Quanquam nec reclamo, ſiquis, CHRISTVM, aſſerat dimembratum: quia oĩbus mũdi par-
tibus, illius mors, eſt diſtributa: cum nedum oĩbus, qui extabant profecerit populis ſed & præte
ritis & futuris, expoſita ſit nationibus. Præter id, ꝙ quatuor mundi partes, in quatuor crucis ex
primuntur cornibus quibuscum CHRISTVS eſſet affixus, non immerito, ad ſingulas, ſe orbis
portiones extendit: quin & longitudine, & latitudine, ſublimitate, ac profunditate, complexus

eſt cha-

A eſt charitatis: qua, vt prædixit, omnia traxit ad ſeſe.

Ioan. 12. Lignorum ſtrues, patibulum exprimit crucis: & caput primo ſuperpoſitum, vt diximus, diuinitas eſt: quæ primo, ob dignitatem, dicitur paſſa, Adeps, illius eſt mens, tum gratia, tum ſapientia pinguis: inteſtina, & animi ſunt affectus, propaſsionesque: & pędes, quibus nos proſequebatur, labores. Vtraque abluta, ùtraque candida: non ſolum, quia nulla in parte reprehenſibilia: ſed quia aquis ſupercęleſtibus, & alueis gratiæ, & Spiritus ſancti, diluta, lacteaq; effecta. Reliqua membra, reliquæ ſunt corporis partes: & ignis, ſeruor, ardorq; eſt charitatis; quo nedum arſit, ſed & crematus, & conſumptus fuit pro nobis, & in odorem ſuauiſsimum Deo.

Quarta, nec minus ſymbolica concio, in oblatione exprimitur ſimilæ: quæ vt ſecũdo habetur Leuitici, ſex contingebat modis. Nam primo, & ſexto, in forma offerebatur farinæ; ſed oleo, & thure & reſperſæ. Verùm in primo, ſolum ſumebatur flos, & in ſexto, vnà cum ſurfure: quin & in granis ex ſpicis acceptis, igneq; ſiccatis, confractis, ſed non prorſus forſan, attritis. Secundo in forma placentæ, oleo quidem mixtæ, ſed infermentatæ & in clibano, coctæ, aſſæq;. Tertio, in forma cruſtulæ; at oleo non mixtæ ſed linitæ, & pariter, vt placenta decoctæ. Quarto, & quinto, in forma paſtæ: ſed illo, oleo mixtæ, & in ſartagine aſſæ: iſto, in oleo, in ſartagine frixæ. Hęc, à quo- **Quarta, nec minus typica in deſerto cõcio.**

B cunque poterant, ad altare deduci: ſed non niſi à ſacerdote, Deo offerri: qui portione ſumpta, in gloriam illam cremabat altiſsimi: & reſiduum, filijs ſeruabatur Aaronis: perinde, ac ſanctorũ ſancta, hoc eſt, vt eorum præcipua alimenta.

Et quis non videt, myſterium in his exprimi, CHRISTI ſacrificii: tum in cruce præſtiti, tum in poſtrema cœna inſtituti, mandatiq;? Et quoniam de crucis ſacrificio, res eſt perſpecta: cum obſcurum non ſit, in primo, ac vltimo modo, tangi quę in CHRISTO ſunt potiſsimum paſſa, & in Dei gloriam, & ſuorum liberorum commodum immolata (nempe corpus, ob puritatem, vitæq; candorem, in ſimila, & ob flagella, in confractis granis: animam, ob pinguedinem gratiæ, inſignemq; manſuetudinem, & internam tranquillitatem, & pacem (vt quę, nullis paſsionum **Symbolũ ſacrificij, tũ in cruce pacti, tum in cęna inſtituti mãdatiq;.**

Ioan. 1. & 2. afficiebatur exorbitantijs, nullos inordinatos ſentiebat animi motus) non tam in oleo, quam mixtione eius; vt quæ Spiritu non poriebatur, ad menſuram, aut reſtricto tantum ad eam: cum & corpus templum fuerit Spiritus ſancti: ſed vtriq; erat, eòuſque commixtus, quòd non ſolum, ambo afficiebat, afflabat, concitabatq;: ſed in Deum, vnicè transformabat: vt verè, nedum per-

Col. 2. intimè abſorberetur, vt ſic dicam, à mente, ſed & corporaliter, vt docet Paulus, iuxta plenitudinem, inueniretur in corpore) & Deum: ob id, quòd ſibi litatur paſsimque eius in odorem

C aduritur, in thure, ſicut & Eccleſia tradit, dum in Magorum oblatione, Deum agnoſcit, & thus, illius ſymbolum facit. Item, & certum eſt, in placentulis, cruſtulisq;, noſtram in CHRISTO, commonſtrari naturam, nedum Spiritu ſancto perunctam, ſed Deo vnicè conſecratam, & in clibano, ardentiſsimæ charitatis, decoctam, aſſamque: Palam, & in paſta, teneram, delicatamq;, innui complexionem: in ſartagine paſsionis, cruciatusq;, tum aſſam, tum oleo miſerationis noſtrę frixam.

Quia inquam, res eſt, tali pacto notoria: paucis miſſę, tangamus ſacramentum, & ſacrificium. Et quidem, quòd vtrunq; complectatur Miſſa: noſtra credimus pro imbecillitate, explicatum, probatumq; ſatis: dum CHRISTI enarrauimus ſacerdotium. Quare his ſuppoſitis, quę tangit concio breuibus expendemus. Ergo præter id, quòd ſub forma celebratur panis, & infermentati, & paſta ſimilaq; confecti: quis dubitat oleum, & thus, offerendiq; modum, eucharistiæ maximè conſentire? Et oleum quidem, nemo ibit inficias, ſymbolum eſſe charitatis: thus vero precũ & boni CHRISTI odoris. Et quis non fatetur: in hoc, tum ſacramento, tum ſacrificio, immenſam **Miſſæ ſacramentũ & ſacrificium.**

Ioan. 13. CHRISTI, exprimi charitatem: qui etſi nunquam, nos non dilexit, in calce tñ, & potiſsimũ, cũ

D in cibum ſe dedit, amauit, arſitq;? Et quis, non tractat manibus, illum; auguſtiſsimo hoc in ſacramento, & ſacrificio nõ ſolum patri olere ſuauiter, (cum illius holocauſti, quod eſt conſummatũ in cruce, ſibiq; tam ſuauiſsimè placuit memoria celebretur: quin & illudmet, arcano myſterio repetatur, ac denuo, vt docẽt patres mirificè immoletur): ſed & boni, ſuauiſq; odoris, corã Deo,

Can. 3. nos reddere, dum in noſtrorum, expiationem offertur peccatorum, eoq; pacto nedum ſuorũ vnguentorum ſuauitate reſpergi, ſed & veſtimento ſalutis, pallioq; iuſtitię: quorum fragrantia, ad inſtar decernitur thuris, tegi admicirinq;?

Denique, & conſonat oblationis ritus: quandoquidem & altaris ſacrificium, & ſacramẽtum, partim in gratiarum actiones, exhibetur Deo, & partim ad conſequẽdam, augendamq;, ſpiritus ſancti gratiam, proficit nobis. Et licet, à quibuſuis fidelium, poſsit offerri, idq; vel in quantum panes ingerunt ad altare, vel in quantũ, precibus & orationibus, illud omni proſequuntur affectus

potiſsimum

potiſsimum tamen, Deo offertur à ſacerdotibus, qui in id muneris, ab Eccleſia ſunt aſſumpti, E
conſecratiq;. Quòd verò, modo panis dicitur aſſus, modo frixus: CHRISTI mortem, quam hoc
complectitur ſacrificium: variis denotat rationibus. ſicut & variis peracta eſt cruciatibus. Præ-
ter, id, quòd non ſecus, ac manna cœleſte, auguſtiſsimum hoc ſacramentum, modis variis ſu-
mentium afficit guſtus: & recreat, diuerſis quaſi ferculis, dapibuſuè: quin & omnium ſuauita-
te ſaporum, ſicut de illo ſcriptum eſt. Et conſtat, quòd ſimila, illius congruit puritati: & fru- Sap. 16.
mentum attuſum, quas paſſus eſt, extremis ærumnis: propheta clamante, quòd eſt in illis, at- Eſa. 53.
tritus pro nobis.

Quinta pariterque typica concio in deſerto.

Quinta, eaq; myſtica cócio: rubeæ vitulæ, ſacramẽtum habet de quo, & Paulus, ad Hebræos. Cap. 9.
Præcepit igitur dn̄s, voluitq; vti rem ſacram, omni religione ſeruari multumq; pẽdi: vt vitulam,
filij acciperent Iſraelis, quæ integræ eſſet ætatis, rubei coloris, ſine omni macula: ac iugo nullo
pacto ſuppoſita. Et eam (primum Moſi, Eleazaroq; pontifici præſentatam) ſtatuit extra caſtra de
duci: & coram populo, religioſè mactari. Qui ſacerdos, & pontifex, digito eius in ſanguine tin-
cto, ſeptieſq; contra tabernaculi fores, aſperſo: tandem videntibus cunctis, illam cremari faciat;
nec ſolum vnà cum pelle, carne, & ſanguine, ſed fimo, & excremẽtis: coniectis in crematorium
ignem, cedro, hyſopo, & cocco bis tincto. Et quanquam ſolemne, religioſumq; foret ſacrificiũ: F
ſacerdos tñ, & qui ſuppoſuerat ignem, tum corpus, tum veſtes, mandabâtur abluere: & caſtra in-
greſsi, ad veſperam vſq;, vt immundi perſiſtere. Verùm, qui ſupererãt cineres, à viro mundo col-
lecti, ab eoq; extra caſtra delati, in mundo recõdebantur loco: vt ſeruati, in aquam poſſent, aſſu-
mi luſtralem, eò q̧ pro peccato, vitula combuſta eſt.

Vitula rubra per illuſtris Chriſti typ⁹.

In hac vitula, CHRISTI adũbratur humanitas: quæ fuit rubra, quia peccatrici ſimilis: plenæ
ætatis, quia nunquam ſine liberi arbitrij vſu. ſinæ macula, quia etſi noſtras maculas terſit, nullam
tñ contraxit: nullo pacto, iugo ſubiecta, quia nũquam tyrannidi Sathanæ, vt prædixit, obnoxia.
(Venit mundi princeps: & in me non habet quicquam.) Hanc Iſraelitici filij: at non ex promiſ- Ioan. 14.
ſione, ſed ex carnis origine: tempore paſsionis iuſtante, conſtituerunt ante Moſen, populi iudi
cem, & Eleazarum, ſummum ſacerdotem: cum CHRISTVM, ad principes duxerunt, & pontifi-
ces: & tandem è caſtris, hoc eſt, vt interpretatur Apoſtolus, è ciuitate eductum, in caluario mon- Heb. 13.
te, vt ſpectaretur ab omnibus, cruci appenderunt, occideruntq;. Nam & CHRISTVS, vt ſuũ ſal-
uaret populum: extra ciuitatis portam paſſus eſt.

Quòd Eleazar, qui auxilium, atriumuè, interpretatus eſt Dei (ſiquidem illius populi ſacerdo G
tes, a Deo erãt inſtituti, vt nedũ, ſui forẽt miniſtri, p quos inſtrueretur populus: ſed & velut atria,
per quæ progrederetur in ſalutem) manibus innocentis CHRISTI, ſanguine tinctis: illum con
tra tabernaculi fores, non ſemel ſpargit, ſed ſepties: innuit, ſi non fallor, in tanti flagitij pœnam
(etſi in aliis, in hoc tamen maximè) illum ter ſacratiſsimum ſanguinem, per quem omnis profici
ſcitur ſalus, patetq; aditus, nedum ad ſacroſanctã Dei Eccleſiam: ſed & ad ſupercœleſtẽ patriã (am
borum quidem vmbra, tabernaculum eſt) illi populoq;, quem moderatur, non modo, non fa-
uere, ſed merito, ne ingrediantur aduerſari, nõ ſolum quæ poſt velum eſt, ſancta ſanctorum, ſed
nec quæ ante velum eſt, ſancta: quin & ne eorum appropinquẽt ianuis, vſquæ ad ſeptimum Ec- Rom. 11.
cleſiæ ſtatum, progreſſumque, cum Gentium ingreſſa plenitudine, Iſrael ſaluus erit: quod in
ſeptima, notatum videtur aſpergine. Vnde, tum ſacerdos, (qui aſperſerat ſanguinem, & maio-
res haud obſcurè, refert illius populi,) tum & homo, (qui ſuppoſuerat ignem; etiam lotis corpo-
ribus, & veſtimentis, hoc eſt, quas lex mandat ablutionibus, ad carnis emundationem adhi-
bitis, qui minores complectitur) immundi decernuntur, vſq, ad veſperam; quæ indubiè, finem
indicat præſentis ſæculi.

Ignis inuidiꝫ & charitatis.

Quòd comburatur totum: Si ignis, hoc in loco, æſtus intelligatur inuidiæ, quo tum maiores, H
tum minores Iudæi exardebant in CHRISTVM: difficilè non eſt, rem perpendere, cum ſæuirẽt
eòuſq;, vt illum niterentur, vt legitur eradicare de terra. Quare & ſæuierant in pellem, externam Iere. 11.
calumniantes conuerſationem (En homo, vorax, & potator vini) in carnem, quia oẽm nauabãt Matt. 11.
operam, vt illius detraherent manſuetudini, (hæc mulier, in adulterio, mox deprehenſa, ex lege Ioan. 8.
eſt lapidanda: tũ vero, quid ſentis?) in ſanguinem, qm̃ etſi, ex proſapia, proficiſceretur Regum,
aſpernabantur, dicendo: Quis eſt hic? Nempe faber: & filius fabri. Et demum in excrementa, Mat. 13.
fimumq;, dum non ſolum, illius contemnebant humilitatem; ſed & horrebant quaſi vermem, Mar. 6.
& opprobrium hominum. Pſal. 21.

Si ignis ſumitur pro charitate; etſi non erat, in CHRISTI occiſoribus, prouocabatur tamen,
quę in ipſo erat, ab eis. Hoc igne, nedũ CHRISTI exuſta eſt pellis (vt qui habitu, ex charitate, eſt Philip. 2.
inuentus,

A inuentus, vt homo; & rubrus quidem, vt in quo, non ſolum ſimilitudo geſtabatur peccati, Adamique filij, (qui futurus peccator, non iniuria, ex rubra fictus eſt terra:) ſed & peccata noſtra tulit, cum & noſtras in ſe iniquitates, congeſſerit, ac multandas aſſumpſerit:) nedum exuſta eſt caro, dum amoris incendio, eſt pro nobis afflicta, cæſa, in cruce ſubuecta, & mortua: nedū ſanguis, dum eodem æſtu, & in horto profluxit, & in ligno vbertim, immò & funditus eſt profuſus: ſed & excrementa fimuſque; cum & mendicitas (qui ditiſſimus erat) ex dilectione ſuerit pro nobis aſſumpta, & infirmitas (cum Dei eſſet robur) eadem de ratione, ſuſcepta, & extrema abiectio humilitaſque, haud aliundè (qui natura, ſplendor eſt patris) quàm ardore noſtri accincta, indutaque.

Eſa. 53. 2. Cor. 6. Iere. 16. Heb. 1.

Et tandem, quod remanentes cineres, in quibus Euangelica adumbratur doctrina, in noſtri ſalutem relicta, à viro mundo: ab Euangeliſtis inquam & Apoſtolis, non modo à peccatis mundatis, ſed quaſi vir vnus, conſentientibus, collecta (etſi non omnis, quandoquidem mundus non caperet, quot ex illa conficerentur libri: quæ tamen, ad luſtrationem ſufficit aquæ, hoc eſt, ad illam expiatoriam, purgatoriamuè conficiendam aquam; vt illa Sacroſancti baptiſmi, quæ mundat in verbo vitæ: vt aqua gratiæ, quæ communi lege, ex auditu proficiſcitur verbi: & Spiritus Sancti, qui deſcendit ſuper audientes Euangelium, vt factum eſt in prædicatione Petri) & conſcripta, & mundo eſt in loco recondita; quia in archiuis Eccleſiæ ſacroſanctæ ſeruata, ibique ſanctimè cuſtodita: nempe illius eximij beneficij atteſtatio, iugiſque memoria, quod CHRISTVS nobis contulit, cum ardore charitatis, noſtris expiandis culpis, ſeſe holocauſtum fecit.

Ioan vlt. B Acto. 3.

Sextam, quæ ex ſerpentis ænei ſumitur ſacramento, tranſiho: cum ſatis manifeſtetur à CHRISTO, & abundè extendatur à ſanctis: ſicut & hoc in loco diſſimulo, quæ in expiationis, exprimitur ſacrificio: quia & narrando Pontificatum CHRISTI, & Pſalmum interpretando, Qui habitat: vbertim, ni fallor, res, noſtra pro tenuitate, diſcuſſa, examinataque eſt. Ergo aggrediamur Octauam; quæ ex ore profecta Balami (quem, vt Dei execraretur populum, vocauerat, conduxeratque Balaccus: & tamen Deus rem vertit; nec eſt execratus, ſed bona precatus) his conſtat ex verbis.

Ioan. 3. Octaua concio, quæ eſt Balami diſcutitur omiſſa ſexta & ſeptima.

Quo modo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua deteſtabor ratione, quem non deteſtatur dominus? De ſummis ſilicibus videbo eum; de collibus conſiderabo illum. Solus habitabit populus, nec reputabitur, inter gentes. Quis puluerem dinumerabit Iacob, vel quartam nouerit partem ex Iſrael? Moriatur anima mea iuſtorum morte. & nouiſſima mea, horum inueniantur ſimilia. Et non longe poſt.

C

Ad benedicendum adductus ſum: benedictionem prohibere non valeo. Non eſt idolum in Iacob nec videtur ſimulacrum in Iſrael. Dominus eſt cum eo, & clangor victoriȩ regis, in illo. Deus illum eduxit de Aegypto; cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis. Non eſt augurium in Iacob; nec diuinatio in Iſrael. Temporibus dicetur ſuis; Iacob & Iſrael quid operatus ſit Deus. Ecce populus, non ſecus erigetur ac Leo: & velut Leæna cōſurget. Non accubabit, donec deuoret prædam; & occiſorum ſanguinem bibat. Et rurſum.

Quàm pulchra tabernacula tua Iacob; & tentoria tua Iſrael? Vt vallis nemoroſa, vt horti irrigui, vt tabernacula quæ fixit Deus, vt cedri propè aquas. Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius in aquas multas. Extolletur propter Agag, Rex eius: & eleuabitur Regnum illius. Eduxit illum Deus ex Aegypto; cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis. Deuorabit gentes, hoſtes ſuos: confringet eorum oſſa, & perforabit ſagittis. Accubans odormiuit vt Leo, & quaſi Leæna, quam ſuſcitare nullus audet. Qui benedixerit tibi, erit benedictus; & qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Et denique.

D

Stella inquit, Orietur ex Iacob; & virga conſurget ex Iſrael: & percutiet duces Moab, & vaſtabit omnes filios Seth: erit & Idumæa poſſeſſio eius, hæreditas Seir, ſuis cedet hoſtibus: Iſrael vero fortiter aget. De Iacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Principium gentium Amalech. cuius extrema perdentur: Robuſtum eſt tabernaculum tuum: ò Cinæe: ſed ſi in petra poſueris nidum; quàm diu poteris permanere? Aſſur enim capiet te. Heu, quis victurus eſt; quando iſta faciet Deus? Venient in triremibus de Italia: ſuperabunt Aſſyrios. vaſtabunt Hebræos: & ad extremum & ipſi peribunt.

Et quanquam, hæc in pluribus videatur obſcura, & ex parte, non penitus explorata; non grauabor pauca, quȩ occurrunt attingere. Et licet, non ibo inficias, non nulla Dauidis tempore, etiam ad literam forſitan adimpleta, prout & aduertunt interpretes, placet tñ, in his. CHRISTI,

eiuſq; Eccleſiæ myſterium venerari: quod non dubito, Dei ſpiritum, vt præcipuum intendiſſe, E
quo Balamus afflatus eſt. Ergo in populo Iacobi Iſraeliſq;, Iudæi non ſunt accipiendi ſecundũ
carnẽ, ſed repromiſſionẽ; & per hoc ſunt accipiẽdi fideles, & electi præſertim; qui ſoli apud Deũ,
tum Iacobi, tum Iſraelis reputati ſunt filij. Et quamuis harum vocum diſtinctio, diſtinctio-
nem pręſeferre valeat electorum, dum proficiſcuntur in via: & populus Iacobi, electos poſsit,
primi innuere teſtamenti, & populus Iſraelis, electos ſecundi Euangeliciq́; ; lubet tamen, &, ni
fallor, magis accommodè, Eccleſiam in his, duplici in ſtatu aduertere: nempe militiæ, in po-
pulo Iacobi, vt in quo, inimicos, Sathanam, mundum, & carnem nititur ſupplantare: & trium-
phi, in populo Iſraelis, vt in quo, nedum vnicè illi dominatur Deus, in iuſtitia, pace, & Spi- Rom. 14.
ritus ſancti gaudio, ſed & ipſa, illum vnicè intuetur, quin & facie contemplatur ad faciem, & 1. Ioan. 5.
fruitur ſicuti eſt in ſeſe.

Chriſtus Eccleſiæ caput in vtroq; illi⁹ ſtatu.

Cuius & ùtroquè in ſtatu, caput eſt CHRISTVS: à quo in illam; nedum omnis dimanat, ef-
fluitque benedictio, ſed & omnis perfectionis copia; tum in omnibus, tum in ſingulis, pro
vniuſcuiuſque onere, ac qualitate: hic quidem, velut in primitiis, ibi vero, plenis vbertati-
bus & affluentiis. Ergo oculis, ad electos, in Iacobi Iſraeliſque populo adumbratos, erectis;
arduum fortaſſe non fuerit, concionis ſacramenta perpendere. Quomodo (inquit prima in- F
ſectione) illi maledicam populo cui non maledixit altiſsimus; quin & tot obruit benedictioni-
bus, quot ſui chari electiq́;, potiuntur in CHRISTO? Quo illos deteſtabor pacto, qui Deo ſunt
fœdere tam arcto connexi, vt membra ſui euaſerint vnigeniti; quin & miram, in illum, paſsi
ſint methamorphoſim?

De ſummis ſilicibus videbo eũ: & de collibus conſiderabo illum. Si hæc referantur ad CHRI-
STVM, vterq; prænunciatur aduentus: Et primũ vidit, ſuis in deſcendentibus: cũ Magi, qui il- Mat. 2.
lum adorauerunt in cunis, à Balamo deſcenderint. Secundum vero, videbit in ſeſe: cum à to- Apoc. 5.
to conſpiciendus ſit mundo, & hoſtibus, & qui pupugerunt eum. In vtroq; è ſummis progredie-
tur ſilicibus: quoniam in ùtroq; ex præcelſis ſublimibuſq́; deſcẽdet de cœlis (Siquidem propter Iob. 37.
nos noſtramque ſalutem deſcendit ab eis: Et inde venturus eſt, iudicare viuos & mortuos) qui
propter conſtantiam, propterq; ſoliditatem (ſunt enim, ſolidiores ære) haud iniuria aſsimila-
ti ſunt petris, & quidẽ ſummè validis, quia ſilicibus: ex quibus & excutitur ignis. Et quid validius

Empyreũ cœlo eximiis gaudet, ꝓprie aitibus.

ſupremo cœlo; cum & reliqui inde conſequantur robur? Quid conſtantius, cum ſit prorſus im-
mobile; & in eo diſpoſitæ manſiones, à Deo irreuocabili ſint lege diſtributæ, vt dominus dixit? G Ioan. 14.
Quid ciendo igni commodius, cum non ſolum, nomen ſit ſortitum ab igne; ſed ſemper charita-
te ſit ardens, candensque?

In vtroq; habet conſiderari, de collibus: quoniam in carne veniens, ſanctis deſcendit de pa-
tribus; qui non ſecus ac colles, ſe attollebant ab infimis; & præ cæteris lucẽ excipiebant Solis (nam Roma 9.
ex patribus, ſecundum carnem profectus eſt CHRISTVS:) Et ad iudicandũ rediens, de medio con-
ſiderabitur collium: quia ſanctorum comitatus millibus, & viginti quatuor ſenioribus, ut ora-
cula tradunt. Si vero extenduntur, vt magis cònſonat, ad electos; & illos pariter viſurus erat, tũ Dan. 7.
per filios, tum per ſeſe: per illos in peregrinatione, per ſe ſe in nouiſsimo die: Siquidem & electi Apoc. 5.
de ſummis proficiſcuntur ſilicibus; eò quòd ex diuinis proficiſcuntut perſonis; in his, haud in- Prou. 31.
iuria adumbratis, typiceq; expreſsis. Nam cum ſint ex Deo nati, vt non ſemel atteſtatur Dile- Ioan. 1.
ctus, & natiuitas, de qua ſermo, illis accedat ex baptiſmo, qui lauacrum eſt regenerationis, vt 1. Cap. 3.
tradit Apoſtolus, & in baptiſmo, in nomine initiemur patris & filij & Spiritus ſancti, vt conſti- Titum. 3.
tuit dominus; palam ꝙ ex ſummis, innaceſsis, & ignitis deſcendunt lapidibus: Nam etſi, lapis Mat. 28.
nomen, Deo non congruit niſi tranſlatè; eſſe tamen firmum, immobilem & conſtantem, illi cõ-
uenit propriè (ego Deus, & non mutor) ſicut eſſe ſummum inacceſſumq́;, & igne charitatis fla- H Malac. 3.
grare ardereq́;, Ergo & diuinæ perſonæ ſunt præcelſæ, inacceſſæ, charitate flagrantes: ergo ex il-
lis progredi, non abſonè è ſummis eſt ſilicibus proficiſci. Præter id, quòd & electi, ciues ex ba-
ptiſmo euaſere ſanctorum, & domeſtici Dei: & in nouiſsimo tempore Eccleſia deſcendet de cœ- Eph. 2.
lo, vt ſponſa ornata viro ſuo. Nec modo de ſupremis proficiſcuntur ſilicibus, ſed & de præ- Apoc. 15.
celſis collibus: quandoquidem, ſuper fundamento ædificati ſunt, Apoſtolorum & Propheta- Eph. 2.
rum, ſicut Apoſtolus ſcripſit.

Solus, vt ſequitur, habitabit, electorum populus: idq́; tum in præſenti peregrinatione (quam
non ſecus ducit ac ſolitudinem, & in qua, & vita & moribus, omni pro virili ſeparatur à repro-
bis; vbi nec reputatur, quin & conculcatur ab illis, vt qui apud eos ſunt, ſicut dicit Paulus, ſpecta-
culum mundi, omnium purgamẽta, ac peripſema: aliàs in calce, reprobi nõ quererẽtur, ſed ſero: 1. Cor. 4.
Sap. 5.

Hi ſunt,

A Hi ſunt, quos nonnunquam habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij) tum in futura patria, quoniam ad illam nullus admittetur prǣter eos: in qua, & maximè, locus eſt ſolitudini, cum ibi maximè vigeat contemplatio, quin & perfecta in Deum abſorptio. Tunc verè, non reputabuntur in gentibus: quia inter filios computabuntur altiſsimi, & inter ſanctos ſanctorumque ciues, erit eorum ſors.

Sap.5.

Quis puluerem, vt ſubdit, numerabit Iacobi? Siquidē Dei filij, ſi hoc in exilio ſunt veluti peripſema; cur non veluti puluis? Et certum eſt, non ſolum iudicio mūdi, ſed & eorū proprio (alias, nō dixiſſet Abramus, ego ſum puluis & cinis nec ſcripſiſſet Apoſtolus. Qui ſe exiſtimat aliqd eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit) Et quis nouit, vel quartam partem Iſraelis? Nam & poſt millia ſignatorum centum & quadraginta quatuor, tam ingens electorum conſpecta eſt turba, vt illam numerare nemo ſufficeret: præter id, quòd non ſolum ſtellis æquabuntur cœli, ſed & ſedes, quæ in eo vacauerunt, replebuntur ab illis. Necmodo electi nobis erunt, dum viuimus, innumerabiles, ſed & cœleſtibus copiis adeo locupletes, eòuſq; fœlices, & omnium votorum compotes, vt meritò exoptandum foret omnibus mori vt iuſti: tum primo in baptiſmo, moriendo peccatis, & in omni vita, morti ſtudendo concupiſcentiæ: tū & demum; morte mundo execrabili, ſicut mortui ſunt Apoſtoli, martyres, & omnes, qui piè viuere pergunt in CHRISTO.

Gene.18. Gal.6. Apoc.7. Rom.6.

B

Ad benedicendum (& ſecunda concionis eſt portio), adductus ſum: non à Balacco, ſed à Deo vero. Ergo benedictionem, quam Deus ſtatuit, diſsimulare nō valeo. Verus ſincerusq; Dei cultus, eſt in electis, vt quidum peregrinantur, non ſunt idololatræ, ſed patrem adorant in ſpū & veritate, ſicut & dn̄s dixit: & dum aſſumentur ad patriam, valeſacient ſimulacris, vt qui tum Deū; tum ſanctorum intuebuntur ciues, non in vmbra, ſed ſicuti ſunt: quibus ſic afficientur, nectenturq;, vt omnibus omnia ſint communia, quin & ex omnibus vnum ſit corpus, vnà vita, vnà fœlicitas, vna deniq; (vt ſic dixerim) ſubſiſtentia, cum omnes CHRISTVM compleant, eiusq; ſint cōiunctiſsima membra: in quo ſicut mouentur & viuunt, ita & ſuſtinentur & ſunt. Et quid mirū, ſi dominus coleſt in populo, vt in peculiari templo, (Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos) è quibus dum hic aguntur in ſpiritu colitur fidei, ſpei, & charitatis: & in patria, in lumine gloriæ, & dono conſummatæ fœlicitatis.

Verus ac in ſpū Dei cult' in electis.

Ioan.4. Eph.1. Acto.17. 1.Cor.3. &.6.

Nec modo in illis eſt, vt Deus in tēplo, ſed & vti dux princepsq; in exercitu (nam & Deus, dn̄s eſt Zebaoth) in quo, & ſtrepit cum hic, clangor victoriæ CHRISTI, qui omnia vincit, tum in patria, quando oēs, vt ſcabellum eorum ſub pedibus, conſternentur hoſtes; immo & prorſus demergētur in mare, vel, ſi mauis, infernalibus detrudentur ſtigiis: Siquidē illum eduxit de Aegypto: nempe tenebrarum, & afflictionum peccatorum: eduxit de tyrannide Sathanę: & ſatellitio eius: & per mare deductum baptiſmi, Aegyptios videre vult, in eius profundum coniectos necatosq;. Eduxit inquam in brachio extento, miris ſignis & portētis: eduxit per Moſeum Aaroneq;, miniſtros inquā ſuos ſed CHRISTI robore, qui adūbrabatur in eis: quippe qui vt dux præcedebat populum, & vt ſacerdos illi placabat altiſsimum. Cuius fortitudo ſimilis Rhinocerotis eſt, qui indomitæ eſt naturæ, & corno, quo percutit, geſtat in naribus. Et palā, CHRISTI vim ſuperari nō poſſe: vt qui oī donatus eſt poteſtate, & accinctus à Deo oī robore & virtute; quam & potiſsimū prodit in naribus, hoc eſt (ſcripturæ more) in ira vehementi: in qua fumant inflanturq; nares; vt cum modo lethaliter percutit hoſtes, & in extremo die animaduertet in reprobos.

Eſa.6. Pſal.109.

C

Quo maximè tempore palam erit Iacobo, palam & Iſraeli, quàm mira quamque magnifica & ingētia, in illis operatus ſit Deus; & dum hìc populus verſatur Iacobi, & dum ad patriam populus transferetur Iſraelis. Quod etiam nunc, non quidem augurando, diuinandouè ſed certis indubijsq; oraculis adhærendo, valet à fidelibus proſpici: qui non aguntur ſomniis, non figmentis humanis, ſed certis & infallibilibus vaticiniis; proculdubio atteſtātibus monentibusq;, ꝙ tandem, ad imitationem CHRISTI, de ſepulchris, Dei erigentur dextra; non ſecus ac Leo, ſuo de cubili, necnon vt Leæna, ad deuorandum prædam; contra quos nihil auſerit præualere, quin nec accubabunt, in dextera reſidentes altiſsimi, donec prædam conſumant, penitusque potiantur victoria contra mundum, carnem & Sathanam: & occiſorum martyrum, reliquorumque piè viuentium ſanguinem bibant, morte abſorpta, & tyrannorum, aliorumque qui ſunt in ſanctos graſſati, ſumpta vindicta: prout, & eòuſque petunt, clamantque ſub altare Dei, quemadmodum Euangeliſta ſcripſit.

D

Electorū reſuſcitatio ad imitationem Chriſti.

1.Cor.15. Apoc.6.

Quàm pulchra (& tertia eſt pars) tabernacula tua Iacob; & tentoria tua Iſrael. Etſi diuiſus eſt, de quo diximos, Eccleſiæ ſtatus; dum tamen eſt in via, nonnullam triumphantis gerit imaginē: ſicut & Salomonis templum, templi ſupercœleſtis. Ergo vtriuſq; tum gradus, tum manſiones,

non erunt omni ratione diſsimiles. Quare ſi pulchra ſunt tabernacula Iacob quibus in militia E
viuimus; pulchra erunt & tentoria Iſrael, in quibus & triumpho potiti, quieſcimus. Illa, vt nemo
roſæ ſunt valles, vt in eſtu ardoreq; refrigeremur pugnę: hęc vt horti ſunt irrigui, in qbus adepto
deliciamur brauio. Illa, vt aromata ſunt plātata à Deo, vt nunquam ſuauitatem nō ſpirēt odorū: Eccle.24.
hæc vt cedri irrigatæ fœlicibus aquis, quæ opportunè ſuis grauidantur fructibus. Eccleſię ſitula;
CHRISTI videtur humanitas: è qua vnda ſancti Spiritus profluit. Huius ſemen, verbum eſt Euā
gelicum, multas protenſum in aquas; quia ad multos perlatum populos (prædicate Euangelium Matt.28.
omni creaturæ: & aquę multæ, ſunt populi multi.) Palam, & q̃ Eccleſiæ Rex, CHRISTVS eſt, Apoc.17.
qui Regnum, electos inquam, non ſecus ac cadauer Aquila, euehet ſuper cœlos: quod & Agag, Mat.24.
inſiuuat vox: quæ Hebręis, ſolarium interpretatur, vel tectum. Et notum eſt, empyreum cœ-
lum, ad quod aſſumptus eſt CHRISTVS, & quo omnes eleuabuntur electi; cum ſit ſupremum, Acto.2.
ſupraq; ſe nullum patiatur corpus, quod illud tegat ambiatq;, haud ineptè, tectum ſolariumq;
dici vniuerſi, domusuè totius mundi.

Deus CHRISTVM eduxit de Aegypto cum illum non ſolum è ſepulchro, ſed ex inferno,
ſolutis doloribus, quibus illum, fuerat impoſsibile detineri; tertia die ſuſcitauit à mortuis. Cui,
cum omnem contulerit poteſtatem, haud dubium, quòd immenſum fortitus eſt robur: tum F
ad deuorandum, deglutiendumuè gentes (Orci planè faucibus) at non oēs, ſed hoſtes: nempe
infideles, hęreticas, impias: tum ad confringendum earum oſſa, Sathanam inquam, & eius pecu
liares furias, quibus reproborum oīum tegitur ſatellitium: qm̃, etſi CHRISTO à mortuis excita
to, confractum eſt caput ſerpentis, prorſus tamen, in nouiſsimo conterendum eſt die: quando
quidem ſi principatus, tunc beatarum euacuandi ſunt mentium: quanto magis, tyrannides apo
ſtatarum ſpirituum? Præter id, q̃ ſagittis diuini ſunt vulnerandi iudicii; vt iure vulnerentur à ca-
pite, qui nihil omittebant vt eius vulnerarent membra.

Quod ſequitur (Accubans dormiuit, vt Leo, vtq; Leęna) haud obſcurè, triduum mortis ex-
primit CHRISTI: in quo, etſi reputabatur extinctus, fuit tamen non minus ac Leo dormiens,
accubāſq; Leæna, formidabilis: propter quod, non ſolum occluſere ſepulchrum, ingentemq; la-
pidem eius deuoluerunt ad oſtium, ſed plures conduxerunt milites, qui excubias celebrarent, Matt.27.
& omni illud diligentia cuſtodirent. Quis ſuſcitabit illum? Etſi naturæ viribus, ad vitam non
Mortuorū reſurrectio maximū miraculum eſt.
datur regreſſus: etſi defuncti reſurrectio, inſigne maximumq; eſt miraculū; Deo tamen & CHRI
STO, res eſt factu tam facilis, ac hominem excitare à ſomno. Ergo licet nemo CHRISTVM ad G
vitam reduxerit; illum tamen viuificauit pater (hunc ſuſcitauit Deus tertia die) & ipſe ſuſcita- Acto.2.
uit ſeſe, quoniam ſicut ſponte animam poſuit, ita & cum libuit, illam reſumpſit. Et addidit, Ioan.10.
quod benedicens CHRISTO, vel ſuis in membris, benedictus erit à Deo, omni plane bene-
dictione, cum hic, tum in ſupercœleſtibus, vt Apoſtolus dicit: & è diuerſo, qui illum ſuosuè exe- Eph.1.
cratus fuerit, omni afficietur maledictione, & hoc in mundo per priuationem gratiæ, & in fu-
turo per æterna ſupplicia.

Stella (& poſtrema eſt portio) orietur ex Iacob, & virga conſurget de Iſrael. CHRISTVS, tū
lux, tum Rex Eccleſiæ eſt: & vt lux, proditurus dicitur ex Iacob, & vt Rex, ſurrecturus ex Iſrael.
Primùm, de luce. Nemo non probat CHRISTVM, vt Deus abſolutè, lucē eſſe creatis menti-
bus inacceſſam, vt in qua tenebrę non ſunt vllæ: vt Deus de Deo, lucem eſſe de luce, quam & 1. Cor.2.
Paulus vocat, relucentiam gloriæ, & palam, haud minus ignotam, cum & creata mens, natu- Heb.1.
ra, arcanum Trinitatis non capiat: homo ſecundum diuinitatem pręuentus, gratia & gloria,
ſine metro perfuſum, theſauris diuinæ ſapientiæ & ſcientiæ locupletatum, & vt præceptorem Mat.17.
à Deo præpoſitum, ac conſtitutum (tametſi pluribus, nitet donis, quam noſter valet aſſequi Luc.3.
ſenſus) nil tamen habere, quod non complectatur fides: nil, quod non pateſcat miraculis. Er- H
go, hac ex parte, licet dicatur lux omnes illuminans, quin & vniuerſum irradians (Ego ſum, Ioan.8. & 1.
lux mundi: & Dilectus; lux eſt, quę omnem illuminat hominē) ſicut tamen, noſtra eſt ſub hu-
Chriſtus cur nunc ſol, modo ſtella nūcupatus.
manitate velatus; ita & modo eſt ad menſuram Solis, modo ad menſuram Stellæ rectrictus: Vn- Malac.4.
de & nonnunquam, Sol appellatur iuſtitiæ, nonnunquam ſtella mattutina, lucidaque. Qua- Apoc.2. & 22.
re, ſi vt homo eſt ex homine, (propter quod, & filium ſe vocabat hominis,) non abſurdum, ſi vt
ſtella, progredi dicitur ex Iacob.

Verùm cum foret oriundus ex patribus, & maximè ex Dauide & Abramo, quibus peculiari
gratia eſt repromiſſus; cur ſtella fuit oriunda ex Iacob, & non magis ex aliorum aliquo? Eo vt
puto, res eſt conſtituta conſilio, vt deprehenderemus Meſsiam, vt lucem familiæ Iudæorum ex-
poſitum, quibus, & euangelizare habuit per ſeſe: tametſi futurus erat ei ingratiſsimus populus:

tametſi,

A tametſi omni, illum ſupplantaturus fuerat, ſtudio, quin & (quantum ſe in fuit) euerſurus totaq; Pſal. 56. reſtiturus, imo & extincturus virili. Vnde & queritur: Homo pacis, meę i quo ſperaui: qui & meis veſcebatur panibus, ſupplantationem megnificauit ſuper me. Et quanquam CHRISTVS hæc reſtringat ad Iudam; vera ſunt tamen & de toto Hebræorum populo; vt & rei probauit euentus. Fuit quidem Iudas homo pacis, quantum erat ex parte CHRISTI: vt qui illum nedũ fecit Apoſtolum, ſed & depoſitarium, quin & ſocium menſæ, & cœleſtium arcanorũ participem. In quo & ſperare valuit communi iudicio: nẽpe, vt domeſtico vt familiari, & egenis, quibus CHRISTO nihil gratius, ſuperintendenti.

At non minus, homo pacis fuit CHRISTO, Iudęorum populus, cum illis ſe crediderit, ſuum peculium inſtituerit, tum gratiæ, tum ſcripturæ pane reſocillauerit, & crebris, & ingentibus affe Pſal. 54. cerit, quin & obruerit beneficiis, Quare, tam inſignem, execratus veſaniam, & tam ingẽtem ſto Iere. 11. macatus ingratitudinem; Si inimicus, inquit, meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiq;. Tu vero homo vnanimis, qui ſimul mecum capiebas cibos, eradere me tentas, ſatagiſq; de terra vinentium? Conſulto ergo CHRISTVS, vt lux ex Iacob, qui ſupplantator interpretatus eſt, dicitur oriundus: quia ex populo, nedum fuerat profecturus ingratiſsimo, ſed & tam ſceleſto, quod il- B lum omni niteretur opera ſupplantare deiicereq;: Præter id, ꝙ illis ex verbis: ille CHRISTI denotatur aduentus, quo lux deſcendit de cœlo, ad patrum confirmandas promiſsiones; à quibus Pſal. 115. (etiam ſi ipſum ſupplantaturi erant) ſe temperare non voluit: nempe quia verax, etſi omnis homo ſit mendax, ſicut ſcriptum eſt.

Nunc de Rege. Ergo recolendum, quod etſi CHRISTVS, vt Deus, eſt omnium dominus, vt Col. 1. à quo omnia pendent: etſi vt Deus & homo vniuerſa creauit, quin & per ipſum, & in ipſo cun- Heb. 1. cta ſubſiſtunt, vt Paulus aliquando docet: etſi quàm primum ex virgine ortus eſt, Imperator fa- Eſa. 9. ctus eſt vniuerſi (Siquidẽ puer natus eſt nobis, & ſuper humerum accepit omnium principatũ) Luc. 19. nihilominus, non niſi poſt reſurrectionem, regno potitus eſt. Propter quod: & per mortem faſ- Pſal. 2. ſus eſt ad Regnum, ſe percipiendum proficiſci: & in Pſalmo gloriatur, ſe ex reſurrectione, Regem à Deo conſtitutum: & Apoſtolus ſcribit, ſua ex paſsione adeptum, vt omne genu in eius fle- phil. 2. cteretur nomine. Ergo & ex reſurrectione, eius erecta eſt virga, etſi ſuper omnia, maximè tamen Rom. 14. ſuper electos; quos regit in iuſtitia, pace, & Spiritus ſancti gaudio, hic quidem ex parte, ſed in cœlo, omni plenaque ratione. Chriſtus ex paſſiõe regnũ adeptus.

C Commode itaque, virga CHRISTI regendi inquam vis & auctoritas, Imperium & Prin- Ioan. 19. cipatus, pręnunciatur, ſurrecturus, erigẽduſq; non ex Iacob, non ex Hebręorũ domo, qui illum pro rege negarunt, & Cæſari ſubſcripſerũt; ſed ex Iſrael, qui Dei interpretatur dominium: quoniam non ex hominibus, ſed ex Deo profectũ propagatumq; eſt. Præter id, quod & CHRISTI regimen, etſi (velint nolint) premit Hebræos, immo & Sathanam omni cum ſatellitio, non regit tamen, quia ad ſalutem non ordinat promouetque; poſtremo præſertim cum effectu, niſi credentes, niſi ad cœlorũ Regnum electos prædeſtinatoſq;, quos & charioribus impartitur diuitiis, illos nedum vt peculium ſeruans, ſed & vnà ſecum ad regendum aſſumens; vt non immeri- Apoc. 5. tò glorietur Dilectus. Feciſti nos regnum, & regnabimus. Et ipſe Diſpono vobis; ſicut diſpo- Luc. 22. ſuit mihi pater meus, Regnum. Et quanquam hæc certiſsima ſunt; verum eſt nihilominus, & his in verbis, ortum CHRISTI ſtella prænunciatum, manifeſtandum eſſe, eiuſque regimen promoturum credentes; qui & Deum vident per fidem, & in quibus ipſe regnat per gratiam, ſicut & ſancti tradunt docentque: Immo & hæc illa ſequuntur, eaque propter, continent veritatem: vt facilè eſt animaduertere.

Et licet CHRISTI regimen propendeat ad fauendum probis, potius quàm ad multandum D ſceleſtos: licet & longè clementius ſit in pœnis, quàm promptum in ſuppliciis; pertranſit tamen, hoc loci theſaurorum cumulos, quibus afficit pios, & tangit animaduerſiones, quibus pro demeritis vexat iniquos: Et Moab quidem duces; etſi infidelium videntur inſinuare præcipuos, vel hæreſum & ſectarum pernitioſiora capita; placet tñ, ſupremos eorum accipere, qui mũdo ſuperuenerunt vt mõſtra; de quibus ampliter ſupra. Cum enim Moab interpretetur, ex patre, natuſq; ſit ex inceſtuoſo, mõſtruoſoq; filiæ cũ patre cõgreſſu: haud dubiũ, ꝙ illud poteſt, nõ inepte genus hoĩum denotare, qd mũdo adiecit iniquitas, quod & ſurexit, ꝑter vniuerſi ꝓbe inſtitutum ordinẽ, & rectum ordinatumq; naturæ progreſſum. Verum quia ex iis nõnulli uidẽtur ſaluãdi & rationabile eſt, ꝙ ſint nõ de extremè ſceleſtis, palã ꝙ cõſonat CHRISTVM, horũ potiſsimũ percuſſurũ primates, ducesuè: nẽpe ſceleſtiſſimos, omniumq; deploratiſſimos: nec ad aliud, ſua Roma. 9. accomodatos culpa, quàm vt vaſa ſint ignominæ, prout & Apoſtolus ſcripſit. Iniqtas', mũdo quoddam adiecit hominum genus.

OO iij In filijs

In filijs aũt Seth, etſi perditi omnis generis homines, exprimi poſſunt, eò q ex illo omnes ori E
ginem ducimus (ſi quidẽ Caini proles, alijq; præter Noemi filios, ſunt cataclyſmo deleti) nihi-
lominus & intelligi idololatræ valent, hæreticiq;, & illi maximè, qui alium ponunt ſtatuuntque
CHRISTVM, ab eo, qui nobis eſt donatus à patre ſicut & Sethiani faciunt (ſi verùm eſt, quod de
hæreticis, ſcripſit Auguſtinus:) Nam & Seth interpretatur poſitio: & ex Sethianis ſunt qui Seth,
vel Sem, pro CHRISTO aſſerunt ſtatuuntq;. Ergo & Seth, filij, omnes ſunt, qui CHRISTVM
ſoluunt; de quibus & Dilectus, q ſunt Antichriſti, & per hoc, Paulo admonente, CHRISTI in- 1. Cap. 4.
terficiendi, exterminandiq; ſpiritu, circa poſtremum eius aduentum. Quòd in Idumæa; quæ in 2. Thi. 2.
terpretatur, rubra, ſanguineauè, poſsit adumbrari gẽtilitas, haud iure reiici debet, cum foret pec
catis rubra, Sathanęq; mancipium; qui ſanguine gaudet, & homicida extitit ab initio. Hæc in poſ Ioan. 8.
ſeſionem, hæreditatemq; data eſt CHRISTO; non modo ob Iudæorum peruicaciam, aut gen- Pſal. 2.
tium conſtantiſsimam fidem, ſed & propter eius preces quas fudit de hoc ipſo ad patrem, à quo Heb. 5.
ſemper exauditur, ſuam ob reuerentiam.

Quòd Seir, CHRISTI ceſſura ſit hoſtibus, optimo iure fit: qm cũ interpretetur, hiſpidus, quin
tempeſtas & demon; haud immerito, malis reprobiſq; manet hominibus, & quidem vt peculiũ
& ſempiterna hæreditas. Quòd aũt CHRISTVS, vel regnum eius (vtrunq;, in Iſrael recipi, hoc F
valet in loco) ſit acturum viriliter, & maximè contra regnum Antichriſti, & Sathanæ: nemo eſt,
qui non probet. Rurſum, quòd proditurus ſit ex Iacob, qui regem oĩum agat; res eſt tam patẽs, q̃
CHRISTVM eſſe oĩum dominum; & electos, & præſertim Apoſtolos, qui & ea ex domo originẽ
trahunt, corregnaturos cum eo. Reliquiæ vero exterminandæ ciuitatis; deletionem malorum,
infectionumq; per peccatorum maximè inuectarum hunc in mundum, exprimunt vltima in con
flagratione: quem & perditi, vt propriam ciuitatem ducunt. Et compertum eſt quòd in Babylo
ne, quæ magna extitit ciuitas, & prima in qua ſedit tyrannis: mundũ hunc, nõ ſine ratione oſten
dit, cum peccatum omnia in illo confuderit, ſicut & in ędificatione Babel, quæ initium dedit, de
qua loquimur ciuitati, omnium confuſæ ſunt linguæ.

Denique: quòd ſupereſt, mihi eſt adeo obtectum; quòd fateor, me myſterium non attingere.
Fateor, quòd primo in loco, quo gentiũ principium, dicitur Amalech, regna comprehendi vo-
luit huius mundi, & quatuor potiſsimum monarchias: de quibus, non modo plura ſunt apud eth
nichos, ſed & apud ſacros, & pręſertim in oraculis Danielis, vbi & variis & miris, adũbratæ ſunt
Quatuor mũ typis. De his ergò ſi placet locum exponere, initia eorum docemur & fines: initia, quia omnes, G 2. & 4.
di monarchię vel blandis, fucatiſq; verbis, vel violentiis & inuaſionibus, quibus vel ſeducebantur, vel captiua
bantur homines, ſunt ortæ: fines, quia ſingulæ, ſuã ſunt ſortitæ periodum; qua inſtante, haud in-
iuria ſunt extinctæ. Ergo, in Amalech, qui populus tum lambens, tum percutiens, interpreta-
tus eſt, ſeries eorum intelligitur Monarcharum, qui altero, vel ùtroq; modo, occuparunt im-
perium: ergo ritè Amalech, principium dictum eſt gentium, quia origines ethnicorum in-
dicat principatuum, Monarchiarumque quas diximus: quarum & perdenda ſubdit extrema,
quia ſuis abſolutis periodis, & tẽporibus cuiq; determinatis: omnia ſubiicienda ſunt CHRITO.
Propter quod, & ſtatua, quam vidit Nabucdonoſor, in qua præmiſsi notati ſunt principatus: Dan. 2.
nempe Caldæorum in capite, Perſarum in pectore, Græcorum in ventre, & Romanorum
in tibiis: à lapide, qui de monte deſcendit, in proſtrema parte percuſſa, prorſus deſtructa, ac
comminuta eſt.

Ergo, & hoc de CHRISTO prædicitur: quòd per ipſum deſtruenda fuerant omnium infide-
lium regna: id, quod ſi hactenus non apparet, indubiè apparebit, cum mundus, illi quouis loco
ſubſcripſerit: cum vnum erit ouile, & onus omnium paſtor: Tametſi, & modo omnes homines, Ioan. 10.
ſub CHRISTI comprehenſi ſint poteſtate, vt cui pater cuncta dedit in manu; non tñ adhuc actu H & 13.
(vt loquuntur) ſponteq;, illi omnes videntur ſubiecti, nec omnes hoſtes, ſuis ſub pedibus, peni-
tus conſternati. Et demum, etſi omnes ſponte ſubiectos habet in cœlis, non tamen Angelicos, 1. Cor. 15.
in finem vſq;, euacuat principatus: ita licet Imperio totius potiatur mundi; non inſtat tamen
tempus, quo omnium ethnicorum deſtruenda ſunt regna. De Cinæo autem, qui interpretatur
poſſeſsio, forte dici poteſt, quòd Sathanæ gerit imaginem; qui nedum mundum hunc poſside
re ſe putat, ſed & illius ſe principem iactat: quin & Deum huius ſæculi impudenter ſe vocitat. Ioan. 14.
Ad hunc dictum eſt: quod ſi in petra, ſi in tutiſsimo, inacceſſoq; loco nidum conſtitueret, ſi vel 2. Cor. 4.
ſupra cœlum, vt præſumpſerat, ſolium eleuaret; ab Aſſur, hoc eſt, fideli populo, qui modo fide Eſa. 14.
Deum proſpiciat, beatusq; in ſpe, ſupirat ambulatq; feſtinus ad patriam, (nam Aſſur, interpre-
tatur, aſpiciens, gradiens, & beatus) capiendus eſt: Quoniam & ſi draco eſt verſipellis, etſi

1.Petr.5. A Leo ferox rugiens, etſi Aſpis, & Baſiliſcus, tantum tamẽ roboris fideles nanciſcunẽ à CHRISTO,
pſal.90. vt in ſuis illum nedum deprehendant inſidiis, ſed & ſternant, & calcent propriis pedibus, ſicut
Prou.11. & illis repromiſſum eſt, nonageſimo Pſalmo. Quanquam nec reclamo, ſiquis Aſſur intelligat
CHRISTVM; qui illum & hactenus cœpit ligauitq́;; & tandem in profundiorem conjecturus eſt
Colo.2. tartarum, vbi & eſt relegandus perpetuo. Sequitur.
Matt.24.

Heu, quis victurus eſt; cum iſta Deus faciet? Siquidem propè mundi calcem, futuræ ſunt tribulationes, tam acres, tam ſęuæ: quod vix homines valebunt ſubſiſtere. Sed interim venient cum triremibus (ni fallor) ex Italia: qui Romanorũ, vt videtur, fuere tyranni, nõ ſolum Romæ, aliisq́; viciniioribus partibus, pſequentes fideles; ſed & in remotioribus, quin & extremis terræ mariũq́; locis, anguliſq́;: & prima facie, Aſſirios, CHRISTO inquam credentes, ſubſcribenteſq́;, videbũtur deuincere, dũ trucidabunt innumeros, nec pauciores relegabunt exilio. Itidẽ, & vaſtabunt Hebræos, vt & ad literã, nemo eſt, qui impletũ, non ꝓbet, animaduertens quid paſſi ſint, tẽpore Veſpeſiani & Titi: Neutri tñ ſunt deleti, ſed iuſto Dei iudicio, iam imperium ceſſit credentibus: & Hebræi, cum palam fidem CHRISTI ſuſceperint, maiori reſurgent gloria, ſplendebuntque, non modo mundi tyrannide ſuperata, ſed & funditus perdita & deleta.

B

Euangelici excutiuntur typi: qui in quarta, inſtituti erant ætate.

SIcut locuples, hæc extitit ætas in concionibus; ita & vberrima fuit in typis. Ergo, ſicut ex illis delecta ſunt, quæ potiora noſtro ſunt viſa judicio; ita & ex iſtis, ea duntaxat afferemus, quæ illuſtrioribus, vt credimus, ſcatent arcanis. Quare miſſis tũ Arcę fœderis, tum lignei Tabernaculi, auguſtiſſimis ac fœcundiſſimis ſacramentis; non quia eorum in excuſſione, immeritò adhibeãtur nerui, aut illaudatè, præclara exerceantur ingenia; ſed quia, noſtra ꝓ facultate, alibi rem tractauimus, noſtrumq́;, qualis qualis eſt, captum prodidimus: haud immerito ſuperſedemus. Ergo à veſtimentis, ordiemur Aaronis, nõ
Eſai.2. ignari, illum imaginem prætuliſſe, ſummi pontificis CHRISTI: non ſolum, quia interpretatur, mons, illum indubitanter adumbrans, de quo vaticinatur ꝓpheta (in nouiſſimis diebus, erit mõs Dñi, ſuper vertices montium: & eleuabitur, ſup omnes colles) & in Danielis oraculis: ꝙ lapis, de
Cap.2. monte deſcendens, ſine manibus, in montem mox ſurrexit: & quidem tam eximium, tamq́; ingentem, ꝙ orbem obtinuit, repleuitq́;: Sed & quia ſummus fuit Sacerdos, & Pontifex, & ſine cõ-

Aaron eiuſq́; veſtimenta quorum fuerint typi.

C trouerſia; vt vmbram potiſſimum gereret, Sacerdotij, Pontificatuſq́; CHRISTI: q̃nquidem etſi CHRISTVS, ex tribu, non eſt profectus Leui: etſi Sacerdos, à Deo, iuxta ritum, decretus eſt Melchiſedec: ſi quis tamẽ aduertat, ꝙ ſicut lex, vmbram geſſit futurorum bonorum, quorum primitiis potimur in Euangelio, & taurorum, hyrcorum, reliquorumq́;, mactationes animalium, erãt typi ſacrificij CHRISTI, & potiſſimum in crucis altari oblati; abſolutiq́;; ꝓfectò non (niſi proterue) Sacerdotem Pontificemq́; reiiciet legis, vtcunq; Sacerdotem, ac Põtificem referre gratiæ,
Ioan.1. & per hoc CHRISTVM ipſum, per quem facta eſt gratia, ſicut & per Moſen promulgata eſt lex. Vnde & ſicut Aaron, cum initiatus eſt pontificatu ſacerdotioq́;, eòuſq; eſt perfuſus vnguento, vt deſcenderet, nedum in barbam, ſed & in oram vſq; veſtimenti: ita & CHRISTVS, cũ eſt à Deo cõſecratus Sacerdos Pontifexq́;, tanta delibutus eſt ſpũs ſancti copia, tam vberrimis donis & chariſmatibus, vt ex illo valeant nedum, omnia illius membra repleri, ſed & veſtis illius incõſutilis, Eccleſia inquam, catholica, orthodoxaq́; vbertim, ac omni quaque perfundi.

Aaronis ſacerdotium & Pontificatus, umbra ſacerdotij, & pontificat⁹ Chriſti.

Sit igitur Aarõ in præſentia, vmbra CHRISTI; & ſacræ illius veſtes, illorum quæ veneramur, ſacramentorum imagines: Et linea quidem munda, innocentem refert humanitatẽ; quam cin-
Luc.12. git baltheo, non ſolum, quia illam ineuincibili, ſibi nexu coniungit; ſed & quia, in illa ſumpſit
D miniſterium ſerui. Hyacintina vero, Angelicam ſignat Eccleſiã, vel ſi mauis, indumentum Gra-
Eph.1. & 5. tiæ: Angelicam inquam Eccleſiam, cuius & CHRISTVS eſt caput. vt Apoſtolus docet. Et con-
Colo.1. ſonant, tum color cœleſtis, tum malogranata, variis filiis, opere polimito contexta, & aurea tintinnabula, inter illa ritè diſpoſita; q̃nquidem inter Angelicos cętus, & eſt ordo mirabilis, quem granorum innuit diſtributio, & charitas, amicaq; ac candida compartito, quæ color indicat rubeus, ac alba cartilago. Rurſum, & in illis, ſuauis anditur concentus, laudeſq; diuinæ; quæ & commodè, in tintinnabulis aureis expreſſæ ſunt. Indumentum vero conſonat gratiæ; quam habuit ad ornatum, nedum animæ ſed corporis, & præſertim myſtici: cum illius de plenitudine accipiãt
Ioan.1. omnes. Hæc cum innumeris, in eo, exundaret chariſmatibus, euangelicis ac ſacroſanctis doctrinis; haud inconcinnè, & malogranatis, & aureis tintinnabulis, referta eſt.

Superhumerale autem; congregationem poteſt denotare fideliũ; quę (præter id, ꝙ CHRISTI

Fidelium cõgregatio inſidet Chriſti humeris.

inſidet humeris) ex duabus cõficiebatur partibus, ſicut & hęc ex duobus populis. Et licet anterior E populũ adumbrare poſſit Hebræum, vt qui CHRISTVM precessit: & poſterior, ad populum valeat referri gentilem, qui eſt CHRISTVM ſequutus, ex quibus non ſecus, ac duobus parietibus, Eccleſiæ ſtructura cõſiſtit; ſiquis tñ aduertens, ꝙ Dei iuſto iudicio, primi euaſere nouiſſimi & nouiſſimi primi, anteriorem partem aſſerat exprimere gentes: quæ & poſt CHRISTI aduentũ, primo ſubſcripſerunt ei, & poſteriorem, Iſraelitas, qui illi poſtremo ſubſcripturi ſunt tempore; fortè rem aſtruet non incongruam. Vnde & gentes ad Iſraelem pertinent, ex promiſſione, & nedũ Iſraelitæ ſunt reputatæ, ſed & ad eorum hæreditatem, & primogenituram admiſſæ.

Matt. 20.

Et licet hæc veriſſima ſint, placet tamen, in duabus ſuperhumeralis partibus, duas intelligere credentium claſſes: alteram electorum quæ eſt ante pectus, reliquam reproborũ quæ retinetur poſt renes: vt tali innuatur pacto, illos fore CHRISTO maximè curę, quin & verſari ſem pin corde, nunquam & non eſſe præ oculis: & iſtis, etiam ſi donati ſunt fide, & in Eccleſia ſimiliter congregati (nã & in ſagena, vt boni, ita & mali ſunt piſces: & in area, vt grana, ita & paleæ) nõ adeo eſſe ꝓſpectũ: vnde nec iniuria, & poſt tergũ ſunt poſiti. Vtraq; pars, ex variis eſt confecta coloribus; quia in vtràq; diuerſi ſunt gradus, membra, officia, & maximè gratis data. Vtraq; miro modo cõtexta; quia Eccleſiæ ſabrica, omni ex latere, incredibili eſt arte compoſita, conſtructaq;. F

Colligantur, & primò in ſuperiori parte; nempè, in ea quæ ſuper humeros eſt; quia in vna ſupernorum connectuntur fide, doctrinaq;: In quibus ſunt; Tum vncini, vel aureæ perforatæ laminulæ, tot ex dextro, quot ex ſiniſtro humero: quæ (ni fallor) ſunt articuli fidei, quorum tot, ad CHRISTI pertinent humanitatem, quot & ad diuinitatem: ſicut & Theologi docent. (Nã cum ſint, vel duodecim, iuxta Apoſtolorũ numerum: vel quatuordecim, iuxta credendorum principalia membra: ſex vel ſeptem, ꝓximè ad Deum referuntur verum, & totidem ad aſſumptum hominem: & illi, non iniuria in latere computãtur dextro, & hi, non immerito in ſiniſtro) Tum & duæ, quibus conſtringantur, nectanturq; catenulæ, aureæ pariter, & arte eximia ſabrefactę: quarum altera, denotat (vt puto) peregrinantis Eccleſiæ ſacramenta, & reliqua ſacroſanctos cęremoniarum ritus; quibus credentes, non modo in ijs, quæ fidei ſunt, copulantur, ſed & in vnum corpus, catholicè conſtringuntur; cum & illa ſint, tum ſigna fidei, tum inſtrumenta gratię, & hi ꝑſpicuę, illuſtreſq; notę, quibus ſecernimur ab hęreticis, & à ſanctorum communione ſeiunctis.

Colligantur deinde in extrema parte, conſueto ſcilicet, cinguli loco; & quidem baltheo ſed polimito, ac diuerſo colore contexto: nõ ſolum quia CHRISTI corpus, quod vniuerſalis Eccleſia eſt, per neruos, iuncturaſq; connexum eſt & colligatum, idq; egregio eximioque opificio, vt G Apoſtolus tradit: ſed & quia fideles ſemper eſſe decet accinctos promptoſq;, & ad bona opera expeditos: vt in illis inſeruiant inuicem, mutuæ ſtudendo charitati, quę vinculum eſt, perfectionis: nempè, quę eſt ſuapte natura, benigna, compatiens, boni omnia conſulens, cum iis, quæ narrare pergit Apoſtolus. Nec vacat rõne, ꝙ baltheo, nedum ſuperhumeralis conſtringuntur partes, ſed & Hyacintina veſtis; quoniam in vnam, etiam nunc non ſolum homines probi & mali, copulantur Eccleſiam, ſed & cœlicæ mentes: quippè quæ nobiſcum in CHRISTO euaſere concorpores, ac ſuorum theſaurorum comparticipes.

Fideliũ mores & ad rectè operandũ promptitudo

Ephes. 4. Coloſ. 3.

1. Cor. 13

Fuit & non mediocris arcani, vtrunque latus, quibus & ſuperiores nectebantur ſuperhumeralis partes, onichyno exornari lapillo: qui & candidæ eſt naturæ, & talis extitit magnitudinis, vt eorum quilibet, ſex admitteret ſculpta, cęlatauè nomina, ex numero filiorum Iſrael. Et vt mea fert imbecillitas, CHRISTVM innuitur, non modo electos regere, ſuaq; vi & poteſtate portare, tum in proſperis, quæ dextra denotat pars, tum in aduerſis, quæ leua indicat portio: ſed & ſuffragari, patrociniumq; ferre, nedum in læua præſentis vitæ, ſed & in dextra futuræ fœlicitatis. Sicut enim, dum hic agimus, illius perfundimur gratia: ita & in patria coaſſumpti, illius illuſtrabimur gloria Pręter id, quod & geſtare in humeris, eius eſt oneris, quod pro illis paſſus eſt redimẽdis, memoriam retinere: & per hoc, quanti ſunt faciendi, quantaq; circunſpectione ſeruandi, frequenter ob oculos reuocare. H

Et quoniam electi, duodenario, non ſemel, ſacris in literis comprehenſi ſunt numero, ſicut & Eccleſiæ baſis, duodeno ſtabilita eſt fundamento; haud dubium omnes fore, hoc loci, collectos: tametſi non iniuria, bina claſſe partitos: Idq; non ſolum, propter duos, vt diximus populos: ſed & propter vtriuſq; teſtamẽti ſanctos. Nec ꝓpterea, pari aſſerã, ex ambobus coactos, multitudine, ſed nõ diſſimili ꝑfectione: quod ſenarius hoc in loco demonſtrat. Non inquam perfectione diſſimili, & ſi forſan non ęquali: quod diſcrimẽ dextrę ſiniſtræq; præſefert, cum illa noui, & hęc veteris ſit teſtamenti: & in hoc, vt legis patiebatur ſtatus, non pauca, quæ ꝑfectioni conducerent,

Apoc. 21

A eſſent in deſiderio: & in illo, vt euangelica poſtulabat gratia, nil deſit, quod abſolutionẽ foueat.
Iudicij rõnale, pectorale uè (quod etſi non ſecus, ac ſuperhumerale, erat intextum, duabus tñ conficiebatur telis; erat & quadrum, & aurea circumornatum catena. In quo, & duodecim lapides diſponebãtur precioſi, nominibus filiorum Iſraelis inſculpti: & quatuor in ordines, ſerieſq; diſpartiti) rõnalem internamq; cordis, mentiſuè exprimit prouidentiam, continuamq; curam & ſolicitudinem, quam CHRISTVS gerit, ſuis de electis. Qui licet, in diuerſis conſtituti ſint gradibus, idq; miro ac ſapientiſſimo opificio (quod, vt diximus, tum color, tum textura ſignificat) ſint
Ezec. 1. & in duobus comprehenſi teſtamentis (quod duplex tela figurat: & cum rota eſſet in rota, quadrat telam eſſe ſub tela: & quia nouo ſubiicitur vetus, conſonat, vt hoc, quod eſt obtectum, tela referat ſubtus poſita, & illud, quod eſt patefactum, tela indicet ſuperextenſa) quia tñ vel ob id, ꝙ quatuor ex mundi colligendi ſunt partibus, vel quia abſoluendi ſunt conſummata & perfecta iuſtitia, quæ & tetragono comparatur philoſophis, vel quia euangelica obfirmandi doctrina, quæ quadruplici euangeliſtarum eſt comprehenſa volumine, haud immeritò, figura denotati ſunt quadra. Aurea autem circumducta catena, vel legem denotat charitatis, vel iugem Angelorum cuſtodiam: illa Chriſtianis continentur terminis: hac ſuis defenduntur ab hoſtibus.

B
Matth. 13. Hi ritè, lapidibus collati ſunt precioſis, non ſolum quia in euangelio comparati ſunt margari-
1.Co.6.7 tis, ſed & quia empti ſunt inæſtimabili precio; de quo non ſemel Apoſtolus, & princeps Apoſto
1.Pet.1. lorum Petrus. In ijs, nomina ſculpta ſunt, ſingulorum; non modo quia ſingulos nouit ex noĩe, ſi-
Exod.33. cut dictum eſt Moſi: ſed & quia ſingulos vocat, inſtruitq; nominatim, cum ſingulis, certis proſpi-
Ioan.10. ciat fauoribus, & foueat peculiaribus gratijs, put, æterna definitione ſanciuit. Quòd in quatuor ſegregentur ordines (præter quatuor cœli ventos, ex quibus ſunt coadunandi: pter quatuor euãgeliorum libros, quibus ſunt inſtruendi; & ad abſolutionem iuſtitiæ, qua vt membra perficiuntur, ex capite ſubuehendi) fortè ꝙ quatuor ſunt, munerum exuberantijs, copijſq; obruendi: cum hoc exilij in primitijs, tum in eo quod ſuper, eſt fœlicitatis in vbertatibus. Cuius rei, etſi in præſenti certiores reddi non poſſumus; quatuor tñ flumina, quæ ex deliciarum profluxerunt horto, totidem, ni fallor, vmbram exundantiũ referunt gratiarum; vel ex diuinis dimanãtium vbertatibus, vel ex profluuiis infinitæ gratiæ CHRISTI; in quibus Paradiſus eſt, omnium cęleſtium voluptatum, ad irrigandam Eccleſiæ fœcundiſſimam terram.

Quod autem inter ipſos, conſtituenda ſit, veritas & doctrina; haud arduum eſt animaduerte-
Ioan.6. C re, cum omnes ſint edocendi à Deo: vt qui præceptorem ſunt nacti, tum patrem qui docuit Pe-
Matt.16. trum, tum CHRISTVM qui inſtruxit Paulum, & omnibus vt magiſter præpoſitus eſt: & omnes
Gal.1. diuinis locupletandi promiſſionibus, quas vt verax, Deus adimpleuit in CHRISTO, & redundare voluit in eius ſingula membra. Verum ſi Hebraicæ delectant voces: etſi res eſt magis arcana, eo quod earum, prorſus nequimus aſſequi ſenſum; admittunt tamẽ omnes, ꝙ prima, quæ eſt, VRIM, lumina, illuminationeſq; reddi valet: & ſecũda, quæ eſt, THVMMIM, perfectiones, abſo- *Vrim & thummim, voces arcanæ.*
lutioneſq; ſignificat. Quare non erit obſcurum; quàm hæc rectè conſentiant. Nam electi non modo illuminantur, ſed & lucis filij decernuntur: non modo ſunt ad perfectionem vocati, ſed &
Epheſ.5. tandem erunt in omni perfectione completi: vt qui ſunt omnium finis, & in quibus, tum Deus,
2.Phyſi. & 1.Poli. tum CHRISTVS, futuri ſunt omnia; nec modo in omnibus, ſed & in ſingulis.

1.Cor.15. Et licet pectorale, omni ex parte, præſeferat electos, non temere tñ, cum poſteriori ſuperhumeralis nectitur portione; cum & reprobis, dum hic degunt, electi non ſimplici copulentur vinculo; & maximè, cum ambo ſubſcripſerint CHRISTO. Et supernè quidem, connexi ſunt fide, qua & quæ ſurſum ſunt ſapiunt: quæ & commodè duabus inſinuatur catenulis; quia duæ credendorum ſunt claſſes, & in vtràq; annuli plures, miraq; arte compoſiti. Infernè autem, quia ſuggeD rente, quæ boni omnia conſulit, charitate, ad finem vſq;, non modo omnibus beneprecãtur, ſed & bene de omnibus ſperant: quare & hac ex parte, victis colligantur Hyacintinis, quæ haud dubium, quàm ſpei conueniant, vel ex colore: & duæ quidem ſunt, quia duorum, quæ ſperant bona, ſunt ordinum: in altero quæ ſpectant ad animam, & in reliquo quę in reſurrectione attinent corpus: Et palam ꝙ tam fides, quàm charitas, valent non modo reperiri in prædeſtinatis, ſed & in perditis & præſcitis; in quibus & nonnunquam eſt & gratifica gratia, & Chriſtiana dilectio, vt ſine controuerſia, ſacri definiere Theologi. *Quæ ſperant fideles, duorum ſunt ordinum.*

Quanquã et ſiquis attendat, pectorale, poſteriori ſuperhumeralis parti, quatuor necti laqueolis; fortè non detrectabit, quatuor in illis intelligi poſſe colligantias, vtriſq; cõmunes; de quibus
Eph.4. & Apoſtolus. Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, vnus pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & in omnibus nobis. Et demum ꝙ Aaron, ornabatur mitra, geſtabatq; laminam auream ſuper

frontem,

frontem, in qua ſculptum erat Dei ineffabile nomen, indubiè, non ſine ingenti ſacramento eſt. E
Et in mitra, Regale ſupremumq; CHRISTI expreſſum eſt ſacerdotium, necnon imperium, &
ſanctificatio huius mundi: & in aurea lamina, immenſa incomprehenſaq; ſapientia, ac diuinorũ
conſummata & abſoluta notitia; quod & quadrat, non modò, quia Deus, & Verbum ſummi pa- Col. 2.
tris: ſed & quia eius in mente, oẽs ſunt Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei transfuſi, reconditiq;.

CHRISTI typum geſſit & Ioſue; de quo etſi plura retulimus, omnia tñ non abſoluimus. Et
præter id, ꝙ eo in ſacramento, de quo ſupra, nonnihil, eſt diſſimulatum, de quo & in præſentia
pertranſimus: haud dubium, ꝙ non pauca remanent indiſcuſſa, & multa, æterna pro vita repoſi-
ta: quæ non ſolum, non ſufficimus explicare, ſed nec quouis pacto contingere. Siquidem, ea eſt
ſcripturæ ſanctæ copia, ea vbertas, ea fœcunditas & amplitudo; vt, vel vno ſub cortice, multi-
plex reſerat ſacramentum.

Quædã Ioſue facta, inſigniter typica. Ergo, præter enarratum, & hoc, noſtræ ſe offert imbecillitati: ꝙ hunc in modum perſtringo.
Nam tranſuecturus Iſrael, in eam promiſſionis terram, quæ iordanem vltra, poſſidenda erat ab
eo, Ioſue exploratores miſit: qui Iericho, Chananæorum munitiſſimam vrbem attẽderent, in-
ſpicerentq;. Quam ingreſſos Rahab, nedum excipit meretrix: ſed ad necem expoſtulatos, ſub
ſtuppa abſcondit, clamq; per feneſtram, opportunè dimittit. Qui & rubeo, feneſtræ relicto funi- F
culo, ſunt ad montana profecti: ibiq; dies tres commorati, reuertuntur ad fratres, vrgentes, vt flu-
uio pertranſito, Ierichuntam peterent; quodque eam dominus illis incunctanter traderet. Ergo
ritè, populum monet, vt triduanis paratis alimentis, ad fluuium niterentur: quem cum ſacerdo-
tes, arcam perferentes, forent ingreſſi, mox cederent aquæ, ſiccumq; præſtarent alueum, vſque-
quo omnis tranſgrederetur populus. Rurſum; fluuio pertranſito, duodecim curat in alueum infe-
rendos lapides, aquis inibi inuoluendos, ſepeliendosq;: necnon & totidem, ex alueo in caſtra;
tranſportandos, in Galgalis fixa, monumentaque. Et demum illis vrbem accedentibus, & ſepties,
per dies ſeptem, arcam circumgeſtantibus; mœnia, Dei virtute, collapſa ſunt ciuitatis, omniaque
æquata ſolo: domo familiaq; Rahab, duntaxat excepta.

Verum ſacramẽtum accedo. Primum, nemini eſt incompertum, Ioſue imaginem referre Sal-
uatoris: eundemq; populi eſſe ducem, & præſertim electi: qui Iſraelis tum nomen, tum promiſ-
ſiones habet. Et licet, curam omnium ſuſcipiat electorum; licet ſingulis, vt pupillæ proſpiciat;
& ad terram repromiſſam transferat; ſiquis tamen Apoſtolum conſulit, fortè non ibit inficias,
præ omnibus, qui ſunt ex circumciſione, electis attendere: quales ſuæ mortis tempore, fuere re- G Eph. 5. Rom. 10. & 11.
liquiæ, & illi erunt electi, qui inuenti fuerint, abſoluta gentium plenitudine. Propter quod, &
eo in tempore, theſauros, ſuæ potiſſimum profuſurus eſt gratiæ; vt Romanis, tradit Apoſtolus.
Ergo Ioſue, eo in populo, CHRISTVS, in circunciſo eſt cœtu; qui poſtremo in tempore ſaluan-
dus eſt. Quod & eò poteſt eſſe conſtantius; quo Iſraelitæ, quibus præerat & Ioſue, non erant ex
ſenioribus, qui egreſſi ſunt ex Aegypto, quibus primum promulgata eſt lex: quoniam ij proſtra-
ti ſunt in deſerto, nec ex illis ſuperfuerunt, niſi duo, reliquias adumbrantes, quæ ſaluæ ſunt factæ,
ad prædicationem CHRISTI: ſed erant ex illis, qui nati ſunt in deſerto, forſitan innuentes, ſal-
uandos in extremis, ex illis non eſſe, quibus Deus olim impensè videbatur proſpicere; ſed ex il-
lis, quos poſtmodum, iuſto iudicio, creditus eſt derelinquere.

Hos igitur CHRISTVS, in terram, quæ trans Iordanem eſt, transfert, ſed opportunè: qm̃ non
niſi exploratoribus miſſis, fluuioq; peragrato. Et promiſſionis terra, hoc loci, CHRISTI eſt Ec-
cleſia: de qua, & Apoſtolus, quod ſuperuenientem imbibit imbrem, & colentibus fructum Heb. 6.
affert tempeſtiuum, vberemq;. Hæc eſt trans Iordanem: quia ad eam aditus non eſt, niſi per ba-
ptiſmi ſacramentum: quod & apte, eo in fluuio, qui fons interpretatur iudicij, adumbratum eſt.
Baptiſmi vis, vbertasq;. Nam quis neſcit, ritè ſacro tinctum lauacro, diuino abſolutum iuſtificatumq; tribunali? Siquidẽ, H
ſicut baptiſmus mortem operatur peccati, & primitias confert nouæ vitæ, ita & iuſtum corã Deo
reddit, & omnibus iuſtificatum pandit. Ergo opportunè, in Eccleſiam conuocandi Iudæi, indu-
biè ſunt initiandi baptiſmo: ſed reuerſis ad eos exploratoribus & perfunctis in gentibus officio
ſuo. Conſtat autem, exploratores à CHRISTO miſſos (ſi per illos, vt par eſt, intelligantur Apo-
ſtoli) cum & illis dictum ſit, vt mundum peragrarent, & omnibus euangelizarent creaturis. Con- Mar. 16.
ſtat & Iericho, imaginem, nõ iniuria, huius gerere mundi, hoc eſt, malorum impiorumq; homi-
num; qui varijs acti concupiſcentiis, nunquam in eodem permanent ſtatu (in eis quidem, vigent
nedum carnis affectus, nedũ viſibilium cupiditates, ſed & faſtus, ac tumor vitæ) Et certum eſt, ꝙ 1. Ioan. 2.
ſtultus, vt Luna mutatur, & ꝙ ſicut illa, varia eſt in lumine, ita in aſpectibus & influentiis: Præter- Eccl. 27.
id, quòd eis dominatur Sathanas, ſicut & Iericho Chananæus; qui illos ſemper agit, vexatque, 2. Thi. 2.
cum

A cum, ad illius maneant voluntatem captiui.

Hos igitur exploraturi CHRISTI diſcipuli, ac euangelio veluti lydio comprobaturi lapide,
vt illuſtris foret diuina in reprobos animaduerſio; iureq́; triticum diſcerneretur à palea, & aurũ
1.Cor.2. purgaretur à luto: nullibi, CHRISTVM non inculcabant crucifixum. Qui licet Iudæis eſſet ſcã
dalum, & gentibus videretur ſtultitia; iis tñ, qui ſaluandi fuerant, Dei agnoſcebatur virtus & ſa-
pientia. Ergo Ierichoingreſſi, etſi contempti ſunt, à primatibus, quin & ab illis, ad necẽ immanè
quæſiti; à muliere tñ (ſiquidem non primùm, iuxta carnem vocati ſunt nobiles, non philoſophi,
non potentes; ſed contemptibiles, ſtulti, & mundi iudicio imbecilles) eaq́; meretrice, (qm̃ nõ mi
ſit vocare iuſtos ſed peccatores) excepti ſunt. Nam Eccleſia primum ex gentibus congregata, ac
Matt.9. in præſenti muliere expreſſa; crucis verbum, conſtanti fideliq́;, amplexata eſt pectore: quæ & nõ — Gentium Eccleſia in Rahab adumbrata.
immeritò eſt nuncupata Rahab; quia & breui eſt per vniuerſum diffuſa, ampliataq́;, quod vox ip
ſa ſignificat. Hæc, licet non territa minus, ſed ſpe vberioris frugis, nonnunquam ſub ſtuppa, hu-
1.Cor.2. militate ſcilicet & abiectione, verbum peneſſe retineat crucis, ne forſan, Euãgelij fructus in ſa-
Rom.14. pientia videatur hominis, ſed in virtute cognoſcatur Dei, conferatq́; aliquando fidem, quam ha
2.Co.4. bemus, habere penes nos, coram Deo, qui & theſauros ſuæ gratiæ in fictilibus ſæpe abſcondit va-
Matt.7. B ſculis, & ne proiiciantur margaritæ, ſapiens tacere nouit ad tempus: cum tñ opportunitas adeſt,
Prou.11. mox feneſtram aſcendit, moxq́; in confeſſionem erũpit, vt quod credit corde, atteſtetur & ore.
Rom.10. Nec modo feneſtram aſcendit, ſed & liberè verbum exire permittit: quin & rubeum funem ap-
pendit, vt quod tenet fide, probet & ſanguine, & ea longanimitate, vt perſeueret vſque ad mor-
tem: ſicut comprobatum eſt in martyribus, & innumeris ſexus vtriuſque fidelibus.

Quòd Apoſtoli, petiere montana ꝓgreſſum verbi denotat in Eccleſia: quippè quod, etſi pri- — Succeſſus fidei, & euangelij.
mùm exceptum fuit ab infimis, peruènit denique ad ſupremos: qñquidem Euangelio colla ne-
dum ſubdidere minores, ſed maiores principeſq́;: vt nõ fruſtra ſint vaticinati prophetæ, CHRI-
Eſa.2. STVM Dei montem, non modo ſuper omnes eleuandum colles, ſed & ſuper quantumuis altiſſi-
Dan.2. mos montes. Quòd autem tres, in iis, morati ſunt dies, perfectum, diuinoq́; myſterio definitum,
indicatum eſt tempus; quo fides retinenda eſt gentibus, antequam redeat ad circunciſos. Nam
ternarius perfectus eſt numerus: & quia principio, medio, conſtat & fine, gentium denotat ple-
nitudinem; eaſq́; inſerendas CHRISTO, tum inter ſuprema, tum inter media, & infima mẽbra
vt vndique ad illius complementum concurrant: ac tali pacto, myſticum CHRISTI corpus, vt
ex gentibus pendet, abſolutum; iure ad circunciſos ſe vertat, vt extremam ex illis ſortiatur ma-
C num. Quibus nec temere, diem in tertium, præparandi ſunt cibi: propterea ꝙ, etſi nũquam nõ
vrgentur, vt ſacras perſcrutentur paginas, quibus & CHRISTVM agnoſcãt, & ſacra eius depre-
hendant arcana, & ea maximè, quæ tertia facturus erat ætate; maximè tamẽ, ni fallor, poſtremo
2.Cor.3. vrgebuntur tempore, quo & ab eis auferetur velamen, vt Apoſtolus dicit. Ergo non mirum, ſi
feſtinabitur ad Iordanẽ, non mirum ſi cateruatim contendetur ad baptiſmum, aut ſi aquas arca
ingrediente, hoc eſt, ſi CHRISTO, qui cœleſtium eſt theſaurorum apotheca, ſacerdotum opera
aduecto, ac miniſtrato, cedunt aquæ, hoc eſt, promptè libereq́;, carnis abdicantur affectus: quin
& mundi iure ſiſtitur fluxus lapſuſq́;, cum illi eo renuncietur in ſacramento. Et demum ſicut &
duodecim inde aſportantur lapides, ita & totidẽ illò aducti, ſepeliuntur in eo; propterea ꝙ Iu-
Mich.7. dæi ſancto initiati lauacro, ſicut duritiam exuunt cordium (vt quæ, alijs cum peccatis, facinori-
buſq́;, in profundum deiicitur maris) qua erant ad reſiſtendum fidei ac Euãgelio obſtinati: ita &
conſtantiam induunt ſancti ſpiritus, qua validè conſiſtant in caſtris, pugnent, & præualeãt aduer
ſus munitiones, phalangeſq́; Sathanæ, necnon volubilis mundi (quod & Galgalis, admonet in-
terpretatio) ſtratagemmata: vt tandem virtute CHRISTI, cuius ſubſcripſere militiæ, perpetua
D potiantur victoria. Conſonat & duodenarius: nõ modo, quia electorum eſt proprius, vt qui ex
omnibus, mundi aſſumendi ſunt partibus, quæ non ſolum ſacratis literis, ſed & prophanis Aſtro
nomorũ traditionibus, in duodecim diſtributæ ſunt plagis, domibuſq́;, vt loquuntur: ſed & quia
duodecim conuenit Patriarchis, in quibus tota complectitur Iſraelis familia domuſq́;: & maxi-
mè, qui illis à Deo ſunt repromiſſi, ac vt legitimi conſtituti. Vnde & Dilectus, de iis, ni fallor, ſer
monem habens, duodenarium in ſe reflexum, multiplicatumq́;, electis tribuit Iſrael: qui poſtre-
mo conuertendi ſunt ſæculo, prout legitur, in eius Apocalypſi.

Denique quia, vt & tradit Pſaltes, CHRISTVM accedent ad veſperam, & chariſmatibus, vt
Cap.7. gentium præfefert magiſter, locupletati diuinis, igneq́; fraternæ flagrantes charitatis, haud du-
Pſal.58. bium ꝙ famem patientur vt canes, non quidem verbi, ſicut cum ardebant conuerti, iuxta ea, quę
Roma.11. dicta ſunt ſupra, ſed mundi ſalutis. Ergo non mirum, ſi & aliam, circundabunt ciuitatem: qm̃
non

non Ieruſalem cœleſtem,quæ ſancta eſt Eccleſia,cum in illam,tum ſint admiſſi, tum & ciues inſigniter conſtituti: ſed Babyloniam execrabilem, quam Ierichо, hoc in loco refert. Siquidem proprium eſt electis,vt ſocios habere contendant:haud ignari,gloriam(vt dictum eſt) ſui principis,relucere in populi multitudine,parumq; eſſe Deo, ſi feces duntaxat conuerterit Iſrael; cũ & CHRISTVM dederit,etiam pro extremis populis. Ergo,ſicut primitiis iuſſum eſt Iſraelis, vt in omnem proficiſcerentur terram, omnibusq; euangelizarent populis: ita & iubendum videtur & copiis,vt nullum non moueant lapidem & præſertim poſtremo in tempore, quo minus ſaluetur vniuerſum. Ergo,ſicut oriente Eccleſia,per Gentes,perfidis obſtinatiſq; eſt euangelizatum Iudæis,haud iniuria,ſi ea ad finem ꝑperante,ꝑphanis,impiiſq; per Iudęos,euangelizetur Gentibus: qñquidem ingreſſa gentium plenitudine, abſolutoq; potiſſimum, ex eis ſaluãdorum numero,quadrat,vel vt probetur,an reliquæ curent reſipiſcere, vel vt extrema Dei ꝓnuncietur expectanda vindicta, quæ omnes indiſcriminatim inuoluat. Quare, & iure factum eſt: vt arca Dei,myſteria inquam ac ſacramenta CHRISTI, à ſacerdotibus, quibus ſunt credita, perſtrepẽtibus buccinis,hoc eſt,palam clareq; euangelizantibus,ſepties circumducatur ciuitati,ſicut & totidem capitalibus detenta eſt facinoribus: ſiue intelligas de collectis ex ſcripturis à ſanctis, omnibus peruiis & manifeſtis,ſiue de iis quæ memorat ſapiens, dum docet, quæ Deo ſunt maximè deteſtata,abominataq;. Quæ,& forte in ſeptem, Væh,ſeptemq; Phialis notantur in Apocalypſi, quæ ira Dei ſunt plenæ: quarũ & in poſtrema,ruit caditq; Babylõ,ſicut & poſtremo in circuitu, muri abſorpti ſunt Iericho. Et quanquã res meo pro captu,habeat ita ſeſe: ſicut tamen Ierichónta deſtructa, Rahab familia eſt ſaluata: ita & in poſtremo tempore, Iudæis conuerſis, contraque Gentium vanitatem, Sathanæque imperium euangelizantibus, ſaluabuntur aliquæ: cum ne verbum reuertatur vacuum, tum ne gentium natio, abſque omni dimittatur germine, nec abſimilis iudicetur Iudæis, qui Euangelio gentibus reſonante fauenteque, prorſus non ſunt ſine ſalute dimiſſi.

Septem facinora capitalia. E F *Prou. 16. Eſa. 49. Matth. 28. Mar. 16. Prou. 6.*

Sunt & alij per illuſtres typi,tam in libro Iudicum,quàm in primo,& ſecundo Regum: quod nec arduum eſt annotare. Et palam inter præſtantiores, geſta referri Gedeonis, Sampſonis, & Dauidis: à quibus, ne volumen trahatur plus æquo, non immeritò ſuperſedeo. Poteſt tamen doctores conſulere,& Auguſtinum præcipuè, qui ampliter illa pertractat: cum pluribus in locis,tum in ſermonibus centeſimo ſeptimo,& centeſimo octauo de tempore, & in libro Homiliarum quinquaginta. Ergo ad quintam properemus ætatem. G

QVINTA AETAS.

Quòd in quinta mundi ætate: anni interceſſerunt quadringenti, & octo.

HAec mundi ætas, quæ ab exordio inchoatur templi, & ad voluntariã tranſmigrationem protenditur Ioachini; quando Ieremiæ adhortatione, vltro Babylonem petijt, & ſe & populũ in captiuitatem tradidit: annos complectitur, octo ac quadringentos, vt temporibus Regum Iudà accuratè collatis, valet negocio mediocri conuinci.

1 Salomon, ab inchoato templo, annos rexit, ſeptem & triginta. Nam cum annos in regno egerit quadraginta, vt. 3. Regum. 11. & quarti ſecundo menſe, templi cœptum ſit ædificium, vt in eodem, ſed ſexto: palam ꝙ annus qnartus, iure eſt annectendus ſequẽtibus. Ergo tot ſunt cõputandi, quot diximus. 37

2 Roboam, filius Salomonis, vt Regum 14. tertij & primi Paralipomenon duodecimo, annos rexit, decem & ſeptem. 17 H

3 Abias filius Roboam, tertij Regum, vt ſupra, &. 1. Paralipomenon. 13. rexit annos tres. 3

4 Aſa Abiæ filius, vt 3. Regum. 15. annos rexit quadraginta & vnum. 41

5 Ioſaphat filius Aſæ, vt. 3 Regum. 22. annos rexit viginti & quinque. 25

6 Ioram filius Ioſaphat, vt. 4. Regum. 8. annos rexit octo. 8

7 Ochozias filius Ioram, vt. 4. Regum, vt ſupra, annum rexit vnum. 1

8 Athalia Ochoziæ mater, filio interfecto, regnandi cupidine, omne ſemen regium nixa eſt delere: vnde & omnes Ochoziæ filios pernecauit. Verum ſororis Ochoziæ opera, clam ſublatus eſt infans Ioas nomine, è medio qui interficiebantur fratrum, & ſex annis fuit abſconditus: vt 4. Regum. 11. Hęc annos rexit ſeptem. 7

Ioas,

A 9 Ioas, minimus Ochoziæ filius, vt quarti Regum.12. annos rexit quadraginta. 40

10 Amazias filius Ioas, vt.4.Regum 14. annos rexit viginti & nouem. 29

11 Azarias, qui & Hozias ſcribitur, Matthęi primo, filius Amaziæ, vt.4.Regum.15. annos rexit quadraginta. 40

12 Ioathan, filius Azariæ, vt.4.Regum, vbi ſupra, annos rexit ſexdecim. 16

13 Achaz filius Ioathan, vt.4.Regum.16. rexit annos ſexdecim. 16

14 Ezechias filius Achaz (quem & genuit annorum vndecim: vt qui regnare cœpit, annos natus viginti & quinque, vt.4.Regum,18.& palam ex eodem, ſed.16. nõ vixiſſe Achaz, vltra triginta & ſex) mox rexit poſt patrem annos viginti & nouem. 29

15 Manaſſes filius Ezechiæ, vt quarti Regum vigeſimo primo, annos rexit quinquaginta & quinque. 55

16 Amon filius Manaſſe, vt.4.Regum.21. annos rexit duos. 2

17 Ioſias Amonis filius, vt.4.Regum.22. annos rexit triginta & vnum. 31

18 Ioachaz Ioſiæ filius, vt.4.Regum.23. rexit menſes tres.

B 19 Ioacim (nam ſcribitur ſine aſpiratione, & character poſtremus eſt m.) Ioſiæ filius, & frater Ioachaz, antea Heliachin appellatus, vt.4.Regum, vbi ſupra, rexit annos vndecim. 11

20 Ioachin (ſcribitur quidem, in medio aſpiratus, & in calce per elementum, n) filius Ioacimi, aliasque Helih nuncupatus, Ieconias, & Neri, vt.4.Regum,24. regno tribus potitus menſibus (nam menſe quarto, conſilio Ieremiæ, in Babylonem ſe tranſtulit: & tali pacto, Iudà redditus eſt captiuus) anno Nabuchodonoſoris.8.vt.4.Regum vltimo.

Ergo, ſi tot Regum colligantur anni, indubiè ſummam reddunt quam diximus. 408

Qua ex re, eorum deprehenditur error, qui præmiſſis inſerunt, vnum & viginti: quod Philo aſtruit, hunc in modum. Ab inchoatione inquit templi, vſq; ad deletam proſapiam Salomonis (quam deletam ſentit, ſæuitia Athaliæ) ſeptẽ cõputatis annis, quibus Athalia rexit, & per hoc, ad primum vſque annum Ioas (qui vt aſſerit, ſed falſò, primus ſuper Iudam regem egit, ex ſtirpe Nathan) fluxerunt anni, centum, triginta, octoq;: & à primo Ioas, ad vltroneum in Babylonem tranſitum, annos interceſſiſſe dicit ducentos, vnumq;, ac nonaginta: ergo omnes ſimul, quadringentos colligit viginti & nouem: ergo, vnum & viginti, vltra quàm debuit. Sed in iis, non ſimplex eſt error. Et vnus quidem, quod ante tranſmigrationem, Salomonis ſit extincta progenies, C cum & Ioas, ex Ochozia.4.Regum.12. ſit natus, qui non ex Nathan, ſed Salomone deſcendit. Vnde &.3.Lucæ, vbi Dauid recenſetur progenies ex Nathan: nullus legitur Ioas. Siquidem, vt primi legitur Paralipomenon tertio, & ſecundi Regum quinto, Dauidi ex Berſabee, quatuor nati ſunt filij: Symaas, Soboas, Nathan, & Salomon: & hic tam inſigni cura & affectu, eſt à matre nutritus, vt videretur vnigenitus, ſicut ſcriptum eſt, coram ea: quod & ipſe probat teſtaturuè, Prouerbiorum.4. Nec mirum, cum illum in regem, ſuo pro patre elegerit dominus, adhuc puerum tenellumq;: vt primi Paralipomenon vigeſimo & octauo. & planè vt illius ex proſapia, Dei computaretur filius, ſicut & Matthæus deducit. Alius error eſt: quia cum templi exordium, in ſecundum reiiciendum ſit, quarti Salomonis menſem, haud dubium eum annum, annumerandum eſſe ſequentibus. Ergo à templi fundamentis, ad primum Ioadis annum, non ritè colliguntur centum, triginta octoq;, ſed centum triginta & nouẽ: cũ nõ à quinto, vt Philo, ſed à quarto Salomonis anno: connumerandum ſit tempus. Tertius eſt: quia à primo Ioadis, ad tranſmigrationem vſque, anni non currunt, ducenti nonaginta & vnus, ſed ducenti ſexaginta & nouem: ergo manifeſtus eſt error. In quem & à multis inciditur: tũ quia Amoni Manaſſes filio, duodecim regni aſcribuntur anni: cum tamen.4.Regum.21. &.2.Paralipomenon.34. aſcribendi non ſint, niſi D duo: vt qui tot, & non plures rexit, mortuo patre (Siquidem arbitrati ſunt multi, ſed incircumſpectè, decem annos, quos pater ab Aſſirijs captus, Babylonemque perductus, egit in captiuitate, filij aſcribendos eſſe regimini: non aduertẽtes annos captiuitatis, in quinquaginta & quinq;, quibus Manaſſes, regio dignatus eſt titulo, eſſe comprehenſos: cum etſi captiuus, non deſierit eſſe rex, & eius in obitu præfata ſuo regimini aſſignata ſit ſumma, vt in præadductis locis): tum quia Azariæ, ſeu Ozię, ſi mauis, annos (quos debent colligere quadraginta) errore non diſſimili, duos colligunt & quinquaginta.

Errores Philonis in tempore huiꝰ ętatis.

Et vt res, ſit illuſtris, attendendum quòd etſi in temporibus computandis, illi duntaxat anni, communi colligendi ſunt lege, per quos iure, ſumma ſurgit, creſcitq; & per hoc, quòd annumerandi non ſunt anni corregni, ſed ſucceſſionis in regno (aliàs iidem aſſummarentur bis, ſemel in regente, & iterum in corregnante) cùm tamen acta recenſentur regum; aut eorum texuntur

Qui anni dũ tempus colligiꝰ, ſunt numerandi.

PP historiæ,

hiſtoriæ, confunduntur nonnunquam, idque non ſine ratione: eò quod peculiaria geſta, non E
modo hęc patiuntur, ſed poſtulant. Ad rem igitur. Siquis ritè ſacram euoluat hiſtoriam, comperiet Amaziam, annos quidem viginti, nouemque regnaſſe: ſed duodecim poſtremos, Azariam filium, illius loco regni curam ſumpſiſſe. Propter quod, & non mirum, ſi quandoq; ſubſcripti ſunt patri, & quandoque ſubſcripti ſunt filio illi vt regi, huic, vt regnum adminiſtranti. Ergo vt in viginti & nouem Amaziæ, ritè in temporũ computatione ſunt collecti; ita & in quinquaginta duobus Azariæ, in colligendo tempore, meritò ſunt ſecluſi. Ergo, non duo & quinquaginta Azariæ, ſed quadraginta; ei hoc in opere ſubſcribendi ſunt. Et quòd ita ſit; ſiquis rem accuratè perſpexerit, haud difficile erit agnoſcere. Nam quòd in viginti & nouem, computati ſint Amaziæ, ſacra conuincit ſcriptura: quæ vbi ſupra, eius in morte aſſerit illos expletos. Siquidem conſtat, cum anima expiraſſe nedum quod ab eo geſtum eſt in perſona: ſed & quod eius loco, eſt adminiſtratum in filio. Quòd autem in duobus ac quinquaginta Azariæ, ſint comprehenſi, perſpicuè hunc in pactum, fit ex ſcripturis illuſtre. Conſtat enim quarti Regum decimo quarto, &. 2. Paralipomenon vigeſimo quinto; Ioadem ſuper Iſrael regẽ, diem obiiſſe, eique Ieroboam filium, in regnum ſuffectum eſſe, Amaziæ regis Iudà, anno decimo quinto. Conſtat F
& eiſdem locis, Ieroboam ſuper Iſrael, regis munere functum, annos vnum & quadraginta: moxque Zachariam filium ſucceſſiſſe, ſed menſibus tantum ſex, ſceptrum adminiſtraſſe. Conſtat & Ieroboam, extremum clauſiſſe diem, Azariæ trigeſimo & octauo: & per hoc, per annos tres, Ieroboam ante Azariam, regnare cœpiſſe. Ergo ſi regnum, in quintodecimo nactus eſt Amaziæ, Azarias in decimo & octauo, regnum nactus eſt ſui patris: ergo ſi ab annis duobus & quinquaginta, qui ſunt Azariæ conſcripti, fuerint dempti, qui (extremis incluſis) à decimo octauo intercedunt, ad vigeſimum vſque nonum: palam Azariæ annos, non vltra quadraginta, debere protendi.

Et vt ratio habeatur hiſtoriæ, notum eſt, præmiſſis in locis, quod poſtquam Amazias, captus fuit, à Ioade, quod (vt dictum eſt) in decimo quinto contigit regni ſui: poſtquam Ieruſalem & templum fuere direpta ſpoliataq;, Amazias tandem (etſi fideiuſſoribus datis) à Ioade, libertati eſt reſtitutus; à ſuis tamen, peſſimè eſt receptus, quin & frequenter, ad necem eſt inſidiis obſeruatus. Quare annis duobus, tribuſuè, in continuò verſatus periculo; credens tandem tutius ſibi proſpicere in Lachis ciuitatem ſe contulit: in qua, nihilominus duodecimo anno interſectus eſt. Ergo ſi à captura, regni computes annos, eo pacto, vt decimum quintum, quem tunc; vel G
inchoabat, vel non multum in eo proceſſerat, non reperies vltra quindecim: quod & ſcriptura, vbi ſupra, quàm apertiſſimè tradit. Ergo duobus, tribuſuè ſubtractis, priuſquàm in Lachis conferret ſeſe, iam decurſis: palam, ſolum remanere duodecim. Et quoniam, Amazia mox in Lachis profectò profugoque, Azarias ſubſtitutus eſt rex, ab eoque tempore in quo, & ſexdecim erat natus annos, duos & quinquaginta rexit: haud obſcurum, quod & duodecim illos, ea vt dicebatur, ſumma complectitur.

Sed prædictis videtur obſiſtere, quòd quarti Regum quintodecimo, Azarias legitur regno initiatus, Ieroboam vigeſimo ſeptimo: ergo non in Amaziæ decimo & octauo, quãdo hic erat, ipſius Ieroboam tertius, & non vigeſimus ſeptimus. Verum, haud arduum eſt, rem componere: cum & re ipſa vtrunque contigerit. Siquidem & in Ieroboam tertio, circaquè, Azarias regere cœpit, ſed corregnando patri: & in vigeſimo ſeptimo, in regnum ſuccedendo interfecto patre. Sed remanet ſcrupulus: quia ſi anni, quibus corregnauit patri, plures non ſunt, quam duodecim, id ſibi obuenire non valuit, Ieroboam vigeſimo ſeptimo: quandoquidem ſi in tertio cœpit corregnando, & in trigeſimo & ſeptimo ſuccedendo: palam quod corregni tempus, non erit annorum duodecim, ſed quatuor & viginti. Sed reſpondendum eſt, quod Azarias, orſus H
eſt corregnare patri, tum tertio, tum vigeſimo & ſeptimo Ieroboam Regis ſuper Iſrael: tertio ſucceſſionis, à morte connumerando Ioadis patris, & trigeſimo ſeptimo, ab exordio corregni, cum Ioade patre, quod & annis duodecim, illius mortem præceſſit: quo pacto, omnia conſonant. Ergo Ieroboam rex Iſrael, cum vnum & quadraginta, regnaſſe legitur annis, de annis intelligendum eſt ſucceſſionis in regno: cum vero, quod vigeſimo ſeptimoque, regnare cœperit ſui regni, rex Iudà Azarias, filius Amaziæ: ea annorum ſumma, duodecim ſunt computati corregni, quos egit ſuperſtite Ioade. Rurſum: cum de Azaria dicitur, quod annis regnauit quinquaginta duobus: duodecim ſunt incluſi, quibus Amazia viuente, moderatus eſt regnum: Qui tamen ſunt reiecti, cum legitur, quòd cœpit regni ſceptra tenere, anno vigeſimo ſeptimoque, regis Ieroboam, &c.

Quo

A *Quo pacto, per quos, quibusquê verbis, & typis: quinta in ætate, Euangelizatum eſt.*

CVm ætas hæc, virilis in myſtico exiſtat corpore; haud mirum, ſi & crebrioribus lo-
cupletata ſit concionibus, & illuſtrioribus fœcũdata typis: quin & paſſim, CHRI-
STI ſacramenta, inculcauere ꝓphetæ, cum in ea ferè vniuerſi floruerint, tantaq́; co
pia arcana eius detexerint; vt nihil comperiatur omiſſum, quod humanam poterat
ꝓmouere ſalutem. Et vt breui attingantur aliqua; Quòd diuinitatẽ attinet, haud
obſcurum, ꝙ verus prænunciatus eſt Deus: cũ non modo Ieremiæ. 23. & in Pſalmis non paucis;
qui ea in ætate, tum priuatim, tũ publicè, quin & toto ſpectãte populo, in Salomonis templo, fre
quenter ſuos per miniſtros decantabantur in Sabbatis; & quidem vt CHRISTI œucomia, & lau
des acceptiſſimæ Deo; ſed in aliis ſelectis oraculis, ac eximiis vaticiniis, nõie appellatus ſit Tetra-
grammato, quod vnicè vni competit Deo. Nec modo verus prænunciatus eſt Deus, ſed & Dei — Oracula de Christi diuinitate, ac diuina illius generatione.
2.Reg 7. naturaliſſimus filius: aliàs Deus nõ ſpopõdiſſet de eo; Ero illi in patrem: minusq́; atteſtatus eſſet,
Pſal 2. Hebr 1. filius meus es tu: Ego hodie genui te; & generatione tã ꝑſtanti, vt iure effari non poſſit: Nam ge
nerationem eius, quis enarrabit? Nec mirum: cum non modo ſit æterna, ſed diuina; ex fœcundi-
Eſai.53. B tate naturæ, ſed opere intellectus, cũ reali diſtinctione perſonæ, ſed indiuiſa rõne ſubſtantiæ.

Quòd vero ad humanitatem pertinet: perſpicuum eſt, & eo detectum eſſe tempore, quòd de-
buit eſſe homo; cum & inuulgatum fuerit, ex ſemine propagandum Dauidis; idq́; nedum ab eo,
Cap.11. ſed & ab Eſaiæ vaticinio: (Egredietur virga de radice Ieſſe) Inuulgatũ concipiendum ac eden-
Eſa.7. Mich.5. dum, ex virgine: (Ecce virgo concipiet; & pariet filium) Oriturum in Bethlehẽ: (Et tu Bethlehẽ
terra Iudà, nequaquam minima es in principibus Iudà: quoniam ex te profecturus eſt dux, qui
regat populum meum Iſrael) Inuulgatum, quòd erat adorandus à magis, aliisque mundi natio-
Eſa.60. &.42. nibus: (Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & Dedi te in lucem gentium, vt ſis
Malach.3. ſalus mea vſque ad extremum terræ) Quòd eſſet offerendus in templo: (Veniet ad templum do
Oſeæ.11. minator quem vos quæritis; & Angelus teſtamenti quem vos vultis) Quòd moraturus in Aegy-
Eſa.61. pto: (Ex Aegypto vocaui filium meum) Quòd ſuo in munere, ſancto initiandus ſpiritu: (Spiri-
Eſa 42. tus domini ſuper me, eò quod vnxerit me: ad euangelizandum miſit me) Quòd futurus manſue-
tus, mitisq́;: (Non audietur eius vox in plateis: calamum quaſſatum non conteret, & linum fu-
Eſa 35. migans non extinguet) Quòd multis erat illuſtrandus miraculis: (Tunc oculi aperientur cæco-
rum, & ſurdorum patebunt aures: tunc ſaliet velut ceruus, claudus, & reſoluetur lingua muto-
Pſal.22. C rum) Denique & quòd tradendus, negandus, conſpuendus, flagellandus, crucifigendus, & ne-
candus erat, paſſim ſunt concionati ꝓphetæ. Quòd petiturus inferos, aſcẽſurus cœlos, excitan-
Eſai.53. & alibi. dus à mortuis, & ſanctum daturus ſpiritum; perſpicuè ſacræ tradunt ſcripturæ, vt tradiderunt
Apoſtoli, & animaduertunt Euangeliſtę Item; ꝙ noſtra expectaretur redemptio, iuſtitia, ſan-
ctitas, ſalus & vita, quæ Euangelium exhibet; exploratiſſimum eſt in prophetis, & in oĩbus huius
ætatis compertiſſimum, tum ſcriptis, tum geſtis, vt importunum ſit amplius verba facere.

Euangelici quintæ ætatis typi.

ET ſi huius ætatis, quàm multi ſunt typi, quia tamen ſunt admodum noti, & à nobis,
aliàs magna ex parte tractati, haud immeritò, ſi paucis pertranſibo. Eſt quidem ty-
Eſai.16.53. & 28. pus, cum CHRISTVS dicitur agnus: (Emitte agnum, dominatorem terræ) cum di-
citur ouis: (tanquam ouis, ad occiſionem ducetur) cum dicitur lapis: (Ecce pono in
Ecc.24. Syon, lapidem angularem) cum dicitur vitis: (Ego quaſi vitis, fructificaui ſuauitatẽ
odoris) Et id genus quamplura, etiam ab alijs obſeruata, ac diligenter excuſſa.

Poteſt & vt typus, ea Eſaiæ recipi reuelatio; qua dominum à ſe refert eſſe conſpectum, ſolio »
Cap.6. D inſidientem excelſo, eleuatoq́;: & tum domum, in qua viſus eſt, illius gloria illuſtratam; tum & »
templum inferius conſtitutum, ab iis, quæ ſub ipſo erant, oppletum ſtipatumq́;. Vidit & Sera- »
phinos duos, ſtantes thronoq́; prominentes, & ſingulos ſex alis ornatos, quarum ſupremis obum »
brabant faciem, infimis obtegebant pedes, & mediis exequebantur volatum, mouebantq́; ſeſe. »
Hi ad alteratrum verſi cantabant, Deumq́; certatim aſſidueq́; extollebant; ter repetito San ctus »
& Dominus Deus exercituum; plenaq́; eſt omnis terra gloria tua. Ad quorum voces, mox cardi- »
num commota ſuperliminaria ſunt; & domus fumo repleta eſt. »

Etſi Dominus ſuper thronum, ſacroſancta valeat interpretari trinitas: ab Euangeliſta ta-
Ioan.12. men, CHRISTVS hoc in loco intellectus eſt: Cuius & thronus; vel iudiciariam denotat pote-
ſtatem, ſupremumque totius vniuerſi dominium: vel quod admodum applaudet, ni fallor,

illius ſacratiſſimam crucem;quę ipſius gratia,effecta eſt eòuſque ſublimis, adeo excelſa & peril- E
luſtris,vt meritò,non modo ab omnibus ſuſpiciatur,ſed & maximè veneretur: Præter id, ꝙ adeo
eſt porrecta,vt ad cœlos vſque pertingat:tanta poteſtate,tamq; inſigni priuilegio fulta,vt per eã,
nedum nos ad ſupernam eleuemur patriam,ciueſq; euadamus,ſanctorum ſed & CHRISTVS ip-
ſe in ſuum promotus ſit principatum,& ſuæ propriæq; reſtitutus ſit gloriæ. Domus:mea ſenten- Luc.24.
tia,ea eſt;de qua vaticinatus eſt vates(O Iſrael, quàm magna eſt domus domini) hoc ſcilicet vni- Baruch.3.
uerſum,cui haud ſecus proſpicit,ac œconomus ſuæ familiæ.Hæc etſi, nunquam non eſt illuſtris
præſentia Dei,nunquam non fulgens gloria CHRISTI; maximè tamen illius cruce,morteq; ef-
fecta eſt fauſta,ac reddita glorioſa:Idque non tantum,quia in ea, ſigna in quauis creatura appa-
ruerunt inſolita;ſed & quia renouationis,ac recapitulationis,oẽs ſunt potitæ primitijs, Apoſtolo Ephe.5.
cõmonente,Deo per CHRISTI ſanguinẽ placuiſſe,inſtaurare omnia,quæ in cęlo & quæ ſuper
terram ſunt:& haud dubium,ꝙ & locupletabuntur copijs,& affluentijs, cum in throno ſedebit Apoc.21.
extremi iudicij,omnia redditurus noua.

Templum,etſi CHRISTI corpus poteſt intelligi naturale, de quo, Soluite templum hoc, & Ioan.3.
Chriſti corp' templũ Dei. in triduo excitabo illud: quod ſanè repletum eſt,omnibus donis,& gratijs,nedum ex refluentia
charismatum animæ,cui ſine menſura datus eſt ſpiritus, ſed ex inſigni priuilegio, quo in illo,ſvt F Ioan.1.
quidam docuere Theologi,omnes collectæ fuerunt, prout & tactum eſt, rerum corporalium vi- Pet de Pal. in quarto.
res,non tàm fouendis quàm & ſanandis corporibus opportunę:quæ omnia ſub eo ſunt,quia om
nia ex illo dimanant,vt riuuli è fonte,& influxus à capite: Nihilominus intelligi placet, corpus
CHRISTI myſticum,quod eius Eccleſia eſt: idq;, non modo hoc in exilio, ſed & in cœlo, cum Eph.6. 1.Cor.3.
& de illa,dicat Apoſtolus,fideles templum eſſe Dei,& de iſta tradat Dilectus, templum pateſa- &.6.
ctũ in cœlo: & Dauid,Dñs in tẽplo ſancto ſuo,dñs in cœlo ſedes eius: Illa hic donis repletur gra- Apoc.11. Pſal.10.
tię,iſta in cœlo,chariſmatibus gloriæ. Omnia ſunt ſub CHRISTO:quia ſicut per illum facta eſt Ioan.1.
gratia,ita & impartita eſt gloria:vtranq; ex illius accipimus plenitudine, cum vtràque ſit nedum
repletus,ſed & vt caput vbertim exundãs, diffluenſq; in ſingula mẽbra. Licet & Seraphini dici
poſſent oẽs cęlicę mẽtes,qm̃ etſi Seraph,vox ſupremi eſt ordinis; cũ oẽs tñ ardeant charitate, nõ
iniuria,ad vniuerſos extẽditur,ſicut & Angeli nomẽ,etſi ordinis eſt poſtremi, oẽs admittunt; cũ
oẽs ſint miſſi,& electis adminiſtrãdũ deputati,vt Apoſtolus docet.Et quanquã ſunt innumeri,in Heb.1.
duas tñ,reſtricti ſunt claſſes,& ob id in duobus expreſſi: vt qui CHRISTI aſtant throno,tum ſu
premi iudicij, hinc indeq;, vt à dextris faueãt ſanctis,& à ſiniſtris terrori ſint reprobis: tũ ſęuiſſi-
mi cruciatus,vt hinc inde adducãt electos,dicãtq; Aquiloni,da, & Auſtro, noli ꝓhibere: cõgre- G Eſa.43.
gẽtq; Iudæos & Gẽtes,ad vexillũ ſacroſanctũ,in vnitatẽ fidei & agnitionis vnigeniti Dei;vt tan Ephef.4.
dẽ CHRISTI crux,nulli ſit ſcandalum,nulli ſtultitia;ſed omnibus Dei virtus Deiq; ſapientia. 1.Cor.4.

Angeli cur ſenis alis ornati, & cur medijs volant. Licet inquam, intelligi poſſint Angelicæ mentes: quæ & ſenis ornatæ ſunt alis, in ſignum,
ꝙ plenitudine potiuntur contemplationis,præſtòq; ſunt & celeres, in cunctis actibus ſuis (nam
ſenarius eſt perfectus,ſuiſq; partibus abſolutiſſimus)quarum ſupremis,velant ſibi faciem, præſe-
ferentes,ni fallor,etiã ea in notitia,q̃ dicta eſt facilis,tametſi fauſta,abſoluta,fœlici,nonnulla tñ
illis remanere occulta;& eorum maximè,quæ ad myſteria ꝑtinent gratiæ, & ex mera Dei ꝓfici-
ſcuntur voluntate:ꝓpter quod,& à multis notitia dicitur matutina, eò ꝙ etſi lumine ſplẽdet So-
lis,non tñ meridiana claritate,qua verbum comprehendant, penetrentq; prout & penetrabile
eſt.Infimis autem contegunt ſibi pedes, ea vt videtur ratione, quia ſunt non pauca, corũ quæ
cognoſcunt in rebus(quas per ſpecies contemplantur,quæ ſunt in ſeſe) quæ illis reſtant obtecta,
Notitia matutina & veſpertina. nonnullamq; admittunt obſcuritatem, vt nõ iniuria,notitia dicta ſit veſpertina: & ea potiſſimũ
ſunt contingentia,fortuita,caſualia,quæ communiter in rebus cõtingunt infimis materialibuſ-
que,in quibus veſtigia reperiuntur Dei,ſicut & Theologi docent: ergo non abſurda eſt metha- H
phora pedum,tum quia pars infima,tum quia veſtigio accommodata.

Vel(& ad rem magis)contegunt faciem,vt CHRISTI lucem, ſibi teſtentur inacceſſam: non
quia illam non videant,ſed quia ſuum captum tranſit,nequitq; quauis creata mente comprehẽ- s.Ioan.2.
di:ſiue eam dicas,quæ eſt natura diuina,in qua tenebræ non ſunt vllæ, ſiue quæ lumen eſt gratiæ
gloriæq;,quibus locupletatus eſt,omnem ſupra modum, omnemq; menſuram; vt qui vtranque
habuit infinitam,eaq; præſtantia & immenſitate, quà decuit vnigenitum Dei. Contegunt pe- Ioan.2.
des,quia extremam CHRISTI partem,in qua,nedum minor factus eſt Angelis, ſed & nouiſſi- pſal.8.21.
mus inter homines,quin & opprobrium hominum,& abiectio plebis,non penitus penetrarũt,
& præſertim antequam peteret cœlos; aliàs non forent admirati, minuſq; ad inuicem allocuti:
Quis iſte eſt,qui venit de Edon: tinctis veſtibus de Boſra? Quòd volant denique medijs, etſi Eſa.63.
valet

A valet eorum innuere ſolicitudinem, qua in ſanctis verſantur operibus, (quæ cum non declinent à dextris, nec à ſiniſtris, medij rationem habent:) refert nihilominus, eorum continuum ſtudium eò potiſſimum tendere, vt in electis, in quorum miniſterium ſunt deputati, vberrimè locum ha-
a.Thi.2. beant CHRISTI mediatoris Dei & hominum, munera ac beneficia. Pręter id, quòd & Chriſtiana pietas, ea eſt conſtituta cum mediocritate; vt eam nullus, iure valeat declinare. Quòd denique concinunt, terq; ſanctus, ingeminant, laudes ſupernæ exprimit regionis, potiſſimum, (vt & par eſt expendi) in gloriam ſacratiſſimæ Trinitatis: dum Angeli confitentur aſſiduè, quod etſi tres celebrentur perſonæ, vnum tñ aſſeritur eſſe Deum, vnumq; Dñm; cui nedum ſubſunt mili-
22.Meth. Gen.1. tiæ cœli, ſed & cuius volueris creaturæ, cum & vniuerſum, etiam philoſophorum traditis, nõ ſe-
Cant.6. cus ac exercitus ſit diſpoſitum ordinatumque: & cœli & quæ ſub eis ſunt, à Moſe ſint vt exercitus definita, & Eccleſia, à Salomone vt caſtrorum acies declarata. Poſſunt & laudes ad CHRISTVM reſtringi, non ſolum, quia in eius gratiam, hæ ſacratiſſimæ oblatæ ſunt Trinitati, ſed & quia in CHRISTO Trinitas eſt quodam pacto comprehenſa; cum vt teſtatur, nunquam ſit ſolus, ſed pa-
Ioã.14. Eſa.11. ter ſemper cum eo, & ſpiritus ſanctus, vt prædixit Oraculum, requieſcat in illo: à quo & fuit vnctus, & ſuo in munere initiatus. Propter quod & baptiſmus, qui in nomine confertur patris, filij,
Cap.8. De con.d.4 à quodam. B & ſpiritus ſancti, ſine iniuria, non definitur alius à collato in nomine IESV & CHRISTI: vt & legitur ſeruatum in actis, & approbatum ab Apoſtolica ſede.

Licet, vt patuit, exponi de ſupercœleſtibus valeat mentibus; lubet tamen, ad euangelij præco-
Acto.2. nes, & Apoſtolos maximè, Seraphinos cogere. Qui niſi ardore debuiſſent flagrare charitatis, ſanctus ſpiritus ſuper illos non deſcendiſſet in igne; nec illius ignis valuiſſent eſſe miniſtri, quem
Lucę.12. CHRISTVS miſit in mundum, & voluit vehementer accendi. Ergo Apoſtoli, eosq; doctrina referentes & vita, ſunt in præſentia Seraphini: nec ab re duo, cum nedum bini & bini, aliquãdo ad euangelizandum ſint miſſi, nedum charitate, quæ duo complectitur præcepta; copulati; ſed vel quia duo debent inculcare quàmmaximè, nempè vt homines pœniteat, & euangelio ſe credant,
Mar.1. vt dominus docuit: vel quia duobus vtebantur mediis, lege in quam condemnante, ad retrahendum à malo, & gratia iuſtificante, ad promouendum in bonum. Hi mutũo reſpiciebant ſeſe: quia conſentiebant in omnibus, vnum prædicantes euangelium, vnam fidem, vnum baptiſmũ, vnum Deum, & vnum Dei & hominum mediatorem CHRISTVM. Erant ſex alis ſuffulti: quia nedum perfecta, omnibusq; numeris abſoluta contemplatione donati, ſed & mira celeritate accinti; vt à quibus, breui totus fuerat peragrandus orbis, & illuminandæ vniuerſæ nationes mun- Conſenſus apoſtolicus, in fide, euangelio, & aliis religionis noſtrę.
C di. Supremis obtegebant faciem; eò q etſi vberrimè cœleſtibus illuminabantur arcanis, plura tñ erant, quæ dum hic agitur, neſas eſt hominibus loqui. Vltimis operiebant pedes; qũia etſi prõpti erant ſuæ ſpei rationem reddere, etſi certiores erant ſui progreſſus & æternæ ſalutis; exigeba-
Iob.9. tur tamen in credentibus per eos, ratio fidei: exigit & ordo ſapientiæ Dei, vt progreſſus noſtri, dum hic ſumus, aliqua ſint offuſi caligine, vt vereamur omnia opera noſtra, nosq; nõ reputemus diuites, nulliusq; indigentes boni, cum tamen non raro ſimus miſeri, cæci & nudi, vt in Apoca-
Cap.2. Gal.3. lypſi Angelus docet. Medijs volabant, feſtineq; mouebant ſeſe; quia quibusuis, ſine perſonarũ reſpectu, nitebantur miniſtrare ſalutem: quin & docebant liberè, apud Deum non fore diſcrimen, Scythæ & Barbari: non maſculi vel fœminę: non Iudæi, vel Græci, dum modo CHRISTO ſubſcribant, ac ſacroſancto ſe committant lauacro. Aſtant tribunali CHRISTI, quia nunquam ſecedunt ab illius cruce, non ſolum aliud non profitentes, quàm CHRISTVM & hunc crucifi-
Galat.6. xum, ſed nec in alio gloriantes, quàm cum illo ſe crucifixos, eiusq; ſtigmata perferre in corpore:
1.Petr.2. ſicut expertum eſt in Apoſtolo. Quòd concinunt, ingeminantq; Sanctus: primò factum eſt, vt
2.Cor.1. CHRISTVM teſtentur eſſe mundum, vt qui peccatum non fecit: deinde, vt oſtendant, illum in
D promiſſionibus firmum, quandoquidem in illis non eſt, eſt & non, ſed eſt in eis, tantum eſt: ter-
Ioan.1. tiò, vt Deo aſſerant addictum conſecratumq;, propter quod & in eo, nedum plenitudo eſt gra-
Ioan.14. tiæ, ſed & omnes ſpiritus ſancti copiæ. Quod additur, Dñs, cum in Hebræo, nomen ſit tetragrãmaton, oſtendit verum eſſe Deum: & quod ſubditur, Deus vox cum ſit Elohim, teſtatur eſſe iudicem, cui & Pater, cuncta dedit in manu, cum omnibus illum præfecerit, vt dictum eſt, exercitibus. Eſt & terra, CHRISTI maieſtate repleta: tum quia in eius cruce, & morte, illuſtris tota reddita eſt Paleſtina, vt in qua, inſoliti facti ſunt terræmotus, lapides ſciſſi, & è monumentis ſuſcitata
pſal.29. cadauera: tum quia crucis vexillo fulget electorum Eccleſia, quæ terra eſt appellata viuentium, dum hic viuunt per gratiam, & in futuro viuent per gloriam, illius locupletata cornucopiis: & deniq;, totum per illam illuſtre redditum eſt vniuerſum, cum illi nedum ceſſerit Sathanas, illius vi iudicatus: & è mũdi principatu deiectus, ſed & reges, Principesq; CHRISTO ſubſcripſerint, Terra illuſtris Chriſti morte.

eiuſq́; crucem adorauerint. Quòd demum euangelizantibus CHRISTI diſcipulis, ſuperlimina E
ria mota ſint cardinum: admiratasq́; denotat cœlicas mentes, inſigniq́; commotas fuiſſe lætitia, vi-
dentes homines reſipiſcere, ſedes in cœlo repleri, & CHRISTI beneficio, creaturas in frugem
meliorem transferri. Pauca hæc de typis: totaq́; præſenti ætate.

SEXTA AETAS.

Quòd in ſexta mundi ætate, anni fluxerunt ſexcenti triginta, nouemq́;.

PRæſens ætas, quæ à voluntaria tranſmigratione incipit Ioachini, & ad conceptionem vſque protenditur Saluatoris, annos habet ſexcentos, nouem & triginta: vt ex diuinis ſuadetur literis, necnon receptis hiſtoriis.

1 A tranſmigratione, ad reditum in Ieruſalem, qui primo extitit anno monarchiæ Cyri, (vt docet principium Eſdræ:) anni interceſſerunt ſeptuaginta completi, iuxta Ieremiæ oraculum, 29. Cum inquit impleti fuerint ſeptuaginta anni in Babel; viſitabo vos, & reducam ad locum iſtũ F
vnde tranſmigrare, vos feci. 70

2 A, reditu ad conſummatam reædificationem templi, & per hoc, à primo anno monarchiæ Cyri, ad ſextum vſq; Darij incluſiuè (ſiquidem. 1. ac. 6. legitur Eſdræ, templum inchoatum primo Cyri, & abſolutum ſexto Darij) fluxerunt anni quadraginta & ſex: vt Ioannis. 2. ex Iudæorum aſſertione patet. Qui licet CHRISTO inſultarent; rem tamen notoriam, probatamq́; obiecerunt. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc. 46

3 A conſummatione templi, ad licentiam reſtaurandæ ciuitatis, quam Nehemiæ interuẽtu, anno vigeſimo monarchiæ contulit Arthaxerſes, vt Nehemiæ. 2. ſeptuaginta numerãdi ſunt anni: prout ex probatis communioribusq́;, ſupputatur hiſtorijs. Nam tradunt, Darium Hyſtaſpis ſupradictum, reædificato ſuperuixiſſe templo annos triginta: eiq́; filium Xerſem, tot ſcriptoribus celebrem, ſucceſſiſſe, ac annos viginti regnaſſe. Poſt quem, menſibus ſeptem, qui pro vno non immeritò computati ſunt anno, Arthabanum monarchiam moderatum eſſe: & huic Arthaxerſem Xerſis filium, iure ſucceſſiſſe, multosq́; annos regnum adminiſtraſſe, ſed vigeſimo, quã prædiximus, licentiã cõtuliſſe. Ergo oĩbus ritè collectis; præaccepta elicitur ſumma. 70 G

4 A licentia reſtaurandæ ciuitatis, vſq; ad conceptionem CHRISTI, quæ anno facta eſt primo ac quadrageſimo Octauiani Cæſaris; anni decurrerunt quadringenti, quinquaginta & tres; vt ex nono ſumitẽ Danielis, iuxta ſeptuaginta hebdomadarũ arcanũ: quẽadmodũ paulo poſt. 453

Quare ſi ritè vniuerſa reſumimus: numerum prçciſè conficimus, quem præaccepimus. 639

Verum etſi, hæc omnibus debent eſſe comperta: nonnullis tamen, non apparent indubia. Et tempus quidem à tranſmigratione ad reditum, à multis non creditur annorum ſeptuaginta: ſed plurium, vel ab alijs pauciorum. Vtrunque vrgent, vt videtur, tum literæ ſacræ, tum receptę hiſtoriæ. Et quidem quòd plurium; ex ſcripturis in hunc aſtruitur pactum. Conſtat quarti Regũ vltimo, Ioachinum vnà cum matre aliiſq́;, qui in Babel tranſmigrauere cum eo, annis vndecim fuiſſe captiuum, prout & in eodem 24. vt qui captiuus toto extitit tempore, quo Sedechias (ſuus ſcilicet patruus, nempè alius Ioſiæ filius; qui & Mathatias appellatus eſt) ſuper qualecunque regnum Iudà, & tranſmigrationis reliquias, qui Ieremiæ contempſerant vocem, ſceptra tenuit, ac regimen adminiſtrauit. Qui nouem annos regnauit in pace, & duos, quibus à Nabucdonoſor

Defectio Sedechiæ, 1

defecit, in obſidione. In quorum calce, Ieroſolyma fuit capta; & vnà cum templo deſtructa. Ergo ſi vndecim Sedechiæ, ſeptuaginta adiiciantur deſolationis; haud obſcurum, quod non erunt, vt H
dicitur, ſeptuaginta, ſed vnus & octoginta. Siquidem cum prænunciaſſet Vates, oraculorum 25. annis defuturas ſeptuaginta in Ieruſalem, voces gaudij & lætitiæ, voces ſponſi & ſponſæ, voces molarum, & lumen lucernæ: ſubdit, illis conſummatis, abſolutiſque mox regem Babel, nedum viſitandum à Deo, eiuſq́; populum & iniquitatem: ſed & deſolandam & in perpetuas redigendam ſolitudines, omnem Chaldæorum terram; vt omnia implerẽtur verba, quæ illam aduerſus prælocutus eſt. Quæ planè, per Darium Aſſueri filium, Medumq́; genere, & Cyrum eius nepotem ex filia (ita communiores ſonãt hiſtoriæ) Babylone capta, & Balthaſſare poſtremo Chaldęorum rege perempto, conſtat executioni commiſſa: qua de re, & Daniel capite. 6. Tunc quidem decoxit Chaldæorum regnum, ceſſitq́; regnũ Perſis: quoniam Dario breuì defuncto, Cyrus, qui nedũ Perſarum, ſed & Medorum factus eſt Rex, initium ſecundæ præbuit Monarchiæ, Iudęis eòuſque

A ſapiens,ꝙ primo ſui principatus anno non ſolum eorum captiuitatem ſoluit, ſed & reædificandi
templum, facultatem conceſsit: Confirmant hæc, & receptæ ethnicorum hiſtoriæ; cum tradat
Megaſtenes perſa, Nabuchodonoſoré,qui cognominatꝰ eſt magnus,ſub quo & factus eſt Iudas
captiuus,annos regnaſſe quadraginta & quinque: eiq́;filium, Amilinum nomine,ſed Euilmero
dach cognomento, ſucceſsiſſe, annosq́; triginta habenas regni moderatum eſſe: Poſt quem, &
tres eius filios,Regnum, vnum poſt alium adminiſtraſſe:quorum primò genitus, Ragaſſar no-
minatus,tribus annis principatu potitus,extremúq́; diẽ claudens,Labaſſari ſecúdò nato imperiũ
ceſsit.Quo.6.anno defuncto,Balthaſar tertiò natus,regnũ ſuſcepit:& 5.anno,à Dario Cyroq́; ca
ptus & occiſus,ſecum Chaldæorũ Monarchiã extinxit,Ergo oibus vnà coactis,anni ſurgẽt octo-
ginta nouemq́;:ſed octo detractis,quos priuſquam Ioachinus tranſmigraret,rexerat Nabucdo-
noſor,vt quarti regum vltimo:palam ꝙ vnus remanent & octoginta, ſicut & ex ſcripturis præac
ceptum eſt.His ſubſcribit, nedum Philo,ſed & q̃ plures,ex Chronographis.

Megaſtenes perſa.

Quòd vero pauciorum;haud diſsimili fulcitur methodo. Et quod ſacram ſpectat ſcripturam;
ſumitur Zachariæ primo,annum ſecundum Darij,ſub quo templum eſt abſolutum,ſeptuageſi-
mum,à tranſmigratione,vel deſolatione,computandum eſſe: nam ita legis ad verbum. Vſque-
B quo exercituum Domine,non miſereris Ieruſalem vrbiumq́; Iuda quibus iratus es,Iſte ſeptuage
ſimus eſt annus? Ergo à tranſmigratione ad primũ Monarchiæ Cyri,non ſunt cóputandi ſeptua
ginta,ſed octo & viginti:qñquidem duo ſunt detrahendi, ac quadraginta,qui vt in præmiſsis,
inter primum Cyri,& ſecundum interceſſerunt Darij.Quin,nec octo & viginti,ſed forte, tan-
tum ſeptem,& decem: qm̃ etſi à tranſmigratione,octo numerandi ſunt & viginti.à deſolatione
tñ,cum vndecimo contigerit Sedechiæ,non numerantur niſi ſeptem & decem: prout ex præmiſ
ſis,haud difficilè eſt accipere. Cóſentiunt,& probatiores authores;& potiſsimum ſuis in Chro-
nicis Euſebius,& Clemens in Stromatibus,Et licet non detrahant tot,detrahunt tñ non paucos;
quippe qui primum Monarchiæ Cyri,trigeſimum faciunt deſolationis:quemadmodum & hos,
ni fallor,imitatus Diuus facit,in Ezechielem Hieronymus.

Zacharias propheta.

Sed arduum nó eſt prædictis occurrere: Nam ꝙ anni tranſmigrationis, qui & alias dicti ſunt
ſeruitutis,fuerint ſeptuaginta præciſè;poteſt validè ex verbis Ieremiæ cóuinci.Scripſit enim.29.
oraculorum,cap.ex Ieruſalé ad tranſmigrationis filios in Babel: hæc in verba.Sic dicit dñs exer
cituum.Deus Iſrael,tranſmigrationi,quam tranſmigrare feci, de Ieruſalem in Babel: Aedifica
C te domos & habitate;accipite vxores,& filias veſtras date viris:& pariãt filios & filias,& multipli-
cate vos ibi. Quærite pacem ciuitatis,ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea;qm̃ in pace
eius,erit pax veſtra. Sic enim dicit dñs exercituum Deus Iſrael: Ne ſeductionem faciant vobis
prophetæ veſtri;& non audiatis ſomnia veſtra,quæ ſomniatis: quia falſum ipſi prophetant vobis
in nomine meo: non miſi eos dixit dominus: Et ſubdit.Cum impleti fuerint in Babel,ſeptuagin
ta anni,viſitabo vos: ſuſcitaboq́; ſuper vos verbum meum bonum,vt reducam vos ad locum,iſtũ
& reuerti faciam vos ad locum vnde tranſmigrare vos feci Ex quibus ſatis poteſt eſſe perſpectũ,
ſeptuaginta annos non fore deſolationis Ieroſolymitanę ſed Babylonicæ ſeruitutis: idq́; non ſo
lum,quia in illis,nulla deſolationis fit mentio,ſed & quia ad populum directa ſunt qui tranſmi-
grauerat,& ante euerſionem Ieroſolymæ,vt vana ab eo ſubmoueretur ſpes,de proxima liberta-
te redituq́;,quem pſeudo pollicebantur prophetæ,ſuggerẽtes ea propter, ne ædificarẽt domos,
ne ſererent agros, ne copularentur cóiugio. Et cum aſſertur,annos prædictos,à deſolatione ſu
mendos;cum nulla ſcripturę fulciatur auctoritate,haud dubium, ꝙ poteſt ſine temeritate conté
ni.Nulla inquam auctoritate: qm̃ etſi per vatem comminatus eſt dominus, deſuturas in Ieruſa-
lem voces gaudij,molarũ,& ſponſę;non tradit tamen,quot annis deſuturæ ſint: quin & his præ
D nunciatis,ſeruitutis vaticinatur tempus,vt rem expendenti notum eſt: Nam de deſolatione, ſic
legis. Pro eo,ꝙ non paruiſtis verbis meis,ecce mittam,& aſſumam vniuerſas cognationes aqui
lonis,dicit dominus: & Nabuchodonoſor regẽ Babel ſeruum meum: & adducã eum ad terram
iſtam,& ad habitatores eius:& ad omnes nationes in circũitu;& interficere faciam eos,& ponam
eos in ſtuporem, & in ſibilum,& in ſolitudines ſempiternas: perdereq́; faciam ex eis,vocem gau
dii & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ,vocem molarum & lumen lucernæ: & erit
vniuerſa terra hęc in ſolitudine & ſtupore. Vbi,nullum decretum eſt tempus. At de ſeruitu-
te,ſic ſubdit. Et ſeruiẽt gentes iſtæ regi Babel,ſeptuaginta annis. Et erit. Et cum impleti fuerint
ſeptuaginta anni,viſitabo regem Babel: &c.

Anni tráſmigrationis ſeu ſeruitutis. 70 præciſè.

Minus curandum eſt,de Megaſtene: non ſolum, quia ſcripturæ non quadrat, ſed quia ab illa
diſſentit,Siquidé Ieremiæ 27.tot nó tradútur Chaldęorũ reges,quot fingit: Cũ enim adhortatus
eſſet

Megaſtenes à ſacra diſſentit ſcriptura.

eſſet populú, ad ſeruiendú nedum Nabuchodonoſori, ſed & ſucceſſoribus filijs, vt certam expri- E
meret metá terminúq;, ſubiúxit. Seruietis Nabuchodonoſori, eiuſq; filio, & filio filij. Filius Nabuchodonoſoris, īdubiè fuit Euilmerodach, vt cóſtat quarti regú vltimo; in quo & Megaſtenes rectè. Sed Euilmerodach filius, alius non traditur á Balthaſſare: de quo, & Danielis 6. Ergo, cú tres tñ, ex ſcripturis excipiamus reges, quibus transmigrationis tempore, populus debuit in ſeruire: palam, ꝙ ſeruitutis tempus ſeptuaginta non exceſsit annos: qñquidé etſi Nabuchodonoſor, annos rexit quadraginta quinque, tranſmigrante tñ populo, rexerat octo vt quarti regú expreſſum eſt vltimo: ꝑpter quod, & quarto cœpit regere Ioacim, vt Ieremię legitur 25. ergo illius ſub imperio ſeruiuit populus, annos triginta & ſeptem: propterea & quarti regú vltimo ſcriptú eſt, Euilmerodach, anno tranſmigrationis 37. 12. menſe, (qñ illius 27 die, anno ſcilicet, quo regnum ſuſcepit,) Ioachinum de carcere eduxiſſe: nec illum modo leniter blandeq; allocutum eſſe, ſed & thronum inter reges, qui apud illum erant, eidem collocaſſe. Sub quo & triginta honorificè egit annos: qñ tot Euilmerodach rexit, prout & communiter legitur; & Megaſtenes tradit. Quibus ſi adiiciantur tres, qui Balthaſari ſunt ſubſcripti; ſeptuagenarius conficietur numerus. Mitto

Fictio Ioſephi. 10. antiquitatum.

& fictionem Ioſephi: qui 13. decimi antiquitatum cap. reges nedum falſó multiplicat, ſed & eorú
annos, lógè plures enumerat. Poſt morté inquit Nabuchodonoſor, Amilmadapacus, qui & Abi F
madadocus, filius eius, regnum ſuſcepit, & Ieroſolymitarú regé Ieconiam, qui & Ioachin, à vinculis ſoluit, multaq; ei dona conceſsit: & in Babylonia, fecit illum inter reges deputari (nam pater eius, fidem nó ſeruauerat Ieconiæ: qui ſe vtiq; cú vxoribus, filiis, & omni cognatione, ſponte tradiderat, pro ciuitate, ne ſicut prædiximus, obſidione capta vaſtaretur.) Moriente vero Amilmadapaco, poſt annos octo & decem ſui regni; Egreſſarius filius eius, tenuit principatum annis quadraginta. Quo mortuo, ad Laboſordachum eius filium, peruènit imperium: quo, cum noué menſibus, potitus eſſet, ipſo defuncto, regnú ad Balthaſſar tranſiijt, qui Naboar nuncupatus eſt. Contra quem Cyrus Perſarum rex, & Darius Medorú imperator, caſtramentati ſunt. Hæc ille. Ex quibus colligitur, Chaldæorum regnum, poſt Nabuchodonoſoris obitú, poſtuè eleuationes Ioachini, annos permanſiſſe vltra ſexaginta: quibus ſi ſepté & triginta, qui à tranſmigratione, ad primum interceſſerát Euilmerodach, vt ex quarto regú produximus, adiecti fuerint, palam erit, Iudæos annos fere centum, in captiuitate manſiſſe: Quod non modo aduerſatur ſcripturæ, ſed & aliás traditioni Ioſephi: qui in principio vndecimi de antiquitate, aſſerit primum annum Cyri, ſeptuageſimum, à populi tranſmigratione, computádum eſſe. De Philone non eſt quod dicá: G
niſi ꝙ hac in re, ſicut & in aliis, hallucinatus eſt, vt conſtat ex ſupradictis.

Ad verba Zachariæ, dicitur: ꝙ etſi prima facie vim præſeferunt; id tñ nó prouenit, niſi ex, ſedi-

Ver⁹ oraculi Zacharię ſenſus.

tione latina græcaq;, quæ ſonant, vt dicunt. Verùm ſiquis, hebràicam, vt par eſt conſulat veritatem, ad conſtituendum, quod volunt, nullius ſunt efficaciæ: nam ſic legunt ad verbum. Dñe Zebaoth, quouſq; non miſereberis Ieruſalem, vrbiumq́, Iuda; quibus iratus eſt, ſeptuaginta annis? Ergo, hoc ex loco, ſeruituti nó præfigitur terminus; ſed vberior deſideratur gratia. Siquidem miſereri cœperat, anno 1. Cyri: cum nedum illos liberos fecerit à ſeruitute, ſed & conceſſerit conſtructionem templi: at quia non erat, ſecundò Darij conſummatum, & Ieroſolymam humi proſtratam, adhuc non erat permiſſum reſtitui priſco ſplédori, immo nec reſtaurari in mœnibus ac ædificijs, miſericordia Dei non videbatur liberalitate profuſa. Ergo ſeptuaginta vrgentur anni, non quia non longè interceſſerint plures: ſed quia afflictionem, quam iure debuerát pati, obiiceret eſſe completam: foretq; conſonum diuinæ clementię, non pœnam protrahere, ſed potius diminuere. Quare his ex verbis, nihil valet de annis ſeptuaginta detrahi: ſicut nec, ex ſupra inductis, valuit quicquam ſuperapponi. Clemens aút & Euſebius, eorumq; inhærétes placitis, ex mala,

Euſebius ſibimet incóſtãs

ſi non fallor, lapſi ſunt traductione, ſicut & q̃ plures Præter id, ꝙ & Euſebius, ea in re, ſibi nó có- H
ſtat; cú noni Euangelicæ ꝑparationis vltimo, reges recenſendo Chaldæorú, à Nabuchodonoſor, ad finé vſq; regni, ſeu, quod idem eſt, ad captam Babylonem per Cyrum Dariumq;, annos numerat ſexaginta & tres: è quibus ſi detrahantur decé & noué, quibus Nabuchodonoſor, ante deſolationé rexerat, deſolationis anni, nó tráſcendét quadraginta & quatuor. Quibus ſi adiicias, quos colligit in Chronicis interceſsiſſe inter primum Cyri, & ſecundum Darij (& ſunt quadraginta) haud obſcurum eſt, ſecundum Darij, ſeptuageſimum eſſe non poſſe, à deſolatione.

Primus Scopulus circa ædificationé templi.

Tempus quoq; reædificati templi, patitur ſcopulos: & multis non leuiter arduos. Primus eſt: quia alij non nititur fundamento, q̃ à Iudęis conſtructo. Quod quanti pendendum ſit obſcurum nó eſt aĩaduertere: & maximè cum in iniuriam prolatum ſit CHRISTI, ſicut & Dilectus docet. Ioan. 5.

Secundus ex Ioſepho.

Secúdus eſt: quia etſi deferre lubet Hebræis, nequit tñ aſſeri, eo de templo locutos, quod inter

A primum Cyri,& ſextum ſabrefactum eſt Darij;ſed eo de,quod iuſſu operaq́;,eſt ædificatum He-
rodis, Nam tradit Ioſephus vltimo ſextidecimi libri: cum interdictum fuiſſet à Perſarum Mo-
narchis,ad magnitudinẽ Salomonis templi,templũ erigi conſtruiq;(quod & ſatis innuit Eſdras,
dum in calce capitis tertij,aſſerit Seniores, viſis templi fundamentis,fleuiſſe;eo ꝙ nõ accedebãt,
ſed longè diſtabant,à priorum amplitudine,& magnificentia)Aſcalonitam, vt ſibi gratificaret
Hebræos,eo templo deſtructo;aliud reędificandũ curaſſe:quod cum illo Salomonis contẽderet.
Ergo,ſi tertiò ædificatũ eſt templum;haud dubium,ꝙ non de ſecundo,quod non erat,ſed de ter-
tio,quod extabat,ſunt locuti Iudæi. Tertius eſt:quia id certis repugnat hiſtoriis. Siquidem tra-
dit Megaſtenes,inter primum Cyri,& ſextum Darij,annos interceſiſſe,quinquaginta & vltra: *Terti⁹ ex Megaſtenes & Philone.*
quod ex Perſarum regum oſtendit annalibus:idq́; hunc in pactum Cyrus inquit,in Monarchia,
annos egit viginti & quatuor;tametſi duobus primis,vnà cum Dario,Poſt Cyrum, Priſcus rexit
Arthaxerſes,filius Darij, annos vnum & viginti.Quem & ſecuti ſunt,duo Arthaxerſis filij,Cy-
rus Arthabanus,& Darius Longimanus:qui poſtquam ſeptem pro imperio, altercati ſunt men-
ſes; Longimano victoria ceſsit, & annis ſeptem & triginta,eſt principatu potitus: cuius & anno
ſexto,tẽpli reparatio eſt abſoluta,conſummataq́;. Quare omnibus vnà coactis;colligentur anni,
B vel quinquaginta & duo:idq́; ſi ſeptẽ pugnę menſes ſupputentur pro anno, ſintq́; ab annis Lon
gimani ſeiuncti: vel vnus ac quinquaginta,ſi in illis, vt par eſt,ſunt comprehenſi. Idem ferè tẽ-
pus colligit Philo,ſed ex Hebræorum traditis: Docet enim,ꝙ quemadmodum,populo ex capti-
uitate in Ieruſalem redeunte,Zorobabel eorum creatus eſt dux,qui Barachias proprio nũcupa-
tur nomine, Salathielis filius,qui & aliàs Meſezebel eſt appellatus: ita & in ſummum ſuffectus
eſt ſacerdotem,Ieſus filius Ioſedech,ac eo muneris, primũ annis functus eſt ſex & triginta: hoc
eſt,inquit,à primo Monarchiæ Cyri,ad duodecimum Aſſueri. Deinde onere filio Ioachino re
licto,qui & Elyd,aliàs appellatur,ad Aſſuerum ſe tranſtulit;tentaturus,an eius gratia,poſſet cõ-
ſtructio templi procedere; quæ Samaritanorum opera, per duces Syriæ fuerat intermiſſa: ſed
nihil effecit. Tranſierunt igitur octo anni,quibus Ioachinus, ſummum,vicè patris, põtificatum
geſsit:& per hoc, ad pontificatum patris,octo annos adiunxit. At mortuo Aſſuero,Ieſus ſuum
onus reſumpſit,& ad vigeſimum vſque annum Longimani, qui Aſſuero ſucceſsit, in eo mini-
ſtrauit: cuius anno ſexto conſummatum eſt templum,ſicut & in prioribus dictũ eſt. Ergo,ſi iſti,
ſex,quadraginta & quatuor adiiciuntur annis,quinquagenarius ſurget(vt dicebatur)numerus:
quod parum diſtat, à ſumma Megaſtenis.

C Verùm hæc non dimouent à ſententia;quæ cõioribus probatiòribusq́,valet fulciri Chrono-
graphis. Scribunt Clemẽs & Euſebius,Cyrum Perſarum rexiſſe Monarchiam,annos triginta,
tempore omiſſo, quo præfuit cum auunculo,Dario inquam Aſſueri Aſtiagiſuè filio, non natu-
ra,ſed vt tradunt,adoptione:cuius Aſſueri, Aſtiagiſq́; (utroq; enim vocatus eſt nomine,)Cyrus
fuerat nepos,nempe filiæ eius filius: quod ſi Rabbi creditur Leuì, integrum non occupauit an-
num,etſi computatur pro eo: vnde & Danielis nono,hebdomadarum arcanum,detectum dici-
tur vati,vno in anno Darij,filij Aſſueri. Quibus trãſactis,ĩ bello interfectus eſt Scytico apud Maſ- *Cy⁹ occiſus à Thamiri.*
ſagetas, à Thamiri cædem vlciſcente vnigeniti: Quæ illius caput,in vtrem ſanguinis miſit,Iu-
ſtino Oroſioq́; referentibus,his verbis,adiectis: Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe. Poſt Cyrũ,
Cambiſes primogenitus,qui Eſdræ quarto,tum Aſſuerus,tum Arthaxerſes nuncupatus eſt,im-
perium obtinet:ſub quo,vt multis placet,contigit factum Iudith:& Euſebij computo,octo rexit
annis,vel vt alij,& Riccardus præſertim Cluniacenſis,annos rexit nouem;etſi forſan nõ abſolu-
tos,integroſq́;. Qui,hoſtis nedum extitit pietatis Iudaicæ,ſed & oĩs religionis:propter quod non
ſolum vetuit reſtaurationem templi;:ſed & toti Aegypto,ſacros ſubſtulit ritus. Hoc cum omni
D prole defuncto,magus quidam,Smerdes nomine,alium ſe Cyri ſimulans filium, quem tñ clam
Cambiſes interfici fecerat,regnum occupauit;& ſeptẽ ferè mẽſibus, vt Euſebius ſcribit,qui vno
computẽtur pro anno,monarchiam rexit. Quo pernecato, Darius Hyſtaſpis filius, vnus ex ſeptẽ
ſapientibus qui moderabantur imperium, ad hinnitum equi, rex declaratus eſt:vt perſpicuè do- *Darius quo pacto regnũ obtinuit.*
cent hiſtoriæ. Cuius anno. 2. vaticinantibus Aggęo ac Zacharia, vt Eſdræ, 4. & 5. cap, omiſſum re
ædificationis, reaſſumptum eſt opus,& 6. eiuſdem anno conſummatum;vt in eodem cap. 6. Er-
go annis vnà collatis,& vtrinq; extremis incluſis;ſex & quadraginta ſummantur,in quibus repa
ratum eſt templum. Quòd ſi obiicis,Iudæos Ieruſalem reuerſos, non primo ſed ſecundo anno,
templi fundamenta ieciſſe,ſicut & tertio legitur Eſdræ, ob idque reparationis opus, non tran-
ſcẽdiſſe quadraginta & quinq;:pręmiſsis palam eſt non officere,quãdoquidem etſi anno primo,
inchoata non eſt reparatio,,eſt tñ reparationis materia eo anno quæſita aptataq;: quin & altare

erectum

erectum, & ſuper illud victimæ immolatæ quod & nonnulla templi inchoatio eſt. Ad ea, quæ E
hac in re, videntur ſonare contrarium, difficilè non eſt ſatisfacere. Et cum dicitur Iudæos in mul
tis fuiſſe mendaces etſi res eſt comperta, quia tñ periodus reparationis templi, erat communi fa-
Templũ ab Herode non ædificatum ſed ornatum
ma notoria, non potuerunt ſecus fingere Et licet ab Herode, templum nedum potuerit exorna
ri, ſed ædificiorum adiectione protendi: (quæ tñ ad templi non pertinerent intrinſeca, aut ad in
tegritatem ſubſtantiæ:) ſi id placet admittere, nequit tamen concedi, à fundamentis reparatum:
vnde & in hoc, non eſt recipiẽdus Ioſephus. Sed verus ſit Ioſephus: exploratum eſt, quadraginta
& ſex annis non fuiſſe conſtructum, cum nõ rexerit, vltra triginta & ſeptem: nec ſit, vt tradit Io-
ſephus, tale opus aggreſſus niſi poſt decimum & octauũ annum; quod ſicut & ſubdit, annis octo.
abſoluit. Sit ergo quadraginta & ſex annis, ſub pręfatis Perſarum Monarchis, templum abſolutũ
& octennio, ſub Herode ædificij alicuius adiectione ornatum, auctumq́;.

Non minori ſubiacet ſcrupulo, interuallum, quod inter cõſummationem intercedit templi,
& licentiam reædificandæ ciuitatis. quod ſeptuaginta eſt definitum annorũ: immo & longè ma
iori, cum non tam ſit arduum, quàm forſitan impoſsibile, hac in re, indubiam aſſequi veritatẽ.
Nam licet, in Eſdra ac Nehemia, compertum ſit, templũ abſolutum ſexto Darij: & licentiam re
ædificandæ vrbis, 20 obtentam Arthaxerſis; non conſtat tamẽ, an Arthaxerſes, ſit idem qui Da- F
rius. ſub quo completum eſt templum: an Xerſes Darij filius, à multis celebratus hiſtorijs: an Ar
thaxerſes à Xerſe genitus, & eo, vt proprio, nomine nuncupatus: & quæuis aſſertio, inſignes ha
bet auctores, & plures aſſeclas. Et Primæ quidem claſsis, Rabbi extitit Salomon, & plures ſuper
Danielem prophetam: Secundæ vero Ioſephus, antiquitatum xj. Tertiæ demum Euſebius, vt ſuis
in Chronicis. Si Arthaxerſes eſt Darius, interuallum quatuordecim non ſuperat annos; cum in-
ter ſextum ac vigeſimum, non poſsint concipi plures. Si eſt Xerſes, complectitur quinquagintat
nempe triginta Darij, & viginti ſuimet. Si Xerſis eſt filius, ſeptuaginta: triginta ſcilicet Darij. vi-
ginti Xerſis, & viginti principatus proprij. Et, vt liberè dicam quod ſentio, nulla harum aſſertio
Auctoris ſnīa
num, mea poteſt ſententia, validè reprobari, ſed quælibet, negocio valet non multo defendi; ta
metſi poſtremæ ſubſcripſi, & præ alijs illi adherendum iudico. Et prima quidem, nihil tradit ab
ſurdi ni forte offendat aliquem oomen Darij. Verùm ſiquis aduertat; non eſſe inſolitum, R e-
Cognomina magnorum Principum.
ges & præſertim inſignes, illuſtrari proprio nedũ noĩe, ſed & cognomine; vt Aſyrij Nabuchodo
noſoris, Aegyptij Pharaonis, vel Ptolomęi, Romani Cæſaris, & Perſij Arthaxerſis, facilè condo-
nabit, Hyſtaſpis filium, & Darium, vt proprio nomine, & Arthaxerſem, vt cognomine, nuncu- G
patum: & per hòc, & ſacris in literis, modo vnũ, & modo alia nomenclatione expreſſum. Nec ob
ſtat verbum Eſdræ ſexto ex capite: quo aſtruit, filios Iſrael templum conſtruxiſſe; iubente Deo
excelſo, Cyro, Dario, & Arthaxerſe: perſpicuè præſeferens, quod ſicut Darius, alius eſt à Cyro,
ita & alius Arthaxerſes à Dario: quoniam ſermo, eo loci, de ædificatione eſt templi, & non de
facultate reparandæ ciuitatis.

Sed eſto, ꝙ Arthaxerſes, non qui Darius, ſed Xerſes, vel Xerſis filius, nonnihil iuſſerit in repa
ratione templi, eo quod Ioſepho, antiquitatum 11. referente, dum Xerſes imperaret, templi repa
rata eſt pars, quæ minabatur ruinam, & hiſtoriarum atteſtante magiſtro, Arthaxerſis, qui Xer-
ſis extitit filius tẽpore, inſignis in templo, vel illud circa, conſtructa eſt bibliotheca: ille tamen,
Inſignis bibliotheca in tẽplo vel circa.
qui licentiam tribuit reædificandi vrbem; Arthaxerſes non cognominatus, ſed nominatus eſt.
Addam ex non contemnendis, rerum antiquarum ſcriptoribus; ſententiam hanc nõ modo nõ
abſurdam, ſed nec inſolitam. Quod vt ſit illuſtre accipiatur, ex Oroſio, qui temporum extitit ob
ſeruantiſsimus, ab Vrbe condita, ad conceptionem CHRISTI, quatuordecim ac ſeptingentos
reuolutos annos. vt in libro, quem dedit ad Auguſtinum: Quæ cum condita ſit, 11. vel 12. Achaz;
iuxta vulgatam opinionem, quam Sempronius refert, libro, de diuiſione Italiæ: quę tradit, ꝙ po H
ſtremo ſeptimæ. Olympiadis anno, ædificata eſt, & per hoc, octauo & vigeſimo ab Olympiadũ
inſtitutione; quę ſi Euſebio ac Iſidoro creditur, vltimo incœperunt Azariæ: vel iuxta Africanũ
& Bedam, primo Ioathan: propter quod, à primo primę Olympiadis anno, ad CHRISTI con.
ceptionem, fluxerunt anni ſeptingenti, quadraginta & duo; qui Olympiades reddunt circiter
centum, octoginta & ſex: ex quibus dum annos detrahis quadringentos, quinquaginta & tres;
de quibus paulo poſt remanent à vigeſimo Darij, ad Ioathan primum; vel Azariæ vltimum du-
centi & octoginta nouem: quod ita fore probabis, ſi eouſq;, retrocedendo perueneris. Ergo præ
fatam ſequi ſententiam, noo eſt operam ludere; ſed rem probabilem retinere. Quod ſi placet, in
annis Vrbis, qui CHRISTI præcedunt conceptionem, Oroſium ſequere & opinionem vulga-
tam, quæ originem Romæ, in calcem reijcit Olympiadis ſeptimæ.

Secunda

A Secunda quoq;, nihil habet obſiſtẽs; quod facilè contemni non poſsit, Et iam dictum eſt, Ar-
thaxerſem eſſe cognomen: & abſurdum non eſt in aliquibus Perſarum regum, celebrius fuiſſe
cognomen, quàm nomẽ; quod forte fuit in Xerſe, ob facinorum præclaritatem. Fulciri valet, &
præſens aſſertio, vt præcedens, nec infirmiori baſi; cũ tradant, quibus cõmunior adhibetur fides,
àb Vrbe condita, ad conceptionem CHRISTI, annos decurriſſe ſeptingentos, vnum ac quin-
quaginta: inter quos eſt & Sabellicus, ſecunda hiſtoriarum parte. Addunt, & exactius rem expẽ
dentes, eandem extructam eſſe, 10. vel. 11. Achaz: hoc eſt, nõ vltimo, ſed penultimo Olympiadis
ſeptimæ: quippè qui volunt, non octo & viginti, ſed ſeptem & viginti annis, illas antea inſtitutas:
propter quod, à primo primæ Olympiadis anno, ad conceptionem CHRISTI, anni colligũtur
ſeptingenti, ſeptuaginta nouem, & ob id, Olympiades centum circiter, ac nonaginta quinque:
à quibus, ſi quadringẽtos ſubtrahas, ac quinquaginta tres, à 20. Xerſis ad Ioathan primum, vel ſi
mauis, Azariæ vltimum; regrediẽs trecentos numerabis annos, ſex & viginti. Ergo, nedũ nihil
admittit abſurdum; ſed non contemnendo nititur fundamento.

Tertia demum, quæ (ni fallor) maiori eſt dignanda fauore; primùm opus non habet, vt cogno
men ſecernat a nomine: & poteſt non diſsimili modo firmari. Sit Roma, cum Sabellico, aliiſq;
B fide dignis, per ſeptingentos, vnum & quinquaginta annos, ante incarnationem conſtructa: ſed *Sentẽtia maiori fauore digna.*
initium habeat, non in annis Achaz, ſed in 16. Ezechiæ iuxta eorum ſententiam, (de qua & Sem
pronius, vbi ſupra,) qui eius ædificationẽ, in calcem duodecimæ reiiciũt Olympiadis, & ꝑ hoc,
anno 8. ac. 40. ab Olympiadum inchoatione. Ergo à primo, primæ Olympiadis, ad incarnatio-
nem Verbi, anni erunt octingenti: qui ducentas continent Olympiades, vt oĩbus manifeſtũ eſt.
Ex quibus, quadringentis, tribus & quinquaginta ſubtractis, remanẽt trecenti ſeptem & quadra
ginta: quot à 20. Arthaxerſis, ad primum Ioathan, vel poſtremum, ſi mauis, Azariæ: vt patet ſi-
quis retrocedendo, rem ritè diſpenſet. Ergo, & hãc aſſertionem cõplexi, ad nihil impingẽt: quo
iure remorari poſsint. Quæ & reliquis videtur, ſine iniuria, præferẽda, tum quia probatioribus,
magis quadrat hiſtoriis, tum quia magis conſonat, diuinis cum literis: nec patitur quicquam dif
ficultatis, quod vel ex præmiſsis vel ex ſubiungendis, facile non ſit reſoluere.

At ſcopuli & potiſsimi, & perardui circa tẽpus ſunt, quod inter vigeſimum interceſsit Artha-
xerſis, vel ſi mauis, conceſſam reædificandæ ciuitatis facultatem, & CHRISTI conceptionem,
quòd quadringentorum, trium & quinquaginta computatur annorum: & ſunt, tum de funda-
C mento, tum de rei veritate. Et de fundamento quidem: quoniam ſeptuaginta hebdomarum
arcanum, eſt in multis obſcurum. Et primò, quia etſi recipitur, probaturq; hebdomadas eſſe an-
norum; non eſt tñ illuſtre, an anni ſint Lunares, vt opinatus eſt Beda Africanus & alii, an Sola-
res, qui lunares vndecim diebus excedunt, vt plurium ſententia eſt. Deinde ſiue aſtruas hoc aut
illud obſcurum remanet, an iubileorum, an centenariorum, ſint definiendæ hebdomadæ, cum
ùtraq; pars, foueatur à multis. Tertiò, dubium eſt de earum initio; cum nonnullis: in quintum
reiicietur Sedechię, inter quos eſt Lyranus 9. Danielis prophetæ: nonnullis, in deuaſtationẽ tem
pli quam fecit Nabuchodonoſor, vt Rabbi Salomonis mens eſt: nonnullis in primum Monar-
chiæ Cyri, per quẽ & primo verbum exiit, vt populus de captiuitate liberatus, repeteret Ieruſalẽ:
nonnullis, in ſecundũ Darii: & nonnullis, in vigeſimũ Arthaxerſis: qui nihilominus ſunt diuiſi,
dum alii intelligunt, per Arthaxerſem Dariũ, alij Xerſem, alij eius filiũ, ſicut & in ꝓcedentibus.

Quartò dubitatur, de termino; quibuſdam dicentibus, quod eſt in ea Ieroſolymę deuaſtatione,
quæ facta eſt ſub Veſpeſiano & Tito: aliis quod in CHRISTI natiuitate: aliis in illius paſsione, &
aliis peracta paſsione, per annos tres, & dimidiũ. Quintò, quia nõ videtur cõſtans, an ſibi ſint ſuc
cedentes, cum interpolatione vel ſine: dum autumant quidam, primas ſeptem, à duabus & ſexa-
D ginta ſequentibus, temporis interuallo ſeparatas, & ſexaginta duas, à ſeptuageſima, nec medio-
cri periodo interruptas: alij vero ſecus, nempe abſq; interpolatione ſuccedere, moxq; alterã alteri
copulari, nectiq;. De veritate aũt non parua digladiatio eſt: cum varij ſint modi, quibus valet ſor
tiri, vt crediĩ, veritatẽ, & nullus ſine anguſtia: & forte facile nõ eſt, qd magis quadret, aduertere.

Ergo vt res, pro noſtra diſcutiatur imbecillitate; primùm in tam eximio hebdomadarum arca
no, ſecernendum quod eſt clarum, ab eo quod remanet dubium: & deinde, quid in dubio ma-
gis conueniat: Demum quid de earum; ſentiendum ſit veritate, vt præſenti fauet, ac cõſonat in-
ſtituto. In primis euidens eſt hebdomadarũ annos eſſe ſolares: cum annus pro ſolis curſu, in ſa-
cris ſumatur literis, ſicut in præmiſsis demonſtratum eſt. Vnde Hebræi, licet nouilunia ſeruent,
annum tamen ad progreſſum exigunt Solis: & annorum hebdomadæ, de quibus Leuitici 25. non *Anni heb. in ſcripturis sũt ſolares.*
lunarium, ſed ſolarium annorum hebdomadæ, ſine controuerſia ſunt. Quare hac in parte, nec

Africanus,nec Beda recipitur;ſed à Catholicorũ pluribus quilibet reprobatur. Secũdò euidẽs E eſt,harum hebdomadarum,ſingulas,annos ſeptem duntaxat includere: tum ex interpretatione vocis,quæ ſeptẽnarium redditur,tum ex ſacrę ſcripturæ auctoritate, quę paſsim, ea hoc in ſenſu, vtitur voce;& præſertim Leuitici,23,& vt tactum eſt,25.Ergo Hebręorum ſunt abijcienda figmẽta,quibus,centenarias,quinquagenariasq; fingunt hebdomadas,ſine auctoritate ſcripturæ,aliã planè,non ob rem,quam vt tenebras offundãt veritati,ac Meſsiæ incarnationi. Tertiò,compertum eſt,illas ab eo ſermonis exitu inchoandas, quo voluit reædificari Ieruſalẽ,& protendendas vſq; ad CHRISTVM ducem:vnde & Danielis 9.ſic legis ad verbũ.Scito, inquit Angelus vati,& animaduerte:ab exitu verbi, vt reuertatur populus,& reædificetur Ieruſalem,vſque ad CHRISTVM ducem,vel vt legunt alij,coram ſactum, hebdomadas ſeptem,& hebdomadas ſexaginta duas:& Paulopoſt,ſeptuaſigeſimam addens,inquit,Illius in dimidio,ſacrificiũ defecturũ & holocauſtũ.Propter quod aſſertio dimittẽda eſt Rabbi Moyſis,& Nicolai de Lyra. Quartò,& perſpicuum eſſe poteſt,hebdomadas,non interrumpendas,ſeu interpolatim verificandas: aliàs Gabriel,vatem dimiſiſſet incertum:nec prouocaſſet ad conſiderandum, attendendumq; quod ſibi non traderet.Si enim inter has & illas,medium,intercederet temp᷒, qũo ſciuiſſet,animaduertiſſetq; tempus ad CHRISTVM vſq;?Ergo Iudæorum non ſunt auſcultãda deliria: qui hæc ſomniãt F in prætextum ſuæ perfidiæ.

Dubium eſt primò:quia etſi exploratum eſt hebdomadarũ exordiũ,ab eo ſermonis exitu accipiẽdum eſſe,quo ad reędificandã Ieruſalẽ,reuerti populo licuit; tñ nõ deſunt,qui rem eo quoq; interpretẽtur de exitu,qui fuit ad reſtaurãdum templum,tpe Cyri,vel ẽt Darij: Qñquidem,niſi vnà,cum templi reparatione, eſſet reædificata ciuitas:nõ fuiſſent Eſdræ quarto, accuſati Iudæi, quòd reædificarent eam,Propter quod,& Aſſuerus,qui alias appellatur Cambiſes,templi reparationem vetuit:præter id,ꝙ non eſt abſurdum,ꝙ alijs ædificantibus templum, nonnulli reędificarent Domos:& certum eſt,ꝙ reædificando templũ,cum potior foret ciuitatis pars, reędificari dici poterat ciuitas:quod ſorte ſatis eſt, ad verba prophetæ. Dubium eſt ſecundò:quia licet hebdomadæ,in Meſsia nactæ ſint finem,obſcurum tñ remanet;an id verùm ſit eius in ortu,an in baptiſmo,an in ſacrificio crucis,an in reſurrectione à mortuis: qm̃ non deſunt qui ſint diuerſæ ſententiæ.Dubium eſt tertiò:cur,ſi non ſunt interpolatæ,ſunt in tres partes diſtinctæ.

Secũdo de eadẽ termino

Verùm ſiquis rẽ diſpiciat,& peraccuratè diſcutiat:forte ꝙ non fugiet,quid magis conſentit. Et in primo quidem haud obſcurum,ꝙ ritè de verbi interpretandum eſt exitu, qui Arthaxerſis G tpe factus eſt: cum directè proclamatum ſit(Regẽ, Nehemia vrgente)pro ciuitatis reparatione, ſicut ſcriptura apertiſsimè docet. Et licet ędificando templũ,Iudæi ſint inſimulati,ꝙ ædificarent vrbem:id tñ erat hyperbole ad illos calumniandum,& pium opus interdicendum. Et quanquã non diffiteor,cum reparatione tẽpli,nonnullas reædificatas caſas;id tñ factum non eſt, ad reparandam vrbem,ſed ad conſtituendas vtcunq, habitationes,ne qui cõſtruebant tẽplum, pernoctarent ſubdio. Fatebor,& templum ciuitatis portionem inſignẽ:ſed hoc in loco clarum eſt,templum è regione ciuitati poſitũ,cum ſeorſum de amborũ reparatione,ſermo factus ſit publicus;& ſeptuaginta annorũ,vt patuit,interuallo diſtinctus:& illuſtria ſunt Angeli verba,de reparatione nõ templi,ſed ciuitatis,quemadmodũ & ꝑnotatum eſt.In ſecundo aũt cõſonat prophetæ vaticinio,hebdomadas ſortiri finem,anno tertio & dimidio,poſt CHRISTI mortem;cũ tradat in medio poſtremæ,interficiendum CHRISTVM, ac delendũ quoduis Moſaicum ſacrificium,& holocauſtum. Et vt omnia magis conſentiant;præſtat vt vaticinium: noſtra pro facultate tractetur.

Finis hebdomadarum re vera.

Conſiderandum itaq;,ꝙ cupiens,ardensq; vates,ſuum populum, ad Ieruſalem ex captiuitate reuerti,& de iis,quę illi eſſent euentura doceri;poſtquam ea ſuper re,nõ ſemel preces profuderat,nedũ voti factus eſt cõpos,ſed & arcanis pluribus locupletatus. Quare nuncio Gabriele, eſt H certior factus,quot annis res erãt permanſuræ Iudaicę,quòdq; illis abſolutis,noua longeq; ſęuior maneret ciuitati deſtructio;qñquidẽ cum vrbs ſecundã tulerit obſidionẽ,nunquam diuinã conſequetur miſericordiã,ſed iacebit in finem vſq;,deſolata deſtructaq;. Item: & de abolitione ritus Moſaici, & introductione cultus pactiq; Euãgelici. Ait ergo Angelus. *Daniel, modo ſum egreſſus*, nẽpe à facie Dei, *vt intelligere te faciã intelligẽtiã. In principio deprecationũ, egreſſũ eſt verbũ*, à Deo reuelãdum tibi. *Ego aũt veni, vt indicarem tibi: quia vir deſideriorum tu es*, alij interpretãtur,qa gratus tu. *Et intellige verbũ,& intellige viſionem. Hebdomadæ ſeptuaginta deciſæ ſunt, ſuper populum tuum, & ſuper ciuitatẽ ſanctã tuã*: alij,ſanctuarij tui. *Ad conſumãdã prænaricationẽ, & finiẽdũ peccatũ, & expiandã iniquitatẽ: & ad adducendã iuſtitiã ſæculorũ, & ad complendã viſionẽ, & prophetiã, & ad vngendum ſanctũ ſanctorum.* Hæc fuiſſe in aduentu CHRISTI completa:nemo,niſi proteruus,ibit inficias.

Deciſę

A Deciſæ nanq;,& Dei iudicio definitæ,determinatęq;,ſeptuaginta erant annorum hebdomadæ,non ſolum ſuper Indæorum populum,quibus in Moſaicis permanerent vmbris,ritibus,& ſacrificijs:deciſæ & determinatæ,non ſolum ſuper vrbem Ieruſalem,quę dicta eſt ſancta, quia ob templum,cultui diuino aſcripta,& in myſterium ſupernę ciuitatis inſtituta:de qua & Euangelica erat profectura lex,verbũq; CHRISTI ſacroſanctũ iuxta vaticinium Eſaiæ: ſed quia deciſæ determinatæq; erant,ſuper electorum cœtum (cuius Iſraelitici,nonnullam pręferebat imaginem) & ſuper Ieruſalem cœleſtem,ſanctam inquam,ac prædilectam Eccleſiam Dei: deciſæ ſcilicet,& determinatæ,ab eo,qui cuncta in numero,conſtituit,& menſura,ſtatuens ſuam vnicuiq; opportunitatem & cõmodiſſimum tempus: deciſæ ſanè,ac determinatæ; ad pręuaricationem conſummandam,tum qua primus præuaricatus eſt homo,& nos quia eramus in eo,vnà cum illo(hęc licet in aliquibus,& non niſi, CHRISTI gratia,conſummata eſt patrum: non tñ,oĩbus erat cõſummãda electis,niſi illius conſummata,abſolutaq; obediẽtia:qua patri,pro nobis obediuit,vſq; ad mortem)tũ qua,in dies,quin in horas & momẽta,præuaricabamur ſub lege: qñquidem, etſi pp vitãdas,poſita eſt tranſgreſsiones,tñ,& propter præceptorum multitudinem,quibus iugum reddebatur graue,& propter ſtatum carnis,in quo infirmabatur,in nobis,ſine CHRISTI gratia iugum extiterat importabile,ſicut & princeps Apoſtolorum docet: pp quod non ſolũ, paſsim de trãſgreſsione conuincebat ſed & condemnabat,vt Apoſtolus refert. Hæc abſolutis hebdomadarum annis,erat conſũmmãda per CHRISTVM: quia à lege,per illum eramus trãferendi ad gratiam;qua donati,nedum participes conſorteſq; euadimus,legis adimpletæ per eum; ſed & potẽtes efficimur,vt illius ſpiritu in dies expleatur in nobis.

Ieruſalẽ quare ciuitas ſancta,& q̃ maximè ſancta.

cap. 2.

Sap. 12.

Phil. 2.
Gal. 3.

Roma. 8.
Acto. 15. B
Gal. 3.

Et ad finiendum peccatũ: per quod intelligo pronitatem ad malum,ſeu effrenitatem concupiſcentię,quatenus ex præuaricatione proficiſcitur primi hoĩs,& priuatione fouetur originalis iuſtitiæ,& conſummatur legis refricatione;qua fit inſolẽtior,& ad pręcipitãdum ſtimulãtior. Hęc Rom. 7 peccatum nuncupatur à Paulo,& in non tenatis,quia pars eſt originalis delicti,& in baptiſmo tinctis,quia peccati,relictus effectus:in illis,quia in ſtatu ſunt carnis, eſt ſupra modum ſceleſta,& ad fructificãdum ſpũs internitioni ſolicita:in iſtis,quia in ſtatu ſunt gratiæ, magna eſt ex parte diminuta,adeo q̃,etſi nonnihil,contra voluntatem, ac ſpiritus vota, frequenter effutiat,id tñ non damnat,aut aĩam necat. Ergo electis,finiendum prænunciatur peccatum: non ſolum,quia in CHRISTI aduentu,illius attenuatæ ſunt vires, ſed & poſita meta: dummodo progrediatur in CHRISTO, ſpiritus obſequendo impulſibus,& carnis renunciando concupiſcentiis: quin & extinctioni condemnatum,quam ad plenũ,in nouiſsimo ſortietur die;in quo,carnale ſurget ſpirituale,& corruptibile induet incorruptionem, Et expiandam iniquitatem: per quã accipio,quodcunq; flagitium,& cuius voluens generis crimẽ, admonẽte Dilecto,peccatum oẽ, & capitale præſertim,iniquitatẽ eſſe: & oẽm qui peccat,iniquitatẽ admittere. Hæc etſi quodam pacto,ſacrificiis expiabantur legis: verè tñ,ſimpliciter & abſolutè,non niſi ſacrificio expiantur CHRISTI;qui & ob id appellatus eſt agnus, non quilibet,ſed qui peccata expiat mundi, Et Apoſtolus: CHRISTVS hunc venit in mundum ſaluos facere peccatores. Et propheta. Traditus eſt propter peccata noſtra; & attritus propter ſcelera noſtra. Et ad iuſtitiã adducẽdã ſempiternã: quia CHRISTVS eſt iuſtitia noſtra,qua Deo maximè iuſti ſumus: & quantũ ex ea eſt, nõ tẽporanea, ſed ſempiterna eſt: de qua,tum Romanis, tum Ephesijs ampliter diximus. Et viſionẽ cõplendã, ac prophetiã: lex enim & prophetæ,vſq; ad Ioannem: & ex ore Petri,oẽs prophetę,à Samuele & deinceps,qui locuti ſunt, dies annunciauerunt iſtos. Et rurſum. Huic oẽs prophetę teſtimonium perhibent,per nomen eius peccatorum remiſsionem accipere. Et vngẽdum ſanctum ſanctorũ: & notum eſt CHRISTVM non modo à patre vnctum ſpũ ſancto,& virtute(iuxta illus: Spũs Dñi ſuper me,eò q̃ vnxerit me: & ad euãgelizandum pauperibus miſit me)ſed tanta copia delibutũ, vt non ſecus,ac in Aarone,dimanarit vnctio in oram vſq; veſtimenti: vt qui non ſolum eſt vnctus,vt ſanctus,ſed vt foret ſanctorum ſanctus: hoc eſt: vt in eo,& per eum, vngantur oẽs ſancti, & de illius plenitudine ſanctificentur vniuerſi. Pergit & ait.

Primi motus nõ damnãt, nec animam necant.

C

1. Cor. 15.

1. Ioan. 3.

Chriſtus iuſtitia noſtra.

1. Th. 1.
Eſa. 53.

Mat. 11.

Acto. 3.
& 10.

Acto. 10.
Luc. 4. D
Pſal. 132.
Ioan. 1.

Et ſcies,& intelliges: ab exitu ſermonis,ad faciendũ reuerti,ad readificandã Ieruſalem, ad CHRISTVM *vſq; ducem,*(vel principem,vel coram factum) *hebdomadas ſeptem,& hebdomadas,ſexaginta duas: Redibit*,vel vt alij,habitabitur, *& ædificabitur platea,& murus: & in anguſtia temporum.*

Ex his, tum initium,tũ hebdomadarum edocemur terminũ: Illud regium,publicumq; fuiſſe edictũ,quo Nehemiæ eiuſq; populo,permiſſum eſt vrbem recõſtruere: hunc vero, CHRISTVM, eſſe non conceptũ,natum,vel peremptũ,ſed ductorem ac principem conſtitutum. Hebdomadarum inquam,ſexaginta nouem: quod indubiè,in illius extitit baptiſmo,in quo,à patre præfectus

E eſt nobis, vt audiatur, ac in oĩbus ei obtemperetur. Cui nec diſſonat; coram factum: quia eo pro tẽpe, nedum cœpit à Ioanne monſtrari, ſed & à ſemet prodi, tum opere tum prædicatione. Ergo quadringenti, & octoginta tres anni, ab edicto hoc intercedunt regio, ad CHRISTVM vſq;, vt dictum eſt, manifeſtatum, principemq; à patre cõſtitutum: quod anno extitit illius, fere trigeſimo, non à natiuitate, ſed à cõceptione, ſicut & in præcedentibus dictum eſt. Redibit populus gaudẽs, & muneribus fotus: Et habitabitur Ieruſalem, ab eo quippe qui non redibit ad horã, non vt aduena, ſed vt ciuis, ad degẽdum in illa: Redibit & ad ædificandum, tũ mœnia, ad ciuitatis robur, tũ plateã, ad politica ac negocia publica: Sed in anguſtia temporum. Nam legitur Nehemiæ quarto, in ædificando, tã crebrò infeſtatos, ab hoſtibus; vt altera manu opus eſſet ędificare, & reliqua gladium in defenſionẽ habere. Nec modo in ædificando, ſed & in habitando ſunt vehemẽter afflicti; idq; non ſolum ſub Perſarum monarchis, vt hiſtoria teſtatur Heſter; ſed & ſub Aegypti, ac Græcorum principibus, vt docent Machabæorum libri.

Quoto anno Chriſt' à patre cõſtitut' princeps.

Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas, occidetur, vel vt alij, excidetur, CHRISTVS: *& non ei*, alij interpretãtur, & nõ erit, vel non habebit. *Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus, ducis venturi*, vel vt alij, princeps veniẽs. *Et finis eius in impetu*, alij, in raptu, alij, in inundatione. *Et vſq; ad finem belli, deſolationes præciſæ.* Prænunciatur, his in verbis, & CHRISTI mors, & illa Ieruſalem deuaſtatio, quæ facta eſt per Veſpaſianum & Titum: Exprimiturq; vtriuſq; tempus, poſt hebdomadas ſexaginta nouẽ. Non quia, ſimul contigerint (nam illa in hebdomada, vt dicetur, facta eſt ſeptuageſima: & hæc poſt illam annis quadraginta. Dicit de morte, ꝙ peracta, non ei: quod duobus interpretor modis. Altero, vt intelligatur ꝙ mors illi non obfuit; cum illum oportuerit pati, & ſic recipi in gloriam ſuam: etſi exaltatus fuero, omnia traham ad me. Nec obſtat, ſiquis non legat mortem, ſed exciſionem; qñquidẽ CHRISTI mors, illius reputabatur exciſio, immo & eradicatio: Mittamus lignum in panem eius, & eradicemus illum de terra viuentium. Non inquam obſtat: qm̃ ex morte, nihil ab eo eſt exciſum, cum oĩa ſint ab illo reſumpta; ſed ille potius eſt, à ficu ſterili, nihilq; habente præter folia, ſeparatus; cum optimo iure ſit à ſynagoga diuiſus. Altero, vt intelligatur, ꝙ propter Iudæorum ſcelus, quod perpetratũ eſt in CHRISTI morte, ille populus, non ei vltra agglutinandus ſit: niſi gentium ingreſſa, abſolutaq; plenitudine, vt aliqñ Apoſtolus dixit. Sequitur de ciuitatis excidio; de quo & dñs. Et de templo: lapis non relinquetur ſuper lapidem: & de vrbe, ꝙ ab exercitu circundabitur Barbarorum, & proſternetur, cum oĩbus quæ in ea ſunt: quòd finem dicit in impetu: innuit ꝙ vrbs capta, mox eſt ſubuerſa: ꝙ in raptu, ꝙ omnia erant exponenda prædæ: ꝙ in innundatione, ꝙ ſingula erant fœdanda, omnia prophananda. G Et vſq; ad finem belli, deuaſtationes præciſæ. Si per deuaſtationes, ciuitatis ruina, euerſioq; intelligitur Ieruſalem terrenæ materialisq;, prænunciatur, ab eo belli exterminio nunquam redimẽdam fore: quandoquidẽ, ſicut finem accipiunt res Iudaicæ, ita & reparatio templi, & aliarum vrbis partium; quæ certum præſeferebant myſterium: in eruditionem filiorum Iſrael. Ergo, præſenti non repugnat loco, ſiquo pacto, vbi myſterioſa ſundabatur ciuitas, nouæ conſtruantur domus, cingantur mœnibus, & habitẽtur velut à dominis, ab alienigenis, ac diuerſarum nationum populis: Si vero vaſtatio, deſtructioue intelligitur ſynagogę, quę myſtica ciuitas dicitur; haud dubium, ꝙ ſicut ex Romanorum bello eſt diſſipata, extinctaq;, ita & ad finem vſq; perſeuerabit vniuerſi. Non quòd non poſſit, illius pertenuè reperiri veſtigium; ſed quia legalibus erit deſtituta ritibus, ſacrificijs, & potioribus obſeruantiis, ſine quibus; res inaniſſima eſt. Sed quod ſupereſt, expendendum eſt vaticinij.

F — Luc. 24. Ioan. 12. — Iere. 15. Mat. 21. — Rom. 11. — Luc. 21.

Subuerſio Ieroſolymę per Titum & Veſpaſianum.

Confirmabit pactum, vel teſtementum, *multis, hebdomada vna: & dimidia hebdomada, ceſſare faciet hoſtiam & oblationem. Et ſuper alam, deſolationis abominationis: & vſque ad conſummationem, & exterminationem, ſtillabit ſuper pereuntem.* Poſtrema tractatur hebdomada: & ĩcipit, annũ circiter, CHRISTI à conceptione trigeſimum: quia eo in tempore, quo orſus eſt prædicare, ac paſſim miracula edere: in quo annorũ extitit quaſi triginta, nõ (vt diximus) à natiuitate, ſed ab incarnatione, in qua mox fuit homo perfectus, & ſtatim fœmina circundedit virum: deſinit aũt in calce trigeſimi ſexti à natiuitate, & trigeſimi ſeptimi à conceptione. Hac in hedomada, præcipuum CHRISTI & diſcipulorum ſtudium fuit, confirmare pactum, ac ſolidum reddere teſtamentum; quod non ſemel inierat, ſtatueratq; cum patribus. Nec modo confirmare, ſtabilireq;, ſed exequi & adimplere. Pactum inquã ac teſtamentum non quo terra legatur Chanaam, ſed terra cuius umbram tenuit Chanaam: terra viuentium regnumq; cœleſte: cuius in præſenti, fide per Charitatem operante, potimur primitijs, & in futuro, viſionis ſecum fruitionem habentis, perfruemur copijs. Hoc de pacto teſtamẽtoq; ſcriptũ eſt, Ieremię 31 & Eſaię 35. Illud CHRISTVS ꝑ ſeſe cõfirmauit, tũ

H — Iere. 31.

verbo

A verbo, tum opere: at non oĩbus, ſed moltis, qm̃ Iudæis, & non Gentibus: idq; propter patres. Di-
Rom. 15. Matt. 15. co inquit Paulus, CHRISTVM miniſtrum extitiſſe circumciſis, ad confirmãdas promiſsiones pa-
trum. Vnde & faſſus eſt, ſe non miſſum, niſi ad oues ex Iſrael perditas, quibus & p̃dicauit, & quan-
tum ex eo fuit, cœlorum regnum, impartiuit per fidem, & ſpiritus ſancti gratiã. Itidem fecerũt
Mat. 10. Apoſtoli, non ſolum, dum cum eis ageret ante mortem (vt quibus iuſſum erat, ne digrederentur
ad Gentes) ſed & poſtquam reſurrexit à mortuis, triẽnio cum dimidio, quod ad complẽdam exi- Apoſtoli triẽnio cũ dimidio laborarunt in heb. populo.
gebatur hebdomadam: cum eo pro tempore, frequenter fuerint in Ieruſalem, & peragrarint nõ
a. 2. ad. 10. capur Gala. 1. raro, nedum loca vicina, ſuburbiaq;, ſed & Samariæ ciuitates, euangelizantes, & cœlorum regnũ
inculcantes, vt patet ex actis. Quo & in negocio, etſi oẽs erãt aſsidui, maximè tñ Petrus, vt cui pe-
culiariter credita eſt circoncisio; ſicut & Paulo eſt commiſſum præputium.

Quòd hebdomadæ huius dimidio, defecerit ſacrificium & oblatio, ex eo eſt cõſtãs, ꝙ poſtquã,
teſtamento pactonè firmando, tres incubuit annos, & aliquot mẽſes (nempe à calce trigeſimi, vt
diximus, à conceptione, (cum circa dimidium cœperit Februarij, quia poſt dies quadraginta à ba-
ptiſmo, & conceptus fuerit quinta & vigeſima Martij:) vſq; ad trigeſimum tertium, nedũ abſo-
lutũ, ſed per dies decẽ vltra protenſum, eo ꝙ Aprilis quinta, iuxta verum calculum, eſt crucifixus:
B quin & duos per mẽſes forte protractum; cum confirmationis tempus poſsit vſq; ad Aſcenſionẽ
extendi, qñquidem eòuſq; per ſeſe, promouere non deſtiterit, ſicut ſcriptum eſt, regnum Dei)
CHRISTVS immolatus eſt. Quo ſane pereximio ſacrificio, ac auguſtiſsimo holocauſto, finẽ non
Heb. 9. & 10. iniuria, oĩa accepere ſacrificia, & cõſummatę ſunt ſingulæ oblationes, vt Hebræis ampliter Apo-
ſtolus ſcribit. Nec opus eſt hoc loci, dimidium adeo reſecare ad viuum, vt hebdomadæ huius par-
tes, hinc inde penitus ſint æquales; cum nec tam ſcrupuloſè, medium, ſiue dimidium, ſumãt ſcri-
Sap 18. ptura; quibus partem ſonat, inter extrema dummodo parum non diſtet ab vtroq;. Sicut eo in lo-
Abac. 5. co. Dum medium ſilentium, tenerent oĩa, noxq; in ſuo cũrſu medium iter haberet; omnipotens
ſermo tuus à regalibus ſedibus venit. Et illud. In medio annorum notum facies. Et rurſum. Ope-
Pſal. 73. ratus eſt ſalutem in medio terræ. Ergo ſat in propoſito, ſi pro dimidio, quartus intelligatur an-
nus; in quo, cum occiſus ſit CHRISTVS, verè & ſcripturarum more, in media hebdomada cru-
cifixus eſt. Quod ſubdit (deſolationes, abominationes, ſuper alam) ad deuaſtationem pertinet ci- Prænũciatio deuaſtatiõis. Ieroſolymę ad finẽ vſque ſęculi duraturæ.
uitatis: in quo, & ſignum affert, & finem deuaſtationis exprimit. Signum deſolationis, vult abo-
minationes fore, quæ ſuper alã, hoc eſt, pinnam, eminentiorem ſcilicet templi partem, conſti-
C tuendæ fuerãt; quas dicunt inſignia fuiſſe Cęſarea quæ in templo, Pilatus iuſsit erigi, & forſitã ve-
nerari; quod maxima abominatio eſt. Finem exprimit, dum deſolationẽ ciuitatis (eo ſenſu, quo
ſupra) comitari docet, Dei vltionem tam diram acremq;, ꝙ ad finem vſq, duratura ſit ſęculi; etſi
Eſa. 1. non inundando; (quia miſericordiæ eſt dñi, ſi vt Sodoma, non ſunt abſorpti minimo in momen-
to,) diſtillando tñ, etſi non ſuper oẽs, qm̃ erit tempus, quo reliquiæ conuertentur ex Iſrael, nẽpe
qui illius imitabuntur fidem, & tradent CHRISTO ſeſe: ſuper tñ pereuntem, perditumq; popu-
lum, ex Iſrael non profectum, niſi ſecundum carnẽ, corde & labiis incircumciſum; qui & ſemp
reſtitit ſpiritui ſancto, & execratus eſt Euangelium CHRISTI.

Supereſt, vt & Tertiæ, ſatisfiat difficultati: Cur inquã hebdomadę, in tres diſtinctæ ſint partes;
quod niſi ſacramento, credendum eſt, non cõtingere. Ergo dicẽdum ideo fuiſſe diſtinctas: quia
in earum partibus, nonnulla debuere contingere, quæ digna eſſent animaduerti. Et quidem in
prima, quæ ſeptem habet, & annos complectitur quadraginta nouem, opus abſoluendum fuerat
ciuitatis, & forte non paruo negocio. Opus inquam; abſoluendum fuerat ciuitatis; qm̃ etſi, Nehe-
miæ legitur ſexto, duodecim rędificatam annis, id verum eſt, mœnium ratione, quæ ſunt totan-
nis reſtituta, & nõ totius ciuitatis, partiumuè illius reſpectu. Nam cũ foret vndiq; deſolata, diu-
D turniori eguit reparatione: cum ob id, multa opus fuerit prouidere, quę nec niſi magna cũ diffi-
cultate, impendioq; potuerunt illò deferri; præſertim, cum non raro infeſtarẽtur ab hoſtibus. Ad-
de, præfatos nouem & quadraginta annos, in ſo finem accipere Aſſueri, ſiue quod idem eſt, Ar-
thaxerſis, qui & Mnemon appellatus eſt, vt conſtat ex Euſebio, alijsq; nonnullis; cui & nupſit He- Tẽpus hiſtoriæ Heſter.
ſter, vt multorum perſpicua ſententia eſt. Et conſtat, ꝙ eo in tpe, ſunt periclitati Iudęi, & expoſi-
ti miſerando diſcrimini: de qua re tñ, non ſum pſuaſus, etſi in præmiſsis videar aſſentire: idq; ne-
dum pp Mardochęum, qui iuxta præmiſſa, tanto conficeretur ſenio, ꝙ longe cõem hominum
ſuperaret ætatem: ſed quia eo pro tempore, Ieroſolyma non videretur reparata, cum Iudęi vaga-
rentur diſperſi, abſq; laribus & ciuitate, vt ſecundo tertioq; ſumitur eiuſmet libri. Secũda pars
quę duas, & ſexaginta habet hebdomadas, & per hoc, annos quadringẽtos quatuor, & triginta:
tempus congerit, ab vrbe reparata, ad CHRISTI baptiſmum: nõ modo, ea de ratione diſtinctũ,

ſed ob varia grauiaq; accidentia, quæ contigerunt in eo: & præſertim ſub Græcorum, ac Aegy- E
ptiorum regibus, vt videre licet in Machabæorum libris. Tertia pars, cur diſtincta ſit nõ eſt cur
moremur; cum neminem poſsit fugere, qui teneat vel ſupradicta.

Triplex methodus ad verũ hebdomadarum cognitionem. Primus.

Deniq;, vt omnis hebdomadarũ eruatur ſcrupulus; reſtat quadringẽtos, nonagintaq; annos,
quos ſeptuaginta complectuntur hebdomadæ, inter Arthaxerſis vigeſimum, & triennium cum
dimidio, poſt CHRISTI paſsionẽ: vt iuxta quãlibet trium, quas diximus ſuſtineri poſſe, opinio-
num, oſtendamus intercedere. Si placet, Arthaxerſem eſſe Darium, eumq; Hyſtaſpis filium, res
tali componetur pacto. Sit cum Megaſtene, Perſicæ monarchiæ periodus, annorum, vnius cen-
tum & nonaginta: Sint cum Euſebio à deleta per Alexãdrum, Perſarum monarchia, in quo &
inchoata eſt Macedonica, ad primnm Iudę Machabæi, ſeu quod idem eſt, ad ſecundum Antiochi
Enpatoris, centum ſexaginta, & quinq;: Sint & cum Philone, à Iuda Machabæo, ad conceptionẽ
CHRISTI, vel vnum, ac trigeſimum Herodis, centũ & ſexaginta: Sint & à conceptione, ad heb
domadarum terminum, ſeptẽ, vt dictum eſt, & triginta. Ergo oĩbus collectis, anni ſurgent quin
genti, quinquaginta tres: & per hoc, ſi iuxta Megaſtenẽ, tres & ſexaginta, ex illis ſubtraxeris (cũ
tot apud illum, interceſſerint, inter primum Cyri, & vigeſimum Arthaxerſis, de quo ſermo, & F
Darium vocat Longimanum) qnadringenti remanent, ac nonaginta præcisè.

Secundus.

Si probas Artha
xerſem eſſe, qui Xerſes, qui filius Darii, idem habes, ſed alio methodo. Sint anni Perſicæ monar
chiæ, non centum, vnus & nonaginta, cum Megaſtene: ſed ducenti, triginta & tres, cum Euſe-
bio: Sint cum Lucido, communiq; ſententia, à Perſica monarchia deſtructa, ad mortem Alexan
dri Magni, anni ſeptem: Sint & à morte Alexandri, vt primo legitur Machabæorum quarto, ad
emundatum templum, erectumq; holocauſtorum altare, opera Iudæ; centũ quadraginta octoq;:
Sint & cum Philone, ab emundato templo, erectoq; ad conceptionem CHRISTI; centum ac ſe-
xaginta, & ab hac, vſq; ad hebdomadarũ terminnm; ſeptem & triginta. Igitur ſi oẽs fuerint cõgre
gati, ſurget numerus, quingẽtorum octoginta, & quinq;: ex quo ſi quinq; exceperis ac nonagin
ta, qui à primo Cyri, ad vigeſimum incidunt Xerſis; reſtant qnoqne, quadringenti, ac nona-
ginta præcisè.

Tertius.

Si ſubſcribis, Arthaxerſem, Xerſis eſſe filium, ſicut & maximè ſubſcribendum vi-
detur; idem colliges, & conſtantius. Ergo ſint cum Euſebio, monarchiæ Perſicæ, ducenti, tres &
triginta: Sint & cum eodem, à Perſide debellata ad emundationem templi, centum, quatuor ac
ſexaginta Sint & cum eomet, ab emundato templo, ad conceptum CHRISTVM, cẽtum, ſeptua
ginta & duo: quibus adde triginta & ſeptem; ad poſtremum hebdomadarũ terminũ: & tẽpus cõ G
ficies, ſexcẽtorum & ſex: Ergo ſi cẽtum, ac ſexdecim, detrahãtur, qui à primo Cyri, ad vigeſimum
huius deuoluti ſunt Arthaxerſis: palã ꝙ non remanent, nec minus, nec vltra, quam quadringẽti
ac nonaginta. Ergo iuxta quãlibet opinionem: à vigeſimo Arthaxerſis, ad conceptionẽ CHRI
STI, currunt anni quadringenti ac quinquaginta tres: quod deſiderabatur euinci.

Quo pacto, per quos, quibusquẽ verbis, & typis: in ſexta ſit Euangelizatum ætate.

CVM hæc ætas, ſit ætas matura, perfectæq; ætati q̃ pxima, nemo reclamabit eius con-
ciones, typosq; præclariſsimos eſſe: & CHRISTI ſacramẽta, & vberrimè & magna
detegere cum claritate. Et cõciones quidem, tot ſunt, quot prophetarũ oracula: cũ
& ea potiſsimum nedum fulſerint tẽpeſtate, ſed & q̃ illuſtrè, quæ proximè inſtabãt;
præconizauerint ſacramenta, tum gratiæ tum euangelicæ legis. Ergo ſiquis, corũ
fuerit perſcrutatus vaticinia; nõ modo Philoſophiæ CHRISTI potietur præludijs; ſed primitiis,
arrhabonibusq;. Et quanquam ſit feraciſsimus ager: quanquam oĩquaq; exuberet meſsis; pau-
cis tñ, vt locũ attinet, collectis ſpicis, nonnulla attingẽdo trãſibimus. Et qm̃, quæ explicat Euan- H
gelium, & quæ attingunt Apoſtoli, indubiè myſteria continẽt CHRISTI: ſat erit, ea vel ex par
te colligere, & cum illis concionibus finem imponere.

Cõciones ex Ieremię oraculis.

Primũ audiẽdus Ieremias eſt: qui an
nis vndecim eſt vaticinatus, dũ populus teneretur captiuus. Hic. 31. cap. quod vndiq; CHRISTI
ſcatet arcanis, duo inter multa, potiſsimum promit. Alterum affert Euangeliſta: reliquũ, & non
ſemel Apoſtolus. In primo, ſub Rachelis typo, filios deplorãtis, nec conſolationẽ admittẽtis, eò
ꝙ ſunt occiſi, nec dum Dei iuſtitia vindicati, Eccleſiam introducit, dicitq;. Vox audita eſt in ex-
celſis, vt quæ ad thronũ vſq; inſonuit patris: Vox dico Rachelis, Ouis, vnicè à CHRSTO dilectæ,
& vt repararetur, tempore multo quęſitę, tandem repertę, & humeris geſtatæ: plorantis, gemẽ-
tisq; gemitibus inerrabilibus, (nempe à ſpiritu ſancto concitatis, qui eſt in ea,) ob ſanguinem fi-
liorũ, martyrũ ſcilicet, & quouis interfectorũ pacto pro CHRISTO: vt è tyrannorũ vindicẽtur

Matt. 2. Heb. 8.

rabie

A rabie qui non ſecus ac lupi, immaneſq; leones, in eos ſæuierunt vt agnos: etſi euangeliſtæ creditur, peculiariter de innocentum nece; qui Herode ſæuiente ſunt occiſi: Cui & dictum, eſt ab eo qui non fallit, vt vox deſinat à ploratu, & oculi temperentur, à fletu: & quòd, vt Dilectus ſupplet
Cap. 6. in Apocalypſi, tempus expectent modicum, quo numerus fratrum, expleatur eorum.

In ſecũdo aduentum CHRISTI, & gratiam eouſq; detegit Euãgelij, vt vix deſideretur apertius. Ecce dies venient, dicit dñs: & feriam domui Iſrael & domui Iudà, non quidem carneæ ſed repromiſſæ: non ſynagogæ, in ligneo tabernaculo adumbratæ, quod tranſit, ſed Eccleſiæ, in tẽ-
Mat. 7. & 16. plo viuis confecto lapidibus, domoq;, quam Deus ſupra petram fixit, ſtatuitq; nunquam dimouendam, deſcriptæ, fœdus nouum: qñ quidem teſtamentum diſponam, cum illis, nõ in rebus, vitæ præſentis, quæ veteraſcunt, ſed futuræ, quæ nunquam non ſunt nouæ, nũquam non virides,
Luc. 22. validæq;: non in donis temporalibus quæ tranſeunt, ſed æternis quæ nunquam deſinunt: qñ diſponam cum eis regnum, quod diſpoſuit mihi pater; non Chanaam, ſed cœleſte, nõ hoc de mũ-
Ioan. 18. do profectum, ſed à mundi conditore donatum. Feriam inquam, non in ſanguine aĩalium, ſed in ſanguine meo, qui in remiſſionem fundendus eſt peccatorum, & prȩmium ȩternæ vitȩ: vt eo nedum firmetur, ſed nec quouis valeat reuocari pacto, nam & teſtamẽtum in morte firmatur te-
Heb. 9. B ſtatoris, & eo robore, vt nemini liceat aliquid ſuperordinare: fœdus nouum: non ſecundum pa- Firmitas ac ꝓſtantia noui teſtamenti.
Gal. 4. ctum, quod pepigi veſtris cum patribus, qñ illos de Aegypto eduxi: nempe quod potuit irritari: idq; non mirum, cum eſſet populus durȩ ceruicis, ac legi meæ rebellis, nec non perfidus in pollicitationibus. In ſumma. Erat populus carneus, & per hoc, carneè, & (vt ſequitur) incoſtanter, diuinas recipiens pactiones: ſcribebantur enim in externis, & nõ ĩ intimis: in corpore. & nõ in ſpiritu. Et hoc erit pactum, quod feriam: Poſt dies illos (à me tam crebro euangelizatos) qñ ſcili-
Iere. 31. cet, CHRISTVS aduenerit. fœminaq; circumdederit virum; dabo legem meam, ſanctum in fundẽdo ſpiritum gratiam & chariſmata eius, in eorum viſceribus, & in cordibus ſcribã illã, digito ſpiritus paracleti: eroq; illis in Deum, & ipſi mihi erunt in populum: non ad tempus, ſed ſemper. Lex Chriſti cordibus ſcripta.
Ioan. 6. Notus quoq; eo ero in tempore, nedũ in Iudæa, vt olim, ſed paſſim, & in quo volueris loco: qñ oẽs edocti erunt, à Deo: eò quidem vſq;, vt vltra non egeat vir docere fratrem, vel inſtruere proximum, qñ cognoſcent me omnes à minimo vſq; ad maximum, ait dominus: quia eorum propitiabor iniquitati, & peccati ſui non recordabor amplius.

Poſſem, eodem ex capite (ſi fas ſit ab inſtituto diſcedere) non nihil, de Eccleſiæ addere latitu-
C dine: quam CHRISTI operatum eſt beneficium: ſed, ne vagemur, breuì pertranſeo. Ecce ait,
Apoc. 21. dies venient: & ciuitas (Eccleſia ſcilicet quam Dilectus vidit, deſcendentem de cœlo: vt quæ nõ
Ioan. 8. Col. 2. oritur de deorſum, ſed vt CHRISTVS inquit, de ſurſum, vt & quȩrat quȩ ſunt ſurſum, nõ quȩ ſuper terram, vt Apoſtolus docet) ædificabitur dño: & ſi non parũ ab Apoſtolis & prophetis, aliiſq;
1. Cor. 1. miniſtris, rigantibus verbo Dei, & plantantibus operibus ſanctis; maximè tñ à CHRISTO, tũ quia
Matt. 16. prȩcipuus eſt architectus (ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam) tum quia etſi ſuperȩdificent multi, aurum, argẽtum, lapides, precioſos, notum eſt tñ, quòd neq; qui plantant, neq; qui
1. Cor. 3. & 1. rigant, aliquid ſunt, ſed qui incrementum dat Deus. Aedificabitur inquam à turre Hananeel, quæ Dei interpretatur donum, vel gratia (ſiquidem non noſtris ex meritis factum eſt, vt in Eccleſiam aſciſceremur CHRISTI: & per hoc, in illius ſponſam, & corpus: quin vt vnum euadere- Gratia, no meritis in Eccleſiã aſci ti.
Gene. 9. mus quodam pacto cum eo (nam erunt duo in carnem vnam) ſed ex bona Dei erga nos voluntate, & dono, & gratia CHRISTI, prout Epheſijs ampliter diximus) progredieturq; eiuſmet opera
Ioan. 10. Eſa. 28. & fauore, gratia, beneficio, ad portam vſq; anguli: hoc eſt, vſquequo, ille, qui porta eſt, per quã, ingreſſus paratur ad ouile, porta fit anguli, aditum prȩſtans vtriq; populo, immo in ſe vtrunque cõnectens vniensq;, velut duos muros, lapis angularis, ſicut oraculũ olim docuit. Prȩter id quod
D Eccleſia CHRISTI ortum habet ab eo: cum à capite pendeant reliqua membra, & à fundamentali lapide reliquum ſuſtentetur ædificij. Qui & rectè figuratur in turri, non ſolum quia nomen
Prou. 18. in illo eſt domini, quod turris eſt fortiſſima (ſiquidem in illo nedum integra inuenitur diuinitas, ſed & adeo copulata, tantoq; fœdere iuncta, vt in illo habitet, nõ modo ex parte animȩ, ſed & cor-
Col. 2. poris: nã in illo habitat corporaliter, vt Apoſtolus ſcripſit) ſed & quia in illo omnis eſt virtus, robur, & poteſtas, vt non ſolum ſit fortis & potens in prœlio, ſed inexpugnabilis, quouis validiſſi-
Ioan 14. mo apparatu (nam & venit princeps mũdi, & illum aduerſus, non valuit quicquam) quin & glo-
Can. 4. rioſè triumphat de omnibus: propter quod, & ea in turri, pẽdent (vt alibi ſcriptum eſt) mille clipei, & arma virorum fortium. Adde, quòd tutum eſt refugium, & conſtantiſſima ad ſe accedẽtiũ
Mat. 22. domus, in qua proteguntur nedum ſub alis ſuȩ prouidentiȩ, vt gallinarum pulli, ſed & ſub palpebris ſuȩ circumſpectionis, vt proteguntur oculi. Et turris, doni vel gratiæ: quia non ſolum Turris doni, & grãæ Chriſtus eſt.

plenus eſt ſapientia & intellectu, aliiſq; ſpiritus ſancti chariſmatibus, quem non habuit ad menſuram: nó ſolum plenus gratia & dilectione, vt decebat vnigenitum Dei, in quem, oés ſuarũ tráſtulit, diuitiarum copias; ſed ita illis exundans, vt eius ex affluentijs accipiant, vbertimq; hauriant oés. Eccleſia inquam, ortum habet ab eo, & ad portam vſq; protenditur anguli: quia extẽdi habet, ad nouiſſimum vſq; diem; ſiquidem non deficiet generatio hæc fidelium ſcilicet, donec oĩa fiant Et pulchrè, mundi finis, porta dicta eſt anguli, propter vltimum poſtremumq; iudicium: quod quia patens, typo denotatur portæ (non cõfundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta: & in portis, Dei ordinatione ſolebãt ferri iudicia) & quia diſtrictum, ſeuerumq;, metaphora exprimitur anguli, qui inter oés, figura anguſtiſsima eſt. Et exhibit (vt ſubditur) Eccleſiæ ciuitas, mẽſuræ normam, quam ſanè nacta fuerat, ante permiſſum patratumq; peccatum: q̃nquidem, vt in præcedẽtibus declaratum eſt, CHRISTI opera, ac beneficio, ſacratiſsimus electorum numerus, certo pacto amplior redditus eſt, multis eidem adiectis; ex monſtris ſpurijſq;, in mundum, peccati occaſione inuectis, & in Barbaris forſan & Scythis, quin & Vernaculis & Proſelytis, vt dicebatur vmbratis: quod innuit, ni fallor menſuræ protractio, ſuper Gareb, quod interpretatur, ſcabies, & circũitio Goatha, quod ſonat, mugitum: q̃nquidẽ ex peccato ſic profecti, ſunt ſuapte natura ſcabioſi: hoc eſt contagioſo morbo infecti: nam ſunt filij ſathanæ, & natura illius addicti ſunt voluntati, ſtudentes adimplere, quæ ſuggerit mala, & fomẽtum præſtare zizanijs, quas bono ſuperiacit ſemini: ſunt & pleni mugitibus, murmurationibus ſcilicet, & q̃relis; & potiſsimũ, Dei aduerſus bonitatem, prouidentiam, prædeſtinationem, æquitatem: & pręſertim, ꝙ ſuis licet pro demeritis, vaſa illos effecerit iræ, ac contumeliæ, vt Apoſtolus dicit.

E Zach. 2. Eſa. 11. Ioan. 1.

Pſal. 126.

F Ioan. 8. 1. Th. 2. Mát. 13. Rom. 9.

Cõcio ex Zachariæ oraculis.

Cap. 21.

Secũdò, auſcultãdus eſt Zacharias, qui licet tanta copia ſit vaticinatus de CHRISTO, vt illius paſsim exundet arcanis; ſatis tñ erit, ſi proferat in præſentia, quæ Matthæus, ex nono affert ſuorũ oraculorum capite. Exulta inquit, ſatis filia Syon, & iubila filia Ieruſalem. Eccleſiam alloquitur CHRISTI & potiſsimum in electis incluſam; quæ tum ex Ieruſalem eſt orta, non modo quia ex prophetis eſt profecta & Apoſtolis, Dei gloriam ſpeculãtibus, & pacem, quæ oém exuperat ſenſum, non tam videntibus, q̃ Euangelizantibus; ſed & quia cœleſtes, Syon & Ieruſalem, vt matrẽ agnoſcit, colitq;, vt meminit aliq̃n Paulus. Hãc decet exultare, ſed in Deo, ſicut ſcriptũ eſt: Exultate iuſti in Dño: & Iubilate in Pſalmis, vt legitur, & in cõfeſsione. Quia ecce; etſi præter ſpẽ carniſq; iudicium, verè tñ, res eſt in proximo, in ianuis: q̃nquidem, etſi a ſecundo Darij, q̃n forſan ea eſt vaticinatus propheta, ad aduẽtum CHRISTI, & myſterium pręſertim, cuius memoriam agit, anni quingenti, circiterq; ſexaginta, decurrerint; quia tñ prophetis, qui lumine perfundũtur diuino, nihil eſt non præſens, cum & futura ſpeculẽtur vt præſentia; certumq; ſit ꝙ ſicut apud Deũ, ita & apud eius vates, qui & illius loquuntur noĩe, mille anni, vt heſterna ſunt dies, quæ tranſijt, vt Moſes & Petrus atteſtati ſunt: non temere tempus per breue iudicatum eſt. Rex: etſi oĩum, vt cuius inditione cuncta ſunt poſita, & hæres vniuerſorũ eſt inſtitutus, & agit ſingula, oĩaq;, ſuæ poteſtatis verbo: eſt tñ Eccleſiæ rex peculiaris, vt quam inſigniter agit, moderaturq; pręreliquis, & & potiſsimum in iuſtitia, pace, & ſpiritus ſancti gaudio, vt Apoſtolus docet. Venit: nõ cœlum relinquens, cum nunquam fuerit, non beatus: ſed quia carnem aſſumpſit, quæ cum morti foret obnoxia, non mirum, ſi illum deorſum attraxit. Venit hunc in mũdum, q̃m, etſi in ipſo erat, nedum vt opifex, ſed vt ſeruans, & agens (nam oĩa, per ipſum facta ſunt; & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt: q̃m in ipſo omnia conſtant: & niſi illius manus creata ſeruaret omnia ſoluerẽtur in nihilũ) nõ tñ in illo erat, vt caro, non vt vniuerſi pars; nõ vt primogẽnitus creaturæ. Ergo illum veniſſe; eſt ſe noſtræ infirmitati accommodaſſe, naturam morti obnoxiam induiſſe, mundũ locupletaſſe, & creaturarum ſe frugi expoſuiſſe. Venit tibi. Licet ex CHRISTI aduentu, illuſtrata ac fota ſint omnia: Homines tamẽ maximè, & inter hos, Eccleſia potiſsimum ſacroſancta, quod & vates eo verbo docet. Siquidem illi venit, nedum illuſtrandæ, fouendæq;: ſed redimẽdæ, iuſtificandæ deſponſandæ, ad cœlum ſubuehendæ, & vnà ſecum, ad Dei dexteram collocandæ. Venit, non minitans; non ſagittas ardentibus acuens, non gladiũ, non haſtam vibrans torquẽſq;: ſed mitis, ſed manſuetus, ſed clemens: linum fumigans, non extinguens, & quaſſatum calamum non conterens. Venit iuſtus; nedum vt multos iuſtificet, ſed vt eõuſq; iuſtitia locupletet; vt intrepidi diuino aſsiſtamus tribunali: Venit & ſaluator; non ſolum à languoribus corporis, non ſolũ ab ęrumnis huius peregrinationis; ſed & ab infirmitatibus animę, & à conſternatione conſcientiæ: quoniam venit, vt ſaluet à peccatis, & eruat à deſperatione, & tyrannide ſathanæ. Ipſe pauper: non natura (nam illius eſt terra, & plenitudo eius) ſed voluntate: quippe qui cum eſſet diues pro nobis egenus factus eſt. Venit ſuper aſinam ſeſſurus, & pullum aſinæ filium; quia venit, vt ſuper

Philip. 4.

Exultatio Eccleſiæ aducto Chriſti.

Gal. 4. Pſal. 32. & 146.

G

Pſal. 89. 2. Cap. 3. Heſter. 13 Heb. 1. Rom. 14.

Ioan. 1. Col. 1.

Chriſtꝰ pars factus vniuerſi.

H

Eſa 41. 1. Cor. 5. Luc. 1.

Pſal. 23.

2. Cor. 6.

A vt ſuper populum requieſceret Iſraeliticum, oneri aſſoetum & virgę: ſed quia illi ooluerunt ſub-
ſcribere, recuſarunt illum geſtare: quare ſedit ſuper pullum, hoc eſt, indomitum gentium popu-
lum; ex Hebræo quidem profectum, ſi non natura, doctrina: (vt qui ſacroſancto, refectus eſt ora-
culorum lacte); & ex Abramo alijsq; patribus, (qui fide & promiſſione, patres ſnot facti creden-
Rom.4. tium; ſiue ſint circuncisi, ſiue præputiati) ſicut Apoſtolus monet.
Cap.4. Tertiò, concionatus eſt Malachias: qui euangelio teſte, de vtroque CHRISTI præconizatur Cõcio ex Malachię vaticinijs.
adueotu: etſi de poſtremo, illuſtré directeq;. Ecce inquit, ex ore Dei, ad vos Eliam mitto ꝓphe-
tam: qui propria in perſona, diem præcedet domini, magnum & horribilem: quo zizaniæ ſegre-
gabuntur à tritico, & oues ab hœdis. Et quoniam Iudęos alloquitur; munus quo in illos functu-
rus erat, adiunxit. Et conuertet corda patrum (nempè Abrami, Iſaacci, Iacobi; Moſis, Dauidis,
aliorumq;) io filios: vt quæ, eorum ob peruicaciam, perfidiam, obſtioationem, iure, eòuſq; auer-
ſa erant ab eis, ꝗ etſi carne deſceodebant ab illis, oon tñ eos ducebant pro filijs, ſed pro alienis.
Verùm Elia euaogelizante; reſipiſcent, qui eo reperientur io tempore, conuertéturq; ad Deũ,
Roma.11. vt ſint ſalui, prout & teſtatur Apoſtolus. Ergo tũ patrum corda propendebunt ad eos; vtq; filios,
non immeritò complectentur chariſſimos. Conuertentur, ſicut & ſequitur, & corda filiorum ad Cõuerſio patrũ ad filios, & filiorũ ad patres.
B patres: quia fideles facti, patres, vt ſuos agnoſcent in fide genitores: in illis gloriantes, noo quia
ex illis iuxta carnem profecti, ſed quia illorum fidem ſunt imitati. Verũ, quia Ioannes, Elias erat
Matt.11. & 17 in ſpiritu, ſicut & teſtatus eſt domious; vt qui CHRISTI (quo noſtram venit operari ſalutem)
præcucurrit aduentum; munusq; Eliæ, pro ſua executus eſt tõne; non immeritò, eodem compre-
henſus eſt vaticinio, ſicut & latius proſequuntur ſancti. Ergo ritè, & de ipſo Gabriel dixit, quòd
Luc.1. CHRISTI præueniret functionem, in Eliæ ſpiritu & virtute; vt conuerteret corda patrum in fi-
lios (nam omoi nitebatur virili, vt Iudæi, CHRISTO ſubſcriberent, & ob id, vt patres, qui nun-
quam non pependerunt ab eo, corde verterentur ad illos, ſuam in illis agnoſcendo imaginem,
propriumq; ſuę fidei characterem) & incredulos ioobedienteſq; filios, ad iuſtorum ſanctorumq;
Ethic.6. prudentiam: hoc eſt, ad imitationem ſuæ ioculpatiſſimæ vitæ (nam & prudẽtia; recta eſt agibiliũ
ratio, vt & philoſophi dicunt: & prudẽtia ſpiritus, de qua ſermo, recta eſt ciuium ſanctorum in-
ſtitutio, ac in morum domeſticorum Dei expreſſionem, ſtimulatio) quam patrum præſeferebat
conuerſatio, qui non ſecus ac lucernæ lucebant, in caliginoſo loco; tum verbo, tum facto, verbũ
1.cap.1. cootinentes æternæ vitæ; vt vtar verbo Apoſtoli Petri.

C *Euangelici excutiuntur typi: qui in ſexta, inſtituti erant mundi ætate.*

IN Ezechiele ſunt plures; quorum vnus eſt de quatuor animalibus; quæ, ſanctorum Typica Ezechielis animalia.
communi ſententia, quatuor pręſeferunt Euangeliſtas. Ex Matthęus quidem in il-
Matthęus. lò eſt adumbratus, cuius præcipua facies, hominis eſt: vt innuatur eum in hoc ſtude-
re quam maximè, vt humanitatem proſequatur CHRISTI. Quem & docet, nedũ
ex Dauide, patribusq; eſſe profectum; ſed & priuilegijs, quæ illi congruunt in natu-
Marcus. ra aſſumpta, ſuntque & à prophetis non ſemel prænũciata, egregiè ioſignitum. Marcus autem,
in eo deootatur, cuius principalis, leonis eſt facies, qui regiam inter animalia, habere dicitur po-
teſtatem; vt moneamur, in hoc verſari præ cæteris, vt virtutem CHRISTI oſteodat ſuper omnia.
Quod & præſtat, nedum perinſignia illius perſtringendo prodigia, & hincinde, perſpicua ſuæ
poteſtatis teſtimonia; ſed & docendo in Euangelij calce, illum regium ad thronum aſſumptum:
Lucas. cum aſſumptum referat ad dexteram ſummi patris. Lucas vero in eo, cuius vituli eſt prima for-
ma, exprimitur; vt io id potiſſimum declarẽtur intentus, vt CHRISTVM pateſaciat, nedum vitu-
Cap.15. lum eſſe ſaginatum (cuius & ſolus meminit) ad reficiendum reſipiſcentes, ſed & pro illis exten-
D dendum in cruce, igneq; cremandum dilectionis perpetuæ. Propter quod; & vberius illius recẽ-
Ioannes. ſuit, tum paſſionem, tum mortem. Ioanoes demum in eo, cuius princeps imago aquila eſt; vt
euaderemus inſtructi, illum contemplationis pennis, extuliſſe eòuſq, ſeſe, vt nedum cœlos aſcẽ-
derit; ſed & vltra cœlos irruperit. Qua de re, & diuinitatem CHRISTI, tanta eſt proſecutus celſi-
tudine; vt mortalibus, celſius enarrari non poſſet. Vnde & à diuioitate exorſus, & librum in di-
uinitate claudens; quantũ imbecillitati noſtrę, capere fas eſt; illum verum Deum eſſe conuincit.
Et quanquam hæ facies eſſent diſtinctæ, nanquam vna foret princeps in ſingulis; omnes tamẽ
erant io omnibus; cum Euangeliſtarum quilibet, de quatuor præmiſſis CHRISTI excellentijs,
plurima tradat: etſi ex electo à ſe inſtituto, quin & à CHRISTI ſpiritu inſpirato, ad illud vt ad
ſcopum, quiſque enarrationem peculiariter dirigat, texatq;.
Qoód plena erant oculis, euãgeliſtas oedum plenos præſagiuit ſapientia, plenos & circũſpe-

ctione,vt dona exigunt,interpretationis,& prophetiæ,de quibus aliqñ Apoſtolus;ſed & dona- E 1.Cor.12. Apoc.5.
tos vberrimè ſancti ſpûs chariſmatibus: quę vt ſcribitur,in ſeptem,qui numerus vniuerſitatis eſt,
denotantur domini oculis; quibus ditat electos,& præſertim ad aliis proſpiciendum præpoſitos.
Id quod euangeliſtarum potiſſimum exigit onus:qui euangelium ſcribunt,vt eo ſinguli valeant
paſci,reficiq;.Propter quod,ſi non fallor,& tali pacto res ordiuntur CHRISTI;vt non tam attẽ-
dant ordinem,geſtorumq; ſeriem,quàm fidelium commodum & profectum;propter quæ,euã-
gelia,tum ſcripta,tum omnibus ſunt exhibita. Nec tranſeo,quòd Hebræis, non toto in corpo-
re,ſed in dorſo tantum,animalia habent oculos:cum id inſignis expers non ſit ſacramenti. Do-
cet quidem euangeliſtas,non vt prophetæ,vt plurimum enarrare ventura, ſed vt Chronographi,
perſtringere quæ nouerunt eſſe completa: vel quod in euangelicis referendis arcanis,oculos ha-
bent ad oracula,vt CHRISTVM oſtendant eſſe Meſſiam; qui omnium eſt prophetarum,ſcopus Acto.10.
finiſq;. Crura animalium recta,progreſſum exprimunt in ſcribendo ſincerum,vt iure in domi-
no gloriari valeant,cũ Salomone;iuſti ſunt ſermones mei,nec in illis, aliquid inuenitur prauum Prou.8.
vel peruerſum:recti ſunt intelligentibus,& æqui ſapientiam inuenientibus. Pedes vitulini, oſtẽ-
dunt firma conſtantiæq; fundamenta (nam vngulæ fixæ ad immobilitatem habent pertinere ve-
ſtigij: & vitulinæ quam maximè,cum nullum,fortius pedem figat, inter animalia) Nec mirum, F
cum ſcribant de CHRISTO, qui lapis eſt firmus quadratuſq;, vt Eſaias dixit: nec tñ, ſolidũ eſt Cap.28.
euãgelij firmamẽtum,ſed & baſis cõſtantiſſima,cuius volueris creaturæ: vt Paulus aliqñ dicit. Coloſ.2.

Cur pedibus aialium præfixtum alæ.

Et licet ita ſit: licet eorum in ſcriptis nihil non ſit firmum,nihil non maximè ſolidum; adſunt
tñ pedibus alæ;vt quidem præſeferant,ꝙ qui illis innituntur,ad ſublimia facilè eleuantur: Nam &
euangelicæ baſes non ſunt fixæ terræ,ſed cœlo:credentes non trahunt ad infima, ſed eleuant ad
excelſa. Vnde & Ieruſalem cœleſtis,quæ CHRISTI refert Eccleſiam; quæ & verbo generatur
vitæ,(quia ex euãgelio oritur ſacroſancto),nõ in imo,ſed in alto,in monte,vt ſcriptũ eſt,qui eſt Matth.5.
CHRISTVS, & poſita & erecta eſt. Alæ,pennæuè animalium iunctæ, concordiam ſignificant
euangelicam;nedum in contemplando,ſed & in ſcribendo(nam pennæ ſunt calami) arcana cœ-
leſtia,ac euangelica ſacramenta. Tegentes vero corpora,ſolicitudinem denotant,& celeritatem
ſui fungẽdi miniſterij;cum haud eſſent ignari,quòd prædicandum erat euangelium Dei, quo- Matth.24
uis angulorum mundi. Præter id,quòd igne diuinæ flagrabant charitatis,humanæq; ſalutis; quæ
nulli ſine Dei verbo contingit. Et certum eſt charitatem non eſſe ſegnem;quod & ſcintillę & lã- Ioan.6.
pades innuũt,diſcurrentes in medio:tametſi,& ignea lex ſit euangelica,& eo igne;quem CHRI-
STVS venit in terram mittere,& cupit vehementer accendi. G Luc.12.

Quòd duæ,animalia iuxta,erant rotæ, communi admonere reputatur cõſenſu; vtriuſq; teſta-
menti notitiã, eorum ſingulis neceſſariam: vt non ſecus,ac ſcribæ docti,poſſent, ſuo de theſau- Matth.13.
ro,proferre noua,& vetera. Ergo commodè rota erat in rota: quia abyſſus inuocat abyſſum: Pſal.41.
& lex vetuſq; teſtamentum,vmbram continet noui;vt in præmiſſis excuſſimus. Ergo conſonat,
quamlibet quatuor habere facies;cum vtroque in teſtamento,quatuor illæ contentæ ſint præro-
gatiuæ,quas inter ſe,euangeliſtæ,vt diximus ſunt compartiti; cum in vtroq; nedũ CHRISTI in-
ueniatur diuinitas,ſed & humanitas,& ea regia cum poteſtate,& nihilominus in ligno,tum paſ-
ſa,tum Deo immolata pro nobis. Conſonat & quòd in illis,ſpiritus inueniatur Dei,cum ille ſit,
non ſecus ac anima verbi,per quam mouentur,hoc eſt,mouere nos faciunt,rotæ; vt in quibus eſt
ſapientia Dei,qua res nulla mobilior,cum nulla nos fortius agat impellatq;,ſed cum ſuauitate, à Sap.7.
fine attingendo vſque ad finẽ: quandoquidem ad eũ nos reducit,à quo & proceſſimus, vt à Deo
ꝑfecti,ad Deũ reuertamur; quod & rotę ꝓſefert rotũditas,in qua principiũ eſt vnum cum fine.

Aialia cur eo ferantur quo rotę.

Quòd & eò ferantur animalia,quò rapiebantur & rotæ;meo innuit iudicio, Euangeliſtas ni-
hil attentaſſe tradidiſſeq;, quod non conſentiret illis: quin nec inde ſeceſſiſſe, non ſolum cum H
ſcriberent,ſed nec cum ambularent; nedum in bonis progrediendo operibus, ſed & ſanctis va-
cando prædicationibus: cum & eorum non minus quàm aliorum,quibus CHRISTVS prouinciã
mandauit euangelizandi,pedes fuerint ſpecioſi,nulloq; carnis affectu maculati,aut humano re- Rom.10.
ſpectu vel ratione diſtorti; ad euangelizandum pacem,bonaq;,ritè audientibus credentibuſuè,
in vtroque legata teſtamento;vt Oraculum dixit. Quòd demum, ſub animalium pennis erant Eſa.53.
hominis manus,nec ex vna alterauè, ſed quatuor ex partibus; etſi probè à magno interpretatur
Gregorio VII. moralium libro; fortè ꝙ attractionem, retentionemq; poteſt populorum expri-
mere:cum non modo ea in re eſſent propenſi,ſed & omnem nauarent operam,vt homines euã-
gelica,tum caperentur,tum attraherentur doctrina: quin nec aliam ob rõnem,euangelia literis
videntur mandata, quàm vt commodius populi, à ſuis ad Deum reuocarentur vijs, & abiectis

impietatis

A impietatis tenebris,fidei perſunderentur luce,ſplendoreq́; euangelicæ gratię. Populi inquam,
non ex aliqua tantum,ſed ex omni qualibetq́; mundi parte: cum & omnibus euãgelium ſit exhi
bitũ,vt oẽs poſſint eſſe ſalui;quod & manus quatuor in partes diſtributæ,ſignificat admonẽtq́;.
Alius,eſt aridorum oſſium: in quo & generalis adumbrata eſt reſurrectio;& poſtrema Iudęo Typus oſſiũ, ex eodem ꝓ pheta.
Cap. 37. rum ſaluatio.De illa primùm.Igitur,cum vates in medium duceretur campi,hoc eſt, huius mun
Matth. 13. di(nam ager,vt inquit CHRISTVS, eſt mundus)qui erat mortuorum oſſibus plenus;ſpiritu ex-
citatur vt attendat,omniumq́; mortem,quam accuratè conſideret. Siquidem, hominibus ſta-
Heb.9. tutum eſt ſemel mori: Et quis eſt homo qui viuit,& non videbit mortem? Omnes quidem mo
pſal.88. riemur; ſed non omnes immutabimur. Nam licet creditum ſit nonnullis, aliquos ex priuilegio
1. Cor. 15. euehendos ad patriam ſine morte;inconſtans tñ,ni fallor,ſentẽtia eſt. Quo perſpecto, oſſibuſ-
que animaduerſis,nedum aridis ſed vehementer ſiccis;ita vt nullã ex parte, vitæ remaneret ſpes;
mox audiuit à Deo.Fili hominis;tibi quidem loquor vt homini, & per hoc, vt humano iudicio
ac rõne prædito.Putas,viuent oſſa hæc?Et ſanè reſpondit:Domine tu noſti.Siquidem ſi vires ex-
cutiantur humanæ,quin & creatæ,ſine dubio,minimè;eo quod ad habitum, poſt priuationem,
naturæ vi,non datur regreſſus.Si vero tua ponderatur poteſtas; nefas eſt ſuſpicari, quicquã tibi
B fore difficilè.Ergo ſicut tuum eſt facere quod lubet; ita & tuum eſt noſſe quod facies.
Et Dominus. De illis vaticinare,& dic.Oſſa arida, audite, fideq́; ampléctimini verbum Dei.
1.Cor.15. Nam quod loquor,nedum verbum eſt fidei,ſed baſis ac robur religionis: qñ quidem, ſi mortui
non reſurgunt,inanis eſt CHRISTI prędicatio,inanis & fides Euangelij.Ecce: nam res eſt pro- Reſurrectio corporũ, baſis chriſtianę
xima,non longè eſt ſæculi finis;& cum omnes diem obierint,mox erit reſurrectio. Ecce inquã fidei.
intromittam ſpiritum in vos: licet Deus,vnà cum homine generet hominem,per ſe tñ ſineq́; ho
mine,ſuſcitat eum: ergo per ſe mortuis reſtituit animam,quæ hac in interpretatione, ſpiritus di
Eſai.53. citur,ſicut & eo loci;inſuflauit in illum ſpiritum vitæ: & illud: In manus tuas commendo ſpiritũ
Gen.1. meum:& Exibit ſpiritus eius,& reuertetur in terram ſuam. Et viuetis: nedum vita naturæ (nam
&.145. 2.de aĩa. anima eſt principium vitæ)quæ vt dicunt conſiſtit in eſſe vitali, (viuere enim, eſt eſſe viuẽtibus)
& maximè in ſtatu futuro,in quo nec eſca ſeruiet ventri,nec venter eſcis: non nubent,nec ducẽt
1.Cor.15. vxores,ſed erunt velut Angeli Dei; monente Paulo,ꝙ id quod modo eſt animale, poſtremo ſur
get ſpirituale:ſed & vita fœlici perpetuaq́;,vbi nulla imago eſt mortis,idq́;in electis: nam in dã-
natis,etſi non morientur,perpetuò tñ affligentur, & quouis momento ſibi nedum videbun-
tur mori,ſed & innumeris ſubiici mortibus. Et dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſu-
C per vos carnes,& ſuperextendam cutem:eadem inquam prorſus,quæ in vobis erant ante mortẽ,
Iob.19. vt iidem redeatis penitus,qui fuiſtis homines.Scio,quòd redemptor meus viuit, & ꝙ nouiſſimè In eadem carne viſuri ſũt
de terra ſurrecturus ſum,& in carne mea, videbo Deum, ſaluatorem meum: quem viſurus ſum, hoĩes Deũ in
ego ipſe & non alius,quoniam non mutatus,alteriuſuè effectus cutis & carnis: & meis iſtis ocu- reſurrection
lis,conſpecturus ſum.Et ſcietis,periculo comprobabitis,quòd ego ſum dominus;nõ ſolum mor- quam habẽ
tis & vitæ,& ſed & rerum omnium; in cuius manu,vniuerſa ſunt conſtituta, nec eſt quod meam in pręſenti tẽpore.
Deu,32. effugere valeat poteſtatem.
Quid ergo? Propheta vaticinante,Deiq́;,vt par fuit,iuſſa complente.(ſiquidem Dei prouidẽ-
tia reſurrectio corporum inter fideles,res ſemper extitit celebris,idq́; nedũ ab aduentu CHRI-
STI, ſed & ab exordio mundi: & qñ eſt pernecesſaria creditu, haud dubium profuit, quanis ęta-
tum frequenter repetita: cui & peculiaris atteſtatur electio ſepulturæ,& tam ſolemnis funeralis
pompa,vt paſſim in literis ſacris)ſopitus tandem factus eſt.Nam completo mundi curſu, cõplen-
tur & functiones vatum:nec aliud ſupereſt,niſi tubæ ſonus,quo mortui ſunt excitandi, ac diui-
no tribunali ſiſtendi. Nec moueat, ſonum vate præconizante factum: qñ in hac, quam proſe-
quimur expoſitione,non eſt ſenſus,ꝙ vnà ſint proceſſuri, ſonus vaticinatioq́;:ſed inſinuatur tro
Mat.24. D picè,ſonum ſuperueniſſe repente,ſicut & legitur de mundi caſu, ꝙ dum bibent, comedent, &
dies feſtos ducent, mundi erit deuaſtatio,ac extremi iudicij abſolutio: ergo ac ſi tubæ non immi-
neret ſonus,& hæc & aliæ functiones,erunt in Eccleſia;quod in ꝓpoſito intenta res eſt. Quòd
ſonum,mox ſit ſecuta commotio;& ꝙ ad oſſa acceſſerint oſſa: & demum, ꝙ ſuper ea protẽſi ſint
nerui,ſuccreuerint carnes,& apparuerit cutis;ordinem præſefert indubiè, quo reſtauranda ſunt
corpora. Nam licet reſurrectio,futura ſit in momento; poſcit tñ lex naturæ præfixa, vt tali com-
2.de aĩa. pleatur ſeriè,cum nec corpora,niſi organizentur,animæ ſint capacia; vt quæ actus organici defi
nita eſt corporis,ſicut & Peripateticis exploratiſſimum eſt. Nec obſtat negocium perfici in mo
mento;quoniam etſi in reſurrectione,Deus operatur ſubito, naturæ tamen nõ omittitur ordo:
quod & in ictu oculi poſſe ſeruari,nullus philoſophorum non probat.

Quòd

E Quòd vaticinandum erat ad ſpiritum; mea docet ſententia, illum ex corpore, materiauè non educi, vt reliquorum, quæ corrumpuntur, animæ, ſed deforis accedere: Id quod non modo atteſtatur Moſes, qui illum, à Deo inſufflatum refert in Prothoplaſtē; ſed & Ariſtoteles, qui illius attenta pręſtantia, docet ab extrinſeco aduenire. Et demum, ꝙ à quatuor euocaretur plagis; vel tropicè, omnium indiſcriminatim innuit animas, ſiue ſint Scytharum, ſiue quorumuoleris Barbarorum, quocunque mundi angulo habitantium (nam quatuor plagis, comprehenſa ſunt omnia terræ loca, omniumque hominum mores, & inſtituta) euocandas, ac propriis cineribus vniēdas: vel ex iis, quatuor animarum denotata ſunt receptacula, è quibus eo colligendæ ſunt temporis. Et Auſtralis, oſtendit electos, ſed beatos; quibus diuinus Sol lucet, non ſecus ac in meridie: Bruma Boreaſq;, reprobos miſeroſq;, qui è diuerſo, extremis inuoluti ſunt tenebris: Oriens, in quibus, etſi non plena eſt lux, eò ꝙ illa, in qua nullæ ſunt tenebræ, non fruuntur, luce tamen perfuſi ſunt gratiæ, ſicut qui erunt in purgatorio: Et Occidens, in quibus omnis, fœlicitatis òccidit ſpes, etſi pœnis fortè non afficiantur ſenſus: nempè qui in Limbo, vt quidam opinantur, quieſcũt hac è vita, non modo ſine libertatis vſu, ſed & ſine lauacro ſubtracti: de quibus tamen, cum res hactenus, non ſit explorata, certum nequit proferri iudicium.

Gen. 2.

F Quòd ſteterunt omnes, & in pedes erecti in duos ſunt exercitus diſpartiti duos, reſurgentium denotat ordines. Ouiũ alterũ, qui non ſolũ, obuiã CHRISTO rapientur in aera, ſed & cõſtituētur à dextris; vt ſuis in corporibus poſſideant regnum, illis à mundi exordio præparatum, diſinitumq;: Hœdorum reliquum, qui à ſiniſtris poſiti, carceri mancipabuntur orci, cum furiis perpetuò cruciandi Sathanicis, vti Euangelium tradit. Verùm, an paruuli, quorum animas, modo Limbum putant incolere, in tertium computandi ſint gregem, an eo ſub, qui à ſiniſtris inuenientur ſint comprehenſi, vt cenſet Auguſtinus & multi (cum lis ſit ſub iudice) non eſt cur moremur: Denique, ꝙ tam hic quàm ille grex, dici poſſit exercitus, neminem puto ire inficias; tametſi in eo qui moratur à dextris, omnia ſint ordinata, riteq; diſpoſita, vt qui cũ trophęis, & triumphis aſcendit: & in eo qui remanet à ſiniſtris, omnia ſint confuſa, peſſimeq; collecta, vt qui deſcendunt fracti, victi, non pugnæ ſed fugæ percupidi. Quòd & vterq; ſit fortis, non eſt cur dubites; cum id ſit neceſſarium miſeris; vt patiantur: quippè qui extremis in ærumnis, cruciatibuſq;, nequeunt deficere (potentes enim, potenter, vt legitur, ſunt paſſuri tormenta) Et beati, illius ſint roborati virtute; qui non ſolum eſt fortis & potens, ſed virtus eſt & omnipotentia Dei; qui in eis omnia erit in omnibus.

2. Theſ. 4.
Matt. 24.
Sētētia Aug. de paruulis decedentib⁹ in baptiſmo.
Sap. 6.
Pſal. 17.
1. Cor. 15.

G Modò, de poſtrema Iudæorum ſalute; ſed breui. Ager ſit mundus; in quo Iudæi, non ſolum ſunt diſperſi, ſed iure, vt oſſa compùtati; cum ob perfidiam, non ſecus ac oſſa, ſint ſenſibus deſtituti: nempè qui tã, crebris Dei exercitati iudiciis, & meritiſſimis excarnificati flagellis, velut ſtupidi, nulliq; ſenſus habentes, perſiſtunt in obſtinatione. Nec modò ſunt oſſa, quia ſenſus expertes; ſed arida, ſiccaq; vehementer; vt qui carent, nedum aqua cœleſtis gratiæ, imbreq; verbi Dei, ſed & veri rectiq; iudicij: adeo vt in eis, nulla iudicetur ſpes vitæ. Verum altiſſimus (vel, vt ſuam detegat poteſtatem, qua valet, ex lapidibus Abrami refingere filios; vel vt frangat hominum præſumptionem, qui ſuis nimium credunt ſe viribus, vel vt gratificetur patribus, ex quibus proficiſci voluit ſecundum carnem) ſtatuit decreuit, definiuit, dura aridaq; Iudæorum oſſa, nedum tandem vitæ reſtituenda; ſed in exercitum, fortem validumq;, in ſui gloriam reparanda: Et quoniã non facit Deus verbum, præſertim arcanum; mirũ, eximium (quod & verbi vox, haud raro ſignificat, niſi ſuis reuelet vatibus, vt Amos aliquã dicit, nec ſaluat, niſi in CHRISTVM rectè credentes quem propitiatorem per fidem propoſuit vniuerſis, vt Paulus atteſtatur: (quæ etſi donum eſt Dei, adultis tñ, communi nõ accidit lege, niſi per auditum, eumq; verbi Dei:) probè factum eſt, vt hoc ſacramentum, primùm præconizaretur à prophetis, & demum, ſed opportunè, illis euangelizaretur oſſibus, à CHRISTI miniſtris. Vtrunque innuunt verba: ni fallor.

Matt 3.
Rom. 9.
Cap. 3. & 10.
Rom. 3.
Ephe. 2.

H Ergo euangelizantibus, ſuo pro tempore, ſelectis CHRISTI præconibus; fit ſonus, nēpè aduentum ſpiritus ſancti præſagiens, ſicut & Apoſtolis in Pentecoſte: moxq; oſſa proficiſcuntur ad oſſa, nam ſono commota, ſtudent vniri, ſuiſq; locis coaptari) quod docet, ſalutis Iudæorum exordium fore: vel vnà ſecum reduci, & iacturam, quam tot annorum paſſi ſunt ſpaciis, indolere, locaq;, à quibus ſua exciderunt culpa, percupere: (erant enim, nedum Dei populus, ſed peculium: nedum filij, ſed primogeniti) vel gentibus, quæ CHRISTO ſubſcripſerunt adiungi, ac inter illas, ad conuiuium fidei, gratiæq;, congregatos, ſaltem inferiori gradu recumbere: haud ignaros, ex primis ſe euaſiſſe nouiſſimos, quouſq; tamen dicatur eis, vt aſcendãt ſuperius, & fiant ex nouiſſimis primi. Coniunctis oſſibus, protinus adſunt nerui: quia in CHRISTI admiſſi corpus, præ-

Acto. 2.
Quid ſonus preſagiat in conuerſione Iudęorum
Exod. 4. & 23.
Luc. 14.
Math. 20.

ceptis

A ceptis incipiunt alligari euangelicis,& vinculis verę charitatis. Apparent ſtatim carnes & cutis:
Ierem. 31 quia mox eorum corda,quæ eouſque fuere lapidea,iuxta oraculi ſponſionem,efficiũtur carnea:
& vita,moresq́;,qui antea fuerunt aſperi,inhumani,redduntur molles,tractabiles,manſueti.
Denique nec deerit,miniſtrorum opera,ſpiritus CHRISTI,à quatuor petitus plagis ventiſque,
quia à quatuor Euangelij voluminibus;quo afflati nedum protinus ſurgent é terra,terrenorũq́;
Acto. 9. cupiditatibus,ſicut & Apoſtolus,cum percuſſus eſt, voce de cœlo:ſed & ſtabunt in pedes, quia
mox reddentur parati promptiq́;, CHRISTO in omnibus obedire,quin & cum paulo ſuſpirare:
Domine,quid me vis facere? Et ſicut ille,ſtrenuus factus eſt CHRISTI miles:ita & iſti,fortis il-
2. Cor. 10. lius euadent exercitus,ad expugnandum nedum aduerſarios Euangelij,ſed & Sathanicas furias;
Cap. 11. quæ eo in tempore,ſæuient ſupra modum,vt Dilectus admonet in Apocalypſi.

Tertius illius eſt templi;quod 40.deſcribitur capite. Quod etſi CHRISTI repręſent Eccleſiã;
quia tamen res,myſteriorum,tum multitudine,tum præſtantia, eſt pergrauida & ſupra modum
obſcura,nec poſſet,niſi metam,excedendo voluminis,vt par eſt,pertractari (præter id, q̃ meũ,
vt dicam liberè,in multis tranſcendit ingenium)in pręſentiarum diſſimulo:&,vel Ricardo de.S.
Victore,vel Gregorio ſummo Pontifici,vel aliis,quibus conceſſum eſt rẽ clarè perpendere,onus
B relinquo. Itidem,& de aquis:de quibus. 47.

In Daniele,etſi pariter inueniuntur multi;ſatis tamen,ſi vnus attingatur vel alter; quorum & Typus expen
vnum eſt argumentum,nempè CHRISTI regnum,ethnicorum euerſurum principatus;& poſt ditur Statuæ
paſſim regnaturum perpetuò. Primus,ſecundo traditur capite:& prima portio;ſtatuæ continet ex Daniele ꝓpheta.
ſimulacrum,capite aureæ,bracchiis pectoreq́; argenteæ,ventre ac fœmore æreæ,cruribus ferreæ,
& pedibus,tum ferreæ,tum teſtaceæ:in quo,quatuor,uate interprete,ethnicorum expreſſę ſunt
monarchiæ,quæ in mundo extitere percelebres,& inter omnes,principes & præcipuæ. Et quo-
1. Thim. 6. niam non ſubſcripſerunt CHRISTO, qui rex eſt regum,& dominus dominantium, cuius eſt or
Heb. 1. bis,& quæ in eo ſunt, haud mirum,ſi fuere tyrannicæ,& ſine iniuria, hoc in monſtro deſcriptæ:
quin ſi tandem à CHRISTO ſunt euerſæ,ac prorſus extinctæ. Caput, regnum exprimit Babylo Regnũ Baby
nicum,tum quia primum,& aliorum initium,tum quia aureum,q̃m reliquis opulẽtius,mitiusq́; lonicũ cur in
(præter id,q̃ ſi Nembrottum,vt par eſt, habet authorem,vt qui orſus eſt turrim Babel, in ſæculo caput deno-
ortum eſt aureo:vel ſaltem illi ſæculo proximè,vt apud eos,qui originem eius, autumant ſumẽ- tatur aureo.
dam à Nino:nam aureum ſæculum,cum illud faciant temporis ſpacium,quod à Cataclyſmo, ꝑ
annos protenditur ducentos,ac quinquaginta ferè,palam q̃ terminum ſortitur, in Nini tyran-
C nide,& per hoc,Thare tempore; in quo homines cęperunt opprimi,potentium violentiis,bel-
lis,& prædis: licet enim Nembrottus,venator fuerit hominum,non tamen,vt creditur, violen-
Gen. 10. tia,ſed ſuaſione ac ſimulata ſanctitate,cum ſcriptum ſit,q̃ venator erat robuſtus, corã domino.)

Pectus & bracchia,regnum repręſentant Perſicum,quod ortum eſt in Cyro:ideo ex Argento, Regnũ Perſi-
vel quia non adeo locuples,vel quia à priori degenerans,vel quia illo minus,anguſtiusuè,vt in- cũ cur in pe-
terpretatus eſt vates. Venter & fœmur,Macedonicum: æri iccirco collatum, non quia Perſico ctore & bra-
minus,viliusuè,ſed quia,vt ætas fert,deteſtabilius,ſæuius,violentius. Crura,pedesq́;,Romanũ: chijs.
quod quia ferocius,reliqua non modo domuit,ſed & comminuit;non immeritò,ferro compara Regnũ Mace
tum eſt. Quòd pedes,in quibus ſubſiſtit,ſuſtineturq́;,partim eſſent ferrei,partimq́; teſtacei; in- donicũ cur i
nuit Romam,populumue Romanum,in ſeipſo diuiſum: Ferrea pars,genere clara,potentior cõ ventre & fe-
ſilio,& intellectu, erat Senatoria, erant conſcripti patres: Lutea,inferior ſanguine, plebeaque more.
multitudo:inter quas,frequẽter dimicatũ eſt bello orto,vt docet vates; ex plantario ferreo: quia Regnũ Ro-
ex illorũ ſupercilio,indomitaq́; tyrannide,(vti teſtimonio ſunt hiſtoriæ:)qui nec ferebant, ne- ma. in tibijs
dum ex plebe fieri conſules,aliosq́; magiſtratus inſignes,ſed nec permittebant,inter illos.& ple & pedibus.
D bem contrahi matrimonia. Verum tumultuante populo,plebeq́; præualẽte, conceſſa illis ſunt
multa,inter quę,licita ſunt facta connubia:ſed nec propterea ſatis eſt conſultũ ea in re,q̃m pro-
pterea oĩa non ſunt ſedata,aut abſolutè compoſita,vt hoc in loco propheta prædixit.

Altera remanet portio;in qua de CHRISTI agitur regno, & res aſt comperta. Tradit enim, De Chriſti re
quòd præmiſſorum temporibus principatuum,ſuſcitaturus Dominus eſt regnum cœli:quod in goo quod eſt
dubiè,regnum eſt CHRISTI. Nam licet,ab exordio incœperit vniuerſi,multo tamen viſum eſt cœleſte.
tempore iacuiſſe,ac veluti ſomno ſoporatum eſſe:ergo opportunè(etſi progredi viderentur re-
Sap. 12. gna,& Romanorum maximè)ab eo,qui omnia in numero,pondere,& menſura conſtituit, ex-
Mar. 3. citatum eſt. Hoc,eſt regnum,de quo Dominus: Pœnitentiam agite,propè eſt regnum Dei. Et
Roma 14. Paulus. Dei regnum,non eſt eſca potus;ſed & iuſtitia,pax,& gaudium in ſpiritu ſancto. Et li-
Luc. 17. cet res,ita ſe habeat:licet CHRISTI regnum,intra nos præcipuè ſortitũ ſit locum, ſceptrumq́;;

nihilominus,

nihilominus,& ad externa protenditur,cum CHRISTO cuncta tradiderit pater, ac vniuerſorũ E Ioan.13.
hæredem illum inſtituerit,vt ſuo verbo, arbitrioq́, moderetur omnia, ſicut & Apoſtolus docet. Hebr.2.
Ergo haud mirum,ſi lapis vt ſubditur,qui vt non ſemel diximus, CHRISTVS eſt, deſcendit de Pſal.17.
monte,hoc eſt,de ſummę regionis faſtigio(nam à ſummo cœlo,egreſſio eius:& à regali throno, Sap.18.
verbum ſummi patris deſcendit)idque ſine manibus,quia ſine noſtris meritis, & operibus (non Titum.3.
ex operibus iuſtitiæ,quæ fecimus nos)& regnorum ſimulacrum confregit, & in fauillam redu
xit. Et quia non regnabant pro CHRISTO, ſed regnabant pro Sathana, quem & monſtruoſis
venerabantur Coloſſis,Statuisq́;, non modo erant tyranni,ſed reges fictitii,& ob hoc,commo-
dè in ſimulacro(vt tangebatur)expreſſi.

Rom. regnũ percuſſum.

Et licet,è veſtigio percuſſum,contritumq́; ſit regnum Romanum,quod tunc,non ſolum erat
illuſtrius,ſed reliquorum occupator,oppreſſorq́; ; non propterea,in ſuo alia manſerunt robore, Ioan.16.
Sathana iam iudicato,ac ab oĩ mundi iure deiecto: etſi nonnulla niterent imagine, ac pertenui,
moxq́; extinguenda fauilla. Et quanquam in natiuitate, CHRISTVS mundi principatum acce
pit(paruulus enim,natus eſt nobis, & principatus ſuper eius conſtitutus eſt humeros, poſſeſſio- Eſa.9.
nem m̃,ad reſurrectionem vſque,non ſumpſit(oportuit illum,per mortem, non ſolum ſuam in Luc.24.
gloriam recipi,ſed & regni poſſeſſione inueſtiri,vt aliqñ,ſub enigmate docet) Quare & eo tem F &.19 Mar.16.
poris,legatos per vniuerſum miſit,vt omnibus euangelizarent creaturis,omnibusque pateface-
rent nationibus: ꝙ ipſe à Deo,datus eſt omnium iudex: viuorum inquam,& mortuorum, vt Pe- Acto.10.
trus Apoſtolus dixit. Et licet regni poſſeſſio,mox non fuerit im pturbata,dementante adhuc plu
rimos Sathana: non tñ longè poſt,Pater,qui CHRISTI hoſtes,illius proſternit ſub pedibus, vo- Pſal.109.
luit mundi Principes,& Cæſares maximè, illi ſubſcribere: & Romam mundi caput, Regnorũq́;

Roma Chriſti Vicario ceſſit.

omnium dominam,ſummi Pontificis,ſuiq́; in orbe Vicarij,metropolim eſſe. Et quanquã non
detrecto,mundũ adhuc,pluribus ſcatere portentis; etſi nõ vereor, aliquibus in locis vix CHRI-
STVM agnoſci; indubius ſum tñ,id non minori contingere ſapientia,quàm olim,in promiſſio-
nis terra, Dei relicti ſunt hoſtes: nempè,vt conducerent populo,& præſertim electo;quem & ꝓ-
bare volui,vt aurum in fornace. Ergo ad certũ vſq; tẽpus(quod nouit qui ſuis ſtatuit ſpatiis, vni Sap.3. Eccl.2.
uerſa cõpleri)ꝓmiſſum eſt, Sathanæ ſatellites debacchari:nõ ex imbecillitate CHRISTI, ſed ꝓ-
uida Dei ordinatione: qui & ꝓximè quidem,omnes ſtatuit ad agnitionem perduci veritatis, ſed 2.Thi.2.
præſcriptis periodis: vt illis abſolutis,in vnũ oẽs cogamur ouile,& lætemur ſub vno Paſtore. Ioan.10.

Typus quatuor expenditur aĩalium, ex eodem ꝓpheta.

Reliquus eſt,in capite.7.Et quod quatuor attinet regna;aliis,ſed peraccõmodis, viſus eſt ſym- G
bolis. Et ventorum quidem primùm,qui mare exagitabant magnum,hunc ſcilicet mundum, in
quo,vt legitur,non modo ſunt reptilia,ſed & omnigena monſtra. Et rectè,quatuor illa regna,
quatuor expreſſa ſunt ventis,iisq́; decertantibus,mundumq́; commouentibus: qñquidem, non Pſal.103.
niſi ſuperbiæ,ambitionis,& tyrannidis flatu, tam ardens homines inuaſit dominãdi libido: nec
aliunde ortæ ſunt pugnæ,deuaſtationes,incendia,niſi ex tam peſtilentibus flatibus. Et licet,ſi-
cut multi ſunt venti,ita & multæ poſſent aſſignari tyrrannides, omnes mundum exturbantes,cõ
mouentesq́; ; quatuor tamen,vt diximus,extitere præcipuæ, & ob id, ventis inſinuatæ cardina-

Quatuor mũdi monarchię ꝓcipuę.

libus. Præterit,ꝙ & earum ortus,à quatuor fortè, mundi non diuertunt plagis; vt ſatis aduertit
Oroſius. His nemo non probat,mundum frequẽter diuexatum,ac ærumnis multis oppreſſum,
quin & fermè deſtructum;qui vel leuiter attinxit hiſtorias. Et quid mirum; cum earum capita
fuerint ſæua,truculenta,ferocia, & non ſecus ac immaniſſima animalia, ac cruentiſſimæ beluæ;
ſicut & vates immediatè ſubiungit? Nam mare ventis concitatum, quatuor euomuit monſtra,
aſpectu horrenda,ac vltra modum atrocia.

Monarchia Babylonica Leęnę ſimilis

Primum erat Leęnæ ſimile,ſed duabus aquilæ ſuffultũ alis: & Babylonicum adumbrabat im-
perium. Quod ſi ſuis ſpectetur initijs, difficilè non eſt,naturam videre Leęnæ, cum ſit animal
dextrum,prædæq́; aptiſſimum. Et quis neſciat, vel Nembrottum,à quo ortũ eſt,venatorem exti- H
tiſſe; hominesq́;,magna cum dexteritate,venatũ eſſe; qñ ea in re, exequi ſtudebat opus religio-
ſe,Deoq́; peraccepte. Quòd ſi Nino defertur: liquet quàm aſtutè vafreq́;,illud regnum amplia- Gen.10.
uerit,populoſq́; ſibi plures ſubdiderit. Quanquam nec res,etſi eo inſolita tempore, magnas ar-
duasuè,paſſa eſt controuerſias; cum homines eſſent rudes, bellis inaſſueti, nulliusq́; experti ty-
rannidem. Alæ duæ,illæq́; aquilæ; duo,& quidem potiſſima, illius regni, referebant membra:
in quæ(Sardanapalo defuncto,quin & in flãmas per ſeſe coniecto,aduſtoq́;)regnum eſt ſciſſum.

Medorum & Perſarum regna.

Quorum alterum,idem retinens nomen,nõnullum prioris videbatur retinuiſſe veſtigium: &
reliquum,licet Medorum Perſarumque acceperit titulum, non nihil tamen dependebat ab eo;
quouſq; opera Cyri,Darijq́; eius auunculi,res(ſed alius monarchię noĩe) in integrũ eſt reſtituta;

Balthaſſarre

Dan. 7.

A Baldhaſſarre occiſo,& Babylone deſtructa,ſoloq; æquata: Id,quod prophetam non fugit; qui & aſpexiſſe,ſe beſtiam ſubdit,donec ab illa,euulſæ ſunt alæ,& ipſa prorſus eſt è terra ſublata.

Monarchia Perſica Vrſo adumbrata.

Secundum,imaginem ferebat Vrſi,cuius in ore,dentibusq;,tres videbantur ordines, hæc nō modo ſuggerentibus, ſed & inculcantibus: Agè, plurimas ede carnes: & regnum præſagiebat Perſicum. Nam & Perſæ,non ſecus ac Vrſi,niſi prouocentur, homines videntur pigri: vnde & in bello,quod aliqn̄,auum aduerſus,inſtruxerat Cyrus,non magno acti impetu, terga vertētes, fugamq; maturantes,turpiter defeciſſent; niſi ſuis à fœminis irritati,compulſique, arma rurſum conuertiſſent in hoſtes;quos & proſtrarunt, & auum Cyro inſigniter ſubdiderunt. Horum ſub ditione,& crebris,& diris,mundus diuexatus eſt prœlijs,incendijs,deſolationibus; vt latiſſimè, eorum docent annales. Et licet Cyrus,à quo monarchiæ principium,reliquis videretur mitior; nihilominus & ipſe,tam ardens humani extitit ſanguinis;ꝙ Dei iudicio,& poſt mortem,illo expleri facultas ſibi præſtita eſt. Siquidem,cum aduerſus prœliaretur Maſſagetas, à Tamyri captus, ac capite cæſus,nō modo in ſanguine obuolutus eſt proprio, ſed & alieno: cum abſciſum caput, in vtrem humano repletum ſanguine,ſit coniectum,illiq; eiuſce,vt & tactum eſt,verbis inſultatum: Sanguinem ſitiſti,ſanguinem bibe. Verùm quid tres in ore,dentibusq; protendebant ordines? ſortè ꝙ trium erat,præſtantium regnorum moderatio,vel ſi mauis oppreſſio: nempè Babylo B nici,Perſici,Ægyptiaci: qua & de re,conſulantur hiſtoriæ.

Iuſti. In hiſtoria.

Cyrus humani ſanguinis ardētiſſim'.

Monarchia Greca ſimilatur Pardo.

Tertium formam induebat Pardi; quod admirandæ, tum celeritatis, tum dexteritatis animal eſt. Cui non modo,& quatuor inerant alæ: ſed & totidem prominebant capita, aſpectu terrifica & atrocia. Et hoc regnum protendebat Græcum,ſeu Macedonicum;quod ritè,tam celeri tamq; dextro,inſinuatum eſt monſtro: cum Alexander,qui monarchiæ initium præſtitit,vt fulgur, in regnis occupandis geſſerit ſeſe. Nam breuiſſimè(duodecim enim tātum,rexit annis; & in ſexti exordio,eſt monarchia potitus)non ſolum, quæ alij Monarchæ, poſſedit, ſed & plurima auxit, addiditq;. Alæ quatuor,promptum alatumq; pręſeferebant animum, vt verſus quamlibet mūdi irrumperet regionem; ac eo pacto,totius orbis in quatuor diſtincti cardines (ad quod & quatuor,ni fallor,pertinebant capita)ſe conſtitueret principem: tametſi res aliter ceſſit. Siquidem Alexandro defuncto; nedum imperio conſtituta eſt meta, ſed & monarchia, in plura eſt membra diuiſa; eòꝙ Antigonus occupauit Aſiam, Seleucus Syriam, Ptolomęus Ægyptum, & Antipater Græciam; vt compertum eſt omnibus.

Monarchia Romana ſeuiſſimæ beſtiæ ſimilis.

Quartum monſtrum,reliquis maius horribiliusq;,armatum dentibus & vnguibus,nedū ma- C gnis ſed & ferreis; quibus & vorabat,& rapiebat,& omnia conculcabat; Romanum deſignabat imperium,quod non modo cæteris fuit amplius,ſed & formidabilius. Dentes vngesque ferrei, bellandi præſagiebant morem; quo nedum hoſtes,regnaq; vorabant, & depredationibus, rapiniſq; exhauriebant; ſed & iniuſtè,à ſe oppreſſos populos, ſuaq; libertate priuatos, tyrannicis nō ſolum ſubijciebant legibus,ſed & ſuis inferioribus miniſtris; quod indubiè illos erat tenere ſub pedibus. Decem,monſtro inerant cornua; planè regnorum,quæ ſub eo erant inſignia; at non vno modo,ab omnibus intellecta. Placet nonnullis denarium,hoc in loco, numerum non eſſe reſtrictum,ſed amplum: perindeq; ſonare,ac multa,plurimaq;,ſicut & illud: Irritaſtis me, decē vicibus: quod eſt multoties,& ferè ſine numero. Ergo, hoc pacto, omnia expreſſa ſunt regna; quibus dominabantur Romani. Tradunt alij,Romanum imperium, plurima inter regna, decem habuiſſe præcipua,ampliora,ac reliquis,magis illuſtria,vt Caldæum,Perſicū,Medū, Aegyptium,Macedonicum,Troianum,Italicum,Iſraeliticum,Hiſpanum,& Gallicum, & hæc in decem denotari cornibus: remq; defendunt,ſine omni ſcrupulo. Probant reliqui decem ijs innui principatus,ſeu ſui regni,decem ampliſſima,ac pręſtantiſſima membra,vel(quod idem eſt)quas ſuo diſtinxerant arbitratu,decem conſulares prouincias,quæ ſua præcellentia, non iniuria, dici D poterant regna,ſuique proconſules,quibus ſingulæ,ſingulis erant adminiſtratæ,tum honore,tū auctoritate,principes,regesq;: & his lubens ſubſcribo.

Num. 14.

Cęſar a principio paruū cornu in quo oculi & os.

Cornu autem paruum,quod ortum eſt inter decem,triaq; conuulſit ex decem, in Iulio cœpit Cæſare: qui dum in Gallia,quæ,vnum ex decem,computabatur mēbris,quaſi rex, fœliciter ageret(erat enim in illa,Proconſul)occaſionem nactus,arma vertit in patriam; ac tali pacto,nouum cœpit emergere cornu: & principio, vt videbatur, paruum, breui tamen, factum eſt ingens: quin &, tribus ex decem, qui ſuis ſe oppoſuerunt incœptis, Pompeo inquam, & duobus Conſulibus, ſuo cum exercitu ſuperatis, & per hoc, ab illo, quo fungebantur præcelſo magiſtratu depoſitis, effectus eſt tanti regni Monarcha. In quo, & oculi, mox apparuerunt hominis, & os eſt ad loquendum ingētia reſeratum: vt ꝓpheta ſubiunxit. Et vt res,ſit perſpicua; licet in Cæſare

RR pullulauerit

pullulauerit cornu;licet & in ipſo grandeuerit,magna ex parte:ſicut tamen,non ex ipſo tantum, E ſed & tota Cæſarum ſeriè,hoc conflatum eſt cornu, ex intentione varis; ita & magnitudo(cum ijs,quæ ſequuntur)non in illo ſolo,ſed in illo, & ſucceſſoribus ponderanda eſt. Ergo tale adultum cornu,non tam imperij celſitudine,quam mentis tumore(etſi,prudētia, ac circumſpectione carnis,quæ hoc in loco denotatur in oculis,mundo poterant videri conſpicui,immo, & verbis,paſſim inſonantibus adulatorijs,credi diuini) auſum eſt effutire ingentia: nec modò contrà homines, ſed, quod eſt intollerabile,& aduerſus Deum verum, & illius vnigenitum IESVM CHRISTVM. Teſtes ſunt, nō ſolum, edicta publica, aduerſus Dominum,& eius membra (vt de adorādis Idolis,quin & Cacodemonibus in eis:de offerendis illis hoſtiis & ſacrificijs, de fidelium perſecutionibus, proſcriptionibus,exiliis,carceribus) ſed & euangelij oppugnationes aſſiduæ,neces innocentium,credentium excarnificationes,& innumera immania, atrociſſimaq; in eos tormenta. Et quanquam,tam impius tyrannorum ſucceſſus,à Deo ſit,certa ſub ratione permiſſus; non tamen voluit, vt vltra præfixum debaccharetur tempus: in quo, vt ſubditur, ponendi erant throni,& à Deo exercenda vindicta.

Antiqu' dierum cęleſtis eſt Pater.

Sequitur(& eſt,reliquum typi)duraſſe hæc eòuſque, quouſque poſitis thronis, Antiquus dierum ſedit: qui indubiè cœleſtis eſt pater,qui non ſolum CHRISTI, ſed & noſtri, qui illius exi- F ſtimus membra, eſt vindicaturus iniurias. Nam licet CHRISTO, poſtremum reſeruatum ſit,mūdi iudicium;dum tamen illius,in præſenti perturbatur imperium,ad patrem ſpectat perturbatores explodere,illosque paulatim, ſicut & pollicitus eſt,vt ſcabellum, eius ſub pedibus ſternere. pſal.109. Ergo ſedium ſymbolo,etſi beatas valemus accipere mentes,& eas maximè, quæ eo dignatæ ſunt nomine; etſi ſanctorum,poſſumus intelligere ſpiritus(cum & iuſtorum animę,ſedes ſint ſapientiæ:)placet tamen, vt maturum, prouidum, conſultumque circumſcribatur iudicium quandoquidem,& ritè res videtur decerni,cum peritos conſulimus. Sap.7. Vt igitur Dei iudicium, monſtretur inculpatum,ſedium, hoc eſt, conſulentium, declaratum eſt tropo: quanquam & eo in iudicio,conſilium non deſit ſacratiſſimæ Trinitatis,quæ nihil,niſi ſumma cum ſapientia iudicat Et aptè Pater,plenus videtur dierum,quia æternus,& præuenit omnia ſæcula: ritè & in veſtimento candido,quia non ſolum,induit gloriam,ſed & immaculatam iuſtitiam, commodè capillos geſtat albos,quia illius mens,exundat ſenſati iudicij.

Thronus ex igne,tremendum denotat iudicem,vt qui vindex eſt malorum: Igneæ rotæ, ſeuerum eſt examen,in quo,omnis CHRISTI hoſtium reuoluenda eſt vita,& à primo, ad extre- G mum vſque punctum,quo vniuſcuiuſque eſt abſoluta periodus,prorſus, & in quouis momento excutienda eſt: Fluuius igneus,rapidusque,propalatio profuſioque eſt diuinæ ſententiæ. quæ & ocyſſime,ſortitur effectum, & inferno illos obruit igne: qui paratus eſt Sathanæ. & ſatellitibus eius. Millia millium,illi miniſtrabant,& decies millies,centena millia,eidem aſſiſtebant nam ſacris,cœleſtibusque,nunquam æternus pater,non comitatur miniſtris: nunquam Angelorum non ſtipatur phalangis,vt qui Deus,& dominus exercituum eſt. Sedit,demum pro tribunali: nō vt iuſtos glorificet,ſed vt hoſtes condemnet:vnde & libri ſunt aperti,& omnes illorum blaſphemiæ,palàm acclamatæ,conuictæ,& vt par erat iuſto iudicio,perpetuæ vltioni expoſitæ; illæ pręſertim,quas proſanum euomuerat cornu,propter quas nō modo,eſt euulſum, ſed & beſtia, cuius erat,interfecta,& perpetuo igni meritiſſimè tradita.

Alijs quoque,de quibus dixerat beſtijs,quæ certis,adhuc remanſiſſe, videntur veſtigijs, vmbriſuè potius,eſt pariter poteſtas ablata: ſed ablationis executio,non eſt idem tempus ſortita;ſed in tempus differtur,& tempus, vt placuit diuino decreto Poſtquam autem, patris de quo loquimur,iudicium ſacroſanctum, omnes CHRISTI hoſtes,opportunè ſub illo redegerit (quod fiet, Ephe.4. cum omnes occurremus in fidei vnitatem, & agnitionis vnigeniti Dei, & per hoc, in menſura H ætatis plenitudinis CHRISTI· quando non ſolū in quouis mundi angulo, prædicabitur euange Matth.24. lium,eritq; vnum ouile & vnus paſtor: ſed & quando mundus totus, ſpontè ſubſcribet principi CHRISTO) mox ille in forma filij hominis glorioſa,in qua & cœlos aſcendit, ſeditq; eòuſque ad dexteram patris; ante antiquum,æternum inquam,perueniet patrem à quo,& imperturbatam regni poſſeſſionem accipiet,& ſpontè illi ſeruient omnes; quin & ardebunt, illius iuſſa capeſſere,& in omnibus,eius ſe voluntati committere.

Sunt & quàm plures in Zacharia typi: ſed pręmiſſi ſint ſatis. Ergo ſupereſt,ſex dierum,tractationem accedere: & in illis, iuxta præmiſſa, noſtra pro tenuitate, arcana perquirere: & tandem prēſumptuoſum opus, abſoluere.

ET

A ET SEX MVNDI DIES.

Sex dierum, ſalveſactionis mundi, tum perſpicua explanatio, tum arcanorum, quæ in eis ſunt, iuxta pollicitationem excuſsio, detectioque.

Quæ facta ſunt, primo mundi die.

I*N principio, creauit Deus cœlum & terram.* His in verbis, prima mundi continetur perfectio: quæ ex ſimplicibus conſtat corporibus, cœlis inquam, ac quatuor elementis; quibus & naturales, adſunt Intelligentias vel Angelos, vt mos eſt loqui fidelibus. Et vt res ſit illuſtris; ſingula examinanda ſunt. Nomen ergo Dei, eſt numeri hoc in loco, pluralis; & eã denotat multitudinem, quæ etſi, vt loquuntur, realis eſt; vnitatem tamen, ac ſimplicitatem, retinet eòuſque naturæ, eſſentiæ, bonitatis, & aliarum, id genus, perfectionum; vt cum hypoſtaſum trinitate, ter neſarium ſit, quicquam præter ſummam ſimplicitatem concipere. Ergo Dei nomen, in præſenti, quia plurale, ſacroſan-
B ctam, non obſcurè referet Trinitatem: cum & illa ſit, rerum omnium effluẽtiſſimus ſons, è quo cuncta creata, dimanant proficiſcunturq́; quare, cum hoc loci, dictum eſt Deus, perinde eſt, ac dictum ſit: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus.

Et vt perſpicuum ſit quod tradimus, cõſiderandum quòd Dei nomen, hic Elohim eſt: quod non ſolum vnum eſt inter præſtantiora, quæ plurima ſunt nomina Dei, ſed & vnum eſt, de decem præſtantiſſimis arcaniſque, præ omnibus, ſacramentis ſcatentibus; de quibus Hieronymus ad Marcellam, & nos aliàs plura. Et licet digladiatum ſit, careat vel non careat, ſingulari; cõſtat tamen, quòd habet, eius linguæ peritis; illudq́; ſore Eloha, eoq́; Moſen vſum eſſe non ſemel. Verùm hac in re non laboro: quoniam, ſiue hoc ſiue illud, aliquis aſſerat; nemo, niſi omni procul iure, ire poteſt inficias, pluralem numerum, arcano ſacramento, in præſenti non vacare. Et cum Elohim, interpretatum ſit, Iudices: excutiendum eſt, qua id factum ſit, ratione. Idque tamen, ea lege, vt excutiatur primùm, an diuinis valeat conuenire perſonis; vt ſcilicet ritè poſſint, vel non poſſint, appellari tres iudices: cum aliquibus, res videatur ambigua, aliis inepta, quin & erroneæ, haud minus, ac ſi tres appellarentur Dij, Domini, Creatores, aliiſq́;, id genus, nominibus vocibuſq́;. Verùm, ſi res ritè diſcutitur; breui negocio veritas confirmatur.

C Primùm videri non debet abſurdum; diuinas hypoſtaſes tres nuncupari Iudices; ſi ipſæmet, tres à Dilecto nuncupatæ ſunt teſtes. Tres, inquit, ſunt; qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus; & hi tres vnum ſunt: & præſertim, cum Deo vtrunq́; cõueniat (ego ait, ſum index & teſtis) & præſtantius videatur ius dicere, quàm atteſtationem facere. Sed quod aliquos turbat, eſt non perpendere, quæcunque attribuuntur, tum Deo, tum hypoſtaſibus eius; potiſſimum in actu, vt loquũtur, attribui: (ſiquidem totum, quod Deus eſt, actus puriſſimus eſt) & per hoc, cum tres perſonas, iudices dicimus, non ſolum, ab habitu, vt dicunt, vel poteſtate, vt vox primum præſefert, appellationem trahimus: ſed & ab actu, ſapientiſſimi perſpicaciſſimique iudicij; qui tum in Deo, tum in ter ſacratiſſimo Triadum collegio, ſempiternò eſt. Quare hoc in ſacramento, tres dicere iudices, aliud non eſt, quàm tres dicere Iudicantes, aut ius ſuum cuiuis tribuentes: vbi nihil inuenitur abſurdi, ſicut nec, cum tres pronunciamus creantes, tres gubernantes, vel etiam tres diuinitatem habentes.

1. Ioan. 5.
Ierem. 19.

Nec conſequitur, Deum diuinaſq́; hypoſtaſes, nomenclationem Domini, Iudicis, Creatoris & aliorum non diſſimilium, non valuiſſe ab æterno ſortiri; cùm nulla res ſit ab æterno creata, nulla poſſeſſa, nulla iudicata: quoniam vt acutè docent Theologi, actus, ſeu actiones (ſi mauis)
D eiuſmodi, etſi ex genere, vt vocant, videntur tranſeuntium: ſecundum tamen rationem, quàm ponũt in Deo, ac hypoſtaſibus ſuis, ſunt indubiè fixæ, æternæq́;; cum aliud non ſint, ac ſimpliciſſima, puriſſimaq́; ſubſtantia, necnon diuina natura, quę Deus ipſe eſt. Siquidem, cũ omne quod in Deo eſt, Deus ſit, & quicquid in diuina inuenitur hypoſtaſi, ipſa ſit hypoſtaſis; cõfiteri neceſſe eſt, operationes actioneſq́; diuinas, quibus diſpoſitum eſt de rebus, eſſe Deum, & perſonas diuinas; & per hoc, in illo illiſq́;, ab æterno, ſine controuerſia ſore.

Diuinę perſonę, quo iudices ab ęterno.

Nec ob id, creatura, quę tali ab actione dependet, ab ęterno in ſeipſa eſt: quoniã etſi illa actio, puta, creatio in Deo, ſecundum id, quod in eo ponit, in illo, ab æterno eſt; ſecundum id tamen, quod inſert, ſeu ſecundum (& idem eſt) effectum, qui ex illa proficiſci natus eſt; ſine dubio, non æterna ſed ex tempore eſt: Quod aliud dictu nõ eſt, niſi quòd licet creationis actus, ſit in Deo,

idemq; cum eo; illatio tamen ſequens actum, effectuſq; ab illo dimanans, nec res eſt æterna, nec E
eadem cum diuina natura: quin nec in Deo, vel Dei actione aliquid ponit, tametſi in illa, cũ ef-
fectus, re ipſa, progreditur, relatio (vt vocant) ſolum à nobis concepta, permittatur: quæ etſi, nõ-
nihil, in noſtra conceditur apprehenſione, in re tamen nihil eſt; vt ſacris eſt perſpectum Theo-
logis. Minus ſequitur; in Deo diuiniſuè hypoſtaſibus, poteſtatem nõ fore iudicandi, creandi, gu
bernandi, & alia, id genus exequendi: ſed ſequitur, in illo illiſq; non eſſe ſine actu, qui non ſolũ,
reipſa, cum illa conſentit, ſed & tali agglutinatur pacto, vt ſorbeatur (ſi ſic, licet loqui) ab ea; ne-
queatq; ab illa, niſi noſtri intellectus operatione, ſecerni.

Verum quia hæc, aliquibus fortè videbuntur obſcura; res alio reſoluatur compendio. Dica-
tur itaq;, quòd etſi ſubſtantiua nomina, non multiplicari (dicitur) in diuinis; id tamen intelligi-
tur, vel ſi in vi accipiantur ſubſtantiui, ne fortè occaſio detur perfidis, in Trinitate multiplicandi
ſubſtantiam, hoc eſt quæuis, ad Dei eſſentiam pertinentia; & non in vi ſumpta nominis adiecti-
ui, cum nulla, eo pacto, præbeatur anſa, rem perperam detorquendi: vel ſi aliquod addatur ver-
bum, quo errandi tollatur occaſio. Ergo, licet magnus Athanaſius, præfata motus occaſione, in
diuinis, non admittat, tres Deos, tres Dominos, tres Immenſos: non reiiceret tamen, ſiquis ſub-
ſtantiua, vertens in adiectiua, tres diceret, Deitatẽ habentes, tres habentes dominium, immen- F
ſitatem, omnipotentiam: ergo, nec negaret, tres iudices, hoc eſt, vt diximus, iudicantes, ſeu ius
cuicunque reddẽtes. Adde; hoc in loco nullum eſſe periculum, quia cum mox, verbum ſubij-
ciatur ſingulare, quod eſſentialem, non patitur multiplicationem; conſtat quidem, ſi actio eſt
ſingularis, & facultatem eſſe, à qua progreditur ſingularem: & per hoc, licet tres ſint qui vnicè il
lam habent, non tamen triplex eſt, iudicandi facultas, quam habent.

Rerum ꝓductio, cur in Elohim attributa.

Sed cur rerum productio; Deo ſub tali attributa eſt noĩe? Cur non potius, ſub Adonai, quod
ſonat, Domini mei; vel IEHOVAH, quod fontem exprimit, vt dicunt, omnis eſſe, & pelagus
cuiuſuolueris perfectionis? Fateor, Deum, alio ſub nomine, mundi valuiſſe fabreſacere machi-
nam: nec vereor hoc delectum, ſummo ac admirando conſilio: ſed rem non placuit, impartiri
nobis. Quare, altiori iudicio ſuæ maieſtati relicto; balbutiam quod mea attingit imbecillitas.

Licet itaque, mundi author, aliud eo in opere, potuiſſet deligere nomen: licet, ſi eſſet vſus,
IEHOVAH, denotaſſet creaturas, & rerum perfectiones, ab illo, ceu è primo ſonte profectas: etſi
elegiſſet Adonai præſetuliſſet Deum, omnia habere ſua ſub ditione: dici tamen placuit Elohim,
non minoribus, à præmiſſis, conſilio & ratione.

Et quantum capio; factum eſt: Primò vt liquido probaretur, Deum res non producere abſq; G
cognitione, vt nonnulli auſi ſunt aſſerere ex philoſophis; dicentes illas ab eo procedere, ſicut ra
dij emanant à ſole; vel ſi ab illo proueniunt cum cognitione, (vt qui Deum, putant noſſe, quę fe
cit) volunt ꝙ proficiſcantur de neceſſitate; adeo vt nequeat illas non facere. Vterque ſecluditur
error, aſſerendo mundum à iudicibus dimanaſſe; cum palam ſit, iudicium eſſe non poſſe ſine co
gnitione, nec ſupremorum iudicum, eſſe valet cum neceſſitate. Secundò, vt ſingula oſtende-
rentur, eſſe iuſta lancè diſpoſita; nedum in naturis, viribus, & officijs; ſed & in proprijs ac con-
gruentibus locis. Tertiò, vt non miremur, ſi ſingulis certæ latæ ſunt leges, & propriæ operatio-
nes præſcriptæ, à quibus nefas eſt declinare: id quod & Sapiens de pluribus, ſuis admonet in Pro Cap. 8.
uerbijs. Quartò, vt cognoſcerent homines, authorem mundi, errata deteſtari; ac in legum trãſ-
greſſores animaduertere. Et demum, vt initium, cum mundi fine congrueret: qui domino pro-
teſtante, in iudicio debet abſolui. Hactenus de Dei nomine: nunc, ſed pauca, de verbo Barà, Matth 24.
quod creauit, redditum eſt.

Qua de re attendendum, quòd etſi, huius verbi vis, non eſt ad creationẽ reſtricta, ſed & alios
productionis complectitur modos; iure tamen ad illam, hoc in loco eſt coarctata, quandoquidẽ H
licet Elohim, cœlos terramq; produxerit; quia tamen illa, non fecit ex aliquo, ſed ex nihilo, me-
ritò interpretatur, creauit, quod eſt, ex nihilo fecit. Et vt res penetretur: notum eſt, creare, eſ-
ſe quidem facere, & per hoc, magno opificio rem componere (nam & ars, recta definita eſt, fa-
ctibilium ratio) quod & in factione conſpicitur mundi: vbi (præter ea, quæ noſtrum effugiunt Ethic. 6.

Mundus mi- ro fabrefact⁹ opificio.

captum; & armoniam quam docent Pythagorici) non mediocrè cernitur artificium; dum factus
eſt ſphericus, ex quo eſt ampliſſimæ capacitatis: confectus ordine tam eximio, vt iure, cum or-
dine conferatur exercitus; vt docent non modo ſacri, ſed & philoſophi. Adde: tot ſpheris eſſe 12. Meth.
diſtinctum, diſpoſitumque, vt nulla ſuperſit, nullamuè deſideres. Quid de ſupercœleſtibus men-
tibus; quibus nil datur illuſtrius, nil excellentius, nil accommodatius? Mitto, quòd inſtar eſt
domus; & magnæ, & membris manſionibuſque tam ritè diſpoſitæ; vt in ea, reliquæ creaturæ,

ſua

A ſua & commoda & congruentiſſima, ſortitæ ſint loca.

Creare inquam, eſt artificioſè componere edereq́; : at nõ ex aliquo, ſed ex nihilo; quod opus eſt, non mediocris, ſed ſupremæ ac infinitæ poteſtatis, eſt opus, quod non agitur motu, cum nõ præexigat mobile; & per hoc, opus quod non fit in tempore, quoniam vbi non eſt motus, ibi nõ eſt tempus, cum illius ſit paſſio, numerusuè, vt philoſophi docent: ſed eſt opus, quod nullo fit ex ſubiecto, ac ſimplici, vnicoq́; completur momento. Igitur Elohim, Pater inquam, Verbum, & Spiritus Sanctus: creauit, hoc eſt, ſimplici, ac ſingulari, accincti actione, eaque vnica, ac momentanea, rebus, eximio cum artificio, dederunt eſſe, conſiſtentiamq́;, ex nihilo producẽdo eas; & præſertim cœlum, vel cœlos hebraicè, necnon & terram; quæ infimum eſt elementum, centrumq́; mundi corporei, vt non ſolum, philoſophi, ſed & Aſtronomi tradunt.

Phys. 4.

Cœlos, inquit, ſed non exprimit, num omnes, num aliquot: quin nec qui, aut quot, eo ſint ꝓducti momento; quare rem excutiamus, ſi fortè, quod verum eſt, veſtigemus. Primùm liquet, plurale nomen, plures productos conuincere, & indubiè quòd fuere ſupremi; tum quia cœlorum, terræque nominibus, extrema tacta ſunt vniuerſi, vt à centro ad ſummum aſcendendo circulum, tota explicetur frabrica; tum quia duo, illi dictioni præponuntur articuli, alter accuſatiuo, & reliquus genitiuo ſeruiens: & accuratè ponderati, illos denotant cœlos eſſe cœlorum, & per hoc, cœlos maximè celſos, ſuperque omnes eleuatos, erectoſque. Liquet deinde, ad minus extitiſſe duos: Empyreum, quod præeminet omnibus, & Primum mobile, quod ſub Empyreo, proximum eſt: idque & vox ſonat Hebræa, cum è duabus ſit edita dictionibus: altera quæ ſignificat ignẽ, & illa denotatur Empyreum, reliqua quæ ſignificat aquas, & congruit Primo mobili, quod nonnunquam diuinis in literis appellatum eſt Aqueum. Ergo, vt compertũ, exploratumq́; ſit: duos cœlos, primo momento, eſſe productos: eoſque Empyreum & Primum mobile, quod ſub Empyreo immediatè eſt.

B

Quot & qui cœli primo die ꝓducti.

Verum quia hos præter, cœlum inuenitur Sydereum, ſeptem Planetæ, quartum Elementum, quod etſi, Ether dicitur Grecis, vulgo tñ appellatur ignis & aer, quæ & cœlorum haud nunquã exprimuntur nomine, vt conſtat ex ſequentibus; obſcurum remanet, an & hęc, vnà cum p̃miſſis ſint ꝓducta, vel potius, diebus, quibus in ſequẽtibus ſunt aſcripta, ſint effecta. Et licet fortè ùtraq́; defenderetur pars; ſiquis tñ rem argutè perpenderit, non facilè detrectabit, hęc omnia, vnà cum ſupremis creata corporibus; etſi non abſolutè perfecteq́;. Quod & duplici manifeſtatur ſigno.

C Alterum eſt, quia proximo immediatoq́; die, omnia quæ recẽſuimus corpora (nempè Sidereũ cœlum & Planetæ: item Ether & Aer) non narrantur tunc eſſe producta, ſed duntaxat extenſa. Et licet non ſatis contenderem, ſiquis extẽſionem, eo aſſereret loci, productionem concernere, quin & ꝙ eorum productio, illorum eſſet extenſio; conſonat tamen magis, extenſionem, productionem præcedere; quanquam incompletam inabſolutamq́;. Quare, meo iudicio, ea omnia, vnà cum ſupremis ſunt creata corporibus; ſed non ſimul extenſa cum eis.

Inferiores cœli quo pacto primo die ꝓducti.

Nec eſt cur obiicias, cœlos & elementa prædicta, ſuaptè natura extenſa: quoniam etſi res conceditur, in ſui tamen initio facta ſunt, vt diuinæ placuit voluntati, cui nulla præſcripta eſt lex; tametſi omnia ſumma cum ſapientia vult. Reliquum eſt, ꝙ terra, quæ alterum vt præmiſimus, eſt extremum (nam hic ſermo non eſt, de terra viuentium, ſed de ea, quæ pedibus terẽda fuerat animalium; quod & duplex notat articulus, cum terræ, ſicut & cœlis, hebraicè, ſit alter accuſatiuo, alter genitiuo ſeruiens, denotetq́; de terra ſermonem fieri, quæ terrarum eſt terra, hoc eſt infimum omnium elementum) eodem in puncto, quo facta eſt, vna cum aqueo producta eſt elemẽto; tametſi illud fuerit, vltra naturam expanſum, vt & tertio manifeſtandum eſt die. Igitur conſonat, vt extremum alterum, non fuerit abſque illis productum, quæ ſub eo proximè ſunt: non

D quidem vltra naturam extenſa, ſed potius præter naturam implicata, ac modo quopiam inuoluta. Nec eſt fas Dei opera, ad regulas arctare philoſophiæ: quandoquidem, etſi illas tradidit, non tamen ſe illis aſtrinxit; qui & valuit, ſexcentos in momento efficere mundos, & alterius ab iſto, tum diſpoſitionis, tum legis, vt cui licet, quicquid libuerit facere.

At miraris fortè; Cur nulla de Angelicis mentibus, quæ vniuerſi ſuprema ſunt, ac præſtantiſſima portio, ſuntq́; à Deo creatæ, vt quoque veri fatentur philoſophi, quin & creatæ vna cum corporeo mundo, vt extra, de ſumma Trinitate, fideq́; catholica, ſacroſancta definiuit Eccleſia, facta ſit mentio. Cui duobus occurritur modis: Altero dicendo, quòd cum corporeo ſunt quidem mundo productæ, ſed conſulto non ſunt expreſſæ: ne ſcilicet, Hebræorum populus, cui hæc primò ſcripta ſunt, qui erat rudis & ad idololatrandum propenſus, audiens fore mentes aliquot incorporeas, naturaque præſtantiſſimas, plures conciperet eſſe Deos. Reliquo, quòd licet,

Cur de Angelis nulla mentio.

Cap. firmiter.

non ſint, eō expreſſæ pacto, vt caperetur ab omnibus: non ſunt tamen, penitus prætermiſſæ, ſed ita inſinuatæ, vt Maiores Sapienteſque; rem poſſent, non multo negocio coniectare & potiſſimùm, in productione cœlorum, vel lucis, vt Augnſtinus docet. Et huic parti ſubſcribo, eò quòd ſi Angeli, forent penitus prætermiſſi, potior ac ſpectabilior pars, dimitteretur vniuerſi: quod ſuſpicari abſurdiſſimum eſt. E

Nec tam promptum erat Idololatrandi periculum; cū res ſimplicioribus māſiſſet obſcura, & prudentibus foret exploratum, ꝙ licet ſpirituales multiplicarentur mentes, erant nihilominus, naturæ creatæ, & ob id, ꝙ Dij eſſe non poſſent: Præter id, ꝙ in ſcripturis, Angeli pluribus fuere familiares: & notum eſt Abramo occurriſſe aliquando tres, Lot duos, & agmina caſtraq́ne Iacobo. Et demum, cur hæſitaſſet vates, Angelos in rerum creatione comprehendere; qui tradit non longè poſt, Deum ad aditum, Angelum conſtituſſe Paradiſi, flammeoq́; armaſſe gladio; vt proturbaret præſumentes accedere? Quod dicunt aliqui, Angelos, Empyreumq́; cœlum, ſimul creatos, ſed multis ſæculis, reliquas præceſſiſſe creaturas; non video qua poſſit ratione probari, præſertim cum Angeli, illudq́ue cœlum, non modo pars ſint vniuerſi, ſed & propter electos, ſicut & reliqua huius mundi, intenti productique. Nec conſentit, vt multis ſæculis, Dei nedum imperfecta ſint opera; ſed & principali onere ac officio, deſtituta. Adde prophetam aſſerere, non ſolum cœlos, ſed & terram conditam in principio, eamq́;, vt ſubdit, fuiſſe inanem & vacuam: ergo & hanc concedant, neceſſe eſt, multis ſæculis nedum fuiſſe infęcundam, ſed ocioſam; quin & contra naturam, aquis nedum admixtam, ſed ſubmerſam. F

Rurſum. Quomodo tot ſæculis, & nobiliſſimæ inter corpora, parti; quin & elementis aquæ, terræq́; defuiſſet lux? Quomodo tot ſæculis, Chaos illud (vt ſic dixerim) ſine motu, ſineuè alteratione, pmanſiſſet in mundo; quin & ſine alicuius commodo vel vtilitate? Immo & ſęcula, quomodo fuiſſent ſine tempore; cum tempus non ſit ſine motu? Quòd confugiant quidam ad Aeuum: haud dubium, ꝙ Aeui neſciunt rationem; cum illa in iis, locum habere, non poſſit. Sicut, & inconſultè loquuntur, cum terram inanem & vacuam, interpretantur materiam primam: cum ſic dicere, non modo res ſit inepta, ſed & in philoſophia ridicula: idq́; non ſolum, quia eſſe nequit, ſine ſpecifica ac indiuiduali forma, ſed quia tot annorū curriculis fuiſſet inanis, ocioſa, & res abhorrenda, in tota natura; quæ nihil admittit inane, nihil patitur ocioſum. Ergo fatendum, Angelos, non modo, hoc in loco ſupponi creatos, ſed & in Empyrei cęli productione comprehenſos; vt in quo, proprias retinent ſedes, ſuntq́; natura, ſupra illud immediatè: in quo & aſſiſtunt, & miniſtrant Altiſſimo, nunquā non confitentes, nūquā nō laudantes illū; immo & indeſinēter, vt autori ſuo, gratias referētes, quin & bonorū oīum incomprehenſo pelago & oceano infinito. G

Angelos in productione Empyrei cęli cōprehenſos.

Diximns de nomine Elohim: diximus de verbo, Barà: diximus de Cœlis & Terra: ergo breuì tangamus & de particula, *In principio*: quod & tribus, vel quatuor modis interpretor. Primus eſt ſine ſcrupulo, placetq́; Theodoreto, vt idem ſit, quod Imprimis. Et docet ꝙ Deus mundi volens erigere fabricam, imprimis fundamenta iecit; quæ, vt & naturales tradunt, ſunt cœlum & terra. Secūdus, & neminem habet aduerſum, vt initium exprimat creaturæ mundi, motus, & tēporis, declaretq́;, ꝙ cū Deus voluit præmiſſis exordium facere, mox cœlos fecit & terram. Tertius, & peritioribus eſt probatus, vt idem ſit, quod in filio; quem & Paulus, non modo dicit eſſe principium, ſed & in quo facta ſunt omnia: ita quidem Coloſſenſibus ſcripſit. In Dei filio, qui & filius illius eſt dilectionis, habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum: qui imago Dei eſt inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia; ſiue throni ſiue dominationes, ſiue principatus ſiue poteſtates: omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnia, & omnia conſtant in ipſo: & ipſe eſt caput Eccleſiæ corporis, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis. Coloſ. 1.

Verùm quia omnia in filio, ſine per filinm (nam præpoſitio, vtroq; Hebræis redditur modo) bifariam poteſt intelligi, quartus introductus eſt ſenſus. Primò quidem & communiter, de filio in ſola intelligitur natura diuina: & volunt, ideo Dei verbo rerum conditionē attribui, quia illi appropriata eſt ars & ſapientia, in quibus omnia facta ſunt. Appropriata eſt ſapientia arſque diuina; quoniam cum ſint inter eſſentialia, ſunt eaquidem toti Trinitati cōmunia: verùm quia pertinent ad intellectum, qui peculiariter appropriatur filio, eò quòd vt verbum procedit; haud immeritò, vt peculiaria ſubſcripta ſunt ei. Ergo, re hunc in modum accepta; liquet in filio omnia condita, cum omnia ſint, in arte inq́ue ſapientia fabrefacta. Et hic ſenſus eſt verus: & ab omnibus ſine controuerſia comprobatus. Secundò vero, & Paulo, & Euangeliſtæ conſentaneè, de filio recipiē nedū in natura diuina, ſed & in humana; iuxta ea, quæ pertractata ſunt ad Epheſios, H Pſal. 103. Heb. 1. Ioan. 1.

Pſal.39. Heb.10. A & ex parte reſumpta ſunt in præcedentibus: & ſit quartus, vt dicebatur ſenſus, potiſsimũ hoc in
loco probandus: Quem non ſolum Vates directè intendit; ſed & CHRISTVS, cum in capite in
quit libri, ſcriptum inuenitur de me, Quomodo autem ſenſus, cõſonans ſit Apoſtolo, quomodo
& Euangeliſtæ; ad Epheſios eſt explicatũ diffuſè. Hactenus, de creatione cœlorum terræq;: nunc
de eorum diſpoſitione. Quare, de terra pergit, & dicit.

Terra autem, erat inanis, & vacua, & tenebræ ſuper faciẽ abyſsi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.
Varia admodum eſt, vocum (*inanis & vacua*) interpretatio: etſi diſcrimen nõ videtur magni mo
menti. Conſentiunt tñ, ꝙ ſecunda, maiorem vim habet: & ꝙ omnimodã priuationem exprimit.
Quare & ſecurè trãſferunt; qui legunt inanis, & inanis penitus. Status ergo deſcribitur, in quo
non ſolum terra eſt producta; ſed & in quo per tẽpus aliquod manſit; exprimiturq́; nedum fuiſſe
innnitatis ſtatum, ſed inanitatis omnimodæ; & per hoc, terram conditam ſine anima, hoc eſt, ſi-
ne generandi producendique vi; & propterea inualidam, vt gigneret mineralia, & quæuis terræ
naſcentia: quin & ꝙ fuit, ſine illa prorſus penitusq;; idq́; non ſolum propter admixtionem aquæ,
qua reddebatur incapax, ſed & propter prouidentiam Dei, cui non placuit, niſi die tertio illam
adiungere: in quo nihilominus, niſi ad ea quæ diximus conceſſa eſt, cum ſolum die ſexto, ad pro-
B ductionem, tam intimè quàm extimê, extenſa ſit animalium, quæ apta ſunt, vt progignantur ex
terra. Ergo ad diem vſq; tertium, prorſus fuit inanis, cum in nullum poſſet opus erumpere, vel Quouſq; terræ ſtatus fuit inanis.
in viſceribus gignendo mineralia, vel in ſuperficie herbas & plantas; & inde ad ſextum non pe-
nitus, ſed ex parte, vt dicendum erit, ſuis in locis.

Et tenebræ ſuper faciem, facies Hebræis, *erant abyſsi.* Abyſſus, Græcum eſt nomen; altitudinem
profunditatemuè exprimens. Facies, vtrunq; denotant emiſpherium: ſed anceps, an ſub cõcauo,
an ſuper conuexo, mobilis primi. Quare docemur hoc ex loco, congeriẽ Chaoſq;, quod vel con
tentum eſt infra primum mobile, vel idem vnà primo cum mobili; vtrunq;, tam ſcilicet ex parte
emiſpherij ſuperni, q̃ inferni, fuiſſe obſcurum, obductumq́; tenebris. Et licet, quia tenebræ pri
uatio decernuntur lucis, deberent à luce præcedi (propter quod & quidam contendunt argutu-
li, non ritè, hoc loco poſitam eam vocem, afferentes, ꝙ ſicut cæcitas, quæ eſt priuatio viſus, non
enunciatur de aliquo, niſi poſt amiſſum viſum, vel ſaltem poſt peractum tempus, quo animal
videre natum, non videt, (vnde & catuli, ad nonum vſq; diem, etſi non vident, non dicũtur cæ
ci) ita & tenebræ inquiunt, dici nequeunt, niſi amiſſa luce, vel lapſo tempore, quo debuit adeſſe
C lux, & non affuit lux) hæc tamen nimis videntur leuia, nec aliquẽ debent remorari; quin nec for
ſan his in rebus, attendi. Quòd ſi nõ placet vox, tenebræ; eius dicatur loco, obſcuritas vel rei circũ
ſcribatur ſtatus, in quo, priuſquam reperiatur apta eſt reperiri.

Et licet ordo naturę, à Deo inſtitutæ ac lege firmatæ, ſic exigat; dum tñ, natura à Deo dimanat,
non ſubditur regulæ; & maximè priuſquam ſuis ſit numeris abſoluta conſummataq;: tametſi ſex
centis, ſi foret numeris abſoluta, & ter mille legibus alligata ſtrictaq;, non propterea diuina illis
eſſet coarctata voluntas, vt cum luberet, præter ordinem vniuerſi non faceret: quin & periculo
certiores ſumus, aliqñ feciſſe, vt multis in miraculis & portentis. Nec propterea, res à Deo proce
dunt violenter, ſed maxima cum ſuauitate: quia omnis creatura illi magis geſtit obedire, quàm
præfixam ſibi legem retinere. Hæc dixerim, non quia me fugiat, habitus & priuationes, diuerſa Habitus & priuatio, luicem ꝑcedunt & ſequuntur
ſub ratione & ꝑcedere, & ſubſequi ſeſe: & ꝙ vno in genere cauſæ, prius tenebræ reperiantur q̃
lux; & alio in genere, è diuerſo prius ſit lux, & deinde ſint tenebræ, vt eſt cõpertum philoſophis;
ſed nos, vt mos quoq; geratur ſimplicibus, qui his ex ſcrupulis, neſciunt ſe per philoſophiam li-
berare; hæc pauca, præter inſtitutum attigimus,

Et ſpiritus Dei, Elohim eſt ĩ hebræo, *ferebatur*, cubabat, vel mouebat ſeſe hebraice, *ſuper aquas.*
D Suntq; ꝙ p ſpm̃, intelligãt, aerẽ, qui non ſolũ, quia tenue eſt corpus, ſed & quia eo ſpirãt reſpirantq́;
aĩalia, dicitur ſpũs: & Elohim, iudicũ inquã, quia & aer ſicut & reliqua, ex diuino eſt ꝑfectus iu-
dicio; & iure certã nactus legẽ, locumq; in Vniuerſo. Hic ſup aquas, quia ſuper aqueũ elemẽtũ,
quod vndiq; tegebat terrã, nec ad ꝑfectũ adhuc attigerat ſtatũ, ea cubabat die; nẽpe quieſcẽs ſup
illud. Quippe qui, nedũ erat abſolutus; immo & naturali erat, ni fallor, diſpoſitione cõpreſsior,
cõdẽſatiorq́;: ſicut & vates ſuo loco dicet. Alij, Elohim ſpm̃ autumãt eſſe vẽtũ, qui natura eſt va
por ſpiratq́;, etſi tunc foret groſsior, nec moueretur. Quare, iure cubabat, ſuperq́; elemẽtũ aquæ,
extenſionis tũc amplioris, eleuatioriſq́; meritò quieſcebat; exprimens ipſa re, vẽtum ad altiorem
nõ pertingere regionẽ; ſicut & periculo comprobatũ eſt. dicitur aũt Elohim, qm̃ etſi venti, ſuæ
à philoſophis aſsignãtur origines; niſi tñ inſigniter depẽderẽt à Deo, idq́;, ſummo iudicio, oppor
Pſal.134. tuno loco legeq́;, ab illo ſacris in literis, è ſuis, non traderẽtur theſauris dimanare.

Placet

Placet aliis,mundi intelligere ſpiritum;& eum maximè,quem putát,à Deo poſtmodum ele- E
mentis & his quæ ex elementis ſunt impartitum.Creditum enim eſt à philoſophis,eſſe quoddam
pertenue corpus,de natura,quintæ,vt dicunt eſſentiæ,quem & rerum nonnulli vocát hypoſta-
ſim;eo q per illum, proximè rerum conſeruantur naturæ & quaſi vinculo colligantur,retinen-
turq; in materiis naturales formæ de quo,& mira ſentiunt Alcumiſtæ:qui & aſſerunt, q ſi ab au
ro,vel argento abſtractus,conſeruatusq;,materiæ applicetur diſpoſitæ(nempe Mercurio præpa
rato)verum reddet aurum , verumq; argentum . Tunc cubabat ſuper aquas, quia nondum in re-
bus fuerat diſpartitus;breuì tamen à Deo diſpartiendus,vt illius lex poſtulat,exigitq;. Verùm
quicquid hoc de ſpiritu dicas,non moror:placuit & hanc,cum reliquis opinionibus numerare,
ne ex incuria ,videretur omiſſa. Non puto tamen eſſe Moſaicam , ſed Philoſophicam ; & Py-
thagora Platoneque profectam.

Non deſunt,& qui per ſpiritum cœlicas intelligant mentes,& hebreo more,ſingulare aſſerát
poſitum pro plurali,hauriétes hoc ex loco,Angelos ſuper aquas,non elementarias,ſed cœleſtes,
ſuper primum ſcilicet mobile cubare,hoc eſt,quieſcere;ſuiſq; fouendo virtutibus, & viuificatri
Theologorũ & Anthons placitum de ſpiritu mũdi
ci geſtiendo,ciere motu.Nam licet mouendum forte,non eſſet à pluribus,non tñ eſt abſonum,
ab eis,velut à ſuperiori natura , virtute cauſaq;, nonnullas recipere influentias,toti mundo per- F
commodas,& infernis rebus,proficuas;pro loco tamen,tempore,& rerum diſpoſitione,vt Elo-
him ſanxit;ac optimo iure præſcripſit.

Deniq; & Spiritus,Dei eſt affectus,vel ſi mauis,Spiritus ſanctus:& hic eſt ſenſus intentus,& tũ
ſanctis,tũ Eccleſiæ conſonus Hic eſt ſpiritus Iudicũ:quia ſpiritus eſt Patris , & Filij . Licet enim
tota Trinitas iudicet potiſsimum tamé,primæ in Trinitate perſonæ;quibus,& maximè, ſunt ap-
propriata iudicia. Siquidem Oraculum,Patrem(vt vidimus)mundi iudicem fecit;& Filio iudi- Dan.7.
cium creditum: eſt extremum, vt non ſemel Euangeliũ docet,Et cubat hic Spiritus ſuper aquas; Ioan.5.
quia orbem nedum ardet perficere,(nam eſt omnium artifex)ſed & affectu,ardoreq; Condito- Matt.24.
ris accendere. Propter quod non ſolum,res eo emiſſo creantur,faciesq; renouatur terrę;ſed & Sap.1. Pſal.103.
totus repletur ,ditaturque mundus:quin & eo inflammatur igne , quem Deus miſit in terram, Sap.5.
& ſtuduit vehementer accédi. Et verum eſt cubare illum,nedum ſuper aquas infernas, quas di- Luc.12.
ximus elementum; ſed & ſupernas , quas primum appellauimus mobile. Quibus, & vbertim
largitur vires;tum pro ſeſe,tum pro contentis ab eo,ſicut ſcriptum eſt. Verbo domini cœli fir-
mati ſunt;& Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Pſal.32.

G
Dixitq; Deus, nomen eſt Elohim, *fiat*, erit Hebræis, *lux & facta eſt lux*. Dicere hoc in loco po
teſt intelligi;tum de verbo interno,non perſonali,ſed eſſentiali;vt aliud quidem non ſit, ac ſecũ
Internum & externum dicere Dei.
deliberare decernere,definire:quod etſi actum exprimit ſimpliciſsimum; eſt tñ,& pariter & in-
diuiſim,in quauis triũ pſonarũ inuẽtũ,à diuina pgrediés ſapiétia,ſed libera electione terminata:
tum de verbo externo,quo allocutus ſit Angelos;creatos,vt diximus,ſupremo cum corpore . Et
hoc pacto,dicere aliud nõ fuit q̃ deliberationem, decretum definitionemq;,in Triadum cóclu-
cluſam Synodo,illis reuelare impartireq;,& per hoc aliud nõ fuit,q̃ illos facere,in ſeſe,vel in ſpe
ciebus inditis,clarè perſpicere,quod Deus liberè ſanxit. *Fiat erituè lux*.Si legitur, fiat;verbum ad
pceptũ ptinet,& decreti executioné docet.Si legitur,erit;verbum eſt prænunciás,moxq; futurũ
eſſe determinás. *Fiat*,locutioni quadrat īternæ:*erit*, cóſentit externæ,qua Angelos allocutus eſt.

Ardua de Luce agitatur quæſtio,tum à philoſophis, qui illius nituntur rimari naturam ; tum
à Theologis,qui locũ hũc variis interpretantur modis,At de natura,nõ ſumus in pſenti,ſolicitis
cótéti q ſi ſermo foret de luce , hoc eſt,relucente, vt ſolét aliqñ literæ ſacræ(vos eſtis lux mundi:
nunc lux eſtis in dño)haud dubium,q varia admitteretur ſentétia,ſicut & varia illi ſubiiceretur
ſubſtátia.Si vero ſermo,de luce ſit,vt in ſeſe,liquet primùm, illam non eſſe corpus , ſed corporis H Mat.5. Ehp.5.
qualitatem(non enim de luce loquimur Dei,non mentis,nõ gratiæ;ſed de illa quæ ſenſu depre-
Lux corporea virtutis eximię.
henditur viſus)quantumuis præſtantiſsimá;vt quæ in rebus reperitur nobilibus, nempe ſupernis
corporibus,& precioſis lapidibus. Deinde q eximiæ eſt virtutis,& vehiculũ influentiarum cœ
leſtium.Et demum,q etſi qualitas decernitur naturalis,eſt pariter & intentionalis;& vtrunq; ni
fallor,quadam inſignique eminentia.Variè locus exponitur:qm etſi cóſentiunt,lucem fuiſſe ſo
lis,aſtrorumq; cœleſtiũ;non tñ rem,vno conſtituunt pacto.In quo negocio nec diſcrucior ; cum
compertũ ſit, Deum in condendis rebus,naturæ non ſubditum legibus; ſed cuncta pro arbitrio
facere voluntatis.Conſonat tamen imbecillitati meæ , vt verè quidem,lux extiterit ſolis , q que
in proprio fuerit orbe producta,etſi tunc temporis,incompleto,& quaſi , vt tactum eſt , inuolu-
to; qúod ritè ponderatum omnia ſaluat.

Non

A Non diſpliceret quoq;, quod in quodam legi Rabbino, & vetuſto & admodũ docto; etſi noſtræ tempeſtatis non placebit aſtronomis, & aliis, rem fortè, minus quàm par fuerit, expendentibus. Putat ergo doctor, infra Sydereum cœlum, alios nõ eſſe, reipſa diſtinctos, ſed omnes, vnum eſſe corpus: idq; non ſecus, ac aer, plures in regiones diſtributũ, & ſuam, quemlibet explanetis, vti cœlum habere. Sentit etiam, corpus illud, non eſſe ſolidum, ſed velut aer permeabile, in quo & ſeptem agitentur planetę, non aliter, ac totidem pilæ ſphærulæq;, ab intelligẽtia tali mancipata muneri, à totius principe Deo. Et hic quidem, tali mouetur pacto, ille vero alio: quia lata illis lex, ita poſtulat. Et licet motiones ſint voluntarię; ſunt tamen, tali pacto à diuina voluntate præſcriptæ; vt nunquam præfixam exeant normam Propter quod, & de ipſis poſſunt erigi tabulæ; & prenunciari, tali pro tempore, Planetarum Synodi, Tetragoni, & Diametrales aſpectus. Nec obſtat, cęlos dici ſolidiſsimos, ac quaſi ęre fuſos: tum quia ſufficit, de primis ſupremiſq; veritatem ſortiri; tum quia non eſt ſenſus, ꝙ ſint impermeabiles, ſed ꝙ ſunt in ſua diſpoſitione conſtantiſsimi, nullaq; occaſione mutabiles; quod de ære dici non poteſt. Hæc ſi ita ſe habẽt, vt forte veritas eſt, nullæ, quòd prima die Sol editus ſit, erunt anguſtiæ: nec repugnabit, quòd factum referetur in quarta, vt eo annotandum eſt loco. *Et facta eſt lux.* Vis diuinæ manifeſtatur virtutis: eximiũ
B artificium, & quàm cito res obediant Deo.

Et vidit Deus, Elohim eſt, *lucem eſſe bonam: & lucem diuiſit à tenebris, appellauitq; lucem*, luci hebraice, *diem, & tenebras*, & hæc in dãdi caſu hebraice, *noctem. Et factum eſt veſpere, & mane*, vel hebraice, & fuit veſpera, & fuit mane, *dies vnus. Et vidit Elohim.* Videre in præſenti, eſt periculo cõprobare, ſicut & eo loci: Videbo an clamorẽ, facto cõpleuerint. (Gene. 18.) Bonũ aũt eſt, quod ſuapte natura excitat appetitum: nam & definitur eſſe, quod oĩa appetunt; (Etich. 1.) diuiditurq;, in cõmodum, honeſtum, ac delectabile. (Bonum quid & quę illius membra.) Ergo vidit Elohim, quia facto expertus eſt, Solis lucẽ appetibilẽ fore; nec ſolum, quia mundo commoda, frugiſq; in ꝙ pluribus creaturis, ſed & quia mirum in modum delectabilis, (ſiquidẽ perdulce eſt videre Solẽ, vti Sapiẽs dixit: (Eccle. 11.) quin & inſigniter honeſtati fauens: propter quod & honeſtè ambulamus in die, vt Apoſtolus notat: (Rom. 13.) & cõſtat in illa, maximè refulgere Deũ; & ꝙ in ſole ſuum conſtituit tabernaculum, ſicut & propheta refert. (Pſal. 17.)

Et lucem diuiſit à tenebris. Licet corpus Solis ſit ingentius elemẽto terræ; quia tñ illa eſt opaca, & impenetrabilis ſolaribus radiis; eſſe nequit, vt ſimul totus illuſtretur mundus. (Sol longè maior tota terra.) Ergo docet Vates, ꝙ etſi cõſtitutus eſt miræ magnitudinis ipſe Sol; non illuminat tñ, niſi alteram terræ partem. Ergo ſic factus eſt, vt ſemper ſit diuiſio diſcrimenq;, inter lucẽ, hoc eſt, illuminatam mundi par-
C tẽ, & tenebras, hoc eſt, obſcuram tenebroſamq;. *Appellauitq; lucem diem &c.* Siquidẽ, non miniſterio creaturæ, ſicut cum Prothoparẽtis opera, nomina indidit aĩalibus; ſed per ſeſe, idq; magno cum iudicio, Elohim nomina hæc imponere dignatus eſt. Quòd Hebræis, dandi ſit caſus, indubiè cõcedendum eſt idiomati: quanquam & dici põſsit, tum hæc, tum alia quæ Deus, paulo poſt, nomina largitus eſt creaturis, non ex earum intimis fuiſſe producta, ſed earũ ab effectibus accerſita; vt vel hinc perpẽdatur, nihil à Deo nominatum ocioſum, vel certo operi nõ deſtinatũ; quin & ſingula, vt ſint toti proficua commodaq;.

Et factum eſt veſpere &c. Sunt qui colligunt, primam dierum mundi partem, extitiſſe veſperam, initium illi dantes in occaſu, & ſecundam conſequenter mane, illam inchoãtes in ortu: ſed non attendunt verba prophetæ, quæ tam perſpicuè docent oppoſitum; vt importunum ſit verba iàcere. Continent quidem dies, de quibus ſermo ambas portiones, vt qui ex viginti & quatuor conficiuntur horis & Sole pro fuſa, initium habet in ortu, & calcem in occaſu: tenebris verò inuoluta, è contra ortum habet in occaſu, & extremum in ortu. Hic dies, eſt vnus, hoc eſt more Hebræorum primus: & fuit prima reuolutio Solis, dies dominicus, æquinoctialis, initium ve-
D ris, & Sol fuit in domo Martis, & in ſua exaltatione: quæ omnia multis ſcatent arcanis, de quibus mox, noſtra pro imbecillitate.

Arcanorum nonnulla, quæ in primo recondebantur mundi die.

PRimus mundi dies, dies extitit Solis, ſicut & ſeptimus ſabbati: quare in mundi exordio dñatus eſt Sol: cum non alia de ratione, dies nomina mutuentur ex planetis, niſi ꝙ in prima eorum dñantur hora; vt docet Hermes, & oẽs Aſtronomi. (Primus dies mundi, fuit dies ſolis.) Ergo in propoſito, ab initio dñari orſus eſt CHRISTVS; etſi toti mundo, ſingula verbo agẽdo, vt inquit Apoſtolus, ſuæ poteſtatis; (Heb. 1.) præſertim tñ humano generi. cui iſigniter aſcriptus eſt caput, & electis maximè, vt illos, non ſecus ac Sol, radiis, tum fidei (cuius Apoſtolo teſte, (Heb. 12.) author eſt, & cõſummator) tum gratiæ, iuſtitiæq;, (cum illius de plenitudine, hauriẽda ſit gratia, (Ioan. 1.)

& Sol

& Sol ab oraculo decernatur iuſtitiæ) pfundat, repleatq;. Propter quod, & in Prothoplaſte, etiã E Malac. 4.
antequam peccaret, fides extitit CHRISTI: quin & typum eius geſsit, & ſacroſanctam, illius cum Eccleſia copulam, in Euæ matrimonio, de quo & Paulus, præſetulit. Nec modo fides, ſed gratia, iuſtitia; etſi vt ingratiſsimus, horum naufragium, non tam tulit quàm fecit. Eph. 5.

Nec dies ſolum extitit Solis, ſed Æquinoctii: docens propter hoc, Solem fidei, gratiæ, & iuſtitiæ, CHRISTVM, pariter oriri bonis, & malis, vt de Patre aliquando dixit: docens & reſpectum non habere perſonæ, vt non raro, teſtantur Apoſtoli. Et illius quidem æquinoctij, quod in puncto, inchoatur Arietis; cum inde natura omnis inchoetur motus, qui vniuerſo proprius eſt, ex vera philoſophorum ſententia. Qui cum domus, ab Aſtronomis, decernatur Martis; haud mirum, ſi & in initio, illum aduerſus, exortum eſt prœlium, at non CHRISTI iactura, ſed fruge. Exortũ inquam eſt prœlium, de quo & nõnulli, illud intelligunt Apocalypſeos; in quo Michael, pugnauit cum Sathana. Siquidem & inter Angelos (idque, ni fallor, ob CHRISTVM) eſt orta tempeſtas; & nõ ſolum exturbata: ſed & magna ex parte, exploſa eſt militia cœli: vnde & humanus dimanauit lapſus, ſicut ex ſcripturis accipitur. Non iactura inquam CHRISTI; vt qui ex illa, nõ modo nõ eſt depreſſus, ſed promotus, & locupletius regnũ nactus; ſicut Epheſijs latius. Quare & Sol, exaltationem recipit in Ariete; vt oẽs aſſeuerant Aſtronomi. Hic dies, primæ reſponde ætati; & quæ, in ea ſunt facta, eorum erant typus, ac vaticinium; quæ in illa fuerant euentura, & forſitan hunc in modum. F

Initium motus cœli ab Ariete.

Matt. 6. Roma 2. Acto. 10. cap. 12. Sap. 2.

In principio, inquit. Siue hoc verbũ, pro rerum, mundiuè ſumas exordio; ſiue, vt magis quadrat, pro filio, hoc eſt, iuxta præmiſſa, pro CHRISTO, vel per CHRISTVM, nihil minus eſt conſtans, quod ſequitur: nempe *Elohim*, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, *creaſſe*, hoc eſt, ex nihilo, ſeu poſt nihilum, condidiſſe: *Cœlos*, id eſt, Angelos, qui ſacris in literis, hac non raro, denotati ſunt voce (Audite cœli: Exaudiam cœlos: Teſtes inuoco cœlos: Et obſtupeſcite cœli) Nec immerito: cum non ſolum celſiores ſint omnibus creaturis, ſed cœleſtia habitẽt corpora: illa ornent in illis nacti ſint ſedes, illa & agitent motu, & foueant influentiis. Angelos inquã ſed in duplici claſſe; cum & vox reddita, Cœlos, dualis ſit numeri. Altera eſt bonorum; vt qui non tam primo in actu, q̃ & in ſecundo, fœliciter adhęſere Deo. Reliqua eſt malorum qui licet in primo ſuę mentis motu, Deo adhæſerint, eiusq; fœlicitatis nonnihil attigerint; in ſecundo tamen apoſtatarunt, & ſic expelli ſuis de ſedibus meruerunt.

Angeli non immeritò cœlis denotati.

Deu. 32. Oſe. 2. Deu. 4. Iere. 2.

Vtroſq; fecit dñs, vtroſq; gratia decorauit, & fœlicitatis primitias, in primo actu, guſtare conceſsit: ſed aliqui peruerſa voluntate facti ſunt mali, aliqui diuino, euaſere fauore, fœlices. Illos etſi Deus labi permiſit, nõ tñ eorũ lapſui fauit: iſtos etſi poterant abuſu volũtatis corruere, gratia tamen, cui non defuerunt, non eſt paſſa deficere, de quo alibi latius. Denotat & has claſſes, hebraica vox, conſtans ex duabus, vt diximus, dictionibus prima eſt, Eſch, & ſignificat, ignem; innuens bonos, qui Dei arſere charitate: reliqua eſt, Maim, & interpretatur aquæ, & adũbrat reos, qui nedum peccato frigent, ſed velut aquę redditi ſunt inconſtantes vt qui nedũ, ſe auerterunt, ſed à Deo elongauerunt, ſine quo, nihil non nutat, nihil non fluit labiturq;. G

Et terram: id eſt hoĩes, ſic frequẽtius appellatos non ſolũ, quia verſantur ſuper eam, ſed & quia ſunt ficti ex ea. Nam factus eſt primus homo, de terra terrenus: Et ad illum. In labore veſceris pane, donec reuertaris in terram, de qua fictus es: nam puluis es, & redibis in puluerẽ. Vnde & ſæpe ad illos: Audi terra, Auribus percipe terra, Et terra, terra, terra, audi Verbum Dñi, Et quanquam hæc ſunt cõperta de oĩbus, potiſsimum tñ de peccatoribus, qui ſunt terrenis affecti, de quibus, & loquuntur, vt præcurſor dicit; qui & non ſolum pedibus conculcantur aĩalium, hoc eſt, brutalibus, & irrationabilibus cõcupiſcentiis; ſed & teruntur, aſsiduis excarnificationibus Sathanæ, cui traditi ſunt in cibum, cum dictum eſt; & terram comedes omnibus diebus.

1. Cor. 15. Gene. 3. Eſa. 1. Iere. 22. Ioan. 3. Gen. 3.

Et terra fuit: nõ ex Deo, ſed ex ſeſe (perditio tua, ex te Iſrael) *inanis, & vacua*. Siquidem homo, ſine ſpirituali, non eſt fictus anima, quia factus non eſt, ſine diuina gratia, quæ mentis anima eſt: non eſt factus, bonis operibus vacuus, cum indutus, ornatuſque fuerit originali iuſtitia, cuius radix, eſt gratia: quin & factus eſt magno in honore, & tam eximiis illuſtratus chariſmatibus, quòd & Angelicis, inuidioſus eſt redditus mentibus. Verùm ſathanico afflatus Spiritu, præcipitauit ſeſe, à Ieruſalem lapſus in Iericò: & ſpoliatus iuſtitia gratiaque, non leuiter eſt & in natura percuſſus, vt verè omnibus ritè pẽſatis, magnum euaſerit Chaos, verè ter inaniſsima terra vacua quouis opere bono, immo obſita ſpinis & tribulis, quia omnibus expoſita ſceleribus, & iniquitatibus. Et inter plurima, quæ vates diſsimulat, illud eſt malum non mediocre: quòd *tenebræ ſuper facies, fuerunt abyſſi*. H Oſe. 13.

Homines terra inſinuati.

Luc. 10.

Siquidem,

A Siquidem de horrenda, quam ex originis labe contraximus, cæcitate, vnà aliis cum incommo
dis, ſatis diſputatũ eſt ad Romanos, ea in digreſsione, quá propterea inſeruimus; vt iure nõ culpe
Iere.17. mur, ſi breui percurratur. Abyſſus, hoïs eſt mens, ſi fides habetur prophetæ: Profundũ inquit, eſt
cor hoïs, & inſcrutabile. Facies, intellectus eſt, per quẽ, & naturales de ea iudicium ſumũt; nec ab
ſurdè, cum inde, eius illuceat vis, cõſiſtentia, immortalitas. In ſumma: initium inde cuius volue-
ris proficiſcitur recti operis; in quo, & per quod, potiſsimũ prodit ſeſe. Hic, vt tradunt eſt duplex;
contemplatiuus, & practicus: quibus & Hebræa conſonat dictio, quæ dualis numeri eſt. Et con-
ſtat, ꝙ ex peccato, ſuper vtrunq; factæ ſunt tenebræ, & quidẽ tam craſſæ, vt non ſolum vtroque
in probe gerẽdis homo cæcutiat, ſed & paſsim deprehendatur orbus. Legantur primæ ætatis hi-
ſtoriæ, & non erit qui de hominis, eo pro tempore, hæſitet cæcitate.

Gen.6. Nã præter id, ꝙ in ea ortæ ſunt Idololatriæ, initiata parricidia; innundauerunt crimina, tã ſce
leſta, tam neſanda, vt Deum, qui mutationes non patitur, ꝙ hoïem fecerit, neceſſe fuerit pœni-
tere. Quis referat, Dei tunc temporis ignorantiam, non quia ſe illa in ætate non proderet, no-
ſtræuè ſalutis, non pateſceret ſacramẽtum; ſed quia hæc contemnebant attẽdere & maiores recu
ſabant audire? Siquidem euangelizante Adamo, de benedicto ſemine, & inculcantibus aliis de
B progenie Seth, quæ eo pro tẽpore, fuerant reuelanda euangelica ſacramẽta; ridebant, hoſtes (vt
Beroſus dicit totius religionis, ac ſine Deo in mundo: Quis, in agendis ſtultitiam, qñ non vaca-
Gen.8. bant, ſed abhorrebant à colendis animis, omni propendentes virili, vt vel à teneris indulgerent
genio; vt qui proni erant ad malum, ad adoleſcentia ſua?

Vnde non ſolum, intenti erant crapulæ, carnibus veſcẽdo animalium, ſed & hominum: quin
(eodem authore) procurabant aborſus, vt ederent delicioſius: cum tamen Dei ordinatione, con
tenti eſſe debuerant, herbis agri, & aliis terræ naſcentibus. Commiſcebantur nedum matribus,
filiabus, ſororibus; ſed & maſculis & brutis. Ergo vtroque erant orbi: ſapientia expertes in
contemplatiuo, & prudentia iudicioque ſano, in practico. Ergo rectè docet Baruch: Gigantes
Baruc.3. qui fuerunt, ab initio, meritò periiſſe, quoniam viam contempſerunt diſciplinæ; nec per ſemi-
tas, ſunt profecti, prudentiæ.

Et ſpiritus Elohim, ferebatur, vel cubabat, ſi placet, *ſuper aquas*. Per ſpũm, intelligatur affectus,
amorq; ſicut & eo loci. Beati pauperes ſpũ: Et ſpirituum ponderator eſt dñs. Et affectus, amorq;
Mat.5. prou.16. ſacratiſsimæ Trinitatis: ſicut & vox Elohim, docet. Aquæ ſunt populi, vt Ioãnes in Apocalypſi;
Cap 17. vel humanæ vitæ decurſus, vt mulier illa, ad Dauidẽ. Oẽs morimur; & velut aquæ ſuper terram, di
2.Reg.14 C labimur. Ergo Dei affectus, amorq; erga nos, incredibilis (nam perpetua nos charitate dilexit; &
Iere 31. ad ſe ingẽti miſeratione pertraxit) ferebatur, à fine ad finẽ, attingẽdo fortiter & cuncta diſponẽ- Amor Dei er
Sap.7. do ſuauiter. Cubabat, & nihil minus ſauẽdo, fouẽdoq; vt in nos tãdẽ reuocaretur gratia, ſpiritua- ga homine incredibilis.
li reſtitueremur vitæ; quin & in meliorem eueheremur frugem: Quippe qui, ſuum non ignora-
bat figmẽtum; immo & abſolutiſsimum opificium. Siquidem, magnum miraculum homo, & in
mundi proſcęnio nihil præſtantius, nihil natura ſpectabilius; etſi peccando factus eſt, nedũ ſimi-
lis inſipienti iumento, ſed & euaſit horrendiſsimum monſtrum.

At quid ſanxit, quid demum decreuit? *Dixit*, ergo: tum ſecum, tum &, ſi non fallor, aſsiſtenti
tibus Angelis. *Dixit:* diuino præmiſſo conſilio, deliberatione, decreto, *Erit lux*. Reuertetur aïa,
reuertetur fides, iuſtitia, gratia: nec reuertetur modo, ſed cumulabitur; illius merito & interuen
Ioan.8. tione, qui lux eſt mundi: in quo & lux vita eſt hominũ: qui & venit, non ſolum vt vitam habeãt,
& 1. ſed vt abundantius habeant. Nam cũ noſtra culpa redditi ſimus inanes, gratia amiſſa, ex qua ani-
&.10. mę proficiſcitur vita, oẽs euaſimus mortui; prout non ſolum Paulus aliqñ dicit, ſed & contra nos
lata ſententia (quacunque comederis hora, mortem incurres) euidenter probat. *Et fuit lux*: non
Rom.5. D modo in poſtremo, quo CHRISTVS incarnatus eſt, tempore; ſed & à mundi principio. Quare
&1.Co.15. et capitaliter ſi cõmiſit Prothoplaſtes; haud dubium, ꝙ pœnitẽtiam egit; ac gratiam, per CHRI-
Gen.2. STVM, futurum mulieris ſemen, in cuius ſolo nomine proficiſcitur ſalus, conſequutus eſt. Fuit & fi Prothoplaſtes pœnitentiam egit.
des, gratia, & iuſtitia in Abelo; cum fidem in illo commendet Apoſtolus; & iuſtitiam, quæ non
Heb.11. H eſt ſine gratia, in eo celebret CHRISTVS. Fuit & in Seth: fuit & in Enos; & in eorum tempore;
Matt.24. cœpit Deus, in nomine inuocari IEHOVAH; quod in nomine comprehẽditur, IESV. Fuit & in
Enoch: qui cum Deo ambulauit, & tranſlatus eſt, ne forte à recta declinaret, ob inſignem mun-
di malitiam. Fuit & illo in tempore Lux: quia in eo, exorſi multi ſunt Euangelium prædicare; &
Deus cœpit, illud typis diuerſis exprimere.

Ehp.5. *Et lucem diuiſit, à tenebris*. Si qui CHRISTI pfunduntur luce, nõ dicerẽtur lux, & qui nõ pfun-
duntur non dicerentur tenebræ, id õn moneret Apoſtolus: Fuiſtis aliqñ tenebræ, nunc lux eſtis

in dño

in dño. Ergo Elohim, qui cuncta recto perſcrutatur iudicio, probeq; nouit, qui credunt, & qui E
credere nolunt; primũ, inter ambos, ſecreto diſcernit tribunali, oues ſegregando ab hædis, & fru
mentũ à paleis: deinde ſignis, externiſq; notis, haud raro iſtos pandit & illos, ſicut & in prima ſer
uauit ætate; dum fideles, Deumq; timentes, in piis ac religioſis lucere fecit operibus, & incredu-
los, Deumq; non curantes, fœtere fecit obſcęnis criminibus. Præter id, ꝙ & illos, oriri conſtituit
ex Seth, nomineq; honeſtari filiorum Dei: & iſtos, originem ducere ex Cayno, inglorioq; relin-
qui ephiteto, vt filij nuncuparentur hominum.

Et fuit veſpera. Dies operibus aptus, à Solis incipit ortu, & finem habet in occaſu (exibit homo Pſal. 103.
ad opus ſuum, vſq; ad veſperam) ita & fideliũ tunc tẽporis, vita, à luce exorta eſt gratiæ, fidei & iu-
ſtitiæ: & terminum ſortita eſt, incipientibus tenebris. Nam non longe poſt, ſunt à recta digreſſi,
immo, & ad malum prolapſi; cum filias contemplantes hominum pulchras, ſibi rapuerũt vxores; Cap. 6.
& breui tota corrupta eſt terra, ſicut & atteſtatus eſt vates. Nox aũt facinoribus commoda (nam Ioan. 3.
& qui male agit, odit lucem; & quæ nocte fiunt, turpe eſt & dicere) ortũ habet in veſpera, & ter- Eph. 5.
minũ, in aurora: & ita & maleg eſta, in tenebris incipiunt ignorantiæ, & finẽ tandem, in luce nã
ciſcuntur malitiæ: nã peccans, ignorãs eſt in principio, ſed admiſſo crimine, illi aperiuntur ocu
li, vt trectent peccati turpitudinem; vt in prothoplaſte, eiuſq; contigit coniuge: quin & in bara- F Prou. 18.
thrum malorum cõiectus, etiam eo pacto, terminum ſortitur in luce: quia palàm vt ſcriptum eſt,
peccare non renuit. Ergo, *fuit veſpera,* quia ea in ætate, multorum bonitas, verſa eſt in malitiam:
& fuit mane, quia eòuſq; iniquitas eſt protracta: vt palã perpetrarẽtur, ſine vllo timore, ruboreq;
flagitia. Quanquam & mane terminus veſperæ, vt initium ſumi valeat diei ſequentis; ob idque
detur intelligi, tunc malo impoſitum eſſe finem, cum Deus ſua affulſerit gratia; ſicut & commu-
ni lege, in principiis harum ſeruatur ætatum; vt conſtat ſiquis, illas diligenter excutiat.

Quæ in ſecunda, mundi, facta ſint die.

ET Dixit *Deus,* Elohim, in hebræo, *Fiat firmamentum,* hebræis, erit extenſio, *in medio*
aquarum: & diuidet aquas ab aquis. Firmamẽti nomine, nedum ſydereũ intelligitur
cœlum, vnà cum ſeptẽ, quos regit, cõtinetq; planetis; ſed & cum æthere, quin & cũ
aeris elemẽto, ſicut quinta præſefert dies. Hæc non ſecus ac interſtitiũ, inter primũ
conſtituta ſunt mobile, quod ſupercœleſtibus denotatur aquis, & aqueum, terræq;
proximum elementũ. Et qm̃ interſtitium hoc, nõ eſt cõſtitutum ad tẽpus, nec reſolubile eſt ve-
tuſtate; haud immeritò, firmamentum appellatum eſt. Præter id, ꝙ & extrema, ſua reddit interca G
pedine firma; vt neutrum, hinc inde, valeat declinare. Dicta ſunt extenſio; qm̃ etſi hæc, vt dixi-
mus, prima producta ſunt die; ſunt tñ producta in abſoluta, & quodammodo cõplicata: at in pręſenti ſunt extenſa, firmataq;, vt rite, omni forent ex parte mediantia, ac conſtans inſtertitium fa-
cientia. *Et diuidet aquas &c.* Etſi hęc intermedia, in alios quoq; conſtituta ſunt vſus; nempe vt in
fluant, proſintq;, inferioribus rebus; quia tñ hęc illis non congruunt, niſi per Sydera, Planetaſq;,
de quibus nulla mentio, niſi quarta ſub die; haud obſcurum, ꝙ non inconconſultò hoc in loco
diſſimulata ſunt. *Et factum eſt ita.* Siquidem, in Elohim ditione, vniuerſa ſunt poſita, & nõ eſt, Heſter. 13.
qui illius poſſit reſiſtere voluntati.

Firmamento comprehẽſa quo pacto prima die ꝑducta.

Fecit, ergo, *Elohim, firmamentum,* extenſionemuè, *diuiſitq; aquas, quæ erant ſub firmamento,* vel
expanſionem. *ab his, quæ erant ſuper firmamentum,* vel expanſionem. *Et vocauit firmamentum,* expã
ſioni hebraice, *cœlum,* vel cœlos. Non quidẽ ob penuriã verbi, ſed arcano, vt puto, iudicio: quod
oculatior tentet. Quantũ tñ aſſequor, altera fieri potuit ratione. Vel quia mundi fabrica, in duas
diſſecta partes, cœlos inquam, terramq;; ſicut elementum aquę eſt computatum cum terra, ita &
de quibus loquimur, corpora, ſunt cum cœlis aſcripta: ergo nec mirum, ſi & illorum nomẽ ſunt
nacta. Nec refert, ſi terræ aqueoq; elemento, nõ ſit nomẽ cõmune; qm̃ licet, hæc vno ſe teneant
ex extremo, non hærent tñ tali pacto, vt ſimpliciter & abſolutè, membra ſymbolum habeant (nã
terra eſt ſicca, & aqua perhumida (Et quamuis ambo ſint frigida; nõ debuerunt tñ, ſic perſeuera-
re contigua, vt altera, vndiq; tegatur à reliqua. Vel quia Schamaim, quod redditur cœlos com- H
plectitur igneam, humidamque naturam: ergo, cum hæ diſpoſitiones ſint, non modo ſupremo-
rum, vt dictum eſt, corporum, ſed & extenſorum ſub eis: palam ꝙ ea nomenclatura non diſſo-
nat. *Et factum eſt, veſpere, & mane,* hebraicè, & fuit veſpera, & fuit mane, *dies ſecundus.* Quod
in primo expoſuimus die.

Verùm mirantur aliqui, Cur diebus reliquis, Elohim ſuum opus aſpiciat probet, bonumque
iudicet; & ab his, in hoc ſolo ſuperſedeat. Et quanquã tutò, oculto aſſeratur factũ iudicio; nitũtur

tamen

A tñ multi, rationem afferre. Sunt ergo, qui id in malam, reiiciant conditionē binarij: dicentes illū numerum nedum imperfectum, ſed infamen. Nam cum proximè, ab vnitate recedat, nequit inquiunt, ad malum non vergere, & in deteriorē, non declinare partē; vt & philoſophi dicunt. Sed hi noſtro iudicio, non modo aſtruunt rem ridiculam, ſed iure damnandam; vt qui Deum authorem faciunt rei, natura malæ, quod maximè execrandum eſt. Siquidē cum binarius, ſpecies comprobetur numeri, pendeatq; non minus, ac aliæ, à primo principio; palam, illius ſiqua foret ma-
Luc.10. litia, Dei nō mediocriter detrahere bonitati; à qua tñ nihil valet proficiſci non bonum. Ad hæc. Si binarius eſſet infamis, non rite diſcipulis præcepiſſet Dñs, vt bini proficiſcerentur & bini, nec
Eccle 4. prouidè conſuluiſſet Sapiens, ne incederemus ſoli, ne forte ĩpingenti deſit, qui porrigat manū:
Col.3. & q ſi fuerint duo, fouebuntur mutuo. Quin nec charitas, quæ vinculum decernitur perfectionis, duobus abſolueretur præceptis; in quibus & tota lex pendet. Quòd ſi ex proximo, ab vnita-
Mat.22. te receſſu, res eſt inurenda infamiæ; cur Angeli, id maxime non patientur opprobrij; qui mox receduut à Deo, qui eſt maximè vnus?

Quare tradūt alij, q cū bonum, idem ſit quod perfectum; haud dubium, q corpora, de quibus ſermo, cum tunc fuerint incompleta (carebant enim aſtris & per hoc, opportunis influxibus) iu- *Bonum idē quod perfectū.*
B re non valuerunt enunciari bona, minusq; (vt in aliis, aliqñ fecit) benedici, cum cumulum denotet perfectionis. Sed & hæc, non ſunt ſine ſcrupulo; cum & prima die, bonum ſit pronunciatum de luce; quæ tñ ad diem vſq; quartum, extitit imperfecta; cum non fuerit eouſq;, in corpora fulgentia diſpartita, aut debitis, tum proprietatibus, tum influentiis locupletata, Quare dici forte ad literam poſſet, iccirco non pronunciari bona, quia eo in ſtatu, non erant ſimpliciter appetibilia. Siquidē non valebant promouere inferna; cum forent deſtituta influxibus: nō poterāt orbē decorare, oblectareq;, cum deficerent aſtris; nec in eis eximiè Dei refulgebat gloria, cum forent orbata debita luce, Hæc lubens affero, quia minori ſubiiciuntur ſcrupulo.

Arcana, quæ mea conſequor imbecillitate, ex his, quæ in ſecunda, facta ſunt mundi die.

SEcunda, dies extitit Lunæ, ſecundæ mundi reſpondens ætati; rite conſonat ſacra-
Eſa.60. mento. Et præter id, q Luna prędominatur aquæ, eſtq; mutabilitatis indicium; liquet q figurā gerit Eccleſiæ, ſicut & Sol CHRISTI IESV. Nō occidet, vltra Sol: & Luna non minuetur amplius. Et notū eſt, hac in ætate, fuiſſe cataclyſmum, notum eſt, terrā à primęua diſpoſitione mutatam, & vnà cum terrænaſcentibus, deteriorē *Vis & natura Lunæ.*
C effectam; decuratā hoīum vitam; & crebrioribus ęrumnis ſubiectam: notum eſt arcam præclarū typum geſtaſſe Eccleſiæ, ſicut & in præcedentibus explicatum eſt. Ergo, cum ætas hæc ortum habeat in trāſlatione Enochi, & finē ſortiatur in conſummatione diluuij; poſſunt hunc in modū, il-
Ionæ.3. lius excuti ſacramēta. *Dixit Eolhim*, hoīum ſtomacatus malitiā; & corruptionē vniuerſę carnis. *Di-*
Luc.22. *xit*, nedū ſecū, nedū Angelis beatis; ſed & iuſto, proboq; Noemo. *Dixit*, non cōminādo, vt alias
Gen.6. Niniuitis; ſed p ſnīam definiēdo, vt alias excidiū Ieroſolymæ. Et quid? *Erit extenſio*: nēpe diuinę vīdictæ, qa nō vltra vaginabit (ita dicūt aliqui, vt vi exprimāt hebręę vocis) gladius meus nec amplius meus diſceptabit ſpiritus, debeā, vel non debeā (hoīum loquitur more) oēm abolere carnē. Iam eſt res decreta, definita, & eouſq; firmata; vt & firmamentū, nuncupari poſſit. Erit igitur, iræ meæ extēſio, erit quod nos dicimus iudices, vti firmamentū conſtans: *in medio aquarum*, in medio populorū, in medio curſus vitę humanæ: quia dū edēt & bibēt, cū luxuriabūtur magis, dieſq; du-
Pſal.54. cēt in bonis, quaſi vix dimidiū attigerint vitæ: *erit in medio*, quia viri ſanguinū & doloſi, nō dimidiabunt dies ſuos: & demum, *erit in medio*, quia nulli parcet, erit ſine reſpectu perſonæ, perdet oēs, ſiue fœminas, ſiue mares, ſiue ſenes, ſiue paruulos, & ſugentes vbera: vna oēs inuoluet ſors, *Aquæ ſupe.; & infernæ.*
D vna eademq; opprimet pœna. *Et diuidēt aquas, ab aquis.* Siquidem, non erit extenſio, vt omnia deſtruantur (nam etſi Deus iraſcitur, nō obliuiſcitur miſericordiæ. ſed vt aquæ supernæ, infernæq; ſeparentur: illæ ſunt fideles, & pij, iſtæ perfidi, & ſceleſti: illæ ſuper expanſionem ſunt, quia non ſuccumbunt, ſed ſupergrediuntur cataclyſmo, iſtę ſub expāſione ſunt, quia nō ſecus, ac Pharao, & ſui, ſubmergūtur aquis: illæ Noęmus fuerunt ſua cum familia, iſtę reliqui omnes, qui criminibus tenebantur, & iniquitatibus; *Et factum eſt ita.* Nam pluit dominus, dies quadraginta: & nō ſolum, deleti ſunt homines, ſed & animalia.

Et vocauit, expanſioni cœlos. Quod non contigit, ſine ratione. Et primò quidem, factum eſt, vt doceat in Cataclyſmo, vires concurriſſe cęleſtes, indeq; aquas aduocatas ſuper terrā; quod & Va-
Gene.7. tes non tacet, cum catharactas, refert apertas, in cœlo. Secundò verò, vt vindictam hanc, prę-
Rom.1. ſeferat inſignem; vt cui, ſupremum conſentit tribunalium. Ad quod, & alluſit Apoſtolus: cum

SS ſuper

ſuper impios, dicit iram reuelari de cœlo. Tertio aũt, vt moneſaciat, ſe duplicem, mũdo inſignẽ E
ſtatuiſſe vindictam; vt oẽs puniantur ſceleſti. Alteram, per cataclyſmum, de qua ſermo, reliquã per ignem, & hanc in nouiſsimo die, Siquidem Schamaim, vt non ſemel monui, ignem dicit & aquas: & notum eſt, ꝙ per diluuium, oẽs deleti ſunt impij, & ꝙ per ignem, tandem inflammandi erunt: oẽs Dei hoſtes. Nec latuit ſacramtẽum Enoch, qui, Iuda (qui & Thaddæus) teſte, de vtroq; eſt vaticinatus iudicio: ſuumq; (authore Ioſepho, primo antiquitatum libro) vaticiniũ, duabus in ſculpſit columnis: lapidea altera, vt conſiſtere poſſet in cataclismo: lateritia reliqua, vt perſeuerare valeret, in conflagratione, *Et fuit veſpera*: quia mundus ſuccubuit aquis, & *& fuit mane*, quia illi tandem, reſtituta eſt lux: illa finem mundo dedit originali, hæc initium præbuit ſubſequenti: *Et dies fuit ſecunaus*, Noemo egreſſo de arca, & tertia ætate exorta. Et ex his, haud difficilè eſt aduertere, cur benedictio, vel Dei ſaltem, de rei bonitate commendatio, ſecundo non auditur in die: nempe quia etſi, Dei iuſtitia in eius gloriam cedit, non lætatur tamen, in viuorum perditione: & certum eſt, ꝙ mundus, deterioris ob cataclyſmum, redditus eſt conditionis: & aptus potius execrari, quàm benedici.

Pſal. 96. Iudæ. 1.

Vaticinium Enoch duab⁹ inſculptũ columnis.

Sap. 1.

Quæ in tertia, peracta ſint, mundi die. F

ET Dixit, tum ſecũ, tum Angelis, *Deus*, Elohim, *Congregentur:* cõgregabuntur hebraice, *aquæ, quæ ſub cœlis ſunt, ad locum vnum: & appareat arida*, hebraice, & videbitur ſiccũ. Eouſq; fuerũt aquæ, minus q̃ par fuerat denſæ, ac totã circũdãtes terrã: ſed hac die, Elohim opera, ſunt vt debuit, cõdẽſatę, & in vnũ locũ ſimul reſtrictę. Licet diuerſa ſint flumina, licet & maria appareãt ſeparata, licet plures offendantur lacus, & multas experiamur paludes; oĩa tñ, vt philoſophi dicunt, vnã obtinẽt ſpherã; cò ꝙ per ſubterraneos copulãtur meatus, etſi noſtris ſenſibus indeprehẽſos. *Et appareat arida &c.* Aquis reſtrictis, & vnũ in locum adunatis, non vltra tota occupata eſt terra: quare & videri datũ eſt aliquas eius partes. Et quanquã elemẽtum aquæ ſit immenſius terra, quanquã ſuaptè natura, totam debuerit occupare; naturæ tñ author, vt aĩalibus, terræq; prouideret naſcẽtibus, aquas vna ex parte retraxit, voluitq; cedere terræ. Et licet nõ inficior, aquam eſſe rotundã; non puto tñ idem habere cẽtrum, quod terra: qñquidem centrum terræ, centrum eſt mundi, ſed aquarũ, ni ſallor, cẽtrum aliud eſt. Putandum hæc elemẽta, nedum ex parte coniuncta; ſed alterũ, ex latere reliquũ penetrare, idq; certa mẽſura. Et quanquã res videatur coacta, ſitq; (ſi ſuis in naturis elemẽta penſentur;) verũtñ, ſi vt mundi ſeruiunt fabricæ, res naturaliſsima eſt: Præter id, ꝙ mũdi author, qui infernam aĩalibus, arboribusq; conſtituit regionem, ſic iuſsit: vnde & per vates, nonnunquam aquas aſſerit, ſuper terram poſitas, nonnunquã è: diuerſo, terram ſuper aquas ſtabilitam. Siquidẽ ſtatuit mari terminum, ipſumq; reſtrinxit quaſi in vtre: & terram, libratis montibus, collibusq; appendit tribus digitis. *Et factum eſt ita.* Dixit enim, & facta ſunt: mãdauit & creata ſunt. *Et vocauit*, Elohim, *aridam*, ſicco hebraice, *terram*. Nam licet infimũ elementum, ab aquis fuerit vindicatum, non tñ eo pacto, vt ſine alteratione ſit: quippe quod terendum eſt, non ſolum pedibus animalium, ſed & cultura hominum; quin & attractione Solis, & Syderũ, *Congregationesq;*, in dandi caſu hebraice, *aquarum, appellauit maria:* Siue aquæ ſint dulces, ſiue ſint ſalſæ.

Aqua nõ habet idẽ cẽtrũ forte cũ terra

G

Pſal. 23. & 77. Iob 38. Prou 8. Eſa. 40. Pſal. 150.

Et vidit. Elohim, terram aquis derelictam, *rem bonam*, nempe cõmodã, tum aĩalibus, tum terrænaſcentibus: nec modo cõmodã, ſed delectabilem, p̃ſertim ſi veſtiretur herbis, & plãtis. *Et ait:* non tam pręcipiendo, quàm fœcundando. *Germinet terra, herbam virentem, & facientem ſemen: lignumq; pomiferum & faciens fructum. iuxta genus ſuum: cuius ſemen, in ſemetipſo ſit ſuper terram.* Nõ refert, ſi vt in hebræo, legat quis, herbabit terra germẽ. Vbi vis ſemenq; cõceditur terræ, ad quodius vegetabile: & ſubditur appoſitiuè (herbã ſeminificantem ſemen, & lignũ fructus, faciens fructũ, generi ſuo, cuius ſemen eius, in ipſo, ſuper terrã) vt in duas conſtituat claſſes: & in altera ſint herbæ fructiceſq;, in reliqua arbores, & grandiores plantæ. In quibus, edocemur duo: Alterum eſt, ꝙ licet terra, mox, vt dicetur, veſtita ſit nedũ herbis, ſed plãtis, illiſq; frõdibus, fructibusq; onuſtis; quia tñ naturalis, quo ꝓducuntur, ordo eſt, vt oẽ quod vegetat, è terra haud ſecus pulluler, ac herba, nõ immeritò res tali exprimitur pacto. Reliquum eſt: ꝙ etſi plurima ſunt vegetabiliũ genera, videtur tñ terra, ad ea, in initio proferendum reſtricta, quæ ſemen habẽt in ſeſe. Propter quod excluſa videntur ſterilia, oĩaq; infructuoſa. Et merito: quia illa, nõ ſecus, ac ſpinę tribuliq;, inuecta ſunt à peccato. Excluſa, & (ni fallor) omnia noxia, venenoſaq;, tum animalibus, tum hominibus; vt verè enunciandum ſit, fuiſſe bonum, quod in his factum eſt. H

Et factum

A *Et factum eſt ita.* Terra,prolificádi accepta virtute:mox ſuo obedinit authori. Vnde & ſubdit:
Et protulit terra,herbam virentem, & facientem ſemen,iuxta genus ſuum:lignumq; faciens fructum, & ha
bens vnumquodq; ſementem. ſecundum ſpeciem ſua Si textus delectat,hebræus;ſic lege. Et protulit ter
ra germé,herbam feminificanté ſemé generi ſuo:& lignum fructum faciés,cuius ſemen eius,in
ipſo, generi ſuo. Et ſi his in verbis,nil videatur cogés,ad herbas,plantasq; ꝓductas cũ fructibus;ſi
quis tñ conferat,hac die,productum Hnrtum voluptatis,in quo erant arbores onuſtę fructibus; Tertia mũdi
haud hęſitabit,rem ſic habere. Adde,ꝙ ſicut homo factus eſt in ſtatu virili,ita & reliqua ſunt pro die ꝓductus
ducta in ſtatu perfecto. Nec obſtat ꝙ veris tempore,apud nos non reperiantur;quia reperiuntur hortus volu-
alibi,vt philoſophi docent;quin & ratio cogit:qm̃ dũ nobis eſt Ver,alio in loco eſt Autumnus;ſi- ptatis.
cut & cũ nobis eſt Aeſtas,alijs riget Hyems. Quáquã ſi non fallor, peccato noo exiſtente, nedũ
terra,erat venuſtior,ſed vberior:& quod vix ſemel, nunc edit,tunc edebat bis, & forſitan plu-
ries,quin & ſemper;cum ex terræ naſcentibus,paſcerentur homines, vt ſcriptura tradit. *Et vidit*
Deus, nomen eſt Elohim, *quid eſſet bonum.* Et hoc arbores præſefert, fructibus plenas *Et factum*
eſt, veſpere, & mane, dies tertius. Et conſtat ex præcedentibus.

B *Arcana, quæ nobis conceſſum eſt colligi ex tertia mundi die.*

TErtia,dies extitit Martis: ergo nil mirum, ſi & quæ planeta protẽdit,in tertia con
tigerunt ætate Quare & nõ lõge ab initio,ortus eſt Nembrottus,qui cœpit exer-
cere tyrannidẽ,venando,ſibiq; ſubijciẽdo hoĩes;etſi, vt creditur,falſo religionis
prætextu: Cœpit & ædificare turrim,vt ad cęlum vſq; pertingeret. vnde & lingua
rum eſt profecta confuſio,& initium ſumpſit regnum Babel. Hinc Belus ortus &
Ninus Semiramis & qui ſunt ſecuti tyranni;qui mundum exturbarunt,nedum bellis,ſed & de-
predationibus. Sed properemus ad textũ. *Et dixit Elohim. Congregabuntur aquæ,quæ ſub cœlis,ſunt in*
locum vnum. Si per aquas,quæ ſub cœlis,aqueum intelligitur elemẽtum;palã illas,cõgregatas eſſe
in calce dilnuii,& congregatas vnum in locũ,quia reuerſæ ſunt ad Oceanum. Palam & ꝙ appa- Terra cata-
ruit arida,quia exſiccata eſt terra: Et qm̃ ob cataclyſmum ooonihil eſt paſſa. quin & à primeua cliſmo ge-
genuinaq; diſpoſitione,non mediocriter deſtituta;mirum non eſt ſi,ex illa, nata non fuerunt vt nuina diſpo
ante,pfecta: quod vates hunc iuxta ſenſum præſefert,docẽs,ꝓductas herbas & plãta , fructus qui ſitione deſti-
dẽ faciẽtes,at noo abſolute,ſed iuxta earum genus;quod in propoſito,extenuationẽ ac minutio- tuta.
C nem dicit. Si vero intelliguntur populi,qui ſub cœlorum ſe conſtituunt poteſtate,illos,eorumq;
Deu. 4. aſtra colẽdo,vt ĩfideles,impijq;(ſicut è diuerſo,fideles & pij, à ſignis cœli norunt metuendum nõ
Iere. 10. eſſe,illa quidẽ non colunt,nec vt numini,alicui ſe ſubijciunt creaturæ, aquis denotantur ſuper-
cœleſtibus:nam ciues ſanctorũ effecti,ſuam ſuper cœlos ſuſpiciunt politiam,illisq; ſe credunt ſy-
deribus: quæ in mundo reperiuntur archetypo: nẽpe Ioui diuinæ prouidẽtiæ, & Veneri ſinceræ
charitatis, Deiq; dilectionis;) Illi proferuntur congregandi, ſicut & reuera congregati ſunt: *&*
Gen. 11. *vnum in locum,* cum ab oriente,in campum ſe contulerint Sennaar. ædificaturi turrim,vt aſcẽde
Acto. 7. rẽt cœlos. *Et videbitur arida.* Quod completum eſt,cum Deus,videre fecit Abramo, Iſaacco, Iaco
Gene. 33. bo,terram Chanaam: videre inquã & perambulare:at non poſsidere,qm̃ vt Stephanus dicit,nec
pedem,palmumuè terræ. poſſederunt in ea:etſi ſpeluncam emit,in ſepulturam Saræ Abraham;
Hædicta eſt arida quia maxima ex parte,vbertate eſt priſtina deſtituta.
Et vt dicam quod ſentio,nõ ſolum ſiue præiudicio veritatis,ſed & ſub cenſura, ſaoioris iudi-
cij: attedendum ꝙ etſi, voluptatis hortus,à Deo eſt,hac io terra plantatus,hæſitarunt tñ multi de
loco:& qm̃ ſententiæ ſunt variæ,adhuc lis eſt ſub iudice. Verũ meæ cõſonat imbecillitati,vt fue
rit,vbi eſt promiſsionis terra;idq; haud ſimplici coniectura. Prima eſt quia illa non modo pce- De loco para
Heb. 11. D lebris eſt,in diuinis literis,ſed & typus,cœleſtis decernitur patriæ,ſicut & Apoſtolus docet;quã, diſi tereſtris,
non ſolum patres,ſed & Deus tanti pendit vt nõ ſecus,ac extremas delicias,ſuumq; peculiare re- quid ſentit
gnũ,dilecto à ſe populo paſsim repromitat in qua,& perilluſtris voluit haberi,editis in illa,ne- Author.
dum Ieroſolyma & templo,ſed & innumeris ſignis & portentis:& tandem,& naſci & mori, &
reſurgere voluit vnigenitum, qui indubiè arbor eſt vitæ; indeq; ſuam proficiſci legem, ad di-
ſcernendum. quod eſt bonum & malum quam nũlli fas eſt carpere, nulli mordẽre, ſine inter-
minatione mortis. Secunda quia Lot: cum diſceſsit à patruo, in Penthapoleos ſe contulit re-
gionem,quæ illi eſt terræ contigua;quia erat vti Paradiſus domini. Et conſtat quòd Cainus, ci-
uitatem conſtruxit,heden prope. etſi Beroſo creditur, apud Libanum mootem; quem certum
Gen. 7. eſt, eſſe promiſſæ terræ vicinum proximumq;. Hæc,ſi non prius,ſaltem cataclyſmi tẽpore,con
tecta eſt aquis; cum vt ſcriptura tradit, cuiusuis montis cacumen,quindecim exceſſerit cubitos.

Nec conſtanter dicitur,ab aquis hunc locũ exemptum;tum quia res tam mira non fuiſſet in ſcri- B
pturis omiſſa;tum quia ſi altior, reliquis extitiſſet montibus,& eo altior , ꝙ quindecim excede-
ret cubitis,locus non videretur hominis vitæ conueniens.

Dixi ſi nõ prius;q̃m nihil inuenitur obſiſtens,quin potuerit ante deleri , cum poſt peccatum
vltra nõ fuerit neceſſarius:immo cum hominibus foret inacceſſus,videri poterat ocioſus, & præ
ſertim cum humana,opus haberet induſtria, ſicut & Dñs docuit; qui prothoplaſten in illum in- Gen.2.
ducẽs,mandauit vt coleret eum. Nec valet,quod arguunt,non conſonum,Deum rem plantaſſe;
& illam breui manere voluiſſe : aliàs nec ſtatum conſonaſſet conſtituere innocentiæ,cum modi
cum perdurauerit: minusq; tot Angelorum chiliades produxiſſe,qui mox ferè , magna defece-
runt ex parte. Nam tempus inuenitur plantandi,& tempus euellendi,vt Sapiẽs ſcripſit: nec finis Eccle.3.
illius erat loci,vt perpetuò in eo reluceret opificiũ Dei,ſed vt innocentiæ deſeruiret ſtatui, vtq;
poſſent iuſti,deliciari in illo. Quod dicitur de Enoch,deq; Elia,eò loci viuere;fateor;ſic à pluri-
bus affirmari,ſed potius vt famoſa, q̃ vt comperta ſit aſſertio. Conſtat quidem,ꝙ viuunt,& certũ
eſt,ꝙ apparebunt inter nos,ante iudicium;ſed de loco,vbi ſint,res non ſine dubitatione eſt. Nã
licet legatur de Enoch , ꝙ eſt in paradiſum tranſlatus, quod locum,plane exprimit delitioſum; Eccle 44.
De loco Enoch & Eliæ — non tñ ſcriptum eſt,ꝙ ille in terra ſit, vel ꝙ,ab ante,vt dicetur,fuerit à Deo plãtatus,conſitusq;: F
& de Elia legitur,ꝙ eſt aſſumptus in cœlum quarti regum,ſecundo capite,at nõ dicit empyreũ,
vbi beatorum regio eſt. Quid ergo? Crediderim,hos indubiè conſeruatos à Deo : ſed in cœlo,ter
rauè,neſcius ſum. Omnia diuinæ ſunt poſſibilia maieſtati : nec verendum, ꝙ vbivbi ſunt, ſine de
litiis,non ſunt,& ob id ꝙ in paradiſo ſunt. Sed redeo.

Dicebatur promiſsionis terram,aridam nuncupatam;quia in diluuio infœcundior fuerat red
dita: ſed his adiiciẽdum eſt,& illo deſtitutam eſſe fluuio,qui inde exiẽs , in quatuor diuidebatur Gen.2.
capita,vt ſacra recẽſet ſcriptura. Huic Deus,nomẽ indidit terræ;nẽpe anthonomaſicè:vt quæ re-
liquis extitit ſpecioſior,appetibiliorq;,terra toties repromiſſa,& patribus ĩ hæreditatẽ legata;etſi
fuerit quoq; detrita,tum infidelium pedibus,tum bellis,& aſsiduis deuaſtationibus. Quòd vidit
Deus terram eſſe bonam,hoc eſt,ſuapte natura frugiferam,iuſsitq; ob id , vt produceret herbas
& plantas;aliud in præſentiarum non docet,niſi qđ eo paſsim denotatum eſt tropo,cum eam di-
citur,melle lacteq; diffluere; Poſſet & tertiò,in congregandis aquis,hebræorũ intelligi Tribus:
quæ in Ægyptum,perinde ac vnum in locum contulere ſeſe. Et q̃m aquæ,de quibus ſermo,ſunt
ſubcœleſtes;dici poteſt hebræorum populum,ideo tali inſinuatum pacto,quia ſub cœlis,hoc eſt, G
ſub inſigni degebat Angelorũ cuſtodia , cœliq; archetypi influentiis: vt qui peculiaris erat Dei
populus,ex quo,& illis oriturus fuerat Vnigenitus. Arida aũt,iuxta hęc,dicitur viſa:quia promiſ
ſionis terra,fide ab illis eſt agnita;& ſpe,prę oculis poſita,cũ crederent Deo,eiusq; miniſtro Moy Cap 3. 6.&.20.
ſi;qui eam,illius pollicebatur nomine,vt Exodi,in quàm pluribus locis.

Quod aũt,de aquarum dicitur cõgregationibus, qũoq; appellatæ ſint maria;difficilè non eſt
rem tenere. Si enim,populi in his intelligantur ſacrilegi,infidelesq;, palam ꝙ ſicut in ædificãda
turri,multis diſpartiti ſunt in linguis;ita & in varias cõgregati ſunt claſſes,& amaras & tumultuo
ſas,& inconſtantes,& fluidas,vt notum eſt ex hiſtoriis;& illas maximè,quæ promiſsionis occupa
runt terrã,vt Cananæi,Euhæi,Ethæi,& reliquæ idololatrarũ peſtes. Si aũt populi denotentur fi-
deles,pijq;,nẽpe qui,vt poſtremo diximus,in Ægyptum tranſtulerunt ſeſe, qui & in duodecim
diſtributi ſunt tribus;haud dubiũ,ꝙ aquæ fuerũt amaræ,turbatę,vẽtis cõmotę:& præſertim poſt-
quam rex ſurrexit,qui ignorauit Ioſeph,cũ forẽt ſupra modũ afflicti;non ſolum filiorũ ſubmer-
ſione,ſed duris luti laterumque operibus. Et quanquam hęc, habuerint tali pacto ſeſe;vidit ta-
men Deus ſic eſſe bonum;cum & ob ea maxime ſit glorificatus,& cuncta,ſua prępotẽti virtute,
ceſſerint in prouentum , & vberrimam ſuorum frugem. Ergo *fuit veſpera,& fuit mane,dies ter-* H
tius: quod perfacilè conſtat ex dictis.

Quæ in quarta, facta ſint mundi, die.

ET Dixit *Elohim*, Exponatur vt ſupra *Fiant luminaria*, hebraice, erit luminaria . Pri-
ma die ꝓducta eſt lux: ſed in hac eſt in planetas,ſtellasq; diſtincta: quod & verbum
ĩdicat ſingulare,vnà cũ nomine,quod eſt plurale. Ergo,eſt ſenſus Erit,ſupple,lux
in luminaria plane partita, vel ſi mauis,diffuſa : idq; vt ſubdit, *in firmamento*, in ex-
panſione,hebraice, *cœli*,ſeu cœlorum: hoc eſt,in cœlis,ſecunda die extenſis,firma-
tisq;,ſicut & diximus,& hoc,multos in vſus,quos & exprimit dicens.

Et diuidant

A *Et diuidant diem, à nocte.* Hic primus eſt: nec eſt ſermo, de diuiſione tenebrarũ & lucis, de qua prima die: qm̃ etſi diſcrimẽ illud non deſit, inter diẽ & noctẽ; ſunt tñ, & alia, quæ ex luminaribus habẽt diſcerni. Et qs neſcit, alios planetarũ influxus eſſe in nocte; & alios eorũdẽ in die? Præter id ꝙ ex Luna, nox eſt humida, aptaq; quieti: & ex Sole, dies redditur ſicca, & operationi accõmoda. Addit ſecũdus vſus, *Et ſint in ſigna:* planè, ꝓnoſcẽdi vẽtos, pluuias tẽpeſtates: & id genus q̃ plura. — Vſus luminarium cœli in quos ſunt cõſtituta.

Et tempora: vt per quæ, quartas ſecernimus anni, nempe Ver, Autumnum, Hyemem, & Æſtatem. *Et dies:* medicos ſaluores, criticos: *Et annos:* non ſolum Lunares, & Solares, ſed Iouios, Martios, & Saturnios. Et ĩ his apparet tertius, quartus, & quĩtus luminariũ vſus. Sequitur poſtremus.

Vt luceant, in firmamento cœli, hebraice, in extẽſione cœlorũ, *& illuminent terram.* Docẽt naturales cœleſte lumẽ, cœleſtes vehere, ad nos influẽtias: ergo & hoc non debuit officium prætermitti, cum minus non debeat ponderari. *Et fuit ita:* cum nihil, mox Deo nõ pareat. *Fecitq; Deus, duo luminaria magna;* Solem inquã, & Lunam. *Luminare maius; Vt præeſſet diei.* Nã Sol, quod Luminare eſt maius, factus eſt, vt præſit, ſuamq; exerceat potiſsimũ vim, in die: *Et luminare minus;* quod Luna, *Vt præeſſet nocti;* in qua, & ſuam oſtendit potiſsimum poteſtatem. — Per lumen cœleſtes ad nos influxus delati.

Et ſtellas: quæ, & ſua pro ratione, præſunt virtute diei noctiq;, vt oẽs docẽt Aſtronomi. *Et poſuit*
B *eas, in firmamento cœli,* in cœlorum extẽſione hebraice: & fixę quidem ſtellæ, in octauo conſtitutæ ſunt orbe, in quo & ſunt, nõ ſecus ac illius partes: erraticæ vero, in orbibus propriis, & vt dicũt, ſuis in epiciclis. *Vt lucerẽt, ſuper terram, & præeſſent diei, ac nocti, & diuiderẽt lucem ac tenebras.* Quod prænunciauit, executioni cõmiſit: & clara hæc ſunt ex premiſsis. *Et vidit Deus, quòd eſſet bonũ:* cõprobans illud, ſuo iudicio. *Et factũ eſt veſpere, & mane dies quartus*, Et exponitur, vt ĩ ꝑcedẽtibus.

Arcana, quæ nobis datum eſt excipere, ex quarta mundi die.

QVarta dies eſt Mercurij, & quia planeta facundus, & vt tradunt, ſcriptoribus fauẽs, quartæ rite conſentit ętati: & potiſsimum in principio, cũ in illa, vt Pharaoni eloquẽter Dei annunciarẽtur iuſſa, Aaron, qui potẽs extitit in ſermone, Moſi datus ſit comes, ex ordine Dei: & decalogus in deſerto nõ ſolum in duabus, à Deo ſcriptus eſt tabulis; ſed & à Moſe, totũ legis volumẽ. Verùm, ad textum. *Et dixit Elohim: erit luminaria.* Siquidẽ lux fidei, gratiæ, iuſtitię CHRISTI: hac in ætate, ſatis eſt in luminaria diſpartita, ſiue mauis effuſa. Et maius quidẽ, in quo, vberrima lucis congeſta eſt copia, quin & eouſq; lucis factũ eſt locuples, vt ex illo, velut è fonte valuerint multi perfundi, Moſes ſine controuerſia
C fuit. Hic non ſolum, qñ vt lux Iſraelitico, eſt præpoſitus populo, vt illum illuminaret arcanaque
Exo. 34. 2. Cor. 4. CHRISTI (prout illud ferebat tempus) detegeret; qñ illis interpretabatur legẽ, eiq; adeo reſplẽdebat facies, vt nõ ſufferret, in illũ reſpicere populus; ſed & antequã ad id muneris eſſet accitus,
Heb. 11. imo & antequã accederet Ietro, inſigni nituit lumine fidei, ſicut & Apoſtolus refert: Nec modo fidei, ſed grãæ, iuſtitiæq;, cũ fides ſine grã, Deo nõ ſit accepta, & gratia nũquã ſit iuſtitia deſtituta.

Moſes ergo, ſit Sol: & Luna, quæ luminare eſt minus, lumẽq; mutuatur à Sole, ſit Aaron, qui interpres factus Moyſis, lucẽ quam accipiebat, aliis communicabat; ſicut & à Deo conſtitutũ eſt. Stellę ſuere Seniores, Iudicesq; nec ſolum qui Moſis erãt tempore, aut illius poſt mortem, & cum Ioſue, & ſine Ioſue, populum multo rexerũt tempore; ſed & qui deinde ſunt ſecuti, ad Salomonem vſq; nedum regentes, ſed & pupulum inſtruentes. ſtellarum nõ immeritò dignati ſunt nõ
Dan. 12. mine: cum ſcriptum ſit, ꝙ illi, qui erudiũt ad iuſtitiam, nõ ſecus ac ſtellæ ſunt, perpetuas in æternitates. *Sol diei, & Luna præponitur nocti:* quia Moſes, pro reuelandis, vt fas fuit, gratiæ ſacramentis, datus eſt populo, & Aaron, pro immolandis victimis, & ſeruandis ritibus, & ceremoniis: Illa pertinebant, ad diem, cum ad Euangelium, nouumq; ſpectarent teſtamentum; Iſta pertinebant
D ad noctem, cum eſſent vmbrę, & propria inſtrumento veteri. Palam autem ex Apoſtolo, quæ ſunt gratiæ, tropo inſinuari diei, & quæ legis, tropo exprimi noctis, tum alibi, tum ad Romanos. — Sol quatre ſeſſe dr diei. Et Luna noctis, pro Moſe & Aaron ſumptu.
Cap. 13. Nox inquit præceſsit, dies autem appropinquauit. *Stellæ:* etſi vtriq;, quodam ſunt pacto præpoſitæ (nam inter illas, nedum comprehendimus, rectores, ſed & pontifices) non tamen, tanta vbertate, nec tam inſigni, pręſtantiq; munere.

Hæc, in expanſione ſunt poſita: vt cum diuina in nos, vult ſęuire vindicta, Dei lucendo oculis, illã vel auertant, vel retardẽt, vel molliant. Siquidem eſt Dei proprium, malis indulgere ꝑ bonos,
Gen. 18. (vt Abramo eſt atteſtatus Sodomam proficiſcens:) & filiis fauẽre propter patres, vt in filiis cõſtat
Exo. 32. Iſraeliticis: & palam eſt Moſem, veniam impetraſſe, populo, cum cuperet pro illo anathema eſſe ab eo. Sunt & aliis deputata vſibus: nempe vt illuminent terram; quod & pręſtant, non tam verbo, quàm opere, quin & oratione: ſicut Moſes, qui non ſolum, ſibi creditis, conferebat

exemplo doctrinaq́;,ſed & prece;vt conſtitit in ſub mergendis Aegyptiis. Ergo his perlucendo E Exod.14.
modis,diuinam ad nos deferunt gratiã,& cœleſtibus perfundunt influxibus.Item: *Vt inter diem,*
ſecernant,& noctem: quod & præſtant,cum non ſolum diſcrimẽ docent legis & gratiæ;ſed & cum
eorum opera fideles,qui filij nuncupantur lucis,ſegregantur ab infidelibus,qui filij dicuntur te
nebrarum,clamando cum Apoſtolo.Fugite,ab idolorum cultura,vos qui lux eſtis(Notus in Iu
dæa dominus) Non communicetis tenebris, gentibus inquam quæ ignorãt Deum:Non enim 1. Cor. 10.
pars eſt,fideli cum infideli;nec conuentio,Deo & Belial. Eph.5. 2. Cor.6.
Itẽ *Vt ſint in ſigna,in tempora in dies & annos.* Siquidẽ,& mira ediderunt ſigna,miraq́; prodigia;
& Moſes,& Aaron,& alij:verum & hæc præter,fuerunt in ſigna,quia dati ſunt populo, non mi-
nus quam Iſaac,in CHRISTI, ſuorũq́;,aſſeclarum parabolam,vt loquar,ſicut fecit Apoſtolus. Hebr.11.
Nam etſi Moſes,qui populum de Pharaonis eripuit ſeruitute, CHRISTVM adumbret,qui ele-
ctos eruit de tyrannide Sathanæ:& Aaron, qui mactabat pecudes,illum refert, qui vt beluinos
mactaret hominum mores,ſe expoſuit cruci:& idem,ſua pro ratione,de reliquis; veruntamẽ,&
Moſes,typum geſsit Petri,cui nedum Eccleſia eſt,commiſſa, ſed & ſuper eum vti ſupra petram,
poſt CHRISTVM, eſt ædificata:iuxta pollicitationem Domini.Matthæi.16.& Aaron Pauli,cui
munus potiſsimùm creditum eſt prædicationis,vt non iniuria, prædicator nuncupetur veritatis F
& vti Mercurius habitus ſit Athenis. Quanquã non minus arrideat:ſi Moſes,typum pręcipuorũ Acto.14.
gerat Apoſtolorum,& eorum maximè,qui Paulo teſte,videbantur columnæ:aut eorũ qui non
minus quam Moſes, CHRISTI habiti ſunt ſecretarij,coram quibus, & reſplenduit in mõte Tha-
bor; non minus quàm coram Moſe,in monte Synà:nec minus eſt trãſfiguratus,etiam Moſe prę-
ſente,quàm fuerit in forma iaſpidis demonſtratus,Moſe admirante. Et Aaron tum Pauli , tum
inferiorum Apoſtolorum, ac diſcipulorum Domini:qui vt ſtellæ poſiti ſunt in firmamento Ec
cleſiæ, *In tempora*, nedum proſpera,ſed aduerſa, vt in vtriſq; ritè dirigamur:Illa tempora pacis,
Dies & anni, quos pręſtar ad memoriã reuocare. ſecundiq́; ſucceſſus:iſta,tempora ſunt belli,& tribulationis. *In dies & annos:* vt penes quos, erat
nedum,dies populo ad memoriam reuocare ſolennes,annos quietis & iubilei;ſed & ad illos,ſi-
bi creditos prouocare,diſponereq́;: præter id,quod non raro,ad illorum pertinebat onus,illos me-
morare populo dies,in quibus ſaluãdus eſt Iudã;illos annos quibus nobiſcũ verſaturus erat Meſ Iere.23.
ſias;dies gratiæ,& annos perpetui Sabbatiſmi. *Et vidit Elohim quòd eſſet bonum*:quia cõmoda,pro- Eſa.7.
ficuaq́;,hæc ſunt,humanæ ſaluti,Deique gloriæ , & ordini infallibilis ſapientiæ: quæ omnia, ta-
li diſponit pacto, cum ſuauitate ſuperiora inferioribus adhibendo , ſicut & natura requirit. Sap.7.
Et fuit in veſpera,& fuit mane,dies quartus. Nam & hac in ætate,boni , maliq́; non defuere viciſsi- G
tudines, vt conſtat ex hiſtoriis.

Quæ in quinto facta ſunt mundi die.

ET Dixit *Elohim,Producant aquæ reptile*: Sicut die tertio , terræ data eſt vis, ad herbas
pducẽdum & plantas;ita & hoc quinto vis eſt indita aquæ, ad pducẽdum piſces,&
quæuis aquea aĩalia,quę mouẽtur ſine pedibus;quod vox reptile ſonat:Et hebręo
rũ more,ſingulare poſitum eſt,pro plurali: nec legũt,pducant, p modum imperã
tis,ſed pducẽt,quaſi rẽ euenturam,pnunciantis.Euenturã inquã. Dei cõſilio & de
creto,ſicut & in pmiſsis. *Animæ viuæ*. Licet oĩs aĩa,quia vitæ principiũ,dicta ſit viuẽs;hic tñ,nõ
eſt accepta p oĩ,ſed p ea,q́ ſentit,mouetur q́; loco:eo,ſi nõ fallor, quod vita in his potiſsimum lucet,
cum pcipua eius argumẽta,ſint ſenſus & motus, vt Philoſophus tradit. Quare ſecluduntur herbæ 2.de aĩa.
arbuſculaq́;,quæ etſi oriuntur in aquis,viuuntq́;,cum vegetẽtur,nõ tñ ſic viuunt, quod ſentiant.Se-
cluduntur & ſpongiæ : qm̃ etſi ſentiunt non tñ dimouentur loco. *Et volatile*,ſubdendũ eſt, *vola-*
bit,vt palã eſt ex hebræo, *ſuper terram*. Etſi non inficior,aliquod volatile:produci poſſe ex aquis
id tñ,præſens locus,non docet:quin & ſequenti capite, è terra proficiſcitur.Formatis inquit, de H
humo,cunctis animantibus terræ,& vniuerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam &c.
Cur de volatilibus mẽtio in quinta die. Verũ ſine admiratione nõ trãſiit;cur mẽtio, hoc in loco de eis. Cuius rei,etſi aliter forte aliis,
duplici ratione reſpõdeo:Altera eſt ex ſimilitudine motus:reliqua ex communi prolificãdi ritu.
Ex illa quidem,eo quod licet habeant volatilia pedes,volatus tñ,illis naturalis eſt motus: cui vt cõ
ſtat,nihil cõferunt pedes.Ergo haud diſsimiliter volatile mouetur,& reptile:cum & piſces, ſuis
ferantur alis,prout ſua natura fert.Mouetur & volatile motu proprio,hoc eſt volatu,non in ter-
ra,ſed ſuper terram : etſi fortè,non longè ab ea, cum mediam non tranſeat,vt creditur,aeris re-
gionem:& piſces pariter non longè natant ab alueo , aut aquarum fundo prout èuenit cõmuni
curſu.Ergo ob volãdi,natandiq́; proportionẽ;haud immerito,volatile,vnà poſitũ eſt, & reptile.
Ex iſta

A Ex iſta vero, quia ouificatiua ſunt ambo: vt experientia docet. Ergo & debuerunt, vna ſub bene-
dictione, à qua vis, vt dicetur, proficiſcirur generandi, ipſo iure cõprehendi: & per hoc, nõ ſine ra
tione, alterum, cum altero enarrari. Quod ſubditur: *in firmamento cœli*, vel in cœlorum extenſio-
ne, hebraicè aerem teuincit, cœlorum dignatum nomine, vt in ſuperioribus diximus. Quibus
& adiungit, ꝙ *creauit:* exequendo, quod euenturum prædixerat. Nec creare eſt, in præſenti, ex
nihilo, cum nec vox ſic reddita, ad illud aſtringat, nec mareria de qua ſermo, vt aſtringatur expo
ſtulet: ſed innuit, Elohim eo ſingulari modo, cœtorum attribui productionem, quo ſolent res
magnæ miræq́;. *Cete grandia:* vt ſunt Balenæ, Orchæq́;: vel, vt hebræis placet, Dracones mariti-
mi: *& omnem animam viuentem, atque motabilem:* Hebræornm morè, à parte, exprimitur totum:
quam produxerant aquæ: virtute à Deo accepta: *in ſpecies ſuas:* quæ non ſolum, ſunt variæ & diuer-
ſæ, ſed multæ & innumerabiles: *Et omne volatile:* ſuo ex principio, eſt productum: *ſecundum genus
ſuum* quod nec minus variũ, nec ſortè, minus numeroſum eſt. *Et vidit Elohim, quòd eſſet bonum:*
congruens, nedum perfectioni vniuerſi, ſed & profuturum, mox producendis hominibus; *bene-
dixit eis dicens. Creſcite, & multiplicamini.* Dei benedicere, eius eſt benefacere: ergo, illum benedi- Dei benedicere, eſt beneficiũ conferre.
cere piſcibus auibusq́;, eſt illis vim dare, ad procreandum filios, edendumuè fœtus. Sed cur nõ
B benedixit terræ, non aquis: quibus & vim gignendi contribuit? Fortè, quia in ijs, operoſum eſt
onus: tum quia ad prolem, vnum non ſufficit, ſed duo requirũtur ad minus, & quidem, nõ vnius,
ſed duorum ſexuum: tum quia opus eſt coire, & fortè non ſufficit aliquando ſemel: opus eſt oua
concoquere, & ſæpe cum dolore emittere, quæ & locum exigunt opportunum. Exigitur & in
pluribus, ſtudium non mediocre, ſi proles debet ſaluari; vel ſua pro rõne nutriri. *Et replete aquas
maris:* eo pacto, qno herbæ, plantæq́;; vel animalia, ſi mauis, replent ſuperficiem terræ. *Aueſq́;
multiplicentur ſuper terram:* & intelligitur eodém modo, ad repletionem vſq́;: ſed ſub auium noīe,
cõprehenſum eſt oē volatile, ſicut patet ex dictis. *Et factum eſt veſpere, & mane, dies quintus, &c.*

Arcana, quæ haurire ualuimus, ex quinto mundi die.

QVinta, dies eſt Iouis: qui cum ſit planeta benignus, promouẽs iuſtitiam, & religio-
nem, non iniuria ad quintam ſpectat ætatem: quæ initium ſumens à Salomone, eo
ſaltem pro tempore, quod primæ reſpondet horæ, quæ planetæ ſubſcribitur: ꝓpter
quam & dies totus, nomen ab illo mutuatur, in his inſigniter nituit. Nam Salomõ,
rex fuit mitis, benignus, pacificus, nulliq́; ſuo tẽpore, auditi ſunt bellici apparatus:
C fuit & iuſtitiæ tam illuſtris, vt illum admirarentur omnes. Ipſe templum auguſtiſſimum ædifica-
uit Deo, illudq́; Altiſſimo conſecrauit, magnificẽtiſſimis victimis, & ſacrificijs. Fuit & ditiſſimus,
& munificentiſſimus, & tam ingenti ſapientia pollens; vt ſcriptura teſte, vnquam non habuerit
ſimilem. Et compertum eſt; hæc quoq; conſentire Ioui, vt tradunt, qui Planetarum rimati ſunt
prærogatiuas. *Et dixit Elohim. Reptilia, producent aquæ, animæ viuæ.* Piſces imp̃fecta ſunt anima-
lia (vt in quibus membra, ſunt indiſtincta) ſunr ſurda, ſunt muta, ſunt laſciua, & nunquam offerẽ-
da Deo: Et hac in ætate, ex aquis quæ ſub cœlis ſunt, quia ex ambobus, ethnico inquam & Iſrae-
litico, populis, prodierunt quàm plures, immo & innumerabiles, qui non ſolum, non inſeruie-
bant Deo, Optimo Maximo, ſed non ſecus ac piſces, erant membris, hoc eſt, debitis, iuſtiſq́; acti-
bus indiſtincti, indiſcretiq́;, legem non curantes, tum ſcriptam, tum inditam, quibus bonum di-
Roma. 10. ſcerni habet à malo, & quæ ſunt exhibenda Deo, ab ijs, quæ exhibẽda ſunt creaturis. Erant ſur-
di hoc eſt, perfidi, infideles (nam fides eſt, ex auditu) contemnentes in Iſrael, verbum audire, ex
diuinis vatibus, & in gentibus, attendere voci, ex rebus conditis, quæ ad Deum mirificè prouo-
Pſal. 144. cant: erant muti, non ſolum Iſraelitæ ad gratias agendum Deo, qui non fecit taliter oī nationi,
D ſed & Gentes, quæ etſi Deum cognouerunt, vti bonorum pelagus, non glorificauerunt tñ: quin
& fuerunt muti, (etſi non ad præcipitandũ plurimos, & garriendũ in iis, quæ nõ proſunt, ſed ob-
Luc. 8. ſunt:) ad ea tñ, quæ moribus, & ſaluti conducũt, nedum muti, ſed proiſus, elingues. Erant ſpi- Moſes impiorum ex vtroque populo.
noſi, tum quia ſupra modum cupidi (ſiquidem, cum ſpinis, à CHRISTO, ſunt collatæ diuitiæ) tũ
quia ſine charitate, quæ omnibus eſt blanda, & iſti nullum non pungunt: erant laſciui, quia ge-
nio indulgentes & carni, vix de Deo cogitantes, & minus, in illum ſereiicientes. Hęc ita ſe ha-
buiſſe, nemo non nouit qui huius ætatis, tum ſacras tum prophanas, legit hiſtorias.

Et quãquam ſceleſti perditiq́;, nulli deſint ætati; in hac tñ multiplicati ſunt eòuſq́;, *quòd mare*,
hoc eſt, mundum, qui mare dicitur magnum, impleuerunt; vt nõ abſurdè ſcriptum ſit, in illo in-
Pſal. 103. uenta eſſe reptilia, quorum non reperitur numerus. Siquidem à Salomone, ad Babylonicam ca
ptiuitatem; non modo, in regno Iſrael, ſed & Iudà, inuenti ſunt homines tam ſceleſti; vt coactus
ſit

ſit Deus,vtrunq;,nedum hoſtium ſeruituti ſubijcere , ſed etiam exterminare. Nec minus crimi- E
noſi inuenti ſunt inter gentes; cum in illis,vltra modum creuiſſent tyrãnides,parricidia,regno-
rum occupationes,idololatriæ,& alia,noo leuiora facinora; de quibus , ſiquis dubitat , conſulat
quæ tunc temporis,geſſerunt Aſſyrij,Aegyptij,Babylonij,Romani, & aliæ , quouis profuſæ ty-
rannides. Inter hos,fuerunt & *Ceti, Draconesq; grandes:* vt Ieroboam,in populo Iſrael,qui illum
ad idololatriam traxit: fuit Achab,cum perfida Iazabele,qui prophetas interſecerunt quàm plu
res.Fuit & apud Aſſyrios,Salmanaſſar,qui Samaria obtenta,decem captiuauit Tribus: ſicque re-
gnum Iſraeliticum ſoluit: fuit & Nabuchodonoſor,qui nedum templum ſpoliauit , ſed & Ieru-
ſalem deſtruxit,& Iudà captiuato,eius regno finem conſtituit. *Volauerunt & aues , terram ſuper:*
quia Dęmones,auibus in Euangelio comparati,paſſim,libereq; vagabantur per orbem . Nam Luc. 8.
licet,magna ex parte,aerem hunc incolant caliginoſum; permiſſum tñ eſt , repere tunc ſup ter- Eph. 2. & 6.
ram,hoc eſt,ſuper impios homines,qui illos colebant,illis erigebant ſtatuas,phana delubra ; vbi
victimas offerrent,& ſacrificia. Permiſſum ioquam,etſi paſſim,ſuper terram potiſſimum repro
miſſam,quin & ſuper Iudęorum populum,qui tunc terra euaſerat infrugifera,& maledicto pro-
xima;cum pluribus in ea locis, inuenireotur ſimulacra , locaq; idololatriæ dicata expoſitaq;, ad
quæ Deo vero contempto,confluebant cateruatim,ex omniq; angulo illius terræ. F

Prophetæ in regno Iudà Iſrael.

Poſſumus & *in auibus*, prophetas agnoſcere , qui hac in ætate claruerunt quàm plurimi ; noo
modo prophetantes,in regno Iudà,ſed & Iſrael: non modo prænunciantes imminentia vtrique
mala,ſed & eorum hoſtium opportuoas multas . Quare & volabãt ſuper terram , nedum Iudęis
repromiſſam,ſed & ſuper gentibus conceſſam;non ſolum comminando Iudeæ, Samariæq; , ſed
Aegypto,Babyloniæ,Aſſyriæ,Damaſco,& alijs ethnicorum prouiocijs : Qui tñ paſſim fuerunt
nedum contempti,ſed frequenter excarnificati,occiſiq;, & potiſſimum in Iudæorum populo,&
repromiſſionis terra. Verùm,& cum tam,morum perfidiæq; deteſtanda colluie,Deus,tum ce-
tis,tum auibus benedixit ad tempus; illis quidem , quia regna dilatauit , & ſucceſſum permiſit ,
quouſq; pręſcriptum compleretur tempus; idq; non propter illos,ſed vt ſuum plecteret populũ,
tam impiè apoſtatantem ab eo. Ergo cum ea in re,fuerint Dei miniſtri,vindicesq;,ſua non erant
deſtituẽdi mercede: ſicut & Nabuchodonoſor,cum ſuum ſeruire fecit exercitum , aduerſus Ty-
rum Deo rebellem , dignamq; multari, in mercedem accepit Aegyptũ , vt Ezechielis docemur
29. Iſtos vero(de dęmonibus loquor)in reprobos, pro ſua permiſit debacchari libidine ; vt per Eſa. 1.
hoſtes,ſuis(vt dicit)ſe viodicaret de hoſtibus; habeatq;, quo & dęmones, in nouiſſimo vberius G
multet: qui licet in ſordibus ſint, ounquam peruerſa,non nituntur voluntate, vt ſordeſcãt ma- Apoc. 22.
gis. Quare dictum eſt non abſurdè; ꝙ etſi volant ſuper terram , ſub cœlorum tñ volant extenſio-
ne: quia dum iram Dei prouocaot aduerſus malos , eiuſdem iudicium cumulant aduerſus ſeſe.

Prophetæ à Deo benedicti.

Quòd ſi proſequi lubet de prophetis; ij ſunt à Deo benedicti : quia ſpiritu prophetiæ donati ,
gratia Dei foti,& ſignis ac porteotis periluſtres redditi; vt Elias, Eliſęus, alijq; : quare & volabãt
ſub cœlis,quia Dei & Angelorum protegebantur cuſtodia,luce & influeotijs: vt qui eorum erãt
domeſtici,ac vnicè cari. *Et fuit veſpera, & fuit mane, dies quintus.*

Quæ in ſexta producta ſint, mundi die.

ET *dixit Elohim, Producat*, producet hebraicè , *terra animam viuentem , in genere ſuo.*
Iam diximus, quid accipiendum per animam viuam ; & ꝙ hebræorum more , à
parte intelligitur totum: vnde & appoſitiuè,ſubiungit: *Iumenta*, vt equi,aſini,bo
ues,quibus iuuamur: *& beſtias*, vt Leones Vrſi, Tigrides , & reliqua ſæua: *& re-
ptilia terræ*, vt ſerpentes,viperæ,& id genus,repentia: *ſecundum ſpecies ſuas* , nempè
non ſpurias,non adulterinas,quandoquidem,non fuit opus,in prima inſtitutione: quare hic,nõ H
comprehenduntur muli,& ſiqua ſunt,quæ ex diuerſis proficiſcantur oaturis. In his attenden-
dum,quòd cum iumenta,pluraq; ferocia,ſint perfecta(hoc eſt,ex omnibus,tam internis , quàm
externis conſtantia ſenſibus)nequeantq; ex terra,conſueta genuinaq; virtute,quam illi author,
ſua pro clementia,iodidit ſeruatq; , produci; neceſſe eſt,ꝙ peculiari, tunc à Deo ſit ſuffulta fauo-
re,& vberiori donata poteſtate: quam & reſumpſit,cum eorũ tot ꝓducta fuerũt indiuidua , quot
(iuxta quamlibet eorum ſpeciem)ſufficerent ad propagandum alia; quouſq; certa,opportunaq;
ſerie,repleretur terra. Reptilia autem , & ſiquæ beſtiæ ſunt imperfectæ, quæ & gigni valent ex

Cur quędam animalia, nõ fuerunt in arca.

putrefactione; poteraot quidem tunc, poſſuntq; & in præſenti. ex terra (cœleſtibus cooperanti-
bus influẽtiis)per genuinam illam virtutem,quam ei largitus eſt Deus , ſeruatq; in illa continuè ,
prodire produciq;. Vnde & io Cataclyſmo,arca, illa nõ recepit animalia, quæ ex putri poſſuot
proficiſci

A proficiſci materia;ſed quæ,communi nequeunt curſu,oiſi ex commixtione maris,& fœminę gi-
gni. *Et factum eſt ita:* vt Elohim dixit, prænunciauitq́; ſicut & ſequitur. *Et fecit Elohim:* Non
fecit terra; qm̃ cum id,noo egerit,niſi peculiari inſolitaq́; donata virtute; qui mox eſt ſubijcien
dus effectus;io Deum potius,quam in terram reijciendus eſt. *Beſtias terræ:* nam ſunt & aqueæ, de
quibus præcedenti die: *iumenta, & omne reptile,in generibus ſuis.*

Sed ſtatim,obijcis.Si iumenta,ſi Beſtiæ,quia peculiari profecta virtute, attributa ſunt Deo;
cur reptile,quod eam oon poſtulat,oon eſt terræ ſubſcriptum? Reſpondeo ꝙ licet terræ,data ſit
vis,vt munus proprium,ad ea gigoendum animalia,quæ poſſunt ex putrefactione prodire;haud
dubiũ tñ ꝙ per illam,gigni oequeunt momẽtaneè. Quare,cũ in prima rerũ inſtitutione, ſubito
res prodieriot,indubiè,vltra naturæ legem, vis eſt operata diuina: ergo & io Deum verbnmuè
ipſius,iure & reptile:quin & herbæ & plaotæ,quæ natura oriũdę erant ex terra; potius reijcien-
tur io Deum,quàm in naturæ vires;quæ non operatur,niſi in tempore. *Et vidit Elohim, quòd eſſet
bonum:* Nedum ad vninerſi pulchritudinem,ſed & perfectionem: quio & ad Dei gloriam,& ho
minum commodum & ſolatium.Nam licet facta ſint,animalia ſæua,ferocia, rapacia; niſi tñ ho-
mo peccaſſet,nullum expertus eſſet non mite,oullum non blandum,nullum nó voluptuoſum:
B quin & forſan,noo fuiſſent rapacia,nó carniuora,ſed ex herbis fructibusq́; terræ, vitam ſeruaſ-
ſeot,ſicut & hoĩes: Siquidem peccatum,noo modo infecit hoĩem, ſed & naturá, in multis quæ
mundi ſunt,à prima,quá ſortita fuerant inſtitutione,puertit: à qua etiá p peccatũ in hoĩs pœná,
ipſa degenerarũt. *Et ait*, tum ſecũ,tum Angelis. *Faciamus*, faciemus,hebręis:Nos Elohim,nos
Pater,Filius,& Spiritus ſanctus: qui ſupremi ſumus rerum omnium iudices: Quibus etſi,alia nó
eſt lex,præter noſtram ſimplicem volontatem;nó quicquam tñ operamur caſu,noo temere, nó
fortuitò:ſed omnia,ſumma cum ſapientia,omnia,cum prouido ac ter circumſpecto iudicio.
Ethic. 6. *Faciemus*, nos inquam,miro ac incredibili opificio(nam ars vt dicunt,recta eſt factibilium ratio)
hominem, Adam,hebraicè(quo & vterque comprehenſus eſt ſexus) qm̃ præter id, ꝙ nihil hoc in
mundo ſpectantius, nihil excellentius, ſumma omnium conſtituetur rerum. *Faciemus Adam:*
Rom. 7. vtrunq; quidem,ioternum inquam,& externum(ſiquidem de vtroq; ,memioit noo ſemel Pau
2. Cor 4. lus:illum mentem vocans,& iſtum carnem appellans.) In illo comprehenſum eſt, ſi Auguſtino
creditur,quicquid in nobis eſt aſſioe cum dijs, & in iſto, totum quod nobis eſt commune cum
brutis. *Faciemus*, internum ò Angeli,etſi veſtro beoeplacito, non tñ veſtro miniſterio: qñqui-
dem mens,deforis venit,ac ex nihilo proficiſcitur,& ob id,à noſtra duntaxat omnipotentia,nul
C la creatura opitulante,inſufflatur. Ad externum,placet vos habere miniſtros: nempè vt ſeligatis
puluerem ſelectumq́; pro illius aptetis fictiooe; haud ſecus, ac io nouiſſimo, ſi ceciderit,facturi
eſtis,tempore; quando collapſum præparabitis,in eius reformatiooem.

Faciemus Adam, internum, *in imaginem noſtri* (ita quidem hebraicè)& externum, *ſicut ſimilitu-
dinem noſtri*, ita & legitur in eadem lingua. Neotrum veſtra iactura,ſed vtrunq; veſtro prouen-
tu:qñquidem multi erunt ex eis,qui nedum veſtri ſunt euaſuri conciues, vobisq́; condomeſtici,
quibus & ſyderæ,quæ vacant,replendæ ſunt manſiones;ſed & hominis gratia, in noſtros ado-
ptabimini filios,cęleſtiumq́; cohæredes,dum ex vobis electisq́; hominibus, vnum CHRISTI ef-
ficietur corpus; quin & vnum miro modo, cum eo: in quo & filiatiooem participabitis natora-
lem,vt non iniuria,quodam pacto,vnum ſitis computandi cum eo. Qua de re,etſi oonnihil at-
tactum eſt io præmiſſis; ampliter tñ in his explicatum eſt,quæ ſcripſimus ad Epheſios. *Faciemus*,
internum,in noſtri imaginem:qm̃ mentem,eximijs nobiſcum decorabimus ſymbolis. Et prę-
ter id,ꝙ illam cooſtituemus ſpiritum,ſimplicem,inuiſibilem,immortalem,eiusq́; capacitatis, vt
nequeat quibusuis creatis expleri: præter,id,ꝙ modo quopiam complectetur omnia, oẽpè quæ
D poterit omnia fieri,cuncta in ſe traijcere,ſeq́; in omnia transformare: præter id,ꝙ poterit voiuer
ſa metiri,ob idq́;(à menſuraodo ſiquidem meotis deductum eſt oomen,)& non iniuria, poterit
vel cum oumero,vel cum vnitate conferri,ad quæ omnis metri coarctanda ratio eſt: præter id,ꝙ
etſi in humano reperietur corpore,non tñ circumſcribetur in eo:ſed erit tota,in toto, & tota,io
qualibet parte: Præter hæc inquam,quæ(haud dubium)noſtra ex natura participat (in qua nedũ
ſunt,maxima cum vbertate,ſed & cum infioitudine,ſont & omni cum emioentia, & quàm pro-
cul à qua uolueris imperfectione)non ſecus,ac radius lucem ſolis, riuulus effluentiam ſootis, &
ſtillicidium,à qua decidit,copiam. Siquidem natora noſtra oedum eſt ſpiritus, ſed omois ſpiri-
tus ſoos,& pater: nedum ſimplex,ſed ſimpliciſſima,omnisq́; compoſitionis expers: nedum inui
ſibilis vt in ſe,oculis carnis,ſed & cuiuſlibet creatę mentis: nedum immortalis, ſed mortis inimi
ca,vt quæ mortem non fecit,oec illi vnquam fauet: nulla expletur,nedũ creatura, vt quę creatis
rebus

Homo internus ſecundũ imaginem & externus ſecũdum ſimilitudinem.

rebus non eget ſed & ipſa, explet ſatiatq́; quamlibet creaturam: natura noſtra complectitur om E
nia, non modo quia cuncta conſpicit præterita, præſentia, & futura nó modo, quia omnia regit,
moderatur, & ſeruat, ſed & quia, in ſe, in ſimpliciſſimo, terq́; fœliciſſimo actu, vniuerſa cócludit
& continet: omnia ad ſe traijcit, cum omnia ad ſe conuertat, alliciat, trahatq́; : Hæc eſt omnium
metrum, cum cuncta, in numero, & pondere, conſtituerit, & menſura. in mundo eſt, ſed non ab
illo comprehenſa, non in quauolueris parte coarctata, ſed vbique tota, omnia ac ſingula replés.

Mens hoīs, quo pacto trinitatis ſymbolum.

Præter hęc, iterum dicam: natura, arcanum in illa deprehédetur Trinitatis; idq́; ſymbolo quàm
euidenti. Nam ſemet intelliget, ſibiq́; ſe intelligendo loquetur; in quo, & indubiè, referet Patris
imaginem, qui prima eſt in Trinitate perſona. Et quia ſibi loquens, verbum intra ſe producet; pa
lam q & imago, in illo cognoſcetur Filij, ſecundæq́; hypoſtaſis. Nec deerit, quod & perſonā re-
feret Spiritus ſancti: cum ex verbo (quod res eſt cognita, intrinſecusq́; prolata, ob idq́; voluntatē
excitans, commouensq́;, vt quæ natura, à re prouocatur præcognita, & cum bona eſt, trahitur, &
tracta caleſcit, & calefacta ſpirat, amoremq; producit) & à quo eſt verbum, amor ſuo modo dima
net; in quo planè, ſymbolum tertiæ hypoſtaſeos eſt. Et qm̃, hoc de ſacramento latius, longeque
vberius, diximus ad Romanos; conſultò his paucis pertranſimus. Amplius. In imaginem, ele-
uabitur noſtri: quandoquidem diuina; perfundendus eſt gratia; qua non ſolum, noſtræ conſors F
efficietur naturæ, ſed & vberiori, quæ noſtra ſunt, potietur pacto; cum illius proprium ſit redde-
re dei formem, quin & in nos miro modo, tranſuehere. Diuina inquam perſundetur gratia, &
tali quidem copia, vt ex illa, iuſtitia nedum proficiſcatur originis, ſed & munus adoptionis; idq́;
ob CHRISTI meritum, qui naturalis in Trinitate filius eſt: nempè à Patre vnicè generatus, etſi
communi decreto, homo definitus, mundoq́; manifeſtandus opportunè: vt plures hominum in
gloriam, ſecum pertrahat, & adducat.

Externus, homo, non ſimilitudo ſed velut ſimilitudo Dei.

Faciemus, & externum, *ſicut ſimilitudinem noſtri.* Non in imaginem; qm̃ cum caro ſit, eo priui-
legij donari non debet. Neq; in ſimilitudinem; qm̃ ſimilitudinis noſtræ officio, penitus non fun
getur, etſi ad illud, quod eo ſungitur, præ reliquis appropinquabit. Quod ego, hunc in modū
exponerem. Scripſit Hermes, libro de prouidentia Dei, duplex ab Altiſſimo conſtitutum opus:
alterum, velut ſimilitudinem ſui, & reliquum, vt ſimilitudinem, ſimilitudinis ſuæ: Illud eſt mun
dus maior: iſtud eſt mundus minor: Illud complectitur, quicquid globo, continetur corporeo:
hoc, quicquid in corpore continetur humano. Verùm pręomnibus aduertendum, q mundum
non dicimus factum, vt Dei ſit ſimilitudo exacta, abſolutaq; ; cum compertiſſimum ſit, illum nō
poſſe quouis effigiari corpore, quin nec qua volueris creatura interueniente, vt in ſe eſt, præci- G
sè diſcerni; cum naturæ perfectioniſq; ſit, vt diximus, infinitæ: ꝓpter quod, docent & rectè Theo
logi, Deum in patria, vbi ſicuti eſt, videndus repromittitur, aliqua non poſſe inſpici ſpecie (nam
etſi lumen intercedit gloriæ vt ſacroſancta definiuit Eccleſia; id tamen non datur ad repræſen-
tandum, quod ad ſimilitudinem pertinet, ſed ad robur impartiendum, eleuandumq́; in altiorem
ordinem intellectum, vt eiuſdem Eccleſiæ ſanctione decernitur, conceſſum eſt.) ſed vt ſit veluti il De hęreticis. Ad noſtrū.
lius ſimilitudo; qua ſcilicet, modo quopiam, latioriq́; ratione, ſumpta ſimilitudine, reprę ſente-
tur, ac veluti quodam in ſpeculo, & velut in enigmate conſpiciatur.

Quod ne forte, cuiquam videatur abſurdum, vel hinc facilè eſt animaduertere: nempè, ſi ſuc
currat, nobis haud aliter, dum hic agimus, quàm aſſimilatione, notitiam rei contingere, vt non
ſolum conſtituunt omnes, ſecundo de anima, ſed & probatur continua experientia: nam ſicut ſi-
mile, natura ad ſimile tendit, ita & ad ſimilis notionem deducit. Ergo cum hoc ex mundo, Deū Rom. 1.
ſapientes agnouerint; haud dubium q illo, vti Dei ſimulacro ſunt vſi. Et quis non probat; opifi-
ficis, in opificio relucere ingenium; quin & opificium, in ſimilitudine opifici conſentire cū exa-
ctum apud illum ſeruetur exemplar? Et quis neget, altiſſimum huius mūdi authorem, opificēq́; H
quodq; illum mente gerat, ad cuius, & hunc imaginem finxit? Ergo non iniuria, mūdus valet,
vti Dei ſimilitudo dici cenſeriq́; ; quo & poſſumus, quaſi ſimulacro, ad eum contemplādum, opti
mo iure vti. Propter quod, & ſacræ literæ. A magnitudine ſpeciei & creaturæ, valet eorū author
agnoſci. Et Apoſtolus. Inuiſibilia Dei, per ea quę facta ſunt, cognoſcuntur. Vbi, ſicut eo loci Sap. 13. Rom. 1.
monſtrauimus, etiam trium perſonarum attigit ſacramentum: innuitq́; ex his, quæ hoc in mun-
do ſunt, non prorſus ignoratum à philoſophis: quod & nos ibidem, haud obſcurè proſequimur,

Ad rem modo. Mundum hunc, corporeum ſcilicet, quaſi ſimulacrum, oſtendimus Dei: nunc
corpus, oſtendamus humanum, veluti ſimulacrum mundi: & ſic externum agnoſcemus homi-
nem, ſicut ſimilitudinem Dei.

Quam ob rem, vtrunq; ſtatuamus præ oculis, & ſingula ꝓut decet ponderemus lance. Vt autē

A interim,ſymbolum omittam Pythagoreum,quo externum hominem,ſic vniuerſo præſenti coaptat,vt huius dicas exactiſſimum typum.Primò,hominis caput,ſtatuit Arcticum polum, Antarticum pedes,terram meditullium,dextram orientem,leuam occidentem,meridiem anteriorẽ, poſteriorem ſeptentrionalem: addebatq́;,ꝙ ſicut vterq; friget polus,ſic in homine, pedes & caput,& ſicut terræ meditullium feruet(ibi quidem ſtatuit igni ſedem,& ni fallor, non ſine rõne: ſed aliàs ea de re)ita hominis præcordia,& inteſtina:& ſicut dextra hominis pars,ea eſt, vbi ſuus incipit motus,vt philoſophus dicit,vbi & vis eſt longè validior,& leua eſt, vbi deſinit, & virtus eſt longè extenuatior,ita & ex oriẽte,oritur cœli motus,vbi eſt Aries, & potiores virtutes, & finem accipit in Occidente,& per hoc,vbi eſt principium Libræ,vbi & influentiæ ſunt remiſſioris poteſtatis: Anterior quoque hominis pars,facieſq́; eſt venuſta,& poſterior indecora,ita & Meridies fulget,& Septentrio obtenebreſcit. Vt hæc inquam mittam, dicas obſecro, ſiquid externo deficit homini; quod in corporeo offendatur vniuerſo.

Externus homo,quõ mũdi ſymbolũ iuxta Pythago.

Sanè,ſi quatuor elementa petis; ex philoſophorum ſententia, liquet hæc in illo conuinci; tametſi de modo,diſſenſio eſt,dum quidam putant, illa refrangi,atque in indeciduas vſque partes refracta,in ipſo conſiſtere: alijs ea placet ibi fore,ſed in formis remiſſa ſubſtantialibus, & ob id,
B &in qualitatibus proprijs: nonnulli per quandam autumãt ſimpliciſſimam virtutem, quã mixti vocãt complexionẽ, vel ſi mauis mixtionis congeneã, propriamuè qualitatẽ. Horum in nobis exiſtentiæ argumentum;quatuor ſunt humores,qui noſtro in corpore,tanta contemperantur armonia,vt nunquam demiremur ſatis.Colera quidem quartum,id quod ignem, plurimi vocant, elementum inſinuat: ob idq́; calidæ ac ſiccæ definitur naturæ.Flegma,aquam; cui in humiditate congruit,& frigiditate.Sanguis aerem,& terram atra bilis;cum ille humidus ſit & calidus; iſta obſcura,ſicca,& frigida. His in harmonia ſeruandis,vel ſi inde diſceſſerint,ad illam reuocãdis,præcipuus medicorum eſt labor.Et quidẽ conſonant, cum ſanguis bilem, tranſcendit proportione octupla,coleram quadrupla,& flegma dupla; vt communi curſu,dicunt accidere.

Si mixta,mixtorumuè,diuerſitates expoſtulas; & oſſa,& carnem,& neruos,& venas,& cartilagines,compluraq́;, id genus,offerimus; in quibus ferè, mixtorum omnium inuenies rationes. De his,& præclara & animaduerſione digna tradunt,nedum Philoſophi,ſed Medici & Chirurgi; & præſertim de illorum natura,complexione,numero,connexione, officio, neceſſitate; vt vix perſtringi poſſent,non mediocri volumine.Mitto quæ ſuper ijs,philoſophentur hebræi; qui totius legis corpus,non ſecus ac hominis,putant eſſe conſtructum.Propter quod & docent;ꝙ ſicut
C oſſibus ducentis,octo ac quadraginta,noſtri corporis compago ſubſiſtit,vt collegerunt, eius rei ſoliciti; ita tot,& non pluribus,affirmatiuis(vt vocant)lex tota continetur præceptis(non quòd in ea, non demandentur alia, & iis etiam plura,quæ è diuerſo,negatiua ſunt dicta,habentque, & quod referant ſacramentum,quod tñ ad præſens non pertinet inſtitutum, vt quæ ad corpus non alludunt humanum,ſed ad anni potius curſum,quippè quæ tot ſunt præcepta,quot in anno contenti ſunt dies:ſed quia illa,cum oſtendant quæ debent ſeruari, rem videntur ſtatuere, hæc autẽ quæ debemus cauere,rem habent vti conſtitutam ſupponere: quare illa ſpectare dicunt ad conſiſtentiam,hæc ad cautionem,quod nec temere,vt videtur definiunt) Addunt & eam fore, noſtri corporis proportionem; vt accuratè perſpectum,inſtar factum ſit arcę Noe,quin & tabernaculi fœderis,& templi Salomonis. Quod, fortè difficilè non eſt aduertere; ſiquis conferat vtrorumq́; menſuras.Sed in præſentia,non eſt opus.

Quot legis antiquæ præcepta negatiua & affirmatia.

Cupis,& Vegetalium,deprehendere propria? Adeo in ipſo expenduntur ſingula: vt nec minima deſit. Verùm ſatis,ſi præcipua,eorum opera,quæ nouem computãtur: excutiam. Ea ſunt, alimentum attrahere,attractum retinere,retentum decoquere,decoctum expurgare, expurga-
D tum,in deperditi reſtaurationem diſtribuere, ſicq́; egentia membra reficere refecta, cum opus eſt,augere,& opportunè generationi ſeruire. Senſuum pariter,nulla deficit operatio, vt cuiuis eſt in promptu: nam externas omnes agnoſcimus,nempè tangere, guſtare, olfacere, audire, videre: & internas,pariter non ignoramus,vt diſcernere,quod ad ſenſum ſpectat communẽ, imaginari,quod ad phantaſticam pertinet poteſtatem,cogitare,& cogitando,ex ſenſatis res nõ ſenſatas effodere,quod opus dicitur æſtimatiuę,cogitatiuęq́;, quam & particularem aliqui nominãt rationem;& memorari denique, vel reminiſci,quod illius eſt opus,quam memoriam,ſeu reminiſcentiam faciunt,& in occipitio eſt.

Forte ꝙ & mundi ſpiritum: in corpore exigis microcoſmi? Et hic ſpirat, quàm maximè. Teſtes ſunt innumeræ arteriæ: teſtis & ſemen,in quo,nòn mediocri oſtenditur copia; quin & in nullo animalium,quàm vberrimè.Comprehenditur & cœlum,quodam pacto,in eo;cum,vt tradũt

aſtronomi,

aſtronomi, nullum ſit in eo ſignum, quod nõ vendicet peculiarem ſibi locum, noſtro in corpore; nullus planeta, cui certum non ſubſcribatur membrum; nullum aſtrum, quod ſuam in illud, non dirigat influentiam: quin & omnes, ſuam vim, in illius influunt genitura, immo & in facie, manibusq;: vnde & ſuam artem, ſtatuunt Chiromantici, Phiſionimiq;. Amplius. Potes, et ſi velis, omnes in hoc motiones aduertere; temporum viciſſitudines; & omnes ætates. Tradit Ariſtoteles; motionum alias alterationes, vt calefactio, ægrotatio, & id genus plures: & has, quis non ſentit? Alias auctiones minutionesq;: & hæ dignoſcuntur in omnibus: Et primæ à natiuitate ad iuuentutem, aliæ à ſenio ac decrepitam. Alias lationes: quarum aliquæ rectæ, aliæ curuæ, aliæ circulo actæ: & liquet, quod nulla deeſt. Et rectæ ac curuæ, ſunt omnibus notæ: circulo vero actæ, in internis ſaltem animi, deprehendũtur motibus; qui, vt Ariſtoteles tradit, velut ſphera contingũt. E

Oĩs motionũ ſpecies in hoĩe, de quo ſermo.

Et quis neget: adoleſcentiam Veri, iuuentam Aeſtati, Autumno virilem, & Hyemen comparari ſenectæ? Ergo & tempora, & ætates, haud inconcinna, in vtriſq;, vna militant ratione. Hactenus, externo de homine: modo de his, quæ ſequuntur.

Et præſit piſcibus maris, volatilibus cæli, vniuerſæq; terræ & omni reptili, quod mouetur in terra. Hominis, mundi huius, prædicitur principatus; dum illi nedum reptilia decernitur fore ſubiecta, ſed piſces, & beſtias, & vniuerſam terram. Nec immeritò; tum quia natura, reliquis eſt præſtantior, F tum & potiſſimùm, quia à verbo ſumptus, iure eſt oĩum dñs. At nonnihil eſt diſcriminis, in lingua ſancta, vbi ſic legis. (Et ſubiugabunt) nedum Adamus, & Eua, ſed & qui ex illis, oriundi ſunt poſteri. Et ſubiugatio, hoc, vt opinor, loci, non indicat violentiam, ſed promptam ſubiectionẽ; ſi tñ non commiſiſſet Prothoplaſtes; vt quæ ſponte, cuiuis paruiſſent imperio, & tuliſſent, quantum ex illis erat, quoduis duriſſimum iugum; tametſi poſt peccatum, nequeant, niſi maximo cũ labore, quàm plura domari, ſubijciq;. (In piſce) ſingulare poſitum eſt, pro plurali (maris) in quo; omnes piſcatoriæ comprehenſæ ſunt aquæ (& in cœlorum volatili) licet ſicut volatile poſitũ eſt; pro volatilibus, ita & cœli, recipi poſſint, pro cœlo, præſertim quia hebręis vacat ſingulare, denotatq; ea vox, aerem in præſenti, quod ſingulare elementum eſt: quia tamen pluribus partitur regionibus, & illa, vt tactum eſt, volant nedum per infimam, ſed & per mediam, haud abſurdè, ſi ea vox, quæ dualis eſt numeri, in ſtatu retineatur proprio. (Et in iumento) pro iumentis (& in tota terra, hoc eſt, in qua uolueris plaga climate, regione (& in omni reptili, quod repit ſuper terrã) nam quæ repunt in aquis, comprehenſa ſunt, in piſcibus.

Et creauit Elohim hominem, ad imaginem ſuam: ad imaginem Elohim, creauit illum: maſculum, & fœminam creauit eos. Exequitur, quod prænunciauit. Et q̃m hominem refert, ſecundum imaginem, G qua homo notatur interior; non mirum, ſi creandi verbo, eſt vſus. Mens enim, cum ex materiæ non trahatur poteſtate, ſed accedat de foris; ex nihilo producatur neceſſarium eſt. Nec externus ob id, ſecluſus infertur; ſed planè, conſequentia intelligitur: quandoquidem etſi mens, nonnunquam velut potior pars, tractatur vt homo; id tamen non verè ſortitur, niſi vt ſuo in corpore eſt.

Quòd hominem repetit, in Dei creatum imaginem, etſi non deſint, qui aliter philoſophẽtur; ego ideo replicatum intelligo; vt tantum muneris, noſtris altius infigeretur cordibus, & ardentioribus ponderaretur affectibus. Et demum, quod ſubdit (maſculum & fœminam creauit eos) innuit, nedum amborum mentes, fore eiuſdem naturæ, vniuſuè imaginis; ſed & ad ſacramentũ prouocat matrimonij, quod his ex verbis, vt docet CHRISTVS, initium ſumit. *Et benedixit illis, Elohim.* Peculiari proculdubio benedictione, inſigni illos afficiens beneficio: nempè fœcunditatis, & paternæ prouidentiæ. *Et ait: Creſcite, & multiplicamini: & implete terram, & ſubijcite eam:* tãquam domini, vt pro libito, veſtræ ſeruiat commoditati. *Et dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram.* Hebræi legunt (& ſubiugate, in piſce maris, & in cœlorũ volatili, & in oĩ beſtia, quæ repit, ſuper terram) & conſtant, ex ſupradictis. H

Matt. 19.

Dixitq; Elohim, Adamo, Euæq;. *Ecce dedi vobis omnem herbam, afferentem ſemen ſuper terram: & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem, generis ſui.* Et ad quid? *Vt ſint vobis in eſcam; & cunctis animantibus terræ; omniq; volucri cæli,* cœlorum hebraicè, de quo, & ſupra: *& vniuerſis quæ mouentur in terra, in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum.* Ordinauit igitur Elohim, cõem homini, & aĩalibus eſcam; quam decreuit fore, herbas & plantas: at non quaſlibet, ſed afferentes ſui generis ſemen; vt quæ nõ ſolum, magis nutrimento erant accõmodæ, ſed & à Deo, in mundo abſolutè intentæ. Nam adulterinæ, ſylueſtresq;, ſua ſponte natæ; vel ſunt ex peccato inuectæ, ſicut ſpinæ tribuliq;; vel ex materiæ, vt dicunt, cõditione (Deo tñ annuente, quin & in pęnã nonnullã ordinate) & veluti terræ excremẽta ſubortæ. Et credendũ, quod ſicut ante hoĩs lapſum, natura noſtra, nedũ erat longè validior, ſed & abſtinẽtior; vt in qua (cũ nõ tã facilè humidũ abſumeret radicale)

Cib' prothoplaſtibus & poſteris aſſignatus.

A radicale)opus non erat tam crebra reſtauratione;ita & herbę & arborum fructus, erãt vberioris
ſubſtantiæ & per hoc maioris ac fœlicioris alimenti. Quare nedum, abunde poterant ſuccurre-
re neceſsitati noſtræ, ſed & beluinæ: & fortè, ꝙ animalia, quæ ſunt modo carniuora, ſi non inter-
ceſsiſſet peccatum, hanc ingluuiem, non fuiſſent experta: præſertim cum aliis poſſent conſerua-
ri eduliis, ſicut & in arca, periculo comprobatum eſt. Et proprium fuit peccato, non modo inor-
dinare res inferioris mundi, ſed & appetentias ſtimulare ſenſus; etſi potiſsimum in hominibus,
non tñ prorſus apparebit abſurdum, ſi & quodã pacto, id admittitur in animalibus; vt quæ facta
ſunt non modo propter homines, ſed & cõmunes habent ſenſus cum eis. Nec propterea, in illis,
admittimus eſſe peccatum, ſed effectum peccati; idq; tum in pœnam noſtri, tum in deteſtationẽ
culpæ; quæ tantæ eſt malignitatis, vt res quoq; afficiat, quæ non poſſunt peccare; nõ quidem, ea-
rum gratia, ſed hominum, quibus ſunt annexę, propter illos factæ, & eorum ditioni expoſitę.
Et factum, eſt ita. Ceſſerunt herbæ plãtæq;, in commodum, & hominibus, & animalibus cibum;
quo poſſent, & rectè & ſuauiter viuere.

Deniq; *Et vidit Elohim, cuncta quæ fecerat.* Nempe vniuerſum abſolutum, cõſtanſq; omnibus
ſuis partibus: & ſingulis pulchrè riteq; diſpoſitis, nec vlla peccati labe contaminatis, peruerſiſq;:
B vnde non immeritò, iureq; pronunciauit ꝙ, *erant valde bona.* Nam ſi ſingulæ res creatæ ſunt bo-
næ, quanto magis oẽs ſimul ſumptę? Etſi quælibet eſt diuinæ gloriæ teſtis; quanto magis, vniuer-
ſum totum? Etſi oẽs ſeorſum, hõi vtiles, præſertim Deo ſubiecto; quanto magis, ſimul in commo-
dum eius cedent? Verum cum omnipotẽtia ſit in Deo; cum in illo ſit bonitatis pelagus infinitũ,
& libertas ſuprema, maximaq;, non ne valuit, & ſingula, & oĩa facere meliora, præſtantioraque?
Cur hæc valde enunciantur bona, cum & ꝙ plura potuiſſent, iſta traſcendere, & longe præſtãtius
illius atteſtari gloriam, & multo vberius humano profuiſſe generi? Reſpondeo: Deum quidem — Nam vniuerſum potuerit fieri melius.
vniuerſum, alterius valuiſſe diſpoſitionis efficere, & aliud, & plura, longe præſtantiora, amplio-
raq; condere: ſed poſtquã hoc ſuo inacceſſo iudicio, penes ſe decreuit, illud ea conſtituit excellẽ-
tia, qua (rei attenta menſura, ordine, conditione, commoditate) effici non valuit congruentius,
præſtantius, illuſtrius, & diuinius. *Et factum eſt veſpere, & mane, dies ſextus.* Et per hoc, rerum pro-
ductionis vltimus. Ergo iure concludit vates, ſubdens hunc in modum.

Igitur perfecti ſunt cœli, & terra; & omnis ornatus eorum: Sicut in principio producti ſunt cœli &
terra, non ſolum, vt pręcipuæ mũdi partes; ſed vt totius extrema, vt cum illis intelligeremus etiã
C intermedia; ita & modo mundi abſolutionem inferens, horum duntaxat meminit vates, volens
& quæ inter ea ſunt, ſubintelligi. Præterea, ꝙ & inferiores, vt diximus, cœli ad aerem vſq; cõpre-
henſi ſunt cum ſupremis; ſicut & aquæ; cum elemento terræ. Et ſicut hæc, nedum quia ſub aquis,
ſed quia illis admixta; inanis fuit & vacua, & per hoc, naturali deſtituta perfectione; ita & cœli ſu-
premi; quia inferiores complectebantur, velut complicatos, & non vt natura ferret, extẽſos; ſine
aſtris ſineq; planetis, non mediocri carebant abſolutione, vt quæ non ſecus ac inania, vel vaca-
bant, vel ſuis ſaltem, vti non poterant influentiis. Docet ergo vates, Sexto die, ſupremos cœlos,
vnà cum contentis; ad aerem vſq;, fuiſſe in ſua natura; ac perfectione conſtitutos; dum prima die
lux eſt facta, in ſecunda firmamentum extenſum, in quarta aſtra & planetæ producti, & in quin-
ta aues cum reliquis; quæ volant, procreatæ. Docet & terram, vnà aqueo cum elemẽto abſolutã;
cum aquæ fuerint vnum in locum, die tertia congregatæ: ac naturali ſpiſsitudini reſtitutæ, piſci-
bus fœcũdatæ, & Cetis, & diuerſis reptiliũ ſpeciebus: die quinta repletæ: iterum, & terra ſiccata eſt
aquis, herbis veſtita, ornata plantis, locupletata auro, & lapidibus precioſis; & demum cuncti ge-
neris animalibus, vnà cum homine; omnium domino fineq;.

Sed attẽdendũ, ꝙ vbi ornatũ legimus, hebræi legũt exercitum: (eſt enim dictio Sabba) quod ad
Rom. 13. D memoriam reuocat, eximio ordine omnia inſtituta; quod planè, eſt propriſsimum Deo, dicẽte
Paulo, ꝙ illa, quæ à Deo ſunt, ſemper ordinata ſunt: & merito, cum à ſumma ſapiẽtia ſint, cuius
ordinare, peculiariſsimum munus eſt. In rebus autem, nos penes exiſtentibus, duo ſunt ma-
ximè ordinata; numerus ſcilicet, & exercitus. Hoc loci, ab exercitu ſumitur tropus; ſed alibi in-
ſinuatur à numero. Ergo, etſi in præſenti monemur, vniuerſi partes, quę extremis, vt diximus,
ſint concluſæ: non ſolum plura complecti (vt firmamentum ſtellas aerem aues, & ita de reliquis)
ſed & illa quàm ordinata; quàm rite diſpoſita; alias tamen & ſeriem, & ordinem hunc, doce-
mur vt in numeris, & per hoc, gradatim, vtq; inter ſpecies concipiendum eſſe, quæ & ſe habent,
prout dicunt, vt numeri. Propter quod creditur à multis, cœli ſtellas, vt ſpecies ordinatas, non
3. Meth. minus, ac maris piſces, volatilia aeris, plantę, herbæ, & animalia terrę, *Compleuitq; Elohim, die ſepti-
mo, opus ſuum: quod fecerat,*

TT Verùm

Vèrum ſcrupulus eſt, in promptu: nempè quo pacto, mundus, tum ſexta, tum ſeptima, abſolu E
tus ſit die. Sed erui dupliciter poteſt. Vno modo, ut ſeptima, dicatur abſolutus; non quia tunc illi
aliquid ſit ſuperadditum; ſed quia, illum abſolutum eſſe, declaratum eſt. Eo plane, non abſimili
tropo; quo, & Deus aliquid dicitur noſſe, cum illud noſſe nos facit (noui quòd timeas Deum) Gen. 2.
uel alio nô longè difformi; ut cum dicitur pœnitere, quia rem deſerit cui fauit, uel deſtruit quod
conſtruxit. Ergo Elohim mundum die ſeptima compleuiſſe; eſt uel Angelis, completum mani-
feſtaſſe; uel ab ulteriori, abſtinendo progreſſu, illum nulla re amplius indigere, facto atteſtatum
eſſe. Reliquo; ut uerbũ ponderetur (ſuum opus) Nã ſiquis, quæ diebus ſex facta ſunt, plene diſcuſ
ſerit, lucebit non obſcurè, quòd etſi uniuerſa opus ſunt Dei, homo tamen, longè præ aliis. De
illo quidem non dixit, fiat erituè: non fuit, uel factum eſt: ſed faciemus, & creauit Deus, ut ſud-
dit: & hoc, ſicut in imaginẽ ſui, ſicutq; ſimilitudinẽ eius Quare, hoc diligẽter attento, fortè ſineq;
ueritatis præiudicio, dicet quis: Eſto reliqua, ſex ſint abſoluta diebus, homo tamen ſecus, ut qui
non niſi, die ſeptima uxorem habuit, uel illi, ſaltem matrimoniali uinculo copulatus eſt; in quo,
niſi, ut principium ſaltem humanæ compleretur proſapiæ, ſuæq; non mediocriter conſuleretur
uitæ commoduq;, non diceret Deus, illi non eſſe bonum, ut perſiſteret inconiugatus, ſed condu
ceret ut adiutoriũ haberet ſimile ſibi: Præter id, quòd in matrimonio, cũ unum, modo quodã, fiat F
ex utriſque (nam duo ſunt in carnem unam) quod de altero pronunciatur, reliquo non iniuria
attribuitur, & in iis maxime, in quibus non prohibetur communio.

Dixi uxorem habuit, uel illi ſaltem, eſt matrimonio iunctus; quoniam res, duobus poteſt mo
dis exponi. Altero, ut dicatur, Eua non ſexto, ſed ſeptimo ficta die, id quod multi non horrent:
Reliquo, ut ſexto quidẽ recipiatur producta, ſed ſeptimo copulata. Et licet, utrunq; poſſit, abſque
fidei defendi præiudicio; ſi tamẽ alterũ quis uellet acceptare, lubentius ſecundo ſubſcriuerẽ. Sed
dicis. Nonne planè, ſexto dictum eſt die: Euam eſſe productam? (Maſculum inquit & fœminam
creauit eos) Quo ergo aſſeretur pacto; ſeptimo die fictam? Reſpondebitur; Vel quòd tunc fœ-
mina dicitur facta, nô quia ſit tali die producta, ſed quia in eandem imaginem, eſt cum uiro, Dei
lege decreta: Quare, uelut anticipiando, uel ſi mauis, ne rurſum, in imaginẽ, reſumi debeat, oc-
currendo, illa addita ſunt uerba. Vel, ut uolunt quidam (quod tamen ſatis non probo) facta tunc
eſt, ex parte mentis, & in ſeptima, ex parte carnis; id quod & alii ſuſtinent, etiam de prothopla-
ſte, tradendo tam uiri, quàm mulieris mentem, ſexta duntaxat die, creatas, & amborum corpora,
carneſuè (non uno tamen, ſed diuerſo, ut dicetur modo) fictas. Propter quod, & putant, quòd
conſultò (poſtquam prænuntiatum fuit Adam, quod nomen eſt utriq; commune, futurum ne- G
dum in ſui imaginem, ſed & ſicut ſui ſimilitudinem) exequendo, non de ſimilitudine, quæ, ut di-
ximus, ſpectat ad corpus, ſed de imagine, quæ ſpectat, ad mentem, mentio duntaxat habita eſt.

Poſſunt hæc fortaſſe defendi; applaudentq;, prima fronte nonnullis: at mihi non ſunt proba-
ta, nec meæ imbecillitati; ſatis accepta. Non quia, non conſonant Ariſtoteli: qui mentem ſtatuẽs,
& rectè, animæ noſtræ partem, quam & ſanè docet, actum uel formam noſtri corporis, audacter
dicit, nullam formam, poſſe per tempus præcedere corpus, compoſitumq;: aut quia Auguſti-
Deus in prima rerum ꝓductione, nô eſt vſus lege naturæ.
nus clamet, animam noſtram, infundendo creari, & creando in corpus infundi; quoniam illud
uerum eſt, cum res procedit iure naturæ, & iſtud iuxta conſuetum ordinem; quæ diuinæ non ob-
ſtant poteſtati, & minus in prima rerum productione; in qua Deus uſus non eſt lege naturæ, ſed
beneplacito ſuæ uoluntatis: Sed rei, ut duriuſculæ, non acquieſco. Adde, quòd utriſque nedum
data eſt benedictio, munusq; collatum fœcunditatis; ſed & præceptum ut creſcerent, ac multipli
carent ſeſe. Et licet dici poſſet, hæc fore inſtituta, non quia mentium animarumuè ſit, ſine car-
ne, filios gignere, ſed ut monerentur ad filiorum generationem, non procedendum ex ſolo ſen-
ſu, ut equus & mulus, ſed ex cõſilio intellectus, & libera electione uolũtatis; nihilominus, cũ ge- H
nerare ſit opus coniuncti, haud dubium, fœcunditatem non ſaluari in altera tantum parte: quin
cum ſit naturalis motus, præcipuè ſe tenet ex carne, propter quod & in ea aſſimilamur parenti-
bus. Ergo nulli dubiũ, qui præmiſſa ſuſtinẽt, inficiari nô poſſe minus ritè, Prothoparentes, à Deo
benedictos: & per benedittionem, ut credimus, fœcunditate donatos. Quare etſi plura diximus,
quæ aliis poterunt, ni fallimur, ſatisfacere; nobis tamen; ut fateamur ingenuè, ea reſponſio, eſt
ſimpliciter ſolida, omnibusque amplectenda, quæ docet, quem diximus, ſub eſſe tropum, quan-
do Dei opus, ſeptima completum die, pronunciatum eſt; vt quæ ſcripturæ conſonat phraſi, &
nulli abſurditati ſubiicitur.

Et requieuit die ſeptimo, ab vniuerſo opere, quod fecerat. Dei quies, intermiſſio extitit opis; at nô cu-
iuſcũq;, ſed ꝓductiui, nec cuius volueris rei, ſed à ſe factę. Quod docet, ꝑ ſex dies ꝓducta, an oĩb⁹
fuiſſe

A ſuiſſe perfecta: nec egere, iuxta ſingulorum naturã, vt vltra illis apponeretur manus. Ergo hoc ex loco, non excluditur, Deum nouũ aliquod aliqñ facere, minusq; à ſe facta regere & gubernare: quin & Deus ſemp eſt in actu, nunquam aliquid, & pſertim in cõmodum, frugemq; electorũ non faciens; ſicut & Dñs dixit. Pater meus operatur vſq; modo; & ego operor vnà cum eo. *Et benedixit, diei ſeptimo.* Sicut benedictio auium, piſcium, aĩalium, quin & hoĩum, in prothoparẽtibus; munus contulit fœcunditatis; ita & benedictio, diei ſeptimi, nonnullã illi attulit progatiuam, immo & vim contulit excitandi, cõmouendi, locupletandi diuinum cultum, obſequiumq; in nobis, dum puocat fidem, deuotionem & pietatem: inſuper, & ad memoriam reuocat beneficium creationis rerum, vt & ſequentibus liquet. *Et ſanctificauit illum*, Sanctificare, vt alibi latins, nõ ſolum eſt mundare, ſancireq;, ſed & conſecrare: ergo ſanctificaſſe Sabbatũ, eſt nõ ſolum Deum illum diem à ſeruilibus mundaſſe operibus, aut ſanxiſſe illum ſuo ſempiterno cultui, ſed & vnicè conſecraſſe ſibi idq; in electorum frugẽ. Vnde, ſicut non ſolũ in Dei gloriã ſed & in noſtrum prouentum, conſecrantur templa, vt in illis, Deum orantes, gratiasq; agentes, vberius excitemur, ferueamsq;; ita & ſacri inſtituti ſunt dies, vt ex illis prouocemur, ac Deo frugalius obſequamur.

Ioan.5.

Ad Ephesios.

Quia in ipſo, ceſſauerat ab omni opere ſuo. Diuini operis conſummatio, & per hoc intermiſſio, ab B eoque ceſſatio, Deo occaſionem dedit, Sabbatum, tum benedicendi, tum ſanctificandi; Et ſicut Deus, eo quieuit die in ſeſe, contentus opere à ſe facto; ita & nos cupit, aliquem ſabbatizare diẽ, quieſcentes in illo, ob tam inſignis beneficij collationem; quo nedum nos, ſed & cuncta creauit, pro nobis. *Quod & creauit Elohim, vt faceret*, ad faciendum hebraicè. Quibus denotatur; tũ opus à Deo factum, non factum neceſſitate, ſed electione: nempè factum, vt faceret, quia in quam, illũ delectauit facere: tum factum, non vt opus maneret in ocio, ſed vt operationi incumberet: admonens, quod & animaduertère philoſophi cuncta à ſe facta, non facta vt ſtertant, tabeſcãtq; ocio, ſed vt operentur, ſintq; aſſiduè in exercitio. Quanquam, & mea ſententia, illud potiſſimum etiã innuatur verbo; Deum ſic, quæ fecit, coaptaſſe, factaq; voluiſſe. vt & illa tandem iterum faceret, hoc eſt, reſtitueret: quin & in ſortem longè meliorem proueheret. Quod planè præſtitit, cum demum vnigenitum miſit; in quo, & omnia. nedum recapitulauit, ſed & promouit.

Hic nõ prætereo, ꝙ licet dies ſabbati, in memoriam creationis ſit electus à Deo; nec modo electus, ſed benedictus & ſanctificatus; id tñ, iure eòuſq; debuit habere locum, quouſq; prima mundi manſit inſtitutio; & per hoc quouſq; mundus, non eſt reſtauratus in CHRISTO, nolloq; pacto in meliorem frugem refictus per eum. Ergo, cum CHRISTVS, in mundi reparationẽ inſteterit, ipſumq; mirũ in modũ eleuauerit, opusq; vt fatetur, pfecerit, & demum, ſicut & par fuit, ad quietẽ redierit, dũ ſurgẽs à mortuis, cęlumq; reuerſus, in dextra ſui patris meritò requieuit; optimo factũ eſt iure, vt & huius requiei celebretur dies, quin & in ſecundi, nõ minoris, ſed vberioris; memoriã beneficij, dies cõmutatus fuerit; & per hoc, non vltra ſabbatum, ſed illius loco, dies dominica, in qua hæc abſoluta ſunt, fidelibus celebranda remanſerit. Sed de hoc alias amplius.

Ioan.17. C

Cur nõ vltra ſabbatũ ſed dñica dies hic celebris.

Arcana, quæ ex ſexto mundi die attingere mihi datum eſt.

SExta, dies Veneris eſt: & ritè ſextæ quadrat ætati. Venus quidem planeta, etſi dicitur fœmininus, eſt tamen fortunatus eſt nedum lucens, ſed emicans; non modo longè nõ diſtans, à Sole, ſed non rarò, illius nuncius propter quod, & Lucifer appellatus eſt. Eſt & mirum in modũ gratioſus; nec modo cuiuis beneuolus, ſed amicus; quin & amoris pfuſor, & fotor. Et quis neſcit, ea in ætate, & plures, & percelebres, nituiſſe fęminas? Et miſſis Sybillis, quarum nõnullæ claruerunt in ea; miſſa & viragine, pulchra, & nunq̃ ſatis laudata Iudith, quæ, Holoferne pcuſſo, capiteq; obtruncato, & p hoc, libertate ſuo generi reuocata, reſtitutaq;, reddita eſt nedum mundo. ſed ſacris ſcripturis illuſtris; D qm̃ etſi hanc Euſebius, Auguſtinus, Bedaq;, Cambiſis (qui. 1. Eſdræ, dicitur Aſſuerus, &. 1. &. 2. Iudith, Nabuchodonoſor, eò ꝙ non ſecus, ac ille, & dominus erat Babyloniæ, & Iudæis, non minus inimicus) tempore, opinantur fuiſſe: res tñ, nõ videtur penitus certa, non quia facta, tertiodecimo refertur anno illius Nabuchodonoſoris, (& conſtat Cambiſem, non imperaſſe vltra nouem, quoniam in illis annos corregnationis diceretur incluſos, quibus Cyro foris, ob bella detento, & demum aduerſus Maſſagetas occupato, Cambiſes, domi adminiſtrabat regnum;) ſed quia primo oſtenditur illius hiſtoriæ, Samariã & Ieruſalẽ, eo in tpe, illi non fuiſſe ſubditas; quod manifeſte reputatur falſum, cum illę, alijs cum, Babylone deuicta, patris euaſerint ditionis; à quo & ipſe, eas pacatas, nemineq; reclamante recepit. Hac inq̃ miſſa haud dubium quãtę fuerit venuſtatis, q̃tęq, glorię, ex Iudęis, quos & vitę, & libertati reſtituit, regina Heſter, q̃ idubiè hac floruit

Heſter indubiè hac ætate floruit.

E 2.Mach.7.

in ætate, etſi aliquibus placeat, id duodecimo contigiſſe Darij, qui & Menon, & Aſſuerus, alijs autem duodecimo Arthaxerſis, Xerſis filij; quæ & fortè verior ſententia eſt. Quid illa de muliere perpetuis euehenda œncomijs; quæ vnà ſeptem cum filijs, potius duriſſimam voluit ſubire necē, quàm in diuinam patriamq; legem committere? Et q̄q̄ non defuerint, tum inſignes, tum præclaræ apud gentes, eo temporis fœminæ, vt Cleopatra in Aegypto, & Lucretia apud Romanos: lubet tamen, Annam illam nō omittere, quæ ſanctiſſima, die noctuq; verſabatur in templo: lubet & annumerare, ſenem & ſterilem Eliſabeth, illius miraculo matrem, quo inter mulierum natos maior non eſt, Domini atteſtatione. Et demum in ea deſinam, quæ virgo Deipara, nō modo manēs intacta, hoīem genuit, virumq; caſtiſſimo vtero clauſit, ſed & Dei vnigenitū tulit, ediditq́;.

Luc.2.&

Matth.11

Succeſſus in populo hebræo & gentilitio.

2.Reg.vlti.

At de bona pcurratur fortuna; fauſto ac fœlici ſucceſſu. Et Iudæis quidē, primū res cœpit obtingere dextrē; cū in captiuitate degētibus, illico, Nabuchodonoſore defuncto, Euilmerodach patri ſuccedēs, eorū regē erexit, ac inter reges haberi mādauit. Secundò cū Balthaſſarre perempto, Babyloneq; in Perſarū ditionē redactā, Cyrus, primus eius monarchiæ rex, populū nedum libertate donauit, ſed & tēpli reſtaurationē cōceſſit. Arriſit, ſecundauitq; ſatis, magno ſub Arthaxerſe fortuna; cū p illum, licuit reędificare ciuitatē, & oēs ad ſolū, ad leges, & ritus liberè remeare. Non deſtitit, & tpe Alexandri Magni, q̄ q̄n ciuitatē, populumq́; cōtendebat pdere, illū amicè eſt amplexatus: & tm̄ abfuit, vt læſerit, q̄ ſeptēnio, onera tributaq; remiſit. Mitto fauorē, quē à Ptolomęo, nacti ſunt Philadelpho; q̄n eius iuſſu, nō modo ab Aegypto, liberè ſunt dimiſſi, ſed & muneribus honeſtati: Cuius ſtudio, nedum Biblia facta eſt celebris; ſed in Græcum ſermonē tranſlata gētibus ſalutaris. Mitto & ſucceſſus, quos habuere Machabęi, & Iudas maximè; de quibus in eorum libris. Gētibus vero, p̄ter Cyri ſucceſſum, quo monarchia erecta eſt Perſica, & Cābiſis, p quē regno addita eſt Aegyptus, & Alexandri, qui nō ſecus ac ſulgur, orbē ſubegit; ſucceſſus extitit apud Romanos, cum initio monarchiæ Cyri, tyrannidē regum excuſſerint, ſicut Auguſtinus obſeruat. Nō modo lōgum eſſet, fauſta, fœliciaq; in quouis mundi regno, hac ætate relata pſtringere, quin & importunū foret, loco p̄ſenti: quare pgamus, quod ſupereſt. Micuit & ea tēpeſtate lux, nō ſolum naturæ, ſed gratiæ: q̄m non tm̄ apud Gentes, fulſerunt Athenæ, & philoſophorum p̄cipui, ſed & apud Iudæos, aliis prę ętatibus, lux reſplenduit Seruatoris; cum cœli inciperent diffluere māna, & terminus ſeptuaginta expectaretur hebdomadarum, & ablatum cerneretur ſceptrum, de familia Iudę: Adde: Quòd Biblia Gētibus inuulgata, nonparum mundo attulit lucis: & conſtat expectatā tunc tēporis lucē, ſtellāq; ex Iacob, etiā à gentibus, vt geſta teſtantur magorū in natiuitate CHRISTI. Nunciauit, attulitq́; ea ętas, mundo ſolē; quia in calce apparuit Sol iuſtitię CHRISTVS; qui nō ſecus ac Sol, totum illuminauit orbem. Sed ad verba prophetæ.

1.Eſd.1.6.

F Ioſeph.11. anti.8.

18.de Ciui. 16.

Lux Saluatoris maximè hac ętate micuit.

G Matth.2.

Et dixit Elohim: tum ſecum decreto, tum Angelis reuelatione. *Producet terra:* hoīum inquā genus, fictum ex terra: *Iumenta,* viros qui ſibi erunt auxilio, frugiq;: vt in populo Iudà, Zorobabel, Eſdras, Mardochęus, Septuaginta interpretes, Ieſus filius Iſoſedech, Machabęi, & Iudas maximè: & in Gētibus, Septē ſapiētes, qui iuuabāt hoīes legibus, morumq́; p̄ceptis, vt docent hiſtorię. Itē. Pythagoras, Socrates, Plato, Ariſtoteles; qui præſenti floruerunt ætate. *Et beſtias.* Inter quas, & atroces, & rapaces annumerātur: Cābiſes, qui inter plurima ſęua, fratrē, ſororēq; necauit: Aman, qui crucē innocenti erexit Mardochæo: Ptolomęus Laghi filius, qui Ieroſolymā dolo captā, non modo ſpoliauit, ſed & magnum inde, Iudæorum numerum, in Aegyptum traduxit: q̄q̄ & longè in illos, fuit atrocior, longeq; rapacior, rex Antiochus, qui præter direptam vrbē, templumq́; p̄fanatum, pnecauit innumeros; non parcens pueris, nō ſenibus, non p̄gnantibus, nec collo, vberibusq́; pendentibus. *Et reptilia terræ, iuxta ſpecies ſuas.* Variæ, hęc ſunt, inferiorum hoīum turbę: quippè qui repunt, imis adhærentes, indeque pendentes; vt voluptuoſi, qui ſectati ſunt Epicurum, eius tempeſtatis monſtrum: vt cupidi auariq;, quemadmodum phariſęi: vt fraudulenti, qui nō modo repunt, ſed ſerpunt: hi niſi eo inualuiſſent tempore, in illos nō inueheret Præcurſor. Viperarum genimina; quo pacto imminentem euadetis interitum? *Et factum eſt ita.* Cum omnia, in hac confluxerint tempeſtate. *Et vidit Elohim, quòd eſſet bonum.* Humanæ quidem conducit imbecillitati, vt homo conſulat homini: alter alterius, onera portate: & frater qui iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma: Contulit & multorum exercitio, vt viri offenderentur immites: aliàs vt Auguſtinus dixit, non eſſent coronati martyres. Illuſtrat & gloriam Dei, vt vaſa inueniantur iniquitatis; quoniam cedit in manifeſtationem ſuæ iuſtitiæ: Nam licet Deum, peccator exaſperet; ſinit tamen illum, ſuo pro arbitrio debacchari, vt illud ſaltem eliciatur boni, quòd Deus in illum animaduertit.

H Matth.3. Luc.3.

Gal.6.

Prou.18.

Rom.9.

Et ait. Nedū ſibi, ſed Angelis: Nā & illis arcanū detexit put & decuit, īcarnationis CHRISTI.

Faciemus,

A *Faciemus*, tandem, ò beatæ mentes: quoniam in calce ſextæ ætatis, ſicut & in calce ſumus, diei ſextæ, *Faciemus*, nos Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: quandoquidem etſi myſterium aſſumptionis carnis, ad perſonã terminatur Verbi, à tota tamen perficitur Trinitate, vt ſacri oſtendunt Theologi. *Faciemus Adam*, nouiſſimum: idq; maximo artificio, quoniam virtute, formabitur Sancti (Sap. 1.) ſpiritus, qui eſt omnium artiſex. Quare hac in re, ò Angeli, veſtro non vtemur ſuffragio; etſi veſtro vtemur præconio. Nam veſtro miniſterio, reuelabitur nedum multis, ſed & illius fœliciſſimæ Matri: quin & cateruatim & aderitis, & concinetis eius in ortu. (Luc. 1.) *Faciemus Adam*: per quem, non ſolum omnia ſunt recapitulanda, ſed & promouenda, quin & maximè locupletanda. Et faciemus, *in imaginem noſtri*: Quoniam in hypoſtaſim, illum euehemus Filij, qui vnicè imago eſt, inter nos. Nam cum Pater procedat à nullo, dici nequit imago: & Spiritus ſanctus, quia ex vi proceſſionis, non procedit, vt ſimilis, eam nomenclationem, non recipit. Quare de Filio, ſcriptũ (Sap. 7. Colo. 3.) eſt, ꝙ diuinæ eſt bonitatis imago, necnon, Dei, vt inquit Paulus, inconſpicui. Quãquam nec abſurdè, in CHRISTO Trinitas, ſit nedum repręſentata, ſed & modo quodam contenta: aliàs non (Ioan. 14.) exprobaſſet Philippo. Non credis, quòd ego in Patre, & Pater in me eſt? Nec fuiſſet atteſtatus in (Luc. 4.) Synagoga, Spiritus Domini ſuper me: nec præcinuiſſet Oraculum: Super illum requieſcet Spiri- (Eſa. 11.)
B tus Domini: necdemum tradidiſſet Ambroſius, ſummusq; pontiſex Pelagius, baptiſmũ, qui in (De con. d. 4) nomine conſerendus eſt Trinitatis, eũdem fore, cum exhibito in nomine CHRISTI: ſicut olim (Acto. 8.) conſueuerunt Apoſtoli. Nec modo ſaciemus, in imaginẽ noſtri: ſed *& ſicut ſimilitudinem noſtri*. Quandoquidem in illo vnicè reſplendebimus, agnoſcemur, venerabimur. Et præter id, quòd (Heb. 1.) ſplendor eſt diuinæ gloriæ, nomenque Dei clarificanit in mundo: præter id, quòd Deum nemo (Ioan. 17. 1.) vidit vnquam, ſed Vnigenitus, qui in ſinu eſt Patris, enarrauit: præter id, quòd pater honoratur (Pro. 10. 16.) in filio, filiusq; ſapiens honor eſt ſui patris; haud dubium, non aliam ob rationem, Dei appellari ſaciem, niſi quia illi perſimilis. Oſtende (ad Deum, inquit Dauid, de CHRISTO) ſaciem tuam (pſal. 79.) nobis; & ſalui erimus. Et Moſes. Non progrediemur, niſi tua facies præceſſerit nos. (Exod. 33.) Et palam, quanta per illum copia in nos, Dei contrectetur charitas, miſericordia, munificentia; vt qui ea potiſſimum ratione, ſuas in illum, profudit diuitias, vt illis conſpectis, ad illas ardentius ſuſpiremus; ac illius gratia, CHRISTIq; meritò, illis locupletari ſatagamus.

Et præſit piſcibus maris, volatilibus cœli, iumentis, & beſtijs, vniuerſæq; terræ: & omni reptili, quod mouetur, in terra. Etſi, his in verbis, CHRISTI tangitur principatus; præſtat tñ, breui ſubnotare, de (Pſal. 23.) ſingulis. Et q̃q̃, natura ſit omnium dñs, q̃q̃ hæreditate, cuncta acceperit à patre; q̃q̃ vniuerſa illi
C ceſſerint iure crucis, cum per illam õia vicerit; tanta tñ eſt in nonnullis iniquitas, tanta impuden- (Hebr. 1. Rom. 4.) tia, ac peruicacia, vt illi non ſubijciantur ſpontè: Quod & hebræa vox, quę ſubiugationem ſignificat, præſefert. Quid in cœli volucribus: niſi, vel dęmones, iuxta Verbum domini; qui per cœ- (Lucę. 8. Eph. 2. & 6.) lum, hoc eſt, aerem vagantur caliginoſum, vt docet Apoſtolus? Vel mundi Sapientes, qui licet arcana ſe profiteantur rimari cœleſtia; vix tñ, ad mediam ſe eleuant aeris regionem, in qua & frequenter offenduntur nubes, & perpetuò commorantur tenebræ? Propter quod haud mirum, ſi hallucinantur ſæpe; ſomniaq; non raro, effutiunt inconſtantia; immo & impia: Quos etſi conſulas, vel de Deo, vel de poſtrema, hoïs ſœlicitate, quis non videt nubes, immo quis non palpat tenebras? Sed pergendum. Quid in maris piſcibus, niſi laſciuos, varijsq; demerſos ſceleribus; idq; in oĩgena hominum natione; ea iuxta, quæ de piſcibus enarrauimus, explicuimusq;? In iumentis, non obſcurè ſunt denotati Iudæi, ſicut & in beſtijs, intellectæ ſunt gẽtes: illi quia legis oneribus aſſueti, iſtæ ſine legis freno debacchatæ, diſtare non videbantur à beluis. Et demum, in reptilibus, viperarum inſinuati ſunt filij: illi inquam, qui præter primam inſtitutionem, mundo ſuperuenere, haud ſecus ac monſtra, Sathanæque progenies; de quibus, tum aliàs, tum in præmiſſis, (Mar. 16.) abundè. Quod ſubditur, Et vniuerſę terrę, amplitudinẽ oſtẽdit imperij, cõſonatq; his q̃ dixit, oĩ
D euangelizate creaturæ, & ꝙ fides in vniuerſo reperienda eſt mundo, & ꝙ lapis, qui de monte la- (Matth. 24. Dan. 2.) pſus eſt, ſine manibus, tam ingens effectus eſt mons, ꝙ orbem impleuit. Sequitur.

Et creauit Elohim. Opportuno in tpe, & ꝑ hoc, in ſextæ ætatis calce, *Adam*: nouiſſimũ. Nec eſt ſermo, de ꝓductione ex nihilo; ſed de ꝓductione, vt diximus, mira, magnoq; confecta myſterio: qm̃ licet CHRISTVS, aïę ex parte, vt reliqui ſit creatus, totus tñ, ſimpliciterue, ex nihilo non eſt ꝓductus, cum id repugnet, naturæ diuinæ, & puriſſimus MARIAE ſanguis, ad formationẽ cõcurrerit, carnis humanæ. *In imaginẽ ſuã.* Etſi in hebręo, non ſequitur; *ſicut ſimilitudinem noſtri*; quia tñ, in textu ſequitur noſtro, credimus ſubintellectũ: quod noſtro in codice, nec incõmodè, eſt explicatum. Ergo adimpletum traditur; tum noſtram carnem aſſumptam in verbum, tum ad Deum vnicè cognoſcendum, expoſitam mundo. Quòd & pariter, creatam additur fœminam,

Reuelatũ angelis arcanũ incarnationis.

(Nam *maſculum* ſubdit *& fœminam creauit eos*) præter id, ꝙ CHRISTI, & Eccleſiæ innuitur ma- E
trimoniũ, docet quàm ꝑſpicuè, eius ſponſam, & ꝓſertim, electorum Eccleſiã: & in verbi ꝑſonam
Vnio Chriſti & Eccleſię. modo quodã euectam, & ad Dei munificentiã manifeſtandã, in CHRISTO vnitam. Sicut enim,
non ſemel oſtẽdimus, tã arctũ, tamq; intimũ, inter CHRISTVM & electã Eccleſiã, reperitur glu
ten; vt nihil nõ habeãt, ſua ꝓ rõne, cõe. Et cur non; cũ ſponſæ ſponſiq;, vna ſit caro? Ergo, ſicut
CHRISTVS, hypoſtaſi ſuſtinetur diuina, nec ſecus, ac truncus radice, ita & illius membra, nõ ſe-
cus, ac rami ſuſtinentur eãdẽ: & ſicut fundamentũ baſiſq;, tẽplũ domumuè ſuffert; ita & eorum
quaſlibet partes, vnumquodq; ſua ꝓ rõne. *Et benedixit illis.* Qm̃ ſuorũ theſaurorũ copijs, vbertim,
affecit; immo & obruit, cũ in illos, oẽs ꝓfuderit. *Et ait.* Eo verbo, quo oĩa fiunt: verbo cui nõ va-
let, quæ volueris vis reſiſtere. *Creſcite, & multiplicamini.* Refingendo, lauacro ſacroſancto, in ver-
bo vitæ; electos maximè, in legitimos filios. *Et implete terram.* Vt nomen meum, magnũ ſit in gẽ
tibus, & quouis angulorũ mundi. Dicite aquiloni, da, & auſtro, noli ꝓhibere: afferte filios meos, Eſai. 43.
Victoria chriſti & Eccleſię de longinquo, & filias meas, ab extremis terræ. *Et dominamini.* Tũ victoria Euangelij, ac ſacroſan
ctæ crucis: tũ virtute cęleſtis Patris, qui cũcta, velint nolint, veſtris ſubijciet pedibus: oues & bo-
ues vniuerſas, inſup & pecora cãpi. Volucres cęli & piſces maris, qui perambulãt ſemitas maris. pſal. 8.

Et dixit Elohim. Adamo, Euæque: CHRISTO & Eccleſiæ ſuæ. *Ecce dedi vobis, omnem herbam,* F
afferentẽ ſemen, ſuper terrã: & vniuerſa ligna, quæ ſementẽ habent, ſui generis, in ſeſe. Si vno, eodemq; refi
ciuntur cibo, mẽbra & caput; haud dubiũ, ꝙ eãdẽ eſca paſcetur CHRISTVS, & Eccleſia eius: ꝓp
quod, & diſpoſuit illis, vt vnà ſecũ edant. bibantq;, in mẽſa ſua, in regno ſuo. Ergo, ſi CHRISTI, Luc. 22.
dum hic ageret, cibus fuit, voluntati obſequi patris: palã, ꝙ cibus noſter erit obſequi Deo. Ergo, Ioan. 4. Roma. 12.
& in paſcuis, verſandũ nobis, diuinæ ſcripturæ: in qua vbertim, illius bona beneplacensq; reue-
latur voluntas. Ergo nõ iniuria, lex vetus, nõ ſylueſtribus, nõ ſpontaneis, ſed cultis, ac ſeminifi-
cantibus cõparabitur herbis, vt quæ humilior eſt cibus, nec tã puri, tamq; vberis nutrimẽti: & lex
noua, robuſtioribus conferetur plãtis, & ſuauiores, & vberiores, ꝓducẽtibus fructus, & ꝑ hoc, cõ-
modius ꝓſtantiusq; alimentũ. Et q̃q̃ diuinæ literæ, & bonis exponantur, & malis, quin quibuſuis
nationibus & Sathanicis mẽtibus; non ꝓſunt tñ, nõ ritè nutriunt, niſi fideles, & ꝓſertim, cũ in fi-
lios ſunt aſciti: quippè qui nacti ſunt aures, vt diſciplinã audiãt patris, ſicut & innuit CHRISTVS; Ioan. 8.
& aliqñ hortatus eſt Sapiens. *Et factum eſt ita.* Opportuno in tpe. *Et vidit Elohim, cuncta, quæ fece-* Prou. 1.
rat. Et ꝓſertim in CHRISTO, in quo ſemꝑ ſibi complacuit: & in electorũ Eccleſia, cuius ille eſt Luc. 3. Ephe. 5.
ſponſus. Idq; nõ modo, in calce ætatis ſextæ, ſed & in progreſſu ſeptimæ: cum oĩa ſint, illius oculis G
ſemꝑ nuda. *Et erant valde bona.* Et verũ eſt, tribus de cauſis. Prima eſt, quia cũ homo ſit microco-
ſmus, complectaturq; vt cõpendiũ, quãlibet creaturã; conſtat ꝙ eo, in Verbum aſſumpto, omnia
Oĩa per Chriſtum in longẽ meliorem ſortem promota. modo quopiã ſunt euecta, & ꝑ hoc, in meliorẽ ſortẽ ꝓmota. Adde: ꝙ Verbum, caro factum, pars
redditum eſt, intrinſeca mundi: ſicq; totũ euaſit nedum præſtãtius, ſed in infinitũ melius, & ex-
cellẽtius. Secũda, quia gratia, nõ ſolũ, mũdo eſt reſtituta, ſed eòuſq; locupletata; vt ea, liqueat, na
turã nedũ perfici, ſed mirificè ꝑuehi. Tertia, quia oĩa cũ ſint ſub CHRISTO non ſolum reducta,
ſed & recapitulata; quin & partim noua effecta, & partim, poſtremæ nouitati aſcripta; obſcurum
non eſt, quàm fœliciorem nacta ſint ſtatum; & per hoc, quàm rectum fuerit (quòd erant val-
de bona) Dei ſacroſanctum iudicium.

Igitur, adueniente CHRISTO, *perfecti ſunt cæli, & terra.* Quia ingenti Dei gratia, prorſus ab-
ſoluti ſunt Angeli, & prorſus abſoluti ſunt homines. Iſti quia gratiæ reſtituti, Deo iuſtificati, &
nedum ad amicitiam, ſed & ad adoptionẽ admiſſi: illi quia ſub CHRISTO, nouo ſunt pacto col-
lecti, quoniam in membra ſunt accerſiti, & per hoc, nõ ſolum, ad munus adoptionis recepti, ſed
& ad diuinæ hypoſtaſis participium CHRISTO, vt ſic dixerim, incorporati, vt non minus, illius
quàm homines, myſticum integrent corpus; ſicut & alibi explicamus diffusè. *Et omnis eorum exer* H
citus. Licet, quia electorum ſunt omnia, vt Paulus aliquando dixit (nec mirum quidem, cum il- 1. Cor. 3.
lius ſint membra, qui vniuerſorum eſt hæres) res creatæ poſſent, cœlorum terræq; definiri exer-
citus, in aduentu CHRISTI: & ꝑ hoc, in calce, vt ſæpe dictũ eſt, ſextæ ætatis (cum fuit veſpera,
fuitq; mane, dies ſextus) partim perfectioni reſtituti, partimq; vt reſtituantur tandem, Deum pe
nes, decreti; placet tamen, rem paulò altius introducere, arcanumq; latentius, noſtra pro tenui-
tate tentare. Plures quidem ſunt corporis CHRISTI partes, ſed duas in claſſes comprehenſæ;
Angelorum eſt altera, & hominum reliqua; & conſtant ambæ ſuis ordinibus. Et cum ùtraque,
vſque in mundi finem, in aſſidua verſetur militia; Angelica viatoribus ſeruando excubias, ſuppe-
tiasq; ferendo aduerſus eorum hoſtes; humana certando, ſemperq; agonizando, dum manet in
ſtadio; conſtat quàm ritè, typo exprimantur exercitus.

A *Compleuitq́; Elohim, die ſeptimo, opus ſuum, quod fecerat.* Cum gratia cópleat, perficiatq́; naturam, & illius author ſit CHRISTVS, conſonat, vt eo adueniente, Dei opus, in natura reddatur conſummatius, abſolutiusq́;. Et licet CHRISTVS, in calce incarnatus ſit diei ſextæ, quia tñ in illo cœpit quieſcere Pater, cum in illo placatus eſt nobis; cœperimusq́; & nos, vel ab Angelis pacé audire, paceq́; conſcientiæ frui, nec vltra ſeruilibus, ſed filialibus vacare operibus, non faciendo bona, duntaxat ſpe mercedis, & cauendo mala timore ſupplicij, vt ſerui ignaui, ſed amore cœleſtis Patris, & ſtimulis ſinceræ dilectionis, vt filii ingenui; non immeritò, ad ſeptimam ſpectat ætatem, & per hoc, illius beneficium, non iniuria in ſeptimo computatur die. Præter id, q̃ finis diei ſextæ, in initio ſumitur ſabbati, quemadmodum & in reliquis; vt non abſq́; ratione, vt diximus, ſcriptum ſit, non modo, fuit veſpera, ſed & fuit mane, in eorum quolibet.

Gra ꝓfert perficitq́; naturam.

Nec prætereas, non temere completum dici opus, quod fecit: qm̃ quod nõ fecit, ſed Sathanas, malaq́; hoīs inuexere voluntas, non abſoluit, ſed deſtruxit. Non enim eſt, cõuentio tenebrarum

2. Cor. 6.

& lucis, gratiæ & peccati, CHRISTI & Sathanæ: ſicut & Apoſtolus ſcripſit. Et bñdixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, Benedixit & ſanctificauit, anteactis ſæculis & ætatibus, bonitas diuina, non paucos, eosq́; abſq́; dubio CHRISTI interuentu, qui mediator ſemper fuit Dei & hoīum (ſi

Heb. 13.

B quidẽ IESVS CHRISTVS, heri & hodie, & in ſæculum) at nõ tanta copia, non tã ingẽti munificẽtia. Propter quod, & ætas ſeptima, ætas dicitur gratiæ, tempus Deo acceptũ, dies ſalutis: & tempus perpetui Iubilei. Nec quidẽ mirum; quia, vt ſequitur, in ipſo ceſſauit requieuitq́; ab oĩ opere ſuo, quod creauit, vt faceret. Hoc eſt, vt præmiſimus, vt tandẽ in CHRISTO, abſolueret ac recapitularet. Hactenus ſex mundi dies. Verũ, quia nõnulla remanent in ſequẽtibus, annexa præmiſſis; non grauabimur eorum pauca, huc accerſere; & breuì, vixq́; attactis, operi finem imponere.

Aetas ſeptima, tẽpus ꝑpetui Iubilæi

Prima portio, ex ſecundo capite.

I*Stæ ſunt generationes, cæli & terræ, quando creatæ ſunt: in die quo fecit Deus cœlum et terrã, & oẽ virgultum agri, antequam oriretur in terra: oẽmq́; herbã regionis, priuſquã germinaret.* Non temere, ſed conſultò, vtq́;, tum res, tum ſacramẽta niteant abundantius, quædam ſuggerit: & de hoīs fictione, & de illius miſerabili præcipitio; quæ nõ immeritò, debet eſſe præ oculis. Ergo orditur, & dicit, *Iſtæ*, quas recenſuimus, *generationes*, ꝓductionesuè, *ſunt cæli*, cœlorum hebraice, *& terra*, ſuis quidẽ cũ exercitibus: *quando creatæ ſunt:*

Sũma eorum quæ ſex dieb⁹ facta ſunt.

C non enim ſunt, vi naturæ, ſed Dei oĩpotẽtia factæ, quæ nulli ſubiicitur legi, *in die*, hoc eſt diebus, hebræorum more: vel in tpe, vt non raro, in diuinis literis: *quo fecit Deus*, hebraice, IEHOVAH Elohim: de quibus alias dictum eſt, *terram & cœlum*, vel cœlos, *& oẽ virgultum agri.* Terra, vt patuit, primo facta eſt die; tertio aquis deſtituta, & vi gignẽdi donata, necnon virgultis, plãtisq́;, & herbis veſtita. Cœli ſupremi ſunt primo die producti, inferiores ſecundo extẽſi, & quarto aſtris ornati, ac influxibus foti: *Antequam oriretur in terra:* nẽpe virgulti, plantæq́; quippiã, naturæ productione. Ne virgultum ortum putaretur, ex virgulto, vel planta ex planta, ſiue eorũ ex ſemine; prout nunc accidit, at non ſubito, ſed decreto tpe; *oẽmq́; herbam regionis:* & nectitur cum verbo, fecit: *priuſquam germinaret.* Ergo herbæ, ex vi nõ ſunt profectæ naturæ, cum prius ſint factæ, q̃ aliquid pullularet è terra. Et licet, ſenſus non diſcrepet; quia tamen, nonnihil videtur fauere ſacramento; hebræus textus audiatur, aduerbum. *Ante*, inquit *erit, in terra*, innuens virgulta plantasque in terra fuiſſe, antequam vllum appareret veſtigium, illa eſſe debere; quin penſata terræ conditione, & aliis quæ ſubdet, diligẽter excuſsis, nemo diceret, niſi forte temere, inconſulteq́;, illa aliquando fore, *Et oẽm herbam agri, ante florebit.* Idem ſed duriori, vt videtur, phraſi. Intendit ergo, herbam, terram induiſſe, nedum antequam produci poſſet, in ſtatu perfecto, fœcundoq́;

D in ſe habendo ſementem: ſed & antequam in flores poſſet erumpere. Magis exprimit, quàm intendat: quoniam exprimit flores, & intendit excludere germen. Niſi forte ſit tropus, velitq́;, in verbo, florebit, proſperum fœlicemuè ortum innuere: intẽdens terram, in tali tunc repertam ſtatu, vt nihil, ex illa, rite proſpereq́; valuiſſet produci.

Non enim pluerat dominus, ſuper terram: & homo non erat, qui operaretur eam. Sed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Confirmat terræ naſcentia, non natura profecta, ſed valida Dei manu creatã; eo q̃ terra, vt ſua vi gignat, imbrem exigit cadentem de cœlo, vel aquis illã irrigantibus, quopiam è fonte: at neutrum, cum hæc facta ſunt, præfuit. Siquidem, nondum pluerat dñs ſuper terram, nec fons adhuc eruperat, aut è viſceribus terræ, aſcenderat ad ſuperficiem, vt paſsim, profunderetur ſuper eam. Nec offendat, q̃ de fonte, textus ſonat oppoſitum; qm̃ typographi, puto vitio factum, q̃ imperfectum tempus poſitum ſit, pro futuro, Nam legendum non

Quæ exigãtur vt terra generet.

fuit,

fuit,aſcendebat,ſed aſcendet: ſicut ex hebræo conuincitur textu. Ita enim habet. *Et vapor*, nubesuè, *ſaliet de terra: & adæquabit, totas facies terræ* Ergo adhuc,non ſcaturiebat, ſed ſcaturire debebat,in poſterum fons;ad perfuſionem terræ. Debebat quidem ſcaturire, ſed nõ tam proximè, vt operi ſauiſſet momentaneo:quin non ſolum res,non erat proxima, ſed & vapor, nubesuè,ex qua fons originem trahit,nedum in aquam non erat verſa,ſed nec ad locum,in quo verteretur, ſubuecta. Deerat etiam terræ cultor,cum nondum, homo eſſet effinctus, qui arando, ſerendo, plantando,coleret eam. Nunc paucis,huius portionis myſterium. E

Sacramentum,quod hac ex portione recipitur.

DIximus,ſex diebus,ſex præſagiri ætates, eorumq; opera euenturorum in illis,vaticinia:quod perſpicuè,quæ nũc accepimus præſeferunt. Ergo ſic habe. *Iſtæ generationes,cœlorum,terræq;*, & aliorum ad hoĩem vſq;(quæ & in his voluit nõ tam perſtringi,q̃ innui)res ſunt planè à Deo factæ createq;, & non ex vi vniuerſi profectæ. Nã etſi,his in ætatibus, multa hoĩum contigere malitia,ac peruicacia, necnõ Sathanæ ſuggeſtione imperioq;,vt qui improbos ſua habet pro volũtate captiuos:etſi multæ ſuppullularũt ſpinæ,multa inuecta ſunt monſtra,& ſcelera infinita patrata,ea tñ q̃ à Deo: ſunt, quatenusq; ab illo manantia,indubiè bona ſunt,ſicut & ipſe atteſtatus eſt. Et quanquã à Deo facta ſint multa,vt conſtat,ex ſupradictis;præter cœlos tñ,in quibus cœleſtes denotati ſunt Angeli, & terram, in qua terreni adumbrati ſunt hoĩes, nullius,niſi virgultorum,herbarumq; expreſſa fit mentio. Ergo,hoc ex loco,ſumus edocti,virgulta hoc eſt,ſanctos,non tam filios eſſe hoĩum, quam Dei, vt qui non hoĩum merito,ſed Dei gratia(qui & illius virgulti ſunt membra, qui vt Eſaias ait,nõ ſecus ac virgultũ,aſcẽſurus erat è terra:& vt ipſe dixit,ſe habet,vt vitis,& nos perinde ac palmites:& Dauid filij tui,vt Oliuarum nouellæ:in circumitu menſæ tuæ: quales fuere Patriarchæ,& ꝓphetæ,aliiq;,q̃ ad CHRISTVM vſq; pullularũt apud Iudæos q̃n & apud Gẽtes,vt Iob, & aliiq; ex Sibyllis)præfatis in ætatibus dimanarũt,de quibus & Dilectus:Non ex ſanguinibus nec ex voluntate carnis,vel ex voluntate viri;ſed ex Deo nati ſunt. Itidẽ & de herbis,humilioribus inquã hoibus:qui etſi non eminebant,vt virgulta plantæq;,non fruſtra tñ hærebãt terrę,cum non modicum in Dei cederent gloriã,qui fecit eos; ſed & in aliorum hoĩum commoda, quos & iuſtum fuerat æmulari: vt Tobias,& alii plures,nec tantum ex viris,ſed & ex fœminis. F

1.Th.2. *Gene.1.*

Virgulta audienda ꝑ ſanctis.

Cap.53. *Ioan.15.* *Pſal.127.*

Ioan.1.

Hi inquam oẽs,ex humana profecti non ſunt facultate,ſed ex diuina virtute;cum orti ſint,terra nedum male affecta:ſed nec pluuia madefacta,nec adhuc per hoĩem culta. Nondum enim in vellus deſcenderat pluuia,aut imber de cœlo:qui inebriaret terrám,faceretq; germinare; necnõ ſemen afferet ſerenti,& panem comedenti,ſicut ſcriptum eſt: Nondum cœli diſtillauerant manna roremq; diuinæ gratiæ & paternæ miſericordiæ;cum necdum Euangelium Dei, per prophetas non modo promiſſum ſed inculcatum,foret exhibitum,mundoq; expoſitum. Nondum aſcẽderat vapor,nubesuè leuiſsima(vt quæ onus ꝓpriæ neſciuit iniquitatis)caro inquã à CHRISTO aſſumpta demumq; glorificata cœlorum ſublimia,vt indè ſupercœleſtes effluant aquæ(nempe ſancti ſpiritus copię)de quibus Dñs per prophetam. Effundam ſuper vos aquam mundam:& mũdabimini ab oĩbus inquinamentis veſtris. Et CHRISTVS: Expedit vt ego vadã:q̃m ſi abiero Sanctus Spiritus veniet ſuper vos;vt in die ſactum eſt Penthecoſtes ſuper diſcipulos,& quotidie,fit ſuper credentes: Nam qui in CHRITVM credunt;flumina,vt ſcriptura dicit,eorum de viſceribus, fluent aquæ viuæ. Nondum irrigata fuerat terra: quia nondum fons eruperat Saluatoris, qui oẽs ad illum acciret;idq; non tantum,vt vbertim bibamus,ſed vt & affluẽter,ſine argẽto, ſineq; vlla comutatione haurire poſsimus. Ergo deſcẽdẽte pluuia,roreq; de cœlo, deſcẽdẽte Verbo ad noſtras inferiores partes,homo pariter datus eſt terræ q̃ verſans inter nos,nos ita colat ſeruetq;, vt ille hortus euadamus irriguus,illa vinea Deo tã dilecta, vberq; ager,vndiq; frugiferis repletus plantis,i quibus ſint illi ſpiritus fructus de quibus Apoſtolus Galathis:quin & ille diuinus Paradiſus,in quo,cœleſtis delicietur Pater & ad auram ambulet poſt meridiem. G H

Iud.6.

Eſa 55. *Zach.8.*

Iohel.2. *Ioan.16.* *Acto.2.*

Qñ cœli diſtillauerunt manna.

Ioan.7. *Eſa 12. & 18. & 55.*

Cap.5. *Gen.3.*

Secunda portio:ex eodem capite.

FOrmauit igitur, *Dominus Deus,hominem,de limo terræ: & inſpirauit,in faciem eius,ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo,in viuentem animam* Duabus,vt videt,de cauſis,ad fictionem vates regreditur hominis:altera vt reſumat omiſſum,reliqua,vt myſteriũ reddat locupletius, Ait ergo. *Formauit*, hoc eſt finxit. Vnde propheta. Tu fictor: nos lutum. Et Apoſtolus. Deum docet,vt figulum;cum tradit illum ex eadem luti maſſa;

Eſa.64. *Rom.9.*

A vas fingere poſſe in honorem,& vas facere in contumeliá. *Dominus Deus*,hebraice, IEHOVAH Elohim:*hominem*. Virum ſcilicet primum:idq; ex parte corporis.Quãquam & vulgus,etiam cadauer nuncupet hominem, *De limo terræ*,hebraice puluerem de terra. Verùm quia puluis,vt aliquid fingatur, commiſcetur liquido, fitque propterea lutum; non eſt magnifaciendum diſcrimen Ex hoc tamen,quòd puluis,in accuſandi ponitur caſu;haud dubium,ꝙ appoſitiuè tenetur. Ergo hoc ex loco:facilè deprehendi valet, quid ſimus; quantoq; iure obiiciatur;quid ſuperbis, puluis & cinis: Nec mihi diſſonat; Angelos,non modo ea in fictione aſtitiſſe, ſed vel puluerem congregaſſe;quaſi,vt facturi ſunt in poſtremo iudicio.Sed in hoc non digladior; & quilibet inflectat in partem,quam probat.

Et inſpirauit eius in faciem, in nares,hebraice, *ſpiraculum vitæ*, ſpm̃ vitarum hebraice.Compertum eſt ſermonem,hic de anima fieri primi hoïs:& merito,non dicitur educta,vt corruptibiles formæ,ex materiæ poteſtate,ſed à Deo inſpirata,vt quæ venit de foris,ac authore Deo,infunditur corpori.Etſi legis in faciem,alluditur ad cõem hoïum ſenſum;qui ſicut aïam credunt,ex ore in morte à carne recedere;ita & dum corpus accedit,eàdẽ ex parte admitti,introduciq;.Si placet legere,nares,præter alluſionem tactam innuitur,ꝙ ad modum introducitur ſpiritus, hoc eſt inB ſpirati aeris;cuius rei nares aptiſsimum inſtrumentum ſunt. Quod additur,vitæ, vitarumuè hebraice perſpicuè docet,animam largiri corpori vitam & ob id,locum in eo gerere formæ.Nam cum viuere,ſit eſſe viuentis,vt á forma,(quam ipſius eſſe,dicunt fore principium, non quidem actiuè,ſed vt loquuntur,formaliter)proficiſcatur oportet Et licet hominis, vna ſit vita naturalis humana ſcilicet;quia tñ,ſuam ob eminẽtiam,opera in nobis exercet,nedum rationis,ſed ſenſus,& vegetatiuæ partis,idq. certis,req; diſtinctis viribus,vel poteſtatibus;rite in gignendi,pluralisq; numeri caſu,vita poſita eſt.

Et factus eſt homo,in animam: quia fictum corpus, (quod & ſupra,appellatũ eſt homo;)anima infuſa,in illã eſt,vt *viuentem*,euectũ non quia illa euaſerit, ſed quia in illius eſt informationem, ſeu animationem aſſumptum.Quanquam,& hoc poſsit agnoſci Sinedoches,vt in animam fieri viuam,perinde ſit, ac corpus fictum, ſurgere in hominem viuũ:& tropus eſt ſcripturæ non infrequens,vt notum eſt aſſuetis Anima,quæ peccauerit,morietur:& animas quas fecerãt in Haram:Et animæ,quæ de fœmore exiuere Iacob,numero ſeptuaginta.Eſt nihilominus,& Apoſtoli ſenſus;qui Adamum, iccirco dicit in animam viuentem factũ, quia in eo fictus eſt ſtatu, quo corporeo eguit alimento:quoniam oportuit,ad conſeruandam vitam:vt venter accommodaretur eſcis,& eſcæ ventri,vt Apoſtolus arguit, & Vates in præmiſsis oſtendit. At CHRISTVS in reſurrectione, electos in illum transferet ſtatum, in quo externo materialique non veſcentur cibo: propter quod & Deus,vt ſubdit,in eis deſtruet hunc & has,hoc eſt, ventrem & eſcas,contentis illo inuiſibili alimento, quo cœleſtes vtuntur mentes, de quo Raphael atteſtatur Tobiæ. Siquidem angelorum panem,vt ſcriptum eſt, manducaturus eſt homo.

Ezec.18. Gen 12. Exo.1. 1.Cor.15. C 1.Cor.6. Tho 12. Psal.77.

Adam cur in aiam viuẽtẽ factus dicitur.

Sacramentum,quod hac ex portione ſumitur.

Rom.5.

CVm Adamus foret forma venturi,vt Apoſtolus ſcripſit,idq;,licet in quàmpluribus fiat per Anthitheſim,prout CHRISTI enarrando regnum,diffuſè monſtrauimus; nonnunquam tñ,haud diſsimili pergunt proportione,quod & opportunis annotamus locis.Modo expendatur,quod continet portio,& videbitur quonã pacto quadret. *Formauit*, inquit IEHOVAH *Elohim,hominem*. Qui in diuinis philoſophantur nominibus etſi IEHOVAH,conſentiunt propriiſsimum eſſe Deo, habereq; ſignificatum ineffabile,eo ꝙ Deum ſignificat,vt in ſeſe,ob idq;,vt inattingibile eſt à nobis; impoſitũ tñ peritiores D tradunt,ab ipſius eſſe amplitudine,quin & immenſitate. Propter quod(etſi balbutiẽtes) modò illũ exprimũt ipſius eſſe,effluentiſsimum fontẽ,vaſtiſsimum perfectionis pelagus, modò excellẽtiæ oceanum,ſine fine: Addunt,& eo in ſacramento edocti,etiam per ipſum, illam incõprehenſam concerni proprietatem;qua ſimpliciſsimus manens,eſſentiaq; indiuiſa penitus, tribus ſubſiſtit hypoſtaſibus,hiſq; inter ſe reipſa diſtinctis. Quare & exponi volunt nomine(vt vocant)literarum duodecim;quibus exprimitur,Pater,Filius,& Spiritus ſanctus:ſed alibi latius.

Quid ergo?Agnoſcatur in primo Dei noïe, cumulatiſsimus diuinæ bonitatis accervus: agnoſcatur &,ſi placet,ineffabile triadum ſacramẽtum;tametſi (propter exactiſsimũ, accuratiſsimũq; iudiciũ)& in noïe inſinuatum ſit Elohim;prout & in ſuperioribus explicauimus: Indeq; ponderemus,in CHRISTI formatione quæ typo traditur hoc in loco;tũ incredibilẽ Dei bonitatẽ, tũ ſacroſanctũ Trinitatis iudiciũ,nõ modo cõcurriſſe,ſed & ſuũ potiſsimũ, maximũq; opus patraſſe.

Etſi

ſe. Etſi per hoīem intelligimus carnem, corpuſuè; hoc illius valida operata eſt manus, idq; Sancti E
Mira corporis chriſti formatio.
Spiritus, qui oīum eſt artifex, interuētu: Qui illico, ex caſtiſsimo puriſsimoq; Deiparę ſanguine, Sap. 1.
non ſolum illud, miro compoſuit pacto, organis ſeu mēbris diſtinxit, & oī abſoluit ex parte; ſed & aīam infudit, ac vt formam cum illo connexit. Si vero, per hoīem, conſtans ex aīa, accipiatur, & corpore, & per hoc, homo integer, & perfectus, tunc Deus Dominus, formauit illum, cum hypoſtaticum charactèrem, noſtræ naturæ coniunxit, impreſsitq;: quo non ſolum, vt ſcriptum eſt, Iob. 6.
Deus eſt ſignatus, ſed & eius in vnigenitum, perſonaliter eſt promotus.

Puluerem, de terra. Formauit quidem Deus Dñs, CHRISTVM, nō de terra, quæ eſt elementū, maledicta ob peccatum Adami; ſed de terra, quæ vterus Virginis, extitit glorioſæ, benedictionibus obruta, ob meritum CHRISTI. De qua & legitur: Veritas orta eſt, de terra. Et illud. Terra Pſal. 84.
noſtra, dedit fructum ſuum: eum inquā quē vates, iure docet eſſe ſublimem; cum nedum ſuauis Eſa. 4.
extiterit nobis, ſed & ſublimioribus, Angeliciſq; intellectibus. Et licet ita ſit; vt pulueris tñ eſſe voluit: cum placuerit illi, non ſolum, eouſq; opprimi egeſtate, vt (etſi foret ditior oībus: etſi in illo oēs reconderentur diuitiæ Dei) oriens, locum non haberet in diuerſorio, inuolueretur q; pauperrimis pannis, & viuens non haberet quò reclinaret caput; & moriens etiam proprio deſti- Luc. 2. & 9.
retur ſepulchro: ſed & vt pulıerem duci, haberiq; ſtuduit, vt cui placuit, & conteri & conculcari F
ꝓ nobis placuit, & deiici, & humiliari, & opprobrium oīum fieri. Ergo pulueris tropo, extrema Eſa. 53.
CHRISTI denotatur mendicitas; de qua, illius in perſona, propheta. Ego ſum mēdicus & pau- Pſal. 21.
per. Et Apoſtolus. Cum eſſet diues præ oībus, mēdicus pro nobis factus eſt. Et præter hoc cōis Pſal. 39. 2. Cor. 8.
multorum contemptus, qui illum cernentes à Deo percuſſum, humiliatumq;, non ſecus ac puluerem reputauerunt eum. Id, quod non ſolum, verum fuit in CHRISTO, ſed ſępe, in illius cōpro 2. Cor. 4.
Mēbra Chriſti cōtempta deiectaq;.
batur membris: alias nō quereretur Paulus, ſe alioſq; non modo deiici, & humiliari, ſed & velut purgamenta, & omnium peripsèma decerni.

Et inſpirauit, eius in faciem, ſpiraculum vitæ. Si aīa CHRISTI dicitur facies, ſicut & eo loci, Vnge Mat. 6.
caput, & ablue faciem: vitæ ſpiraculum, Sanctus Spiritus eſt, qui illam, nedum repleuit, ſed & eo Pſal. 132.
vſq; perfudit, vt difflueret oī ex parte, & vſq; in oram deſcenderet veſtimēti: vt in quo effuſus eſt Ioan. 3.
ſine menſura, ſicut & Præcurſor atteſtatus eſt. Fuit & in illo ſpūs vitæ, vel vitarum, ſi mauis: quia nedum vixit illo, vita gratiæ, ſed & vita glorię, cum ſimul frueretur Deo, & mereretur ſibi & nobis: ꝑter id, ꝙ & vita in illlo vigebat actiua, vt cum operabatur pro nobis; & contemplatiua, vt cū orans pernoctabat Deo. Si vero faciem, externum intelligis vultum; & in ea, ſpiritus (ni fallor) G
effuſus eſt vitę: non ſolum quia, vt tradunt ſancti, nōnunquam nitebat mirū in modum, & vt puto, non minus q̄ Moſes, cum deſcendit de monte; ſed & quia ſpecioſus inter hoīes, gratia perfun- Exo. 34. Pſal. 44.
debatur in labiis, vt vellent nollent, faterentur hoſtes, nunquam eo pacto locutum eſſe hoīem: Ioan. 7.
Et planè ad andientiū vitam iccirco deſcendit; vt non modo aīæ reſtitueremur vitę, ſed & vbe- Ioan. 10.
riori vitæ, ſicut & aliqñ dixit. At ſi placet legere, nares: Vitarum Spūs, Sanctus quidē Spūs, eſt, ſed in hoc deſignatur infuſus, vt optimum, in illo operaretur iudicium, bonum inquā diſcernendi à malo, ſicut & Eſaias vaticinatus eſt. Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & Cap. 9.
& eligere bonum: Quod nec munus eſt mediocre, cum ea in re, non ſolū iudiciū non raro hallucinetur vulgi, ſed & mundi Sapientum; qui vt refert Vates, malum frequenter enunciant bonū, & bonum enunciant malum; vt dum mala execrantur pœnæ, quæ vt plurimum opera ſunt iuſtitiæ, & bona complectuntur ſenſus, quæ nunquam non ſunt falſa deceptoriaq;. Eſa. 4.
Ergo CHRISTVS, in naribus, afflatus eſt ſpū, vt periculo doceat, pęnę mala, nō eſſe mala: quin & illis ſe ſubdidit, vt maximo bono, cū inde ſalus ꝑfecta ſit vniuerſi; & luxus vitæ, mūdi, ſenſuſq; delitias, frequēter eſſe mala, etſi hoībus iudicētur bona: quare & ſemper declinauit ab eis. Et factus eſt bomo, in animam vitæ. Hoc eſt, in viuentem hoīem, non ſolum in ſeſe (vita ſpiritus, & ſpi H
ritus capitalis, quo vt caput viuit, nedum ſibi ſed mēbris; cum nō tam ſibi, q̄ illis videat, audiat, olfaciat, guſtet,) ſed & in nobis: Aliàs, non gloriaretur Paulus: Viuo ego, iam nō ego, viuit vero, in me CHRISTVS: & illud: Magnificabitur CHRISTVS, in corpore meo, ſiue per vitā, ſiue per Gal. 2.
mortem; quia mihi viuere, CHRISTVS eſt, & mori lucrum. Phil. 1.

Tertia portio: ex eodem capite

PLantauerat autem, dominus Deus, Paradiſum voluptatis, à principio: in quo, poſuit hominē, quem formauerat. Produxitq; dominus Deus, de humo, omne lignum, pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ, in medio Paradiſi, lignumq; ſcientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur, de loco voluptatis, ad irrigandū Paradiſum: qui et inde diuiditur, in quatuor capita. Nomen vni Phiſon: ipſe eſt qui circumit omnem terram Euilath. V bi naſcitur

aurum,

A *aurum,& aurum terræ illius optimum eſt,ibiq; inuenitur Bdelliũ,& lapis Onychinus. Et nomen fluuij ſecun
di,Gion:ipſe eſt qui circumit oẽm terram Aethiopiæ. Et nomen fluuij tertij.Tigris:ipſe uadit contra Aſſyrios.
Fluuius aũt quartus:ipſe eſt Eufrates.Tulit ergo,dominus Deus hominem:et poſuit eum in Paradiſo volupta-
tis,vt operaretur,& cuſtodiret illum.Præcepitq; ei dicens:ex omni ligno Paradiſi comede;de ligno autem ſciẽ
tiæ boni & mali,ne comedas.In quacunq; enim die,comederis ex eo,morte morieris.

De paradiſo terreſtri, deq; ꝓcepto Prothoparẽtibus facto, nõ eſt,cur multis moremur.Ergo
paucis in litera aĩaduerſis tangere pergemus arcana.Primum nõ vereor paradiſum hunc, locum
fuiſſe corporeũ,& in Eden, indubitãter ſitum:& meę quadraret imbecillitati, ꝙ in terra fuerit
promiſsionis,ſicut & in præcedentibus dictum eſt. Quem & putarem,in pręſenti deſtructũ,im-
mo & forte à principio deſolatum,vel mox admiſſo peccato,qñ maledicta eſt terra,& ſpinis,tri-
bulisq; expoſita: vel qñ mundum innundarunt aquæ,tpe vniuerſalis cataclyſmi,ſicut & dictum
eſt in ſuperioribus:Cui tñ rei,non magis aſſentio,q̃ res ipſa permittat: quin & abſolutè ſubſcri-
bo nedum veritati,vel Eccleſiæ ſenſui ac determinationi;ſed & cuiuis cõſtantiori, ſeu probatio
ri,vt dicebatur ſententię. Deinde fateor, à Deo fuiſſe plantatũ,hoc eſt,præ reliquis mundi par
tibus,accuratè diſpoſitum,idq; ſimplici verbo ſuo:plantatum inquam,nõ primo die,ſed tertio,
B qñ ſcilicet iuſſum eſt,è terra prodire virgulta,herbas & plãtas.Nec dictio,à principio, interpre-
tata,ſecus cogit: qm etſi eo eſt reddita pacto,id tñ,ex mẽte potius profectum eſt interpretis, quã
ex vi,naturaue dictionis,q̃ recte interpretatur,ab ante.Ergo,hoc modo accepta,nil ingerit ſcru
puli: qm ſi tertia plantatus eſt die,indubiè,ante fictionem hoĩs plantatus eſt. Tertiò,de lignis,&
arboribus pulchris,floridis,& fructibus grauidis,nulla eſt quęſtio: at de ligno vitæ,deq; arbore
ſciendi bonum,& malum, diuerſi diuerſa loquuntur. Et licet cõpertũ habeam,ligna fuiſſe corpo
rea,nec minus ac reliqua, naturalia;non ſum tñ perſuaſus, an ꝙ ſuccurreret vitæ, ſenioq; conſu
leret propriæ eſſet aſcribendum virtuti,an Dei diſpoſitioni.Forte,ꝙ ſicut reubarbarum, natu
ra experimur expellere coleram,& lignum,quod vocãt ſanctum,humores abſumere noxios; ita
& ſua pro rõne,eo de ligno iudicandũ eſt:quod mihi nõ diſſonat:crederẽq; nõ eſſe impoſsibile,
eam arborẽ,mundo,vel ob peccatũ,in pœnã,non ſecus,ac non paucæ cõmoditates,& aliæ perfe
ctiones,ſubmotã; vel ſi reſtat,fore occultã,vel viribus eouſq; attenuatã, &(ſicut herbæ, plãtæq;
reliquæ)tam deterioris cõditionis effectã,vt ſicut illæ,non vltra proportionatus ſunt hoĩs cibus,
ita & hæc leuiter vitam reficeret,minusq; ſenium ad iuuentam reuocaret.

Nec longe aliter,de ligno dicerem,bonum ſciendi,ac malum: qm etſi fateor, nomen ab euẽ
C tu,valuiſſe ſortiri,non diſplicet tñ,ſiquis illius eſum, cerebrum diceret expurgaſſe, & internis
ſenſibus nõ mediocriter conſuluiſſe:Et palam eſt his rite diſpoſitis,& rectius & ſanius,proſiciſci
3. lib. de aĩa judicium;periculoq; comprobari,nos ex meliori cerebri diſpoſitione,& phantaſmatibus acutio
ribus redditis,perſpicacius intelligere. Nam oportet,intelligentẽ phantaſmata ſpeculari. Quar-
tò,de fluuio è Paradiſo egreſſo,deq; quatuor,ꝑ quos diuiditur,ramis fluuiisq;,& antiqua,& in-
diſſoluta remanet quæſtio.Cum enim primus aſſeratur Ganges,ſecundus Nilus, Tigris tertius,
& Euphrates quartus,conſtetq; origines,hos habere diuerſas,longoq; interuallo diſtantes,non
immerito diuexantur multi,quo pacto,vno è principio fluant. Et quanquã meatus, non inficior
ſubterraneos,fateorq; fluuios,per longa poſſe terrarum ſpacia,ſub terra recondi,occulteq; diſ-
fluere,& aliquo tandem loco emergere:non puto tñ,his opus eſſe ſuffragiis. Qm etſi Paradiſo cõ
ſtituto,ac in eo hoĩe collocato,res tali pacto haberet ſeſe; Paradiſo tamẽ amoto,ac terra,tot die-
bus cataclyſmo demerſa,& eũtibus redeuntibusq; aquis agitata;difficile non fuit, horum flumi-
num alueos permutari, nec non origines diſtinctas ſortiri. Quare & hac in re,minus ſolicitor.

Quintò,de hoĩe in Paradiſum tranſlato, Deiq; præcepto aſtricto;non opus eſt pluribus. Fuit
Dan. 14. D quidem trãſlatus vel forte,vt in Babylonem Habacuc;vel quia amicè perductus,vt ſolet amicus
amicum. Etſi fictus in agro eſt,vt creditur, Damaſceno,res non fuit ardua,cũ non longè abeſſet,
à Paleſtina;& ꝑ hoc,nec à Paradiſo,vt diximus,voluptatis. Et tranſlatus eſt, non vt diſſolueretur
ocio,ſed vt illum coleret,& ſeruaret, vt Vates perſpicuè ſubdet. Quòd aũt arbor,illi interdicta
ſit boni ac mali;nõ ideo factum eſt,quia natura exiſteret mala,ſed forte, quia natura periculoſa;
vel(& in hoc,nihil eſt ſcrupuli)quia Deo placuit,poſitiua hoĩem lege cõpeſcere: vt illi ſe diſce-
ret ſubdere,iuſſaq; vt ſacroſancta ſuſpicere,dicto parere,ac ſine humani cẽſura iudicii,diuinæ ſe
Esa. 42. voluntati,in oĩbus reſignare. Quod ſi Deo non foret acceptũ,non diceret ꝑ prophetã. Sup quẽ, Arbor sciendi bonum & malum, cur interducta.
meus requieſcet ſpũs,niſi ſuper humilẽ,ſermonesq; meos,non diſcutiẽtẽ,ſed oĩ tum timore,tum
reuerentia exoſculantem? At contra niſi tranſgreſsionem perhorreſceret;mortis pœnam non
comminaretur: nec quidem differendę, ſed illico ſubeundæ, ſicut & primis accidit patribus.

Nam

Nam licet mox non fuerint, corpore diſſoluti, ſed vt ſuo diſſoluerentur tempore condemnati, B
ſtatim tamen ſunt gratia derelicti, & per hoc, in anima miſerabiliter mortui.

Huius portionis arcana.

QVanquam terreſtris Paradiſi typus, cum CHRISTI enarrabamus regnum, excuſſus videatur ſatis; forte nõ erit ingratũ, ſi (ſaluis, retentiſq;, quæ eo loci) aliter eruimus ſacramentum. Ergo ſit Eccleſia, electorumuè cœtus, Paradiſus: quem etſi conſtat, nõnunquam adumbratum in agro, nonnunquam in vinea; non minus tñ, eſt adũbratus in horto, Et ſicut ager eum referens, ager eſt, à Deo fœlici ſemine ſatus; & vinea, electis diſpoſita vitibus; ita & hortus, conſitus florentibus, ac pomis grauidis plantis: & ſicut ſemen bonum, filij ſunt regni cœleſtis, & electæ vites, hoĩes iuſti; ita & florẽtes & onuſtæ fructibus plãtæ, ſunt veri fideles, & inſignia mẽbra CHRISTI, qui florẽt quia illis, bonus ſunt odor 1. Cor. 2.
vt Apoſtolus tradit; ſunt fructibus pleni, quia bonis referti opibus, quæ illis Dñs pparauit, vt pficiſcerẽtur in eis Hoc de horto, legis in Cãticis, in quo ſunt cedri, oliuæ, mãdragoræ, mala punica, Eph. 1.
caſsia, & quis aliæ fœlicisſimæ plãtæ. Has ſi Deus non plantaſſet arbores, electos, Dei plantationẽ, 1. Cor. 3.
nõ vocaret Apoſtolus, nec plãtationẽ à cœleſti non plantatã Patre eradicandã pnũciaſſet CHRISTVS. Et niſi illas plãtaſſet, à principio: nõ pcaret Dauid, vt illius vellet reminiſci cœtus, quẽ à mũdi, poſſedit exordio: nec nos ante tpa elegiſſet ſæcularia, donaſſetq; gr̃a ſua; vt docet Apoſtolus. F Mat. 15. Pſal. 73. Titum. 1.

Duæ I electis partes hoc in agone manẽtibus.

Sed quæ in eo lignũ vitæ, lignumq; boni ſciendi ac mali? Duæ in electis & præſenti agone verſantibus, offenduntur partes, vel periculo cuilibet notæ (nẽpe ſenſus, & mẽs, ſeu caro & Spũs) nec ſecus, ac arbores duæ quarũ fructus, legis ad Galatbas. 5. Hæ partes, à Deo ſunt plãtatæ, ſic noſtra expoſtulãte natura, nec ſunt ſua ex rõne malæ, ſed bonæ; tametſi poſsint ex abuſu, fieri malæ. Nõ inquã ſua ex ratione ſunt malæ, quia aliàs, aſſumi nõ poſſent ad bonũ; licet ſint ſuapte natura oppoſitæ, aliàs ad inuicẽ, nõ reſiſterẽt appetentijs; dum mens, ſpũſq; eleuat ad æterna, & ſenſus & caro deiicit ad temporalia: illa precatur ad optima, hæc allicit ad deteriora. Quare & inteſtinum patimur bellũ de quo ſuſpirat Paulus, & non raro queruntur electi. Et quia bellum cõtinuum, res eſt, nedum permoleſta, ſed non tolerabilis; neceſſe eſt, vt, qñdoq; vel altera cedat, vel ſponte cõcordent. Et licet mens ſpũſq;, natura ſit fortior; eſt tñ ad conſenſum, ni fallor, incunctantior. Siquidem, cum ſuaſionibus pugnetur hinc inde; accidit, vt Spũs (ſi diuino non ſulciatur fauore) citius captiuetur; & maximè cum caro frequenter à ſpũ concitetur ſathanico; qui nedũ preſto nuſqnam nõ eſt, ſed & tot vtitur tecnis, tot circũmit ſtratagemmatibus, vt impoſsibile ſit, aliquando non circumueniri, vel in aliqua, non hallucinari. Sed ad rem. Rom. 7. G

Licet arbor vitæ (ſi de vitæ intelligeretur moris, ad quam, intellectus poſſet inſtituere) valeret dici mens, Spũſuè noſter, ſuã ſub prudentia ſumptus (quæ recta agibilium decreta eſt rõ) iudicio ducta rõnis et dictamine inditæ legis; quia tñ, fidelibus, electiſq; neceſſaria eſt vita gratiæ, ac Spũs IESV CHRISTI (& de hac, ſermo in pſentia eſt) erit arbor vitæ, mẽs quidem, vel Spũs, ſed diuina prudentia ſotus. Quæ licet, recta agibilium decernatur rõ; id tñ præſtat, per euangelicum verbum, eiuſq; legis dictamẽ: quæ eſt lex Spũs vitæ. Et pter id, q prudentia hæc, vita aſſeritur ab Apoſtolo, nemini eſt obſcurum, præcepta legis vitæ, pcepta fore fraternæ charitatis (quam qui ſeruat, vt docet Paulus, legem adimplet) & palam q ſeruata, vitam non ſolum conferunt gratiæ (nã ſcimus q de morte, tranſlati ſumus ad vitam, quia diligimus fratres) ſed & gloriæ, quoniã ſi ad vitã vis ingredi, ſerua mandata. Nec modo, fraternæ dilectionis præcepta, ſed & mortificationem affectionum carnis; quæ niſi cõduceret vitæ, non clamaret Apoſtolus: Si Spũ facta mortificaueritis carnis, viuetis; & exuitionem hoĩs veteris, & induitionem hoĩs noui, in quo viuitur vnicè, vt qui eſt vita noſtra, ſicut & tradit, & periculo Apoſtolus docet Ergo in mortificatione, à noxiis purgamur humoribus, & in renouatione, ab incommodis, ſenectutis, quæ ambo, arbori attribuebãtur vitæ prout tactum eſt in præcedentibus. Ethic. 6. Eth. 6. Roma. 8. & 13. 1. Ioan. 3. Mat. 19. Rom. 8. Gal. 2. Ephe. 4. H

Senſus quo pacto arbor ſciendi bonũ & malum.

Arbor aũt, bonum ſciẽdi, ac malũ caro, vel ſenſus eſt, non ea tñ ſub ſagacitate, quã natura naſciſcitur, in procurandis ſenſualibus cõmodis & hebetanda, hallucinandaq; mẽte, vel captiuanda ſi poſſet, ſuperiori parte, ſed & ſub ea calliditate, quæ ſuggeritur, inſpiraturq; à tenebrarũ principe, ex qua potiſsimum, ſi ſubſcribimus Paulo, mors progreditur, & præſertim, cũ opere, vt frater inquit, dñi, conſummatur. Cui nec deſunt, ex mẽbrorũ lege, & maximè legi ſubrogata peccati, præceptiones malæ; & potiſsimum arrogantes, præſumptuosè nẽpe à rege totius ſuperbiæ fotæ (vt tropo, bonũ malũq; callendi, cognoſcimus, miſeriq; frequenter patimur,) & tñ, vt par foret, non deflemus, Verũ vt res ſit perſpicua, ſenſus carniſq; noĩe, nedũ ea, in pſentia pars recipitur, qua Rom. 8. Iac. 1.

ſenſualiter

A ſenſualiter rem apprehẽdimus, ſed & ea, qua rõnẽ aduerſus cõcupiſcimus. Poſuit quidem Deus, in microcoſmo concupiſcentiam rei, ſenſualitati cõmodę: non vt mentẽ, à vero auerteret bono, ad quod homo, iuxta portionem ſuperiorem debet anniti, omniq́; virili cõtendere, ſed vtilli foret exercitio, occaſionemq́; daret, non tam pugnandi, quàm victoria potiendi.

Et qm̃ res, erat naturalis, cõſonabatq́; hoi, vt oppoſitis vrgeretur appetentiis, haud dubium, ꝙ ſenſus, caroq́; eo pacto accepta, vt diximus, p̃fixum habuit appetentiæ terminum, certamq́; menſuram: nec illius ſuberat facultati, ad libitum debacchari, vel inſoleſcere abſq́; fręno; ob idq́;, nec hallucinare mentem, niſi illa, fortè male conſulta, permitteret. Conducebat tñ, vt mens tali non exponeretur periculo: conducebat, non ſtertere, non concupiſcentiis aures relaxare, vel illis aliquid indulgere; qm̃ erat facile, vt circæis inebriaretur poculis, aut non ſecus, ac Sampſon, blanditiis decaluaretur Dalidæ: & per hoc, acutis, honoratisq́; deſtitueretur conceptionibus, vt ſolent pſeferre capilli. At Sathanæ flatu, fit longè procacior, audetq́; plurima ſupra oẽm modum; & maximè, poſtquam conſenſit mens ſuggeſtionibus ſuis, ſeq́; permiſit captiuari ab eo. Siquidem natura vulnerata, ſenſilisque pars inſolentior reddita; nihil non præſumit. Sed rem latius, ad Romanos, vbi licet videre ſi lubet. Ergo etſi hæc, non cautè declinata arbor, natura comminaB batur mortem, ob idq́;, non mediocri fauore primis eſt interdicta parentibus: illam tñ vrget maximè, præſtatq́; potiſsimè poſtquam flatu cõcitata eſt Sathanæ, qui mundo illam inuexit: & præſertim admiſſa originis labe, qua effecta eſt effrenis, & vltra omnem metam inſaniens.

Vis naturæ, & efrenitas peccati in carne.

Fluuius ex horto dimanans, vel ſanctus eſt ſpiritus, vel eius, ſi malueris gratia; quibus electorum iugiter abluitur cœtus, idq́; non auarè, ſed vberrimè. Sicut enim in patria, torrẽte diuinę reficiendi ſunt voluptatis, vt ſupra q̃ credi poſsit, omne explẽdum ſit deſiderium; ita & dum agunt in ſtadio, cœleſtibus refocillantur aquis; ne forte deficiãt ſub oneribus. Quòd, in quatuor diffundatur ramos; innuit ab electorum cœtu non modo ſpm̃ ſanctum, eiusuè gratiam, per vniuerſum, totidẽ diſtinctũ cardinibus, dimanare fluereq́; ſicut & Apoſtolorum factum eſt tpe, Euangelio (quod & ea fortè rõne, quatuor eſt voluminibus diſpartitum) ad oẽs nationes effuſo, ac orbe, eo ſaltẽ pacto, vt teſtantur acta, Spũ ſancto repleto; nihilominus nõ erit abſurdum, ſiquis huc, Spũs ſancti munera, chariſmataq́; detorquens, in Gange, qui ferax eſt auri, donum agnoſcat ſapiẽtię, & intellectus: in Nilo, qui terram circumit Æthiopiæ, donum conſilij, & fortitudinis: in Tigri donum ſcientię, & pietatis: & in Euphrate, donum timoris Dñi: Quibus nulli dubium electi locupletati, oẽm hoiem cupiunt erudire, haud ignari, ꝙ non ſecus, ac lux, dati ſunt modo, & vt

Rom. 13. C lucernæ ardentes in caliginoſo ſunt poſiti loco: quouſq́; illuceſcat dies, quem Paulus dixit appro-

2. Pet. 1. pinquaſſe, & iuſtitiæ Sol, in illorum, qui crediturì ſunt, oriatur cordibus.

Deniq́;, hoc in horto, quia in calce ſextæ, vt dictum fuit, ætatis, Deus Dñs, hoc eſt, Trinitas ſacroſancta, CHRISTVM poſuit hoiem, non modo vt electorum caput & ſponſum, ſed vt hortulanum agricolãq́; vt illum, ſicut ſubdit, tum coleret arãdo crucis aratro, ſerẽdo euãgelico verbo, rigando aquis diuinæ gratiæ, fouẽdo tenellas plãtas, inſerẽdo, ſiquæ inuenirẽtur ſylueſtres, cædendo ſiquæ forẽt ſteriles, purgãdo minus frugiferas, vt vberiores referant fructus; tũ cuſtodiret, idq́; non tm̃ Angelorum exercitu, qui non ſecus, electorum aſtãt cœtui, ac ſexaginta cubiculo Salomonis, nõ tm̃ Paſtorum, Doctorumq vigilãtia, quos Eccleſiæ, ad ſcõs inſtituit cõſummãdos, ſed & p ſeſe; qbus & dedit ſe murum & antemulare, vt per vatẽ eſt pollicitus, & hoc, vſq́; in finẽ (Ecce vobiſcum ſum, ad cõſummationẽ vſq́; ſęculi) ſeruatq́; non minus, ac ſeruaret, qñ mortalis verſabatur cũ eis, (etſi diſcedẽs, triduoq́; manſurus apud inferos, eorũ curã, eo p tpe relinqueret patri, pcatus vt ſeruaret eos, q & ſemp exauditur, ſua p reuerẽtia) Accepit & mandatũ in horto, ꝙ licet cuius vellet arboris fructu, potiri valeret ad libitũ (nam & CHRISTVS, delitias ducit, verſari cũ

Christus ad quid in Eccleſia à Deo poſitus,

Ioan. 17.
Cap. 3.
Eph. 4.
Eſa. 26.
Mat. 29.
Ioan. 17.
Heb. 5.

D electis, eisq́; frui non minus ac paulus frui cupiebat Philemone: & electis nihil obuenit gratius, q̃ CHRISTO, ſanctis placere operibus, quæ & admonẽte Apoſtolo, in eius ſemper gloriã faciũt, orãtq́;, vt de illis pro voluntate diſponat, non raro repetẽtes: Veniat dilectus noſter in hortum, comedatq́; fructus pomorũ ſuorũ, caueret tñ, à fructu ligni, quod ſcire facit bonum & malum; idq́; ſub mortis interminatione. Siquidem in hortum non eſt tranſlatus, vt carni indulgeret vel ſanguini, nõ vt ſenſilibus aſſentiret affectibus, ſed contra, vt execraretur eosq́; deprimeret, quin & mortificaret, & demum, carnem omnibus cum concupiſcentiis crucifigeret. Quare, & puellus, eſt quæſitus ad necem, exul profectus eſt in Ægyptum, fabrili incubuit arti, eaq́; ni fallor, victum ſibi quæſiuit: opportune baptizatus, petiit ſolitudinem, ieiuniis vacans, ac vitam cum animalibus ducens: vbi petitus, & non ſemel, à Sathana, non ſuccubuit, ſed illum validè profligauit. Prædicauit poſtmodum, ſudauit, & crucẽ, quam ſuadebat, multis rationibus pertulit: petitus

Prou. 8.
ea in epiſt.
1. Cor. 10.
Can. 5.

eſt conuiciis, captus nudatus, cæſus; & deniq; cruci ignominioſè expoſitus & affixus. B

Sed obiicis. Cum exploratum ſit, CHRISTVM, non habuiſſe fomitem, minuſq́; paſſum, carnis indebitos motus; ad quid arbor interdicta, minæq́; mortis appoſitę? Amplius. Cũ eſſet eius aĩa fœlix, Deumq́; facie contemplaretur ad faciem; haud dubium, ꝙ ſi carnis tumultuati fuiſſent affẽctus, dimoueri non valuiſſet à recto: ergo præceptum inane, cum ad eorũ nullum potuiſſet impingere. At arduum non eſt reſpondere. Fatendum indubiè CHRISTVM nõ habuiſſe fomitem: fatendum non potuiſſe peccare, vel eius carnem, inordinatum aliquod effutire: ſed non propterea, arbor interdicitur fruſtra, vel mortis cõminatio, additur ſine cauſa. Cũ enim carnẽ gereret, peccatrici perſimilem, non diſſonabat, illum à cõi peccatorũ lege non eximi: quin ſicut, eàdem decuit ratione circuncidi, templo præſentari, hoſtiamq́; vt purificandum, offerre: ita & illo, tamquam cõi ſub decreto cõprehẽdi, aſtringiq;. Et quanquam, nullus eius in carne, inordinatus erũperet motus; vt tñ pugnã, quã ea ex ꝑte patimur, proprio experiretur periculo, per oĩa tentari voluit abſq; peccato, vt clementior fieret pontifex. Quare, quod ſuapte natura, caro nõ valuit; id liberrima electione, ſuperioriſq; imperio patris, fieri iuſsit; & quidem tam valide, vt aliqñ, non ſolum ſit contriſtatus ad mortem, ſed & agoniam paſſus tam ſæuam, vt ſudaret vſq; ad ſanguinem.

Cur Christo interdicta arbor scientiæ boni & mali.

Luc. 22.

F

Quod aũt ad comminationem pertinet mortis, non ideo illi eſt facta, quia præcepti timeretur trangreſsio; ſed quia vt homo, ſimiliſq; aliis, eiſdem (non iniuria) vrgendus videbatur ſtimulis; quibus & reliqui. Quod, quantum cõſonet ſcripturæ phraſi; ex aliis haud diſsimilibus cognoſcitur locis: ſed vnus ſit ſatis. Certum erat, qm̃ abſolutè decretum, definitumq́;, Dei filium, noſtris pro peccatis, obiturum mortem (nam & filius hominis, ſicut definitum eſt vadit) & tñ de illo, pater ſic loquitur, ac ſi illam, valeret effugere. Si inquit, pro peccato poſuerit aĩam ſuam; videbit ſemen lõgęuum. Quod ſi dictum recipis, penſata arbitrii libertate, vtq; CHRISTI mors, ab eo declararetur electa; cur & eodem, non recipies pacto, ligni interdictum eſum? Et demum, quis neget conditionales, non ponere (vt loquuntur) in eſſe; quin & eſſe, non tam veras, q̃ neceſſarias; etiam ſi ambas partes habeant impoſsibiles?

Mat. 26. Eſa. 53.

Mors & necessaria & electa a Christo.

Quarta portio, ex eodem capite.

DIxit quoq; Dominus Deus, Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolum faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam; vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adã animæ viuæ; ipſum eſt nomen eius. Appellauitq́; Adam nominibus ſuis cuncta animantia, et vniuerſa volatilia cœli et beſtias terræ. Adæ vero nõ inueniebatur adiutor ſimilis ſibi. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: Cumq; obdormiſſet, tulit vnam de eius coſtis, et repleuit carnem pro ea Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat ex Adam, in mulierem: et adduxit eam ad Adam. Dixitq;. Adam. Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem; & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carnem vnam. Erat autem vterq; nudus, Adam ſcilicet & vxor eius: & non erubeſcebant. G

Hæc in ſextæ diei calce ſunt facta, ſed myſterio eò loci omiſſa, & ſeptimo vt videtur, aſcripta: Dico, vt videtur, qm̃ etſi res, aliquibus placet; nil tñ vrget. Verùm, cum diei extremum, initium valeat, vt diximus, ſupputari ſequentis, res meo iudicio fruſtra contentioni ſubiicitur. Ait ergo vates: Quòd *Deus Dominus dixit*, nõ modo, vt vltra ſemel monuimus, ſibi ſed Angelis. *Non eſt bonum, Adam*, cum vnicum hoĩs ſit indiuiduũ (ſiquidem, hoc in loco nomen coarctatur ad virũ) & per hoc ad filios progignendum inualidum, *eſſe ſolum*. Nam cũ mũdus ſit replendus hoĩbus, non minus ac ſua pro rõne, iumentis & feris: palam ꝙ illi non expedit, ſi humana in ſpecie tñ reperiatur maſculus. Ergo hoc ex loco nõ detrahitur cęlibatui; ſed in mũdi exordio dicitur non conferre: Igitur, *faciamus*, hebraice, eſt futurũ, *adiutorium ei*, ad ꝓpagandam educãdamq́; ꝓlẽ, *ſimile ſibi* ne degeneret ꝓles, vel ſit naturæ ꝑmixtæ. Et ne ꝓuiſio videretur ſuperflua (nam Deus & natura; nihil operantur fruſtra) humano more (ſiquidem hoĩbus loquitur vates) q̃ritur diligenter, num inter bruta aueſq;, aliquid liceat expiſcari, quod hoĩs ſimilitudinem præſeferat. Ergo *formatis* iã, *de humo*, ſexta die, *cunctis animantibus terræ*, formatis & ex eadẽ, *omnibus volatilibus cœli*, de q̃bus tertio die, *Deus Dominus adduxit ea ad Adam*. Non detrecto rem geſtam, vt ſonat; non ꝙ Deus illa coegerit, ſed ꝙ ſuauiter, ſua manu pertraxerit. Nec res fuit operoſa; cum eo tẽporis tñ fuerint capita ficta, & forte à loco vbi Adam fuerat non longe diſtantia. H

Cęlibatus in mundi exordio importunus.

Attraxit, inquam, non ſolum, vt hoĩem, quem eorum inſtituerat Dñm, quodã recognoſcerẽt pacto, eiuſq; exhiberẽtur vſibus; ſed, *vt videret*, vt ſubditur, q̃d, hoc eſt, quo pacto, q̃bus noĩbus;

A *ea vocaret*, Adam. Num fortè, aliquod inueniret, quod ſimilitudinis ratione, poſſet, ſi non con-
uenire in noīe hoīs, ſaltem ad procreandū, in noīe req; concurrere auxilij; quod & ea conſtitue
batur lege, vt negocio, ſuo pro iudicio, abſoluto; nullo pacto ab illius poſſet appellari ſententia.

Ergo, *omne, quod vocaunt Adam, viuentis animæ, illud*, ſine cōtrouerſia, *eius eſt nomen*. Et quidem
meritò: qūquidem, rerum à Deo perfuſus notitia, onus, prout & debuit, executus eſt. Quare, &
cuncta animantia, ſuis, hoc eſt propriis, *appellauit nominibus*. Et addit, appoſitiuè, *Vniuerſa volatilia
cœli, & beſtias* totius, *terræ*. Quibus diligenter excuſsis, accuratèq; penſatis, *non inueniebatur, Adæ
adiutorium ſimile*: nec facie, nec natura, nec moribus, Quid ergo? *Immiſit*, vel hebraice, cadere fe-
cit, *Dominus Deus, ſoporem*, extaſim Septuaginta transferunt, *in Adam*, vt illo de faceret ei ſimi-
le, coniugemq; formaret. Ergo, *cum obdormiſſet, tulit vnam de illius coſtis*. Solēt altercari, fuerit co Altercatio multorū de coſta Adami.
ſta, necne, de integritate viri: Et quāquam neutrum reprobo, rem tñ interpretarer ſimpliciter:
vt verè, illa foret Adami, eiq; vt eſſet integer, opportuna. Nec propterea imminutus remanſit,
cum vt ſubdit, mox *repleuerit*, reſtituerituè, *carnem*, & planè non ſine oſſe, *pro illa*, eius ſcilicet lo
co. Nec obſtat, ſi nō exprimit os, quoniā eſt agnoſcēda Sinecdoches, ſicut & cum ablata dicitur
coſta, ea de ratione prætermiſſa eſt caro, quam conſtat ablatam eſſe cum ea; aliàs illam non opor-
B tuiſſet reſtitui, vel quouis pacto ſuppleri: & quod vrget maximè, mulier producta, viri nō enun-
ciaretur os & caro, ſed tantum enunciaretur os, ſicut & paulopoſt: *Et ædificauit, quam tulerat co-
ſtam, in mulierem*. Elegans tropus, inſtruens mulierem, nedum factam in habitaculum prolis, ſed
& in protectionem rei domeſticæ. *Et adduxit eam ad Adamum*. Nō detrecto, mulierem ſeorſum
à viro productam, quoniam etſi mox coſta detracta, & carne, diuina fit abſoluta virtute, lubuit
forte, opus remotiori perficere loco, vel vt eo moneremur facto, vxorem non modo domum de-
ducendam viri, ſed & communi moraliq; lege, nubendum non eſſe propinquis; ſicut & tādem
ſacri diſpoſuerunt Canones: Tametſi non digladior, ſiquis verbo dicat ſubeſſe tropum, & perin
de fuerit mulierem ad virum adducere, ac illam eius in proſpectum erigere ſeu è regione locare.

Quam, *dixit*, intuitus. *Hoc nunc*, hac vnice, hebraice: non modo video mei ſimilem, non mo
do adiutorium habeo opportunum, ſed video, habeoq, rem tam commodam, tamque perſimi-
lem, quòd eſt, *os, de oſsibus meis, & caro de carne mea*. Ergo & iure, mea cum carne meoq; cum oſ-
ſe, meo impartienda eſt nomine, Igitur, *vocanda virago*, vira dicunt quidam, ſicut ab Iſc, Iſca, he-
bræi: *quoniam de viro eſt ſumpta*, vt res nomenq; reſpōdeāt. Quin & tam arctum inter nos, nectē-
dum eſt vinculum; vt ſi opus ſit, vir potius, *relinquat patrem, & matrem*, quam propriam coniugē;
C quandoquidem etſi, *ſunt duo, in vnam*, tamen ſic euaſerunt, *carnem*, vt vltra, nō ſint duo, ſed vna
Mat. 19. caro, vt Dominus dixit. Hæc paulū videntur obſcura, & forte aliquātū diſtracta: quod occurrit,
afferam, & lubens cenſorem recipiam.

Docemur vim, hoc ex loco, coniugij, & id ſine controuerſia. Nec puto quempiam, ex his iure
recipere matrimonium, primo ſecundæ tabulæ repugnare præcepto, quod eſt de parentum ho-
nore. Ergo vxoris cauſa, etſi abſolutus eſt vir à cohabitatione patris & matris, etſi à paternæ do- Quo pacto vir abſolui ſit à pře & matre.
mus ſuperintendentia; non tamen ab eorum reuerentia, vel ſuſtentatione, & potiſsimum in ne
ceſsitate: Siquidem viro cohabitandum eſt coniugi, tum vt curam eius gerat, tum vt reddēdo de
bito vacet, ne fraudēt inuicem; quanquam & ſeparati eſſe poſsint, ad tempus, & quidem breue,
1. Co. 7. vt incūbant precibus, ſicut Apoſtolus monet. Nec modo cohabitandum eſt coniugi, ſed & pro-
priæ ſuperintendendum familiæ; & maximè vt educentur filij, in timore Domini & diſciplina;
2. Cor. 12. quibus & habet theſaurizare prout oportet, ſicut & Apoſtolus dicit. Quòd coniuges dicantur
duo, indubiè verùm eſt, non ſolum quia duo ſuppoſita, ſed & quia diſtincti ſunt ſexus; innuens
nihilominus, duobus matrimonium ſuapte natura cōnſtare; & per hoc poligamiam illius ex ra-
D tione prohiberi. Quòd denique in carnem, ſubditur vnam, & pluribus videtur anceps; primò in-
telligi poteſt ratione prolis, in qua vna ſunt caro, cum ex ſemine viri, & ſanguine coniugis, vnū
prolis cōficiatur corpus, vnaq; componatur caro: Secundò ratione donatæ hinc inde poteſtatis,
ſiquidem vir poteſtatem nō retinet ſuæ carnis, ſed mulier, nec ſuæ itidem mulier, ſed vir, vt Apo
1. Cor. 7. ſtolus ſcripſit. Ergo amborum corpora ducuntur vt indiuiſa: ergo & eorum carnes, vt vna com- Qūo vir & vxor vna caro.
putanda ſunt caro; æque ſub amborum poteſtate, communi coniugaliq; conſenſu expoſita. Ter-
tiò, ratione, ex amborum in vnum quodammodo hominem, cōpoſitionis, cum vir ſit vti caput,
Eph. 5. & vxor non ſecus ac corpus, vt Apoſtolus docet. Subiicitur tandem, ꝙ *ambo incedebant nudi, nec eru
beſcebant*, tamen, vt quibus nihil erat turpe, nihil inordinatum, nihil reprehenſione, aut verecū-
dia dignum, quod & iocundius erit in reſurrectione.

Præſentis portionis ſacramenta. E

NOn duxit ſatis pater cœleſtis, ſi CHRISTVS, vt cultor cuſtoſq; electorũ verſaretur
in horto;niſi & in illo eũ faceret ſpõſum,& vt conſequitur,caput. Nã vir vxoris eſt
caput;vt palã Apoſtolus dicit.Ergo supereſt,vt & illũ matrimonio copulet.Quare Eph.5.
ſecum,& btis cum Angelis ait. *Non eſt bonum:* non eſt ad regignendum electos,vel
quoſpiã adoptãdũ conducẽs: non eſt ſauẽs, non cõmodum, *hominem,* CHRISTVM
inquam, *eſſe ſolum.* Non enim,de diuina,nunc agitur poteſtate;ſed de futurorũ congruentia.Er
go, *faciamus*: Hebræis,nedum futurum eſt tẽpus,ſed & ſingularis numerus ; & quidẽ ſacramẽtũ
non minuẽs,ſed potius euehens.Nam cum de nuptiis Vnigeniti agatur Patris; haud dubium,ꝙ
(etſi coniunctionis opus à tota proficiſcitur Trinitate)ſine iniuria Patri ſubſcribitur ; vt monea-
mur,ad illum naturaliter pertinere filium nuptui tradere,ad quẽ & natura ſpectat filium gigne
re. Vnde & in Euãgelio, negocium in eundẽ reiicitur,qñ deſcriptus eſt rex;qui nuptias Vnige- Mat.22.
nito ꝑparauit inſtituitq;. *Et adiutorium,*Sicut Deus,licet valeret cuncta facere ꝑ ſeſe,vult tñ natu-
rę effectus,non niſi mediis efficere cauſis ; ita & ſtatuit CHRISTVM (licet infinitæ ſit poteſtatis,
& oĩa repoſita ſint in verbo ſuo) in regignẽdis adoptãdiſuè filiis,habere cõſortẽ : quin & in cõi- F
cãda gratia,habere inſtrumẽta,vt aquã in baptiſmo,panis ſpecies in ſacramẽto altaris , & oleum
in confirmatione. *Simile ſibi:* vel hebraice,è regione eius.Siquidem regignendo hoĩes operatur
CHRISTVS, operatur & Eccleſia ei⁹ (nã ille eſt qui baptizat,& hęc q̃ leuat)& in cuius tincti ſunt Mat.3.
fide;quã nec raro, confitetur ꝑ eis.Præter id,ꝙ & CHRISTO ſimilis eſt in natura ; qñ ſicut eius Heb.2.
pueri carni cõicauerunt & ſanguini,ſic & ille cõicauit eiſdẽ,vt ꝑ oĩa,abſq; peccato aſſimilaretur
eis.Nec modo in natura,ſed in merito & qualitate,vt q̃ nõ ſolũ illius impartitur,locupletaturq;
ſpũ,gratia,chariſmatibus ſanctiſq; operibus; ſed & explet abſoluitq; , quæ illius deſunt paſſioni, Col.1.
ſuo in corpore ; tametſi hac non donetur ſimilitudine, niſi illius refecta ex latere,redditaq; glo- Eph.5.
rioſa ſponſa,abſq; macula,& ſine omni ruga.

Christus baptizat & Eccleſia leuat.

Quare formatis ex humo cunctis animantibus terræ,omnibusq; volatilibus cœli , vniuerſa duxit ad eum.
Status exprimitur hoĩum,cum vxor copulãda fuerat CHRISTO;vt tali agnita pacto,extrema ſuæ
refictionis videatur neceſſitas.Denotant hæc degenerationẽ nr̃am;nec eã modo quam lapſu in-
currimus Prothoplaſtis,qñ in honore poſitus non intellexit;ſed creatoris oblitus,beluis compa- Pſal.48.
ratus eſt inſipiẽtibus,& ſimilis factus eſt illis,ſed & in quã,ſuggeſtione ſumus prolapſi Sathanæ:
ꝑꝑ quod & nõnullam illius retinemus ſimilitudinẽ;ob quam & auibus , ſicut & ille inſinuamur G
cœli,qui aerẽ incolunt caliginoſum: vnde & in malos obiicitur nõ iniuria, Vos ex patre diabolo Ioan.8.
eſtis,& eius opera geſtitis ſemper facere. Ergo vt cõis,deflẽdaq; noſtra deprehẽdatur iactura,mi
ſeraq; Metamorphoſis;hæ beluæ volucreſq; imundæ,ante oculos ponuntur CHRISTI, *vt,* eorum
ꝑſpecta calamitate,vberiori moueretur miſericordia, *videretq;*, hoc eſt,decerneret,iudicaret,ac
definiret: *quid vocaret ea.* Num dignandi forẽt filiorum noĩe , an vocibus nuncupãdi Sathanicis,

Conditio miſerabilis noſtra poſt culpam admiſſam.

Omne,quod vocauit Adam animæ viuæ,ipſum eſt nomen eius. Sicut ſpectat ad CHRISTVM,in mun
di calce vocare electos,vt regnum illis à mundi exordio,accipiãt,ꝑparatum(venite bñdicti & re- Mat.24.
gnum vr̃m poſſidete, ſicut ſpectat, eorum quẽlibet,ad locumquẽ cęlum aſcẽdẽs vnicuiq; aſſigna
uit,ſuo tp̃e itroducere(vado vobis ꝑparare locum)ſicut ſpectat vti ad ſummi Patris ꝓcuratorẽ, vo Ioan.14.
care tãdẽ oparios,illiſq; mercedẽ, ꝓut cõuẽtũ fuerat retribuere(voca oparios & rede mercedẽ) Mat.20.
ita & ad eundẽ ꝑtinet,& illis dum hic ſunt,tũ fidẽ ſingulis certo metro largiri(vnicuiq; ꝓut mẽ Rom.12.
ſurã impartitus eſt fidei)tum officiis muneribuſuè variis decorare,ſingulis diſtribuẽdo,ꝓut vult,
& ſuũ in corpus,vt libuit,ĩ diuerſa mẽbra cõponere;vt ſingula ꝓprium actum habeãt ſicut Apo- 1.Cor.12.
ſtolus docet;ita & demũ ſuũ eſt,eiſmet noĩa,ꝓut decet,imponere,alios vocãdo Apoſtolos,alios H
Prophetas,alios Euãgeliſtas,alios Paſtores & Doctores,& alios aliter,vt & ſuę placuit voluntati,
& congruum extitit cuilibet mẽbro. Et ꝙ hac in parte,ſermo ſit de electis, verbum innuit;aĩæ vi
uæ: qñquidẽ hi licet ad tempus aliqñ ſint mortui, viuent tñ ꝑdeſtinationis beneficio, ante oculos
maieſtatis diuinæ,quibus ſunt oĩa nuda;cum tandem ea potituri ſint vita,quę manet in ęternum.

Appellauitq; Adam nominibus ſuis,omnia animantia , vniuerſa volatilia cœli, & beſtias terræ, His in
verbis,à CHRISTO liquet etiam reprobis,nomina tradita;idq; non immeritò,cum ſua ſubditio
tione non ſolum comprehendantur electi,ſed reprobi ; quin & eius nomine curuantur , velint
nolintq; nedum cœleſtia & terreſtria,ſed & infernalia : eſtq; dñs viuorum & mortuorum, & cla Philip.2.
ues habet nedum cœli , vt illò electos admittat , ſed & abyſſi , vt in illa præſcitos recludat . Ve- Apoc.1.
rùm ſicut illos, nõnunquã dicitur ignorare(neſcio vos,diſcedite qui operamini iniquitatẽ)ita & Matt.25.
eorum

Pſal. 15. A eorum nomina cito dicitur obliuiſci (nec memor ero eorum nominum, per labia mea) quin &
Pſal. 68. placet demum è libro decidere (deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis nō ſcribantur) *Adæ
non inueniebatur adiutor ſimilis.* Oibus tandem diligenter inſpectis nullus inuenius eſt homo, qui
aſsimilaretur CHRISTO, cum oēs depreliēſi ſint peccatores, oēs iniuſti, nullus qui faceret bonū
Pſal. 5. etiam vſq; ad vnum. Neq; id tm̄ inter volucres beſtiasq; ſæuas: ſed nec inter iumenta; quæ vti reli
quis auxiliaria, maiorumq; ſymbola, debuerāt eſſe minus corrupta; ſed & hæc erant, ni fallor, ne
quiora, vt Gentium reſpectu, Iudæi, & inter Iudæos, Pontefices, & Sacerdotes. Quare de his vetè
Ioan. 10. teſtatus eſt, CHRISTVS: quotquot venerunt ante me, fures ſunt & latrones.

Quid tandem? *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam.* Sopor Adæ, mors eſt CHRISTI: ego
Pſal. 3. dormiui & ſoporatus ſum. Hūc immiſit, vel hebraice, in illum fecit Dn̄s cadere, qm̄ licet CHRI- Mors Chriſtī
Eſa. 53. STVS oblatus ſit quia voluit, & nemo ab eo tulerit aīam, ſed eā poſuerit ſpōte, quin & obtulerit ſopor immiſ-
Eph. 5. ſeſe, & ad illā maximo æſtuaret ardore, vt ex p̄cedētib⁹ aduertere licet; nihilominus & morti tra- ſus à Deo
Rom. 8. ditus eſt à patre (proprio filio non pepercit, ſed pro oībus tradidit eum) *Cumq; obdormiſſet*, pēdēs
Ioan. 19. in cruce, apertū eſt eius latus, vt Euangeliū refert: *Et tulit Dominus Deus, vnam de illius coſtis:* Nē
pe, vt dictum eſt, vnà cum carne, *& carnem repleuit pro ea.* Apertio lateris, tum reuelatio eſt ſecre-
B torum Dei, & præſertim creditorum in literis ſacris, vt non caſu illius in morte, ſciſſum ſit velū tē
pli, quo ſanctorum occludebātur ſcā; tū profuſio in nos amoris & gratiæ, in cuius ſignū, aqua ma
nauit et ſanguis; illa vt ſymbolum gratię, hic vt ardoris & charitatis. Ablatio coſtę carniſq; cū ea,
acceptio eſt fortitudinis & infirmitatis; & illa quidē in oſſe, & iſta denotatur in carne, ſicut Au-
guſtinus aīaduertit. Et cū coſta portio ſit oſsium, & caro coſtę portio carnis; conſtat in his non to
tum intelligi CHRISTI robur, nec totum quod in illo erat infirmum; ſed partem roboris, par-
temq; illius infirmitatis; quæ & nihilominus ſunt in eo repleta reſtitutaq;, quādo illius mēbra, &
præſertim inſignia, pro illo ſunt viriliter paſſa: qn̄quidem tunc, quod in eo defuit tum roboris
tū infirmitatis (defuit inquā nō ex parte aī, ſed exercitii; non ex defectu voluntatis, ſed ex p̄ſcripta
ſibi à diuina lege mēſura, qua & decretum eſt, per eius membra, quod taxatam excedebat metā,
abſolui, eoq; pacto, CHRISTO, vt proprium ſibi reſtitui) locupletiſsimè ſuppletum eſt.

Et ædificauit coſtam quam tulerat in mulierem. Mulieris ædificatio ex coſta carneq; coſtæ, Eccleſiæ (cu
Eph. 6. prou. 31. ius mulier, tum Paulo, tum Salomoni prę ſefert typum) eſt conſtructio; quæ ſi non eſſet à Deo nō In Chriſto, i
1. Cor. 3. clamaret Apoſtolus, Dei ędificatio ſumus, & quidē ex portione, tum roboris tum imbecillitatis bur coniun
C CHRISTI. Et vt myſterium ſit p̄ſpicuū, attendēdum, q̄ ſicut in CHRISTO diuinitas nexa eſt car ctū infirmitas
ni, ęternitas tpi, gloria ignominiæ & beatitudo miſeriæ; ita & robur infirmitati, idq; mira diſpē-
1. Cor. 1. ſatione Dei, q̄ infirma elegit vt robuſta deſtrueret. Fuit ergo CHRISTVS fortis, fuit & infirmus:
fortis in mente, vt quæ nunquam ad quantumuis leuiſsimam flecti potuit culpam. fuit imbecil-
lis in corpore, qm̄ in eo extremas perpeſſus eſt calamitates. Nam & Deus conterere eum ſtatuit
Eſa. 53. in infirmitate; nouiſsimumq; voluit eſſe virorum; virum dolorum & ſcientem infirmitatem. Ex
huius ergo robore, item & ex eiuſdē infirmitate; non immeritò fuit conſtruenda Eccleſia ex il-
lo, ne Deiiceretur aduerſis, ex iſta, ne eleuaretur in proſperis. Ex huius inquam robore, ex huius
infirmitate; qn̄quidem proprium non ſuffeciſſet robur, nec propria Eccleſiæ ſuffeciſſet infirmi-
tas, vel in ſuperandis aduerſis, vel in tolerandis quę ſunt infirmitatis; ſiquidē, vt monet Iob, non
cap. 6. fortitudo lapidis eſt fortitudo ſua; nec caro ænea caro ſua.

Nulla ſanè humana eſt fortitudo, quæ tartareę valeat reſiſtere poteſtati, cui tn̄ reſiſtit Eccleſia
Mat. 16. Dn̄o atteſtante, inferorum portas non præualituras in eam. Nulla è cōtra humanà eſt infirmitas,
quæ preſſuris exagitata, vim, ſaltem tutelæ gratia, repellere vi non tentet; vt interim taceam, q̄
gaudeat in tribulationibus, anguſtiiſuè & ærumnis; vt vel vltro offerat excarnificandam ſeſe; tum
Mat. 5. & 6. D præbendo maxillam, tum auferenti tunicam relinquendo & pallium. Taceo & de diligēdis ho-
ſtibus, & beneprecando pro capitaliſsimis inimicis. Et tn̄ talis tantaq; infirmitas eſſe debet Eccle
ſiæ, vt hæc non tam æquo, quàm lubenti, quin & hylari, ac periocundo patiatur aīo. Ergo tam
heroica fortitudo, tam inſignis tamq; eximia imbecillitas, ex ſolo valuit mutuari CHRISTO; qui
Pſal. 23. Eph. 6. vnicus eſt fortis & potens, & pręſertim in prœlio, nec modo aduerſus carnē & ſanguinem, ſed &
tenebrarum poteſtates, & ſpirituales nequitias in cœleſtibus.

Prou. 30. Quare haud iniuria adumbratus eſt ī Leone, qui fortiſsimus eſt aīalium, ad cuiusq; rugitum, Chriſtus adū
oīa reliqua pauēt bruta. Adumbratus eſt in Sampſone, qui Sol interpretatus eſt fortis, & moriēs bratus ī Leo-
p̄necauit innumeros. Adumbratus in Dauide, q̄ & fortis interpretatur manu, & validiſsimum in ne, & aliis ro
Eſa. 8. & 40. terfecit Goliam. Nec immeritò p̄nunciatus erat p̄dator, ſpoliá detrahens & bracchium ac robur buſtiſsimis.
Luc. 11. Altiſsimi; aut temere, à ſeſe, armato munitoq; comparatus, qui oī cuſtodia ſeruabat atrium ſuum

quem tñ debellauit,direptis non ſolum ab eo armis,ſpoliis,& in quibus cõſidebat trophæis, ſed E
& eo regno priuato,capite attrito,ac in catenas coniecto aſtrictoq;.Et vnde tanta Eccleſię imbe Col.2.
cillitas tam extrema depreſsio,ſpontaneuſq;,non modo rerum huius vitæ cõtẽptus,ſed & perio-
cunda,in ęrumnis ac tribulationibus gloriatio, niſi ex eo,qui eouſq; depreſſus eſt in infirmitate,
ꝙ & oĩum hoĩum in ſeſe accerſiuit,coarcauitq; calamitates & infirma,vt & pcinuerat vates, quæ Eſa.53.
Chriſti imbecillitas extrema. & tam conſtanti,tamq; mitiſsimo pertulit aĩo,vt non modo velut agnus, coram tõdẽte ſe obmu
tuerit;ſed & cum malediceretur,non maledicebat,& cum pateretur, non comminabatur;quin
& ſponte,tradebat ſeſe ei,qui illum iudicabat iniuſte? 1.Pet.2.

Et quanquã ita eſt,quanquam Eccleſia ex CHRISTI ædificata eſt tum robore, tum imbecil
licitate;neutrum tñ eſt in vniuerſum,eius in ædificationẽ transfuſum,neutrum ex toto expoſitũ:
Idq; nõ ſolum quia illa eſt finita,munerumq; CHRISTI,vt in ſua ſunt amplitudine,incapax, ſed
ad certam vſq; menſuram illa participat,licet cõfertã & coagitatã, vt dñs dixit; ſed & quia ex illis Luc.6.
eſt eo pacto confecta,locupletataq;,vt illa tradat ad mẽſam,ſtudeatq;,dũ eſt in ſtadio,ſemper au
gere,& in toto & in qualibet ſui parte,iuxta doctrinam Pauli quarto ad Epheſios. Ergo non im
meritò,nõ dicitur tota ædificata ex oſsibus,nõ tota ex carne,ſed vno ex oſſe,& vnà portione car-
nis,vt textus apertiſsmè docet. Quare ſicut in ædificatione Euæ, tum coſtæ tum carni,noua eſt F
adiecta materia,vt ad cõuenientẽ corpus pertingeret quãtitatẽ:ita vt illa coſta eaq; caro,viſa ſiut
velut fundamentum,baſiſq; ipſius ędificij,& quod addebatur,ſurgebat vt paries in ædificationẽ
corporis;ita & quod Eccleſia ſui in ædificatione,traxit à CHRISTO, in illa manet vt baſis, vtq;
ſolidum ac ſtabile fundamentum, & quod in dies proficit,vt auctio ædificii,ac ſpũalis ſabricæ.

Verùm non diſsimulo,ꝙ ea in baſi & fundamento,id quod acquiritur ſortitudinis, quòdq;
imbecillitatis,non modo ſuſtinetur,non modo ſuperædificatur, ſed & in illud quodam miroq;
modo conuertitur;adeo vt non duæ remaneant ſortitudines,non duę imbecillitates,ſed vna for
titudo vnaq; imbecillitas;vt vere,& hoc pacto,duo oſſa vnum euadant os,& duæ carnes vnà effi
Quõ duo oſſa & carnes et vnum os,& vna caro. ciantur caro,Et quidẽ ꝙ auctio fortitudinis adiicičda ſit fundamento, CHRISTIq; fortitudini,
quę eſt in Eccleſia,ſatis Apoſtolorum exprimit princeps,tradens,vt ſuper viuũ lapidem CHRI-
STVM, ſuperædificemus oĩ ſtudio, lapides viuos in templum domumuè ſpũalem: ꝙ vero auctio 1.Cap.2.
imbecillitatis,fundamẽtali pariter adiicičda ſit imbecillitati, ſatis oſtendit Apoſtolus, in iis quæ
adimplenda attulimus,paſsionis CHRISTI in electis. Siquidem,vt Auguſtinus docet, non ſat Col.1.
duxit CHRISTVS hac in peregrinatione poſitus,& perfici & adimpleri ſuo in corpore naturali;
ꝙ & poſt mortem & perfici & adimpleri placuit,dum in nobis peregrinationẽ agit in ſuo corpo G
re myſtico,quod eius Eccleſia eſt.Quare & quotidie redditur fortis,quotidie nedum quopiam
in membro,ſed &(vt ſequitur iuxta Pauli doctrinam ad Epheſios quarto)in toto Eccleſiæ mili-
tantis corpore, redditur imbecillis, ſicut & quotidie vincit hoſtes,& quotidie patitur nonnihil
ab eis(Saule Saule quid me perſequeris:& ante quorũ oculos: CHRISTVS eſt proſcriptus, & in Acto.9.
vobis crucifixus)quemadmodum & quotidie eſurit,& quotidie paſcitur. Et demũ, ſicut oppor- Gala.3.
tune glorificatus eſt in corpore naturali;ita & opportune tandem,& in ſuo glorificandus eſt cor
pore myſtico,dum & corpus humilitatis noſtre,configurabit corpori claritatis ſuę. Philip.3

At miraris forſan, cur ex fortitudine imbecillitateq; CHRISTI, potius q̃ ex gratia aliiſuè mu-
neribus ędificetur Eccleſia,cum dubium nõ ſit,eam nedum hęc vbertim excipere, ſed & magna
cum fruge,ad menſam exponere.Reſpondemus:Primùm,hęc illa complecti;cũ ſine diuina gra-
tia & fauore,item ſine donis muneribuſq; Spũs ſancti; quin & ſine ipſo ſpũ CHRISTI, neminẽ
debellare Satbanam, mundum & carnem, aut in præſenti militia non ſuccumbere; neminem
nedum hylariter,ſed nec ęquo aĩo ſerre ſit poſsibile,rerum direptiones,opprobria, cõtumelias,
deniq; mortẽ eamq; ſęuam;niſi eiſdẽ ſit pręuentus ſuffultuſq; ſuffragiis,quin & inſigniter,in eis H
ſotus locupletatuſq;. Deinde,ꝙ meritò ex his ædificatur Eccleſia;quia hęc in pręſenti ſunt maxi
mè neceſſaria,cum in continuo verſetur agone:& quia militia noſtra nõ carnalis ſed ſpũalis eſt, 2.Cor.10.
armaq; non carnalia ſed ſpũalia ſunt,potentia, vt dicit Paulus,non mundo ſed Deo; indubiè illi
non ex parte corporis,ſed ſpũs ſortitudo requirẽda eſt;quę & potiſsimum nitet,cum corpus ne-
dum apparet imbelle,ſed & ſpõte cedit hoſti,& patitur excarnificari.Ergo cũ eximia tũ CHRI-
STI tum Eccleſiæ fortitudine,nedum extrema reperitur firmitas, ſed neceſſario eſt illi coniun-
cta;vt theſauro hoc in vaſis inuento fictilibus,gloria non cedat nobis,ſed Deo.Sequitur. 2.Cor.4.

Et adduxit eam ad Adam. Planè,vt ſacroſanctum illud initiaretur matrimonium, de quo Apo Eph.5.
ſtolus.Sacramentum hoc magnũ eſt,dico in CHRISTO & Eccleſia:In quo CHRISTVS eſt ſpõ
ſus,& Pater paranymphus. *Qui illam intuitus,hac*, inquit, *vice,os de oſsibus meis;& caro de carne mea.*

Siquidem

A Siquidē expergefacto, à mortuiſq́ue excitato CHRISTO, & per hoc conſummato abſolutoque redēptionis nr̄ę ſacramēto, cępit Eccleſia nedū refingi, ſed & ſine ruga & macula apparere; vt ea conſpecta, CHRISTIq; oculis, quibus etiā futura ſunt nuda, externè internèq; diſcuſſa; haud im meritò ꝓnuncietur dicaturq;. Hac nēpe vice, ſum aſſecutus, quod tentaui perſępe, Siquidē, quod intueor, enixus ſum per ſanctiſsimos facere Patriarchas: per Moſen vnà cū tota lege, per Reges & Prophetas, aliosq; in id operis deſtinatos, & nūquam, niſi hac vice, voti factus ſum cōpos. Hac vice, vere os intueor ex meis oſsibus, & carnem de mea carne: Et quidem res ita ſe habet; qn̄ poſt CHRISTI reſurrectionē, cœpit non tam ædificari, q̄ ampliari Eccleſia quouis terrarū legatis di-

Mat. 28. Mar. 16. ſcipulis; vt euangelizarent, verboq; in lauacro aquæ regignerent, ſicut Euangelium teſtis eſt.

Siquidem cœpit innoteſcere; hoīes ſic ex CHRISTI oſſe refictos, & ob id tam validè ſup petra ædificatos, vt non modo nō poſſent quibusuis arietibus deiici, ſed poſſent & ſæuiſsimis in tormē tis ſuperuincere, palmasq; referrre. Hinc haud mirū, ſi gaudentes à conſpectu concilij, recedebāt Apoſtoli; quia digni habiti erant, pro CHRISTO contumelias pati. Non mirum, ſi gloriabātur in anguſtiis, in plagis, in carceribus, & mortibus; cum nūquā in his nō triumpharēt, haud ignari, ꝙ ſi patiebātur pro CHRISTO, tādē coronarentur cum eo. Apparuit, & ex carne CHRISTI rege

Acto. 5. 2. Cor. 4. Rom. 8. & 12.

Vnde ſancti glorientur in anguſtiis & tribulationibus.

B nitos; qm̄ non reſiſtebant malo, non retaliabant offenſas, quin & cæſi gladiis, non querebantur, ſed beneprecabātur oībus. Ergo poſt CHRISTI, vt dictum eſt mortem & reſurrectionem; verè Eccleſia reddita eſt os, vere reddita eſt CHRISTI caro; vt quæ eodem affecta eſt robore, eàdem affecta imbecillitate cū eo. Ergo nec mirum, ſi eſt, *vocanda, Virago, viraq;:* quia de viro ſumpta. Non mirum, ſi à CHRISTO mutuatur nomen, vt quæ illius perſunditur chariſmatibus; quin etſi illius efficitur corpus & ſponſa.

In ſumma, Si & ea p p: *relinquet homo patrem & matrem.* Siquidē homo CHRISTVS, ardore Eccleſiæ, Patrē reliquit, cū ab eo exiēs venit in mūdum: reliquit matrem, quia à Synagoga, in qua genitus eſt, receſsit, *& adhæſit vxori ſuæ.* Quod in præſenti verum eſt ex parte; dū per fidē, ſpē, &

Cap. 19. charitatem, in illius verſatur viſceribus; & in futuro verum erit ſimpliciter abſolutèq;, cū & dies complebitur nuptiarū agni, ſicut refert Dilectus in Apocalypſi, tametſi & illi ſemper adhęret vt caput, & ea illi nunquam non nectitur vt corpus. Ergo *& duo erunt in carnem vnam:* nihil habentes non cōe, oīa ꝓindiuiſo, vt in pręmiſsis ſatis ſuperq;. Quod ſubditur (*Erant vterq; nudus, & non erubeſcebant*) oſtendit CHRISTI & Eccleſiæ matrimoniū non eſſe carnale, (quod vix ſine rubore contingit; ꝓp quod & cōi lege, conſummatur occultè:) ſed ſpūale, quod non habet erubeſcen

C tiam, ſed gloriationem; vt quod perfecta completur caſtitate, immò & virginitate; vt meritò atte

2. Cap. 11. ſtetur Apoſtolus ita ſe Chorinthios, deſponſaſſe, vt caſtam, ſe exhiberent virginem CHRISTO.

Prima portio, ex tertio capite.

SEd & ſerpens erat callidior, cunctis animantibus terræ; quæ fecerat Dominus Deus, Qui dixit ad mulierē: Cur præcepit vobis Deus, vt non comedatis ex omni ligno Paradiſi? Cui mulier. De fructu lignorum, quæ ſunt in Paradiſo veſcimur: de fructu vero ligni, quod eſt in medio Paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tāgeremus illud: ne forte moriamur. Dixit autem ſerpens. Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus; quòd in quocunq; die, comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.

Hac de ſuggeſtione, perpauca. Serpens indubitanter eſt Sathanas: ſed an in forma, prodiderit ſe veri ſerpentis, an ſolo ſerpēdi vſus ſit ritu, modoq;: non morabor. Nā licet, ſine ꝑiudicio fidei, poſsit (ſi nō fallor) vtrunq; defendi; placet tn̄ ſimpliciſsimus, q ꝓſefertur ſenſus. Puto itaq;, vſum Sathanā corpeo aīali; etſi in eo ſerperet, nedum verbis, ſed & inuida fallēdi voluntate. Eius eſt tā

Sathanas vſ9 ē forma ſerpētis corporei & quo idiomate locut9.

D inſignis calliditas, vt nō ſolū calliditates, longè oīum ſuperet aīalium, ſed & quorūlibet vafrorū hoīum, quos & generali aīantiū voce, cōplexus eſt vates; qn̄quidē demonis ītellectus ingeniūq; longè eſt humano præſtantius, longêq; acutius. Et licet aīal, quod nuncupatur ſerpens, eò ꝙ nō

Pſal. 57. nullis viget aſtutiis, & ea inter reliquas, ꝙ occludit aures ne audiat incantantē, poſſet prothoplaſtibus, aurē non occludentibus Sathanæ, anteponi, qui non ſolum ſuis venenatis verbis, linguaq; triſulci, incantabat, ſed & dementabat, quin & occidebat eos; non vereor tn̄, calliditatē aſtutiāq; in Sathanā, qui coluber eſt tortuoſus, & draco verſipellis, hoc in loco, reiiciendam fore. Qua etiā lingua, allocutus ſit Euam, ſi externa fuit, vt textus ꝓſefert, puto ꝙ hebręa, ſicut & hebræa illos alloquebatur Deus: ſi interna, palam ꝙ ea lingua, fuit ipſa ſuggeſtio, taliumq; conceptionum excitatio quales & quę ſubiicit, exprimunt verba, vndique ſcatentia dolis, fraudibusq;, vt cuiq; facilè eſt agnoſcere: Et ſcire bonum & malū, hebræus eſt tropus, perinde ſonans, ac oīa noſſe: & quod

addit,

addit, vt Dij, pollicitationem continet, vt oĩa noſcantur, nedum excellẽter, ſed excellentiſsimè. E
Et qm̃ vox Dij, Elohim, eſt qui etiam attribuitur Angelis, vt eò loci, Minuiſti eum paulominus à Diis: anceps remanet verbum. Sed ſiue de Deo, ſiue de Angelis intellexerit, haud dubium, ꝙ notitia repromittitur mira, & ſuperans oẽm hoĩum captum. Et quia Sathanas, ad facinus vrgere nitebatur capitale, nempe ad expreſſum contemptum Dei, ne prætextu excuſarentur inaduertentiæ, legem nedum reduxit ob oculos, ſed & ſuper illam iudicium à muliere extorſit. Pſal. 8.

Secunda portio, ex tertio capite.

Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum aduescendum, & pulchrum oculis, aſpectuq́; delectabile: et tulit de fructu eius, & comedit. Deditq́; viro ſuo: qui & comedit. Et aperti ſunt amborum oculi: & cũ cognouiſſent ſe eſſe nudos, cõſuerũt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.

De hoc prothoparẽtum peccato, quid ſit, qũo transfundatur in nos, & qui eius effectus, ſatis ſuperq; dictũ eſt ad Romanos vt modo res diſsimuletur, nõ ſine rõne. At de tribus, in textu commoneo Et Primum eſt, ꝙ etſi Dei præceptum, inuoluebat ambos (nã nobis, inquit præcepit, mulier) effectus tñ agnitus nõ eſt peccati, niſi poſtquã tranſgreſſus eſt vir. Vnde licet comederit coniux, & capitaliter Deum offenderit, & illius gratia deſtituta fuerit; nõ tñ illius reuelati ſunt oculi, vel lapſus, quantæ foret abominationis, eſt patefactus, niſi poſtquã viro fructum porrexit ligni, & ille ab ea perſuaſus manducauit. Nec quidem abſurdè: tum quia vir mulieris eſt caput, tum quia ex viro, vt ex præcipuo humanę generationis principio, maximè pẽdebat, & ſalus & perditio, nedum illis ſed & poſteris ſuis. F

Oculi nõ ſũt reuelati prothoparentib' niſi poſtquã Adamus mãducauit.

Secundũ eſt, ꝙ aperire oculos, ꝑ tropum eſt rẽ videre, q̃ non videbatur prius, ergo & de vtriſq; internis inquã, & externis, poteſt oculis ĩterpretari. Quare in ꝓpoſito ambobus reuelati ſunt oculi: qui & internè primũ deformitatẽ agnouere delicti, & in quã graue horrẽdũq; fuerãt coniecti ſuppliciũ, & q̃ ingratè, q̃ impiè & ſceleſtè, in Patrẽ Oceanũq; cõmiſerãt bonorũ oĩum. deinde & externè ponderarunt, q̃ foret turpe, virum & fœminã eſſe nudos, verenda obſcœnaq; mẽbra eſſe detecta; & ꝓſertim, ob turpes & inhoneſtos motus, & quã ſatius conſultũ eſſet brutis, quibus datũ eſt tegi pilis, velleribusq; ſuaptè natura, quod illis parãdũ erat & nõ mediocri opa vel labore.

Tertium eſt: ꝙ ex hoc, ꝙ mox folia conſuerunt ficus, illi fortè ſuffragatur opinioni, ꝙ arbor interdicta eſſet ficus, ſicut & innuit Auguſtinus, tractans Dñi verbum (cum eſſes ſub ficu, noui te) verũ res non cogit; quin & rõni congruit, vt aĩaduerſo, q̃ immaniter deliquerint, Deumq; cõtra ſe prouocauerint, ꝓtinus inde receſſerint, nec veſtigiũ illius arboris retinere voluerint. Nõ horreo tñ, arborẽ ficui ſimilẽ, aut ꝙ ex hac, vel nomẽ facilè mutuata fuerit: quãquã & arrideat ꝙ ſpecioſior ficu, & eius, applauſibilior longèq; ſuauior fructus, quod & verba innuũt, lignũ atteſtantia, viſui fuiſſe pulchrũ & ad veſcẽdũ ſuaue. Nec abeſt à carnali prudẽtia, vt ſcelus excuſet admiſſum, ipſumq; tẽtet obtegere, etſi non oĩ ex parte, ex ea ſaltẽ, vnde maior cõfuſio. Sed tãdẽ vtiĩ foliis, q̃ cũ ſoleãt, leui dimoueri flatu, haud iniuria, ſiquis illa cõtẽpſerit, & vt nihilum reputauerit; Ioan. 1. G

Tertia portio: ex tertio capite.

Et cum audiſſent vocem Dei, deambulantis in Paradiſo, ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adã, et vxor eius, à facie Domini, in medio ligni Paradiſi. Vocauitq; Dominus Deus Adã, & dixit ei: Vbi es? Qui ait. Vocem tuam Domine, audiui in Paradiſo, & timui eo quòd nudus eſſem; et abſcondi me. Cui dominus. Quis enim indicauit tibi, quòd nudus eſſes; niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?

Pauca de his. Ambulans Deus in Paradiſo, ſeu voluptatis horto, ſub duplici exprimitur noĩe: alterum eſt IEHOVAH, reliquum Elohim. Et licet ſermo poſſet eſſe tropicus, ſimpliciter tñ ſumptus, vt meo ſumendus videtur iudicio, humanam indicat formã, cum hoĩ ambulare proprium ſit. Vox eius, etſi non explicatur, vtriq; (ni fallor) conſentiebat nomini: ergo, & vt iudicis, & vt clementiæ fontis oceaniq;, vox extitit. Quare & talis, ꝙ etſi timorem incuſſit, ad deſperandum tñ non vrſit, impulituè. Ergo, vox fuit euangelica, quæ etſi terret, iram (vt docet Paulus) reuelando de cœlo, mulcet nihilominus, inculcando fauorem, ac beneficium CHRISTI. Abſconſio Prothoparentum, in medio ſiue in interioribus ligni, hoc eſt, lignorum, linguæ ſanctæ cõſuetudine, quæ erant in horto, non mediocris ſtultitia fuit, cum non aduerterent nihil latere Deum: Id tñ peccatum protulit, multis aliis cum tenebris, ac ignorantiis. Vocauit illum Dñs Deus, vt rationẽ abſconſionis afferens, vrgeretur ad delicti notitiam, & ob id ad reſipiſcentiam. H Rom. 1.

Quarta

A *Quarta portio, ex tertio capite.*

*DIxitq; Adam. mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi. Et dixit Domi
nus Deus, ad mulierem: quare hoc feciſti? Quæ reſpõdit. Serpens decepit me & comedi. Et Do
minus ad ſerpentem. Quia feciſti hoc maledictus eris, inter omnia animantia & beſtias terræ.
Super pectus tuum gradieris, & terram comedes, cunctu diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam,
inter te & mulierem; ſemen tuum, & ſemen illius. Ipſum conteret caput tuum, et tu inſidiabe
ris calcaneo eius. Mulieri quoque dixit. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, et
ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi. Adæ vero dixit. Quia audiſti uocem vxoris tuæ, & comediſti
de ligno, de quo præceperã tibi, ne comederes; maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea omnibus
diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi; & comedes herbas terræ: In ſudore vultus, tui veſceris pa
ne tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es; quia puluis es, et in puluerẽ reuerteris. Et vocauit Adam,
nomen vxoris ſuæ, Eua: eò quòd mater eſſet cunctorum viuentium.*

Nec iſta multis egent Nota de pœna ſerpentis, ꝙ etſi, bruto illi ac reptili, quodam valeat aſcri
bi pacto; vt quod p̃ reliquis execramur aĩantibus, non modo quia virulẽtum, ſed & quia vt orga- Pœna ſerpẽti Iſlicta & quo pacto gradif ſuper pedes.
B num à Sathana, vt laberemur aſſumptum, cum nec diſſonet exhorrere, nedum authorẽ mali, ſed
& ꝑ quod, inuheitur medium; directè tñ ꝓnũciatur, in Sathanã, qui per illud, vt dictũ eſt ſerpſit.
Et quadrat, qm̃ etſi natura, nedum omnia excedit aĩantia, ſed & quoſuis pręſtãtiſſimos hoĩes,
peccato tñ, ſic apoſtatauit a Deo, vt nõ modo diuina ſit fœlicitate priuatus, ſed & incapax illius,
ſit non iniuria, redditus: ergo & meritò, computãdus cum brutis, natura fœlicitate expertibus: er
go & ritè, cum illis confertur, & nõ raró, eorũ inſinuatur vocibus: quin & ꝓpter peccatũ; quod
primis ſuggeſsit parentibus præ illis multo execrabilior, redditus eſt. Graditur, Dei iudicio, ſuper
pectus, quod ſua eſt mens, ſi non fallor: in qua, nunquam non viget, quod iniq;, haud longè, à
ſua creatione p̃ſumpſit: nũquam non ardet, illa deteſtanda cupido, eleuãdi ſe ſuper aſtra, ſoliũq;
rapiẽdi Altiſsimi: in quibus nedum verſatur aſsiduè, ſed ſemper ſerpit, mouetq; ſeſe: vt ſiquo mo
do, tandẽ, fiat & voti compos. Ergo ſupra pectus ꝓgredi, eſt in prioribus volui & reuolui auſibus
& concupiſcentiis: eas ſecum trahere, premere, ſuper illis incumbere, & illis quouis loci ſemper
affici & incendi. Et tñ, tm̃ abeſt, vt ex illis quippiam conſequatur frugis, vel aliquid capiat reſri-
gerij: ꝙ in mundo cogitur infimorum puluere paſci, idq; non breui, ſed ſemper, haud ſecus, ac
vermes, qui in viſceribus verſantur terræ, illaq, ſe iugiter nutriunt.
C Quod, ſi ſimpliciter intelligitur, vt diuina credatur vltione, terræ ſordibus, ad veſcẽdum, hoc Quid puluere veſci oĩb⁹ diebus ſuis.
eſt, vt ſuas expleat concupiſcẽtias, in his obuerſando; & vltra fortè, q̃ vellet, delectãdo potiẽdoq;,
iniunctum eſſe ſathanæ; haud dubium, q̃ rectum æquumq; iudicium Dei, vt qui ſuis pręſumpſit
viribus frui diuinis, beariq; (vt tradunt) propria facultate, vix ſaturari, terræ valeat excrementis;
idq; non ſolum dũ ſuper terrã repit, ſed & poſtquam in ꝓfundiorem conijcietur tartarũ; in quo,
non modo excremẽta excipienda ſunt terræ, ſed & oĩum corporum immunditiæ, vt in ſterquil-
linio, earumq; peraptiſsima coacla, ne ei ſuisq; aſſeclis, aſsiduũ deſit alimentum, eſcaq; ſuis meri
tis q̃ accõmoda (nã haud mirũ, illis ac igni, ſic ſunt ꝑpetuo alligãdi, ꝙ ab earũ, tum cõſideratio-
ne, tum deteſtatione, nequibunt quouis pacto diuertere; quod indubiè illis eſt, nedum tropice
veſci, ſed & inuite cibo q̃ abominabili, nunquam non ingurgitari:) Verùm, ſi terræ puluis, vt in
ſcripturis, intelligãtur ſceleſti impiiq; (de quibus, erũt impii vt puluis, glumauè ante faciẽ vẽti,)
Pſal. 1. Pſal. 71. res eſt ꝑſpicua, cum ſcriptum ſit de Sathana eiuſq; ſatellitio, ꝙ terrã lingent, & puluerẽ edent vt
Mich. 7. ſerpẽtes; quin & totius execrationis Sathanæ, eſt apertior ſenſus: Siquidẽ impiis, nõ tã paſtus q̃ in
gurgitatus hoĩbus; nec ille q̃ſita potitur voluptate, nec iſti, à ſua quouis pacto releuãtur miſeria;
nã graditur ſuꝑ pectus, & ꝑ hoc, velit nolit, attractum cibũ, ſecũ trahit: ergo & impios nunquam
D nõ opprimit. Nec præſenti tm̃ tpe, ſed & maximè in futuro, idq; ſine fine. Quod inter illum, ac
mulierẽ, attinet inimicitiam: itẽ & ſemen eius, & ſemẽ iſtius; ſatis excuſſum eſt ſupra. Et quod de
pœna ſubditur Euæ, eiuſq; viri Adam, nempe perſpicuum, iure diſsimulari congruum eſt.

Quinta portio, ex tertio capite.

*FEcit quoq; Dominus Deus, Adæ & vxori eius, tunicas pelliceas, et induit eos; & ait. Ecce
Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt, bonũ ſciẽs & malũ. Nunc, ne forte mittat manũ ſuam,
et ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternũ. Emiſit eum Dominus Deus: de
Paradiſo voluptatis, vt operaretur terrã, de qua ſumptus eſt. Eiecitq; Adã, & collocauit, ante
Paradiſum voluptatis Cherubin, et flãmeũ gladiũ, atq; verſatile: ad cuſtodiẽdã viã ligni vitæ.*

In his

In his aliqua ſunt obſcura. Et primũ eſt de indumentis, ex pellibus; an mox ſcilicet diuina fue- E
Quid ſit primos patres indutos fuiſſe pellibus. rint poteſtate producta, an ab aĩalibus ſtatim detracta. Illud nihil habet abſurdi, cum Deo, nulla
res ſit difficilis: iſtud patitur oppoſitionẽ, cum eo pro tempore, non eſſent aĩalia, niſi ad prolem in
ſtituta. At forte ſubeſt tropus; vt nec aliud ſit, illos Dñm induiſſe, q̃ illis pelliceas veſtes, nõ ab re,
opportunas demõſtraſſe; tũ quia facti mortales, tũ quia brutis redditi ſimiles, quibus & ni fallor,
opportunè ſunt vſi. Secundum eſt, de Dñi verbis (ecce Adã, quaſi vnus ex nobis) nam licet iro-
nia ſit; ſunt tñ, qui collationem putant eſſe, cum Angelis: ſed forte extitit, cum Vnigenito Dei,
æterna definitione, natura noſtra veſtito. Cum enim Adam fuerit forma futuri, idq; è diuerſo, Rom. 5.
miraq; antitheſi: palàm q̃ eleganter ironia conſentiat. Tertium eſt de verbis adiunctis (nunc,
ne fortè, mittat manum, &c) qm̃ etſi in illis apparet eclypſis, & rite ſineq; controuerſia, certa eſt
ſubintelligẽda prouiſio; ſunt tñ qui credunt illũ humano more locutum, vt ſolent, cũ res in peri
culo eſt: ſed mihi placet, Dei in hoc bonitatem ſuſpicere, qui ideo prouidẽdum conſtituit, ne vi-
tam, in quã miſer degenerarat, perpetuò retineret; quippe quæ innumeris eſt ſubiecta miſeriis,
& ter ſexcentis ærumnis. Quartum eſt, de cuſtodia Paradiſi, eo q; Cherubini (nam pluralis eſt
Quid Cherubini, & quid flãmeus gladius. numerus) & flammeus gladius, intelligi valent, vel vt ſonant, vel quopiam ſub tropo. Et meæ cõ
ſonat imbecillitati, hæc introduci, vt conſtet, tum Adę, tum poſteris penitus interdictum, eũ ad F
ſtatum poſſe reuerti, minusq; dum hic agit, illis quibus eo in loco, frui poſſe delitiis; idq; nec fa-
ctum temere, non iniuria, ſed ſumma plenaq; Dei, ſapientia, quod indicãt Cherubini: ſummaq;
& ardenti iuſtitia, quod flammeus protendit gladius. Sed iudicium ſit, nedum penes Eccleſiam,
ſed & penes peritiores nobis, quibus & in reliquis lubens ſubſcribo.

Nonnulla, huius capitis ſacramenta.

Licet quæuis portio, ſuũ habeat ſacramentum; non tñ niſi in tribus, hisq; poſtremis,
aliquod attentabimus. Ergo, Deambulatio Dei, & præſertim in forma, vt diceba-
tur, humana, cura eſt & ſolicitudo, tum prouidentiæ, tũ ſapientiæ CHRISTI; quæ Sap. 7.
à fine ad finẽ, oĩa attingit fortiter, & diſponit vniuerſa ſuauiter. Et ea maximè qua
delitiarum perambulat hortum, hoc eſt electum (vt præmiſſum eſt) cœtum; & præ
ſertim cum ad captandam perambulat auram, hoc eſt, vt refrigeretur in eis, cuius & delitiæ ſunt prou. 8.
verſari cum illis; & potiſsimùm poſt meridiem; hoc eſt, poſtquam ſurrexit à mortuis, ſedetq; ad
dexteram Patris, nedum plenus gratia & veritate, ſed & tanto fulgore gloriæ, vt Solẽ ſuperet in
virtute ſua. Siquidẽ, & crucẽ & mortẽ paſſus eſt in meridie, cum circa nonam horam ſpm̃ tradide G Mat. 27.
rit Patri: & Sponſa ad illum ſuſpirans, quo in cruce obdormiuit, recubitum, indica, flagitauerit, Mat. 14.
mihi; vbi paſcas, indica vbi cubes in meridie. Vox quã audiuit Adamus, vox, ni fallor, extitit euã Can. 1.
Vox ad Adamũ vox euangelica eſt per Apoſtolos. gelica, qua tunc ſuis locutus eſt in Apoſtolis ſuisq; miniſtris, qui & legatione, vt ſcriptũ eſt, fun- 2. Cor. 5.
gebantur pro eo. Et in Paulo quã maximè, & cum & ipſe dicat, q; in ſe loquebatur CHRISTVS 2. Cor. 13.
& CHRISTVS, q; illum vas fecerit electionis, vt ſuum perferret nomen, tum coram Regibus, tũ Acto. 9.
coram populis, ac filiis Iſrael. Ergo non obſcurum, quid ſonaret, quiduè exprimeret, nempe mũ
di reconciliationem cum Deo, & impartitionẽ, profuſionemq; iuſtitiæ CHRISTI: nã ita electio
nis vas. Deus erat in CHRISTO (& pſertim dum pateretur ꝓ nobis) mundum reconciliãs ſibi; po 2. Cor. 5.
ſuitq; verbum recõciliationis, in nobis. Quare, rogamus (vt ſubdit Apoſtolus) & vrgemus: Recõ-
ciliamini Deo; ppterea q; eum, qui peccatũ nõ fecit, pro nobis peccatũ fecit (dum ꝓ noſtris illum
placuit immolari peccatis) vt Dei iuſtitia euaderemus in eo. Duo ergo, ea complectebatur vox,
quæ & Dñs, ſuo cum orſus eſt munere fungi, non tacuit, ſed & detexit peſpicuè: pœnitẽtiam in-
quam agite, quæ indubiè reconciliationẽ continet, & Euangelio credite quod eſt ex CHRISTO
pẽdère crucifixo, noſtrisq; pro delictis immolato. Nã ſi in hoc potior non conſiſteret Euangelij H Mar. 1.
portio, non teſtaretur Paulus, ſe Corinthios Euangelium docuiſſe, cũ CHRISTVM docuit mõr 1. Cor. 15.
tuum eſſe pro eis. Sed de abſconſione Adę.

Adam, cum ſit homo vetus, carneus & aĩalis (nam cum eſſet in honore non intellexit: compa Pſal. 48.
ratus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis) & per hoc, quæ ſpiritus ſunt non ſapiens, euãgelio au- 1. Cor. 3.
ribus externis audito, haud mirum ſi ſe ab illo ſubduxit, & actus corruptæ carnis iudicio, ſe auer
tit abſconditq;. Adam inquam, ſuis in membris, filiis & poſteris, & per hoc in carnalibus, & belui
nis hominibus, vt ſunt oẽs antequã refinganturin CHRISTO. Subtrahunt hi, ab Euangelio, ſe-
ſe; qm̃ cum duabus diſpartiti ſint claſsibus, altera Iudæorum, & reliqua Gẽtium; dubium nõ eſt,
q; neutri fauſtum prima reputabatur facie, nulliq; erat acceptum, vt quod illis ducebatur ſcan-
dalum & iſtis inſignis extremaq; ſtultitia. Præter sd, q; licet, vel ex parte ſe deprehenderẽt nudos 1. Cor. 1.
turpesq;

A turpesq;,ſatis tñ ſibi exiſtimabât eſſe conſultum,tum ſęminalibus ex foliis contextis, tum lignis arbuſculiſuè,in horti interioribus, complantatis. Siquidẽ Iudæi,mirũ in modum ſuis deferebât ritibus,ſuiſq; compoſitis ceremoniis;item & Patribus Deo nedum acceptis,ſed(veluti ſelecta ligna auguſtæq; plantę,in medio,in intimiſq; electorum cętus)diſpoſitis;vt illis verenda tegerent, & iſtis ſuppetias implorarent: Et notum eſt,nec folia nec arbuſcula defuiſſe gentibus,cũ pro illis externa morũ reluceret honeſtas,& pro iſtis tum auctæ,tum cultæ in animi penetralibus,humanæ virtutes,quibus & nuditatem putabant honeſtare,& coram quocunq; volueris tribunalium inculpatè ſubſiſtere. Ergo vt Adamo,vt hoïbus inquam mundi huius; Euangelium proſit, non ſatis eſt quæuis externa vocatio,ſed & interna eſt opus,& ea quidem tam valida,vt cor, non ſolum attingat,ſed moueat;quin & aures referet, vt Purpurariæ factum eſt,& eo robore & fauore vt licet, nonnunquam noſtra pro imbecillitate aliquid excuſemus, prorſus tamen non contradicamus: Quod & Dominus fecit,cum ſubdit.

Homo ſuam nuditatem agnoſcẽs ſine gratia inaniá venatur,reme dia.

Acto.16.
Eſa.150.

Adam,Vbi es? De Vocatione non modo ad Epheſios,ſed & in ſuperioribus dictum eſt ſatis: quare pluribus non eſt opus. Expendenda itaq; Dei verba. Adam inquit. Cum ſonet ea vox,terreum rubeumq;,eò ꝙ prothoplaſtes,de terra, vt dicitur, fictus eſt rubea,præſagium ni fallor, ſui

B lapſus(nam is color nonnunquam ſolet denotare peccatũ: vt Eſaiæ 1. Si fuerint vt coccinum peccata veſtra,dealbabuntur vt nix: etſi vt vermiculus extiterint rubra,haud ſecus alba erũt ac lana) valuit per illam ad humilitatem non leuiter perurgeri,& ob id & ad veniá non mediocriter præparari. Quod ſequitur, Vbi es? vtroq; valet intelligi pacto: altero vt excitet confidentiá;reliquo vt vrgeat peccati iacturam. Si illud probas,eſt ac ſi dicat. Cur Lutum fugiet figulum,aut miſer ad

Rom.9. fontem trepidabit clemẽtiæ? Nonne ſubeſt figulo, lutum quod in vas formatũ eſt contumeliæ, in vas refingere gloriæ? Quòd ſi propriũ mihi eſt miſereri ac parcere;indubiè oblectabit maximè,releuare miſeros,reddere libertatẽ captiuis,euangelizare confractis,& indulgere peccatoribus. Et licet vtrunq; procedat,licet ambo euangelio conſonent(aliàs,non rogarent Apoſtoli,

Luc.4.
2.Cor.5.
Rom.1.

reconciliamini: Deo;nec vas doceret electionis,iram Dei in euangelio,ſuper iniuſtitiam reuelari de cœlo)poſtremum tñ,magis in pręſenti conſentit,& carnalibus,ſi non fallor, eſt vt plurimum opportunius. Ergo vrget his,ꝗ miſer, ꝗuè exitialis ſit ſtatus peccati, vultq; id nedũ ſolerter

Vox Dei terrens peccatori opportuna

Pſal.17. diſcuti,ſed & acriter deteſtari;quin & in hoc vehementius angi, ac inferni doloribus premi. Et licet in aliquibus,Dei vis id mox operetur,vt plurimum tamen tanta non adeſt vbertate,vt prorſus carnis iudicium obmuteſcat;quod in præſenti difficile non eſt aduertere.

C Reſpondit. Vocem tuam audiui,& quia dedecus meæ perſpexi nuditatis, latère curaui. Leuis prætextus,ſed ſi ex filiali proficiſceretur timore,non foret malus ſed rectus, Verum cum mox ligni eſum excuſet,nec modo in coniugem,ſed & in Deum quodam reiiciat pacto; haud dubium

1.Ioan.4.
Ioan.17.

ꝙ timore dimanauit ſeruili,qui nõ eſt in charitate, etſi cõi,vt videtur lege,antecedit eam. Sed de ſacramento. Tunc cœperunt hoïes internè vocari vrgeriq;, cũ ſancti Spũs opera cœperunt argui conuinciuè de peccato, iuſtitia & iudicio, ſicut & promiſerat CHRISTVS. De peccato quidem nedum contracto,ſed admiſſo: illud incurritur ex origine carnis,hoc ex tranſgreſsione legi: arguit mũdũ de peccato,vt ꝗ hoïes ſine fide reperit CHRISTI, qua illi coniuncti inſitiq;,diuina ſo-

Ioan.1. uemur gratia,& agni,ꝗ mũdi peccata tulit,impartimur beneficio. De iuſtitia vero, hoc eſt,non præſtita;tũ ſatisfactione,tum debiti ſolutione(vt qui Deo,ſine CHRISTO indubiè ſoluendo nõ ſumus)Quare & Dei vnigenitum pro mũdi oportuit immolari peccatis,ſicut & factũ eſt,cũ iam re peracta,ad Patrem aſcenderit,vt ſuo tribunali pro eorum ꝗ digni fuerint,ſuffragetur debitis. De iudicio aũt,quia niſi deſciſcamus à Sathana,illumq; abiuremus in oïbus, ipſius(qui iam condemnatus,eſt)ſine controuerſia, ſortem incurrimus. De his inquam,conuincit,quia neminem

Pſal.13.
Rom.3.

D bonum facientem inuenit,neminem, vt prædictum fuit, vſque ad vnum; vt omnę tandem obſtrueretur os,& totus Deo ſubiiceretur mundus,indubiè perſuaſus, quòd egebat gloria & gratia CHRISTI, vt Apòſtolus docet. Quid ergo? Fatebantur conuicti ſe peccatores: fatebantur non poſſe ſe ſatisfacere Deo: fatebantur ſe iure plectendos, & cum ſathana, cui ſubſcripſerant, condemnandos;at id humano corruptoque contendebant excuſare iudicio, cauſantes ſe fuiſſe

Carnalium hoïum excuſatio, ſed vana.

Acto.14.
Gal.3.

nudos,hoc eſt,Dei fuiſſe deſtitutos gratia,fauoreque(nam & gentes,ſuas permiſerat progredi vias;& Iudæi per legem,quam ſine gratia explere non poterát,erant maledicto ſubiecti,ſicut & Apoſtolus tradit)Sed vana eſt excuſatio;eo ꝙ ſi Dei deſtituti ſunt gratia,ſua deſtituti ſunt culpa, vt qui non ſolũ carni indulſerũt & ſanguini,ſed & illis obediuerunt in concupiſcentiis. Nec excuſat ꝙ carnem habuerũt ſociam(nam per coniugem,carnem nonnũquam Auguſtinus intelligit)quoniam nõ propterea debuit eſſe conſultrix,minuſq; cui auſcultaret,domina,& pręſertim

contra

contra domini verbum,mandatumq́;,Sed percurramus,quod ſupereſt. E
Excuſat mulier,& crimen vertit in Sathanam: ergo diuina eſt audiēda ſententia. Dei in Satha
nam fuit excuſſum iudicium,non ſolum vt à Deo apoſtatauit, ſed vt & mulierem ſeduxit: illud
in expoſitione prima,iſtud in poſtrema. Ergo cum dictum eſt, quòd quia fecit rem hanc, erit
maledictus,cum his quę ſubiungit;intelligendum eſt,quòd etſi ex apoſtaſia à Deo,haud iniuria
computatus eſt inter aīalia,vt & mente reuoluat,quæ non ſine inconſideratione arſit præſum-
pſitq́;,tñ ex ſeductione mulieris,& viri per mulierem deprauatione,in hoc condemnatus eſt, vt
nedum ad nauſeam vſq́;,veſci debeat peccatoribus reprobisq́;, ſed & ſecum illos ſemper trahat,
eosq́ ſemper premat,& vnà cum illis ſemetipſum affligat;præter mulieris inimicitiam, bellumq́,
iuge inter ſuum & illius ſemen;de quibus in præcedētibus ſatis. Quare hac aīaduerſione dimiſſa
pauca tam de mulieris,quam de viri perſtringēda ſunt pœna Dixit igitur dominus Euæ, ꝙ illius
multiplicarentur fœtus;ſicut & continuo comprobamus periculo Siquidem concupiſcentia car
nis,legis refricata præceptis,minisq́;,in plures & longè maiores prorumpit affectus,ſicut & Pau
lus teſtatur ad Romanos: nam adueniente mandato,vt inquit peccatum factum eſt inſolentuis, Cap.7.
& in omnem debacchatum eſt concupiſcentiam: nec mirum, cum nitamur in vetitum, cupia-
musq́; negata,vt experientia docet. F

Opportuna iuſtiſſimaq́; ſententia in Sathanam.

Et addit,ꝙ pareret cum dolore,vt quæ non libēter ſed inuitè,iuſtis inſeruiret operibus: & nō
raro ingēti cum difficultate,non occaſionatos,ſed rectos ederet fructus; qñquidem etſi ſub viri,
hoc eſt mentis redacta ſit poteſtate,eiq́; recta frequentiſsimè iubeat,illi tñ non paret niſi coactè,
diutino oppreſſa iugo. Dixit & Viro,quòd terra,nempe ſui corporis,erit maledictioni ſubiecta,
vt quæ non ſolum ad votū nō ſemper illi fauebit,ſed & optatis non rarò aduerſabitur (ſiquidem Sap.9.
corpus quod corrūpitur,aggrauat aīam,& deprimit terrena cogitatio ſenſum cogitantē multa)
quin & ſpinas tribulosq́; proferet,dū innumeris diſcruciabit morbis,& continuis afficiet impor
tunis neceſsitatibus Et vix niſi culta,aliquid dabit cōmodi: quin & in ſudore multo, poterit quis
veſci,tum ſapientiæ;tum ſcientiæ pane,qm̄ non niſi extremo cum labore, permiſſum eſt verita-
tem aſſequi,immo & ſine magna caligine,nequit attingi. Sed ad rem.

Pęna viro inflicta myſterio expoſita.

Pręconizātibus ergo Apoſtolis,Deiq́; miniſtris,& mundū,de peccato,iuſtitia,& iudicio con
uincētibus,poſtquā excuſationes eius apparuerūt inanes,monent hoīes,ne deſciſcāt à CHRISTI
fide,nō manū amoueāt ab aratro,nō reſpiciāt retro,licet inferbuerint,ſeq́; multiplicauerint con
cupiſcentiæ: qm̄ & id ſanctis,relictū eſt,ad exercitium. Monentur ne deiiciantur,ſi deprimit cor G
pus,ſi non niſi extremo cum labore,vix panis attingitur ſapientiæ,& intellectus: qm̄ & hæc, nō
tam multa ſunt tranſgreſsionis antiquæ,quàm ſtimulus,ad humiliandum ſe Deo & frugaliter co
gnoſcendum quid ſumus. Compertum tñ ſit omnibus,quod ſi noſtra cupimus honeſtare dede-
cora,vt veſtem induamur pelliceam: nempe illo ex agno acceptam,qui tollit peccata mundi: de Ioan.1.
qua re & Apoſtolus. Induimini dñm IESVM CHRISTVM: & carnis,curam, ne feceritis in deſi- Rom.13.
riis. Nec cruciemur,ſi eiecti ſumus,ex delitiarum horto: ſed ad illas ſuſpiremus ſupercœleſtes de
litias,quas CHRISTVS, nedum ſuis parauit electis,ſed & iam nonnullos, vt illis ſecum perpe-
tuo perfruantur,ad illas introduxit. Cui ſempiternus honor & gloria. Amen.

Quo pacto egemus veſte pellicea.

Explicit Sacræ Scripturæ Medulla. In qua de Archanis Chriſti
Myſteriis pertractatur,in quacunq́; mūdi ętate. Opus & doctum
& pium, nec minus laborioſum. Authore R.mo & erud.mo
Patre & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo H
ex ordine prædicatorum aſſumpto.

ENARRATIONES SEV TRACTATIONES XVIII, THEOLOGALES VARIÆ.

Quæ etſi Compendiariæ maximè tamen ſunt. Illuſtres: ſumma eruditione locupletes, & omnibus numeris abſolutiſſimæ.

Per R.mũ P. & D. Jacobum Naclantum Clugienſem Epiſcopum.

Harum titulos verſa indicabit pagina.

Ad R. P. Magistri Ferdinandi Galli Romani, Provinciis Orien

VENETIIS APVD LVCAM ANTONIVM IVNTAM. M D LXVII.

Ubm Assignavit Conventus S. Mariæ Gratiarum Albani

Ad Sanctiſſimum Pium V. tunc Cardinalem.

1 De exiſtentia, exiſtendiq́; modo CHRISTI corporis in Sacramento.
2 De Communione corporis & ſanguinis CHRISTI nobis præcepta.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Pighinum.
3 De ſummo Sacerdotio CHRISTI.
4 De Auguſtiſſimo Regno CHRISTI.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Tridentinum.
5 De Hierarchia Eccleſiaſtica.
6 De Epiſcoporum inſtitutione.
Ad Sanctiſſimum Iulium Tertium.
7 De Primatu Petri.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Gonzagam.
8 De Authoritate Papæ & Concilij.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Borromæum.
9 De Actis Concilij approbandis per Papam.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Vercellenſem.
10 De Sacroſanctis Indulgentijs.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Ceruinum.
11 De Epiſcoporum reſidentia.
Ad Reuerendiſſimos Patres in Concilio.
12 De Epiſcoporum reſidentia.
Ad Illuſtriſſimum & Reueren. Cardinalem Gonzagam.
13 De Iure diuino ex D. Thoma.
Ad Illuſtriſsimum & Reueren. Archiepiſcopum Cretenſem.
14 De Sacramento Matrimonij.
15 De Fauſtiſſimo Miſſæ Sacrificio.
Ad
16 De Irritandis Clandeſtinis.
Ad Reuerendiſsimum Epiſcopum Recanatenſem.
17 De Quibuſdam Quæſtionibus circa Arreptitios.
Ad Illuſtriſsimum & Reueren. Cardinalem Nauaierum.
18 De quadam Quæſtione circa montem Pietatis.

AD ILLVSTR.^mū AC REVER.^mū D. D. CARDINALEM ALEXANDRINVM *Sacræ Inquiſitionis Præſidentem.*

De exiſtentia exiſtendiq́; modo, quo Chriſti corpus, ſub ſpeciebus continetur panis, in Euchariſtiæ ſacramento, Enarratio, ſeu Tractatio compendiaria, ac perſpicua.

Per R.^mū P. & D. Jacòbum Naclantum Clugienſem Epiſcopum.

PRÆFATIO.

B

CVM res ſit perardua, excedatq́; in multis, captum humanum: dedimus operam, vt cum natura compendij, nil minus (quantum pro noſtra valuimus imbecillitate) rei ſeruaretur perſpicuitas. Quare duobus rem abſoluimus Theorematibus: perſuaſi nos poſſe tali pacto, vtrunque præſtare. Quod an ſimus aſſecuti (etſi ita credimus, iudicent alij, & peritiores maximè, Quos nunquam non ſuſpicimus, & ſemper cenſores habere deſideramus. prę̨ſertim verò Illuſtriſſimā & Reuerendiſs. D. veſtrā.

PRIMVM THEOREMA.

VERVM, Naturale, Integrum, Perfectum, utq; in cruce oblatum, ueraciter, req; ipſa, ſanctiſſimum CHRISTI *corpus, ex conſecrationis ui, ſub panis continetur accidentibus: Panis in illud tranſubſtantiata, ſiue prorſus conuerſa, ſubſtantia. Quare, haud mirum, ſi maximum Euchariſtia decernitur ſacramentum: & auguſtiſſimum ſacrificium.*

Explanatio.

C *Verum.* Nedum excludit fictitium, prout nonnulli (CHRISTI fuiſſe corpus) blaſphemarunt
hæretici; ſed & vmbraticum, prout vetus præſeferebat lex. Nam cum CHRISTVS, illius foret ſco
pus, finisq́;: hauddubium, q̄ omnia tendebant, ad eum. Ergo, non ſolum Neomeniæ, ſabbata, &
Col. 2. reliquæ cæremoniæ, vmbræ fuerant futurorum, quarum corpus, erat CHRISTVS: ſed & ſingu-
la legis verba, quin & elementa, & apices, illò ſpectaſſe, aliquando præſetulit Dominus.

Naturale. Diſtinctum eſt contra myſticum: quod CHRISTI Eccleſia eſt. Quādoquidem: etſi
1. Cor. 10. illud, vt rem prætendunt arcanam; non t̄n panis continent accidentia. Licet enim ea nō ſint pa- Accidentia
nis, quia tamen vim obtinent alimenti, nomenq́; nonnunquam ſortiuntur eius (Panis quem frā panis i ſacra-
gimus, communicatio corporis CHRISTI eſt) haud immeritò, ſi & myſticam panis, retinent ſi- mento myſti
gnificationem: nempè ſanctorum ſocietatem: Eo q̄ Auguſtino monente, non aliter, multis ex cè ſāctorum
populis, ſancta conflatur Eccleſia; quàm ex pluribus granis, etſi contuſis, noſter cōficiatur panis. ſocietas.
1. Cor. 10. Vnde & Apoſtolus. Vnus panis, multi ſumus: omnes inquam, qui de vno participamus pane.

Integrum. Hoc eſt, non ſolum ex omnibus conſtans membris, tam internè, quam externe, ad
humanum ſpectantibus corpus: ſed & ex omnibus partibus, óſſibus, neruis, muſculis, venis, hu-
moribus, arterijs, alijsq́; ad illius abſolutam conſtitutionem pertinentibus. Sicut enim horum
D nullum non aſſumpſit, nullumq́; pro nobis, non expoſuit: ita & nullū ab Euchariſtiæ ſacramen
to ſecluſit. Vt ſicut oīa tradidit in ſalutem, ita & omnia exponerentur in cibum: eoque pacto, &
per integrum corpus naturale, integrum & ſaluaretur, & paſceretur corpus Eccleſię.

Perfectum. Tum in ætate, q̄m in virili, tum in magnitudine, & proportione, cum in his omni-
bus fuerit numeris abſolutum: & demum in quibus vis, humani corporis accidentibus, vt qui
Cant. 5. ſpecioſus fuit, præ filijs hominum, & teſtimonio ſponſæ, candidus & immaculatus, electus ex mil
libus. Et quanquam abſolutio nunquā CHRISTI deſuerit corpori (quippè quod virtute pro-
ductum erat ſpiritus ſancti) potiſſimùm tamen, cum ſuam orſus eſt functionem, quin & cum proxi
mum erat, vt illud exponeret in holocauſtum. Vt eo pacto, corpus (quod in hoc, illi aptatum fuit
a Patre) tunc traderetur morti: cum maximè dignum reputaretur vita.

Vtque oblatum in cruce. Siquidem, cum hoc ſacramentum, in memoriam illius inſtitutum ſit

ſacrificij, quod in cruce CHRISTVS abſoluit pro nobis; haud immeritò, illius ſymbolum eſt. E
Quin, & cum in miſſa, denuò offeratur, modoque immolatitio (tam etſi incruentè) celebretur, pp quod, & ſeorſum, corpus cõſecratur & ſanguis: mirũ eſſe nõ debet, ſi ex pacto quodã, ſub illò contineatur reſpectu, aut illa, ſi malueris, ſub rõne. Verùm hac de re opportuno loco, diffuſius.

Chriſti corp' eſt in ſacramento p modum ſubſtantiæ.

Veraciter. Et ſi non apparenter: *Reque ipſa.* Non ſigno tantum, vel ficta accommodatione *continetur.* Non ſicut in loco (& ſi in loco ſunt, quibus tegitur, accidentia) cum ibi non ſit circumſcriptum, nec definitum. Non per modum quantitatis, cum ibi, non ſit modo diuiſibili (nam licet quantitas partiatur panis, quod tamen tegitur, non diuiditur corpus) ſed per modum ſubſtantiæ (nam & eius loco ſuccedit) at non corporeæ, cum ibi non ſit, modo extenſo, ſed ſpiritualis, cum ibi ſit, vt totum in toto, & totum in qualibet parte.

Sanctiſſimum CHRISTI *corpus.* Cum corpus CHRISTI corpus ſit hominis, nedum naturalẽ complectitur materiam, & corpoream formam; ſed & dimenſiones humanas, & organicas partes, quibus inſeruiatur animæ. Ergo, & multiuarijs diſponetur inſtrumentis: cum alijs, parti inſeruiendum ſit vegetali, alijs ſenſili, & alijs (cum opus eſt) intellectionis participi. Nec modo corpus eſt hominis, ſed hominis Dei: cum & Deus in CHRISTO habitet corporaliter. Ergo haud Col. 2.
mirum, ſi corpus eſt ſanctum, quin & ſanctiſſimum: quandoquidem illud, nedum Deo aſcriptũ F
eſt, in tabernaculum, vt Dilectus docet in Apocalypſi, aut in templum, vt idem refert in euange 21.
lio, quæ nemo probat, non eſſe ſancta, ſed & in propitiatorio, quod ſine cõtrouerſia erat ſanctiſ- Ioan. 2.
ſimum: cum & in illo, mundo ſibi reconciliato, nedum vbertim propitietur nobis, ſed & ſuum myſticum, indeſinenter ſanctificet corpus: quod eius, vt diximus, Eccleſia eſt.

Sub panis accidentibus. Et præſertim (cum aliorum cenſeatur baſis) ſub quãtitate. Nã reliqua, albedo, figura, ſapor, odor, grauitas, & ſiqua ſunt alia, licet ſuo velẽt cõtineãtq; pacto, CHRISTI corpus: id tamen: non niſi præuia præſtant quantitate: quæ & reliquis contento proximior eſt. Et quanquam ita ſit, haud tamen, vel a quantitate, vel a quouolueris afficitur (quin nec tãgitur) accidentium. Quæ etſi ſine ſubiecto ſunt, quantitas tamen, eam ſubſiſtentiæ nacta eſt vim; vt nõ ſolum ſibi ſit ſatis, ſed & reliquis fulcimentum præſtet.

Ex conſecrationis vi. Conſecratio, illis fit (vt dicendum eſt) verbis, Hoc eſt corpus meum. Et cũ exploratum ſit, ꝙ illud in ſacramentis efficitur, quod verbis ſignificatur: palam, ex illorum vi, illis ſub accidentibus, dũtaxat haberi corpus: verum quidem, & naturale, alijsq; cum conditionibus, prout & expoſitum eſt. Verùm quod ex vi, hoc in ſacramento, non trahitur cõſecrationis, G
ex vi infertur concomitantiæ: ergo cum modo, hoc conficitur ſacramentum, non tantum ſub accidẽtibus, quod declaratum eſt, excipitur corpus, ſed & anima ſimul, & ſanguis: quin & diuinitas, & Verbi perſona, omnibus cum theſauris, & cœleſtibus cornucopijs: cum hæc corpus, non ſolum non deſerant, ſed nec deſerere valeant.

Subſtãtia panis in ſacramento ex cõſecratione tranſubſtantiatur in corpus Chriſti.

Tranſubſtantiata, prorſusuè conuerſa, panis ſubſtantia: in corpus (vt dictum eſt) CHRISTI, Ergo panis (vt quidam ſunt opinati) non annihilatur ſubſtantia: non in vapores (vt credunt alij) prout & cibus à CHRISTO, poſt reſurrectionem ſumptus, reſoluitur, aut in materiã præiacentem, elemẽ Luc. 24.
tauè compartitur: minusq; (vt mentiuntur) eiſdem ſub accidentibus reſeruatur: ſed penitus, omniq; ex parte, in CHRISTI corpus, traijcitur conuertitq;. Non naturali cõuerſione, vt cibus in carnem, cum id ſine alteratione, non contingeret CHRISTI: nõ generatione phyſica, vt ignis generatur ex aere: quoniam in ea nullum inuenitur ſubiectum, nulla materia, ſub vtroq; remanens termino. Sed mira quadam, ac integra methamorphoſi; quæ & tranſubſtantiatio nuncupatur. In qua ſic tota panis ſubſtantia, totam in ſubſtantiam vertitur CHRISTI corporis: vt materia quidẽ, in materiam, forma in formã, & natura cõuertatur in naturam: dũmodo extra CHRISTI non vagemur, vt declaratum eſt, corpus: prout & ritè apud Thologos fit. H

Ergo haud mirum, ſi maximum Euchariſtia, decernitur ſacramentum. Si ſacramentum, ſacræ rei definitur ſignum, cuius & imaginem gerat, & cauſa exiſtat: perſpicuum eſt, quàm in præſentia conſonet. Siquidem panis accidentia, indicium ſunt, illius ſacratiſſimi cibi, qui viuus eſt panis: & vt vitam toti largiretur mundo, è cœlo deſcendit. Cuius, vt exactius, referrent imaginem; vim (vt diximus) corporei retinent alimenti. Et vt quod referunt præſtent efficacius, ſub ſe præſatum, reipſa continent cibum: vt quæ corpus continent CHRISTI, quod per ſe ſpiritum reficit, nutrit, vegetatq;: hìc quidem, per gratiam præſtando æternæ vitæ primitias, in patria verò per gloriam, vberrimas profundendo copias. Ergo prę omnibus, præſtantiſſimum eſt ſacramentum; cum reliqua, conferant quidem gratiam, hoc autem, Dominum omnis gratiæ: & illa quadam ſibi communicata virtute, hoc per Dominum omnipotentię.

Et

A *Et auguſtiſsimum ſacrificium.* Idq́; non tantum, quia ſacrificium eſt, nouæ legis, vnicũq; in Ec-
cleſia CHRISTI, in quibus omnia ſunt eximia: aut quia non ſecus ac pacifica hoſtia (in gratiarũ
offertur actiones, & vt holocauſtum, in noſtrorum expiationem criminum: ſed & quia in memo
riã illius offertur fęliciſſimi ſacrificij: ac ter abſolutiſſimi holocauſti, quod in cruce, ſemel eſt ob-
latum pro nobis. Qua de re dicendum ſuo loco. Hactenus explanatio.

Conſtitutio.

Baſis ac totius Theorematis fundamentum; non ſolum, vnanimis eſt, ſentẽtia Patrum, vt Cy-
priani, Cirilli, Ambroſij, Auguſtini, Chryſoſtomi, Damaſceni, & aliorum Eccleſiæ luminariũ:
non ſolum inniolabilis, nec ſemel habita generalium Cõciliorum definitio, vt Lateranẽſis, ſub
Innocentio tertio, Conſtantienſis, ſub Martino quinto, Florentini, ſub Engenio quarto, Tridẽ-
tini, ſub Iulio tertio, & longè prius Epheſini, ſub Cœleſtino primo: ſed & conſtantiſſima verba
Luc.10. CHRISTI. *Hoc eſt corpus meum: quod pro vobis tradetur*, vel *datur*, græcè: & *frangitur*: vt ſubdit
Apoſtolus. Quæ ni fallor, in hunc expendenda ſunt modum.

Primùm, duplex in illis, animaduertenda eſt vis: altera ſignificationis, reliqua efficaciæ. Illa
B in eis eſt ſuaptè natura, hæc ex virtute Dei, vel ex inſtitutione, ac ꝓlatione CHRISTI. Et vt ab
illa exordiamur, conſiderandum ꝙ etſi voces, à principio ſignificationem nactę ſunt ex arbitrio;
poſtquam tamen certa ſunt ſignificatione donatæ, illam ſuaptè præſeferũt natura. Ergo, vt pre-
miſſorum, genuinus eruatur ſenſus; ſingulum excutiendum eſt verbum.

Hoc, inquit. quod eſt oſtenſiuum ſubſtantiæ. Ergo cum ſit pronomen; illius eſt poſitum loco.
Et quia ſubſtantia, & quæ eſt corpus præſertim, corporeis tegitur accidentibus: liquet ꝙ ſubſtan-
tia in præſentia denotata, ſubſtantia eſt, panis accidentibus inuoluta.

Eſt. Quod natura, exprimit eſſe: etſi tranſlatè, idem aliquando ſit, quod ſignificat: vt cum ali- Eſt, licet quã-
quid eſt appoſitum, quod iure, à naturali ſignificatione diuertat: vt cum leo, vel agnus, vel vitis, que idem ſit
dicitur CHRISTVS. Quanquam etſi, ea animalia, vitisq́;, ſpirituali acciperentur ſenſu: fortè ꝙ quod ſignifi-
1. Cor. 10. ſingula erunt CHRISTVS, non tranſlatè, ſed propriè: nõ ſecus ac eo in loco. Petra erat CHRI- cat, natura
STVS. Siquidem, non de materiali, ſed de ſpũali, ſermo fit petra, vt planè verba docent Apo- tamen expri-
ſtoli. Bibebant inquit, de ſpirituali, quæ illos ſequebatũr petra. Ergo non quæuis petra, ſed ſpi- mit eſſe.
ritualis erat CHRISTVS, petra: quæ & Iſraelis filios, myſterio comitabatur per deſertum: prout
& ſacræ præſeferunt literæ.

C Ergo cum hoc in loco, nihil ſit, quod verbum in tranſlationem pertrahat: haud obſcurum,
Ioan. 6. quàm ineptè, quin & quàm impiè, hæretici rem detorqueant. Siquidem, non dictum eſt, Pa-
nis eſt corpus meum, quod tropo fortè, præſtare valuiſſet anſam, cum CHRISTVS, natura non
ſit materialis panis, etſi panis ſit viuus, qui de cœlo deſcendit; ſed hoc, dixit, eſt corpus, quod nul-
lum præbet tropo prætextum. De quo tropo, nõ eſt cur moremur: cum ſatis ſit exploratum quid
hoc loci ſignificet. Sequitur.

Quod traditur, vel *datur*, ſi placet. Vtrunq; verbum (cum tradi, dariq́;, immolari, hoc ſit in lo-
co) CHRISTI exprimit corpus, vt ſub panis continetur accidentibus, ratione, vimq́; habere ſa-
crificij. Et quia hoc in ſacramento, vt ſuo ſtatuendum eſt tempore, non ſolum ratio, viſq́; eſt ſa-
crificij, quia in memoriam fit immolationis crucis: ſed & quia CHRISTI corpus, & ſanguis, ſub
panis viniq́; contenta accidẽtibus, denuò immolãtur: tum in actionem, vt dictum eſt gratiarum,
tum in noſtrorum expiationem criminum: putandum eſt, eo verbo (ſiue datur, ſiue maius tradi-
1. Cor. 11. tur) vtranq; oblationem complecti. At de his opportunius.

Et frangitur: vt ſubdit Apoſtolus. Si fractio ad CHRISTI referatur corpus, prout in cruce: res
D eſt perſpicua, cum in illa fractæ ſint manus, & pedes. Si prout in altaris ſacramento; veritatem ha-
bet, ratione continentium accidentium, quando hoſtia in tres frãgitur partes. Verùm ſiquis ad-
uertat, ꝙ frangi, ſcripturæ phraſi, non rarò eſt diſtribui, ex hoc docebitur verbo; CHRISTI cor-
pus, tam in cruce, quam in altaris ſacramento, ita diuina ſapientia diſpenſari, vt per modum ſa-
crificij, conferat quidem, quibuſcunq; myſtici corporis membris, ſed ſingulis, iuxta propriam ra
tionem. Sed iam ſatis de ſignificatione, nunc pauca de virtute. Virt⁹ diuina

Quòd Diuina adſit virtus, verbis (vt vocant) ſacramentalibus, nemo eſt, qui non probet. Quę cũ ſit in om-
Auguſtinus inquit, tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & animam purget? Ergo & potiſſimum nibus uerbis
erit in verbis: quæ & forma ſunt, tam eximij, tamq́; auguſtiſſimi ſacramẽti. In quo, & memoria, ſacramenta-
pſal. 110. omnium Dei coaceruata eſt mirabilium: vt propheta teſtatur. Et quòd illis adſit, ex inſtitutione libus, maxi-
CHRISTI, nullus ibit inficias: q ex illo oĩa nouerit, tũ pẽdere, tũ vim nãciſci Eccleſię ſacramẽta. mè tñ in ver-
Et quanq̃ bis ſacramen
ti Euchari-
ſtiæ.

Et quanquam ſateamur, verba, de quibus ſermo, ea in prolatione, qua vſus eſt CHRISTVS in cœna, ſuam vim eſſe ſortita: quia tamen tranſeunt, dum proferuntur, verba; nullum dubium, ꝙ vt ſint valida, iuſtum eſt, ab eodem, hoc in myſterio repeti. Ergo, ſicut cum aliquis tingitur, CHRITVS, in miniſtro baptizat: ita & cum Sacerdos conſecrat, CHRISTVS per illum myſterium perficit. Quare, ſicut nō in ꝑſona propria, ſed CHRISTI vice baptizat miniſter: ita & in perſona CHRISTI, hoc celebrat ſacramentum ſacerdos. Vnde nec ſacerdotis, ſed CHRISTI, panis ſub accidentibus, recōditur corpus: haud ſecus, ac in nouiſſima cœna, cum inſtitutum, & Apoſtolis, hoc demandatum eſt ſacramentum. B

Matt. 26.

Et cum CHRISTO, nihil ſit impoſſibile, quippè qui, tum regit, tum agit omnia, ſuæ poteſtatis verbo; mirum non eſt, ſi illico, verbis prolatis, tranſubſtantiationis, de qua dictum eſt, myſterium ſit peractum, ac ſuum corpus, omnibus cum, quæ in eo ſunt, accidentibus, reddatur contētum. Siquidem inter plurima, quæ hoc in myſterio extant mirabilia, illud poteſt, ſi non fallor, haberi præcipuum: ꝙ panis ſubſtantia, ita in CHRISTI, quod in cœlis eſt, conuertitur corpus: ꝙ ab eo minimè diſcedens loco, præſens panis fit accidentibus. Nec modo præſens, ſed ita connexum, adeo agglutinatum, vt illis motis, oreq; corporeo ſumptis, in ſtomachūq; traiectis, vnà pariter, ſed (vt loquuntur) per accidens, & CHRISTI, quatenus ſub illis eſt, moueatur corpus, ſumatur, pariterq; traijciatur à nobis; eo tamen, ſecundum ꝙ in cœlo eſt, non dimoto, aut quouis pacto, ſuo è loco mutato. At quō hęc, ritè poſſint cōcipi: in ſequenti tētandū eſt Theoremate. F

SECVNDVM THEOREMA.

CHRISTI corpus, in cœlo, (etſi glorioſum) per modum eſt, quanti, locati, ac circūſcripti: ergo & tali pacto, in diuerſis eſſe nequit mundi plagis, aut cœli differentijs: quin & cum aliquem accedit locum, priorem neceſſariò derelinquit.

At ſub panis accidentibus (tam etſi glorioſum) per modum eſt, vt dicebatur ſubſtantiæ, & per hoc, nec ſicut in loco, nec circūſcriptè: quare & in tali exiſtendi modo, qui ideò ſacramentalis dicitur, quia ſibi proprius, vt eſt in ſacramento, ei non repugnat, quin & conſentit, vt pluribus adſit locis, ſicut & ſimul, in diuerſis inuenitur altaribus.

Explanatio.

CHRISTI *corpus, in cœlo, per modum eſt quanti, locati, ac circumſcripti.* Licet glorioſum hominis corpus, pluribus, hiſq; inſignibus potiatur priuilegijs: nempè, quia immenſa perfunditur luce, (iuſti enim fulgebunt, vt Sol) ſumma donatur dexteritate, (ſiquidem, vt ſcintillæ, in arundineto diſcurrent) fruitur immortalitate perpetua (nam fugiet, & mors & dolor ab eo) & demum, tam eximio ſpiritus, locupletatur dono (quod enim ſeminatum eſt animale, reſurget ſpirituale) ꝙ licet ſeruet carnem & oſſa, licet molis non exuat quantitatem, licet non tam retineat, quam & iocundiores accipiat colores cutis: ſpiritu tamen, tum viuit, tum agitur, haud oſſium grauatum onere, minuſq; carnis actum illecebris: Quin & eo valet, corpora, quantumuis duriſſima penetrare: & ob id, ſimul, ac in eodem loco, vnam et circumſcriptione finiri. Et tādem, ſuo fas eſt pro arbitrio, ſaltem mortalium oculis, modo ſe uiſibile, modo vero reddere inuiſibile. Licet inquā glorioſum hominis corpus, his, alijſq; ſit donatum muneribus: ſuis tamen, cum non deſeratur dimenſionibus, haud dubium, ꝙ nec ad locum deſeritur, circūſcriptionis reſpectu: propter quod & ſimul, in pluribus ſibi adęquatis locis, credimus localiter inueniri non poſſe. G

Corporis glorioſi inſignia priuilegia.

Matth. 13. Sap. 1. Eſa. 15. 1. Cor. 15.

CHRISTI quoque corpus glorioſum, tam etſi eo præſtantius, eoq; locupletius præfatis exuberet donis, quo caput iure pręponitur membris, & filius naturalis, filijs adoptionis, quin & corpus hominis Dei, corpori hominis ſimplicis: quia tamen nec ipſum ſua deſtituitur quantitate & propterea, nec qua locetur habitudine, qua nedum aptum eſt, proprio & adæquato contineri loco, ſed & in eo configurari, ac circūſcribi, ſicut & modo inuenitur in cœlo: creditur & ipſum in pluribus ſimul, proprijs, & adæquatis locis, nunquam circūſcribi, locariuè, quin nec poſſe ſimul locari, uel circūſcribi. Non inquam poſſe: non quia id præſtare, Diuina nequeat omnipotentia, cum certiores ſimus, longè plura lōgeq; maiora valere, quàm creata mens valeat exiſtimare: ſed quia potentiam ſuperat ordinariam, & nihil in ſcripturis, ad hoc reperitur aſtringēs. Licet enim CHRISTI corpus, ſimul in cœlo ſit circūſcriptum, & ſub panis accidentibus obuolutum: in cęlo tū eſt ſolū vt in loco, & in altari, nō niſi, vt in ſacramento, & ob id lōgè alia, lōgeq; diuerſa rōne. H

Sed hæres, quo pacto, tum hominis beati, tum CHRISTI Domini corpus circūſcribi poſſit, in cœlo: cum ibi nullum videatur ambiens, nullū corpus circūſcribens. Sed dico: ꝙ & ſi quęſtio ſit impertinens, qñquidē ſiue circūſcribaē de facto, ſiue non de facto, in cęlo deficiēte, quod circūambiat

cūambiat

A cūambiat,corpore:vna eadēq; in præſenti ratio eſt,cum ſatis ſit intento, ſi in cœlo, tali ſit pacto, Chri & Beatorū corpora an circūſcribentur in cœlo & quo.
ac ſi foret circūſcriptum in loco. Verùm fortaſſe non diſſonat,tum CHRISTI, tum eorum qui
cęleſtem incolent regionem,corpora,non futura in vacuo,ſed in pleno (ſiquidem in cœlo laus
eſt futura vocalis,& indubiè,beati ſunt viſuri ſeſe corporeis oculis,q̄ haud dubium in vacuo non
contingere)& ob hoc in ambiēte ſe corpore:tā etſi,nō aereo, ſed ni fallor, aeri ꝓportionali,licet
longè eminētioris naturæ,q̄m quintæ(vt loquuntur)eſſentiæ.Et fortè,eum in modū,quo quidā
inter cœlum,& cœlum, & maximè planetarum(ne ob exorbitātiā,vt cēſebant, Epicicli, inter ea
depꝛēderetur vacuum)opinati ſunt intercedere corpꝰ:vel illius cōditionis,cuius Plato,corpus tri
buebat dęmoni:vel vt Alcumiſtæ ſtatuūt,cū de rerū,& maximè mineraliū,loquuntur hypoſtaſi.

Quare,& in diuerſis,tali ſumptum pacto,nequit eſſe mundi regionibus,plagiſuè. Si corpus,aliquo in lo
co circūſcriptum,vt cōcedat aliò,opus eſt vt à priori dimoueat ſeſe, ſicut & mox Theorema ſub-
iūgit:palam ꝙ localiter,ſimul eſſe nequit in cœlo,& terrea regione,aut in orientali, & occiden
tali plaga:quin nec in duobus,ſibi(vt dicebatur)proprijs,& adæquatis locis. Ergo etſi CHRISTI
corpus,vt in loco,ſemper moraretur in cœlo: non tamen credendum eſt, ꝙ in vna eádemq; ſem
per conſiſteret parte.Quanquam & quocunq; pergeret,ſicut nunquam ſua deſtitueretur gloria,
B nunquam & conſeſſu in dextera Patris: ita nec beatarum chiliadibus deſereretur mentium, aut
ſanctorum,qui cum eo degunt,cateruis & copijs.

At ſub panis accidentibus (cum ibi ſit per modum ſubſtantiæ) non eſt ſicut in loco, nec circumſcriptè.
Hęc etſi ſatis videntur excuſſa,et ſi ſubſtantiæ modus ſufficienter expreſſus:quia tamen, vt foret
res,captu facilior,ad incorporeā, ſubſtantiā eſt reſtricta;lubet modo,& de ſubſtantia, quatenus
eſt ſubſtantia,rē apire.Tradit ſeptimo Sapiētiæ Ariſtoteles,ſubſtantiā,in eo ꝙ ſubſtantia ſua ꝑcę
dere accidētia:idq; nedum natura,ſed tpe.Nam cum ab accidentibus nōdependeat,eā(quatenus
ſubſtātia)nil prohibet,ſine illis fore.Ergo & corporea, ſuam (vt ſubſtātia ꝓueniet q̄titatē: ergo,
illa in ꝓuētione, non erit extēſa: ergo nec diuiſionis particeps. Ergo ſi tali,ſub panis accidētibus
percipiatur pacto: nulli dubium , ꝙ vt tota concipietur in toto,& vt tota in qualibet parte.

Siquidem cum ſub illis ſit,non vt pūctum,quod poſitionem habet,ſed vt vnitas potius , in re
vna,quæ poſitionis eſt expers:palam,ꝙ illi , nō magis totum erit aſſignandum,quam pars:& in-
ter partes,non magis vna,quàm alia,aut iſta quam illa. Ergo,ſicut in re,quæ dicitur vna , vnitas
(cum eſt integra)eſt tota in toto,& cum eſt diuiſa,tota eſt in qualibet(nam & quælibet vna eſt)
C parte:ita & CHRISTI corpus in hoſtia(cum integra eſt)conſecrata,eſt totum in tota, & cum il-
la diuiditur,totum eſt,in qualibet diuiſa parte. Quanquam haud paruum,reſtat diſcrimen: eo ꝙ
in partibus rei diuiſis,quot partes ſunt , tot vnitates in eis: at in partibus hoſtiæ ſeparatis , & ſi in
ſingulis,integrū eſt, CHRISTI corpus,nō tn̄ plura ſunt corpora, ſed vnicū CHRISTI corpus.

*Quare,& in eo exiſtendi modo,qui ideo dicitur ſacramentalis , quia illi proprius , ſecundum quòd eſt in ſa-
cramento.* Si rei modi,eo ꝙ poſteriores re,rei(vt dicunt) non mutant ſubſtantiam : nec exiſtendi
modus,naturam mutabit exiſtentiæ. Ergo CHRISTI corpus,idem erit in ſubſtantia,idem & in
exiſtentia,ſiue ſit in cœlo,ſiue ſub accidentibus panis. tam etſi ibi ſit vno modo,& hic alio,& di-
uerſo.Siquidem,in cœlo eſt,vt non ſemel diximus,modo locali,cum ibi actu , reſpectum ſortia-
tur ad locum:ſub panis accidentibus,modo eſt ſacramētali , quia actu reſpectum habet ad ſacra-
mentum:Qui reſpectus,& ſi illum exiſtendi ſequitur modum , aliud tamen videtur ab eo . Et vt
fiat,vt poteſt,illuſtris:hunc concipiatur in pactum.

Siquidem,naturam non habet reſpectus communis:nempè prædicamenti (vt vocant) Ad ali-
quid:minuſq; generis,quod nūcupant, Vbi,aut illius,quod dicitur,Situs:quin ſicut CHRISTI Corpus Chriſti idē eſt in exiſtentia, ſiue ſit in cęlo, ſiue in ſacramento.
corpus,in ſacramento,reſpectu,eſt deſtitutum,ad locum,ita & reſpectu,quo ſituetur in eo: ſed
D longè præſtantioris,longeq;(ſi dicere fas eſt)vehementioris efficaciæ:cū illo, CHRISTI corpus,
nedum ſub quibus eſt,ad accidentia referatur panis,ſed & illis alligetur eòuſq;,vt(ſicut tactum
eſt)illis motis,& ſumptis,moueatur, vnàque ſumatur cum eis. Quare,vt res ſit perſpicua,baſis af-
feratur reſpectus;& per hoc,pręmiſſus,balbutiendo vt poſſumus reſonetur modus. Siquidē non
penitus ſatisfit,cum modus dicitur exiſtendi ſubſtantiæ,vel ſpūalis,vel quatenus ſubſtantia abſo
lutè:q̄m etſi hęc ſatis ſunt,vt totū eſſe poſſit,in toto,& totū tā ſub magna , q̄ ſub parua quantita-
te,non tn̄ ſunt ſatis,vt eſſe poſſit,idem totumq;, non ſolum ſub diuerſis ac inęqualibus accidēti-
bus , ſed & in pluribus ſimul, ac innumeris templis. De quo,& Theorema ſubiungit.

Cui non repugnat,quin & conſentit, vt pluribus adſit locis: ſicut & ſimul, in diuerſis inuenitur altaribus.
Ergo vt rē tentemus : attendēdū ꝙ CHRISTI corpus,in pluribus nō ſaluatur altaribus, ſicut Sol
in diuerſis ſpeculis,aut Cæſar in pluribus Coloſſis:q̄m(ꝑter id,ꝙ radij ſolis,nō ſunt ſol , & imago
Cæſaris,nō eſt Cæſar,certū eſt,ꝙ diuerſis in ſpeculis ita diuerſi ſunt radij , ꝙ ex vno licet ꝓficiſcā-

tur

tur fonte,ſunt tñ reipſa diſtincti:& imagines Cęſaris,etſi repreſentãt idẽ,ſunt tñ plures,& à ſe & à Cęſare ſeparę:ſed potius modoq; quopiã,vt Deus eſt in rebus:vt qui tali pacto,in toto eſt vniuerſo,adeo in qua illius volueris pte;ꝙ tũ in toto,tũ in ſingulis partibus,non plures numeres Deos,ſed vnicũ,eũq; ſimpliciſſimũ Deũ. Dixi,potius,Dixi,aliquo pacto:qm̃ in hoc, nõ ſimplex, ſed quincuplex,vt occurrit,differẽtia eſt. Siquidẽ Deus eſt in vniuerſo & partibus, nõ vt res cõtẽta ſed cõtinẽs,vt qui eſt in eo,vt agẽs,ſeruãſq;:ſed CHRISTI corpus,ſub panis (vt dictũ eſt) cõtinet accidẽtibus:in qbus & eòuſq; manet,quouſq; a cõueniẽti,cibi nõ defecerint rõne. Amplius. Deus eſt in vniuerſo & ptibus,nõ diſtinitiuè,cũ & in alio,ſimul valeat eſſe mũdo,eoq; nedũ pſtãtiori,ſed & naturę longè diuerſę,quin & in pluribus,& planè diuerſiſſimis,ſi illos(vt poſſet)dignaret efficere:ſed CHRISTI corpus,nõ ſolũ,in toto nõ eſt vniuerſo,ſed tñ in hoſtijs cõſecratis: quin nec in illis,niſi triticeę ſint naturæ. Tertiò, quia etſi Deus,in vniuerſo, eiuſq; partibus, eſt eòuſq; intimus,& agglutinatus,vt nihil in illis,cẽſeat intimius,nihil agglutinatius,nõ tñ in ptibus, q̃ mouẽtur,mouet,aut ſi aliqua ſumatur earũ,ſorbetur cũ ea, quin etſi tota rerũ moueretur machina,ſi deglutiretur vniuerſum,haud dubiũ,ꝙ et in ſe,& in illa pmaneret immobilis, nec abſorberetur cũ vniuerſo:ſed CHRISTI corpus,& cũ panis mouetur accidẽtibus,& cũ ſumuntur,deglutitur cũ eis. E

Quincuplex differẽtia inter modũ eſſendi Dei in rebus, & chriſti corporis i ſacramento.

Quartò,quia Deus eſt in vniuerſo & ptibus,ſuaptè natura,idq; vt ſaluet, ſingulisq; pſpiciat:ſed CHRISTI corpus,priuilegio,ſub panis tegitur accidẽtibus, ſolũ vt fideles paſcat,ac dignè accedẽtes,ęterna vita reficiat. Quintò,quia Deus,eſt in vniuerſo,& ptibus, nõ qa in illũ aliqd ſit cõuerſum(licet enim in reb⁹,à ſe pductis, ſibi cõplaceat,eaſq; in ſui gloriã vertat,nõ tñ,eas in ſe trãsfert,traijcituè)ſed CHRISTI corpus,nõ foret in ſacro,niſi in illud,vt dictũ eſt,panis eſſet trãſlata, ac prorſus cõuerſa ſubſtãtia. Sed age, ad pmiſſum exiſtẽdi reuertamur modũ. F

Ergo ſic mea cõcipit imbecillitas:Nẽpè ꝙ CHRSSTI corpus, qa nõ ſolũ Diuinitatis eſt tẽplũ,ſed & qa in illo habitat corporaliter,adeò vt & ipſi eſſe largiatur Diuinũ (nã & verbũ factum eſt caro:& in triduo mortis, CHRISTI corpus, verus extit Deus)tã inſignè ex Diuinitate, nactũ eſt munus,vt impartitũ ſit quodã pacto,modo exiſtẽdi diuinè.Nec ſermo eſt,de exiſtẽtia pſonali,cũ res ſit cõperta,nec in pſenti diſcuſſa;ſed ea de,qua ſic rebus valet(cõiunctę ſibi Diuinitatis priuilegio)adeſſe pluribus:vt nõ ſolum,vnum ideq; ſit ſemp in oĩbus,ſed & cum vni adeſt,ab alia nullo pacto recedat. Cõcipio enim ex Diuinitate,corpori ſacroſancto cõiuncta,tm̃ in illud pfundi priuilegij:vt nõ p modum rei locatæ,ſed p modum rei quodã pacto diuinę,ſub panis, exiſtẽs accidẽtibus in diuerſis inueniatur altaribus. Quodã inquã pacto: qm̃ nõ vt Deus pcisè, cum plurimę,vt dictum eſt,intercedant differentiæ:ſed illis retentis,quadam,nec obſcura proportione. Ioan. 1. G

Crediderim ergo,ſicut glorioſis ſctõrum eſt indultũ corporibus,idq; ni ſallor, ex angelorũ participatione(quippè qui,vt angeli erũt in cœlo)vt in vno, eodẽq; loco,eſſe ſimul poſſint,cum alio corpore: ita & datũ ẽẽ CHRISTI corpori,ex tã eximio Diuinitatis cõſortio, vt in pluribus ſimul ẽẽ poſſit altaribus:virtute doni,ſibi cõceſſi,& ni ſallor,cum hoc inſtitutum eſt ſacramẽtum, primùm ſibi collati. Ergo baſis,de quo dictum eſt,ſacramẽtalis reſpectus,illud nõ iniuria,cõſtituẽdum eſt priuilegium,de quo dictum eſt pximè:& ptinet quidẽ ad modum exiſtendi, nõ tñ pſonaliter,ſed ſacramẽtaliter,vt ſatis explicatum eſt. Quare nõ mirum ſi modus iſte videtur obſcurus(Diuina quidẽ nobis ſunt inacceſſa)Non mirum,ſi hoc in ſacramẽto, noſtri caligãt oculi (nã captum,noſtræ mentis,excedit)Non mirum, ſi tñ arcanum Eccleſia admonet venerari,potius q̃ curioſè diſcutere. Hactenus explanatio,Nunc ſed paucis conſtitutio. Matt. 22.

Sicut plura corpora glorioſa poſſunt ſimul eſſe ita et Chriſti corpus in pluribus altaribus.

Conſtitutio.

Prima Theorematis pars,etſi oĩbus eſt cõpta,etſi ab oĩbus approbata: valet tñ,vel ex hoc facilè ſuaderi:ꝙ ſi ſctõrũ corpora,pprias,diſtinctaſq; ſedes hẽbũt in cęlo,ſicut & eorũ aĩæ, diſtinctos pportionatoſq; gradus in beatitudine:cur & pprĩũ locũ, corpus nõ ſortietur CHRISTI,cũ & ipſe,vt dixit,ĩ cęlo loca paret alijs,vt & ſecũ hẽant thronos,& vbi ipſe eſt,& ipſi nõ ſint lõgè ab eo? H Ioan. 14.

Secũda(pter id,ꝙ cõi ſanctorũ,eſt pbata conſenſu:pter id,ꝙ ab Eccleſia traditur ſacroſancta, & magna ex pte ĩſertur ex ſupradictis)vel ex hoc,poterit cõfirmari, ꝙ nihil hẽt abſurdi: & ſingula in tã occulto myſterio,ſatis ſunt cõſona, etſi vt(nr̃a fert ĩbecillitas)balbutita poti⁹ q̃ explicata.

Verũ ꝙ CHRISTS corp⁹,verè,req; ipſa,in pluribus ſimul inueniatur altaribus,qđ ſuaptẽ natura,hoĩs exiſtimationẽ trãſcẽdit,non hẽt(quo declaratũ eſt pacto)qđ quauis rõne repugnet:qr & nõnullis corpus aliqđ(etſi Diuina ptãte)improbatũ nõ eſt,eſſe poſſe in pluribus locis. Qđ tñ nec aſſerim⁹, nec reijcimus: cũ CHRISTS corpus,nec in vno,nec in pluribus reperiatur altaribus,velut in loco. Et demũ, ſi myſteriũ,ad qetẽ vſq;,nõ capitur,nr̃is aſcribẽdũ eſt tenebris:& nihilomin⁹ expedit, multa nobis,à Deo credẽda pponi,q̃ nr̃m ſupant captũ:vt nõ ſolũ, fides hẽat meritũ,ſed & ſim⁹ pſuaſi,Deũ lõgè maiora,poſſe efficere,q̃ creata mẽs valeat aĩaduertere. & hęc ſatis.

DE COMMV-

DE COMMVNIONE CORPORIS ET SANGVINIS IESV CHRISTI:

Tum abſolutè, tum ſub ſpeciebus ſacramentalibus. Et quo pacto, ſit vel non ſit præcepta, & fidelibus omnibus neceſſaria. Enarratio, ſeu Tractatio compendiaria.

Authore Reuerendiſſimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

PRÆFATIO.

CVM exploratum ſit, altaris ſacramẽtum, ſub ſpeciebus panis & vini, a Domino, inſtitutum, & in cęna, ſub vtráque ab eodem Apoſtolis traditum: mirãtur multi, cur non omnibus, ſub vtráque permittitur, & tamen pro omnibus ſub vtráq; conſecratur, ac Deo offertur. Igitur vt rẽ, attentem, duobus Theorematibus, quod meę permittetur imbecillitati perſtringam: ſub cenſura, vt par eſt, nedum Eccleſiæ, ſed & Reuerendiſſimæ Dominationis veſtræ, & cuiuſuis probatioris iudicij.

B

PRIMVM THEOREMA.

COMMVNIO, ſeu communicatio, corporis & ſanguinis CHRISTI, *quæ nobis fit, per eſum, & potum, tam ſpiritualem abſolutè, quàm ſpiritualem cum reſpectu, ad Euchariſtiæ ſacramentũ: indubiè omnibus eſt fidelibus neceſſaria; & optimo iure præcepta.*

Declaratio Conſtitutioqúe primæ partis.

Communio, inquit, vel ſi mauis, *communicatio, corporis & ſanguinis*, CHRISTI. vox communio, ſeu communicatio, non auditur, hoc in loco, vt dicunt, actiuè: vt ſcilicet expoſitionem exprimit; boni alicuius, in medium, ad communem vſum, commodumq́;: vt ea aliqñ vſus fuit Apoſtolus (Probauerunt inquit. 15. ad Romanos, Eccleſię Macedonię, & Achaiæ, communionem pauperibus facere: qui ſunt in Ieruſalem. Et. 2. ad Cor. 8. laudat mirum in modum Macedones, qui inſignem fecerant communionem, pro ſanctis: qui erant Ieroſolymis) ſed auditur paſſiuè: hoc eſt, ꝑ participatione, ſeu perceptione illius boni, in communem vtilitatẽ, in medium expoſiti, prout ab aliquo, ſua pro ratione, participatur percipiturq́;: Quo modo (& quidem in propoſito) ea vtitur Paulus 1. Cor. 10. (Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis CHRISTI eſt?) et Patres in Nicæ Symbolo, cum de ſanctorum cõmunione, ſermo fit. Ergo communio corporis & ſanguinis CHRISTI: aliud q̃ amborum participatio, vel impartitio, in præſenti non eſt.

C — *Communio cum de Euchariſtia loquimur non actiuè, ſed paſſiuè ſumitur.*

Siquidem cum CHRISTVS, ex immenſa, & ſupra quàm dici poſſit erga nos charitate, non ſatis duxerit, ad cõem fidelium frugem theſauros in mediũ exponere ſuæ gratiæ, vt de illius, ſicut
Ioan. 1. Precurſor docet, ditaremur plenitudine: non ſatis theſauros exponere ſuæ iuſtitiæ, ſanctitatis, & redemptionis, vt per illorum impartitionem, non ſolum tribunal nõ reformidaremus Diuinum
2. Cor. 5. ſed & (teſte Paulo) coram Deo euaderemus iuſti, ſancti, & redempti: ſed & in medium dignatus
Ephe. 1. eſt, exponere ſeſe, vt eo, & potiamur, & fruamur, pro voluntate: quin vt in illo reficiamur, vegetemur, & miram quandam methamorphoſim patiamur, qua æternò viuamus in eo, & ipſe æternè viuat in nobis. Et vt delitiaremur ſuauius, internoq; guſtui expetibilius; ſemet ſumendum, deguſtandumq; tradidit, vt morti pro nobis expoſitus eſt. Quod diſtinctio, inter carnem & ſanguinem, indubiè hoc in myſterio præſefert.

D

Declaratio, Conſtitutioqúe, Secundæ partis.

Quæ fit nobis, per eſum & potum: tum ſpiritualem abſolutè, tum ſpiritualem cum reſpectu, ad Euchariſtiæ ſacramentum. Vt hæc appareant, animaduertenda ſunt duo. Alterum eſt, ꝙ ſpiritualis eſus & potus, fit per fidem formatam: hoc eſt, viuam, & operantem per dilectionem. Reliquum, quid interſit, inter eſum & potum ſpiritualem abſolutè: & eſum & potum ſpiritualem, ad ſacramẽtum reſpectiuè. Quòd ergo per fidem, de qua ſermo, fiat mãducatio, fiat & bibitio; ex eo notiſſimum
Ioan. 6. eſt, ꝙ in CHRISTVM credere, eſt illũ mãducare & bibere; quin & in illo eſt, tũ famẽ, tum ſitim
Heb. 11. explere: Qui inqt, venit ad me (nẽpè fide formata, nã ad Deum accedentẽ neceſſe eſt credere; & in CHRISTVM credere, eſt CHRISTVM (vt Aug. inqt) adire, in ipſumq; tendere) non eſuriet?

Eſus & potus ſpiritualis fit per fidem formatam.

YY Ergo

Ergo credere, nedum eſt manducare (nam crede Auguſtinus ait, & manducaſti) ſed eſt famem E
abſoluere. Et iure quidem, cum ſit illum edere cibum, qui re vera non perit, ſed in vitam manet
æternam: ſicut & Dominus docet. Et qui credit (ſubdit) in me: non ſitiet. Ergo credere eſt, & bi- Ioan. 6.
bere, qui n & eſt, ita bibere, vt bibẽti, omnis adimatur ſitis. Addam, ꝙ eſt ita bibere, ꝙ ſicut dicit
ſcriptura: non ſolum ſit, ſitim extinguere, ſed & in bibente, eum excitare fontem, ex quo flumi-
na fluunt aquæ viuæ. Verùm inter eſum & potum ſpũalem abſolutè, & eſum & potum ſpũalẽ,
cum reſpectu, ad ſacramentum, diſcrimen, ni fallor, notorium eſt: cum eſus & potus ſpũalis abſo
lutè ſit, qñ per fidem, ore tñ interno, CHRISTI fruimur carne & ſanguine, ſiue qñ per fidem, il
lius potimur, & reficimur paſſione, per carnem denotata & ſanguinem, (vt hęc ſunt in ſeſe, hoc
eſt, nudè ſumptis & acceptis nullam panis & vini ſpeciem concernẽtibus) & eſus & potus ſpũa-
lis reſpectiuè ad ſacramentum, ſit quidem per fidem, qñ credendo paſcimur & potamur, illius car
ne & ſanguine, interno ore, & guſtu, ſed non nudè ſumptis, ſed panis & vini ſpeciebus obtectis,
inuolutiſq;. In priori, manducandi ac bibendi ſpũaliter modo, cõuenimus quodam pacto, &
cum Patribus veteris teſtamenti, & cum Ciuibus cęleſtis patriæ: cum & illi CHRISTVM in ſe-
ſe, per fidem guſtauerint in ſpũ, vt Paulus. 1. ad Cor. præſefert, tradens ꝙ eãdem illi, quã nos, ſpũa
lem comederunt eſcam, & eundem ſpũalem biberunt potum: & iſti illum deguſtant ſemper per F
viſionẽ, fruitionemq;, dum ſemper edunt & bibunt, ſuper menſam ſuam, in regno ſuo, ſicut & il Ioan. 14.
lis CHRISTVS pollicitus eſt. Sicut enim fides in via, ad Deum terminatur, & CHRISTVM (credi
tis in Deum, & in me credite,)ita & viſio in vtroq;, etſi ſua pro ratione, completur in patria.

In Poſteriori ſpũaliter edendi & bibendi modo, nec cum Patribus conuenimus veteris teſta-
menti, nec cum Ciuibus ſupernæ curiæ: non cum iſtis, quia in patria locum non habent ſacramẽ
ta viæ, nec cum illis, quia euchariſtia, non veteris, ſed nouæ legis ſacramentum eſt. Hoc pacto, ſpi
ritualiter manducare CHRISTI carnem, & bibere illius ſanguinem; pijs omnibus frequentiſſi-
mum eſt. Quippè qui, vel eo ſaltem tempore, quo Miſſæ aſſiſtunt ſacrificio, CHRISTVM ſub pa
nis & vini contentum accidentibus, non modo venerantur, ſed illo, per internum eſum & potũ,
mirificè reficiuntur: vt non caſu, ſed optimo factum ſit iure, vt dũ ſub vtraq; ſumpturus celebrãs
ſpecie, ſuã deplorat indignitatẽ, ter repetẽs, Dñe nõ ſum dignus, itidem ſeruet & populus, ſed ea
rõne, vt ſicut ille externè communicat, etiam aſtantes, id ipſum internè per ſpiritum faciant.

Et qm̃ hoc præſtantiſſimum ſacramentum, ſub viſibilibus panis & vini, cõſtitutum eſt ſpecie-
bus, vt illud non ſolum ſuſpiciamus, veneremurq;, ſed vt & illo fruamur, & opportunè noſtrum
Quiſpũaliter cõicat debet etiam quãdo que ſacramẽ taliter communicare. in vſum conuertamus (ſiquidem propter vſum, omnia inſtituta ſunt ſacramenta) haud dubium, G
ꝙ qui in ſpiritu, hoc pacto, carne & ſanguine reficitur CHRISTI, aſtrictus eſt, vt aliquando (cũ
ſcilicet opus eſt) etiam externa, huius ſacramenti communione participet: eo tamẽ pacto, illiſq;
conditionibus, quibus vti decet, iuxta definitionem Eccleſiæ: Quæ ſicut alijs in ſacramẽtis, mo-
dum ritumq;, qui pro locorum, pro temporum, ac perſonarum, obſeruandus ſit, ſtatuit ratione:
ita & in hoc auguſtiſſimo, omniumq; maximo, conſtituit ſacramento.

De hoc duplici, tũ manducandi, tum bibendi ſpirituali modo, non vereor priſcos Patres mul-
toties eloquutos: ſi quis eorum excuſſerit intentionem. Scio & plura, & non ſemel, hac de re, ad-
monuiſſe Reuerendiſſimum Caietanum: & rectè meo iudicio, & catholicè. Perſuaſus ſum & ex
horum explicatione, ſextum Ioannis caput, & planum, & illuſtrem recipere intellectũ: qua de
re, & a nobis ampliter dicendum eſt, ſed opportunius. Siquidem de ſpirituali abſoluta, plura eo
in capite perſpicuè ſunt expreſſa: & non deſunt quoq;, & quæ de ſpirituali explicari debeant re- Ioan. 6.
ſpectiua: Inter quæ, illud eſt ſatis illuſtre: quo dictum eſt. Et panis, quem ego dabo (nempè in
nouiſſima cœna) caro mea eſt, quam ego dabo (non ſolum in cœna, ſed in cruce) ꝓ mundi vita.

Declaratio, Conſtitutioq́ue, Tertiæ partis. H

Indubiè omnibus eſt fidelibus neceſſaria. Ergo non ſolum eſt neceſſaria ſacerdotibus, conficien-
tibuſq;, ſed & laycis: quin & pueris, & omnibus vtriuſq; ſexus. Huius rei fundamentum eſt: quia
fides ab omnibus requiſita, & vt ſaluentur ſingulis neceſſaria, CHRISTVM agnoſcit, cibum & Ioan. 6.
potum ſpiritualem eſſe, nedum in ſeſe, ſed & in Euchariſtia. Quare ſi quis CHRISTI verbum
(Niſi manducaueritis carnem meam & biberitis ſanguinem meum: non habebitis vitam in vo-
bis) de vtraq; ſpirituali interpretetur manducatione, bibitioneq;: non modo aſtruet rem catho-
licam, ſed ad ſpiritualem vitam ſeruandam, fouendam, augendamq; maximè neceſſariam.

Siquidem compertum eſt, dum myſticum CHRISTI peregrinatur corpus, ea ex parte, qua
vitã non exuit animalem, neceſſariò egere corporeo alimento: ſicut & Paulus docet. 1. ad Cor 6.
Ergo

A Ergo & ea ex parte, qua vitam nactũ eſt ſpũalem, haud immeritò, ſi opus habet ſpũali cibo & potu. Et licet non inficiamur, Dei verbũ, vel ſacram ſi mauis ſcripturam, non vulgarem fore, ſpũalis vitę cibũ & potũ (nã in ea, vti in mẽſa à Deo nobis parata, inſtructaq́; cibamur pane vitæ, & potamur aqua ſapiẽtię ſalutaris) lõgè tñ accõmodatius lõgè & ſalubrius alimentũ eſt, de quo Dñs in ꝑinductis verbis: quin nec verbi Dei cibus ſapit, aut refocillat potus, niſi quatenus CHRSSTVM continet, datum & pro nobis expoſitum. Sed ad reliquum pergamus huius partis. — *Corpus christi mysticum ſicut quo ad vitã animalẽ indiget cibo corporeo, ita & quo ad ſpiritualem cibo ſpũali.*

Psal. 22. Eccle. 15.

Et optimo iure præcepta. Sunt qui præceptũ in ius reijciant naturale, quoniam licet inquiunt, ſi de innoteſcat, tũ ſpũalis vita, tũ neceſſitas ſpũalis cibi & potus: poſtquam tñ, eam ſumus aſſecuti notitiam, iure vrgemur naturæ, vt eam adipiſcamur, & conſeruemus vitam, tota virili. Alijs placet, præceptum ex iure Diuino: ſed hærent vbi ſit latũ. Siquidem (niſi manducaueritis, biberitis- que) verba, non ſunt præceptoria: ſed ſub conditione, neceſſitatem atteſtantia. Et notũ eſt, ꝙ cũ illa ſunt ꝓnũciata: nihil adhuc inſtitutũ fuerat de euchariſtia. Simile afferẽ, de baptiſmo: qm̃ licet haud diſſimilibus enunciatus ſit verbis (Niſi quis renatus fuerit, ex aqua & ſpiritu ſancto) conſtat tamen, ꝙ non eſt eo loci præceptus, ſed tantum neceſſarius declaratus.

Ioan. 3. Mat. 1.

Quid tandem? Aſſerunt eſſe latum, cum dictum eſt: Credite euangelio. Cum enim vtrunq; B euangelium tradat: vtrũq; indubiè aſtringimur credere. Ergo & CHRISTVM, ſeu illius carnẽ & ſanguinem, vti cibũ & potũ ſpũalem, nobis eſſe datũ, nedũ in ſeſe ſed & in Euchariſtia: vt cõſtãtiſſimũ, fidei noſtrę articulũ iubemur recipere. Hęc non detrecto, ſed videtur nimis coia. Ergo dicerem: ſi non illis ex verbis, (niſi mãducaueritis) ex illis tñ quę ea ꝓcedũt, difficile fortè nõ eſſe

Ioan. 6. præceptum agnoſcere. Quare mea ſententia, id præcipit CHRISTVS, cum ſermonem hac ſuper re orſus: operamini inquit cibum, qui non perit, ſed qui permanet in vitam æternam. — *Chrs præcipit cõmunionẽ, orſus ab illis verbis operamini cibum qui nõ perit.*

Quod vt ſit perſpicuum: conſiderandum, ꝙ operari cibum, qui permanet, non eſt, cibum illũ efficere, ſed operando, illum aſſequi: quandoquidem illum (vt ſubditur) humana nobis non paramus induſtria, ſed CHRISTI largitione. Quem inquit, filius hominis dabit vobis. Et qm̃ æternam vitam præſtans, cibus eſt eximius, immo vim creatam excedens, haud dubium, opus quo illum adipiſcimur, opus heroicũ fore. Ergo appoſitè intellexerunt Capharnaitæ, opus illud eſſe,

Ioan. 6. diuinum: interrogantes, quo nam pacto, Dei agerent opus. Et CHRISTVS. Hoc eſt opus Dei: vt credatis in eum, quem ille miſit. Igitur ſi præcipitur opus (operamini inquit) quo cibum æternæ aſſequimur vitæ: præcipitur vt credamus in CHRISTVM miſſum à Patre.

C Et ita credamus: vt illum, noſtrum agnoſcamus peculiarem cibum & potum. Nec modo agnoſcamus: ſed agnoſcendo, illius cibemur carne, & potemur ſanguine, vt viuamus æternò. Et ſiquis verba CHRSSTI ponderet, eo loci: cognoſcet non penitus euchariſtiam omitti, ſaltem cum pollicetur (ſicut & attactum eſt) eum daturum ſe panem, qui eãmet continebat carnem, quam in crucem daturus erat pro mundi vita. Et quamuis tali credere pacto, etiam (vt dictum eſt) aſtringantur infantes, & aſtringantur quoq; ante vſum intellectus & voluntatis: fortè tñ, ꝙ opus non eſt, vt id eo ꝑ tempore ꝓſtent (vt loquuntur) in actu, ſed ſatis ſi pręſtetur in habitu: Sicut enim ꝑ baptiſmũ, donati ſunt habitu, gratificæ gratię: ita & habitibus fidei, & dilectionis.

Quòd ſi ita credere, non ſimpliciter ſed extenuatè videretur credere: dici poteſt, ꝙ cum pręceptum ſit affirmatiuum, non cogit, niſi opportuno in tempore. Et ob id; cũ vſum nacti fuerint libertatis. Et deniq; ſi credere poſtulatur in actu, ante proprij intellectus & voluntatis opus palam ꝙ id, nõ ſuo ꝓſtant marte, ſed opera ſacroſanctæ Eccleſiæ, cuius & ſunt filij. Sicut enim in ijs, quæ pertinent ad naturam, illis voluntas ſuffragatur patris; ita & in ijs, quæ ſpectant ad gratiam volũtas ſupplet Eccleſiæ. Addo, ꝙ ſicut ex communione ſanctorum, quàm primum Eccleſiæ impartiuntur meritis; ita & actu impartiuntur fidei & charitatis. Et ſicut fides Eccleſiæ ſatis eſt,

D vt paruuli in baptiſmo inſerantur CHRISTO: ita dubitandum non eſt, quòd ſatis ſit, vt cibentur & reficiantur in eo.

Sed dicis. Si edere ac bibere, vt dictũ eſt, ſunt neceſſaria paruulis ad ſalutem: ergo illis, vt ſal-

Mat. vlt. uentur non ſatis eſt, ſacramentũ baptiſmi. Reſpondeo ꝙ cũ baptiſmus non ſaluet niſi ꝑ exacta fide (Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit) & fides quæ ꝑ exigitur, fides ſit catholica, quæ in Deũ tendit & CHRISTVM, quem & noſtrũ credit, vt ꝓmiſimus, ſpũalem cibũ & potũ, tam in ſeſe, q̃ ſub inuolucro ſacramenti: haud obſcurũ, quàm fragilis obiectio eſt. Si enim baptiſmus non ſaluat, ſine fide; ergo nec ſaluat ſine manducatione, ſineq; bibitione. Amplius. Si paruulis ꝑ

Ioan. 3. baptiſmũ ſpũalis collata eſt vita (qđ enim natũ eſt ex ſpũ, ſpũs eſt) indubiè alimẽto reficiẽdi ſunt ſpũali, vt ſeruetur in eis: ergo illis opus eſt credere, & credendo in ſpiritu edere, & bibere.

Sed ſubijcis. Egem⁹ cibo & potu, ad reſtaurãdũ deꝑditũ: ergo cũ opus nõ eſt reſtauratione, nec

 cibo

cibo, vel potu opus eſt. Ergo cum paruuli nequeant, ſpiritus vita deſtitui: fruſtra cibo & potu, E
aſtringuntur vti. Verùm non admittitur, quod aſſumitur: quoniam nedum ad reſtaurationem,
ſed refectionem, deliciasq́;, aliquãdo opus eſt cibo & potu: Aliàs nec in patria admitteretur mẽ-
ſa, in qua delicientur electi, nec pane angeli veſcerentur in cęlo, aut inebriarẽtur ab vbertate in pſal. 77.
domo Dei. Et quanquam hactenus, & declaratum & conſtitutũ ſatis ſuperq́;, crediderim Theo Pſal. 35.
rema: vt tamẽ myſterium ſit abſolutius pauca, tum de ſpirituali, qua hac potiſſimum in peregri-
natione potimur vita, tum de ſpirituali, vt ſeruetur, promoueatur ac perficiatur, alimenti ne-
ceſſitate, ſubijcienda ſunt.

Vita ſpũalis ſimpliciter ẽ in patria, in primitijs autem in via.

Spiritualis hominis vita, et ſi abſolutè, ſimpliciterq́;, munus eſt patriæ: ſuis tamen in primitijs,
fidelibus impartitur in via. Dico, ꝙ ſimpliciter & abſolutè, munus eſt patrię, eo ꝙ ibi tantum om-
nibus abſoluitur numeris, & ſpiritus locupletatur cornucopijs. Et id quidem, optimo iure.

Primò, quia beatarum ibi mentium, quæ natura ſpiritus ſunt, præſtantia donantur & vita: cũ
in cœlo ſint, perinde ac angeli Dei, vti Dominus dixit. Deinde, quia vberrimè, CHRISTI ꝑ- Matth. 22.
funduntur ſpiritu: cui datus non eſt ad menſuram. Nec perfunduntur modo, ſed & illo viuunt Ioan. 3.
fœliciſſimè: quippè qui illius ſunt viuaciſſima membra, poſſuntque gloriari ſimpliciter de quo
Paulus gloriabatur ex parte: nempè ſe non viuere vita ſua, ſed capitis, vt quibus id contingit, non F Gal. 2.
modo ex parte mentis, ſed ex parte carnis, eo ꝙ Agni ibi cõſummatæ ſunt nuptiæ, in vnãq; pror-
ſus euaſerunt carnem, CHRISTVS & Eccleſia, & verius ac conſtãtius ex oſſe & carne CHRISTI,
os & caro ſunt refecta Eccleſiæ, quàm olim Euæ, ex oſſe & carne prothoparentis.

Tertiò, quia Deo, qui nedum eſt ſpiritus (ſed ſpirituum omnium pater) tanto adhęrent fœde- 1. Cor. 6.
re, vt indubiè iuxta verbum Pauli, vnus ſpiritus efficiantur cum eo: quin & viſione beata, eouſq;
ad illius pertingunt intima, & fruitione diuina, eòuſq; reficiuntur ambroſia, vt nunquã de Deo
non occinant: Tui gratia, ac CHRISTI beneficio, verè in te viuimus, mouemur, & ſumus. Acto. 17.

Quartò (& hoc ad pręſens, maximè pondero) quia ſtatus patriæ, ſtatus eſt ſpiritualis vitæ cum
omnia, ſpiritu agantur in eo. Quare, nec vita ibi degitur animali: cum ibi vltra non ſeruiat vẽter 1. Cor. 6.
eſcis, vel eſcæ ventri, ibi nemo nubat vel ducat vxorem, vt Dñs dicit. Non vita carnali: cum caro Mat. 22.
& ſanguis, Dei regnum nequeant poſſidere aut corruptio incoruptelam hæreditare.

Omnia inquam aguntur ſpiritu, qm̃ ſi hominum corpora, in regeneratione ſurgent ſpiritua- 1. Cor. 15.
lia, vt Apoſtolus ſcribit (non ꝙ deſinant, eſſe carnea, aut oſſea: ſed quia omni exuta carnis corru-
ptione, ac depoſito quouis indebito oſſium onere, ita reddentur agilia, ita ſpiritus donabun-
tur dexteritate, vt mox cõferant ſeſe, quocunq; libuerit) quanto magis, & eorũ mentes, eodem G
ſpiritu raptæ, & in Deum, & alia dum placet, mira ſuauitate tranſuectæ, illius concitabuntur im-
pulſibus, motionibusq́;? Et cum ille ſpiritus, ſpiritus ſit ſanctitatis, quem & CHRISTVS, ſua ex
prædeſtinatione pro nobis habet, ex reſurrectione à mortuis, vt qui in viuificãtẽ ſpiritum, datus 1. Cor. 15.
eſt ſuis membris: haud dubium, ꝙ nequit eorum non conferre mundiciei, conſtantiæ, ac perpe-
tuæ conſecrationi, qua Deo & CHRISTO, vnicè viuant.

Etiã beati in patria reficiũtur carne & sãguine chriſti.

At forſan, de hac ſupercęleſti plura: ſed ni fallor, non prorſus ab re. Siquidem haud parum, & Luc. 22.
illa, CHRISTI reficitur carne, & ſanguine: cum non fruſtra ſuam pollicitus ſit mẽſam in regno
ſuo, nec fruſtra illos prouocet, vt comedant panem, & bibant vinum, quod miſcuit eis, qui ad il- Prou. 9.
lud admiſſi ſunt. Adde, ꝙ licet edere CHRISTI carnem, & bibere ſanguinem, & pręſertim ſub
ſpeciebus ſacramenti (quod nobis congruit, dum ſumus in via) multum conferat, ad vitam ſpiri-
tualem in patria, idq́; potiſſimum, vt ſe tenet ex parte corporis: quia tamen id maiorem exigeret
diſcuſſionem, non moror. Res eſt conſona Patribus, eamq́; ſatis exprimũt: requirat cui placet ab
eis. Et præſertim ab Hilario. 8. de Tri. Et Cyrillo. lib. 4. ſup Ioa. ca. 13. 14. 15. & 17.

Quod ſi rei ſumma delectat: volunt illi, ꝙ licet CHRISTI corpus & ſanguis in Altaris ſacra- H
mento ſint, prout in cruce, ſunt pro nobis expoſita, eo ꝙ corpus ibi eſt, quatenus datum & fra-
ctum, & ſanguis, vt in remiſſionem peccatorum profuſus: exploratum tamen eſt ꝙ in eo nõ ſunt
modo paſſibili ſed glorioſo (nam & CHRISTI in gloria, retinet cicatrices: & eius ſanguis vt ef-
fuſus, non minus clamat quàm ille Abelis, coram patre) Ergo concipiunt, ꝙ ſumptum corpus & Gen. 4.
ſanguis (pręter id, quòd ad vitam confert, quàm nunc agimus ſpiritualem) ſit vti ſeminarium,
ad immortalitatem carnis noſtræ, eamq́; non modo attrahat, ſed & conuertat in ſeſe. ob id, ſuo
tempore ſortituram immortalitatem, & ſpiritualem patriæ vitam. Quod & Dominus innuit di- Ioã. 6.
cens: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo, &
reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Et illud. Sicut miſit me Pater viuens, & ego viuo propter pa-
trem: & qui manducat me, viuet propter me.

Sed

A Sed iam de ſpiritualis vitæ primitijs:& quo pacto,per eſum CHRISTI carnis, & potũ ſanguinis,ſuffragetur ei,per paucis loquendum eſt. Et licet nemini ſit incompertum, eam portionem eſſe vitæ cęleſtis,& ob id difficile,eſſe,illas penitus explicare:tentandum tamen eſt, ex Apoſtolo aliquid balbutire. Vt igitur noſtra pro imbecillitate,res ſit perſpicua: attendẽdum ꝙ etſi in literis,tum ſacris,tum philoſophicis,vita pluribus audiatur modis, ille tñ præſenti fauet intẽto,quo vita definitur,ſtudium occupatioq́;.qua homo aliqua in re maximè diuerſatur, idq́; præcipua cũ delectatione:ſicut militis vita,rebus eſt incumbere bellicis,& auari cumulandis opibus. Quo pacto,& ab Ariſt vita diſtincta eſt,in voluptuoſam politicam,& contemplatiuam: & ab Augu.in ocioſam,operoſam.& mixtam. Ergo ſpiritualis vita,ea decernetur haud immeritò, qua aliquis ita ſpiritus mancipatur obſequijs,ꝙ in hoc, ſuum conſtituit ſtudium, eoq́; potiſſimum delectatur. Quod apoſtolica phraſi,eſt ſpiritui militare,illius agi in pulſionibus,repleri fructibus,ſpiritu ambulare,& illi vnicè viuere.

Vita multipliciter dr̃ tũ a Philoſophis tum a ſacris Doctoribus.

Vt autem,hæc ſint magis conſtantia: ſua illuſtrentur Antitheſi. Igitur etſi ſpirituali, nonnunquam vita opponatur animalis,vt 1.ad Cor.15.nonnunquam carnalis, vt frequenter in apoſtolorum epiſtolis: Etſi inter hæc poſſit obſeruari diſcrimen, præſertim ſi animalis ab anima trahatur B abſolutè ſumpta,ſicut poſſet aliquando contingere(ſi tamẽ ab anima trahatur originis peccato inſecta,quod vt plurimum fit in literis ſacris) nulla remanet differentia. Verũ vt antitheſis ſit, inculpata:carnalis vtemur voce. Ergo cum carnalis vita ea ſit in Apoſtolo,qua indulgemus carni,illiusq́; incumbimus curæ,& obſequimur in concupiſcentijs: opus eſt, vt è diuerſo, illa ſit ſpiritualis qua ſpiritui,vt tactum eſt,auſcultamus,ſuisq́; impulſionibus obedimus.

Ioan.3. Gal 6. Gal 5. 1.Co.5.

Et quoniam caro,in ſcripturis, & præſertim in Eipſtolis Pauli, eam denotat hominis corruptionem,quàm ex ſemine ſortimur Prothoplaſtis(quod enim natum eſt,ex carne,caro eſt:& qui ſeminat in carne,de carne metet corruptionem)&propterea illa eſt effrenis concupiſcentia,quã peccatum in ſeſe comprehendit originis,à Paulo,nunc vetus nuncupata fermentum,nunc malitiæ, & nequitiæ, quod totam maſſam corrumpit,præſertim ſi illi viuimus,& obtemperamus in deſiderijs:nõ erit ab re,ſi quędam ſubijciantur de ea. Siquidem antitheſis, nedum erit illuſtrior, ſed exactior:& myſterium agnoſcetur vberius,ac locupletius.

Concupiſcẽtia inquã,quæ in non renatis,pars eſt originalis contagij, in renatis (& ſi quia vrget ad peccandum,raroq́; non ſcaturit,effutitiuè aliquid,aduerſus Dei legem,& rectè rationis dictatamẽ,ex quibus ratio conflatur peccati non immeritò, ſi à Paulo, peccati aliquãdo obtinuerit nomen)non pars peccati,ſed illius effectus,ac veſtigium eſt; non illa tantum eſt ſenſilis appetitus portio,quæ in eo ab iraſcibili ſeparatur, aut illud tantum complectitur vulnus,quod eadem in parte,per peccatum dolemus inflictum: ſed propenſionem complectitur cuiuſlibet partium animæ,qua ſingulæ,plus æquo,& vltra quàm ſua poſtularet natura, in propria feruntur obiecta,abſq; legis,tum inditæ,tum ſcriptæ fræno,ac ratione.

C

Nam licet,non nihil hæc aduerſus, natura ſuæ virili relicta tentaret, ex delicto tamen primi hominis reddita eſt longè procacior, longeq́; petulantior, ac execrabilior: quin & præſcripta à peccato lege,adeo inſoleſcit,vt non modo tyrannidem tentet,ſed & eòuſque vrgeat, vt raro, ei non parcatur in paſſionibus. Ergo ſcitè ſcribit Apoſtolus nõ in vno tantum ſe animæ mẽbro, legem experiri patiq́, peccati ſed & in pluribus,immo & in omnibus: & quidem tam validè, vt etiam inuitus,nonnunquam captiuetur ſub ea. Quare non abſurda ratione,eam nunc corpus appellat peccati,nunc circunſtans peccatum,eo ꝙ vndiq́; ſtimulat prouocatq́; ad peccatũ:nunc corpus carnis,nunc corpus mortis,quia undiq́; corruptionem affert,vndiq́; mortem intentat.

Rom.6. Heb.11. Rom.7.

Ab hac ergo carne,ab hac effreni concupiſcentia, præſertim cum illius auſcũltamus affectibus,homo nuncupatur carnalis: quin & caro,& corruptio,linguæ ſanctæ phraſi. Per hanc, vti ꝑ ſeminarium,nedum ad imaginem effingimur primi hominis, ſed in illius euadimus membra: in quo & inſerimur, vt in oleaſtro plantulę. Quare non mirum,ſi inde naturam ſortimur ſylueſtrẽ, illosq́; putres proferimus fructus,quos Paulus,carnis appellat:per quos & à cœleſti exulamus patria,ſicut ad Galathas ſcribit. Verùm de ſpiritu pauca.

D

Homo dum auſcultat effreni cõcupiſcentię vocatur carnalis.

Cap.5.

Hic indubiè,diuinum eſt chariſma,quod non raro,nomine inſinuatur gratiæ, nomine charitatis,iuſtitiæ,internæ pacis,& aliorum cœleſtium munerum, non ꝙ his prorſus exhauriatur,ſed vt poſſumus declaretur. Siquidem cum donum ſit ſupercęleſte,primitiasq́; contineat futuræ vitæ,haud obſcurum,ꝙ etſi præmiſſa continet,ea tamẽ excedit: & eminẽtia quadam(vti Diuinorum eſt proprium)& ea præſtet,& præclariora,vt fas eſt,conferat. Nam & illam in nobis ſpiritualem inchoat vitam, qua potiuntur, qui ſurrexerunt à mortuis: ad quàm aliqñ Paulus ſatagebat

Philip. 3.

effingere

effingere ſeſe, vt ſi quo modo ad illam, hac in peregrinatione, ſibi daretur pertingere: dum po- E
ſteriorũ oblitus, ad anteriora ſupernęq; vocationis brauium extendebat ſe, facturus periculum,
an comprehenderet CHRISTVM, vt comprehenſus erat ab eo.

Hoc inquam, perinſignè chariſma, ſupercœleſte, ac Diuinum donum, quod in regeneratio-
ne, quã ex ſemine nanciſcimur Dei Patris, & CHRISTI IESV (ſiquidem illud ex ſpiritu adipi- 1. Ioã. 3.
ſcimur ſancto, qui à Dilecto, Diuinum nuncupatum eſt ſemen, & ab vtroq;, etſi vna ſpiratione
dimanat) amborum, vt regignamur, iure optimo medium eſt. Qui quidem ſpiritus, quatenus
Dei patris, non immeritò, ſpiritus dicitur adoptionis, quo etſi in filios erigit adoptiuos, parat ta-
mẽ illis cęleſtem hæreditatem, præſtatq; vt nedum liberè illum inuocemus, ſed & acclamemus,
Abba Pater: quatenus vero CHRISTI IESV, ſuę filiationis, quæ naturalis eſt, reddit miro modo
participes, cum per illum, nedum eius induamur imaginem, ſed & conſortes, diuinæ efficiamur 1. Pet. 2.
naturæ, & illius modo quodam ſuſtentemur hypoſtaſi. Vnde & appoſitè aliquando Paulus, ex Roma. 12.
membris & capite, vnum docet conſtare CHRISTVM: ſicut ex lapidibus & fundamento, vnũ
templum, & ex trunco & ramis, vnam arborem.

Siquidem notum eſt, quòd cum baptizamur, nedum CHRISTVM induimur, vt Paulus mo-
net ad Galathas, ſed & ipſi inſerimur, ex oleaſtro exciſi, & in oleam pinguem tranſlati, ſicut F Rom. 6.
exprimit ad Romanos. Ergo haud dubium, quid accipiendum eſt, ſpiritus nomine: illud inquã
(vt perſtringatur) supercœleſte, Diuinumq; munus, quo nedum Deo ſumus grati, & charitate
flagramus cœleſti, & ſumus iuſti iuſtitia fidei: ſed & primitijs potimur illius vitæ, qua potiuntur
qui ſurrexerunt à mortuis. Ergo & facilè liquet, cur & ſpiritus nomen habet: nempè nõ ſolum,
Cur munus illud quo Deo uiuimus Spiritus dicatur. quia hac in peregrinatione, donum eſt mentis, quæ ſpiritus eſt; non ſolum quia ex ſemine pro-
ficiſcitur Dei, quod ſpiritus ſanctus eſt, non ſolum, quia ſpiritu fouetur ſancto, incitatur, perfi-
citurq;: ſed & quia ſpiritualis vitæ, qua vberrimè potiemur in patria (primitias, vti diximus: præ-
ſtat, & vt ad copias tendamus inſtigat. Ergo ſpiritualis vita, de qua ſermo, eſt ſpiritui qui in nobis
eſt, obedire, illius impulſionibus obtemperare, ad illius præſcriptum mores cõponere, & in dies
eo chariſmate, vt perficiatur contendere.

Ad quod, niſi conferret, & quidem maximè, edere CHRISTI carnem, & bibere ſanguinem,
interno, vt dictum eſt, eſu & potu: non adeò inculcaretur à Domino, Ioan cap. 6. Nec mirum,
cum fides, qua in eum credimus, quem Pater miſit, fides ſit cum charitate, & ob id, fides, quæ non
modo credit, ſed guſtat: & cum in quibus eſt, ſapiat (haud mirum, ſi nutriat: Sed exploremus, quo G
id contingat pacto. Sicut ex corporeo cibo & potu, corporeus extrahitur ſuccus (quem Græci
chilon appellant) quo dum humidũ fouetur radicale, ſeruatur reficiturq; quando opus eſt, & ani
mali conſulitur vitæ: ita & ex CHRISTI carne & ſanguine, vt ſpirituali cibo guſtatis, ſuccus ex-
trahitur ſpiritualis, qui portio ſpiritus CHRISTI eſt, quo dum chariſma fouetur, ſeruatur, robo
raturq; ſupercęleſte, indubiè ſpiritualis locupletatur vita.

Et vt quippiam tentetur peculiare: ſpiritualis ſuccus, vt ex CHRISTI hauritur carne, ita cha-
riſma confirmat in corde, vt viriliter contendat ad patriã (nam panis eſt roborare cor hominis: 3. Re. 19.
& Helias in panis fortitudine, peruenit ad montem Dei) Vt autem dimanat ex ſanguine, adeo
illud in nobis accendit; vt non modo, hilariter aduerſa toleretur fortuna, ſed & quoduis floc- Pſal. 103.
cipendatur periculum (nam & vinum lętificat cor: & calix domini inebrians eſt) Vt vero profici- & 22.
ſcitur ex vtriſq; ꝓter id, ꝙ victoriam operatur in hoſtes: (Paraſti nobis menſam aduerſus eos, qui
tribulant nos) tũ famem, tũ ſitim, ita ad ea quæ ſurſum ſunt ꝓuocat, ſtimulatq;, vt iure ſcriptũ ſit
Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Sap. 17.

Et demum, adeo præacceptæ roborantur, augenturq; primitiæ: vt non modo ſupernæ fęlicita
tis pignus contrectetur vberius, ſed non ſecus ac ſcriptum eſt de manna, ſuauitas cuiuſuis degu- H Ioan. 6.
ſtetur ſaporis, qui ſpiritum valeat recreare. Et quid mirum, quando ſcriptum eſt: Qui manducat
CHRISTI carnem, & bibit eius ſanguinem, in CHRISTO manet, & CHRISTVS in eo? Siqui
dem per fidem, CHRISTVM apprehendimus (nam vis apprehenſiua, intellectus eſt) & per di-
lectionem in illum transformamur (id enim amori peculiare eſt) Et compertum eſt, eam eſſe,
huius alimenti vim, vt in rem non conuertatur, quæ alitur, ſed eam in ſe conuertat quam alit:
vt aliquando Auguſtino reuelatum eſt.

SECVNDVM THEOREMA.

SVMPTIO externa, corporis et ſanguinis CHRISTI, *vtraque ſub ſpecie, etſi à* CHRISTO *eſt inſtituta, ordinataque; non tamen eſt omnibus volentibus communicare præcepta, vel interdicta, Sed Eccleſiæ iudicio, prudentiaque credita eſt, & commiſſa.*

Declaratio

A

Declaratio ac Conſtitutioqúe, Primæ partis.

Sumptio externa corporis & ſanguinis CHRISTI, *vtràque ſub ſpecie, etſi à* CHRISTO *eſt inſtituta, ordinataque: non tamen omnibus volentibus communicare, eſt præcepta, vel interdicta.* Hae in portione, nihil eſt obſcurum, nihil conſtitutione egens, præter verba poſtrema: Non omnibus præcepta, Non omnibus interdicta. Nam quòd vtràque ſub ſpecie, Euchariſtia ſit inſtituta: abundè tra-

Cap. 11. dunt Euangeliſtæ in nouiſſima cœna, & Paulus in prima Corinthiorum epiſtola. Quòd & ſub vtràque, ad Eccleſiæ vſum, ſit ordinata, nemo non probat: qui nonit noſtræ fidei ſacramenta, Eccleſiæ propter vſum, & commodum eſſe relicta. De poſtremis igitur, pauca.

Euchariſtia ſub vtraque ſpecie, nec oībus eſt pręcepta, nec oībus interdicta.

Primùm in his ponderandum, non inferri: ergo aliquibns eſt pręcepta, ergo aliquibus eſt interdicta, vt fortè, primo conciperetur intuitu. Siquidem cum pars ùtraque, ſit negatiua, ex neutra inferri poteſt affirmatiua: vt exploratum eſt Dialecticis. Rectè tamen tam ex priori, quàm ex poſteriori, particularis ſumitur negatiua, cum æquiualeant: Non omnibus eſt præcepta, & Aliquibus non eſt præcepta: Non omnibus eſt interdicta, & Aliquibus non eſt interdicta: ſicut & apud eoſdem compertiſſimum eſt. Deinde explicandum: quo pacto pars ùtraq; vera eſt.

B

Quòd ergo vtràque ſub ſpecie, aliquibus non ſit præcepta, vel inde probatur: quòd ſi aliqui non forent exempti, nulli ab ea fas eſſet abſtinere, ſiue eſſent paruuli, ſiue adulti, ſiue layci, ſiue ſacerdotes. Quòd aliquibus quoque non ſit interdicta, non abſimili oſtenditur argumēto: quia inquam aliàs non liceret, ſiue conficientibus, ſiue alijs vbi vigeret conſuetudo, vt olim Corinthijs, ſub vtraque cōmunicare. Quæ omnia, quàm ſint abſurda, & contra Eccleſiæ orthodoxæ doctrinam: vel ex his, quæ nuper in ſacroſancto definita ſunt Tridētino Concilio, manifeſtum eſt. Cuius iſta ſunt verba.

Sancta Synodus, à ſpiritu ſancto, qui ſpiritus Sapientiæ eſt, & intellectus; ſpiritus conſilij & pietatis, edocta atque ipſins Eccleſię iudicium & conſuetudinē ſequuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto, laycos, & clericos non conficientes, obligari ad Euchariſtiæ ſacramētum, ſub vtràque ſpecie ſumendum: neqne vllo pacto, ſalua fide, dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat. Nam etſi CHRISTVS Dominus, in vltima cęna venerabilē hoc ſacramentum, in panis & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit: non tamen illa inſtitutio & traditio, eò tendunt, vt omnes CHRISTI fideles, ſtatuto Domini ad vtranq; ſpeciem accipiē-

C

dam aſtringantur. Hęc Seſſ. 21. Itaq;. Et in cap. Deniq;, ſic habes.

Deniqne eàdem ſancta Synodus docet, Paruulos vſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate, ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem. Siquidem per baptiſmi lauacrum regenerati, & CHRISTO incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam, in illa ætate amittere, non poſſunt. Neque ideo tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis, aliquando ſeruauit. Vt enim ſanctiſſimi illi Patres, ſui facti probabilem cauſam, pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè eos, nulla ſalutis neceſſitate, id feciſſe ſine controuerſia credendum eſt. Et in. 1. &. 4. Canone, ita dicit.

Anathema ē ſiquis dixerit Euchariſtiā ſumere ſub vtraque ſpē, pſertim paruulis, neceſſarium eſſe ad ſalutem.

Siquis dixerit, ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis, omnes & ſingulos CHRISTI fideles, vtranq; ſpeciem, ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti ſumere debere: anathema ſit. Siquis dixerit, Paruulis antequam ad annos diſcretionis pernenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem: anathema ſit.

Hæc cum ſint conſtantiſſima, & nulli fidelium non ſuſpicienda, quin & vt fidei articulus indubiè obſeruanda retinendaque: ita validum noſtrum conſtituunt Theorema, vt in eo amplius immorari, profectò eſſet importunum. Quia tamen aliqui (licet non ſatis formidabiles) emer-

D

gunt ſcopuli: præſtat eos paucis declinare, & ita tandem, præſentem portionem abſoluere.

Obiectiones contra prędicta.

Primus emergit ex ſexto Ioannis: eo ꝙ multi Patrum, ad ſacramentalem, quæ in eo ſunt refe-

Cap. 6. runt ſumptionem. Ergo etſi verum eſt, verba (niſi manducaueritis, niſi biberitis) de ſpirituali tum eſu, tum potu fore interpretanda: non tamen ſacramentalis vtriuſque ſumptio (ob patrum ſaltem reuerentiam) eſt ſecludenda.

Secundus ex vigeſimoſecundo Lucæ: Accipite & manducate, accipite & bibite, ex eo omnes. Cum Eccleſia CHRISTI, deterioris non ſit conditionis, quàm eius Apoſtoli, immo (cum illi in eius inſtituti ſint commodum, & obſequium) præſtantioris; nulla eſt ratio, quòd illi non ſit mandatum, quod Apoſtolis eſt præceptum.

Tertius, ex ratione ſacramenti. Siquidem cum inſtitutum ſit pro nobis, vt illo inqnam potiamur: cur nobis in ſua nō pmittitur abſolutione? Exploratum enim eſt: quòd ſi ſub altera ſpecie,

eſſet

eſſet ſacramentum perfectum, quòd ſub duabus non eſſet inſtitutum. Non enim Deus prodigus eſt in ſuperfluis: qui non deficit in neceſſarijs.

Quartus, ex refectione ſpirituali. Conſtat quidem, ſub duabus ideo inſtitutum ſpeciebus, vt ſuauior foret, ſpiritus refocillatio: ergo ſicut corporalis, nō plenè perficitur, niſi per cibum & potum, ita nec ſpiritualis, niſi per panem, & calicem.

Et demum, compertum eſt, q noua legis ſacramenta, efficiunt quod ſignificant: ergo cum altera pars, non ſignificet totum, non niſi partē rei operabitur ſignificatæ. Ergo non rectè conſulitur: vt ſub altera tantum ſpecie, communicetur.

Reſpōſio ad obiecta. Vt autem declinemus primum: ſi deferendum eſt Patribus, vt iure deferendum eſſe, non dubito, dicēdum ea verba, præfata retenta interpretatione, non intelligenda eo pacto abſolutè, ſed iuxta moderationem Eccleſiæ. Vt doceant quidem, omnibus eſſe manducandum, omnibus eſſe bibendum, ſed loco, & tempore opportunis. Id quod non ex noſtro: ſed ex Eccleſiæ pendet arbitrio. Ergo vbi Eccleſia ſtatuit (vt apud Corinthum) communicandum ſub vtraq; capitale erat, non ſic cōicare, eo in loco. Et quando conſuetum erat, omnes ſub vtraq; communicare; iniquū extitit, alteram tantum ſumere. Propterea & Gelaſius, Comperimus. de Con. d. 2. optimo cōdēnauit iure: qui alterā tantum præſumebant accipere. Quod etſi contrahunt ad conficientes: non deſunt tamen, qui defendunt, comprehenſos omnes communicantes.

Gelaſius excōicauit cōicantes ſub altera tantum ſpē, quia tūc aliter habebat ibi conſuetudo.

F

Verùm alicubi & quandoque, ſecus decretum eſt vt fortè Ieroſolymis: vbi (Luca teſte) non longè poſt CHRISTI reſurrectionem, fideles orationi, & communioni fractionis panis, vacabant, nulla calicis facta mentione; ſpiritus ſancti præſtolantes aduentum: quo iuxta Domini verbum, virtutem induendi erant ex alto. Nec tantum Ieroſolymis, ſed & alibi, cum Tertulliani tempore, ſub panis tantum ſpecie, populum Domini corpus, ſumpſiſſe compertum ſit: Siquidem in Libro de Oratione, ſub finem, monet præfatus Pater, Domini corpus in ſacramento, recipiendum quidem à fidelibus mane (nam tertia vt creditur conficiebatur hora) ſecumq; deferendum, ſeruandumque (ſolebant enim mundo in panniculo ferrē domum) vſquequo abſolueretur ſtatio: quæ fortè hora non abſoluebatur, niſi meridiana, vel etiam, vt aliquibus placet, veſpertina.

Et quidem, quòd ea verba, eo non ſint ſumenda, vt præſeferunt, rigore; ex doctrina accipitur Concilij Tridentini. Itaque. vigeſima prima Seſſione. Sed neque ex ſermone illo, apud Ioannem ſexto, rectè colligitur, vtriuſque ſpeciei communionem, à Domino pręceptam eſſe, vtcunque iuxta varias ſanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes: illud intelligas. Namq; qui dixit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Dixit quoque, Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, Et qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam: Dixit etiam, Panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Et deniq;, qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: Dixit nihilominus, Qui manducat hunc panem viuet in æternum.

G Ioan. 6.

Ad declinandum ſecundum: dicendum, q Apoſtoli, communicauerunt quidem ſub vtrāq; & optimo iure. Primò, id factum eſt, tempore inſtitutionis ſacramenti, & cum amicis peculiaribus & in finē vſque miro modo dilectis: & cum mox receſſurus erat ab eis. Secundò quia id datum eſt eis, vt paſtoribus ſuæ Eccleſiæ: quibus nedum erat commiſſurus gregem, ſed & ſacramētorum adminiſtrationem, & huius de quo ſermo eſt, confectionem. Tertiò, quia id datum eſt illis, in perſona Eccleſiæ, quæ continebatur in eis, non ſecus ac in præclariſſima eius portione, & veluti in totius ſeminario. Conſtat autem q illa ſemper, ſub vtrāq; communicat, cum ſemper habeat ſacerdotes: per quos & offert et cōficit. Ergo ſicut per doctores docet, per paſtores paſcit; ita & per ſacerdotes ſub vtrāque communicantes communicat. Quare non eſt deterioris, ſed vberioris conditionis; ſi res vt pars eſt penderetur.

Quare Apoſtoli cōicarūt in cœna ſub vtraque ſpē.

H

Ad declinandum tertium: dicendum q hoc in ſacramento, perfectio attenditur, vel ex parte rei contentæ: & tali pacto, eadem eſt in altera tantum, quæ in duabus ſimul, cum ſub qualibet, ſit totus, & integer CHRISTVS: & ſub duabus nō duo, ſed vnus, nullo pacto ditior, nullo mō vberior. Vel ex parte rei quæ continet, ſpeciei ſcilicet panis, & ſpeciei vini: & diſtinguendum eſt. Siquidem cum noua legis ſacramenta, ſint & ſigna, & efficientes (etſi inſtrumentaliter) cauſæ; vtroque ex capite, eorum poteſt penſari perfectio. Ergo ſi in eo, ſpecies penſent, q cauſæ; liquet nullum eſſe diſcrimen: Nam cum vis roburq; inſtrumenti, quatenus inſtrumentum, ex virtute proficiſcatur cauſæ principalis: haud dubium q non maior eſt in vtrāque ſimul, q̄ in altera tm̄.

Siquidem

A Siquidem cum vis & robur ſit CHRISTI, qui non eſt vberior in vtriſq; quàm in altera: palam ꝙ quantum ex hac pendet ratione, nulla eſt differentia.

Luc.22. 1.Cor.11.

Verùm ſi in ratione expendantur ſigni, excutiendum erit, quòd cum hoc inſtitutum ſit ſacramentum, vel ad ſignificandam Domini mortem (hoc facite in meam commemorationẽ: & quotieſcunq; ſumitis, mortem Domini annunciatis) & hoc pacto, licet verum ſit, vberius perfectiuſque, repręſentari ſub vtràque, eo quòd in morte, ſanguis fuit ſeparatus à corpore, ſicut ſpecies vini, a ſpecie panis, non tamen ob id ſub vtràque cogimur ſumere, ſed ſatis eſt, vtranque vti ſignũ, quod diximus, animaduertere, ac ideirco vtranque ſuſpicere. Vel ad ſignificandam ſpiritualem refectionem, ſiue qua potimur in via, ſiue quam expectamus in patria: Et ſic nulli dubium, quòd et ſi vberiori modo inſinuatur in vtràque, non tamen vberiori percipitur fructu ſub vtraque, quã percipiatur ſub vna. Siquidem cum in via, ex guſtu, ille fructus percipiatur, ſpirituali, qui viuæ, hoc eſt charitati coniunctæ, fidei opus eſt: palam quòd ſicut illa, non minus erga vnam ſpeciem exercetur, ita non minus ſub vnius perceptione ſentitur habeturq;. At in patria, cum viſione percipiatur beatifica; nec altera nec vtràq; ſpecie opus eſt. Igitur non vt ſumendo vberior percipiatur fructus: ſed vt clarior, in aliquibus, vt dictum eſt, ſit ſignificatio, vtràq. ſub ſpecie inſtitutũ eſt.

B Ad declinandum quartum, alia opus non eſt cautela. Eſtò ſpiritualis refectio, ex eſu conſtet & potu: non propterea neceſſe eſt, vt externè ſub ſpeciebus ſumatur panis & vini, ſed ſatis eſt, ſi internè mens CHRISTI refocilletur carne & ſanguine: quod per actum fit internum fidei & charitatis, ſicut & ſupradictum eſt. Similiter ad euadendum quod poſtremo allatum eſt loco; via & compendiaria, & tutiſſima eſt: nempè quòd admiſſo, ſicut & admittendum eſt, efficere quod ſignificant ſacramenta: nihil habetur, quod obſit, ſed potius roboratur quod inducitur. Significet hoc ſacramentum refectionem ſpiritualem: efficit quidem illam, & efficit, ſi ponderetur, vberius, ſi efficit non modo, per vtranque, ſed & per alteram ſpeciem. Nec ex hoc aliud poteſt deduci, niſi quòd amplius præſtet, quàm ſignificet quod non eſſe abſurdum, vel ex baptiſmo compertiſſimum eſt; cum ablutionem ſignificet (ſiquidem eſt lotio) & tamen non tãtum abluat, ſed regeneret, prout & Dominus, & Apoſtolus docent. Quare cum dicitur, efficere quod ſignificant: non opus eſt vt ita arctè efficiant, ſicut exactè ſignificant, &c.

Sacr̃m eucharistię ſub vna tantum ſpecie, plus efficit quàm ſignificet.

Declaratio ac Conſtitutio Secundæ partis.

C *Sed Eccleſiæ iudicio, prudentiæq;, credita eſt, & commiſſa.* Et hæc portio, ex ſacroſancto eſt determinata Concilio: & ea vbertate, vt nulla adiectione ſit opus. ſic enim habet vigeſima prima Seſſione. Prętereą Præterea (inquit) declarat ſancta Synodus. hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe, vt in ſacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret: quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum ſacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Id autem Apoſtolus, non obſcurè viſus eſt innuiſſe, cum ait: ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros CHRISTI, & diſpenſatores myſteriorum Dei: atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe, ſatis conſtat, cum in multis alijs, tum in hoc ipſo ſacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius vſum; Cętera inquit, cum venero diſponam.

Quare agnoſcens ſancta mater Eccleſia, hanc ſuam in adminiſtratione ſacramentorum auctoritatem, licet ab initio Chriſtianæ religionis, non infrequens vtriuſque ſpeciei, vſus fuiſſet, tamen progreſſu temporis, latiſſimè iam mutata illa conſuetudine, grauibus, & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem, ſub altera ſpecie communicando approbauit, & pro lege habendam decreuit: quàm reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate, pro libito mutare non licet.

Et quoniam hæc ſunt compertiſſima, & notum eſt. quòd eundem non ſeruat (laudabiliter)
D Eccleſia ritum, quem olim ſeruauit in collatione baptiſmi, cum amplius per modum non baptizemur immerſionis: nec communicat inter cęnandum aliquem, ſicut communicauit apoſtolos CHRISTVS, & Corinthios Paulus: & id quidem piè ac religioſè, Ideo, & ritè, & optimo iure, in ijs, quæ vim non variant ſacramenti, ſed æconomiæ conferunt Eccleſiaſticæ, Eccleſiæ debemus cedere: & quæ conſtituit, vel conſulit, omni cum veneratione complecti. Et ſic ſit finis ad Dei gloriam. Amen.

REVERENDISS. AC ILLVSTRISS. A

D. Sebaſtiano Pighino. S. R. Eccleſiæ Præſbytero Cardinali Digniſs.

Iacòbus Naclantus Epiſcopus Clugienſis, Perpetuam fœlicitatem

QVoniam cum ageremus Tridenti, cauſa œcumenici, ac Sacroſancti concilij; in quo Reuerẽdiſs. ac Illuſt. D. tua (tametſi eò temporis, in minoribus gradu & dignitate, non tamen in minoribus Sapientia & Religione) tùm prudentiſsimè, tùm religioſiſſimè præſidebat; nihilq; quod orthodoxæ Fidei, Chriſtianæq; pietati conduceret, omni pro virili, ſanctiſsimè non procurabat; Neceſſarium fuit, ob rei magnitudinem, & arcana tremendaq; Miſſæ myſteria, cùm à præclaris Theologis, tùm à ſanctiſsimis Patribus, multa non ſolùm de ſacratiſsimo Ordinis Sacramento, ſed & de auguſtiſsimo altaris Sacrificio; quod ab Apoſtolorum tempore, in hãc vſq; diem, non modò ad agendũ gratias Deo; non modò ad memoriæ reuocandum, quod ſemel pro nobis eſt oblatum à CHRISTO; ſed ad ſatisfaciẽdum pro pœnis noſtris facinoribus debitis, impetrandamq; nonnunquam remiſsionem criminum, ac reconciliationẽ cũ F
Deo, ſemper in Eccleſia eſt religioſiſsimè celebratum, ac quotidiè repetitum, frequenter in medium, nedùm piè catholiceq; deduci, ſed egregiè ac diſertiſsimè pertractari; et demùm à Reuerendiſs. ac Illuſtriſs. D. tua, quæ poſtremò, in frequentiſsima ſanctorum Patrum corona, ſententiam proferebat, non pauca, & ea maximè: quæ ui debantur recondita, clariſsimè detegi, ac ampliſsima luce perfundi, arbitratus ſum, quòd ſibi rem ingratam non fecero, ſi pauca, quæ nuper de Sacroſancto CHRISTI Sacerdotio, eiuſque ter fœliciſsimo Sacrificio, mea pro tenuitate, ex limpidiſsimo diuinarum literarum fonte haurire tentaui (haud ſecus ac pignus aliquod, meæ erga illam, ſingulariſsimæ obſeruantiæ, ac meritiſsimæ ſeruitutis) obtulero: Et quoniam conteſtante apoſtolorũ Principe, Sacerdotiũ CHRISTI, Sacerdotiũ eſt Regale; propter quod et ſummus eius Vicarius, ſummus eſt Sacerdos & Princeps; viſum eſt, poſt enarratũ illius Sacerdotiũ & Sacrificiũ, et illius enarrare Regnũ & Principatũ, ut alteri, ex altero, lumẽ maius accedat. Et quãquã nemini dubitare fas eſt, CHRISTI principatui oĩa ſubiici, illũq; pro arbitrio ſingula moderari; nihilominus ſatis eſt inſtituto, ſi de illius ſpũali Regno ac moderatione, aliquid explicetur. Ergo (certè nõ vereor) nõ dedignabitur Reuerẽdiſs. D. tua, (tametſi perexile eſt opus) pro ſua nõ exili, erga me dilectione, qua nunquàm ob animi ſui ingenuitatem, me proſequi dedignata eſt; illud non ſolum benignè ſuſcipere, ſed & Authorem in illo, ſibi dediſsimum ſemper habere, quæ fœlix diutiſsimè viuat. G

1.Pet. 2.

ENARRATIO MAXIMI PONTIFICATVS,

Maximiúe Sacerdotij: Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri.

LIcet ſiquis Moſen attendat (interſit nonnihil inter Pontificem & Sacerdotem; quoniam tametſi ambo conſecrabantur Deo, & ſacris veſtibus miniſterio fungẽbantur in Sanctuario; Aaronis tamen ſacratior erat vnctio, ornatus celebrior, & Exo. 28. Leu. 8. 10.
functio in ſanctis ſanctorum. Licet & in eccleſiaſtica Hierarchia, eorum nõ obſcura ſit differentia, quandoquidem Sacerdotis munus eſt, CHRISTI corpus conficere, & in altari illud frequenter offerre; Pontificis verò præter id, eſt ſacerdotes inungere, Eccleſiæ ſuperintendere, & ſacramenta omnia diſpenſare: nihilòminus, cum CHRISTVM ſuſpicimus, cuius vmbram præferunt legis Pontifices & Sacerdotes, in quo omnis Pontificatus eſt abſolutus, & Totum Sacerdotium conſummatum, in illo nullũ patiuntur diſcrimen. Quam ob rem Acto. 14. 20. 1.Th. 5. H
In Chr̃o idẽ Pontificatus, & ſacerdotiũ. & Apoſtolus, quemadmodum non ſemel alibi, Epiſcopos & Sacerdotes confundit, ità & in ea quæ ſcribitur ad Hebræos, CHRISTVM modò Pontificem, modò Sacerdotem appellat, & vtrũque perindè ac ſi in illo, hæc non ſint diſtincta, pertractat. quare & nobis nõ dabitur vicio, ſi inſtitutum Pauli imitati, minuſq; hoc in ſacramento, de verbis ſoliciti, tentabimus myſterium hoc quouis modo vocetur, paucis aperire.

Et vt res ab inſtitutione procedat ordimur ab illa ſpõſione Patris, qua CHRISTI Sacerdotiũ, Pſal. 109.
iureiurando ſanxit, & nunquàm ſe reuocaturum aſtrinxit. Iurauit Dñs (teſtis eſt Dauid) & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec. quanquàm enim Heb. 6. Pſal. 88.
Deus eſt veritas; quanquàm nequit fallere, aut quouis pacto mentiri; morem tamen gerens conditionis humanæ, & attemperans ſeſe imbecillitati noſtræ, ſponſiones ſuas non rarò iureiurãdo Gene. 9

confirmat

Pſal. 131. A confirmat: vt quandò pactus eſt cum Noęmo, cum Abramo, cum Dauide, & aliis Patrum noſtro
rum, daturum ſe nobis, nec per alium quidem quippè qui ſuperiorem nõ habet; ſed per ſemetip
Gene. 6. ſum iurat. Per memetipſum, inquit, iuraui: & in memetipſo: & Viuo ego, dicit Dñs. Nos autẽ (vt Cur Deus per ſemetipſum iuret.
Eſa. 45. ait Apoſtolus) per maiores iuramus, & maximè per Deum viuum: propterea Moſes. Non iurabi-
Heb. 6. Exo. 23. tis inquit per Deos alienos, ſed per nomen Dñi Dei noſtri: & Dñs per Ieremiam. Iurabitis, Viuit
Cap. 4. Dominus: ſed in iudicio, iuſtitia, & veritate: quo quidẽ pacto ſiquis iurat, nõ errat (iurauit enim,
Rom. 1. 9. & non ſemel Apoſtolus: iurauit & CHRISTVS, in quem error non cadit) ſed probatur: Lauda-
2. Cor. 1. buntur enim omnes, qui iurant in eo.
Pſal. 62. Et licet ita ſit, meritò tñ non detrahitur, cùm pp reuerẽtiam Dei, tùm propter lapſum periu-
rij, in quod non rarò eſſet impingere (qui natura ſumus mendaces, & ad fallẽdũ propenſi) à cre
bris iuramẽtis cauẽdũ aſſeritur. Iurationi (inquit Sapiẽs) nõ aſſueſcat os tuũ, multi enim lapſus in
illa: & non multò poſt. Vir multùm iurans, replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius pla
ga: nec ꝙ CHRISTVS iuramentum vetat, prædictis obſiſtit; qñquidem etſi quicquid eſt; præter
Mat. 5. eſt, & non, à malo (vt inquit) eſt; & frequentius, non iurantis, ſed iuramentum extorquẽtis; quip- Quo pacto intelligunt verba Chri. cum iuramentum prohibet.
Ioan. 3. pè qui ſępe diffidit, & innatam hoïs iniquitatem expauet; poſt quam tñ per CHRISTI ſpm̃ rena
B ti ſumus, primumq; hoïem, ſuis cum actibus deteſtari; nil ſupereſſe debet cur de proximis ſuſpice
mur. Tales ergò admonens CHRISTVS, quibus & cor vnum precatur in Domino, quosq; mem
1. Cor 12. bra ſui corporis fecit, & eo mutuę dilectionis nexu vinxit, vt toti in eò ſint, vt inuicem obſequan
& 13. tur, execrantes non ſolum lites & diſſenſiones, ſed & propria non quęrẽtes, morẽ gerant aduer-
Mat. 6. ſariis, ac benemereantur de inimicis; opportunè iuramentum prohibet, vt quod præſtatur ob
Heb. 6. malum duntaxat aduerſarij & (vt Apoſtolus dicit) ad dirimendas lites.

Quæ res (planè quidem) aliud non prætendit, q̃ eam ipſam vitam, quam ſua membra ducunt,
Rom. 8. fore ſine omni dolo: quippè quæ per inhabitantem Spiritum eius, qui fictum effugit diſciplinæ,
Sap. 5. columbarum ſimplicitate donata, (quæ candidæ ſunt & veluti lacte lotæ) ſine fuco, fraude & cir
cumuentione degunt; vt quemadmodum ſimplex eſt animus, candida mens, ita pura ſint verba,
Iacob. 5. & ſola, tum aſſertione, tum negatione contenta. Ergò non iuſiurandum à CHRISTO reiicitur,
ſed inter eius Diſcipulos, non neceſſarium demonſtratur; tametſi exigentibus moribus filiorum
mundi, & multorum credentium imbecillitate, non mediocriter aliqñ cedat in gloriam Dei; &
Rom. 1. ob id ſanctè (quemadmodum factũ eſt ab Apoſtolo) à membris IESV CHRISTI præſtetur, ſem
2. Co. 1. per ſpiritu ſuggerente, & fratrum commodo expoſtulantẽ.

C Et quanquam firmiſsimum eſt iuramentum Dei; vt nihil tamen non moueat, & quouis pa-
pſal. 109. cto noſtræ imbecillitati ſuccurrat, propheta ſubiecit: Et non pœnitebit eum. Legimus quidem,
& non ſemel, pœnituiſſe Deum; vt illud ad Noęmum: Pœnitet me feciſſe hominem: & Samueli: Quo pacto Deum aliqñ pęniteat.
Gen. 6. Cap. 8. Me pœnitet Saulem conſtituiſſe regem, & per Ieremiam. Repente loquar aduerſus Gentem &
Regnum, vt eradicem, deſtruam, & diſperdam: ſed ſi pœnitentiam egerit à malo ſuo, agam &
ego pœnitentiam ab eo malo, quod facere cogitaui ſuper eos, & Dauid: Pœnituit eum ſecũdum
pſal. 105. multitudinem miſericordiæ ſuæ.

Verùm, præter id ꝙ liquet, pœnitentiam Dei, non eſſe veluti pœnitentiam hoïs, quem pœni-
tet ꝙ deliquit, eaq; de re, non rarò ſemetipſum diſcruciat: (qñquidẽ Deus benè oïa facit, & pec-
care nõ poteſt:) rurſumq; dolore nõ tangitur, aut quouis affectu, humano more mouetur, (Triũ-
1. Re. 15 phator in Iſrael non flectitur pœnitudine, nec ſicut homo pœnitentiam agit,) certiores nihilo-
Malac. 3. minus ſumus ꝙ procul ab oï mutatione eſt. Ego (inquit) Dñs & non mutor, & vnus apoſtolorũ;
Iac. 1. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Sed dum deſtruit quod prius
Eccle. 3. ſtatuit; aut non influit in quod ſolebat, vel punit quem tolerabat; illum per ſimilitudinem dici-
D mus pœnitere, quod planum eſt, poſſe ſine omni ipſius mutatione contingere; quippè, qui ſtatu Mutatio non eſt in Deo, ſed in rebus.
tis rebus, certis temporibus, & ſingulis ſuis periodis diſpenſatis, quemadmodum ſucceſsionem,
ita & variationem illis præſcripſit, vt exigentibus curſu huius ſæculi, & natura inferioris mundi,
nulla res diu in eodem ſtatu pſiſtat; ſed modo opportunũ ſit ſerere, modo ſata colligere: præſtet
nunc plantare, & poſtmodum plantata conuellere: conducat nũc deſtruere, quod prius contu-
Ibidem. lit ædificare, quemadmodum & Salomon ſcripſit.

Ergo adueniẽte termino prædefinitionis Diuinę; & ſi alternę mutationes in rebus eueniunt,
nõ ppea decretũ Dei à ſua diſpõne recedit; ſed imutabile ſuæ volũtatis pſcriptũ, qd his mediis ſin
gulis fines ſtatuit, executiõi mãdat. q̃re pſpicua eſſe poſſũt oracula pphetarũ, q̃ tametſi certa ſub
cõditione pducta, reuocari poſſe videtur, ſecus eſt tñ. Et pter id, ꝙ gratis à ſe irreuocabili lege ſe-
lectis, cõditionẽ illã ſemp largit̃, & ſuis p flagitiis, ppetuo reprobatos, tandẽ, ſine illa dimittit, vt

neceſſe ſit ambas partes veritatẽ habere;haud difficile erit agnoſcere, ꝙ Deus optimus maximus, E
nõ tàm rerum prçſcius,q̃ euentuũ inſtitutor ac temporũ diſpenſator,ſi in electorum fruge,quos
ità finxit,vt cõmodum ſit timoribus deiici,& pollicitationibus allici;quę ſibi ſunt certa,reſoluta,
& ab æterno penitus definita, non rarò per Vates ſub cõditione denuntiat,vt nunc timore a&ti,
nunc ſpe erecti,ſuis obſecundent decretis;nullũ ſuæ immutabilitati præiudicium facit,ſed quod
ſanxit exequẽs,pios non parũ ad gratiarũ actiones inflãmat;dum verba ſua,organũ ſalutis facta,
ità noſtræ imbecillitati contemperat, vt & ſuauius illã adurgeant,& frugalius electis proficiant.

Quòd ſiqñ loquitur abſolutè,quemadmodum per Ionam Niniuitis, & per Eſaiam Regi Iu- cap. 3. Cap. 38.
dà: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur: & Ezechiæ:Diſpone domui tuæ, quia mo-
rieris & non viues,nec tamen exequitur,quod comminatur; conſtat quòd eò loci , vel certa eſt
ſubintellecta conditio;vt Regi,niſi oraueris fleuerisq;,& Niniuitis: niſi reſipueritis,& pœniten-
tiam inſignem egeritis , quam in illorum frugem ſubticuit: vel pronunciatũ quidem eſt,ex ſen

Sentẽtia diuini iudicij aliquãdo iuxtà demerita propria.

tentia Diuini iudicij,ſed lata iuxtà demerita propria,& curſum cauſarum inferiorum,quibus ex
Dei miſeratione poteſt obuiam iri, & non ex diffinitione diuinæ voluntatis abſolutè, quæ non
cogitur ad diſpoſitiones,quas ſtatuit in creaturis, & nullo modò impediri contingit. Ergò ſi ſen
ſus quo dicta ſunt, diſpenſetur,nulla aut Dei,aut Oraculorum eius ſequitur permutatio, ſed mi F
ra ſuæ voluntatis,ſuæq; prouidentiæ diſpoſitio & executio:ſed videndũ eſt quid iurauerit, quid
uè nunquam ſe reuocaturum ſpoponderit.

Tu es Sacerdos in æternum,ſecũdùm ordinem Melchiſedec. loquitur quidẽ ad filium,ſed ho
minem factum;qm̃ ſacerdotem eſſe, munus eſt hominis, & omnis Pontifex ex hominibus eſt aſ- Heb 5.
ſumptus;nec modò hominem factum ſed paſſum,& excitatum à mortuis,immò & ſedentem ad
dexteram Dei:nõ ꝙ eòuſq; hæc illi diſtulerit patefacere;ſed quia eòuſq; hæc in illo diſtulit adim
plere;ſicut enim frequenti ſcripturarum tropo,tunc Deus dicitur aliquid ſcire, cum illud quod
ſcit,executioni tradit(modò cognoui ꝙ timeas Deum)ità & modò,hæc CHRISTVM poſt reſur Gene 22.
rectionem dictus eſt alloqui,quia poſt reſurrectionẽ,quæ illi fuerat eloquutus,exequitur:ſiqui-
dem qui pſalmum illum diligenter expenderit, nil aliud, quàm quod poſt conſeſſum CHRI-
STI ad dexteram Dei, adimplendum fuerat, prænunciatum eſſe percipiet, ſicut paucis com-
monſtrare pergemus.

Dixit, inquit, *Dominus*. Non dixit Pater: non ꝙ Patri non ſit peculiariſſimũ dicere,cum ver-
bum à ſolo Patre procedat, ſed quia loqui(de quo ſermo)non eſt notionale ſed eſſentiale: non Pſal. 109.
eſt gignere,ſed arcana detegere,quod non eſt Patri propriũ,ſed toti Trinitati cõe,Ergo cõmo- G
dè, & voce vſus eſt ad nullam perſonarum reſtricta, & verbo in numero ſingulari: quoniam ta-
metſi Pater Dominus,Filius Dominus,& Spiritus ſanctus eſt Dominus,non ſunt tamẽ tres Dñi,

Loqui eſſentiale appropriatur Patri

ſed vnus eſt Dñs. Et licet ita ſit,licet loqui,de quo ſermo, toti Trinitati cõueniat:non tñ ibo in-
ficias,quin & dicere, hoc modo acceptum,in Patrem per appropriationem(vt dicũt)peculiari-
ter reducatur, quemadmodũ & illud reducebat CHRISTVS. Mea doctrina nõ eſt mea,ſed Patris; Ioan. 7 8.
qui miſit me:& quę audiui à Patre,loquor in mundo. *Domino meo*,hoc eſt,Seruatore interprete,
CHRISTO, qui inſigniter dictus eſt Dñs Dauid, non ſolum quia illi inſigniter eſt repromiſſus, Pſal. 88. Rom. 1.
ſed quia ex illius ſemine factus,& ab illo ſemper viua fide poſſeſſus.

Dixit, non poſt reſurrectionem reuelando, cum ab initio ſuæ conceptionis,reconditi in illo
ſint omnes Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei; ſed poſt reſurrectionem magnificè exequendo: Col. 2.
nam & Dei dicere,non rarò in ſcripturis eſt facere, & rem conſtitutam abſoluere. *Sede à dextris* Pſal. 148.
meis: Siquidem hiſtoria Euangelij referente,quadrageſimo reſurrectionis die, ſe recepit in cœ- Mar. 16.
lum,& ſedet ad dexteram Dei: nec ſecus quidem ac Rex in regio throno,planè poſſeſsionem ca Luc. 19.

Chrs quõ ſedet ad dexteram Dei.

piens eius prçſtantiſsimi Regni; quod è tyrannide Sathanæ vindicauit, & in ſortem longè me- H
liorem, quàm vnquàm fuiſſet, euexit: nec modo vt Rex in regio throno, ſed vt Iudex in ſupre-
mo tribunali, vt vniuerſum iudicet in æquitate; quippè qui factus eſt à Deo Iudex viuorum &
mortuorum; Et cui Pater(optimo iure) omne iudicium tradidit, & ſuæ libertati dimiſit: Præ- Acto. 10.
ter id, quòd peracta redemptione mundi, & conſummatis incommodis peregrinationis huma- Ioan. 5.
næ,iuſtum erat illum à laboribus requieſcere,& omni ex parte perpetua fœlicitate frui; quod,&
non inſolito ſcripturarum tropo, Sedere, ſignificat. Ergò cum dixit Dominus, *Sede*, perindè Pſal. 15.
fuit ac dixerit: regna, iudica, requieſce: non quidem à ſiniſtris,vbi ſunt afflictiones & cruces: 47.
Sed, *à dextris*; vbi beatitudo & bonorum omnium cornucopiæ. *A dextris*, inquam, *meis*, quan- Prou. 3.
dòquidem in Dextera mea eſt maieſtas & gloria,virtus & iuſtitia, poteſtas & mearum delitiarũ Heb. 1. Pſal. 117.
præſtantiæ & vbertates. 72.

Donec

A *Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum*. Et ſi CHRISTVS accepto Regno, ſedet in
Throno,& ſi redditurus omnib⁹ ius,ſedet pro tribunali;Et ſi ſedet in quiete & pulchritudine in
terminabilis pacis; non deſunt tñ hoſtes, nusq̃ non tentantes,ſi quo pacto illum exturbent:Et li
Eſa.52. cet inimici CHRISTI ſint Dęmones(propterea q; tametſi non ſolum triumphauit de eis, ſed &
Col 2. palàm confidenter traduxit, adusq; tñ diem iudicij, illis non nihil permittitur debacchari,& in
1.Cor. 15. dies in ſua peruerſitate peruerti,quos tandèm Dñs,poſtq̃ per CHRISTVM euacuauerit omnem
Principatum,& Poteſtatem,& Virtutem,coniectos in profundiorẽ tartarum,vbi ignis qui nun
2.Pet.2. quàm extinguitˉ,illis paratus eſt ab initio,vti ſcabellũ ſubiiciet pedibus CHRISTI, hoc eſt,ità ſub
Matt 25. illius poteſtate pſternet,vt nullus poſsit,quouis pacto mutire)Nihilòminus malim hoc loci pec-
catores intelligi, quemadmodum & Apoſtolus inimicos intelligit, 5.cap.ad Romanos,& illos
maximè qui reprobi ſunt;quippè qui membra facti Antichriſti, non poſſunt CHRISTO eſſe nõ
Mat.13. hoſtes,non poſſunt eſſe nõ ſemper infeſti: Qui tandèm (& ſi modò cum ſint zizania ab inimico
Eph.4. homine ſata permiſsi ſunt creſcere)vnà cum Principibus tenebrarum, & Spiritualibus nequitiis
& 6. nunc verſantibus in cœleſtibus, in faſciculis colligati, igni ſunt tradendi perpetuo.Poteſt & intel
ligi de omnibus infidelibus, quoniam oẽs q̃diu infideles ſunt, tãdiu hoſtes CHRISTI ſunt(quip-
1.Cor.1. B pè qui Iudæis factus eſt ſcandalũ,& Gentibus reputatus ſtultitia)vt explicetur eòuſq; CHRISTI
Regnum aliquam perturbationem admittere, quòuſq; ſingulis ad illius fidem conuerſis, & ſub
ipſius iugo ſuauiſsimè captiuatis;admiſſa gentium plenitudine,& ſaluatis qui ſaluandi ſuperſunt
Rom.11. ex Iſrael,fiat vnum Ouile & vnus Paſtor.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon. Dominare in medio inimicorum tuorum. Virga roboris
Rom.1. Eſa.2. CHRISTI,Euãgeliũ eſt ſacroſanctũ: quod virtus Dei eſt in ſalutẽ: hãc emittẽdã fuiſſe ex Syon,
& pdixit Oraculũ(de Syon exibit lex,& verbũ Dñi,de Ieruſalem)& probauit euentus,cũ in Iu- Virga virtutis Dei Euangelium ſacroſanctum.
Acto.13. dæa cęptũ fuerit euangelizari,& indè ſelecti ſint Apoſtoli,qui Iudęis relictis, conuerterẽtur ad
Gẽtes.& ſi ſenſum proſequimur de infidelibus; Euangeliũ ex Syon emittẽdum eſſe prædicitur,
nõ quidẽ abſolutè,ſed ad tẽpus Diuina volũtate taxatũ; eò q; cõſummata ex Gentibus electione,
& Iudæis ad æmulationem pleniſsimè prouocatis,illò locupletiſsimè reducẽdũ erit, ſicut & ora
Eſa.56. Eph.2. cula tradũt;vt hoc quidem pacto,medius inter illos dominetur CHRISTVS, (Regno ſibi ex am
bobus peccatiſsimo conſtituto,qui non ſolum illi erant infeſti,non ſolũ Deo abominabiles,ſed
& adinuicẽ implacabiles hoſtes)non ſecus ac lapis angularis, qui vtrũq; connectit,immò in vnũ
Eſa 11. corpus mirificè conſtituit & cõpaginat;ſicq;,terra virga ſui oris percuſſa,hoc eſt,euangelio quo-
C uis promulgato,& Spiritu labiorum ſuorum impiis vndiq, interfectis,hoc eſt,Spiritus ſancti vir-
tute,ab illorum cordibus,omni cum infidelitate,tùm impietate depulſa, iuſtitia circà lumbos ac
cingatur & fide;hoc eſt(vt & Chaldæus Paraphraſtes exponit)omni circũdetur ex parte; iuſtis ac
1 Cor 6. Leu.26. fidelibus populis,incedẽs medius inter eos,nõ modò vt eorũ Rex, ſed & vt eorũ Deus in ſęculũ.

Siverò ſenſum proſequamur de Reprobis,& per hoc de membris impiiſsimi Antichriſti; Vir-
ga roboris, efficacia eius eſt poteſtatis, quam emittet,hoc eſt ſtatuto tempore deſcendere Do-
minus faciet, ex Syon,non terrena, ſed cœleſti; cum ſcilicet reuelabitur & præſertim in nouiſ-
Roma.1. ſimo die, ira Dei de cœlo,ſuper omnem impietatem,& iniuſtitiam hominum,quę & virga dicta
Pſal.2. eſt ferrea, qua reprobi ſcilicet,non ſecus ac figulina vaſcula confringendi ſunt;vt confundantur
Pſal.128. tandem,& conuertantur retrorſum,oẽs qui oderunt Syon: Vt & hoc pacto deniquè dominetur
CHRISTVS, non ſolũ in medio diligentium ſe,in quibus regnat vt Sol in medio ſtellarum cœ-
li & vt cor in medio ſui corporis myſtici, omnibus lucem tribuens,omnibus vitam impartiens,
ac Theſauris gloriæ locupletans: ſed & in medio odientium ſe, non ſecus ac triumphator in-
Pſal.111. ter captiuos, & vindex inter malè meritos: Vt non ſolum eorum nemo, omnibus illum do-
D minantem non videat,nemo ob id, non iugiter iraſcatur, dentibus fremat & tabeſcat; contre-
ſtans praua ſua deſideria eſſe fruſtrà,& omnes conatus inanes, ſed & vt eorum nemo meritiſsi-
mas pœnas non ſoluat.

Verũ & ſi inimicos placet intelligere Demones, Virga roboris,dici poteſt Crux CHRISTI, Etiam Crux Chriſti virga eſt, roboris eius.
per quam vniuerſorum imperium adeptus eſt. Hãc emittet Dominus ex ſuperna Syon, quoniã
Mat 24. hoc ſignum reuelabit in cœlo,cum ad iudicãdum Dominus veniet: tunc quidem dominabitur
Philip.2. CHRISTVS, non ſolum in cœlo & in terra,ſed & ſub terra; quoniam tunc plenè omnẽ ſibi ge-
nuflectetur, cœleſtium, terreſtrium,& infernorum. Immò, & maximè dominabitur Sathanæ
eiuſq; ſatellitio; vt hoc pacto, inimicorum vox, emphaſim habeat,& in illos dominandi modum
& vim(vt in hoſtes ſcilicet)exprimat; quandoquidem & ſi pulchrum eſt hoſtibus imperare lon-
gè tñ pulchrius eſt,cum illos inuitos noſtræ voluntati ſubiicimus,& tremẽtes ſemper & horribili

pauore

pauore turbatos, à noſtris iuſsibus, nec vnguem ſuſtinemus diuertere. E

Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum, ex vtero antè Luciferum genui te. Etſi
hic verſus longè aliter eſt in hebræo, ſolitam tñ editionem ſeruantes, biſariam illum intelligere
poſſumus. & primò (Principio) pro Principatu accepto (quod græca vox ſuſtinet) vt hoc pacto p-
ſpicuè moneamur, ꝙ etſi vſq; in extremum diem, hoſtes penitus CHRISTO proſtrati non ſunt,
id tamen ex defectu non prouenit ſui principatus, ſed ex diuina voluntate, & mira illius diſpen-
ſatione; quandòquidem in die roboris CHRISTI, hoc eſt in die reſurrectionis eius, in quo vicit Apoc. 5.
Leo de tribu Iudà, in quo alligauit fortẽ, & illius vaſa ac trophęa diripuit; & accepta omni pote- Luc. 11.
ſtate in cœlo & in terra, poſſeſsione totius orbis, iure optimo eſt potitus; *Secum*, hoc eſt penès il-
lum factus eſt Principatus, regimen, iuriſditio oĩum rerum; quippè qui illa die, cùm euaſerit, nõ
ſolùm primogenitus Dei ex mortuis, ſed & apparuerit non ſecùs ac primogenitus eius in mũdo, Col. 1.
Chrſ in die reſurrectiõis verè Deo renat' vndiq; ſpirãs gratiæ, & veritatis; verè Deo renatus eſt, vt verè illi dicere potuerit, hodie genui te, ſi- Pſal. 2. Cap. 13.
cut & in actis Apoſtolus dicit. Progreſſus quidẽ, *ex vtero*, ſed non ſummi Patris, qui memoria ſę-
cunda dictus eſt à Theologis, quoniam ex illo natus eſt antè ſęcula, nec Virginis glorioſæ, quo- Scot.
niam ex illo natus eſt puer, & pãnis inuolutus, poſitus eſt in præſepio; ſed ex vtero terræ, commu- Luc. 2.
nis omnium matris, cùm ex illo in regeneratione prodituri ſimus & nos, vbi fuerat tribus diebus F
& tribus noctibus, ſicut & Ionas in vẽtre Ceti, In quem & intrauerat quandò ad inferna loca de- Mat. 12.
ſcendit, vt noſtram conſummaret ſalutem.

Ex hoc inquàm, vtero, CHRISTVS ſolutis inferni doloribus, quibus impoſsibile fuit illum Acto. 2.
retineri; *in ſplendoribus ſanctorum*, genitus eſt, hoc eſt in gloria & ſplendore, non ſolùm pro ſe,
ſed & pro omnibus ſanctis, quoniam in gloria & ſplendore Sancti ſanctorum: quoniam in glo-
ria & ſplendore Primogeniti inter ſanctos, & per hoc in gloria & ſplendore per illum commu-
nicandis omnibus fratribus ſanctis: Sicut enim natus ex Virgine factus eſt plenus gratia, vt ex il- Ioan. 1.
la in hac vita recipiamus omnes nos, ita & in reſurrectione renatus eſt plenus gloria & ſplendo-
re, vt ex illis in futura fulgeant omnes electi. Quòd verò, *antè luciferum*, additum eſt; ſi ad tẽpus
reſurrectionis refertur, cum diluculo excitatus ſit, verè antè luciferum, hoc eſt, antè ſolis ortum, Luc. 24.
qui diei indubiè lucẽ affert, regenitus eſt: ſi verò ad reſurgẽtis ſplẽdorem, antè luciferũ genitus
eſt, quia longè illuſtrior ſole, lõgeq; illo rutilantior exortus eſt. Et præter id ꝙ eſt Sol iuſtitiæ, cũ Malac. 4.
iuſti debeant eius in Regno reſulgere vt ſol, meritò CHRISTVS reſulgebit pluſq̃ ſol: Et hoc qui- Mat. 13.
dem pacto, particula, antè, non preſefert præceſsionem in tempore, ſed præceſsionem in dignita- G
te, quemadmodum & eò loci. Qui poſt me venit, antè me factus eſt. Ioan. 1.

Secundò, audito (Principio) pro initio, vt percipiamus ꝙ etſi differẽda eſt plena ſubiectio re-
rum oĩum CHRISTO, vſq; ad diem iudicij, interim tñ, potiri non deſinit, plena ſubiectione mul-
torum, cum aliorum, tùm ad illius regnum potiſsimè pertinentiũ; cùm potiatur primitiis ſui au-
guſtiſsimi Principatus: ſiquidem in die reſurrectionis CHRISTI (qui dies eius eſt roboris; qm̃ &
& ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſurrexit tñ ex virtute; quo & die genitus eſt ex vtero ante lucife- 2. Cor. 13.
rũ, in ſplendoribus ſanctorum, quemadmodũ & declarauimus) cùm oĩa moderari cęperit, ver- Mat. 27.
bo ſuæ poteſtatis, ſecum fuit initium & primitiæ ſui fœliciſsimi regni: non ſolum quia multi ſan-
ctorum ſurrexerũt cum illo, & regeniti penitus ſplendoribus ipſius gloriæ, fuerũt glorificati cũ
eo, ſed quia cœpit tũc emiſſo Spũ ſancto de cœlo, & Apoſtolis virtute indutis ex alto, non ſolùm Acto. 2.
mundum paſsim redarguere de peccato, iuſtitia, & iudicio, ſed & innumeros populos ad ſe con- Ioan. 16.
uertere: & donatis illis ſpũ gratiæ & ſanctitatis, in eis regnare in iuſtitia, pace & gaudio in Spiritu Rom. 14.
ſancto; conſtituens erigensq; ſibi illam glorioſam Sponſam, in qua nec macula ſit, nec ruga; quæ Eph. 5.
& ſi multis, in hac paleſtra nunq̃ non eſt exercenda, nunq̃ tamen eſt expugnanda, aut à ſuauiſsi-
mo, fœliciſsimoq; illius imperio ſubducenda. H

Verùm quia & textus Hebręus, lucem non mediocriter affert, ocioſum forsàn non erit, quod
nobis iuxtà illum occurrit, paucis explicare. Sic enim habet ad verbum. *Populus tuus voluntatum;
in die roboris tui, in ſplendoribus ſanctitatis, ab vtero aurora, ros natiuitatis tuæ.* Dixerat quidem, qui-
nam CHRISTO ſunt ſubiiciendi inuiti, nempè eius hoſtes, & præſertim reprobi & membra Sa-
thanæ: Nunc ſubdit, quinam; illi ſint obſecuturi ſpontè, nempè illius amici, & præſertim electi,
& membra corporis ſui: & dicit. *Populus tuus*, tibi ſcilicet gratus, & à te dilectus, & in mem-
bra corporis tui aſcriptus, Populus eſt, *voluntatum*; hoc eſt: tibi ſemper, ac maximè promptus,
& ad omnem tuam voluntatem, toto corde ſemper propenſus: non ſolum quidem vt expleat
totam legem, omne pręceptum & mandatum, non ignarus quòd ſiquis offendit in vno, iure fit Iac. 2.
omnium reus; ſed vt ambulet in omnibus viis tuis, æmulando caput; & omnibus modis audiẽdo

Apoſtolum;

1.Cor.6. A Apoſtolum;Per infamiam & bonam famam:& Per arma iuſtitiæ à dextris,& à ſiniſtris. Dies ro-
boris CHRISTI, tempus promulgationis eſt Euágelij quod virtus Dei eſt in ſalutem:& per hoc
Rom.1. tempus eſt nedùm poſt reſurrectionem & aſcenſionem eius, & ſed & poſt miſsionem Spiritus Dies roboris Christi.
Rom.13. ſancti:de quo & intelligi poteſt illud Apoſtoli:nox præceſsit,dies aũt appropinquauit. Cũ enim
1.Pet.1. Euágelium auſcultatum,& viua fide receptum,in Dei filios prouheat,& ob id,ad ea quæ filiorũ
ſunt,ſemper impellat;conſequens eſt,vt Deo ac CHRISTO, illos obſequẽtiſsimos faciat; q̃nqui-
dem & filiorũ Dei eſt,nedùm in oĩbus ſemper obedire Deo, ſed CHRISTO ſicut membra pro-
Rom.8. prio capiti,& ſicut filii adoptionis, Primogenito naturali. Innuit & his verbis quantum interſit
Gal.4. inter promulgationem Legis,& Euangelij;q̃m illa lata,illius vi,nati ſunt ſerui,non ſpontè Deo
parentes,ſed timore pœnę à tranſgreſsionibus abſtinentes;hoc detecto,illius vi nati ſunt filij,qui
prorſus ſpontanei,ſtimulis charitatis nunquàm non geſtiunt, eius voluntatibus obtemperare.
Quod vero ſubditur, *in ſplendoribus ſanctitatis, ab Vtero auroræ,ros natiuitatis tuæ*, redditio vide-
tur cauſæ,cur ſcilicet,in die roboris CHRISTI, ex fide auditi Euangelij,natus eſt populus volun
tatum,& obſequentiſsimus Deo,& CHRISTO: Et eſt,quia ros natiuitatis CHRISTI,hoc eſt cę
Gene.27. leſtis benedictionis vbertas(in rore cœli deſuper,erit benedictio tua)quã pro illis aſſecutus eſt in
Col.1. B natiuitate,qua natus eſt, *ab Vtero*, non Dei,non virginis,ſed, *auroræ*, hoc eſt,qua primogenitus
eſt factus ex mortuis;virtute recepti euangelij deſcendit ſuper eos; Non ſolùm ad illos iuſtifican
Rom.4. dum(nàm & reſurrexit ꝑꝑ iuſtificationẽ noſtram)ſed ſplendoribus ſuæ ſanctitatis,maximè illu-
Matt.5. ſtrandum;vt non ſolùm amplius nõ ſint tenebris peccatorũ obſcuri,ſed operibus ſanctis præcla-
Luc.1. ri,vt & glorificetur Pater per eos, qui in cœlis eſt:& incedentes in oĩbus mandatis eius ſine quæ
2.Cor.5. rela;ac ſe & ſuis perpetuo conſecratis Deo, & CHRISTO, vltrà ſibi non viuant,ſed illi qui eos ſe
cum reſuſcitauit à mortuis, & in omnibus voluntatibus ſuis addixit.
Hierony. Poteſt & hic locus aliter introduci,vt per ſpontaneum & obſequentiſsimum populum, Apo
ſtolos intelligamus; quemadmodùm & aliorum plures intelligũt: cui rei & Hieronymus fauet, Apoſtoli nõ ſolũ populus ſpontaneus, ſed credentiũ Duces.
qui hic interpoſuit (Duces)Populi tui(vertens)Duces Spontanei:ſiquidem conſtat Apoſtólos
Roma.15. Euangelizando non ſolùm duxiſſe multos ad CHRISTVM, ſed & illi non paucos conſecraſſe,
Hiere.5. quemadmodum Apoſtolus fecit. Propter quod non ſolùm ſunt appellati Paſtores & Arietes
gregis,ſed & Sacerdotes ſancti. Sunt planè Apoſtoli populus CHRISTI, tametſi numero par-
uus(Nolite timere puſillus grex)ſunt & Duces ſpontanei,præſertim(in die roboris eius)hoc eſt;
Luc.11. C in die emiſsionis Spiritus ſancti; quando non ſolum virtute in duti ſunt ex alto, ſed & Spiritum
Pſal.74. ſanctum acceperunt ad robur, vt planè tunc confirmatæ fuerint columnæ cœli, & conſolida-
tæ baſes Eccleſiæ,nunquàm dimouendæ à fundamentali lapide CHRISTO IESV: non ſolum,
Mat.10. vltrà non reformidantes ancillas,non Phariſæos,non Concilia,non Tribunalia,ſed prorſus con
temnẽtes qui occidũt corpus,perindè ac ſtrenuiſsimi Duces, immò non ſecus ac exercitus for-
tis & potens;Vt non male aliqui fuerint interpretati,nõ in die roboris tui,ſed,cum copias emi-
ſeris tuas. Et quemadmodum apud Ezechielem, Spiritus à quatuor mundi plagis inuocatus,
Can.6. excitauit interfectos,& factus eſt exercitus validus;ita Spiritu ſancto ſuper Apoſtolos CHRISTI
Cap.37. profuſo,qui ob Iudæorum metum erant recluſi pauidi,& ſemimortui,caſtra Dei euaſerunt for-
2.Cor.10. tiſsima,ad deſtruendas munitiones Sathanæ,infatuanda conſilia mundi,& demoliendam omnẽ
altitudinem,extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei,& redigendum in captiuitatem omnem in-
tellectum in obſequium CHRISTI:
Quod verò ſequitur, *In ſplendoribus ſanctitatis*,ſiue iungatur præmiſsis,ſiue copuletur ſequen
tibus, admonet (vt videtur) Apoſtolos, homines non duxiſſe ad CHRISTVM in vi armo-
Philip.2. rum, aut ingenio & aſtu humano, ſed in luce ſanctitatis vitæ & doctrinæ; quibus ſplendebant
2.Pet.1. D vti luminaria in mundo, & velut lucernæ in caliginoſo loco:nec quidem mirum cum Ros nati-
uitatis CHRISTI, hoc eſt,Euangelicum verbum,non ſolum illis ſit creditum,& velut aliorum
Ducibus,omni cum plenitudine delegatum,ſed non ſecus ac ros,ſuper illos profuſum,idq; non Ap̃ris Euãgeliũ delegatũ, & velut, ros ſup illos profuſum,
modo ad refrigerium,fœcunditatem,& fructum,ſed ad ſplendorem & lucem:nam & euangeli
Eſa.26. cus ſermo,non ſolum in ſcripturis dictus eſt ros,ſed & ros lucis;nimirum quia Deus,qui de tene
bris dixit lucem ſplendeſcere,per euágeliũ illuxit in eorum in cordibus ad illuminationem glo
2.Cor.4. riæ Dei:& Si miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus,fuit in gloria;ita vt non poſſent
filij Iſrael,intendere in faciem Moyſi,propter claritatem vultus eius quæ euacùatur,quanto ma
Mat.5. gis miniſtratio iuſtitiæ,per Spiritũ Dei ſcripta in cordibus,quæ nunquam euacuatur, erit in glo
Dan.12. ria:vndè & Apoſtoli dicti ſunt lux mundi,& omnes euangelij ſacroſancti miniſtri, qui erudiũt
multos ad iuſtitiam,vti ſtellę in perpetuas æternitates.

Euangelicum

Euangelicum(inquam)Verbum;ſed & maximè,quo CHRISTI natiuitas (nõ quidem ab vte B
ro abſolutè,ſed auroręex quo prodiit,per reſurrectionem à mortuis, quæ & diluculo facta eſt,
& per illam,verus Sol reſtitutus eſt mundo)enunciatur & oĩbus,ſuſcipienda cõſtãti fide,propo- Luc. 24
nitur. Qñquidem in hoc totius Euangelij ſumma conſiſtit Paulo acclamante; ꝙ ſi CHRISTVS 1. Cor. 15.
non reſurrexit,inanis eſt prædicatio noſtra,inanis eſt fides veſtra. Ergò hoc ex loco,recipimus
Apoſtolos CHRISTI, non ſolùm in ſplendoribus Spũs ſaucti,illos in Penthecoſte illuſtrãtis de Act. 2.
cœlo,inſidentiſq́; ſuper illos in ſplẽdore ignis, & claros reddẽtis dono linguarum, & peritia om
nium vocũ;ſed & alíis multis modis redditos fuiſſe illuſtres. Et pręter id ꝙ facti ſunt Populus ſpõ
Apoſtoli multis modis illuſtres. taneus & Duces omnium ſtrenui: præter id ꝙ paſsim fulſerũt miraculis & prodigiis,potiſsimùm
ſplendidi facti ſunt,vitæ ſanctitate,& ſplendore doctrinæ,quibus nil fuit efficacius ad debellan-
dum mundum & homines ſponte ſubiiciendum Deo.

Ergò cum his oĩbus prænũciatis,mox Vates adiiciat, *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, Tu
es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec*, perſpicuum eſſe poteſt, ꝙ ſicut illa, poſt CHRI-
STI mortem & reſurrectionem, immò & cõſeſſum ad dexteram Dei, executioni tradita ſunt; ità
& illius Sacerdotiũ(de quo modò ſermo eſt)non niſi poſt mortẽ & reſurrectionẽ,immò & ad Pa
tris dexteram ſeſsionem, potiſsimùm & abſolutè, executioni commiſſum eſt. Quod planè aĩad- F
uertens Apoſtolus, Lex inquit, ſacerdotes conſtituit temporales, & infirmitatem habentes: Ser- Heb. 7.
mo aũt iuriſiurandi, qui poſt legem eſt (nàm Moſes longè præceſſerat Dauid,) & nõ niſi abſolu
ta lege eſt adimpletus; Dei filium conſtituit Sacerdotem æternum, iàm conſummatum, hoc eſt,
redditum ſua paſsione perfectum: ſiquidem decebat eum per quem omnia, & propter quem om Heb. 2.
nia, qui & multos filios in gloriam adduxerat: Authorem ſalutis eorum per paſsionem cõſumma
ri. Et quidem cũ eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt obedientiam; Et conſummatus(per Heb. 4.
paſsionem & mortem) factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ: appellatus
à Deo Pontifex ſecundùm ordinem Melchiſedec. Pſal. 109.

Chřs ꝑ mortẽ principatũ adeptus eſt Eccleſiæ. Verùm vt res ſit magis perſpicua, conſiderandum eſt, ꝙ quemadmodum CHRISTVM paſsio-
ne & morte aſſecutum(quo ad executionem)credimus Principatum totius Eccleſiæ, (Apoſtolo Eph. 1.
admonente, ꝙ Deus ſuſcitando illum à mortuis, non ſolùm cõſtituit eum ad dexteram ſuam in
cœleſtibus ſuprà oẽm Principatum & Poteſtatem, ſuprà oẽm Virtutem & Dominationẽ, & ſu-
prà oẽ Nomen quod nominatur non ſolùm in hoc in ſæculo, ſed etiam in futuro: & oĩa ſubiecit
ſub pedibus eius: ſed & ipſum dedit caput ſuper oẽm Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, & plenitu-
do eius, qui omnia in omnibus implet: & alibi: Ipſe caput eſt, totius Eccleſię, qui eſt Principium, G Col. 1.
Primogenitus ex mortuis. qñquidem etſi in Natiuitate (vt alias dictum eſt)cum Puer nobis na-
tus eſt, Principatus factus eſt ſuper humerũ eius:) quòuſq; tñ Eccleſiã è faucibus Orci non eruit, Eſa. 9.
& à Sathanæ tyrannide non liberauit, poſſeſsionẽ huius Principatus nõ habuit, nec munus Prin
cipis executus eſt: Vndè, nec venerat miniſtrari, & volentibus ſe regem conſtituere, aufugit: do- Mat. 20.
cens abiturum prius ſeſe in regionem longinquam ad accipiendum Regnum; & tandẽ(in die ſci
licet iudicij)ſe, vti Rex, reuerſurum ad nos. Luc. 19.

Et quemadmodùm per eandem paſsionem & mortem, amplexibus potitus eſt dilectiſsimæ
Sponſæ (qñ etſi exiens ex vtero Virginis, vt ſponſus exiuit de thalamo: & Apoſtoli ab eo antè Mat. 9.
mortem collecti, filij dicti ſunt ſponſi;)ita vt illam ſibi glorioſam redderet, & ſpõſam ſine ruga &
macula faceret, neceſſe fuit vt traderet ſemetipſum pro ea: immò vt illam ſibi, re ipſa matrimo-
nio iungeret, euaderentq́; duo in carnem vnam: neceſſe fuit illam, ex latere eius in cruce dormiẽ Eph. 5.
tis refingi, oſq; fieri de illius oſſe, & carnem de illius carne, nõ minus quàm Æua ex latere Adæ, Gen. 2.
ficta ſit dormientis in horto, oſq; & caro, ex illius oſſe & carne confecta: immò & illud matrimo
nium in Prothoparentibus adumbratum, in CHRISTO magnum eſt redditũ Sacramentum, vt H cap. 5.
ibidem Apoſtolus ſubdit: Itẽ & per eandem paſsionem & mortẽ, executionem ſacerdotalis mu
neris eſt adeptus. Decuit enim vt talis nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegre
gatus à peccatoribus, & celſior cœlis factus; vt morte in ipſo abſorpta, æternò poſſet eò muneris Heb. 7.
fungi, & in perpetuum ſaluare populum à peccatis.

Sacerdotalis(inquam)muneris, ſed non iuxta ritum Leui: qñquidem lege cruci affixa, & è me
dio CHRISTI morte ſublata, affixum pariter & ſublatum, legis Sacerdotiũ eſt: nam cum ſacer Col. 2.
dos cenſeatur os Domini, (quippè quo populus eſt inſtruendus de lege) & nõ ſecus ac ſequeſter
ſit inter illum & Deum, vt ſuis interueniẽtibus ſacrificiis, populus expiatus, legis pollicitationũ Malac. 2.
ſit compos; neceſſe eſt, vt ſimul Lex currat & Sacerdotium: neceſſe vt lege tranſlata vel abolita,
& Sacerdotium pariter transferatur, vel deleatur. Ergò etſi regnante Moſe, regnauit Aaron, Heb. 7.

CHRISTI

Sicut regnāte Moſe regnauit Aaron ita Euāgelio refulgēte ſacerdos alius ſuffectus eſt.

Heb.7. Ibidem.13 Matt.1. Luc.3. Eſa.53. Pſal.71. Heb.7. Gen.12. 13.&.22. Ibidem.14 Heb.7.

A CHRISTI in Euangelio refulgente, Sacerdos alius ſuffectus, eſt qui non fit iuxta mandatum legis carnalis, ſed ſecundùm virtutem vitæ indiſſolubilis: non (inquam) iuxta ritum Leui, ſed iuxta ritum & ordinem Melchiſedec, quemadmodum oraculum admonet. Qui planè Melchiſedec etſi in multis aſsimilatus eſt filio Dei; quippè qui Rex interpretatur iuſtitiæ, & quia Rex Salem, Rex dicitur pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, nec initium nec finem vitæ habēs (ſiquidem & in diebus CHRISTI, qui heri & hodie, & nunc, & in ſæculum; qui in cœlis eſt ſine matre, & in terris eſt ſine patre; cuius generatio etſi iuxtà carnem ab Euangeliſta deſcribitur, iuxtà Diuinitatem tamen effari illam nullus hominum poteſt; iuſtitia orta eſt, & abundantia pacis) nihilominus in ſacerdotio illi perſimilis maximè eſt, non ſolū propter excellentiam ſacerdotij, quippè cui nedùm Aaronis ſacerdotium ceſsit, cum illi decimas ſoluerit in Abramo; ſed & Abrami præſtantia longè inferior apparuerit, (qui non modò Dei ſacerdos eſt habitus, cum eo monente altare ſępe erexerit & victimas immolauerit, ſed & inſignes ab eo promiſsiones acceperit) quandoquidem illi Melchiſedech benedixit, & ob id, cum ſine controuerſia, minor à maiore benedictionem accipiat, illo ſe maiorem oſtendit: Sed (& potiſsimum) propter ritum & ordinem ſacrificij; nempè qui Panem & vinum offerre ſolitus erat, quemadmodum (Abramo à cęde quatuor

Gen.14.

Sacerdotium Melchiſedec pſimile eſt ſacerdotio chrī.

B regum redeunte) pro agendis Deo gratiis obtulit.

Iudic.8. Aug.ps.33. &109. Cypr.2.lib. epiſt.3. Euſeb. de euāg.prep. lib.5.cap.3 Epipha.Cō tra hære.ll. 2.cap.55. Hiero.ps. 190. Theoph. heb.cap.5.

Et quanq̃ non deſunt qui mentiantur Melchiſedec non obtuliſſe Deo panem & vinum, ſed Abramo eiuſq; vernaculis, vt refocillari poſſent, fingentes conſuetum apud Hebræos, vt redeuntibus è pręlio, parta victoria, pararetur refectio à Principibus & Magnatibus, (vndè & Gedeon, inquiūt, ſuis militibus, petiit à viris Socoth, Date obſecro populo panes qui mecùm eſt, quia valdè defecerūt, vt poſsimus perſequi Zebeè & Salmanà, victoria potitus, contra Madiàn:) nihilominus facile eſt commentum iſtud eludere, non modò ex ſententia Patrum, ſed ex ipſis Diuinis literis. Siquidem (ſcriptura teſte) vernaculi non ſolùm erant refocillati, ſed & opimi ex hoſtium ſpoliis redditi: & verba Moſis, quibus oblati panis & vini, rationem affert, commento euidenter obſiſtūt. Erat enim (inquit) Melchiſedec Sacerdos Dei altiſsimi. Et ſubdit ꝙ benedixit Abramo, & gratias egit Deo, dixitq; Benedictus Deus Abram, quo protegente hoſtes in manibus eius dati ſunt. Vbi cum nulla mentio ſit refectionis, nulla mentio conſuetudinis erga reuertentes è prę lio, ſed ideò panem & vinum eſſe oblatum, quia Melchiſedec erat Dei ſacerdos, & ob id Abram benedictum, & ob victoriam gratias altiſsimo perſolutas; conſpicere licet & cęcis, quam commentitiè hæc introducta ſint, tum ad obſcurandum Sacerdotium CHRISTI, tùm ad detrahendum

C Miſſę, & Sacramēto altaris, ſicut facere, in ſuam ipſorum pernitiē, nituntur hæretici: Tametſi, ſiquis & Abramo ſociiſq; exhibitos non reiiceret panes & exhibitū vinum, vt refocillari poſſent, ob id tñ non euinceret, & panem quoq; ac vinum nō exhibita Deo, vt illi debitas gratias ageret: cum nec longè foret à munere tāti regis, victoribus refectionem præſtare; & debitum eſſet tam eximio ſacerdoti, Deo ſolitum pro victoria ſacrificium incunctanter offerre.

Ioan.6.

Et quamuis non ibo inficias, oblatum in cruce ſacrificium, à multis dictum iuxta ordinem Melchiſedec, eò quòd CHRISTI caro in illa oblatà, verè eſt cibus; & ſanguis in ea profuſus verè eſt potus; ſi tamen animaduertimus ritum Melchiſedec fuiſſe offerre panem ſub ſpecie panis; & vinū ſub ſpecie vini: & non panē ſub ſpecie carnis, & vinū ſub forma cruoris; meminerimusque CHRISTVM poſt mortem vocatum à Deo Sacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedec; non ſolum erit ſibi facile ſuaderi, ſed euinci, non niſi poſt mortem & reſurrectionem, verè illum & abſolutè, iuxta illum ritum, ſacerdotio fungi: Nam etſi in vltima cœna non ſolum panem, ſuum in corpus conuertit, & vinum in proprium ſanguinem tranſubſtantiauit, ſed vti Sacerdos iuxta ritum Melchiſedec, Deo panem & vinum conſecratum obtulit (vt non modò Patrum conſtantiſsima ſententia eſt, ſed & ſcripturarum authoritate deductum; eò quòd

Chrs in cœna ſacrificauit, offerēdo conſecratū panē & vinum.

Mat.14. Heb.9. Luc.22.

D ſanguis tunc conſecratus, Seruatore teſte, ſanguis fuit noui teſtamenti, & ob id ſanguis non ſine immolatione, non minus quam ſanguis veteris teſtamenti, quem conſtat quòd ſine immolatione non erat: & tum mandarit Apoſtolis facere, quod factum planè ab illo conſpexerant; & ob id nedum ſuum conſecrare corpus & ſanguinem, ſed conſecrare non ſine immolatione; cum mandarit conſecrare corpus pro nobis datum & fractum; & conſecrare ſanguinem pro multorum ſalute profuſum) ſatis conſtat quòd in cœna ſacrificium fecit: præter id quòd Eccleſia ſacroſancta, quæ columna & baſis eſt catholicæ veritatis, credens illis ex verbis (hoc facite in meam commemorationem) initiatos Apoſtolos ſacerdotio; quod, non modò fieri ſine oblatione non poſſe, nos docet, ſed & ipſa Sacerdotes initians, & illorum verborum (hoc facite) vim & robur expendens, ab initio & vſq; nunc, & ob id, non ſine Apoſtolica traditione illorū loco,

1.Thi.3. 1.Co.11.

his ſuo iudicio æquiualentibus: (Accipite poteſtatem offerrendi ſacrificium in Eccleſia Dei) A
ſemper eſt vſa.
Licet (inquam) ita ſit: Si quis tñ attẽdit ꝙ & aliàs o CHRISTVS adhuc paſsibilis, & mortalis, Di- Mat.17.
uina diſpenſatione, diſcipulis, in ea gloriæ forma, quam habet in dextera patris, oſtendit ſeſe, vt
conſtantiores redderentur in fide, & tolerantiores preſſurarum vitæ præſentis; non detrectabit
(ni fallor) etiam Diuina diſpenſatione, illum (præſertim cum mox trãſiturus erat ad Patrem, im- Ioan.17.
mò cum iàm quodam pacto tranſierat, eo atteſtante: Et iam non ſum in mundo, & ego ad te ve-
nio) Melchiſedecchico ſacerdotio functum, ad initiandum quidem, iuxtà hunc ritum Apoſto-
los, & verbo & facto inſtruendum de modo & ordine offerendi, tàm auguſtiſsimi ſacrificij: tam
etſi huius muneris executio abſolutè, ꝓpria CHRISTO ſit, ſedenti in dextera Dei, vndè & Apo
ſtolus, poſtq̃ dixit in calce ſeptimi ad Hebreos, ꝙ Sermo iuriſiurandi, Dei filium ęternum conſti
tuit ſacerdotem, iàm conſummatum, & redditum paſsione & morte perfectum, in initio octaui
inferendo ſubiunxit. Habemus ergò Pontificem, qui ſedet in dextera ſedis magnitudinis in cœ-
lis: Sanctorum liturgos, & tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo.
Quo in loco, cum perſpicuè ſermo ſit de ſacerdotio iureiurando conſtituto, & ob id iuxtà ri- F
tum Melchiſedec ordinato; euidenter oſtenditur CHRISTVM, in dextera Patris, iuxtà ritum Cap.8.
hunc, agere miniſtrum ſacrum Eccleſiæ Dei: ſuprà quam & Sacerdos magnus præpoſitus eſt, vt Heb.9.
non multò poſt Apoſtolus docet: & Triumphantis quidem dicendo, Sanctorum liturgos: (ſiqui
dem qui ſunt in Patria cum ſint excellentiſsimè Sancti, hoc eſt, penitus mũdi, firmi, & conſecra-
Chrſ ſctõrũ, qui ſunt ĩ patria Liturgos
ti Deo, non immeritò abſolutè, & vt ſic dicam, anthonomaſicè, nuncupati ſunt ſancti) Horũ er-
gò miniſter eſt ſacer, parando illis ac miniſtrando, iugem illã ac fœliciſsimam mẽſam, quam per
acta nouiſsima cœna, legauit Apoſtolis; vt experti CHRISTI menſam in prȩſenti peregrina- Luc.22.
tione, non ignorarent, & quæ illis propinanda forent in cœleſti patria: & Ego (inquit) Diſpono
vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in
Regno meo. Et quàmuis ſine dubio ea in menſa diſtribuat ſuum corpus & ſanguinem, Siqui-
dem illa eſt permagnifica ac ſplẽdidiſsima cœna, in qua tauri & altilia ſunt occiſa, & oĩa parata) Mat.22.
& per modum quidem cibi & potus, pronocans illos & dicẽs, Venite comedite amici, & inebria- Cant.5.
mini chariſsimi: Venite comedite panem meum & bibite vinum, quod miſcui vobis (nam & Pa Pſal.77.
nem angelorum manducabit homo: & inebriabuntur ab vbertate domus Dei) Quo qdẽ pacto & 35.
etſi penitus nõ receditur à ritu Melchiſedec: non diſtribuitur tñ ſub inuolucro ſacramẽti: qm nõ G
ſub ſpeciebus materialis panis & vini, cum in Patria, viæ ſacramenta locum non habeant; ſed alio
longè ſuauiori & auguſtiori modo, quemadmodum & longè ſuauius & auguſtius, oblata illa, ſu
per menſa, ſumuntur ac deguſtantur: cum non ſumantur ore corporeo, nec hauriantur hauſtu
viuæ fide; ſed ore ſpirituali, & hauſtu fruitionis æternæ.
Militantis verò, dicendo: Et tabernaculi quod fixit Deus & non homo. Nam etſi Eccleſia Heb.8.
huius peregrinationis inſigniter adumbrata ſit in tabernaculo Moſi; tantò tamen eſt illo præ-
ſtantior & excellentior: quantò illud, tametſi ordinatum à Deo, fuit tamen fabricatum ab ho- Exo.25.
mine (Inſpice & fac iuxtà typum, quem vidiſti in monte;) eſt factum ex lignis, tametſi ſelectis & Acto.7.
precioſis: eſt factum, non fixum ſed mobile, vt de loco transferri poſſet ad locum: At præſentis
peregrinationis Eccleſia, quæ non vmbraticum ſed verum eſt tabernaculum Dei, non eſt facta
ab homine, ſed eſt facta à Deo; à quo & ita ſuprà petram eſt præfixa, vt nullis turbinibus concuti
poſsit: facta eſt non ex lignis, ſed ex lapidibus viuis, hoc eſt, hominibus viua fide credentibus. in Mat.7.
qua & non miniſtrat Aaron, ſicut in tabernaculo Moſi, ſed CHRISTVS, nec ritu Leuitico, ſed 1.Pet.2. Heb.9.
Chrſ p miniſtros Eccleſię quotidie offert corpus & ſanguinem ſuum Deo & patri.
(vt dictum eſt) Melchiſedecchico: quotidie inſtruendo menſam altaris, & impartiendo ac di-
ſpenſando, ſub inuolucro ſpecierum materialis panis, & vini (ſicut & prȩſentis ſtatus natura re- H
quirit (corpus & ſanguinem ſuum, per miniſtros Eccleſiæ: (per quos & illa etiam offert Deo Pa-
tri) ad Eccleſiæ ſuæ ſalutem. ſiquidem (vt ſubdit Apoſtolus) omnis Pontifex conſtituitur in hoc, Heb.5.
vt offerat Deo dona & ſacrificia. Vndè neceſſe eſt (inquit) vt hic aliquid habeat: quod offerre
poſsit: quod proculdubio eſt ſuum corpus, & ſanguis, non quòd illa offerat, modo cruẽto (quod Ibidem.
ſemel fecit in cruce) ſed incruento, quod fit quotidie in altari. Id verò quod ſubdit: (Nam ſi
eſſet ſuper terram) hoc eſt, ſi mortalem adhuc vitam duceret (iam non eſſet Sacerdos:) quod mul
tis cenſetur obſcurum; ex præmiſſa veritate clariſſimum eſt. Si enim ſacerdotium nactus eſt in
dextera Dei, conſtat quòd eo fungi non debuit dum hic ageret inter nos. Præter id quòd (vt ſe-
quitur) non defuiſſent qui iuxtà legem offerrent munera, quæ deſeruiunt exemplari & vmbræ
cœleſtium, nam adhuc viueret lex, & ob id viueret & Sacerdotium legis. Ergò non defeciſſent

vmbræ,

A vmbræ, & ob id nec quæ deſeruirent exemplaris à cœlo. Adde, ꝙ & CHRISTVS viuens apud
Heb. 7. nos, Sacerdos non foret iuxtà legem; cum non eſſet de tribu Leui, ſed Iudà; de qua tribu nemo
præſto fuit altari: nec ſecundùm ordinem Melchiſedec, quoniam illo (vt dictum eſt) non fungi-
tur, niſi poſt mortem, & in dextera Patris.

Verùm etſi ex ſacris literis hæc conſtantiſsima ſunt, & nemini orthodoxorum maximè non
probanda; Id tamen qnod ex his manifeſtè conſequitur (Miſſam ſcilicet eſſe ſacrificium: aut in ce
lebratione Dominicæ cœnæ, quæ quotidie fit in Eccleſia orthodoxa, offerri corpus & ſanguinē
CHRISTI) ab oībus forſàn, non vnanimiter acceptatur: Ideò puto rem ingratam non fecero, ſi
quod (mea ſententia) catholicè ſenniendum eſt, explicauero. Attēdendum eſt itaq; ꝙ etſi nullus
detrectare poteſt, in Miſſa non modò ſimplex, ſed & multiplex fieri ſacrificium, cum in ea, & ſa- In miſſa ſacrificium multiplex.
crum annuncietur euangelium, cuius annunciatio Paulo ſacrificinm eſt, vt in epiſtola ad Roma
Cap. 15. nos; & obtremenda illius myſteria mirum in modum exerceatur fides, quæ ab eodem ſacrificiū
Pſal. 49. & 140. dicitur, vt in epiſtola ad Philippenſes: & multæ preces & laudes exſoluantur Deo quæ ſacrificia
Oſe. 14. dicta ſunt, in variis ſcripturarum locis: Et demùm CHRISTI corpus & ſanguis, mirificè in alta-
ris Sacramento contenta, in gratiarum actionem Deo peculiariter offerantur, quemadmodùm
1. Co. 10. B ad Corinthios Apoſtolus docet (Calix benedictionis, cui benedicimus. hoc eſt, ſacrificando Gra
Pſal. 115. tias agimus, nonne cōicatio ſanguinis CHRISTI eſt? & Dauid in pſalmo: Quid retribuam Dño
pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Dñi inuocabo: & in Ca
none Miſſæ: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis) Vndè nec his
Lutherani refragantur: immò Miſſam Euchariſticum ſacrificium, cōſtanter affirmant: Nihilò-
minus non omnibus confeſſum eſt, in Miſſa offerri ſacrificium pro peccatis: immo hoc à Luthera
nis obſtinatè reiicitur, & à Catholicis non vniformiter approbatur.

Pertinaciter à Lutheranis reiicitur, quia cum vnica (inquiunt) CHRISTI oblatione in cru-
Cap 9. ce, exhauſta omnia ſint peccata, vt ſcribitur ad Hebræos, conſtat (vt ibidem notat Apoſtolus)
Cap. 10. quòd vltra oblatio non remanet pro peccatis. Et cùm ſine ſanguinis effuſione remiſsio pec-
catorum non ſit (vt in eadem aſſeritur) fruſtra in Miſſa, (vbi etiam ne ſanguis effundatur, ma-
xima interminatione cauetur) pro peccatis ſacrificium extorquetur. Ergò vel Apoſtolo eſt re-
fragandnm, vel miſſam eſſe pro delendis peccatis ſacrificium, eſt penitus reiciendum. Non
vniformiter à Catholicis approbatur, quoniam etſi omnes admittunt ſacrificium eſſe pro pec-
C catis, ſunt tamen qui peccatorum nomine, hoc in loco, nolunt acipere culpas, ſed ſolummodò
Luc. 13. pœnas. & id ea potiſsimum ratione, quia ſi Miſſæ ſacrificio ſuffragaretur culpis, neceſſarium
(inquiunt) non erit pœnitentiæ ſacramentum: & tamen ſcriptum eſt, Niſi pęnitentiam egeritis,
omnes ſimul peribitis.

Verùm ſi Patres orthodoxos conſulimus, & vim oblati in Miſſa ſacrificij diligenter expendi-
mus; ni fallor, & veritas, & catholicæ Eccleſiæ ſenſus, aliter habet: quandòquidem Illi docēt &
Eccleſiæ vſus confirmat, oblationem qua CHRISTI, corpus & ſanguis in Miſſa Deo offertur, ſa- Miſſam eſſe ſacrificiū propitiatoriū ac expiatorium pro peccatis.
crificium propitiatorium ac expiatorium eſſe pro peccatis, hoc eſt, pro culpis & non ſolùm pro
Cyprianus poenis. Siquidē Cyprianus in Sermone de cœna Dominica, hoc Miſſæ ſacrificium, holocauſtum
Alexander aſſerit pro expurgandis criminibus noſtris: Alexander primus, Sacrificium pro ingentibus de-
Auguſti. lictis & peccatis: Auguſtinus oblationem, qua brutali ſenſu exuimur: & Damaſcenus viuificatri-
Damaſcenus lib. 4. cem hoſtiam animarum noſtrarum. Adde Verba ſacerdotis ex inſtitutione Eccleſiæ: pro innu-
Cap. 14. merabilibus peccatis & negligentiis meis, & in Canone Miſſæ: Quam tibi offerimus, vel qui tibi
offerūt, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ. Quid obſecro
deſideratur apertius? Certè nemo (ſi non fallor) brutales ſenſus, crimina, ingentia peccata, negli
D gentias, detorquebit ad pœnas: Nemo viuificatricem hoſtiam interpretabitur niſi ratione cul-
pæ, quæ & ſola animam necat.

Cyp. in ſer. de bapti. & manif Tri. Chriſo homi. 17. ad Hebræ. Nec quidem immeritò Sacrificinm affirmatur pro culpis, quādo (vt Cyprianus & Chryſoſto-
mus docēt) eiuſdem eſt penitus efficaciæ, & eiuſdem prorſus virtutis, hoc ſacrificium Miſſæ, cum
ſacrificio, quod patratum fuit in cruce: quādoquidem (vt probè Chryſoſtomus aſſerit) illudmet
in ſemetipſo continet; & verè ſic eſt: qm̄ cōtinet CHRISTI corpus pro nobis datum & fractum;
& illuſmet ſanguinem pro multis in peccatorū remiſsionē effuſum, vt perſpicuè ex formis con
ſecrationis habetur. Siquidem in forma ſanguinis, apud nos habetur. Qui pro vobis & pro multis
in remiſsionem peccatorum effunditur: & in forma corporis apud græcos: Quod ꝓ vobis datur
& frangitur: & conſtat (catholica atteſtante Eccleſia) formas ſacramētorum id efficaciter facere,
quod verbis ipſarum exprimitur. Eſt, inquam, illudmet ſacrificium, quod fuit in cruce, ſed ex

parte rei oblatæ,tametſi nō iuxtà eundem eſſendi modum;cū in cruce,res oblata fuerit in eſſe naturali,viſibili,& omnibus manifeſto: hic verò in eſſe offeratur ſacramentali,modo inuiſibili,& myſteriis multis concluſo,quod tñ nec præſtantiæ,nec virtuti tàm auguſtiſsimi ſacrificij præiudicium facit;cum & rerum modi (quemadmodum & ſcitè dicunt) eò maximè φ rebus poſteriores ſunt illarum vires & naturas,immutare non poſsint. Non eſt idem ex parte oblationis,cum longè alia oblatione fuerit oblatum in cruce,ab ea qua offertur quotidie in altari. Quæ res,cum nō pauca ſcitu digna contineat,accuratius excutienda eſt. A Scotus & Alij.

Oblatio à Chro ī cruce facta,ad genꝰ pertinet ſpūalium oblatioпum.

Attendendum eſt itaq; φ oblatio in cruce facta,cum ad genus(ſi dicere fas eſt)ſpiritualiū pertineat oblationum,veluti quo exhibemus(adhortante Paulo)corpora noſtra,hoſtiam viuētem, ſanctam,beneplacentem , per carnis mortificationem, Deo; Vel quo voluntariè offerimus nos paſsioni & morti,vt Martyres faciebant pro CHRISTO; ad genus ſpiritualis pertinet ſacerdotij, & non ad externi,& viſibilis;ad quod non quidē omnes, ſed aliqui ex hominibus ſunt aſſumpti, & pro hominibus cōſtituti,vt offerant Deo victimas & ſacrificia. Vndè nec aliqua externa ceremonia,oblatio facta fuit in cruce,quemadmodum externa,& nō ſimplici ceremonia,oblatio facta fuit in cœna Dixi(ſi dicere fas eſt)proptera φ me non fugit,oblationem à CHRISTO in cruce factam,opus tàm egregium extitiſſe,immò tam heroicum,& pluſq̃ heroicū;vt merito quodvis genus noſtrarum actionum tranſcendat:q̄ñ quidem operi tàm arduo, vt magis arduum cogitari non poſsit,non ſolùm promptiſsima ſe voluntate expoſuit(oblatus eſt quia voluit: Tūc dixi, ecce venio)ſed ardentiſsima illi ſeſe dilectione obiecit(Ego baptiſmo habeo baptizari, & coarctor donec perficiam illum)& id quidem nō pro hoībus bonis & iuſtis;pro quibus(iudicio Pauli)forsàn herōum aliquis, mortem oppetere poſſet;ſed pro hominibus malis & impiis immò pro hoſtibus & ſuis capitalibus inimicis,& id non modò vt eriperentur à morte, & reconciliarentur cum Deo;ſed & vt immenſis locupletarētur theſauris,& cœleſtibus obruerentur cornucopiis. Ergò opus fuit,quod longè ſuperat omne genus actionum noſtrarum: Opus verè(vt Apoſtolus dicit)per Spiritum ſanctum factū : quoniam opus tàm longè ſuperans humanas vires, φ neceſſariā habuit aſsiſtentiam Spiritus ſancti , immò maximam illius copiam,impulſionem , commotionē, concitationem,& eius ſingulariſsimam operationem. Tametſi non reiicio verbū Apoſtoli(Qui per Spiritum ſanctum obtulit ſemetipſum Deo)etiam intelligi poſſe de CHRISTI voluntate,cū voluntas in ſcripturis,Spiritus nonnūquàm appellata ſit(Spiritus quidem promptus eſt; Et Beati pauperes ſpiritu:)quæ & ſancta eſt quia prorſus eſt à terrenis affectibus munda. ergà Deum cōſtans,& firma,in omnibus diuinæ maieſtati addicta,& illi vnicè conſecrata. Quæ tā & in CHRISTO non ſolum,non ſunt ſine aſsiſtentia Spiritus ſancti,ſed nec ſine plenitudine eius;cui & ſine menſura datus eſt.quemadmodùm & Ioannes teſtatur. Oblatio autem quę quotidie fit in altari, ad genus pertinet ſenſibiliū actionum;& ob id, ad genus externi viſibilisq; ſacerdotii , ad quod non omnes ſumus vocati:vndè & ſi fit per ſpiritum ,hoc eſt per actum internum voluntatis(quoniam requiritur ſemper offerentis intentio)& vt eſt à CHRISTO, nunquàm non fit per ſpirītū ſanctitatis & ardentiſsimæ dilectionis non tamen ſemper vt eſt à miniſtris;ſed tātùm dum offertur à bonis,& membris CHRISTO, per charitatem coniunctis. Fit quoq; externis cum ceremoniis,quoniam cum ſenſibili acceptione panis in manibus,cum eleuatione oculorum ad cœlum, cum benedictione,gratiarum actione,& fractione;quemadmodum in cœna Dominus fecit, & & faciendum ſuis miniſtris inſtituit. Roma. 12. Heb. 5. F Eſa. 53. Heb. 10. pſal. 39. Luc. 12. Rom. 5. Ibidem. Heb. 10. Mat. 26 Ibidem. Cap. 5. G Cap. 3.

Oblatio ī cruce facta extitit cruēta realiter, ſed φ fit ī altari ē cruēta myſterio.

Amplius. Oblatio in cruce facta realiter fuit cruenta,quia cum reali effuſione ſanguinis,non φ CHRISTVS ſibi manus iniecerit, aut ſemet cruci affixerit;ſed quia non niſi , eo permittente, immò volente,in illum iniectæ ſunt manus,& à miniſtris eſt eius ſangnis effuſus. Oblatio quę fit in altari,realiter nō eſt cruēta,quia nō realiter effunditur ſanguis;ſed eſt cruēta myſterio. & myſterio,tùm rememorationis,& enūciationis cruētæ,hoc eſt,ſanguinis effuſi ī cruce(hoc facite in meam cōmemorationem: Et mortem Dñi enunciabitis donec veniat)tùm myſticæ ſignificationis & repræſentationis: q̄ñ quidem eam ob rōnem ſeorsùm corpus conſecratur & ſanguis, vt myſticè Dñi mors ſignificetur,&(vt fieri congruit)oībus exprimatur. Quam tñ myſticam effuſionē ſanguinis,tanti exiſtimarunt Patres,vt eā ob rem,in hoc præſtantiſsimo Miſſæ ſacrificio, CHRISTVM immolari tradiderint,vt Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi;& Chryſoſtomus in quapiā homilia de Encæniis. Item. Oblatio in cruce facta, facta eſt ſemel : q̄ñ queādmodū aliis, ita & CHRISTO ſtatutū eſt(vt inqt Apoſtolus)ſemel mori: & CHRISTVS reſurgēs ex mortuis, iam nō moritur,mors illi vltrà non dñabitur: facta eſt certa die,q̄ñ facta eſt quintadecima luna (ſi quidē q̄ñ celebrabatur Paſcha,Paſcha noſtrū immolatus eſt CHRISTVS)facta eſt certo loco, H Luc. 22. 1. Cor. 11. Chrs̄ immolat ī miſſa. Heb. 9. Rom. 6. Exo. 12. 1. Cor. 5.

quoniam

A qm̃ extrà caſtra paſſus eſt,& in eo qui dicitur Caluariæ locus. Oblatio quę fit in altari, repetitur
Cap. 8. cap. 1. quotidiè;propter quod dicta eſt ſacrificium iuge, oraculo Danielis: celebratur paſsim & vbiq;,
propter quod dicta eſt ſacrificium mundum quod in omni loco fit, vaticinio Malachiæ.

Oblatio in cruce facta(quo ad ſufficientiã)facta eſt pro peccatis totius mundi(Ipſe enim pro-
1. Ioan. 2. pitiatio eſt pro peccatis noſtris nec modo pro noſtris,ſed & pro totius mundi)& conſtat ꝙ propi
Rom. 3. tiatorem Deus illum fecit per fidem in ſangnine eius, vt Apoſtolus dicit:licet quo ad efficaciam,
Cap. 9. in hoc profecerit ſolùm fidelibus, quorum exhauſit peccata, vt ſcribitur ad Hebræos. Vndè & ſi
1. Thi. 4. CHRISTVS Saluator eſt oĩum, maximè tñ fidelium, vt alibi docet. Oblatio quæ fit in altari, ſolũ
fit pro peccatis fidelium, quemadmodum & Miſſæ Canon oſtendit: nec(vt Auguſtinus inquit)
in Eccleſia offertur corpus CHRISTI, niſi pro ijs, qui membra ſunt CHRISTI. Vndè & ſexta
feria maioris hebdomadæ, quando recolitur paſsio Seruatoris, & ſi in Miſſa quæ tunc celebra-
tur, pro infidelibus preces funduntur;in illa tamen, altaris ſacrificium non offertur, quemadmo-
dum nec CHRSSTI corpus conſecratur.

Ioan. 17. Demum Oblatio in cruce facta, à CHRISTO facta eſt per ſeipſum(Ego, inquit, ſanctifico me
ipſum: & Paulus: Tradidit ſemetipſum pro peccatis noſtris)Propter quod fuit infiniti meriti, &
B infinitæ virtutis, ſicut & aliæ actiones eius, quas fecit in præſenti vita;& propter infinitatem per-
ſonæ;& propter infinitatem gratiæ & charitatis, quæ erant in eo, & in ſtatu, in quo per ſemet, &
in perſona propria mereri valebat. Vndè & ſe extendit ad oẽs nedùm pręſentes, ſed præteritos, &
Heb. 10. futuros(ſiquidem ea vna oblatione, in æternum conſummauit, qui ſanctificantur, vt Apoſtolus
dicit)Oblatio quæ fit in altari, & ſi quidem fiat à CHRISTO, fit tñ ab eo, per miniſtros Eccleſię:
quos ſcilicet in hoc opus miniſterij euocauit, & ritè ad id honoris aſſumpſit. Quare & ſi oblatio
hæc, vt exit à CHRISTO infinitatem habet, & apud Deũ maximè, immò infinitæ eſt acceptatio-
tionis & benedictionis; (quippè quæ ab illo eſt ĩfinito ſuppoſito, & vnicè dilectiſsimo filio, ĩ quo
nunq̃ nõ ſibi, & benè, & infinitè complacuit:)vt tñ ꝓgreditur à miniſtris Eccleſiæ, & ſi qñq; ſuis
Mat. 3. demeritis Deo non mediocriter diſplicet, cum illi malorum miniſtrantium incenſum, ſit abomi
Eſa. 1. natio, & oderit obſeruantias Sabbati & Neomeniæ;vt tñ ex illis proficiſcitur in ꝑſona Eccleſiæ,
magnæ ſemper apud illũ habetur ꝑſtantiæ & acceptationis, & ſi non ſupremæ, vel infinitæ. Pro-
pter quod ſicut Eccleſia quantumuis iuſta & ſancta, dum hoc verſatur in ſtadio, nunq̃ non petit,
Apoc. 22. vt iuſtificetur & ſanctificetur adhuc, iuxtà verbũ Euangeliſtæ; & quilibet qui in ea ſanctus & iu-
C ſtus eſt, nunq̃ non nititur, vt fiat magis ſanctus & iuſtus. Ità licet non dubitet ſuam oblationẽ fo- Cur petit Eccleſia vt oblatio quæ fit in altari ſit Deo rata.
re Deo ratam, acceptam, & benedictam: non temerè tñ petit, vt apud illum ſit rata: accepta, & be
nedicta quemadmodùm habetur in Canone. Et qm̃ certiſsima eſt, ꝙ nihil per CHRISTVM Deo
oblatum, non eſt maximè gratum & acceptum; per illum orat vt hęc ſua oblatio in conſpectum
eius aſcendat: Qui ſicut non dedignatur eſſe pro nobis ille magni conſilij Angelus per quem(vt
Eſa. 9. Apoc. 8. legimus in Apocalypſi)aſcẽdit fumus aromatum, hoc eſt orationes noſtræ coràm Deo, ita digne
tur eſſe huius oblationis noſtræ portitor coràm illo;vt per eum cumulatiſsimam benedictionem
recipiat. Propter quod dicit in Canone. Iube hæc perferri per manum ſancti Angeli tui, in ſubli
me altare tuum, in conſpectum Diuinæ Maieſtates tuæ.

Et quanquàm ità eſt, quanquàm CHRISTVS hoc ſacrificium offert per miniſtros, qui & offe-
runt in perſona Eccleſiæ, Nihilòminus ſiquis attendit CHRISTVM nedùm Eccleſiæ eſſe Litur-
gum ſed Caput, & ob id, & ĩfluere, & operari in omnibus ſuis membris;immò & tam intimè ha-
bitare in ſingulis, vt ſingula non ſolùm operentur per eum, ſed veluti in perſona eius:(vt ſicut
1. Cor. 2. Apoſtolus donat in ꝑſona CHRSSTI, ità & quilibet capiti CHRISTO coniunctus, in illius per-
ſona multa opera faciat:)facilè deducere poterit, ꝙ non ſolùm oblatio progrediens à miniſtro
D in perſona Eccleſiæ, progreditur in virtute CHRISTI, qui operatur in membris;ſed & progre-
ditur à miniſtro, vt in perſona eius, non minus q̃ cum baptizat(quoniam CHRISTVS eſt qui ba-
Mat. 4. ptizat)aut cum conſecrat(quoniam dicit, hoc eſt corpus meum, quod conſtat non dici in perſo-
na, pro Propria ſed in perſona CHRISTI) & ob id neceſſe eſt vt miram habeat efficaciã, immò
& quodammodo infinitam. Ergò neceſſe eſt vt vna oblatio, hac ſub cõſideratione accepta(etiã
ſi miniſter non fuerit acceptus Deo)innumeris quodammodo ſufficere poſsit:(tametſi nulli pro
ficiat, niſi fidem & deuotionem habeat.)quibus & iuxtà intentionem CHRISTI peculiariter
applicatur, non ſecus ac ſacrificium, quod peractum fuit in cruce. Applicatur & intentione Ec-
cleſiæ, & miniſtri particularis: ſed ſemper iuxtà fidem & deuotionem, fructus illos ſequitur, pro
quibus & in Canone preces funduntur, ſacardote dicente: Et omnium circunaſtantium, quorũ
tibi fides cognita eſt, & nota deuotio.

Ergò

Quomodo ſacrificiũ miſſæ ſacrificiũ ſit ꝓ peccatis

Ergò (vt paucis rem abſoluam(fatendum conſtantiſsimè eſt, auguſtiſsimum hoc ſacrificium Miſſæ, ità ſacrificium eſſe pro peccatis; vt non ſolùm per illud ſuffragetur pœnis, ſed culpis: & ex parte rei oblatę, dubitari non poteſt, niſi dubitetur de ſacrificio crucis; cum non ſolùm eiuſdem ſit efficaciæ, ſed illud in ſeipſo contineat: ex parte verò oblationis, ſi capitur prout exit à CHRISTO, etiam nemini refragari licet, niſi refragetur aliis actionibus eius: ſi vt progreditur à miniſtro, & quidẽ in perſona CHRISTI, pariter dubitandum nõ eſt: in perſona quòq; Eccleſiæ ſuffragari etiam non mediocriter poteſt, immò & vt fit in perſona miniſtri particularis: præſertim ſi ſit in gratia & dilectione Dei. E

Nec obſtat qđ de vnica CHRISTI oblatione inducunt hæretici: ꝙq; nõ relinquitur hoſtia ꝓ peccatis; qm̃ ibi ſermo eſt de oblatione CHRISTI in cruce, qua exhauſta ſunt (vt dictum eſt) fidelium peccata; quæ & realiter eſt cruẽta, & iterari non poteſt. Hæc aũt quæ fit in altari, realiter nõ eſt cruenta, & iteratur qualibet die, & ob id illi repugnare non poteſt: pręſertim quia inſtituta non eſt, ꝓp illius inſufficientiam, ſed ꝓp diuinæ gratiæ exuberantiam. Nec enim quæ Deus per CHRISTVM inſtituit, minus ſunt exiſtimanda, ſi humano ſenſui videãtur ſuperflua: ſed magis ſuſpicienda, quò magis ſunt liberalia. Suficiebat quidem redemptioni mundi; guttula ſanguinis CHRISTI & tñ placuit totum effundi. Sufficiebat CHRISTI paſsio & ſatisfactio in perſona propria infinitis mũdis, & tñ voluit vt patiatur & ſatisfaciat, etiam in perſona Eccleſiæ; immò in ſingulis membrorum ſuorum. Sufficiebat ad conſtituendum exuberantiſsimum infinitumq; Indulgentiarum theſaurum, vel minima paſsionũ CHRISTI; & tñ non modò in illo placuit oẽs ſuas pœnalitates includi, ſed & multorum Martyrum & Sãctorum, vt ſacroſancta definiuit Eccleſia. F

Etſi oblatio crucis eſt ſufficiẽtiſsima, altaris tamen oblatio ẽ neceſſaria.

Nec modò id cedit in exuberantiam gratiæ, ac munificentiam Dei; ſed & in noſtram maximam frugẽ: quippè qui magis vrgemur præſentibus q̃ remotis. Dico itaq; ꝙ etſi oblatio crucis, pluſq̃ ſufficientiſsima in ſuo genere eſt; nihilòminus & oblatio Miſſæ, ex diuina inſtitutione, neceſſaria eſt, & propter liberalitatem Dei, & propter cõmodum electorum ſuorum. Propter quod & illa eſt ſuſcipienda, & hęc non eſt deſerenda: immò hæc illius beneficiũ nobis agglutinatius reddit, & exuberantius illius fructum percipere facit.

Quod aũt de effuſione ſanguinis, ad peccatorum remiſsionem obiiciunt, minus ꝑmiſsis obſiſtit: ꝓpterea ꝙ nemo eſt qui non probet ſine CHRISTI morte (Deo ſic diſponente) peccata nobis remitti non poſſe; quippe qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus; cuius & liuore ſanati ſumus. Vndè & ſi ſine cruẽto crucis ſacrificio, Miſſæ ſacrificium ſuffragari non poſſet, nõ fruſtrà tñ dicitur inſtitutum; cum virtutẽ eius contineat, & nobis ſemper pręſentaneum, magiſq; locuples reddat. Quanq̃ & dici poteſt, ꝙ eſtò, ſine ſanguinis effuſione remiſsio peccatorũ nõ fiat, non propterea ſacrificium Miſſæ, ſacrificium negabitur pro peccatis: qm̃ & ſi in illo realiter ſanguis non funditur, funditur tñ myſterio: & quidem tam eximio vt à Patribus CHRISTVS immolari dicatur; quod ad verba Pauli, forsàn ſufficere poteſt. 1.Pet.2. G

Et qm̃ verum vero conſentit, fieri non valet, vt hæc catholica veritas, catholicã veritatem oppugnet. Ergò impoſsibile eſt, vt pœnitentiæ neceſsitati refragetur, immò ad pœnitentiam maximè confert. Cum enim pœnitentia, ſi vera pœnitentia eſt, donum ſit Dei, ab illo planè impetranda eſt, & ſi orationibus impetratur, quantò magis Miſſæ auguſtiſsimo ſacrificio? Ergò cum offertur pro culpis, ideò offertur vt Deus dignetur largiri pœnitentiã his, qui in peccatis ſunt, vt reſipiſcant, & liberentur à Diaboli laqueis, à quo captiui tenẽtur. Non rectè igitur opinãtur, qui putant hinc pœnitentiæ neceſsitatem excludi: & temere imaginãtur qui credũt actuales culpas ſine pœnitẽtia, ſacrificio iſto dimitti; aut quouis alio opere bono. Et quanq̃ pœnitẽtiã impetrare, & ꝑ hoc, culparũ veniã obtinere, cõuenire poſsit multis bonis opibus, vt oronib⁹, ieiuniis, eleemoſinis: nulli tñ efficacius, nulli locupletius, quã huic ꝑſtãtiſsimo ſacrificio; cũ & in illo CHRISTI ſanguis peculiariter conſecretur, & offeratur, in remiſsionẽ peccatorũ, vt qlibet facilè ꝑſuaderi põt. 2.Thi.2. H

Chrs ſuum ſpũale ſacerdotiũ, cõe facit omnib⁹ ſuis mẽbris,

Et vt de CHRISTI ſacerdotio ꝓſequamur, (cum hactenus dictum ſit eo de munere, quo ſedẽs in dextera Patris, per miniſtros ſuos in Eccleſia fungitur, præſentis peregrinationis, iuxta ritum & ordinẽ Melchiſedec, quod ipſum cõſtituit propriè ſacerdotem, pertinetq; ad viſibile miniſterium, & genus ſenſibilis ſacerdotij) ſupereſt vt de ipſius ſacerdotio ſpirituali, quod (tametſi in ipſo velut in capite eſt longè præſtãtius, quemadmodum & à Deo, ſuis præ participibus vnctus eſt, longe locupletius) commune tamen facit omnibus ſuis membris cum & Chriſtiani oẽs, eo muneris ſint dignati, quia omnes ſpirituali ſacerdotio inſigniti, vt ſcriptura docet: (Vos genus electum, Regale ſacerdotium, Gẽs ſancta, Populus acquiſitionis. Et feciſti nos Deo noſtro, Regnũ & Sacerdotes: & quem accedẽtes lapidem viuum, ab hominibus reprobatum, à Deo aũt electũ Matt.26. Pſal.44. 1.Pet.2. Apoc.15.

&hono-

1.Pet.2. A & honorificatum,& ipſi tanquam lapides viui superędificamini domus ſpiritualis,in ſacerdotiũ
Ibidem. ſanctum)aliquid afferamus,Et quanquam genus hoc ſacerdotii ſit ſpirituale, & ad offerendum
(vt Petrus ſubdit)hoſtias ſpirituales,& acceptabiles Deo per IESVM CHRISTVM;non opus eſt
tũ,vt res per ſpũales ſacerdotes oblatæ,ſint prorſus ſpirituales; immò & poſſunt, & frequenter,
Pſal.50. eſſe corporeæ:nam licet in ſacrificio ſpiritus contribulati, & contritionis cordis;item in ſacrifi-
1.Cor.14. cio laudis pſallentis ſpiritu, pſallentis & mente,res oblatæ dici poſsint ſpirituales;in ſacrificio ta-
Heb.13. men beneficẽtiæ,& temporalium communicationis,temporalia ſunt. Rurſum:cum exhibemus
Roma.12. corpora noſtra,hoſtiam viuentem Deo:cum ad imitationem CHRISTI, qui tradidit ſemetip-
Eph.5. ſum pro nobis,hoſtiam & oblationem, in odorem ſuauitatis, & nos pro fratribus in ſacrificium
& oblationem,animas noſtras exponimus;res oblatæ ſunt magna ex parte corporeæ. quare ſpiri
rituales dictæ ſunt hoſtiæ,non ex ratione rei oblatæ,ſed ex interna ſpirituali,hoc eſt,Spiritu ſan-
cto ſuggeſto, & ab illo ſine omni extrinſeca ceremonia, nobiſcum cooperata oblatione, ſunt
Deo exhibitæ. vnde & hoſtia oblata pro nobis in cruce,quia maximè per Spiritum ſanctum eſt
Heb.10. oblata,hoſtia ſpiritualiſsima fuit, & ad ſpirituale CHRISTI ſacerdotium pertinens. Ergò fortè Hoſtia ĩ cruce oblata, hoſtia ſpiritualiſsima fuit.
non temere, ſatis ſuperq; præſtitum arbitrabimur, ſi hac de re paucis prælocuti,cum illis tandẽ,
B enarrationem hanc abſoluerimus.

Heb.10. Igitur cum vmbram haberet lex futurorum bonorum,hoc eſt,ſpiritualiũ,quæ & nos manent
Eph.1. in patria, in qua benedicendi ſumus in omni ſpirituali benedictione,& non ipſam imaginẽ re-
Heb.7. rum:(quippe quæ neminem ad perfectum adduxit,ſed ſeruire fecit ſolùm in cibis,potibus,va-
& 9. riis baptiſmatibus,& carnis iuſtitiis,vſq; ad tempus correctionis impoſitis;)neceſſe eſt,vt & ſacer
dotium legis carnale,vmbram præſeferret futuri ſacerdotij ſpiritualis.Ergò neceſſe vt carnale ſa
cerdotium Aaronis,vmbram gereret ſpiritualis ſacerdotij CHRISTI;non tantùm quia ſicut ille
Pſal.132. erat ſummus Sacerdos & velut caput oĩum ſacerdotum legalium;ita & CHRISTVS ſummus eſt
ſacerdos & verè caput oĩum ſpiritualium: aut quia ſicut Aaronis vnctio tantæ extitit copiæ, vt
à capite dimanarit in barbam,& vſq; in oram veſtimenti;ità & vnctio CHRISTI ad extremum
vſq; effunditur membrum,vt nullum ſpũalis munere ſacerdotij non conſecretur;ſed quia præci
puum Aaronis ſacrificium,quod plane ſacrificium fuit expiationis, præſignauit maximè ſacrifi
Heb.13. cium quod ille fecit in cruce: nam illud nos habemus altare, hoc eſt, illo in CHRISTO verè ſa-
crificio nobis ſubuenitur,de quo edẽdi poteſtatẽ nõ habẽt qui tabernaculo ſeruiũt:qñquidẽ in
CHRISTO beneficium illud aſſequimur,quod in ſacrificio illorum adumbratũ eſt aĩalium:quo-
C rum ſanguis per Pontificem ferebatur in ſancta, & corpora comburebantur extrà caſtra, quod
proculdubio expiationis ſacrificium eſt:quod quidem mactatis vitulo hircoq; pro Pontificis &
populi ignorantiis,ſemel offerebatur in anno,ſeptimo menſe,& die decima mẽſis,Pontifice in-
grediente in Sancta ſanctorum,loto corpore,veſtibus ſanctis lineisq;, tunica ſcilicet, fœminali-
bus,zona & cydari,religiosè induto,& ſanguine dictorum animalium ſecum allato;vt ex timia
mate facto ſuffito,vtranq; Propitiatorij partem,verſus ſcilicet Occidentem & Orientem, digito
ſepties,ſanguine illo,conſpergeret,& ita illum ab immunditia filiorum Iſrael, à præuaricationi-
bus,& eorum peccatis expiaret.

Siquidem & CHRISTVS in anno,non quem facit curſus corporalis ſolis.ſed quem Deus cur-
Leui.16. ſui præſtituit cœleſtis gratiæ:In anno benignitatis diuinæ,remiſsionis peccati,retributionis iuſti
Pſal.64. tiæ,& perpetui Iubilei:In anno deniq; placabili & tpe accepto dño Deo noſtro: nec quidem
Luc.4. diebus antiquis(tam etſi munificentiſsimè eius manus,nunq̃ nõ fuerint plenæ dilectionis & grã
Eſa.61. & 63. tiæ)ſed,vt inquit Paulus,in ſęculi conſummatione,hoc eſt,perfectione,quemadmodum ea vo-
Heb.9. ce vti ſolitus eſt:& ob id in ſeptimo menſe,qui menſis perfectorum eſt fructuum,transferendo-
Ibidem. rum in viridarium cœli,(nam etſi cùm tempus fructuum appropinquaret, miſit ſeruos ſuos,Pro
2.& 7.& 8. & 10.& 12. D phetas,& alios,ad cultores vineę,cum tñ fructuum tempus adeſſet, emiſit vnigenitum ſuum)vn Chrſ ĩgreſſus Scã ſcõrũ ſeptimo menſe & die decimâ ſeptimi menſis.
Mat.21. de & Enoch trãſlatus eſt in longè meliorem,immò in cælicam vitam:in ſeptima generatione: &
Gen.5. Elias,in eiuſdem(ſi non fallor)myſterij atteſtationem, in ſeptima humanæ vitæ periodo.(Siqui-
Eccle.44. dem cum Enoch ſeptimus fuerit ab Adam,vt Moſes ſcripſit,& Iudas recẽſet, ſeptimam genera-
2.Reg.2. Gen.5. tionem cõſtituit: & cum ad Eliam vſq;,ſex virorum ętates interceſſerint (Nam Adamus hanc vi
1 Epſa ſua tam duxit vſq; ad Methuſalem: Methuſalẽ vſq; ad Sẽ:Sẽ vſq; ad Iacob:Iacob vſq; ad Amram:Am
ram vſq; ad Abiam: Et hic vſq; ad Eliam prophetam)palã q Elias in ſeptima humanæ vitæ perio
do computabitur.)Nec modo in ſeptimo mẽſe,ſed in die decima mẽſis;quo tempore legem de
calogi,per legem Spiritus vitæ,nedum perficere,ſed & decimis donorum & chariſmatum CHRI
STI donati,poſſumus auguſtiſsimo expiationis eius ſacrificio frui.

Siquidem

Siquidem(inquam) CHRISTVS, in anno menſe ſeptimo,& menſis decima die, cum ingreſ- E
ſurus eſſet quæ ſunt verè Sancta ſanctorum, à quibus & vtcunq; exemplata erant ſanctorum ſan-
cta in tabernaculo Moſi; ipſum ſcilicet cœlum, ſicut interpretatur Apoſtolus: In quo verum
eſt Propitiatorium, hoc eſt, thronus gratiæ & miſericordiæ Dei: verè Arca teſtamenti, nō vete- Heb. 9.
ris, ſed noui: quod in longè melioribus promiſſionibus eſt ſancitum; hoc eſt, theſaurus cœleſtis Heb. 4.
hæreditatis: in qua & tabulæ ſunt teſtamenti, non Moſis, qui vti famulus erat in domo, & ob id, Heb. 9.
non poterat niſi in ſeruitutem regignere, nec(vt conſequitur) ad veram hæreditatem, ſed ad cer- Heb. 3.
tam ſeruorum mercedem,(tametſi geſtantem non nullam vmbram bonorum futurorum) tan-
dem introducere. ſed CHRISTI, qui cum ſit filius, velut Dominus eſt in domo. qui & poteſta- Heb. 10.
tem tribuit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: & ob id, vt ſint diuinæ naturæ con- Heb. 3.
ſortes, & demum cœleſtis hæreditatis participes: In qua & Vrna mannæ, & Virga erat Aaro- Ioan. 1.
nis: hoc eſt, tùm ſuauitas illius fœlicis conuiuij, vbi non ſecus ac in manna; omnes ſunt ſaporum 1. Pet. 1.
ſuauitates, de quo & CHRISTVS diſpoſuit (vt dictum eſt) electis vt ederent & biberent ſuper 1. Pet. 1.
menſam ſuam in Regno ſuo: tùm abſoluta & ſacrata poteſtas verè regalis ſacerdotij, & verè ſa- Sap. 7.
cerdotalis regni; de qua in Apocalypſi gloriantur ſancti: Feciſti nos, Deo noſtro Regnum, & Luc. 22.
regnabimus ſuper terram: Ibi verè ſunt Cherubini, non ſolum quia ibi degunt Angelicæ F Cap. 1. & Cap. 5.
mentes, ſed quia ibi omnis eſt ſcientiæ & ſapientiæ copia & plenitudo: quandòquidem omnes
ſibi locupletiſsimè ſunt edocti à Deo, qui nemini non tribuit afluenter, nulliq; improperat, vt Ia- Ioan. 6.
còbus Apoſtolus ſcribit. Iac. 1.

Hæc ergò Sancta, cum tandē ingreſſus eſt CHRISTVS in anno, & menſe, & die prædictis, ſecū
non vitulinum aut hircinum ſanguinem tulit, quemadmodum ferebat in ſua Sancta Aaron, ſed
ſuum ſanguinem proprium; non mactatis animalibus, ſed immolato ſemet: quippè quem probè
non fugit, hircorum & taurorum ſanguinem, etſi nonnihil coinquinatis ad emundationem car- Heb 9.
nis prodeſſe poſſet viuente lege, ex ordinatione Dei; ad expiationem tamen peccatorum & pur-
gationem conſciētiæ ab operibus mortuis quicquam prodeſſe non poſſe. Quæ ingreſſus eſt, non qui- Ibidem.
dem pluries ſicut Aaron, qui introibat in ſua, per ſingulos annos, oblatis hoſtiis, quæ accedentes
non poterāt perfectos facere(aliàs ceſſaſent illa offerre, eò quod non haberent vltrà conſcientiam
peccatorum, cultores ſemel mundati) ſed ſemel; aliàs oportuiſſet eum frequēter pati ab origine Ioan. 3.
mundi(nec illius modò, qui initium habuit, ab incarnatione, cum lux hunc venit in mūdum, & Gene. 1.
& dilexerunt hoīes tenebras magis quam lucem, ſed & illius, qui initium habuit à creatione, cum di- Acto 4.
ctum eſt; fiat lux & facta eſt lux: quoniam non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hoībus, in quo opor- G Heb. 9.
tuerit aliquem ſaluum fieri) & tamen nunc tantùm ſemel apparuit ad deſtructionem peccati, per
immolationem ſui: etiam in remiſſionem earum præuaricationum, quæ ſub priori extiterant
Teſtamento, immò & earum, quæ fuerunt ab origine generalis mundi. propter quod & ab ini-
tio, agnus occiſus dicitur, vt Euangeliſta teſtatur. Apoc. 13.

In aduentu Chri mūdus alius exort° ē

Et ingreſſus eſt lotus, hoc eſt, mundus, innocens impollutus. Cum enim vitulus & hircus of- Heb. 7. 9.
ferrentur pro Pontificis ac populi ignorantiis & peccatis; à quibus tamen in virtute illius immo
lationis emundari non poterant; CHRISTVS noſtram carnem indutus, quæ in primis Parenti-
bus belluina effecta, & nedum laſciuienti ſtolidoq; vitulo, ſed hirco ſordido ac fœtido ſimilis red
dita(nam homo cum in honore conditus eſſet, nō intellexit comparatus eſt iumentis inſipienti- pſal 48.
bus, & ſimilis factus eſt illis) illam ſemel pro noſtris & ſuis delictis, vt Apoſtolus dicit, immola- Heb. 7.
uit(non quod ipſe peccatum fecerit, aut dolus in eius ore repertus fuerit; ſed quia & carnē peccatri- 1. Petr. 2. Rom. 8.
ci ſimilem habuit, & patris obedientia in ſe peccata noſtra recepit, & ea perindè ac ſua penitus Heb. 10.
reputauit) vt ab illis omnibus, & ſe & nos ſuo in ſanguine prorſus ablueret. nec modò lotus, Pſal. 68. 1. Pet. 1.
ſed ſanctis indumentis veſtitus: quandòquidem eam glorioſam ſtolam accepit, quam & nōn ul- H
lis ex Apoſtolis antè mortem. quandò veſtimenta illius facta ſunt alba, velut nix: & mulieribus Mat. 17.
poſt mortem, in die reſurrectionis in Angelo albis induto, monſtrauit; & ità veſtitus vt & fœmi- Ioan. 20.
nalibus fuerit carnem opertus: eò quod etſi tūc abſolutè factus eſt ſponſus, & liberè eſt amplexibus
Eccleſiæ ſacroſanctæ potitus; Ipſa tamen illi deſponſata non eſt, niſi in caſtitate(deſpōdi vos vni
viro, virginem caſtam exhibere CHRISTO) & linea zona ſuccintus, eò quod ſanctorū miniſter in- 1. Cor. 11.
greſſus eſt, non ad abluendum pedes, ſicut lintheo præcintus eſt, in vltima cœna huius vitæ, ſed Ioan. 14.
ad reficiendum animos, in perenni menſa vitæ futuræ. ſcriptum eſt enim; quod præcinget ſe, & faciet Luc 12.
illos diſcumbere: & tranſiens(planè in ſuis membris) de miſeria ad fęlicitatem: vel tranſiens, hoc
eſt, tranſire faciens(ſicut & Spiritus poſtulat, quia poſtulare nos facit) ab hac peregrinatione ad
patriam miniſtrabit illis: ſiquidem per ipſum ingredientes(qui eſt via eundi ad patrem: & viam Rom. 8. Ioan. 10.
nobis

Chrs ingreſſus ē ſcā, ſanctis veſtimentis indutus.

A nobis initiauit in Sancta)egrediẽtes(qui eſt oſtium,& oſtiarius)planè ad munia & officia:cum in
1. Cor. 12. patria futuri non ſimus inertes,ſed vti diuerſa membra in corpore,diuerſis muneribus & officiis
Rom. 12. illuſtres:& vt partes benè inſtitutæ politiæ,variis functionibus inſigniter mãcipati;fœlicibus ſem
Ioan. 10. per paſcuis perfruamur.Et demum cydari caput opertus,quod inſigne eſt perpetui Põtificatus:
Heb. 7. quippè q̃ ingreſſus eſt,vt noſter ſit perpetuus Pontifex,coram Deo, ſicut Apoſtolus docet:vt&
Rom. 8. ſemper interpellet ꝓ nobis:& Liturgos factus ſanctorum,& tabernaculi quod fixit Deus & non
Heb. 8. homo,ſit pro nobis Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.
Ergò ſic ingreſſus Sancta cœleſtia,vt timiamate ſuccenſo coram Propitiatorio, hoc eſt preci-
Vbi ſup. bus antè Deum,& tribunal miſerationis & gratiæ,pro nobis effuſis, qui nunq̃ non intercedit ꝓ
nobis; Propitiatorium ſepties,vtraq; ex parte,ſanguine illato reſpergit,vt illum ab omni macu-
Eph. 1. la purget Nam etſi quæ in cœleſtibus ſunt, & ſublimia, & à noſtris ſunt ſordibus aliena, tñ ſine
Col. 1. CHRISTI ſanguine,prorſus munda nõ ſunt;cum per illum placuerit Deo, recapitulatis oĩbus
in CHRISTO, pacificare non ſolum quę ſunt in terris,ſed & quæ in cœlis ſunt,& longè meliori-
bus hoſtiis è ſuis imperfectionibus expiare,q̃ expiata ſint,quæ cœleſtibus exemplata ſunt, ſicut
Heb. 9. Apoſtolus dicit.Poteſt & propitiatorij expiatio, rationum Diuinæ iuſtitię,dilutionem oſtende
B re,quibus ſine CHRISTI ſanguine,nonnulla vis videbatur inferri,& per hoc nonnihil Diuina
iuſtitia labefactari.Nam etſi Deus miſericors eſt;etſi illi propriũ eſt miſereri ſemper & parcere,
Pſal. 144. immò etſi miſerationes eius ſuper oĩa opera eius;illius tñ miſeratio ſine iuſtitiæ plenitudine eſſe
non debet,ſed vniuerſæ viæ eius miſericordia & iuſtitia ſunt.Ergò accedente Sanguine CHRI-
Pſal. 24. STI,nullus locus relinquitur calumniandi Tribunal gratiæ:cum illius morte tam exuberantiſſi
mè ſit Diuinæ ſeueritati ſatisfactum,vt longè maior extiterit recompenſa q̃ culpa,& vltio in im-
menſum exceſſerit oẽm pœnam.Quod aũt expiatio facta ſit ex vtràq; parte,fortè ꝙ denotare vo
Rom. 11. luit,expiationem factam in fauorẽ vtriuſq; populi,ex quibus vna conſtat Eccleſia. Et Hebræus,
& quia occidentem verſus adorat,& quia occidente mundo,eſt reuerſurus ad Deum,non incon
gruè occidentali parte notatur: Gentilis verò,& quia verſus orientem preces effundit,& quia q̃
primùm,euangelio reſulgente,illud recepit,illiusq; luce eſt illuſtratus,meritò per orientem ex
preſſus eſt.Quòd demum ſepties aſperſio facta ſit,expiationem quidem perfectam oſtendit, etſi
Eſa. 11. per ſanguinem CHRISTI, non tñ ſine interuentu Spũs ſancti, cuius nedum ſeptem chariſmata
ſunt ſacroſancta,ſed cui & proprium eſt,digito,hoc eſt,acuta virtute & poteſtate, CHRISTI ſan
C guinem ad expiationem ſordium,non ſolùm diſtillare in cordibus noſtris,ſed & coram Deo,il-
lius paſsionem & mortem, in fauorem miſericordiæ, & ſatisfactionem rigoris Diuinæ,iuſtitiæ,
Heb. 7. ita ſubſcribere;vt nunquam affluentiſsimè nõ miſereatur noſtri. Ergò cum tm̃ habeamus Pon-
Ibidem. 4. tificem,qui non ſolum penetrauit cœlos,non ſolum per ſemetipſum accedit ad Deum,& ſemp
Heb. 4. interpellat pro nobis: ſed & tẽtatum per oĩa pro ſimilitudine abſq; peccato;cum fiducia acceda-
mus ad eum,& per ipſum ad thronum gratię Dei,vt miſericordiam conſequamur,& gratiam in
ueniamus,in auxilium opportunum:cui ſempiternus honor & gloria, Amen.

ENARRATIO AVGVSTISSIMI REGNI IESV CHRISTI SERVATORIS NOSTRI.

Ioan. 13. Heb. 1. Eph. 1. Can. 7. Luc. 8. Can. 1. 8. QVanquam CHRISTVS Dominus, omnia moderatur, quippè cui Pater cuncta
dedit in manu; quiq; factus eſt hæres vniuerſorum, portans omnia verbo ſuæ po-
teſtatis; potiſsimum tamen regit electorum Eccleſiam. Quæ rametſi ſymbolis,
Can. 4. 5. 6. D diuerſis deſcribitur:vt Agro, in quo ferax eſt verbum Dei: Vinea cuius botri,
Mat. 7. 16. Cyprij in Engaddi:Horto,in quo ſelectæ oĩs generis plãtæ Domo ſuprà petrã ere Regnũ typus eſt Eccleſia Electorũ auguſtior.
1. Pet. 1. cta: Templo,ex lapidibus viuis: Ieruſalem,deſcendente de cœlo: Ciuitate ſu-
Apoc. 11. prà montem poſita: Regnum tñ præ omnibus eſt Typus auguſtior, & oraculis longè celebrior.
Verùm non quale eſt huius mundi,qui(vt Ioannes inquit)totus eſt malus.non creatione; qm̃
1. Ioan. 5. facta ſunt oĩa valdè bona;ſed infectione,poſtq̃ peccatum illum inuaſit,& per peccatum mors,cũ
Rom. 5. omni ſatellitio ſuo.Non(inquam)quale eſt huius mũdi,quod aliud non eſt, q̃ peccati regnum,
mortis,& perditionis:quorum author,non Deus ſed Diabolus eſt;qui peccat non ſolùm ab ini-
Ioan. 8. tio,&(vt Seruator ait)in veritate non ſtetit,ſed peccatum homini perſuaſit,vt vnà pariter, apo-
Gen. 2. ſtatans à Deo,& ſemet præcipitaret,& reliqua ſecum inficeret;vt nulla tandem ſit iuferior crea-
Rom. 8. tura,quę renouatione non egeat,& ad illam iugiter non ſuſpiret.

Hanc ergo peccati colluuiem,ſcriptura,mundi huius regnum appellat;vt cum Sathanā mun E Ioan 12. 2. Cor. 4.
di Principem facit,Deum huius ſæculi,& Rectorem tenebrarum harum: nec ipſam modò collu Eph. 6.
uiem,ſed & non paucas creatnras;non quidem abſolutè,ſed quatenus tabeſactas: quandòquidē
etſi peccatum naturam non deſtruit,ſic tamen à ſtatu primæ conditionis dimouet,vt minus crea
torem referens,minuſq; eius iuſſa perficiens,ad Tyrannidem Sathanę,qui pro virili,aduerſus eſt
Deo,neceſſe eſt,quoquo modo pertineat.

Et quanq̃ hæc infectio creaturæ in vltionem cedit præuaricationis humanæ; propterea ꝙ crea
tura vltra nobis non facilè paret, immò non raró contra nos ſęuit; & Dei iudicio, fit nobis ple-
runq; in ſcandalum,laqueum,& ruinam;Sathanæ tamen maximè: non ſolum quia natura,con- Sap. 14.
ditus & tam præclarus,& cœleſtium factus tam cupidus, vt nunquam non præſumat, nunquam Gen. 3.
non tentet illa rapere: tametſi ſemper ſuper terram repit, & puluere ac ſordibus, quibus nil
æquè ſtomachatur,nunquàm non veſcitur,& pectore ſuper quod graditur,inquinatur; ſed quia
hæc ſibi non tranſeunt, & pro his ſemper duriora formidat: quippè qui certior factus, quòd 2. Pet. 2.
adueniente cōſummatione mundi, ex tenebris,quibus modò vti catenis vincitur,inferno igni,
ad perpetuum & extremum cruciatum reſeruatur.

Et quanquam ita eſt(eius fortis eſt vltio Dei)quemadmodum homo eòuſq; per peccatum fa- F
ctus eſt hebes,vt extremas has calamitates,perindè ac glorioſum regnū ſæpe ſuſpiciat,ita Satha-
nas eòuſq; eſt dementiæ traditus,vt regem egregij huius mundi ſe iactet, & tàm ſpurcas ſordes,
vt præclarā Monarchiam defendat,foueat,augeat. & nunquā nō in ſordibus ſordeſcat. Et quanq̃
prę̨ſtò,omni momento,omnibus adeſt:non deſunt tamen cuiuis, vicariæ poteſtates,nunquam
non prouocantes furias illi iuratas;concupiſcentiam carnis,concupiſcentiam oculorum:& ſuper 2. Ioan. 2.
biam vitę:nō abſimiles his quas vrget in regno tartareo,vt nullibi nō graſſentur:nihil non ten-
tantes,omnia commiſcentes,vt eius regnum promoueant.

Nō diſplicet Deo Regnū temporale.

Non quale Regnum eſt temporale.non ꝙ Deo regnum temporale diſpliceat, in cuius manu
ſunt omnium poteſtates,& omnia iura regnorum:per quem reges regnant, & legum condito- Prou. 8.
res iuſta decernunt:quin & per Apoſtolum iubet,vt omnis anima præcellēti poteſtati ſubiaceat; Rom. 13.
& non ſolum bonis(vt inquit Petrus)& modeſtis,ſed etiam diſcolis: quandoquidem non eſt po 1. Pet 2.
teſtas niſi à Deo:& qui poteſtati reſiſtit,Dei ordinationi reſiſtit.& ad Timotheū iubet, vt fiant Rom. 13. 1. Cap. 2.
orationes,pro Regibus, & qui ſunt in dignitate conſtituti, vt quietam & trāquillam vitam aga- Rom. 13.
mus.& ad Romanos,cenſet etiam tributum Regi ſoluendum. Et ſeruator, Reddite quæ ſunt Cę Mat. 22.
ſaris, Cęſari. quin & ipſe didragma perſoluit:& parentes voluit(vt ædicto Cæſare o,obedirent) G Mat. 17. Luc. 2.
cnm reliquis ſuæ cognationis deſcribi.

Non diſplicent quidem Reges & Regna:non Politiæ:non principatus,aut quoduis legitimū
Regimen;tametſi diſplicent,dominādi libido,tyrannis,inuaſio,occupatio: diſplicent doli,frau
des,violentiæ,rapinæ,deprę̨dationes,ſtupra,cę̨des,profanationes,incendia. Etſi qn̄ illa permit
tit;aut hypocritam è ſolio non depellit,id flagitium noſtrum extorquet: quippè qui facti ditio- Iob. 34.
nis Sathanæ,iniuſtum non eſt vt ſimus alicui ex eius membris ſubiecti.

Non(inquam)ſimile eſt Regno temporali:tum quia ſæpe ſunt male nata,in uaſa,extorta;nec
ſemper Regibus,regia eſt natura,non ſemper probitas comes. Exemplo ſunt Illę ꝑcipuę Monar
chiæ,Caldæorum,Perſarum,Græcorum,Romanorum:quarum non latent initia,ſucceſſus,& fi
nes;& ne plura cōmemorē,ſatis ſuperq; eſt,ꝙ non quidē temere,quatuor ſæuiſsimis beluis, ora
culo deſcribuntur,vt vno verbo,naturas, mores,& acta depingeret; Aſcendētibus(vt ſubdit)de
mare,huius profectò ſæculi,Turbidi & turgidi,Infidi & fluidi,ſæui & incoſtantis, ſpumantis &
& furentis.quod modò tumet ad Sydera,modò deiicitur vſq; ad Tartara:nūquàm ſpiritu Satha-
næ non inflatum,nunquàm diris monſtris non refertum. H

Tùm quia Regnum CHRISTI, tametſi ſe extendit ad omnia,vt tamen de illo in præſentiarū
eſt ſermo,coarctatur ad animas:quandoquidem de illo loquimur,quod eſt intrà nos, ſicut ſcri- Luc 17.
ptum eſt Intrà vos eſt regnum Dei;& vt Apoſtolus dicit, Iuſtitia eſt,& pax & gaudium in Spiri- Rom. 14.
tu ſancto. & Petrus. Conuerſi eſtis ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. Quod 1. Pet. 2.
non eſt terrenum, non de hoc mundo natum, & ob id,de terrenis non loquitur, quemadmo- Ioan. 3.
dùm omne quod de terra eſt:ſed cœleſte, de cœlo deſcendens. In diebus (inquit Daniel)vlti- Cap. 2.
mæ Monarchiæ, ſuſcitabit Deus Regnum cœli: quod non ſemel reſumitur ab Euangeliſtis: Mat. 13.
vt in parabola de Theſauro, de Margaritis, de Fermento, de grano Sinapis:& in qua non? &
propterea ſuaptè natura non eſt temporale, ſed ę̨ternum. Thronus tuus(inquit Dauid) in ſæ- Pſal. 44.
culum ſæculi: virga æquitatis,virga Regni tui.& illud. Super ſolium Dauid,& ſuper Regnū eius Eſa. 9.

Regnū Chri non de hoc mūdo natū. ſed de cœlo deſcendens.

ſedebit,

A ſedebit, vt corroboret illud in iudicio & iuſtitia, à modò & in ſæculum. & rurſum. Regnabit in
Luc. 1. domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis, & Daniel. Regnum eius non diſsipabitur,
Dan. 2. ſed in perpetuum permanebit.

Ergò ſi quod Regnum æmulandum, vt hoc CHRISTI Regnum lineetur, neceſſe eſt, è ſuper
2. Cor. 12. nis petatur: Ad angelos penetremus, & regnum vltrà cœlos proferamus. Quæ cum longè captū
noſtrum effugiant, & arcana ſint quæ non licet homini loqui; cogimur tandē de CHRISTI Re-
gno abſq; Regni ſymbolo, noſtra pro imbecillitate aliquid attentare. Et vt rem penitius explice
mus, ab re non fuerit, paucis originem illius attingere.

Quemadmodum itaq; Deus optimus maximus, non ſolùm in exordio huius mundi, ſed à die
bus æternis, nō tantum hanc rerum machinam, quam in dies nunquam ſatis ſuſpicimus, ſed &
ſexcētas alias, tum ampliores, tū ditiores, valuit è nihilo, ſolo verbo fabrefacere: quippè qui in-
tra Theſauros nunquam exhauriēdarum perfectionum, & copiarum cornua, diuitiarum ſuarū,
tametſi quæcunq; concipi poſſunt, quæcunq; concupiſci, locupletiſsimè cumulat, & concludit,
& in vnam ſimplicisſimam Deitatem, Puriſsimum, ac ter fęlicisſimum Actum aggregat, traiicit,
Eph. 1. & concludit; non fert tamē immenſus ſuæ bonitatis Oceanus, vt nunquā nō geſtiant, haud ſecus
B ac riuuli, è fonte perenni, ſcaturire, exundare, diffluere: Nihilominus placuit eius liberrimæ vo
luntati, cuius conſilio (vt inquit Paulus) ſingula diſponuntur; non ſolum eorum profluuium, in
finitis ſæculis remorari ſed & cum libuit, ſic rerum ſeriem diſtribuere, vt & ſi, hoc in vniuerſo, Cur De' mūdum ab æterno non fecit.
nil deprehenditur temerè, nil offenditur fruſtrà, nil deficit quod deſideretur; facta ſint tamen
Sap. 11. omnia, eo numero, pondere, & menſura, vt plaoè quidem periculo contrectetur, Illum nō cun-
cta præſtitiſſe quæ valuit, ſed ea tantùm effeciſſe quæ voluit.

Ergò & hominem, haud diſsimili libertate placuit, eo opificio fingere, tam inſigniter exor-
nare, vt nihil foret in mundi proſcæoio abſolutius, nihil elegantius: Tametſi abuſu conceſſæ
libertatis, euaſerit omnium monſtruoſior, & loogè ab illa inſtitutione diſſonātior. Placuit &
Pſal. 73. hominum certum ſibi cœtum decernere; pro quo & Dauid, potiſsimum (ſi non fallor) orabat,
Pſal. 146. Memento congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. quorum & numerus extat apud ſe,
Philip. 4. quemadmodum ac numerus Stellarum cœli, & nomioa tam validè in libro vitę deſcripta, vt nul
lo ſint caſu delenda.

In quem & placuit fore eòuſq; profuſum, vt ſatis oon duxerit locupletandum cœleſtibus pri-
Exo. 19. C uilegiis, obruendum innumeris beneficiis, præferendum reliqnis creatnris, & ſingulis in eius ob
Prou. 8. ſequium mancipandis; niſi & peculium proprium faceret, delicias duceret, in certum ſibi Regnū
eueheret, & aliis non paucis titulis inſigniret.

Et quanquam Regnum hoc, nunquàm oon eſt Deo, totum ſimul ob oculos; quanquàm to-
tum pariter ab æterno poſſeſſum (quandòquidem cum æternitatem habeat. & longè ſuprà tem-
pus exiſtat, nil ſibi tranſit: nulla res ſuccedit: nullius euentum præſtolatur: ſed ſimul adſunt om-
nia, ſemper ad vota, præſtò ad manus) quanquam totum ſimul, valuit è puluere cum Protho-
Eſa. 4. plaſte confingere, aut quemadmodùm Angelos procreare; placuit tamen non in quouis mun- Regnū Dei ī mundi calce cogēdū ex oībus mūdi partibus.
di decurſu, ſed in calce integrum cogi, atque ex ſingulis orbis partibus congregari: Interim ta-
men certis temporibus naſci, & poſteriores ex prioribus gigni, & ita ſuis ſpatiis, exactum nume
rum adimpleri.

Placuit & Primum hominem, in ſui imaginem adeò eleuare, vt non modò, non paucas Dei
perfectiones referret, nō modò Trinitatis myſterium adumbraret; ſed & venturi CHRISTI, qui
Roma. 5. ipſiſsima imago Dei eſt, typum exactiſsimum gereret, miraq; antitheſi illum nobis exprimeret.
Qua de re placuit illum, non quidem prima, ſed ſexta mundi die è terra plaſmatum; nec ſummo
H mane, ſed ſole (ſi non fallor) vergente ad veſperam; nec primum opus, ſed productis reptilibus,
iumentis, & feris: placuit, inquam: præmiſſo quidem conſilio, & prænunciato oraculo, illum
tùm ſpiritu vitæ perfuſum, tum in animam viuentem erectum ceu caput (non ſecus ac, CHRI-
•Faciamus hominem. STI ſimulacrum) ſelecto ſibi Regno præficere: illumq; eius in lumbis, ſua fœcundiſsima manu
ſatum, & in partes certis ſibi notis diſtinctum; ex ipſo in diſpenſationem temporum generari;
vt eo quidem pacto, currente periodo huius mundi, Regem ageret, præſidendo, docendo, mo-
nendo, extimulando, & nihil obiti muneris (quod Regnū in Deum promouere poterat) omittē
do; non ſecus ac Pater in filios, & caput in membra; vt tandem conſtante Regno propria inte-
gritate, & completa hoc in mundo, illius peregrinatione; illud non tam Deo, quam CHRISTO
illius ſiogulari capiti, reſignaret, primas (ſi non fallor) habiturus in eo, haud ſecus ac nobiliſsimū
Gen. 2. inter reliqua membra, vel vti primus inter omnes Ciues.

A Quam ob rem, non caſu tranſlatus eſt in Hortum voluptatis: nec dictum temerè, vt coleret il lum & cuſtodiret; nō fruſtrà datum eſt fructibus eius veſci, & ad libitum deliciari; dummodò vitam petat è ligno vitæ: & lignum ad ſciendum, tùm bonum, tùm malum perindè ac mortem exhorreat. non (inquam) caſu, quandoquidem tametſi non inficior, hortum fuiſſe corporeum, & fortè repromiſſæ terræ vicinum; & ſi non detrecto arbores veras, florētes, & fructibus grauidas, non vereor tamen in typum factum, crediti ſibi Regni; in quo nunquàm non deliciatur Deus; & ad auram ambulat poſt meridiem.

Etſi hort⁹ voluptatis corporeus, typus tñ fuit regni cœleſtis.

Gen. 3.

Factum, inquam, in Typum, non ſecus ac Hortus, de quo non ſemel in Canticis, nec ſemel in Prophetis.

Eſa. Hiere. Ezec.

Vbi Abietes & Platani: Cedri & Cupreſsi: Oliuę & Palmæ: Nardus & Caſsia, Mirrha & Aloe: Balſamum & Cinnamomum: Mādragoræ & Mala punica: Vitis & Poma: & id genus alia, oraculis repetita: crediderimq; admonitum non minus, eius ſacramenti, q̃ Moſen in ligneo tabernaculo, & Salomonem in templo lapideo.

Ergò illi inſtituenda erat vita in Sapientia ſpiritus; quoniam lignum vitæ eſt Sapientia Dei, & vita & pax, ſpiritus Prudentia eſt. Ergo execranda erat Sapientia carnis: quæ mors eſt, & inimicitia Deo eiuſq; legi non parens. Ergò perſiſtendum erat in verbo; quod (vt ſcribitur) fons Sapientiæ eſt, quodq; ab initio vita fuit, & vita quæ lux eſt hominum. Ergò abnegandum iudicium animale, & explodenda Sapientia huius ſæculi.

Prou. 13. Rom. 6. F Ibidem. Eccle. 1. Ioan. 1.

Et quāquam hæc veriſsima ſunt, & ſacramenta detegunt ſatis inſignia, poteſt tñ ſub eodē typo etiā cœleſtis Paradiſus depingi; & lignum vitæ in medio conſtitutum, Seruatorē referre; qui verbum eſt Patris, & unica Sapiētia Dei: Siquidē (vt mihi cōſentire videtur) nō fugit Adamum myſterium aſſumptionis humanæ, nec reuelanda gloria filiorum Dei: non ſolum quia elementa ſunt fidei, qua (vt Auguſtinus docet) Prothoparens effulſit; ſed quia in imaginem (vt dictum eſt) factus eſt CHRISTI: & illius ex latere vxor ædificata, typus (vt dicetur) Eccleſiæ. Arbores quoq; & florentes & fœtas, cœlicas exprimere mentes: quas Ezechiel propheta, arborum pulcherrimarum typis adumbrat. His veſci licuit; quippè quę electorum obſequijs deputatæ, non poterāt illis non eſſe proficuæ. Arborem demum ad ſciendum bonum & malū, illum Angelum deſignare: quem ob ſplendorem, obq; pulchritudinem ſuæ naturæ, non iniuria, Luciferum vocant; in quibus (vt ꝓpheta tradit) reliquos antecelluit. Inter oēs (inquit) arbores Paradiſi Dei, nulla præcelſior: Cedri non fuerunt altiores, & Abietes non adęquauerunt ſummitatem eius. & ęmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiſo Dei.

Non latuit Adam homini ē aſſumendum à Deo.

Ioan. 1. 1. Cor. 1.

Eph. 5.

Ezec. 31.

G

Cui & titulus, ſciendi bonum & malum, hoc eſt, hebræorum tropo, dicenda ſilendaq; callendi, miro modo conſentit: nec ea duntaxat ratione, ꝙ præſtantia intellectus, quicquid cognoſci naturæ viribus poteſt, illum, longè ſuprà reliquas cœli mentes, nō fugit; ſed ea potius ꝙ faſtu eius tituli, inſignis eius ꝑſumptio ſubnotatur: qua contēpto Deo, eiuſq; filio IESV CHRISTO, plenitudinem ſapientiæ, quæ illis vnicè propria eſt, attentauit præripere, æſtuans ac iactans in corde ſuo. Ego ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & decore. In cœlum conſcendam, ſuperaſtra cœli ponam ſolium meum, & ſimilis ero altiſsimo: & eleuatum eſt cor eius, & perdidit omnem ſapientiam & decorem.

Ezech. 28. Eſa. 14.

Et licet de Angelica defectione, non legamus Prothoplaſtē inſtructum; quia tñ obſcurū non reputatur, ſciſſam priuſq̃ fingeretur, militiam cœli, & Sathanam à Deo, cum ſatellitio apoſtaſſe; diſſentaneū nō videtur, ꝙ tametſi de extremo in illum iudicio, non eſt redditus certior; abominationis tñ eius, coràm Deo (& in præſcripta forsàn prohibitione) factus ſit cautus; perindè ac ſi explicatioribus, illū allocutus ſit verbis. Adā ꝑdilecte tranſtuli te, hūc in hortum, vt mēte, velut in typo, cœlicum ſuſpicias cœtum. Et quēadmodum cuiuſuis arboris fructu (inſcriptam præter notitia boni ac mali) veſci fas eſt, ita oīum cęleſtium mētium conſuetudine fruere: q̄nquidem indè nil erit incommodi, ſed prouentus & frugis. Verùm caue contubernium Sathanę, abſtine ab eſu faſtuoſi ligni; qm̄ & ſi eſt viſu pulchrum & guſtu carnis ſuaue; venenum tñ latet ſub melle; certiſſimus factus ꝙ quamprimùm ederis mortem incurres. Caue ne ſubducat, mea verba peruertat & me contempto ac CHRISTO, & te & poſteros, cum illo præcipites.

H

Ergo non fugit Adamum diuina voluntas, non latuit qua linea incedere debuit, quo pacto deſcendētes inſtruere, Dei Regnum moderari, & ab hoſtium incurſione defendere; Non latuit quanta foret adhibenda cuſtodia, quantis excubiis obſeruandum; ne quis affectus carnis irreperet, & hortum repleret vrticis; ne quà hoſtis irrumperet, hortum exterminaret, & illum cum toto regno in ſeruitutem redigeret.

Prou. 24.

Volent

Gene. 2. A Volens multa ſacramenta prætereo; qñquidem nec dictum eſt temerè, incomodum homini, eſſe ſolum: nec fruſtrà diſquiſitum, nùm ſimile reperiretur in brutis. Non caſu ſoporatus, nec ſine ratione, coſta cum carne ſubducitur, vt in coniugem ædificetur, oſq; verè ſormetur de oſſe, & caro de carne: cui mutuato proprio nomine, & ſine impietate, patre ac matre relictis, vir tãto fœdere necteretur; vt abnegata vtrinq; ſui corporis facultate, & alterius libertati, alteri' carne di miſſa, in vnam prorſus carnem euaderent. Sed feſtino; & ſatis, ſi præter vinculum matrimonij, & & conditionem ſexus ſœminei, quæ mirum in modum, per hæc exprimũtur; magnum illud myſterium recolatur, de quo Epheſiorum capite ſexto.

Sopor Adã, & formatio cõiugis, magno cũ myſterio ſunt.

His ergò diſpoſitis, & Angelis non penitus occultatis; Sathanæ, qui naturæ pręſtantia non modicum intumuerat, primasq; in cœlo tentauerat; erat virus alta mente repoſtum (tametſi prælio ſam commiſſo defecerat, & palàm hiſcere de ſolio, amplius nõ pſumebat) vt ſiqua poſſet, primũ hoĩem, beneficiorum Dei profuſione, ſibi redditum ad videndum granem (ſiquidem illius liuo re, mors introiuit in mũdum, & homicida factus eſt ab initio) circumueniret; Deo ſubtraheret, & perpetuum inter illos odium conſtitueret. Exploraturus pariter (ſi non fallor) nùm eam forſàn ob rationem, Verbum induere naturam noſtram deſineret: vel dilectum ſibi Regnũ, pecu- B liium, adoptionem exterminaret, vel ſua ſaltèm ſub ditione (vt par videbatur) in miſeram ſeruitũ tem, & extremam calamitatem, irreuocabili lege, conijceret.

Sap. 2.
Ioan. 8.

Ergò tum tumore iactatus, tum inuidiæ facibus vſtus, non ſecus ac Leo rugiens, & Draco verſipellis: nunc vi, nunc aſtu, nunquàm nihil tentãs: accepta occaſione ex mandato Dei, non ignorans quantum valeat cupiditas libertatis, & libido propriæ excellentiæ; tandem eòuſq; ſerpſit, q illum à præcepto dimouit: & ità captiuauit, & vnà cum toto regno, in poteſtatem accepit: propterea q (vt Petrus Apoſtolus dicit) à quo quis ſuperatur, nõ iniuria, ab illo in ſeruitutem redigitur: Et quemadmodum Leui (vt Paulus ſcribit hebræis) decimatus eſt in lumbis Abrami, ita & nos captiui facti ſumus in lumbis primi parentis: quippè qui cum illo diuinum præceptum contemp ſimus, & eo peccante peccauimus: vndè impij facti & inimici Deo, meritò fuimus condemnati, & morti, & inferno addicti.

1. Pet 5.
Pſal. 103.
Apoc. 12.
2. Pet. 2.
Cap.. 7
Rom. 5.

Oẽs in lũbis Adę ſum' facti captiui.

Et quanq̃ Deum optimũ maximũ Adami lapſus non latuit, nec quæ conſequabatur, occupatio ſui Regni; cuius oculis oĩa ab æterno ſunt nuda, & quẽadmodũ ĩ oĩ loco, ita & in quouis tpe, bonos contemplantur & malos: quamq̃ potuit, vel nutu, prohibere, vel etiã præſeruare, cui quic C quã non eſt impoſsibile; placuit tñ permittere, & electas delicias prophanari, non vt in colluuie permanerẽt, aut Sathanas de occupato Regno, perpetuò triumpharet, ſed vt cumulàtius theſauros ac cornucopias ſuæ bonitatis profunderet. Quam ob rem, inito illo magno, ſuæ voluntatis cõſilio, cuius CHRISTVS, tum Author, tum Angelus eſt; electo pro tpe definiuit; vt miro tandẽ, & incredibili modo profligato peccato, occiſa morte, proſtrato Sathana, & proprio mucrone confoſſo, purgato ac locupletato mundo, Regnum non tantum natiuæ libertati reſtitueret, non tñ in ſortem priſtinam reuocaret; ſed in ſtatum longè meliorem eueheret.

Heb. 4.
Iob. 39.
prou. 16.
Eph. 1.
Eſa 9.

Quid ergò? O, arcanam & verè inacceſſam Sapientiam Dei, O inſuparabilẽ charitatem Patris, qui proprio vnigenito non pepercit. Placuit igitur æterno Patri, cui nullum verbũ erat difficile, vnicũ ſuũ Verbũ, quod antè ſęcula ſibi p oĩa coæquale genuerat, ſplẽdorẽ gloriæ fecerat, hoĩem definierat, per quem & vniuerſa tùm viſibilia, tùm inuiſibilia: (ſiue Throni ſiue Dñationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates) condenda inſtituerat, qm̃ oĩa per ipſum, & in ipſum condita ſunt: q eſt antè oĩa, & in quo cuncta conſiſtunt: Placuit inq̃ eòuſq; exinaniri, vt non modò homo, vt primùm definitum fuerat, certo tpe fieret, ſed vt & ſeruilem formam indueret; vt qui non rapinam arbitrabatur ſe æqualem Deo, habitu & conſuetudine inueniretur, non diſsimilis noſtri; & nulli D humanæ neceſsitati non ſubditus, probaretur in ſimilitudine carnis peccati: non ſolùm vt periculo diſceret, noſtris infirmitatibus compati; ſed vt in ſe, oẽs curandas reciperet, & peccatũ, & maledictionem accumularet: vt factus tandem pro nobis paccatum, & maledictio, inaudita charitate, cruci ſecùm peccatum omne, & maledictionem affigeret, ac proprio ſanguine expiaret; & ità Regnum Patri, purgatum, ſuo tempore reſtitueret.

Rom 8.
Hiere. 32.
Eccle. 24.
Heb. 1.
Col. 1.
Ioan. 1.
Philip. 2.
Rom. 8.
Heb. 4. 10.
2. Cor. 5.
Gal. 3.
Rom. 6. 8.
1. Cor. 15.

Extrema exinanitio vnigeniti Dei.

Sed agè, quemadmodùm perſtrinximus, conditiones Adami, percurramus & paucis conditiones CHRISTI.

Gene. 2. 1 Adamus factus eſt de terra terrenus: CHRISTVS venit de cęlo cœleſtis.
Luc. 4. 2 Adamus afflatus eſt ſpiritu vitę: CHRISTVS repletus eſt ſpiritu ſanctitatis.
1. Co. 15. 3 Adamus, factus eſt in animam viuentem: CHRISTVS in ſpiritum viuificantem.
4 Adamus fictus eſt ſexta mundi die: CHRISTVS incarnatus eſt ſexta mundi ætate.

Mira antitheſis Iter & Adamũ & Chr̃m.

Adamus

5 Adamus formatur,pmiſſo conſilio & prænunciato oraculo: CHRISTVS mittitur Nuncius magni conſilij,& Scopus omnium oraculorum. E Eſa.9. Acto.3.

6 Adamus erigitur in imaginem Dei ſecundùm ſimilitudinẽ:CHRISTVS naſcitur imago Dei, ſecundùm proprietatem. Col.1.

7 Adamus formatur productis omnibus brutis; CHRISTVS manifeſtatur hominibus in beluas transformatis. Gen.1. Pſal.48.

8 Adamus ſingulos cõtinuit in lumbis naturæ, vt naſcerentur ſecundùm carnem: CHRISTVS omnes complectitur in viſceribus gratiæ,& miſericordiæ, vt renaſcantur ſecundùm ſpiritum. Ioan.3.

9 Adamus præficitur Regno Dei,vt illud excolat & conſeruet: CHRISTVS, vt collapſum reparet & amplificet. Eph.1.

10 Adamus tranſlatus eſt in hortũ voluptatis,vt regni delicias,myſticè prægustaret:CHRISTVS in hanc miſeriarum vallem eſt demiſſus,vt omnes in ſe Regni calamitates perferret. Gene.2. philip.2.

11 Adamo datum eſt deliciari,& pro voto, horti fructibus veſci: CHRISTVS iuſſus eſt in his extremis ærumnis abſtinere,& noſtris pro delictis affligi.

12 Adamo petenda vita fuit è ligno vitę,quod verbum erat,& ſapiẽtia Dei: CHRISTO mors deſtruenda fuit per lignum crucis,quod ſtultitia eſt,& execratio mundi. Oſe.13. F 1.Cor.1.

13 Adamo ſicut mors, arbor deteſtanda fuit,ad ſciendũ bonum & malũ, præſeferens ſapiẽtiam carnis,vel faſtum(vt diximus)ſathanicæ mentis: CHRISTO euangelium inculcãdum fuit vitam conferens,& ſapientiam ſpiritus,& deſtruens omne quod extollitur aduerſus Deum. 2.Cor.10.

14 Adamus,non reperto inter bruta conſimili,ſoporatur,& ex ſub ſubtracta ſibi coſta, vxor illi perſimilis conſtituitur,quę os eſſet ex oſſe,& caro de carne: CHRISTVS, cum nullus inter homines,non reperiretur deformatus immagine Sathanæ,obdormiuit in cruce,& ſanguine aquàue, latere eius defluxis,refecta eſt ſibi illa glorioſa ſponſa,in qua macula non inueniretur,nec ruga: Sed os verè diceretur de illius oſſe,& verè caro de illius carne. Ioan.19. Eph.5.

15 Adamus per vxorem afflatu Demonis concitatam, eiusq; vafritie circunuentam, hallucinatus, à Dei verbo & comminatione dimouetur: CHRISTVS per Eccleſiam ſpiritu paracleto inſtructam,& cœleſti ſapientia locupletatam,in dies amplius reuelatus:promiſsiones per verbum factas,affluenter adimplet. Gen.2. Acto.2.

Mala per Adamum inuecta:& bona per Chŕm acquiſita.

1 Ergò Adamus,authior eſt peccati,mortis,& perditionis: CHRISTVS fons eſt iuſtitiæ,vitæ & Ioan.8.
2 & ſalutis.per Adamum ſumus in captiuitatem cõiecti:per CHRISTVM ſumus in libertatem re- G Gala.5.
3 uocati;Per Adamum euaſimus filij Sathanæ:per CHRISTVM adoptati ſumus in filios Dei.Per Rom.5.
4 Adamum ſumus condemnati:per CHRISTVM iuſtificati. per Adamum facti ſumus ſerui pec- Rom.5.7.
5 cati,legis & carnis:per CHRISTVM à peccato euadimus liberi,lege,& concupiſcentia:quando Gal.3.
quidem & ſi affectus carnis,dum hic agimus,non extinguitur, & ſi nunquàm ſpiritum non oppugnat:præſidio tamen gratię,in his qui ſunt in CHRISTO, nõ dominatur:ſed ſpiritu facta carnis caſtigantes,abundant in quouis opere bono. Rom.7.8

Qua de re cum venit plenitudo temporis,emiſit Deus Vnigenitum ſuum. Quanquam enim à diebus æternis definitum eſt, Dei regnum reparãdum in CHRISTO,& in ſortem(vt diximus) locupletiorem promouendum,non placuit tñ Deo,mox commiſſo peccato,ſed ſtatuto tempore,illum è cęlo demittere: Vt quemadmodum diſponente ſapientia ſua,ſingula tempus habẽt, & ſuis ſpaciis tranſeunt vniuerſa ſub ſole; Ita & ſuum decerneretur tempus reparationi mundi, quo præſcripta opportunitate negocium expleretur. Gal.3. Eccle.3.

Ergò cum ſatis graſſatum eſſet peccatum,debacchatus Sathanas,ditatus infernus:cum ſatis ſæuiſſet mors,ſupplantaſſet caro,& peccatum,refricante lege,creuiſſet: Ablato ſceptro de Iudà,& Duce de inter peddes:inſtante termino hebdomadarum Danielis prophetæ,& conſummationis omnium oraculorum,emiſit Deus filium ſuum,pellectum propria voluntate,promiſſum in ſcripturis,occluſum in lege,prouocatũ à patribus: Veni Domine & noli tardare: Accelera: Depradare: Spolia detrahe: Rorate cœli deſuper; Vtinam cęlos diſrumperes,& deſcẽderes.& ad Patrem. Emite Agnum Domine,Dominatorem terrę. Gene.49. H Dan.9. Eſa.8.35. 45.64.&16.

Emiſit plenum gratia & dilectione,ardentem iam quidem & geſtientem, immò vt Gigas ad currendam viam exultantem,& prælium ſuſcipientem; vt Sathanam è peculio Patris eijceret,& mundum eius Tyrannide liberaret. Emiſit factum ex muliere,ſed ſecundùm carnem: ex muliere,ſed virgine,de ſemine Dauid:ex muliere, cui ſemẽ repromiſſum contriturum caput Sathanę, & liberaturum orbem. Factum ſub lege: non natura,cum eſſet filius Dei: non culpa, qui peccatum non fecit, ſed voluntate: quippè qui iubẽte Patre.voluntarie ĩ ſe peccata noſtra recepit,& pſal.18. Eſa.7. Gene.3. 1.Pet.2. Heb.10.

Chŕs in ſe peccata nr̃a recepit.

ita legis

A ita legis animaduerſionem ſubijt, vt nos à legis animaduerſione liberaret: eo emercatus precio,
1.Pet.1. de quo Princeps apoſtolorũ. Nō corruptibilibus auro, & argento redempti; ſed precioſo ſangui
Col.2. ne Agni immaculati. Nec modò liberaret, ſed ſatisfaciens Deo, vim præriperet maledicendi
legi, in decretis & mandatis euacuatæ, & ſecūm cruci affixæ; vt vltra nequeat dominari, vt dona-
ti adoptione filiorum, non ſicut ſerui, pauore legi obtemperemus; ſed veluti liberi, per dilectio
nem legem expleamus.

Ergò abſolutis quatuor annorum millibus à creatione mūdi, vt hiſtoria ſacroſancta receſet,
Eſa.9. & nos peculiari tractatu notauimus, Paruulus natus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper hu
Luc.24. Philip.2. merum eius. Quanq̃ enim CHRISTVS, paſſione peracta, Regni poſſeſſionem accepit, qm̃ opor
tuit illum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam; Et iccircò (vt inquit Apoſtolus) ꝙ obediens factus
Luc.19. vſq; ad mortem, ſibi oē genu inflectitur: & Seruator ſimilem ſe fecit, eunti in regionem longin-
Mat.vlt. quā ad accipiēdum regnum, ꝓp quod & poſt reſurrectionem, Data eſt (inquit) mihi oīs poteſtas
Luc.2 in cœlo & in terra; nihilòminus etiam in natiuitate factus eſt Rex, & CHRISTVS ab Angelis pa
Matt.2. Ioan.19. ſtoribus dictus, & à Magis vti Rex adoratus, & à Pilato tanquam Rex ſcriptus & crucifixus. Verū
Luc.23. antè mortem & reſurrectionem, & ſi oīa dederat illi Pater in manu, regnum tamē non poſſedit,
Ioan.13. Ioan.16. B nec de manu Principis tenebrarum prorſus eripuit: q̄quidem definitum fuerat hoc ſacramen-
1.Pet.1. tum morti: Nunc (inquit morti vicinus,) princeps huius mūdi eiicietur foras, & ego exaltatus in
Col.2. cruce, omnia traham ad me: ſiquidem in cruce, ſoluto precio Deo, ad inferna deſcendens, demo
Oſe.13. nes captiuauit, Mortem deſtruxit, infernum momordit, vaſa diripuit, & reſurgens nouam vitam
Luc.11. & libertatem, adepta poſeſſione ſuo Regno dedit.

Matt.&. Quam ob rem poſt reſurrectionem Legatos in orbem vniuerſum exire præcepit, vt euange-
Mar.vlt. lizantibus paſsim, & in fidei obedientiam homines deducentibus, inciperet Regnum cogere, &
Rom.1. vti Paſtor oues, omni ex genere congregare, & ſic tandem, Regnum Eccleſiam definire: quan
doquidem omnibus Orthodoxis, cœtus in vnam fidem, & cultum veri Dei, & Seruatoris per ver Quid ſit eccleſia cōi definitione.
Mat.2. bum Euangelij, & rectum Sacramentorum vſum collectus: ſemper Eccleſia dicta eſt. Eccleſia
& 22. (inquam) ſed maximè electorum: non ſolum quia multi ſunt vocati, & (vt alibi dictum eſt) ad
Ibidem. CHRISTI Eccleſiam pertinent, etiam qui non ſunt electi, (Propter quod inter Virgines
25. 13. Item.3.& quinque ſunt fatuę. in ſagena commixti ſunt mali piſces, in area confuſa grana cum paleis,
Luc.3. Ioan 8.10. & baptiſmo etiam præſciti demerſi): ſed quia vocati ſunt propria electorum voce, quam oues
Rom.8. C audiunt, qua eos tandem, quos prædeſtinauit vocauit; & iuxtà Paulum, dicta eſt ſecundum pro-
2.Thi.1. poſitum Dei.

Nec tñ externa eſt per prędicationem verbi, qm̃ ea oībus eſt cōis: Prædicate euangelium om
Mar.vlt. Luc.8. ni creaturæ: ſed & intranea, prodiens ex ore patris ad aures, quas ad audiendum finxit, & æterna
prædeſtinatione ad gratiam preparauit, quibus reſeratis, digito Spiritus paracleti, ſicut Purpura-
Cap.16. riæ in actis Apoſtolorum; pateſacit, diuitias bonitatis, gratiæ, & miſericordiæ, congeſtas eſſe in
Ioan.5. CHRISTO: edocēs & ſuadens, ꝙ non pereunt credentes in eum: nec veniunt in iudicium, ſed de
morte transferuntur ad vitam.

Poſtquam enim Deus ſatis commouit electos condemnatione legis, ob præuaricationē con-
Col.3. Iob.17. ſcientiis illorū concuſsis & contritis, immò ferè deſperatis, & quaſi in inferno ſepultis: affulget Ordo inuocandis electis
3.Reg.19. Eſa 66. tandem Spū oris ſui: & poſt tenebras profundit lucem, & poſt ventum validum commouentem
montes & proſcindentē petras, perflat ſibilus auræ tenuis: & ecce Dñs tranſit ad quem (inquit)
Exo.34. aſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ad ſermones meos?

Et quemadmodum Moſi CHRISTVM Pater euangelizauit in monte: Dñs eſt (inquiens for-
tis, miſericors, beneficus, leni animo. immēſæ bonitatis & veritatis: tenax bonitatis in mille, con
D donans iniquitatem traſgreſsionem, & peccatum; ſed impunita non dimittens; Viſitans iniquita
tem patrum in filiis, & nepotibus, in tertiis & in quartis, Ita haud diſsimilibus verbis euāgelizat
illum iam miſſum electis, vt ſe in illum reiiciant.

Ioan.13. Siquidem ille eorum Dñs eſt, in cuius manu cuncta ſunt poſita: Fortis, qui mortē debellauit,
Luc.11. Sathanam & infernum: Miſericors, tentatus per omnia, omnemq; miſeriam noſtram expertus:
Heb.2.4. Ieie.12. Beneficus, qui pro omnibus ſanguinem fudit, & animam dilectiſsimam poſuit: Leni animo, qm̃
Eſa.42. mitis & humilis corde, linum fumigans non extinguens, & calamum quaſſatum non conterens:
2.Cor.15. Dan.9. Immenſæ bonitatis & veritatis, vt in quo abſoluta iuſtitia, & impletio eſt omnis promiſsionis,
Ioan.14. per quem iniquitas omnis exploditur, & quòduis mendaciū profligatur: Tenax bonitatis in mil
le, vt qui ſe diligunt, videant ſemen longæuum: condonans iniquitatem, propterea & cum ini-
Luc.22. quis fuit aſcriptus: Et transgreſsionē, & ob id, de legis transgreſsione eſt diffamatus: Et peccatū,
quoniam

qm̃ à Deo peccatum eſt factus; vt nullo tandem in CHRISTO facinore non punito, efficiamur E in illo iuſtitia Dei, viſitans iniquitatem patrum in filiis, nepotibus & vſq; in quartos, eorum qui oderunt eum, nec deſeruerunt abominationes eorum. [2. Cor. 5.]

[Chrſs à patre euãgelizatus Apoſtolis.]

Hoc quidem pacto, CHRISTVS euãgelizatus eſt Petro; cui non caro. nec ſanguis reuelauit, ſed Pater qui eſt in cœlo: vndè & mox complexus paucis, paternæ reuelationis ſummam; Tu es (inquit) CHRISTVS filius Dei viui. Hoc pacto euangelizatus eſt Paulo; quando ei placuit, qui illum ſegregauit ab vtero matris, ſibi reuelari filium ſuum, qui mox refictus in vas electionis, reiecta carne & ſanguine, euangelium cępit, quocunq; diffundere, diſputando, conualeſcendo, & & omnem intellectum in fidei obedientiam captiuãdo; non vſus ſublimitate ſermonis, aut humanæ ſapientiæ verbis, ſed affluentia ſpiritus & virtutis. Hoc pacto tandem euangelizatur omnibus electis, ſingulis tamen pro mẽſura fidei, & ratione membri; quam vnicuiq;, vnà cum filio & ſpũ ſancto, ſumma ſapientia, conſilio & æquitate præſcripſit, & ſua pro gratia, nullis præcedẽtibus meritis condonauit. [Mat. 16. Gala. 1. Acto. 9. 2. Cor. 10. 1. Cor. 2. Eph. 4. Ioan. 6.]

Nec euãgelizat modò Pater, ſed mirum in modum edocet, qñquidem edocti ſunt oẽs à Deo: & perſuadet efficacia internæ reuelationis, CHRISTVM ad nos, ſuis cum Theſauris pertinere: F quippè qui nobis eſt natus & datus: ꝓ nobis morti expoſitus, & in oĩbus noſtræ ſaluti addictus: Adiiciens ſpm̃ firmæ fidei, quo ſine hæſitatione, fiduciam habemus accedendi ad eum. Oĩs enim qui audiuit à Patre & didicit, ad CHRISTVM venit; vt eo per fidem apprehenſo: & tanquam indumento veſtito, intrepidus ſiſtatur tribunali Dei, iuſtificandus gratis per gratiam eius, per redẽptionẽ, quæ eſt in CHRISTO IESV: quem propoſuit nõ ſolùm Aduocatum, ſed Propitiatorem, per fidem in ſanguinem eius, in remiſſionem omnium peccatorum, vt tandem non ſolùm prędeſtinati vocentur, ſed & vocati iuſtificentur, & ſaluentur. [Eſa. 54. 1. Cor. 15. Eph. 3. Heb. 4. Ioan. 6. Rom. 9. 13. Rom. 3. 1. Ioan. 2. Rom. 3. Rom. 8.]

[Pr quo pacto ad Chrm̃ trahit Electos.]

Nec ſolùm edocet electos deus, aut ſolùm eorum CHRISTVM eſſe perſuadet, & cõfidentiã facit per donum ſpũs fidei vt eum accedant, apprehendant, induantq;, ſed ad illum ſuauiſſimè trahit. Nemo (inquit) venit ad me, niſi Pater q miſit me traxerit eũ. Licet. n. electi per ſpm̃ viuæ fidei geſtiant ſeſe CHRISTO committere, in illum reiicere, abſcondi, incorporari: licet & illud ſit nõ nihil ad CHRISTVM accedere, qñquidem oĩs qui credit, ad illum vadit; apponit tñ manum Pater: non ſolum prouocando, vrgendo, inflammando, ſed ſpm̃ augendo, innouando, perficiendo; vt tandem diuini ſpiritus efficacia in illum rapiamur, introducamur, transformemur: qm̃ omne datũ CHRISTO à Patre, ad ipſum venit, nec foràs eiicitur, ſed ad interiora trahitur, vt ingrediens, & egrediens refocilletur. G [Ioan. 6. 6. Ioan. 6.]

Et quanquã non inficior, ad interiora CHRISTI pertingere, eſſe, CHRISTVM præter carnẽ guſtare, qñquidem caro non prodeſt quicquam, & (vt inquit Apoſtolus) Si CHRISTVM nouimus, non nouimus ſecundùm carnem, ſed ſpm̃, ad interiora velaminis penetrantes, vt percipiamus reconditos theſauros ſapientiæ, gratiæ, & miſericordiæ Dei; & charitatem ſupereminentẽ cuiuis cognitioni noſtræ; nihilòminus eſt quoq; intrà CHRISTI patrocinium recipi; vt rem ſuã, rem ſibi charam, & cordi proximam retineri, proſpici, defendi, procurari, ſaluari. [2. Cor. 5. Heb. 6. Eph. 3.]

Ergò non mirum ſi hoc pacto in CHRISTO recepti, adimus tuti Tribunal diuinum, & cõfiſi de benedictione Patris, non reformidamus condemnantem legem, & eludimus calumniantẽ Sathanam. Et licet ad nos conuerſi, offendamus teſtimonium conſcientię noſtrę, ꝙ trãſgreſſores ſumus; viua tñ fides; qua in CHRISTI patrocinium admiſſi ſumus, inconcuſſa perdurat, peccata noſtra, non ſolum eius gratia & fauore, diuinæ ſeueritatis oculis contegenda, ſed ad damnationem non imputanda: Non ꝙ illa ira diuina diſſimulet; ſed quia illa in CHRISTVM, ſua pro clementia tranſtulit, & ea CHRISTVS ac ſi ſua forẽt, benignè ſuſcepit, vt ſanguine, cruce, & morte (nobis non dormientibus, ſed quod poſſumus operantibus, ac pro virili præſtare ſatagentibus) Diuinæ iuſtitiæ ſatisfaciat, & ſic furorem Iudicis in amorem paternum accumulet. H [Col. 2. Rom. 5. & 8. Eſa. 53. Roma. 15.]

Ergò propitiatore CHRISTO, à Deo nedum iuſtificabimur, ſed & paternam benedictionem conſequemur: qua ſpiritu adoptionis donati, & per illum non ſolum CHRISTI fratres & cohæredes conſtituti, ſed in palmites & membra transformati, & adeò (ſi dicere fas eſt) in illum abſorpti; vt non modò in nobis viuat (Viuo ego iam non ego, viuit verò in me CHRISTVS) non modò loquatur (An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS?) non modò patiatur. (Adimpleo quæ deſunt paſſionum CHRISTI in corpore meo, & Saule Saule quid me perſequeris?) non modò induatur, recipiatur, cibetur (Quod vni ex minimis meis feciſtis. mihi feciſtis) ſed pro vno eodemque pariter cum illo reputemur, eiuſque thronum (vt aliquandò promittit) accipiamus, vt vbi ille eſt, & nos ſimus, quemadmodùm & Patrem petiit, & [Eph. 1. Gal. 3. Rom. 8. Gal. 2. 2. Cor. 13. Col. 1. Acto. 9. Mat. 25.]

nunq̃

Ioan.17. A & nunquam exauditus non eſt, pro ſua pietate: & ſic tãdẽ de filijs adoptionis, filij euadamus quo-
dammodo naturales, & Patrem interpellemus, non tantum gratia, ſed quaſi natura: propter qđ
ſpiritus ſanctus in cordibus filiorum, non modo Patrem clamat, ſed Patrem ingeminat, Abba
Galat.4. (dicens) Pater; vt ea ingeminatione vocis, Patrem vtroq; modo teſtetur. Ergò palàm ꝙ quemad
Rom. 8. modum, quos vocauit iuſtificauit, ita & quos iuſtificauit glorificauit, vt alibi Apoſtolus docet.

Et quanquam reuelandam gloriam filiorum Dei, dum mortale induet immortalitatem, &
1.Cor.15. corruptibile incorruptionem; quando vniuerſo non tam purgato, quàm innouato, ſingulis reca
Epheſ.1. pitulatis in CHRISTO, & ſuarum diuitiarum copijs locupletatis, Regnum reſtituetur Deo, ob-
1.Cor.15. ruendum in ſupercęleſtibus omni benedictione; vt cumulatiſſimè tandem, tum Deus, tũ CHRI-
STVS ſint in omnibus omnia: Quanquam (dico) oculus huius peregrinationis non videt, auris
1 Cor.2. non audit, mens humana non concipit; veram tamen fidem non fugit, etiam dum hic agimus, eã
2.Cor 4. præſtantiam ſpiritus, hoc in Regno congeſtam, eos theſauros in fictilibus his vaſis reconditos; vt
quantum imbecillitas noſtra patitur, interim tumultuante carne, ſęuiente mundo, oppugnante
2.Cor.4. Sathana; quibus permiſſum eſt hoc Regnum exercere; magnum gloriæ pondus corã Deo, in quo
omnis qui gloriatur (vt ſcriptum eſt) glorietur, operetur in nobis.

B Et præter teſtimonium conſcientiæ, conteſtante Spiritu ſancto, ꝙ ſumus filij Dei, & cohære-
Rom 8. des CHRISTI; quo gloriamur in ſpe, nondum apparente, quod erimus: & tantũ in CHRISTO,
Heb.1. qui ſplendor eſt omnis gloriæ, retecta facie, per donum fidei, reſeruatam nobis gloriam ſpecu- Piorum continuum exercitium.
lantes, ſuggerente ſpiritu, & cooperante, de die in diem, in eius imaginem transformari conten
Rom.12. dimus, à claritate in claritatem prout ſingulis menſura compartita eſt fidei: & præter communia
ſpiritus ſancti dona, de quibus vndecimo Eſaiæ, & cõmunes fructus, de quibus Galatharum ſex-
to; & gratias, quas dicunt gratis datas, de quibus duodecimo ad Corinthios; & Chariſmata cuiuis
membrorum propria, de quibus duodecimo ad Romanos; quibus nõ mediocriter coram ſe red-
dit illuſtres, & non nunquam, velit nolit, mundo conſpicuos: præter hæc (inquam) effuſa eſt in
Rom.5. cordibus per ſpiritum ſanctum, ea ſerenitas conſcientiæ, illi gemitus inenarabiles, amplexus dul
ces, oſcula ſuauia, refocillatio mentis, liquefactio animæ; vt verè conuerſentur in cœlo, verè in-
Can.5. trà thalamum Spõſi, & ad menſam perennem: vt ſint quoq; in hac vita beati: & in medio tribu-
lationum, in preſſuris, in calamitatibus, in extremis anguſtijs, vitam æternam experti gloriẽtur;
Rom.5. nihil reformidantes, omnia contemnentes: certiores facti, ꝙ tribulatio patientiam operatur, pa
tientia probationem, probatio verò ſpem, quæ non confundit, effuſa in nos, eo robore charita-
C te Dei, per ſpiritum ſanctum, vt ab ea dimoueri impoſſibile ſit. Et quanquam nõnulli videntur
Rom.8. aliquando ſuprà modum grauati, facit tamen Deus, cum tentatione prouentum, vt valeant ſu-
ſtinere: & ſi aliquando corruunt, manum ſupponit ne collidantur. Quin etſi non ſemel iuſtus
Pſal.36. cadit in die, reſurgit, & caſum illi Deus in bonum conuertit, vt indè quoque non deſit, quo
poſſit in Domino gloriari.

Omiſi volens, ſplendorem, antiquitatem, amplitudinem, conſtantiam, robur, libertatem, Præſtantia Regni Chriſti.
opulentiam, copias, diuturnitatem, quietem, iocunditatem, triumphos, idque genus quam
plura; quæ mundus in quouis Regno deſiderat, miratur, adorat: propterea quòd ſi carnem at-
tendis, exulant prorſus à Regno Dei: ſi ſpiritum, adeò exerunt ſeſe, vt nullus ſit, qui non videat.
Quid quæſo ſplendidius dixeris, quid illuſtrius; quando nullus eo in Regno eſt, qui non ſit filius
2.Petr.5. Dei, & conſors (vt Petrus inquit) Diuinæ naturæ? quid antiquius; quando exortum eſt in Abe
Matth.23. lo, ab initio mundi? quid amplius; quando circumit omnem linguam, tribum, populum, na-
Apoc.5. tionem? quid conſtantius; quando fundatum ſupra firmam petram, & viuis lapidibus ſtructum,
Matt.7. &.16. non dimouent venti, non obruunt flumina, non ſeparat mors. non vita à charitate Dei? quid
Rom.8. robuſtius; quando non ſolum non ſuccumbit carni, nec ſanguini, non cedit furijs, non ſæuitijs
D huius mundi; ſed nec principibus tenebrarum, nec portis inferni? quid liberius; quando per
CHRISTVM in ſpiritum veræ libertatis euectum, & in libertatem filiorum tranſlatum, etiam à
2.Cor.3. ſeruitute emercatur Sathanæ, peccati, legis, & mortis? quid opulentius; quando præter the-
Rom.8. ſauros ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei; præter Diuitias & gloriam domus Domini; Orbem & quicquid
1.Cor.12. in eo eſt, in hæreditatem accepit? quid copioſius; quando multitudine ſtellarum cęli non vin-
Eſa.11. citur, nec tranſcenditur numero arenarum maris? quid diuturnius; quando nunquam eſt diſ-
1.Cor.3. ſoluendum, nunquam eius propagatio terminanda, donec omnia fiant? quid quietius; quan-
Matth 24. Eſa.12. do leo degit cum agno, enſes conuertuntur in vomeres, mundus reconciliatus eſt Deo, & fœ-
2.Cor.5. dus perpetuò, in ſanguine confirmatum? quid iocundius; quando non mòdò iubilant filij Dei,
Act.5. ſed gaudentes trahuntur ad conſpectum Concilij; in omnibus gratias agentes Deo, & Patri?

quid demùm Triumphãtius: quãdo expoliato Tartaro,ſubmerſis Ægyptiis,& vaſis,& tropheis E 1.The.5.
direptis omnia illius pedibus ſubſternentur,vt nullis rebus,non Dominetur? 1.Co.12.
Et vt aliquã finiam,(tameſi expræmiſsis colligere difficilè nõ eſt, quibus habenis CHRISTVS Col.1.
Regnum moderetur;qñquidem ad illud ſe habet, vt Caput ad Membra,vt Sponſus ad Cõiugem,
& Epiſcopus ad Eccleſiam:& palàm ꝙ regimen eſt ſpirituale,in iuſtitia, pace,& gaudio Spũs ſan Eph.5.
cti;quo membra perfuſa,coactam Eccleſiam,ſponſam inflammatam,attingens ipſe à fine vſque Rom.14.
ad finem fortiter,& diſponẽs vniuerſa ſuauiter, ſubducit,mouet,impellit. vt ſingulis per neruos Sap.7.
ac iuncturas in vnum corpus connexi,& vnà ſecum funiculo illo triplici,ſpe(inquã)fide,& cha Col.2.
ritate,qui non reſoluitur,colligatis;abundent tandem in quouis opere bono, fructificantes, & 2.Cor.9.
creſcentes ĩ charitate,pro ratione vniuſcuiuſq; membri:) non tamen penitus diſsimulabo Eſaiæ
verba ſubnectere,& cum illis totam enarrationem abſoluere:

Sicut Paſtor(inquit)gregem ſuum paſcet,in bracchio ſuo cõgregabit agnos, & in ſinum leua Eſa.40.
bit,fętas ipſe portabit. Principiò,non audis peregrinos titulos:non Regiam Maieſtatem:non ſa-
croſanctam coronam:non inuictam: non ſemper auguſtam: procul eſt omnis faſtus, abſunt oẽs
Paſtoris nomẽ peculiare eſt Chro & qua ratione. ampullæ:& humile reſonat Paſtoris nomen: quod planè quidem (etſi probatiori iudicio: cui- Homerus.
uis vero Regi cõſentit) vt peculiare tñ delectum eſt CHRISTO: qui non modò ſuum Regnum F
regit,cuſtodit,alit,impinguat;ſed curam oẽm Opilionis ſuſtinet,& abſoluit: modò oues deducẽ
do ad paſcua,modò ad fontes:& nunq̃ non ſaturas,nunquàm non lotas,reducẽdo ad caulas,nũc Ioan.10.
requirit ſiqua periit: nunc aduocat quæ errauit. hanc confirmat infirmam,illam alligat ſauciam: Ezec.35.
& vinum,& oleum in Vlcus infundit. hìc corrigit inquietam:illic compeſcit petulcam. In ſum-
ma: vt bonus Paſtor, gregem non deſerit: ſemper vigilat,& excubias noctis cuſtodit. Et mane Ioan.10.
facto, antè oues vadit, ſingulas nominatim vocitans; ne fortè aliqua errore ſeducta,aut lon-
gius à Paſtore ſemota, ab immiti belua lanietur: Non remoratur temporis inclementia, non
montium aſperitate, non ſcopulis, non viarum anfractibus. Et quanquàm ſæpe labore confra-
ctus,afflictus inedia, madidus pluuia, & niue ac frigore rigens; nunquàm tamen ſuo muneri
deeſt,ſemper promptus, & nunquàm non ardens, etiam vitam (ſi opus ſit) ouium, tum ſalu-
ti,tùm vtilitati profundere. Ioan.10.

Sed verba proſequor Eſaiæ. In bracchio ſuo congregabit agnos. Quanq̃ Grex dñi, vnum ſit
corpus,& diſtinctionem habeat multarum partium;in duas tñ claſſes,non ſemel in ſcripturis par Rom.12.
titur: ſicut modò in oues & agnos: quod CHRISTVS quoq; Petro reſumit, Paſce dicens agnos, 1.Cor.12.
Paſce oues: Et quicquid alius oculatior intelligat, mihi ſat eſſe videtur, ac ſi in ciuitate, Iudices G Ioan.10.
ſecernas à plebe: in templo, Sacerdotes à populo: in palatio, adoleſcentulas à Reginis & concu- Cant.6.
binis:& in Eccleſia, minores à Paſtoribus, Doctoribus,Prophetis, Apoſtolis,& Euangeliſtis. Eph.4.
Plebs,Populus,Adoleſcentulæ,& minores ſunt agni: Iudices Sacerdotes: Reginæ & Cõcubinæ,
Oues,& agni Vni⁹ naturę. Paſtores,Doctores, Prophetæ: Apoſtoli,& Euangeliſtæ,ſunt oues. Et quamquàm ambo ſunt
vnius naturæ: quanquàm omnes imbelles,& Deo in viua fide, ſpiritu,& baptiſmo ſacrati;robu-
ſtiores tamen ac firmiores, qui in ædificio corporis CHRISTI, facti ſunt Angulari lapidi ma- Eph.2.
gis propinqui: ꝑ quos & reliqui viui lapides ſuper ædificantur, non immeritò ſiquis oues appel-
lat; quippè qui paſti ſolido cibo, iis quos regenerarunt, per verbum, & ſpiritum euangelij, vt
agnis lac exprimunt: nunquàm non attendentes illis vt filiis, donec adoleſcant, & grande-
ſcant in CHRISTO: nunquàm eos non amplexantes, nunquàm non cõfouentes, vſquequò,
oues effecti, geſtiant alios parturire. Ex hac claſſe erat Apoſtolus, quando hunc in modum
loquebatur Corinthiis. Non vt confundam vos, hæc ſcribo vobis (increpauerat enim 1.Cap.4.
eos, de ſectis & diuiſione,) ſed vt filios meos chariſsimos moneo. Nam etſi decem millia
pedagogorum habeatis in CHRISTO, ſed non multos Patres: Siquidem in CHRISTO H
IESV, per Euangelium ego vos genui. & Galathis. Filioli mei,quos iterùm parturio, donec Cap.4.
CHRISTVS formetur in vobis.

Ergò(ad Vatem redeo)de minoribus loquens,In bracchio(inquit)ſuo congregabit Agnos.
Bracchium CHRISTI, Robur eſt Dei:& ob id, Euangelium eſt ſacroſanctum,quod (teſte pau-
lo)potentia Dei eſt in ſalutem. nec mirum, quando (vt docet alibi) Verbum eſt Crucis & mor- Rom.1.
tis CHRISTI pro peccatis noſtris: quò planè verbo, nihil eſt validius, nihil efficacius: CHRI- 1.Cor.1.
STVS enim crucifixus(vt non ſemel Apoſtolus refert) Dei virtus, & Dei ſapientia eſt.

Etſi quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus, conſequitur, tunc quidem validiſsimum
eſſe CHRISTVM, cum factus eſt in firmiſsimus nobis. Ergò in hac potentia Euangelij:
in hoc robore, & efficacia mortis; in hoc præpotenti bracchio ſuo, quò cuncta ſibi ſubiecit, Ioan.10.
& ſecum

A & ſecum attraxit, congregabit agnos: quandoquidem oportuit illum mori, non ſolum (vt Euan
Ioan. 11. geliſta dicit) ne gens vniuerſa periret, ſed vt Dei filios in vnum congregaret: qui erant diſperſi,
errantes per montes & colles, egẽtes, anguſtiati, afflicti. Et niſi ſuccurriſſet dextera Dei, & brac-
chium IESV CHRISTI, nihil non ſuſtinens, ad omnia ſe extendens, dudum præda luporum fa
cti, perijſſent. Verùm CHRISTO in crucem ſuffecto, & euangelio quòcunque profuſo, omni ex
Eſa. 43. parte, electos illius virtus attraxit: præcipiens Aquiloni, da, & Auſtro, noli ꝓhibere: Affer filios
meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

Sed non ſatis eſt CHRISTO, ſi Agnos ſuos cogit. Non ſatis ſi à vepribus, ſaltibusq́; ad paſcua
Eſa. 49. 66. reuocet, aut à lupis præripiat: niſi illos, ſuum leuet in ſinum, vt non ſecus ac Mater, & nutrix fi-
liolum, foueat, & vberibus recreet: quæ longè ſunt meliora vino, & flagrant precioſis vnguẽtis.
Leuat in ſinum, vt cor ſuum illis aperiat, intrà ipſum recipiat, protegat & occludat. Leuat in ſi-
Ioan. 17. num, vt quemadmodum ipſe eſt in ſinu Patris, & nos ſimus in ſinu filij: Et ſicut ille eſt vnum cũ
patre, & nos vnum ſimus cum eo. Leuat in ſinum, non Abrami, non in ſinũ Iacòbi, ſicut olim in
Col. 2. Math. 13. vmbra; ſed ſuum: in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei: è quo eructantur abſcon
dita à conſtitutione mundi: vt paſti pane vitæ, & intellectus, & poti aquis ſapientiæ ſalutaris, ce-
B lerius grandeſcant in oues, & grauidæ factæ geſtentur in humeris. Quæ quidem (vt diximus) ma
Rom. 14. & 15. iores ſunt in Eccleſia: quorum eſt, præcepto Apoſtoli, minorum imbecillitati ſuccurrere, & in-
firmos in fide ſuſcipere.

Nec propterea agni non feruntur à CHRISTO, qui eius in ſinu geſtantur: Sed quemadmo-
dum grauiori ponderi collum ſubijcimus, & leuiora inter brachia ſuſtentamus: Et ſicut tã etſi
totius ædificationis vna eſt baſis, partes tamen non vnum, eundemuè locum obtinẽt in ædificio;
Exod. 28. ita & vniuerſus grex Dñi, CHRISTI quidem robore conſeruatur, ſed humeris inſident fætæ, &
agni complectuntur in vlnis. Propterea non tantum Aaron in ſuperhumerali ſed & in rationa-
li, nomina geſtabat filiorum Iſrael. Sed de hoc cõmodius, dũ ageretur de Pontificatu & CHRI-
STI ſacerdotio. Modò hæc de Illius Auguſtiſſimo Regno ſint ſatis.

ILLVSTRISS. AC REVEREN. D. CHRISTOFORO MADRVTIO,

Principi inſigni, ac Ampliſſimo Cardinali, Tridentinæ tum natura nobiliſſimæ, tum
œcumenici Concilij celebratione præſtantiſſimæ Ciuitatis.

C

Iacobus Naclantus Clugienſis Epiſcopus, Fęlicitatem perpetuam.

CVM diebus elapſis, nonnulla de Eccleſiaſtica, meditatus fuerim Hierarchia eaque compendiaria contenderim perſtringere enarratione (nam breuitate gaudere ſolemus) mox re abſoluta, ad Illuſtriſſimam Tuæ D. præſtantiam amplitudinemque meus ſe vertit animus; Tuaq́ue incredibili ingenuitate, ac animi magnitudine fretus, conſtitui penès ſeſe, lucubrationẽ hanc, iam etſi in ſe tenuem, eidem non futuram ingratam. Ergo qualis qualis eſt, illam tuæ celſitudini offero, dedicoq́ue. Et quidem, non inconſultè: cum vel inde, vnicè tuæ deberetur amplitudini, quòd multo tempore, non modo politico, ſed & ſacro functus es principatu, maxima omnium laude: quando & vtroque ea functus es moderatione, vt ex parte qua ſacrum, omnes fateantur Diuinum, & ex parte qua politicum, omnes probemus Heroicum. Et cur non: quando gratia non aduerſetur naturæ, & verum conſentiat vero; quin & promoueat, & abſoluat; in viro præſertim cui Dei bonitas dedit intellectum, ſanctumq́; timorem (vt ſcriptũ eſt) indidit à vulua matris? Siquidem ſuo iure anima moderatur corpus: & ſpiritus carnem. Et compertum eſt, terrenis præfici cœleſtia: & humana ſubiecta eſſe diuinis. Ergo non immeritò ex Petri ſententia, Sacerdotium
D *in Eccleſia, Sacerdotium eſt regale: & ſine iniuria politicum regimen, ſubijci habet eccleſiaſtico: & ab illo, opportunas recipere moderationes.*

Verùm ne munus adeò ſit exile, aliam volui addere lucubrationem: argumenti penitus non diuerſi, & breui pariter explicatam, de Epiſcoporum ſcilicet inſtitutione: qua de re, non rarò fit digladiatio, eo quod non vulgarem creditur pati difficultatem, foreq́; rem ſenticuloſam, et ad plenum, vt par eſſet, indigeſtam irreſolutãq́;: Tametſi (mea ſententia) res habeat ſecus: poſſitq́; haud multo reſolui negocio. Qua ſuper re Tuæ celſitudinis erit (quantum me attinet) ferre ſententiam. Sum enim & in hac re, & in omni, cuiuſuis generis ſint, prõptus proꝑenſusq́; non modo meliora probare, ſed & illis prorſus ſubſcribere. Quibus & illud adijcio, quòd ſi hæc ab ampliſſima non improbabuntur D. T. Deo op. max. ſucceſſum præſtante, promptus ſum eidem opulentiora offerre, dedicareq́;. Dominus Tuam illuſtriſſimam ampliſſimamq́; D. ſeruet & amplificet. Clugiæ.

DE ECCLESIASTICA HIERACHIA NECNON

De ordinis Sacramento: Enarratio, ſeu Tractatio compendiaria.

Authore Reuerendiſs. P. & D. Iacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo.

PRÆFATIO.

QVoniam non ſolum Eccleſiaſtica Hierarchia, ſed & ſanctiſſimum ordinis ſacramentum, ab hæreticis, hac cõtẽnitur tempeſtate: Iubuit vtrunq; ex propria quidem rõne, ſed breui tractare, & à calumnijs, noſtra pro tenuitate redimere. Et quanquam in ſacroſancto Tridentino Concilio, vtrunq; ſit ſanctiſſimè definitum, & quantum decuit vberrimè pertractatum; puto tamen rem ingratam non fecero, ſi paulo id locupletius explicauero, & quæ in præfato nõ omiſſi Concilio, cõpendiaria enarratione recẽſuero.

De Eccleſiaſtica Hierarchia.

Compertiſſimum eſt, fidelium cętum, qui Eccleſia dicitur CHRISTI, duplici agi principatu: Altero politico, quo diſponuntur, vt homines: Reliquo Hierarchico, quo reguntur, vti fideles. F

Eccleſia chriſti duplici regitur principatu interno & externo.

Politico aguntur ſecundùm naturam: vt qui ſunt, natura ciuiles, & humanam nacti ſocietatẽ. In qua, vt dirigantur rectè, degantq; pacificè: natura, aliqua egent moderatione, nec non legitimo principatu. De quo philoſophi plura Quem & multiplicem tradunt: nempè, Regium Senatorium, Democraticum, & id genus, plures.

Hierarchico aguntur ſupra naturam: cum fides vires tranſcendat humanas, eulıeatque in Politiã cælicã: ciues illos reddẽdo ſctõrũ, & domeſticos ſupnæ curiæ, vt nõ ſemel monet Apoſtolus.

De Politico, nulla diſſenſio: cum omnes, illum non modo probent, ſed & pernecessarium ſtatuant. Quin & docent, iure pręuenire Hierarchicum, vt qui & firmari habet per eum: quandoquidem gratia, naturam non deſtruit, ſed fouet perficitq;.

Qua de re, & Apoſtolus, non inopportunè hortatur fideles, vt pareant nedum politicis principatibus. 13. ad Romanos: ſed & frequenter orent pro illis, vt prima ad Thimo. 2. Etiam ſi forent tyrannicæ, vexarentque ſubditos. Vnde & Petrus non ſolum iubet, vt ſubijciamur mòdeſtis, ſed & diſcolis. prima. 2. cap.

De Politico inquam, non eſt diſſenſio: ſed de Hierarchico. Quod, vt fiat illuſtre: ſtatus excutiendus eſt controuerſiæ, ne labor reddatur inanis. G

Sacer igitur Principatus, quem Græci nuncupant Hierarchiam (quo & fideles, vt fideles, ſicut dicebatur, aguntur) communi aſſenſu, traditur neceſſarius, nemine non probante, Deum optimum, prouidentiſſimum, non minus propenſum eſſe, non minus ſolicitari, de ſeruandis, fouendis, promouendisq; gratuitis, quàm naturalibus: id tamen, ſicut non pariter ab omnibus intelligitur, ita nec vniformiter à ſingulis explicatur.

Et vt res ſit perſpicua (cum duobus accidat modis) prædiſtinguendus eſt. Fatemur quidẽ omnes, alterum prorſus internum, ac penitus inſenſibilem: reliquum externum, ſenſibusq; peruiũ, & expoſitum. Ab interno, initium.

Et quid ſit internus.

Internus ergo, & inſenſibilis principatus, à nemine controuertitur: propterea q admittunt omnes, fidelium cætum, myſticũ eſſe corpus, cui CHRISTVS datus eſt caput: vt non ſemel Apoſtolus. Et per hoc, vnicus illius per ſpiritum rector, & princeps (ita quidem, caput aliqñ ſumitur in ſcripturis): cum fores paruulus, in oculis tuis, caput ſuper Iſrael conſtitui te. 1. Reg. 15.

Datus inquam caput, & princeps: vt illud, nedum per ſpiritum regat, ſed vnicè regat: illius ſingula agendo, fouendo, vegetandoque membra, nõ ſecus ac anima, per ſpiritum animalem, proprium corpus. Qua de re, & CHRISTVS factus eſt, in viuificantem ſpiritum, prima ad Cor. 15. & in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Actorum. 17. H

Verùm, quo nam pacto, quantaq; id fiat ſpiritus energia: & quomodo, tum omnibus, tum ſingulis proſpiciatur partibus: vt non ſolum, nulli aliquid deſit, ſed vbertim, ſua pro ratione, cuilibet ſubminiſtretur, quod confert; conſulatur Apoſtolus, ad Epheſi. 4. Coloſſ. 2. &. 1. ad Cor. 12. Nam plura in præſentia afferre eſſet impertinens. Ergo de externo pergam Principatu.

De quo, verba facturus (etſi perpaucis agam, remq; tãtum attingam) illud pręaccipio: quod licet in pluribus diſſentiamus: non deſunt tamen, & quę communi ſenſu probemus, à quibus nec immeritò, ſit exordium.

A Probamus quidem omnes, ſacrum externum, ac ſenſibilem principatum, neceſſarium in Eccleſia: cum id exigat, flagitetq́;, Diuinæ ratio ſapientiæ, quæ ſingula moderatur & perficit. Cum enim fideles, nedum ex anima conſtent, & corpore ſed & tali conſtent pacto, vt illo anima non ſolum egeat, vt adminiculo, ſed organo (ſine quo, ſicut intellectualē nequit adipiſci notitiā, ita nec valet in probis moribus, aut iuſtis exerceri operibus) palam naturalem, ob idque & ſuauiſſimam, illam moderandis hominibus eſſe rationem, ſi externo quopiam promoneantur miniſterio, vel ſenſibili, ſi malueris principatu.

Vt mores humani dirigātur principatum externū neceſſarium fatentur etiā philoſophi.

Ergo quod philoſophi admonent neceſſarium, vt cōmodè mores dirigantur humani: id ſua ratione, iure conſtituit CHRISTVS: vt ſuauius, frugaliusq́; ad actus, quos exigit vrgeantur fideples. Quòd ſi fides, quæ ad Eph. 2. & Philip. 1. donū eſt Dei, lege communi, ſine externo, non infunditur miniſterio (ſiquidem eſt ex auditu: & Purpurariā, vt crederet, intendere oportuit euāgelizatis à Paulo) cur & in ijs, quæ ex fide iuſtum eſt proficiſci, non erunt pręficiēdi miniſtri, rectoresq́;: quibus ad ea, & prouocemur aſſiduè, & promoueamur opportunè?

Rom 8.
Acto. 16.

Optima ergo factum eſt ratione, vt myſtico in corpore, aliqua ſint mēbra, quæ præſint, quibus & ſolicitudo vrgens incumbit. 12. ad Rom. & reliqua, quæ ſubſint, quibus pręſidentibus opus

B eſt obedire, vt. 13. præceptum eſt ad Hebræos. Ergo & Diuina CHRISTI factum eſt prouidentia, vt varia in Eccleſia, diſtributa ſint, ſpiritus ſancti chariſmata, vt. 1. ad Cor. 12. & multiplicia impartita officia, vt Paulus ait ad Eph. 4.

Addam, non ſolum hæc ex ſcripturis, prout diximus habere ſeſe: ſed & tali, ea munia miniſteriaq́;, ad inuicem lege diſpoſita: vt non modo inficiari nequeat inter ſeſe ordinari, omniaque & ſingula, vno ſub viſibili externoque capite, ſummo inquam Pontifice, cogi, penes quem, eſt potiſſima ſupremaque totius Eccleſiæ cura: ſed & mirificè cum illo coniungi, & ab illo, non ſecus ac, è ſonte riui diffluere.

Quare haud temere, Eccleſia confertur cum regno, vt non raro in euangelio: in quo poſt Regem ſunt Satrapæ, Duces, Prouinciales, Gubernatores, & alij, alijs oneribus impartiti. Confertur cum Ciuitate, vt non ſemel in Pſalmis, & Apocalypſi: vbi poſt Principē conſtituti ſunt magiſtratus, & multi ac diuerſi ſubordinati miniſtri. Confertur & cum exercitu: in quo, poſt Ducem ſunt Centuriones, Signiferi, Capitanei: vt meritò ſcriptum ſit, Quaſi caſtrorū acies ordinata. Hactenus quæ comprobantur: modo quæ hoc in tempore controuertuntur.

Matth. 25.
45. 86.
Cap. 21.
Cant. 6.

C Tria potiſſimū, hac in re ſunt, vnde calumniantur hoſtes: de quibus breuiſſimè. Primū eſt: ſi deles ad Hierarchica munera, aliqua promoueri conſecratione: quæ & vim veri obtineat ſacramenti. Hæc calumniantur: tum quia (vt inquiūt) importuna: quādoquidem ſimplicia (vt volūt) ea ſunt miniſteria; ad quæ, vt aliquis inſtituatur, ſatis eſt, vel magiſtratus, vel plebis commiſſio. Tum quia fictitia, cum nullum habeant, diuinis in literis fundamentum: immo ſunt ſuperſtitioſa, & à Synagoga mutuata.

Tria obiiciūt hæretici contra Hierarchiam Eccleſiaſticam.

Secundum eſt. Tot miniſtrorum, hac in Hierarchia eſſe differentias, quot Romana aſſeuerat Eccleſia: nempè Epiſcopos, Sacerdotes, Diaconos, Subdiaconos, Accolytos, Exorciſtas, Lectores, Hoſtiarios, & vt quidam addunt, etiam Clericos. Hęc calumniantur, dum miniſtros alios nō concedunt, niſi Epiſcopos & Sacerdotes. Quos etiam confundunt: immo & vnum eſſe conſtituunt, eorumqué munus, ſolam prædicationem aſtruunt. Sunt tamen & qui non grauarentur, ſi addantur Diaconi: ſed de quibus Apoſtolus.

Tertium eſt. Quòd ſunt hac in Hierarchia miniſtri, quibus non ſatis eſt prædicare, aut ſacramenta diſtribuere: ſed debent conſecrare, & Euchariſtiæ ſacramentum, in ſacrificium Deo offerre. Hęc calumniantur: & poſteriora quidem, vti fictitia, ſi de conſecratione, deq́; oblatione

D accipiantur, vt Romana conſueuit Eccleſia: priora vero, vti nimium coarctata; cum non ſolum poſſint prædicare Epiſcopi & preſbyteri, ſed omnes baptizati, etiam & fœminæ.

Vt autem plenius, ab his releuemur calumnijs: non nulla, vt pollicebamur, de Ordinis attingenda ſunt ſacramento.

De ordinis Sacramento.

Quòd igitur, Ordo ſacer, non ſolum verum, ſed & eximium ſit, legis euangelicæ ſacramentū; nedum vniuerſalis, & ab Apoſtolis orta, Eccleſiæ conuincit traditio, quæ ſeptem docens, eximia nouæ legis ſacramenta, inter illa, nec poſtremo loco, enumerat Ordinem (nam & perfectionis via, anteponitur pluribus, vt declarat D. Thom. par. 3. q. 65.) ſed & demonſtrat ipſa eximij ſacramenti diffinitio, qua ſacræ rei aſſeritur ſignum eſſe. Nam (præter id, q ex Auguſt. trahitur. 10. de Ciui.

Ordo ſacer vnum ex. 7. ſacramentis & excellens, ut patet etiā ex diffinitione.

de Ciui.)intellecta, vt D.interpretatur Thom.rem ita reuincit,vt nil relinquat in deſiderio. E
1. Sacramentum inquit,planè eximium(ſicut ſeptem ſunt,omnibus comprobata)eſt ſignum, re vera ſenſibile(id enim ratio exigit ſacramenti,vt D. etiam comprobat Dionyſius,primo Eccleſiaſticæ Hierar.cap.) Senſibile inquam,tam ex parte materiæ,vt aqua in ſacramento baptiſmi, q̃ ex parte formæ,vt verba ſacramentalia, Ego te baptizo &c. quæ cum ſit neceſſe ſonare, ſunt indubiè ſenſibilia. Nec modo ſignum ſenſibile,ſed efficax:licet enim nouæ legis ſacramenta, ſint in genere ſigni,ſunt & nihilominus in genere efficientis cauſæ. In quo & ſacramenta ſuperant legis antiquæ: vt aliquando Auguſtinus,& poſt illum decreuit Eccleſia. Quòd dicitur, rei ſacræ, non de quacunque re intelligitur ſacra:ſed ea de re, quæ formaliter ſanctificat homines. Ergo ſignũ eſt,ſenſibile, efficaxq́; gratificantis gr̃æ: qua ſanctificamur ſimpliciter. Hacten⁹ ex D.Th.

Ad rem igitur. Ordo,de quo ſermo,indubiè ſigno confertur ſenſibili, tum ex parte materiæ, quia confertur contactu,vnctione,impoſitione manuum, tum ex parte formæ, quia verba adduntur ſacramentalia, vel ex CHRISTO proximè,vel ex Apoſtolis,illius ordinata auctoritate, aut ſancti ſpiritus ſuggeſtione. Ordo inquam ſigno confertur ſenſibili, & efficaci: quandoquidem per illud,gratia nedum ſignificatur,ſed exhibetur. Quod conuincit Apoſtolus, docens gratiam Thimotheo traditam per manuũ impoſitionem:hoc eſt, vt interpretatur Hieronymus, F 1.Thim.1.
per conſecrationem, vel vt Ambroſius myſticam benedictionem.

Et quanquam non inficior, per gratiam, eo loci intelligi facultatem,donum,munusq́; Epiſcopatus, vel ſi malueris preſbyterij, quę ad charactèrem pertinet: quia tamen certum eſt(tum quia primus,illius vt D.Tho. ait effectus, tum quia neceſſaria eſt,vt ritè, illo quis fungatur munere) CHRISTI diſpoſitione, qui auctor eſt ſacramentorum & gratiæ, illis ex verbis nõ excludi. haud immeritò, inferri poterit, in illis ſupponi, cum & maximè, ea ſit ſacra res, quæ ordinatum formaliter, & ſanctificat, & Deo reddit acceptum.

Ergo ſcitè Auguſtinus aduerſus Parmenianum, ordinem non ſolum aſſerit ſacramentum ſed & eximium ſacramentum: cum illum conferat cum baptiſmo, vt ampliter eo in loco.

De membris ſeu partibus ordinis.

1. At petis. Cum ordo plures contineat partes, vel membra(nam ſeptem numerantur Theologis,& nouem Canoniſtis)& quælibet pars,ſeu membrum ſit ordo, ſit & ſacramentum: nunquid quodlibet membrum eximium ſit ſacramentum, aut quot membra, tot eximia ſint ſacramenta?

Licet quelibet pars ſacramẽti ordinis ſit ſacrũ & ordo, non tñ ſimul ſũptæ ſunt plura ſacramenta.

Reſpondetur, quamlibet quidem partem, vel quodlibet ſi malueris membrum, ritè quidem G
dici ordinem ritè dici & ſacramentum, quin & ad eximium pertinere ſacramentum: verum non ſequitur ſeorſum ſingula, eximium eſſe ſacramentum, ſed ſatis, ſi ſimul ſumpta, vnum eximium reddant ſacramentum, vt membra ſimul ſumpta, vnum integrum corpus: vel q̧ non quodlibet membrum in ſeſe, ſed in ſupremo, hoc eſt, epiſcopatu, aut ſacerdotio, eximium ſit ſacramentum vt in quibus,& maximè in ep̃atu, omni potiuntur ordinis poteſtate, & omni cum amplitudine.

Verùm hæc ſunt relinquenda Theologis: quemadmodum & illis ea reſeruanda eſt quæſtio, non tam ſenticuloſa, quàm & hactenus irreſoluta: Nunquid inquam character, qui per ordinis imprimitur ſacramentum(licet in ſingulo ſeorſum imprimatur ordinum) in eo, qui plures habet ordines, tot charactères inueniantur diſtincti, quot ordines habet in ſeſe. Quodquidem placet aliquibus: verùm cum in poſteriori, tota ſit vis præcedentium, nequid detur ocioſum, poſterior videtur ſufficere. Ergo arridet alijs, primùm quidem ordinem imprimere charactèrem, at ſequentes in eodẽ non imprimere, ſed impreſſum locupletare, ampliorẽq́; conſtituere. Nõ inq̃ imprimere: non ex ſui defectu, ſed ex prioris præuentione. Qui dicendi modus, etſi non iudicaretur abſurdus, fortè tamen diceretur conſtantius, ſingulum quidem ordinum, charactèrem imprimere, ſed non propterea in eodem multiplicari: eo q̧ prius impreſſus cedit ſequenti, vt animę ſenſili vegetabilis, & illa ratione preditæ. H

Sententia hæc, et ſi fortè, multis non quadrat, mihi tamen, non videtur abſurda: nec meo iudicio, alium patitur ſcopulum, niſi q̧ videri poſſet, charactèrem quodam pacto eſſe delebilem. Sed dici poſſet, rem non deleri, ſi præſtãtiori reſtituatur ſalueturq́; mõ, vi ac poteſtate. Nec quidem Trigonum, deletum dicitur in Tetragono: aut vegetalis anima, in animã ſenſili. Sed hęc, vt dicebatur, ſunt reſoluenda Theologis. Modo ad calumnias.

Ergo ad primo irrogatas loco: etſi non diffitemur, munera, de quibus ſermo, eſſe miniſteria: nõ diffitemur, & qui illis initiantur, ritè vocari miniſtros: aliàs non moneret Apoſtolus. 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros CHRISTI: neq́ præcedenti explicaſſet capite, Quid eſt

A Paulus, Quid Apollo: niſi miniſtri? Pernegamus tamen, inopportunè qui illis initiantur conſe-
crari: quin & rem dicimus adeò opportunam, vt ſit, & permaximè, neceſſaria.
Siquidem, ſi ſacer eſt principatus: cur non ſacra illius inſtitutio? Si ordo eximium eſt ſacramē-
tum: quō non ſacrantur, qui ad ordinem promouentur? Si qui in principatu conſtituitur politi-
co, certo ſigno, certaq; inſtituitur ceremonia: cur & qui in ſacro conſtituuntur principatu ſacris
nō conſtituentur, ſigno & ceremonia? Id quod non ſolum, perſpicuè docuit Auguſtinus; ſed et
ni fallor, vrget Apoſtolus, dum noui teſtamenti miniſtros, longè præſtantiores, longeque illu-
ſtriores monet, veteris legis miniſtris: quorum tamen ſacram fuiſſe inſtitutionem, neminem fi-
delium fugit. Quare & gloriatus eſt aliquando, ſe à Deo inunctum, & ſignatum, & arrhabone
ſpiritus ſancti præuentum: vt foret miniſter idoneus, non literæ, ſed ſpūs: vt ſecūda ad Cor.1.&.3.
Ergo ferendum nō eſt, miniſtros nonę legis, ſimplici inſtitui commiſſione, vel plebis, vel cu-
ius volueris ſæcularis magiſtratus: quando etſi nō reijcimus expedire, ſi miniſtri de quibus ſermo,
accepti fuerint populis, & magnatibus: etſi conſonat, vt teſtimoniū bonum habeant, nedum à po
1.Thi.3. pulo & magiſtratu fidelibus, ſed & ab infidelibus: cum conferat teſte Paulo, bene audire etiam
apud extraneos: Etſi conceditur, Eccleſiæ miniſtros ritè conſecratos, ſi quando rogarētur à ple-
B be vel magiſtratu, abſque alicuius præiudicio, immo & cum ſuperiorum, & potiſſimum Papæ cō
ſenſu, poſſe apud illos, actus exercere ſui muneris: non tamē eſſe poteſt, vt à non habētibus mini
ſterium ſacrum, quis ſacris initietur; quin & non niſi ab ijs, qui in ſupremo gradu ſunt poſiti, ab
Epiſcopis inquam, fas eſt quempiam conſecrari. Etſi tentaretur, præſertim ſi miniſteria ſunt ſim
pliciter ſacra: haud dubium ꝙ tentaretur fruſtra.

Non poteſt qs ſacris initiari a nō habentibus ſacrum miniſterium.

Quod ſubditur, conſecrationes has eſſe fictitias (præter id ꝙ ſacrilegum dicūt, & blaſphemū)
breui valet retundi negocio. Siquidem Epiſcoporum ordinatio, non ſolum fuit Apoſtolorū tem
pore, dum conſecratus eſt Iacobus, Ieroſolymitanus Epiſcopus. De conſec. Porro. Ex Anacleto:
ſed & de eiuſq; diſpoſitum eſt ritū. Diſtin.64.&.75. idq; ex antiquiſſimis Concilijs, & Patrum de
cretis. Et compertum eſt, per manus impoſitionem, Pauli ætate, initiatos Epiſcopos, Sacerdotes,
Diaconoſq;: vt in epiſtolis, ad Thimotheum, & Titum. Et notum eſt, per manus impoſitionem,
Cap.8.10. hebræa phraſi, vt ex Hieronymo, Ambroſioq; tactum eſt, aliquam conſecrationem ſeu benedi-
ctionem ſemper intelligi: quàm & ſanctum comitari ſpiritum, temerarium non eſt admittere,
cum & credentibus, per illam etiam in externo frequenter largiretur ſigno: vt conſtat in actis.
C Quòd demum calumniantur hæc ſumpta ex Synagoga: eàdem reijcitur, qua probatur aucto-
ritate. Ergo ſicut illi, hæc effutiunt, pro voluntate ſua: quid ſi ea: pnegemus ꝑ volūtate nr̄a? Qd
& optimo ꝓtenderemus iure: cum tot annorum cēturijs: hæc pacifica ioꝑturbataq; poſſideamus
fide. Verùm ſi accuratè animaduerterent quæ tradunt Patres, & ante eos antiquiſſimi Apoſto-
lorum Canones: ſi quæ Dionyſius, quinto Eccleſiaſticę Hierar. capite; & Ignatius, in epiſtola ad
Antiochenſes: fortè non tanta tumeſcerent libertate. Sed permittatur, Eccleſiā aliquid, ſacro in
ordine, aſſumere Synagogę affine: puta (vt dicunt) vnctionem ſacram: probandum illis foret illā
eodem hæc aſſummere pacto, & non alia ratione. Quod cum præſtare non poſſint: non eſt cur
eorum remoremur verbis. Modo ad eas, quæ ſecundo loco.

Calumniabantur ſecundò, alios præter Epiſcopos & Sacerdotes, ſacrorum eſſe miniſtrorum
ordines: ſed quàm impudenter, nō multis eſt opus. Et vt agnoſcant tot eſſe gradus, quot Roma-
na ſeruat Eccleſia, legant poſt Apoſtolorum Canones, poſt Clementis & Anacleti Epiſtolas,
poſt Sardicenſe Concilium, Concilium Affricanum quartum, in quo & beatus interfuit Augu-
ſtinus. Vbi non ſolum, idem recenſetur numerus: ſed & quibus, ſinguli inſtituantur, declaratur
ritibus. Fatemur tamen, ꝙ etſi omnes ad ordinis, vt dicebatur, pertinent ſacramentum: nonnul-
D lum tamen eſt inter illos diſcrimen. Siquidem Epiſcopatus, Sacerdotium, Diaconatus, & Subdu
catus ſunt ſacri: idque non ſolum, quia illi, qui ad tales promouentur gradus, ſacra contingunt,
aguntq;, ſed & quia ita ſacrantur, vt perpetuò, diuino mancipentur cultui, & ſic mancipentur, vt
vitam teneantur ducere cęlibem: ne fortè de vxore ſoliciti, minus cogitent quæ Dei ſunt, iuxta
doctrinam Apoſtoli. Poſteriores autem, non ſunt ſacri: quippē qui nec ſacra contingunt, & poſ
ſunt qui illis conſecrantur ad nuptias ſe conuertere.

Quod dicunt, Epiſcopos & Sacerdotes confundi: etſi fauorem videtur nactum, nedū ex Hie-
ronymo, ſed ex Paulo, tum in Epiſtolis ad Timotheum & Titum, tum in Actis.20.capite: re ta-
men rectè diſcuſſa, non proficit. Non enim ideo dicuntur confundi, quia vnus amborum ſit gra
dus: ſed quia ab initio, nullus promouebatur ad ſacerdotium, qui non promoueretur pariter ad
Epiſcopatum. Siquidem non vngebant ſacerdotio, qui non vngerentur in ſuperintendentiam:

Olim qui in ſacerdotes & in Epōs pariter vngebantur.

& ad

& ad munera epiſcopalia. Idq; vt commodius propagaretur religio: & populi vberius cõſecrarẽ- E
tur Deo. Verùm creſcẽte fidelium numero, inſtituti ſunt ſacerdotes multis in locis, ſolum ad ſacrificandum: & ob id non oportuit, vt ad vtrunq; conſecrarentur ſimul ſed ſicut in gradibus, ita & in perſonis, & meritò, retineretur diſtinctio: quod & paſſim nunc ſeruatur in Eccleſia Dei.

De Diaconis, de quibus Apoſtolus, verè nihil eis prouenit cõmodi: quoniam etſi de quibus in Actis, inſtituti videri poſſint, ad adminiſtrandum menſis: non propterea inferri licet, cautũ eſſe, ne miniſtrarent altari. Quin cum frequenter in menſis (teſtis eſt prima epiſtola ad Corinthios) frangeretur panis, hoc eſt, diſtribueretur CHRISTI corpus, & propinaretur poculum, hoc eſt CHRISTI ſanguis: non eſt cur ab illis, id detrahatur officij: Siquidem ſi CHRISTI ſanguis, non fuiſſet per Diaconos, diſpenſatus, non quereretur Laurentius, ſe derelictum à Sixto, his verbis: Quo ſacerdos ſine Diacono properas? Tu nunquam ſine me ſacrificium offerre conſueueras, cui & commiſiſti, dominici ſanguinis diſpenſationem. Sed eſto; à menſis ſumpta fuerit tunc occaſio inſtituendi Diaconos: nunquid inferre opus eſt, illos altaris miniſterio interdictos? Immo colligendum potius, tali deputatos officio: cum frequenter, quæ diſpenſabantur menſis, oblationes eſſent altaris, ſicut compertiſſimum eſt.

Acto. 6.
Cap. 11.

Et licet id ſatis ex epiſtolis conuinceretur Apoſtoli: qui non ſolum eorum meminit, ſed & preſbyteris adiungit, in ea, quam dedit ad Philippenſes, & quales conſtituendi ſint, quòdque moribus, non longè ab iis, quos exigit in Epiſcopis, debeant eſſe præditi, in ea quam ſcribit ad Timotheum: non deſunt tamen, clariſſima eius rei teſtimonia, ex Apoſtolorum Canonibus, antiquis Concilijs, & priſcis Patribus: vt prorſus foret indiſciplinati, nolle acquieſcere. Ad calumnias ergo, quæ poſtremo loco. F

Cap. 1.
Cap. 3.

Quando ergo, fictitium eſſe dicunt, presbyteros conſecrare, offerreque prout Romana conſueuit Eccleſia: difficile quidem non foret, tam execrandam retundere blaſphemiam: niſi ea ſuperre, etiam non ſemel, ex propoſito eſſet à nobis diſputatum, & ſatis ſuperque reſponſum: quin & adeò eam impietatem explodimus, vt (ni fallimur) hiſcere nobis non ſit opus. Quod ſubdunt, omnibus fas euangelizare: ſi priuatim intelligunt, non morabimur: ſi publicè, rẽ dicunt abſurdam, & literis ſacris aduerſam. Siquidẽ in illis à Deo in hoc miniſteriũ ſunt ordinati paſtores & doctores, ad Eph. 4. Et conſtat non omnibus dari ſermonem ſapientiæ, non cuiuis munus interpretationis, prima ad Cor. 12. Et de mulieribus compertum eſt, ꝙ eis nefas eſt, in Eccleſia loqui: vt non ſemel docet Apoſtolus Et in hoc ſit totius enarrationis finis ad Dei gloriam. Amen. G

1. Thim. 2.
1. Cor. 14.

DE EPISCOPORVM INSTITVTIONE, TVM

à CHRISTO, tum à Romano Pontifice; enarratio ſeu Tractatio compendiaria.

Authore Reuerendiſſimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

PRÆFATIO.

Licet cum de Eccleſiaſtica egimus Hierarchia, de Epiſcoporum agendum videbatur inſtitutione, quia tamen res tractationem poſtulabat peculiarem, non dabitur vitio, ſi ſeorſum, pauca tentabuntur de ea. Ergo perſtringendum in his, quonam pacto, tũ à CHRISTO, tũ à Romano inſtituantur Pontifice: & hoc, vt ſemper, facimus, ſub Eccleſię ſacroſanctæ iudicio, a quo nõ ſecus ac a veritatis colũna oĩa pẽdẽt.

De Epiſcoporum Inſtitutione. H

Primùm nulli dubium: munus, ordinẽ, & officium, quod Epiſcopatum vocamus, neceſſariũ eſſe in Eccleſia Dei. Hoc vel ex eo eſt conſtans: ꝙ in ea neceſſaria eſt Hierarchia. Cuius, ſi Dionyſio. 5. capite creditur, Epiſcopatus, ſupremus gradus eſt. Ergo non immeritò. ſi quando, & illius, ſacræ reminiſcuntur literæ, vt Actorum. 2. & 20. & primæ ad Timoth. 3.

Munus Epiſcopatus neceſſarium eſt in Eccleſia & à Chriſto ꝓfectum.

Deinde, non minus euidens eſt: prefatum munus à CHRISTO profectum. Quod inde facilè demonſtratur: ꝙ ab illo ceu à primo fonte, ſupremoq; omniũ Principe, omnis proficiſcitur principatus. Ergo ſicut ab illo proficiſcitur principatus politicus (Per me Reges regnant: & legum conditores iuſta decernũt) ita & proficiſcitur principatus Hierarchicus (Siquidem ille eſt paſtor paſtorum, & ſummus Epiſcopus animarum: vt tradit Princeps Apoſtolorum Petrus) immo & ab

Prou. 8.
1. ca. 2.

Ephe.1. Col.2. A illo proficiſcitur principatus cœleſtis: cum caput euaſerit principatuum, & poteſtatum, vt non ſemel Apoſtolus ſcripſit.

Cap.1. Eſt inquam Epiſcopatus à CHRISTO profectus: at non ea communi ratione, qua totum moderatur vniuerſum, agendo ſingula, ſuæ poteſtatis verbo, vt Paulus docet Hebræos: ſed ea perinſigni, eaque peculiari, qua perinſigniter, ac peculiariter, cœtum moderatur fidelium: qui ſacroſancta Eccleſia eſt.

Qua dico moderatur Eccleſiam: non ea ex parte, iuxta quam, politico regitur principatu: quoniam illud præſtat, per principes ſæculares, nos agendo vt homines, & per hoc, vt ſumus natura ciuiles, & ad regnum ſpectamus humanum: ſed ex ea, iuxta quam, agimur principatu Hierarchico, nos moderando, vti fideles, & per hoc, vt in ciues euectos ſanctorum, & translatos in regnum cœleſte. Qua de re, non ſemel in euangelio: & in Apoſtolorum epiſtolis. (Col.1.)

Tertiò compertum eſt: epiſcopatum à CHRISTO non iccirco profectum, vt eſſet in aere, & velut idea Platonis: ſed vt eſſet in hominibus, non ſecus ac reliqua Chariſmata Eccleſiaſtica.

Ephe.4. Propter quod: & in cœlum aſcendens, hominesque opportunè certis donis afficiens; quoſdam dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Paſtores & Doctores, prout Paulus ad Epheſios.

B Dixi opportunè afficiens: quoniam etſi prima facie, præſefert verbum, Dedit, aliquos aſcendendo dediſſe Apoſtolos, & alios, alijs affeciſſe muneribus; ſecus tamē, rei veritas eſt. Siquidem ob rei certitudinem, præterito vſus eſt pro futuro (id enim & non rarò ſolent literæ ſacræ) & per hoc, eo verbo, non illo tempore exprimit eſſe datos, ſed innuit opportuno tempore dandos: vt res plenè diſcuſſa demonſtrat.

Non enim Paulus, eo loci, loquitur de duodecim: quoniam longè prius, erant Apoſtolatu donati, & illis euangelizandi, ante munus erat iniunctum, & paſtores, & doctores (vt communior ſententia eſt) erant effecti: vt vnà quidem cum Petro, ſed ſub Petro, Eccleſiam vniuerſam regerent. Nec conſtat, aliquem tunc, numero Apoſtolorum adiectum: aut alio quouis, ex muneribus præmiſſis impartitum.

Vnde non quidem, Dedit, ſed accepit: nec hominibus, ſed in homines, legit hebræus. Et perinde ac ſi transferenda, vel diſpenſanda, in eos. Ergo clarus eſt ſenſus: ꝙ in cœlum CHRISTVS aſcendens, donis eſt locupletatus à Patre, quæ in homines, opportunè transfunderet. Eſt inquā locupletatus: non quòd eouſque, quibuſuis chariſmatum, non exundauerit cornucopijs, ſed, C quia extunc illorum futurus erat, ſupra modum profuſor. Quod non inſolito ſcripturæ tropo: dici ſolet, accipere.

Ergo etſi, eo ex loco, Epiſcopos conuincitur, in Eccleſia inſtituendos; vt qui ſunt, propria ex ratione, Paſtores (vt nobis ſtatuendum erit, non longè poſt) poſſuntque, quia Apoſtolis (vt Clemens, & Anacletus, in ſuis docent epiſtolis) ſubrogati, ſub nomine Apoſtolorum comprehendi, quin & ab Apoſtolo, eò loco comprehenſos, contendit Ambroſius: non tamen validè, inde deducitur, quo conſtituendi ſint pacto, aut ſi proximè, ſint inſtituendi à CHRISTO.

Voluit ergo Dominus (vt reuertar) fore in hominibus Epiſcopatum; ſed ea lege, vt in Petro, eiusque ſucceſſoribus, omni foret cum excellentia, omnique cum plenitudine: quoniam eſſe voluit, vt in ſuo generali, ac ſingulari Vicario, ſuumq; abſolutè, ſimpliciterq; locum tenente. Illud probat Gregorius.x. Vbi periculum, de elect. in ſexto: Hoc docet Chryſoſtomus, tractans illud (Paſce oues) Quod perinde eſt inquit, ac mei eſto loco præpoſitus.

Matt.16. Ergo nil mirum, ſi ex tanto priuilegio, Romano eſt collatum Pontifici, vt ſuper illum Eccleſiæ ſuſtineatur fabrica, iuxta Domini verbum (Hanc ſupra petram, meam ædificabo Eccleſiam) Et vt tali ſuſtineatur pacto: quòd illam aduerſus, nec tartareæ præualituræ ſint furiæ: vt mox D præmiſſis adiunxit.

Nil mirum, ſi ſuprema in Eccleſia donatus ſit poteſtate, & omni iuriſditione, iuxta Domini verbum (Tibi dabo claues regni cœlorum) Siquidem eo tropo, ſummam apud eum, in Eccleſia, quę cœlorum dicitur regnum, futuram poteſtatem, plenam & omnimodam iuriſditionem, vel illud, euidentiſſimo teſtimonio eſt, ꝙ non alia de cauſa, apud Regem, claues regni dicuntur depoſitæ, niſi quia de illo poteſt, omni cum poteſtate diſponere.

Quanquam & clauium nomine, illud quoque non vulgariter exprimatur: nempè penes illam, ſupremam repoſitam eſſe curam, theſaurorumque CHRISTI, quibus ſuam locupletauit Eccleſiam, diſpenſationem: quibus & illos accuratè conſeruet, claudatq; cum oportet, & largiatur, fideliterq; diſpenſet, impartiaturq;, quando Eccleſiæ viderit expedire.

Nil mirum denique: ſi et illius leges, definitiones, ſentētiæ, ſunt adeò ſolidæ & irrefragabiles,

vt ab eis, nec ad humanum, nec ad Diuinum fas ſit appellare tribunal: quando iuxta Domini verbum, Quodcunq; ligauerit ſuper terram, ligatum erit & in cœlis: &c. E

Verùm in aliis à Petro, Epiſcopatus ea non cóſertur excellentia, nó ea plenitudine, qua Romano cóſertur Pontifici, ſed ſuo tantum muneri, ſuæque ſolicitudini conducentibus. Nam licet aliquando à Patribus, & præſertim primę Corinthiorum. 11. ab Ambroſio, Epiſcopi CHRISTI dicantur Vicarij, eiusque perſonam gerentes: id tamen, non eſt intelligédum ſimpliciter & abſolutè, ſed eo pacto, vt in Vicarij ſint, ſub ſimpliciter illius Vicario, & locum tenentes, ſub abſolutè illius locum tenente.

Epatus eſt in papa velut in fonte in cæteris autem vt in riuulis.

Quare, non mirum, ſi non datur illis, vniuerſalem ſuſtinere Eccleſiam, ſi plenitudine non donantur poteſtatis: ſi & inappellabiles non ſunt eorum ſententię. Scitè ergo admonet Cyprianus (loquitur. xvij q. 4.) Epiſcopatum in Papa eſſe velut in fonte: & in Epiſcopis, velut in riuis, qui dimanant à fonte. Siquidem Epiſcopi, nó modo ſunt ſub Papa, nó modo anguſtioris ſunt poteſtatis, & iuriſditionis: ſed (& optimo quidem iure) dependent ab eo, non ſecus ac à primo, ſupremoque externę Hierarchiæ principio: idque (prout Maximus atteſtatur Leo) ex inſtitutione CHRISTI. Ita Dominus. diſt. 19.

Et vt præmiſſa, ſint magis illuſtria, aliquotq; complanentur ſcopuli, concilienturq; forſan, aliquorum placita, præſtat, vt Epiſcoporum à Papa excutiatur progreſſus dependentiaque. Quod etſi multis creditur ſenticuloſum: re uera tamen eſt peruium & conſtantiſſimum. Sed neceſſe eſt præfari pauca: de Epiſcoporum munere. F

Epiſcopatus, nomen eſt operis: non ſolum ex Auguſtini ſententia. 19. de Ciuitate: ſed & Pauli prima ad Timotheum. Qui Epiſcopatum deſiderat: opus deſiderat. Et operis miniſterij: ita quidem legimus ad Ephesios quarto. Quare haud mirum, ſi Epiſcopi dicuntur miniſtri: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros CHRISTI. Quod planè miniſterij opus: ſi Epiſcopi nomen excutitur, eſt ſuperintendere: ſi ex diuinis expiſcatur literis, eſt paſcere, ac oues CHRISTI regere: vt Ioannis, & Actorum. 20.

Eſt inquam oues CHRISTI paſcere, eſt & regere: ſed in Papa quidem, in vniuerſum (vt qui Epiſcopus eſt, Eccleſię catholicæ: propterea quòd cum ſibi dictum eſt, Paſce, Regeque oues, non iſtæ, vel illæ tantum ſibi ſunt creditę, ſed omnes, quocunque reperiantur in loco: ita quidem nó ſolum interpretati ſunt ſancti, ſed & tota CHRISTI Eccleſia) In aliis autem à Papa: in particularibus, ſibique per Papam aſſignatis ſolum Dioceſibus. Vnde & Petro dictum eſt: Paſce oues abſolutè: nobis autem Paſcite, qui in vobis eſt gregem. Quod eſt paſcere ſolum commiſſas. G

Verùm, quia nullus operatur, niſi poteſtatem nactus, qua operetur (ſiquidem eius eſt actio, cuius eſt potentia. vt dicitur, de ſomno & vigilia) neceſſe eſt in Epiſcopo, tum paſcédi, tum regendi, facultatem fore. Et ne multis vagemur, ùtraque in Epiſcopo ſupponatur. Illa ſit ordinis iſta iuriſditionis. Et quoniam ùtraque Epiſcopo eſt neceſſaria, vt palam admonēt, vt diximus, literæ ſacræ: haud dubium, ꝙ ſi aliquam ob rationem, altera deſit, ꝙ Epiſcopus, nec proprium abſoluet onus, nec integrum retinebit officium.

Dixi Paſcendi facultatem, ad ordinem pertinere: ſed eo pacto, quo ritè poteſt intelligi. Siquidem conſtat, ꝙ paſcere, non quouis præſtitum modo, conſecrationem exigit, ſed certa ſub ratione ſumptum: & vt Epiſcopo maximè decernitur proprium. Nam cú quatuor accidat modis, verbo, exemplo, correctione, & ſacramentorum adminiſtratione: compertum quidem eſt, non oportere, vt horum quodlibet, ſacer ordo præcedat: Et de Exemplo, deq; correctione palá: quoniam vt exemplo quis paſcat, ſatis eſt ſanctitas vitæ: vt correctione, ſi fiat amicè, ſufficit charitas, ſi iudicialiter, auctoritas, vel iuriſditio.

Paſcere verbo & ſacramentis ad ordinis poteſtatem pertinet.

Et quanquàm non inficior, prædictos paſcendi modos, Epiſcopo neceſſarios: fortè quòd illi non videbuntur adeò proprij, ſicut & reliqui, qui ſunt ex ſuo genere ſacri: præſertim cum & illi, etiam non Epiſcopis, valeant legitimè conuenire. Ergo, ſi paſcere verbo, & paſcere ſacramentis, exigunt conſecrationem: indubiè ad ordinis pertinent poteſtatem. Non hæc dixerim, quaſi modo quopiam, non exigant iuriſditionem (Scio enim ꝙ iis ritè ſine iuriſditione, non fungimur) ſed quia ex ordine, videntur potiſſimum proficiſci, aut ad illum maximè pertinere: cú ſint (vt diximus) ſua ex ratione ſacri. H

Sed dicis. Fateor adminiſtrare ſacramenta, nulli non conſecrato licere: at non conſecrato, illicitum non eſt euangelizare. Aliàs Paterfamilias, non poſſet edocere domeſticos: & perperam permiſiſſet Paulus, laycos in Corinthiorum Eccleſia, interpretandi munere fungi.

Reſpondeo euangelizare quidem, & potiſſimum ex officio, nedum opus eſſe ſacrú ex genere

ſed

A ſed inſignè,ſi Paulo creditur.15.ad Romanos,ſacrificium: per quod, nedum homines Deo offeruntur,ſed & conſecrantur. Quare meritiſſimè decreuit Eccleſia, à miniſtris non præſtandum, non ſacris,vt quibus ſacra non congruunt ex officio: & maximè,quæ communi lege, præſtanda ſunt in Eccleſia,& publica ſunctione.

Ergo ſiquando Paterſamilias, ſuis concionatur domeſticis; licet rem agat ex genere ſacram, non tñ agit ſacrè,aut veluti ex officio:non ſecus ac ſi non conſecratus Diaconus, cantaret in Eccleſia euangelium:tam etſi,quia rem agit ex charitate, nempè vt piè viuant domeſtici, opus eſt Deo gratum,& ſua commendatione dignum.

Quòd autem Paulus,laycos paſſus ſit,de ſcripturis publicè loqui:non eſt prędictis aduerſum. Quoniã eſtò ſorent layci,hoc eſt ſacro in ordine,non conſtituti; erant tamen eouſq; ſpiritũ ſancto ſacrati,ꝙ & illius,etiam externis locupletabantur donis: & potiſſimum illi muneri opportu-

Cap. 14 nis, vt erat loqui linguis,& prophetare:vt ampliter in.1.ad Corinthios. Quare,res extitit ſingularis,& talibus ſuffulta ſuffragiis:ꝙ non ſolum æquum erat,rem permittere,ſed & dignum erat, ad illam extimulare.

Dixi,regendi poteſtatem,ad iuriſditionem pertinere:quod quàm ſit conſtans, vel ipſę voces

B teſtimonio ſunt. Regere quidem,opus eſt ſuperioris,vel ſupioris ptãte ſungentis:quippè qđ non eſt,ſine imperio,non ſine coactione:& per hoc,non ſine ſubditis,non ſine ſuæ ditioni ſubiectis.

Siquidem,ad hoc,ꝙ ritè quis regat: non modo illi opus eſt vigilare,curam ac ſolicitudinẽ gerere:ſed rectam demonſtrare,ad illam vrgere, illam pręcipere,ab illa declinantes arguere,& tãdem opportunè pęnas inſligere: in quibus,haud obſcurum comprehendi quæ diximus.

Ius vero dicere:nõ minus eſt ſuperioris actus,vel ex ſuperioris legatione impoſitus. Et eſt quidem,non ſimplex dicere,ſed eſt dicendo decernere,iudicare,ſentẽtiare, & ad ſentẽtiæ executionem compellere. Et hęc,omnibus nedum ſunt comperta:ſed vel ex nominis ratione deſumpta, vſu communi probata.

Siquidem ſatis,reuera non eſt,vt quis iuriſditionem habeat, ꝙ idoneus ſit ad dicendum ius: non ſatis,ſi ius nouerit miniſtrare: non ſatis,ſi ius dicendi habitum obtinuerit,aut illum,longi tẽporis vſu,fœliciter adeptus fuerit: ſed opus eſt,vt dicẽdi ius,de facto,req; ipſa ſacultatẽ poſſideat.

Et ita poſſideat, vt reuera,ipſum dicere nãſciſcatur vim, nedum legitimi iudicij, ſed & iuridicæ coactionis. Quod cum niſi in ſubditos fiat: indubiè ſine prælatione, ſineq; ſuperioritate non eſt:quod & D.Tho.docet in.4.diſt.19. Ergo iuriſditionem alicui dare, aliud non eſt, quàm pręfa-

C tam iuſdicendi vim,ſeu facultatem concedere.

Dixi: Tum ordinis,tum iuriſditionis poteſtatem,adeò opportunam,adeò Epiſcopis neceſſariam: vt altera ſubtracta,nequeant ſuo munere fungi. Siquidem cum illud, non niſi vtroque in opere,paſcendi inquam & regendi,abſolutionem habeat:palam ꝙ non valens vtrunq; præſtare, non parum creditę ſibi functioni deeſt.

Nec obiiciat quis,Sacerdotem completè,abſoluteq; ſacerdotio fungi, ſi verbo & ſacramentis,non paſcat,aut plebem,etiam ſibi commiſſam non regat: quoniam etſi æquum eſt, ſacerdotẽ euangelizare,& creditę curæ inſeruire: conſtat tamen,vt ſacerdos eſt,in conſecratione, & oblatione,ſuam functionem explere. Quod nequit de Epiſcopo,vt eſt Epiſcopus dici:cum propria, qua Epiſcopus eſt ratione,ad ùtraq; teneatur. Nunc de dependentia.

Sacerdos conſecrando ſuã functionem exercet,at epiſcopus paſcẽdo & regẽdo.

Exploratum quidem eſt: Epiſcopos, non modo dependère à CHRISTO: ſed & à Romano Põtifice. Ab illo,ſicut ab auctore: Ab hoc,ſicut ab illius Vicario. Ille eſt agẽs primũ:hic ꝓximũ.

Exploratum inquã:tum ex ordine Diuinę ſapientię.quę agit inferiora per media,tum ex ratione Hierarchiæ Eccleſiaſticæ,in qua inferior,a ſuperiori proficiſcitur gradu: vti Diony.docet.

D Exploratum rurſus: ꝙ etſi à CHRISTO, velut ab auctore,vtraq; in Epiſcopo deriuatur poteſtas,& ordinis quidem,vti à ſupremo(vt tangebatur)paſtore,ſummoq; animarum Epiſcopo: iuriſditionis vero,vti à proprio ſimpliciter Eccleſiæ capite principeq;,in cuius ditione,cuncta ſunt poſita: & ſi in vtràque præſtanda,indubiè Romanus cooperetᷣ Antiſtes: ſicut tñ illã CHRISTVS vult,per conſecrationem largiri,& hanc,vt D.docet Thomas, per iniunctionem concedi: ita & Pontifex,in vtriuſque collatione,eodem non cooperatur pacto. Siquidem illius reſpectu,vt purus operatur miniſter: iſtius vero,vt agens à propoſito. Quare illam,iuxta præſcriptum operatur Domini: hanc,iuxta iudicium Prudentiæ ſuæ.

Agit inquam illam,iuxta præſcriptum Domini: quoniam illi præfigitur,tum in agẽdo modus nempè,per conſecrationem,& ſenſibile ſignum,tum qualitas,& quantitas eius,quæ conferenda eſt poteſtatis, nempè vt conferatur indelebilis,& vnius in omnibus perfectionis.

Agit hanc, iuxta iudicium Prudentiæ proprię: quoniam etſi, illi præſcripta eſt circunſtantia E
finis, nempè vt conferat ad ædificationem Eccleſię: reliquę tamen circunſtantię, vt cui, quando,
quomodo, & quantum, ſuæ relictæ ſunt libertati. Quare, & conferre poteſt, vt placet, iſti vel illi:
quando placet, quia & in electione, & in conſecratione: quomodo placet, quia tali, aut tali moderatione,
legeq́.; & quantum placet, quia maiori, vel minori cum amplitudine.

Explorata hæc inquam, planè ſunt. Et primum quidem, eſt euſq; compertum, vt nullus ex
catholicis contradicat. Et ſecundum (præter id, ꝙ continua eſt praxi probatum) valida fulcitum
eſt ratione. Siquidem Epiſcopos, et ſi Eccleſiæ conſtat eſſe datos à CHRISTO; conſtat quoque,
eſſe ita datos, vt & forent ſub Petro, & conſtituerentur per Petrum.

Epiſcopi dati ſunt Eccleſiæ ſed vt eſſent ſub Petro.

Vt forent inquam ſub Petro: aliàs Eccleſiæ regimen, non eſſet optimum: quia non Monar-
chicum, nec cœleſti ſimile Hierarchiæ: in qua omnes ſubijciuntur CHRISTO. Nec eſſet verbũ
Domini verum (Oues meas paſce) quandoquidem & Epiſcopi, oues ſunt CHRISTI, non mi- Ioan. 21.
nus ac reliqui, quos vnum ouile comprehendit.

Et per Petrum: quando, cum Papa, nedum caput ſit totius Eccleſię, ſed Chriſtianorum omniũ
Pater, & Doctor; in quem vnicè, illorum reiecta eſt cura, & ſolicitudo, vt Concilium docuit ſub
Eugenio. 4: haud obſcurum (vel naturali iure, cuius & Deus auctor eſt) ad illum pertinere, vt tã- F
to ĩ negocio (qđ multos expoſtulat cooperarios.) ipſe deligat, quos, & quot duxerit opportunos.

Nec verbum obſtat Apoſtoli, Epiſcopos in Eccleſia à ſpiritu ſancto poſitos: quoniam cum Põ- Acto. 20.
tifex creat Epiſcopum, non niſi à ſpiritu ſancto motus, actusq́; creat eum: & præſertim, quando
velut alter Moſes (cum ſeptuaginta elegit in auxiliarios) dignos aſſumit. Quanquam ſi & minus
aliquando promouerentur idonei, profectò ſine ſpiritu non promouerentur ſancto: qui id ne-
dum permitteret occulto iudicio, ſed & in iuſtam faceret vltionem populi, vt non ſemel ſa-
cræ admonent literæ.

At poſſet obijci ſcrupulus Siquidem cum iuriſditio, adeò ſit prælationi coniuncta, adeò regi
mini alligata, vt vnum ferè cenſeatur cum ea: non videtur ambigendum, ab eo elargiri, a quo
prælatura confertur Ergo non conferetur, vt videtur à Papa, ſed conferetur à CHRISTO: ſcri-
ptum eſt enim Matth. 25 ꝙ ipſe miniſtrum conſtituit ſuper familiam ſuam, vt illam paſcat in tpe.

Sed facile eſt, illum explodere: aduertendo ꝙ licet, quæ tangit, ſint vera, præmiſſis tamen non
aduerſantur, Quandoquidem vt dictum eſt, quod CHRISTVS hoc in opere facit, & Pontifex fa
cit: quoniam per illum facit, ſicut & quem in Epiſcopum Papa aſſumit, CHRISTVS aſſumit: G
quoniam vt illius Vicarius, eiusq́; ſpiritu motus aſſumit.

Verùm vt vndiq; res fiat illuſtris: conſiderandum iuriſditionem, quàm ſortitur Epiſcopus,
communi lege, in triplici expendendam foro. Pœnitentiario, per actus remittendi, & retinendi
peccata: Eccleſiaſtico, per actus ligandi, & ſoluendi, excommunicandi, ſuſpendendi, & cenſura-
rũ vinculis innodandi: Et Litigioſo, ꝑ actus ius dicendi, in ciuilibus & criminalibus. Quid ergo?

Si ſermo ſit de iuriſditione, in foro poſtremo: liquet ꝙ illa, non ſolum à Papa pendet in vſu,
eo ꝙ, valet illam, ad libitũ moderari, vel quia poteſt illius vſum ſuſpendere, vel per materiæ, ſub-
tractionẽ penitus tollere: ſed & quia poteſt Epiſcopum illa priuare, & eam prorſus ab illo remo-
uere. Fundamentum eſt: quia Epiſcopus non habet ius, in tali foro decernere, ſuo ex officio: ſed
ex liberalitate Papæ, & ſolo iure canonico.

Si ſermo ſit, de iuriſditione prima, quæ in pœnitentiario exercetur foro: certum eſt, eam poſ-
ſe Pontificem moderari, ſaltem per caſuum (vt loquuntur) reſeruationem: Certum & ꝙ poteſt,
illius vſum ſuſpendere, illum inhibendo Epiſcopo: certum & ꝙ poteſt, Epiſcopum illo priuare,
per materiæ ſubtractionem; ſed non poteſt, iuriſditionem in habitu, ab eo penitus amouere.
Fundamentum ſecundæ partis eſt: quia habitualis (vt vocant) iuriſditio hæc, annexa eſt ordini, H
& per viam conſecrationis recipitur, & propterea penitus inamouibilis eſt. Primæ autem, quia
oues Epiſcopo commiſſæ prius iuriſditioni ſubijciuntur Papæ, ad quem, & præcipuè, ſpectat il-
las moderari: & per hoc non licet Epiſcopo, niſi pro illius voluntate, de illis diſponere.

Si ſermo ſit, de media, quę in foro adminiſtratur Eccleſiaſtico; dicenda ſunt duo. Alterum eſt:
ꝙ cum illa poſſit, & cum conſecratione, & ſine conſecratione conferri: poſſit, tam Epiſcopo, quã
non Epõ, indiſcriminatim committi: haud dubium, ꝙ ſimplex non videtur, de illa ꝓferẽda ſnĩa.

Ergo reliquum eſt: ꝙ ſi de ea loquimur, quæ eſt ſine cõſecratione collata, ſiue ſit collata Epõ,
puta cum confertur electo, vel conſecrato, cum aſſumitur in Vicarium; ſiue non Epõ, vt cum cõ
fertur ſimplici iudici, vel Legato, compertum eſſe debet, ni fallor, ꝙ eodem pacto, ſubeſt Papæ
judicio, quo & ea, quæ vſui eſt in foro litigioſo.

Si loquimur

A Si loquimur de ea, vt in conſecratione tradita; videtur mihi (ſaluo meliori iudicio) eodem ferè de illa pacto, ferendam eſſe ſententiam, ac de illa, qua in foro vtimur pœnitentiæ. Dico, ferè, quoniam me non latet, aliquod intereſſe diſcrimen; rem tamen, non variat in propoſito.

Primum, vt puto, nullam patitur oppoſitionem, cum penitus pendeat, ex liberalitate Papæ.

Secundum autem, non leui, ni fallor, nititur argumento: non quidem, quia præciſè in conſecratione accepta, quoniam id non ſufficit, vt in habitu ſumpta, inamouibilis ſit (nam & poſſunt quædam conſecrationi, ex Papæ liberalitate, vel ordinatione, cõiungi, quibus & qui ea ſuſcipit, deſtitui poteſt) ſed quia, vt videtur, conſecrationis vi tradita: quod hunc in modum ſuadeo.

Siquidem Epiſcopis, in Apoſtolis, ea à Domino eſt promiſſa poteſtas. 18. apud Matth. Vbi excommunicationis inſtituto fulmine (ſit tibi, velut ethnicus, & publicanus) excommunicandi, & alias cenſuras infligendi Dominus pollicitus eſt facultatem, ſubdens. Amen dico vobis: Quęcũq; ligaueritis ſuper terram, ligata erunt, & in cęlo, &c. Ex quo, non modo colligere licet, Dominũ promiſſa ſeruaſſe, ſed & eam facultatem Epiſcopali muneri coniunxiſſe. Ergo ſicut per ſacerdotalem conſecrationem poteſtatem accipimus, dicendi ius, in foro pœnitentiario: ita & per conſecrationem Epiſcopalem, in foro Eccleſiaſtico.

Sicut ſacerdos per conſecrationem ſacerdotalẽ poteſtatem accipit iuſdicendi in foro pœnitentiali ita & Eps per cõſecrationem in foro eccleſiaſtico.

B Hac, ni fallor, ratione motus, Vrbanus primus, in ſua Decretali epiſtola, eam docet auctoritatem, Epiſcopis indultam à CHRISTO: citatis non ſolũ, mox prænductis verbis, ſed & illis (Quorum remiſeritis peccata) Ioan. 20 cap. vt innueret, meo iudicio, duas has poteſtates, haud diſſimili ratione, ad Epiſcopum pertinere: & per hoc, vtranq; ex vi (vt videtur) cõſecrationis recipi.

Non deeſt, & hanc forte in ſententiam, verbum Innocentij tertij, in Conc. generali: quo claues aſſerit à CHRISTO, nedum datas Apoſtolis, ſed & eorum ſucceſſoribus Epiſcopis. De ſumma Trinitate. cap. Firmiter.

Ergo (vt concludam) etſi omnis iuriſditionis poteſtas, Epiſcopis adeſt (vt D. Th. inquit) ex iniunctione, non adeſt tamen ſingula, eodem pacto. Quandoquidem poſtrema adeſt, ex iniũctione ſimpliciter, vt quæ non ſolum adeſt, ex parte exercitij, ſed & ex parte ſubſtantiæ: Reliquę autem, non ſimpliciter, ſed aliquo modo, qm̃ non ex parte ſubſtantiæ, ſed vſus tantũ, & exercitij.

Ergo licet Papa, in ſingulis conferendis, agens ſit à propoſito: maximè tamen, in conferenda poſtrema: vt facile eſt, ex dictis intelligere.

C Verùm hac in re, & in reliquis antedictis, non ſolum peritiori ſubſcribo: ſed & omnem meliorem reſolutionem veneror, & amplector. Puto tamen rem ſe habere poſſe: vt diximus. Et in hoc ſit finis: ad Dei gloriam. Amen.

DE PRIMATV PETRI,

AD IVLIVM III. PONTIFICEM MAXIMVM EPISTOLARIS TRACTATIO.

In qua, licet compendiò, ea perſpicacia, eaque eruditione, res ex Diuinis ita abſoluitur literis, vt iurè nihil deſideretur.

Authore Reuerendiſs. P. & D. Iacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo.

Matt. 16.

D VOlens Summus Paſtor & Pontifex CHRISTVS B. P. Apoſtolum Petrum Eccleſię vniuerſali præficere, ac ſui loco, in Pontificem Maximum ſubſtituere; Primùm ob eximiam illam confeſſionem, à carne & ſanguine non profectam, ſed à Patre luminum reuelatam, (Tu es) hoc eſt, mea conſtanti ſententia, nonmodò haberis apud me, ſed es quàm certiſſimè (CHRISTVS) Ille ſcilicet vnicus Rex & Sacerdos, quem Deus ab ęterno, mũdi reparationi pſcripſit, Oraculis inculcauit, & nobis tãdẽ gratioſè cõceſſit.

Pſal. 89. & 132. Gen. 12. Luc. 3. 2. Thi. 2. Ariſto. 2. de anima. Eſai. 49. Ierem. 4. Exod. 3.

Tu es ille CHRISTVS (filius) nõ tantùm Dauidis & Abrami, quibus es inſigniter repromiſſus, & è quorum Proſapia, Sancti ſpiritus operatione, iuxtà carnem, es mirabiliter editus, Sed & filius ſingulariſſimus (Dei) In quo ſolo ſemper ſibi complacuit.

Filius, inquam Dei, non quidem mortui, ſicut quos finxit non rarò ſibi Gentilitas, Sed (viui) hoc eſt, immortalis, & regis omnium ſæculorum. Cui ſoli, eſt proprium viuere, queadmodũ & illi ſoli eſt proprium, eſſe (Nam & viuere viuentibus eſt eſſe) Propter quod illæ voces, Viuo Ego, Viuit Dñs, Ego ſum qui ſum, Et qui eſt, ille me miſit. Ergò filius Dei, cui naturaliſſimum eſt

Deo eſt proprium viuere ſicut & eſſe & generare.

eſt gignere Deum, Q̃m naturaliſſimum eſt omni viuenti, tale quale Ipſum eſt generare, Et Deo E maximè, qui reliquis generare concedit. Nunquid Ego; qui alijs dono vt pariant, ſterilis ero? Ergò filius Dei, ab eo naturaliter genitus, & per hoc, Deus viuus de Deo viuo vnicè natus.

Ariſto. 2. de anima. Eſa. 66.

Eſſe filiũ Dei viui, & ſi proprium Chriſto, communicatur tamẽ & eius membris.

Et licet eſſe filium Dei viui, Tibi ſoli, ex natura conueniat, quoniam ſicut viuus eſt Deus, ſic & vnus eſt naturalis filius Dei, quia tamen tanto fœdere, tuis cum electis dignatus es copulari, vt illos non ſolum habere velis in fratres & cohæredes, ſed in membra & corpus, mirum non eſt, ſi quando & hæc dignatas illis eſt Oraculo attributa; quemadmodum & aliorum non pauca, quæ & ſine cõtrouerſia, Tibi ſunt vnicè ꝓpria, tua liberalitate, illis ſunt ꝑ gratiã ampliter impartita.

Rom. 8. 1. Cor. 12. Oſeæ. 1. Rom. 9.

Petrus ex petra Chriſto.

Primùm, inquam, ob tàm inſignem confeſſionem, Non ſolum, Beatum, hoc eſt, æternæ & diuinæ vitæ participem (cum nec aliud vita æterna ſit, quàm noſſe Deum verum, & quem genuit ac miſit filium IESVM CHRISTVM) eſſe prænunciauit, ſed & verè Petri nomen & vim, iuxtà pollicitationem, Tu vocaberis Cephas, promeritum fuiſſe, dilucidum fecit.

Beatus es. Ioan. 17. Ioan. 1.

Et ſubdens (Et ego) qui meæ poteſtatis verbo, ſingula non tàm moderor quàm adimpleo (dico) & dicendo exequutioni trado (tibi) non vobis Apoſtolis alijs, quoniam non quidem vos, ſed ille, fidei vos ardore præueniens, egregiè me eſſe CHRISTVM, Dei naturalem filium, eſt confeſſus, & ità confitendo, meritò, promiſſa Petræ dignitate, ſingulariter eſt donatus (Quòd tu es Petrus) Quandòquidem non ſolum, mutuato à me Petra, nomine, ſed & mei Petræ ſimitudine, ſoliditate, robore, conſiſtentia, tibi à me dicendo, inſigniter impartitis, te verum Petrum cõſtituo, & ob id quòque, verum te eſſe Petrum declaro, Vt mihi lapidi fundamentali factus tàm proximus, nemini ambigendum ſit, quòd mecum, vti fundamentum Eccleſiam valeas ſuſtinere, & mirum videri non poſſit, cum (hanc ſuprà Petram) quam, in fundamentum te Petrum faciendo, conſtitui, (ædificabo) & tu ædificium ſuſtinebis, (Eccleſiam meam.) F

Hebr. 1.

Confeſſio eius meruit ꝓmiſſam dignitatem petrę.

Nàm licet non minus ſis plantaturus quàm Paulus, nec minus rigaturus quàm Apollo, Licet non minus ſuper me Petram, qui illa ſum baſis ac vndiq; ſolidum fundamentum, quod vnicè poſitum eſt, ædificaturus ſis, Aurum, Argentum, Lapides precioſos, quàm reliqui Apoſtoli, Euangeliſtæ, Prophetæ, tùm in gloriam, tùm in tabernaculum Dei; Ædificatio tamen, non ſurget ex opera tua, ſed ex virtute mea, non in robore proprio, ſed in Spiritu ſancto.

1. Co. 3. 1. Cor. 3.

Quoniam & ſi, te operante, & hoc pacto ſuperædificante, accedẽt me lapidem viuum, ab hominibus reprobatum, à Deo verò in præcipuum fundamentum electum, & honorificatum, non pauci lapides viui, & ſelecti, & honorificati, coædificandi in domum ſpiritualem, & templum auguſtiſſimum Dei; ad illos tamen, iurè optimo dicitur, Non hominis ædificatio eſtis, ſed Dei, nec G ab homine incrementum acceſſit, ſed à Deo, qui in omnibus incrementum facit, eoq; non ædificante, in vanum homines ædificare contendunt, quemadmodum & Propheta docet.

1. Petr. 2. 1. Cor. 3. pſal. 126.

Eccleſię ędificatio non eſt opus hominis, ſed Dei.

Et ſic ædificabo, vt non ſolum tentationum venti, aut perſecutionum flumina, illam nõ poſſint deiicere, ſed nec inferorum portæ, aliquid illam aduerſus, præualere. Hęc, inquam, ſubdens, ad præcipuam, pontificatus pollicitationem, quam proximè ſubiicit, attentiorem reddidit.

Et portę inferi.

Ergò & poſtremò pontificatum ſpopondit ac tribus partibus explicauit. (Et Tibi, inquit, Nõ charitati, aut dilectioni, quæ eſt in te. Quoniam et ſi illam exacturus ſum, Diligis me, Diligis me plus his? (vt quidem tàm eximium tamq; heroicum opus, quale eſt ritè Vniuerſalem Eccleſiam regere, & cum neceſſe fuerit, vt bonus Paſtor pro ouibus animam ponere, tua fruge exequaris, & ad illud præſtandum vrgentioribus ſtimulis ſoliciteris.) Non tamen illi, ſed Tibi (nàm pronomen eſt perſonale) Pontificatum ſpondeo.

Ioã. 20. Ioan. 10.

Vndè ſi quandò contingeret Paſtorem dono dilectionis deſtitui, nolo vt mox ſit Pontificatu priuatus, vel Eccleſia ab illius moderatione ſoluta: Cum & ſuper cathedram Moyſi ſederint Scribæ, ſederint & Phariſæi, Et tamen (etſi non erant imitandi) erant audiendi, & quicquid ſuper cathedram ordinabant, humiliter erat excipiendum, & pro virili exequutioni mandandum. H

Matt. 23.

Et licet ita ſit, licet non charitati, ſed perſonæ iſtud honoris promitto, quemadmodũ nec charitati, ſed perſonæ (ſuo tempore) exhibebo; illud tamen non promitto, illud non exhibebo cuiuis perſonæ, ſed Petro, hoc eſt, tibi in fide ſolido & conſtanti, Vt non quidem temerè, ante Pontificatus pollicitationem, te fecerim Petrum.

Ioã. 10.

Et licet aliquandò timore mortis, in fidei confeſſione deficies, nunquàm tamen in fide nutabis, quandòquidem rogabo pro te, ne illa te deſerat, immò tàm validum & robuſtum efficiat, vt & fratres (coapoſtolos ſcilicet) qui non ſecus ac columnæ, in Eccleſiæ templo ſunt poſiti, aliquandò confirmes.

Matth. 26. Luc. 22. Pſal. 74.

Et quanquàm fidei conſiſtentia ad fundandum Eccleſiam ſit maximè neceſſaria, quoniã non

niſi

Matt. 16. A niſi hanc ſuper petram ædificabo Eccleſiam meam, Non minus tamen, tùm ad ſuſcipiendum Pō
tificatum, tùm ad illum retinendum ac conſeruandum, ſemper eſt requiſita.
Quandòquidem, ſi Pontifex in fide, eòuſque deficeret, quòd vel deploratè hæreticus, vel in-
fidelis meritò enunciari poſſet, Nemini dubium eſſe debet, illum vel Pontificatum non aſſecu-
tum, vel apud Deum Pontificatu priuatum, Tametſi vti Pontifex in Eccleſia perſeueret, vſque-
Titum. 3. quò per Eccleſiam legitimè ſit admonitus, & bis ſaltem admonitione contempta, ab eadem, vti
infidelis vel hæreticus ꝓnunciatus, nemini amplius ceu Paſtor recipiēdus, ſed ab oībus euitādus.
Ergò tibi Petro, non tibi Ioanni, non tibi Iacòbo, non vobis Apoſtolis alijs: quoniā & ſi om-
nes eritis (ſaltèm poſtquam induemini virtute ex alto) in fide conſtantes, & ſi omnes delegata vo
Anac. 4. di. bis poteſtate, non minori quàm Petrus, honore, & facultate inſignes, vt Monarchicus tamen ſit
21. in nouo Eccleſiæ Principatus, ſoli Petro Pontificatus eſt creditus, & illi Pontificalis Cathedra duntaxat,
Cypr. 24. q. iure ordinario tradita.

Soli Petro pōtificat⁹ credit⁹ eſt. & ſucceſſoribus eius.

3. hoc ceteri. Ieron. 2. Soli (inquam) Petro, & in Petro omnibus ſucceſſoribus ſuis, Qm̄ ſi Diuina Prouidentia factū
q. 7. Paul⁹. eſt, vt dati ſint, Paſtores & Doctores Eccleſiæ, vſq; in cōſummationē ſæculi, qui ſucceſſione qua-
Epheſ 4. dam, diuerſis in illa præficiantur membris, quantò magis eàdem prouidentia factum eſt, vt non
B diſſimili ſucceſſione, eidem vſq; in finem, Summi pręficiantur Pontifices?
Vna eſt columba mea. Siquidem cum Eccleſia vniuerſalis ſit vna, Cui Ego à Patre datus ſum caput, quemadmodum
in initio, diſceſſurus præſentia corporali, Vicarium te Petrum ſubſtituam, vt viſibilis Eccleſia, vi
ſibili (vt par eſt) Paſtore regatur, Ità & vſq; in diem extremum, ſemper de tuo ſucceſſore diſpo-
nam. Vt vno Summo exiſtente Paſtore, & ſingula dirigantur ſuauius, ritu diſponantur commo
dius, & in fide ac dilectione conſeruentur conſtantius.

Monarchic⁹ principatus I multis cōfert Eccleſię.

Præterid quòd ſi (authore Sathana) aliquod ſuboriatur ſchiſma, Vicarij mei præſentia, ſolici-
tudine, authoritate, penès quem, non ſecus ac penès te Petrum, ſemper ſupremam relinquam,
authoritatem, poterit tum ſedari facilius, tum compeſci, ſiqui fuerint contumaces, efficacius.
Igitur tibi Petro, tuiſque ſucceſſoribus (dabo) hoc eſt, tibi, illiſque, gratis impendam, vt mu-
Matt 10. nus quod gratis acceperitis, gratis pariter exequamini. Non quòd defraudādus operarius ſit, ſua
2. Cor. 9. mercede, aut militaturus aliquis ſtipendio proprio: Non quòd non ſit, diuina lege decretum, vt
qui altario ſeruit, de altario viuat, Et qui vineam plantat, iuſtum eſt, de vinea edat, & qui gregē
2. Thim. 5. nutrit, de gregis lacte, ſe paſcat, immò & qui benè præſunt presbyteri, non ſolū neceſſariis non
ſunt deſtituendi, ſed duplici honore, dignādi. Sed nemo ſibi faſtigium huius dignitatis aſſumat,
Matth. 10. C nemo illud ad ſtipendiū trahat, ſed ad ſalutē oīum, quod gratis accepit, gratis impendat. (claues).
Non clauem, vt non partem, ſed plenitudinem tibi promittam (Regni cœlorum.)
Si Regnum cœlorum, hoc eſt, ſolito ſcripturæ Shemate, Regnum cœleſte, pro Eccleſia huius
peregrinationis accipitur (ſicut & maximè accipiendum eſt) quæ Regnum eſt appellata, tum ad
denotandum illius excellentiam, gloriam, amplitudinem, quippè quę extendit ſeſe, à mare, vſq;
pſal. 79. ad mare, & à flumine vſq; ad terminos Orbis terrarum, tum ad exprimendum vnius in ea regimē
& moderationem, quandòquidem ſub vno tantùm capite CHRISTO collecta, & ab vno illius
Vicario in terris eſt cuſtodita, promota & gubernata, Et cœleſte, Non ſolùm eam ob rationem
quia in cœlis maximè erit illuſtris, fœlix, & cornucopijs bonorum omnium diues, ſed & ob eam
ꝙ non terreno ingenio, conſilio, fauore, arte, violentia eſt ſuborta, quemadmodum Ethnicorū
quàm plurimæ Monarchiæ, ſed cœleſti Próuidentia, Ordinatione, Decreto, Electione, eſt ini-
Ioan. 18. tiata, aucta ſtabilita. Propter quod & Dominus, Regnum (inquit) meum (quod indubiè Eccle-
ſia eſt) hinc, deque hoc mundo (planè, ꝑfectum, aut illius robore, & auctoritate fundatū) nō eſt.

Eccleſia vniuerſalis cur dicitur Regnum.

Si; inquam, Cœlorum regnum, hunc in modum accipitur, Claues, Plenitudinem expri-
D munt principatus, & moderationis totius Eccleſiæ. Quod quidem Dominus euidenter oſten-
Ioan. 20. dit, dùm poſt reſurrectionem, his verbis, Paſce agnos meos, Rege oues meas, Petrum in Pon
tificem ſummum inunxit.

Promiſſæ claues quid ſignificent.

Nam licet Regnum ſit, Eccleſia CHRISTI, licet veri fideles ſint ciues ſanctorum & domeſti
Ephe. 2. ci Dei, Sicut tamen ſine iniuria, immo magno cum Sacramento, fideles comparati ſunt ouibus,
Ioan. 10. vt facilè reminiſcantur, ſe non ſolùm dum hic viuunt, præſtare debere, vt animalia munda, mi-
Ioan. 10. tia, manſueta, & omnibus benè precantia, ſed & vt victimas Deo ſelectas, & peculiariter conſe-
Matth. 13. cratas. Et ſicut Eccleſia non minori myſterio aſſimilatur ouili, vt commodius perpendant, qui in
Roma. 8. ea ſunt, vno eodemq; euangelij rete ſe eſſe coactos, vna eàdemque lege ſpiritus vitæ, detentos, &
Oſeę. 11. vnius einſdemque Diuinæ charitatis funiculis alligatos, & idcircò omni ſtudio debere ſeſe, in
Eph. 4. vno corpore, & in vno ſpiritu, non ſolū ſub vno Deo & Patre, ſub vno CRHISTO & Domino,

Eccleſia cur aſſimiletur ouili.

Sed

Sed & ſub vno Paſtore, CHRISTI Vicario, in omni obedientia, humilitate, & ſanctitate ſeruare, & ſic vſque ad mortem, chriſtianam vitam tranſigere, Ità & ſine omni iniuria, aut Pontificalis muneris extenuatione, Summus Eccleſiæ Præſes, qui & verè eſt Princeps (Nàm ſi Apoſtoli dicti ſunt Principes, quantò magis Princeps Apoſtolorum Petrus?) immo multiplici cum Sacramento, Authore CHRISTO, Paſtoris nomen accepit. E

Pſal. 44. Ioan. 10.

Cur ſumm' pontifex paſtor eſt appellatus.

Et præter id quòd paſtor (vel ſi ethnicis creditur) epitheton eſt, veriſſimi principis, qui ſcilicet ſine tyrannide, Regnum ſibi creditum moderatur, præter id, quòd & CHRISTVS Dominus, qui Rex eſt Regum, & Dominus Dominantium, ſuarum ouium, ſe paſtorem appellat, & nō rarò, per Oracula ſe paſtorem pronunciat, Ideò paſtor eſt appellatus, vt fideles agnoſcant, ſe ad illum ſemper debere reſpicere, vocē eius auſcultare, dicto citius obedire, illi ſe in omnibus credere, & non niſi eo duce, Chriſtianæ doctrinæ pabulum tutò decerpere.

Homerus. Apoc. 19. Ioan. 10.

Et quàmuis Petre, tropo Clauium, cœleſtis Regni Summa poteſtas, Summus principatus & regimen, ſit expreſſum, quandoquidem & regni claues, cum alicui apud homines conferuntur, in ſignum maximæ ſuper regnum poteſtatis exhibentur, Nihilominus & illud non minus, eodē tropo inſinuare curaui, vt clauibus Eccleſiæ met receptis, plenitudinem etiam curæ, cuſtodiæ, miniſterij, diſpēſationis, & aliarum (id genus) ſolicitudinum, te ſuſcepiſſe cognoſceres, quæ illorum, qui in hoc dignitatis faſtigium ſunt, euecti, comites eſſe debent; Præſertim quia tibi, tuiſq; ſucceſſoribus traditæ ſunt, non in deſtructionem, ſed in ſanctorum conſummationem, & ædificationem mei corporis myſtici, donec euadatis omnes in virum perfectum. F

Epheſ. 4.

Summi Pontificis eſt diſponere de tota Eccleſia & de temporalibus.

Adde. Quòd ſicut Ego à patre datus ſum caput Eccleſiæ ſuper omnia, quæ Eccleſiæ ſunt, Ità & tibi Vicario meo, Claues Eccleſiæ datæ ſunt, ſuper omnia quæ illius ſunt. Ergò ad diſponendum non ſolùm de paſtoribus & Doctoribus, non ſolùm de Prophetis & Euangeliſtis, qui in finem vſque, eius in frugem diſpenſandi ſunt, ſed & de temporalibus rebus, immo & de toto mūdo, quoniam omnia eius ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Mundus. Ergò non ſolùm in Eccleſiæ commodum, cedere debent verbi miniſtri, ſed & Domini temporales. Ergò & ſi præcipuum onus clauium, ſalus eſt animarum, quia tamen (inſtigante Sathana) non rarò ex mala mundi diſpoſitione, & adminiſtratione, turbatur, tuum erit, opportuno tempore, eo pacto turbationibus obuiare, vt Eccleſiæ ſaluti, nō officiāt, ſed ꝓficiant, qđ maximę curę, maximęq; vigilāNę opus eſt.

Ephe. 1. Ephe. 4. 1. Cor. 3

Et licet in Eccleſia præſentis peregrinationis, non modò inueniantur Oues & Agni, ſed etiā hędi, quemadmodum in Sagena Piſces boni & mali, & ob id & illi ſint, tuo ſub pontificatu comprehenſi, Quia tamen non propter hędos pontificatus eſt ordinatus, tametſi ex illo, hędis cōmoda multa proueniunt, Sicut & Ego mundo datus nō ſum, propter reprobos, tametſi mea ex morte, lucrum non mediocre percipiunt, Ideò & illos, in Clauium quidem pollicitatione includo, tametſi in exhibitione, illorum mentionem non habeo. Nec illos quoque, in præſenti vita, facile tibi eſſet deprehendere, Et tuum eſt omnes in viſceribus charitatis complecti, & non ſecus ac ouibus & agnis, paternam paſtoralemq; curam ſingulis miniſtrare. G

Mat. 13.

Verùm ſi Regnum cœlorum, futuræ fœlicitatis Eccleſiam interpretemur, & huius quidem Petro, & his qui Petro ritè ſuccedunt promiſſæ & conceſſæ ſunt Claues: Quia promiſſa & conceſſa eſt, plena ad illam introducendi facultas, cum & promiſſa & tradita illis ſint omnia inſtrumenta, quibus cœleſtis ianua reſeratur, & homines ad beatitudinem perducuntur.

Et de Verbo quidem Dei, quo (ſine controuerſia) vti efficaciſſima claui, non ſolum Sacramēta ſperatæ fœlicitatis manifeſtantur, ſed mens non mediocriter, ad illa ſuccenditur, & de euangelio maximè, quod inſigniter virtus eſt Dei in ſalutem, conſtat quàm perſpicuè, ꝙ non ſolū eſt peculiariter creditum Petro, ſed illius tandem interpretationi, immo & approbationi dimiſſum.

Roma. 1.

Euangelium nō eget Petri approbatione propter ſe, ſed propter nos.

Non ꝙ euangelium propter ſe, Petri approbationem requirat, (quandoquidem Verbum exiſtens veritatis, à ſumma veritate inſtitutum, per Prophetas veritatis prēnunciatum, & per CHRISTVM, qui eſt veritas adimpletū, adeò in ſeſe conſtantiſſimū eſt, vt nihil liceat cogitare conſtantius) ſed propter nos, qui velut paruuli fluctuantes, facilè circumferimur quouis vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia, ad circumuentionem erroris. H

Rom. 1. Ioan. 17. Eph. 4.

Præſertim cum & Sathanas, propria iniquitate, non modò redditus mendax, ſed pater mendacij, non rarò transfiguret ſe in Angelum lucis, & verbum eximiæ falſitatis, ſub euangelica veritate, frequenter obtendat, ſcripturas corrumpat, & ementito Euangeliſtæ titulo, commenta pſeudo Apoſtolorum ſupponat.

Ioan. 8. 2. Cor. 11.

Ergò ad munus pertinet ſummi Pontificis, cui peculiariſſimum eſt oues CHRISTI ſalubriter paſcere, & rectà hac in peregrinatione dirigere, vt ꝓprio ex officio, lucē ſecernat à tenebris,

aurum

Ierem. 15. Mala. 2.

A aurum purget à luto, & ſeparet precioſum à vili, vt vei è os Domini ſit, quemadmodum Oraculum docet, Et cum Summus ſit ſacerdos, vt ſumma optimaq;, illius ab ore, legis pendeat interpretatio, quandoquidem labia Sacerdotis debent cuſtodire ſcientiam, & lex Domini, eius ex ore habeat perſpicuè proficiſci.

Suprema legis interpretio penes ſũmum Pont.

Ioan. 16.

Siquidem cum aſſiſtentia Spiritus ſancti, quo vicarius CHRISTI (Qui & non minus quàm Petrus, CHRISTI loco ſuper totam Eccleſiam conſtituitur) & præſertim cum ſuo munere fungitur, deſtitui nullatenus poſſit, qui Spiritus eſt veritatis, nunquàm non docens, nunquàm non ſuggerens fidei veritatem, non ſolùm habet ſuo calculo, Euangelium CHRISTI ſubſcribere, quemadmodum & Petrus Euangelium Marci ſubſcripſit, ſed (vt dicebatur) maximè, immo vnicè illum attinet, veram eius & indubiam interpretationem afferre.

Ioan. 11.

Si enim neceſſe eſt fateamur, Summum Pontificem, afflatu Spiritus ſancti, cum opus eſſet, & Eccleſiæ ſacroſanctæ conduceret, dono non deſtitui ſingulariſſimæ prophetiæ (Cum quia Pontifex erat, etiam prophetauerit Cayphas) non minori, immo maiori neceſſitate, concedere cogimur, illum non deſtitui dono ſingulariſſimæ interpretationis, cum & vtrunq; donũ ſit gratis datum, & vtrunq; ad Eccleſiæ vtilitatem conceſſum, Et maximè ſacrorum eloquiorum interpreta-

B tio, cum ex illa fides noſtra depẽdeat, ſine qua, nec aliquis iuſtificatur, nec æternam ſalutem adipiſcitur. Propter quod & Petrus, cum poſt receptionem Spiritus ſancti, ſuo cœpit munere fungi, mox exorſus eſt ſcripturas interpretari, ſicut in Actis animaduertere licet.

3. Re. 10. Cap. 2. Ioan. 20.

Immò cum ſummus Pontifex, teneatur nedum paſcere agnos, ſed oues, nec modò debitor ſit infirmis, ſed robuſtis, vt ſuo perfungatur officio, ſatis non eſt, ſi paruulis ſubminiſtret lac potũ, Sed exigitur vt & prouectis diſtribuat ſolidum cibum. Ergo neceſſe eſt vt loquatur Sapientiam inter perfectos, Et Sapientiam non huius mundi, ſed quæ recondita eſt in myſterio, quàm & Deus prædefiniuit antè ſæcula, in gloriam noſtram. Ergò neceſsè eſt vt penès illum (cum opus eſt) inueniatur Sapientiæ donum, & per hoc, vt penès illum ſumma ſit intelligentia Sacroſanctæ ſcripturæ, eximius earũ ſenſus, & ſuprema illarũ interpretatio. Propter quod & meritò maiores & difficiliores Eccleſię q̃ones, ſem p deferũtur ad eum, ſicut ſcriptũ eſt in ſacroſanctis Decretis.

1. Cor. 3. 1. Cor. 2. Diſt. 2.

Matt. 7. Col. 2.

Tenetur & oues reddere tutas à lupis; hoc eſt, hæreticis & falſis prophetis, qui veniunt in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Ergo tenetur proſpicere nequà decipiantur, non ſolum per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, ſed & per illorum fraudulentias, qui volunt in humilitate, & religione

C Angelorum, quæ non viderunt, ambulantes fruſtrà, inflati ſenſu carnis ſuæ, & non tenentes caput, ex quo totum corpus, per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.

Ergo ad Summi Paſtoris officium pertinet, iſta non modò noſſe, non modò, ea contra, ſolidas ſcripturas, & indubias interpretationes obiicere, ſed plena & libera voce, cum Paulo exclamare. Si nos (Nam & ſententia ſummi Pontificis de fide, ligat etiam eum, & qui poſt illum ſucceſſuri ſunt, Eo quòd lata non eſt, in perſona Iulij, aut in perſona Clementis, ſed in perſona CHRISTI, & in virtute Spiritus ſancti) aut Angelus de cœlo, aliter euangelizet vobis, præter quàm accepiſtis à nobis (Quod tamen eſt impoſſibile, cum Nuncij ſint veritatis, & mentiri non poſſint) Anathema ſit.

Gal. 1.

Sũmus Pont. in determinatiõibus fidei, ligat ſe & ſucceſſores.

De Sacramentis verò, quibus non ſecus ac Diuinæ gratiæ inſtrumentis, ad Cœleſtem patriam introducimur, liquet & illa adeo inſigniter commiſſa Petro, vt non ſolum ſingula, quibuſuis pleniſſima poteſtate diſpenſet, ſed & Solus de ſingulis, iuxta temporum opportunitatem, quemadmodum ſint diſpenſanda, diſponat. Vnde meritò, & optimo iure, cantum eſt, nemini fas eſſe, ſe-

D cus de ſeptem ſacramẽtis ſentire, quàm Petri cathedra ſentiat, Quę planè omnium Eccleſiarum magiſtra, non modò nunquam, in his quę ſunt fidei lapſa eſt, ſed columna immobilis veritatis, & regula catholicæ ac ſacroſanctæ doctrinæ, & ſemper, & in omnibus habita eſt.

De hæreti. ad abolendum. 1. Thim. 3.

Accedit quòd ſoli Petro ſubeſt facultas, non ſolum reſipiſcentibus, quæuis peccata remittere, ſed & ab omnibus peccatorum pœnis abſoluere. Quandoquidem penès illum tantum, indulgentiarum Theſaurus exuberantiſſimus eſt, Vt quibuſuis (iuſta pro ratione) quantum opus fuerit, affluenter (Diuina authoritate) diſpenſet. Nec modò dum hic degunt, ſed & poſtquàm detinentur in purgatorio. Tametſi in præſenti, per modum rati Iudicij, Et in Purgatorio per modum gratioſi ſuffragij.

De pœni. & & rem. Vnigenitus. in clemen.

Q̃uo indulgẽtiæ conferũt viuis, & q̃uo mortuis.

(Et) ſecunda pars eſt Pontificatus (Quodcũq;) Qui omne dicit, nihil excludit. (Ligaueris) hoc eſt, lege ſtatueris ac definieris. Nam etſi non deſunt, qui legem à deligendo trahunt, conſtantius

Cicero.

EEE tamen

tamen eſt,vt à ligando trahatur. Vnde& qui ſub lege ſunt,dicuntur ligati, Et qui ſine lege ſunt, E
dicuntur ſoluti. Nam quæ ſub lege eſt mulier, viuente viro,alligata eſt legi,Si autem mortuus Rom.7.
fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege,& poteſt alij viro copulari. (Super terram) Si Apoſtoli Principes Pſal.44.
ſunt conſtituti ſuper omnem terram,ita vt poſſenr vbiq; ſuum Principatum oſtendere, quanto
magis Princeps Apoſtolorum Petrus? Ergo non ſolum Romæ,aut in Suburbijs, Leges pontifi-
cis ligant,ſed terrarum vbiq;. Et ita ligant,vt nulla remaneat appellatio: Quandoquidem quod
lege Petri ligatur,& in cœlis ligatur,vt immediatè ſubiungit. Ligatum erit & in cœlis.

Quibus euidenter oſtenditur,ꝙ & ſi Eccleſia CHRISTI nō eſt ſine lege naturæ,de qua Pro-
pheta in Pſalmo,Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine,Etſi non eſt ſine lege Spiritus Pſal.4.
vitæ,de qua ſcribit Apoſtolus,ꝙ eſt ſcripta in cordibus noſtris,non attramento, ſed ſpiritu Dei 2.Cor.3.
viui,Nihilominus opus habet legibus alijs,quibus iuxta temporum opportunitates, poſſit & ho
neſtè,& tranquillè hanc vitam ducere: Quas condendi ſumma Poteſtas,his verbis,eſt Petro pro-
miſſa,& poſt reſurrectionem,cum factus eſt Pontifex,tradita.

Summa poteſtas condēdi leges, penes ſummū Pontificem.

Quod autē ſubditur (Et quodcunq; ſolueris ſuper terram) Tertiam partem Pontificatus atti-
nens,Docet quòd ſi quando iam aliquam legem,noua occaſione ſuppullulante, expedit anti-
quare,vel etiam abolere,tam etſi ad Eccleſię frugem,fuerit ſuo tempore poſita,tam etſi Diuino F
tribunali ratificata,penes Pōtificem erit,quod illa ligabat abſoluere,& ſic legem antiquare, aut
penitus ſubmouere. Qm̄ ex promiſſione CHRISTI, Quodcunq; ſuper terram ſolueris,& in cę-
lo ſoluetur. Soluit etiam Petrus ſine antiquatione,aut reuocatione,cum exiſtente cauſa,ſuper le
ge diſpenſat. Quod non ſolum facere poteſt,ſed ſæpe facere debet. Ergo cum ritè quis à lege exi
mitur,non ſolum tribunali Petri,ſed & tribunali Dei,à Vinculo legis abſoluitur.

Sūmus Pont. poteſt abſoluere a lege & diſpenſare in ea.

Nec propterea refragamur Theologis,qui his ex verbis, Quodcunq; ligaueris, Et quodcūq;
ſolueris,Petro promiſſam eam autumant iuriſditionem, quā exercet in Eccleſiaſtico foro; nec
aliam ob rationem,actibus ligandi & ſoluendi expreſſam,niſi quia (communi lege) præcipien-
do,excommunicando,interdicendo,& alijs,id genus,vinculis innodando,ac ab eiſdem,cū opus
fuerit,liberos reddendo,adminiſtrari eſt ſolita.

Non inquàm,refragamur,ſed non mediocriter illis fauemus,cum (ſine controuerſia) ad illum
maximè ſpectet ius dicere,ad quem,propria ex authoritate,ſpectat ius condere,aut de iure diſpo
nere ac deliberare. Et conſtat quòd leges Pontificiæ, non rarò, immo frequenter, & præceptis,
& excommunicationibus,& aliis conſimilibus vinculis, homines vrgent, & tranſgreſſores (vt
par eſt) alligant,& illaqueant. G

Verùm noſtra (ſi non fallor) interpretatio,eo poſſet eſſe acceptior,quo nō ſolum videtur pla-
nior,non ſolum verbis euangelicis congruentior,ſed & quia legales actus,ſuæ dimittit amplitu-
dini,nec cogit ad Eccleſiaſticum forum,Et obſcurum non eſt,ſummum Pontificem,conſultò le
ges etiam edere, à quibus in foro pęnitentiæ,fas non eſt reſilire.

Et quāquàm ea verba,& reliquis dicantur Apoſtolis,qn̄quidē omnibus dictum eſt, Quæcūq; Matth.18.
ligaueritis,Et quæcunq; ſolueritis ſuper terram,ligata,& ſoluta,erunt in cœlo, rem tn̄ perſpica-
citer expendenti,haud dubium eſt,ꝙ longè excellentius,dicta ſunt Petro.

Lōgè excellētius dictū eſt Petro, Quodcunq; ligaueris &c.

Et præter id,ꝙ Petro ſunt dicta,non ſemel (Siquidem illi primùm dicta ſunt ſoli, Deinde ei-
dem ſunt repetita cum dicta ſunt aliis,cum & Petrus tunc ſeorſum non eſſet ab eis) conſtat cum
primùm dicta ſunt Petro,quòd illi dicta ſunt, vt connexa Pontificatui, cum fuerint coniuncta
promiſſionibus (Super hanc petram,ædificabo Eccleſiam meam,& tibi dabo claues, Regni cœ-
lorum,quę eſſentiam continēt Pontificatus) vt ꝑſpicuè quidem omnes poſſent agnoſcere,Petro
eo pacto,ligandi,ſoluendiq; facultatē eſſe promiſſam,quo ad officium ꝑtinet ſui muneris. Et ob
id,eo pacto promiſſam,quo nulli promiſſa eſt ex Apoſtolis: qn̄quidem,vt oſtēſum eſt, ſoli Petro, H
eſt Pontificatus promiſſus,quemadmodum & illi ſoli,eſt ſuo tempore creditus.

Ergo ſicut Pontificatus Petri,tantæ eſt præſtantiæ,vt non ſecus,ac fundamētum inſigne,ſtru-
cturam ſuſtineat,vniuerſalis Eccleſiæ,& claues ab eo acceptæ, tantæ ſint amplitudinis, vt claues
ſint regni cœlorum (quod indubiè,Eccleſiam vniuerſam ſignificat) ita, & quidē quàm conſona
ratione,ligandi ſoluendiq; poteſtas, fundamento tàm ſolido, tamq; excellēti clauigero copula-
ta,indubiè ad totam ſe extēdit Eccleſiam, poteſtq; ea Petrus (nec obſcurè) fideles omnes, cuiuſ-
cunq; fuerint gradus,& dignitatis, nec non quocunq; reſederint loco, ſuis ſanctionibus alliga-
re,& cum opportunum iudicauerit ſoluere.

Ergo Petrus, ſibi credita poteſtate, tum ligare, tum ſoluere, etiam valebat Apoſtolos,quip
pè (qui licet eximia membra eſſent Eccleſiæ) erant tamē intrà Eccleſiā, & ſub Petri, vnico illius

Pontifice

A Pontifice conſtituti,& non ſecus ac oues,illius curæ commiſsi. Ergò ſicut illos habuit cõfirmare, Luc.22. cum eſſent infirmi,ita & illis valebat præcipere,ſi fuiſſet opus.

At Apoſtolis aliis,ea verba dicta ſunt ſemel,&(vt pmiſſum eſt)non ſeorſum à Petro.Rurſum, illis non ſunt dicta,vt Pontificibus,& maximè Eccleſię vniuerſalis,ſed vt Apoſtolis euangelicę functionis.Propter quod,non ſunt repetita Petro,ad repetendam,confirmandamùe vim Pontificatus,ſed ad exprimendum in Petro,integritatem muneris Apoſtolici(quo quidem omnes,pariter ſunt donati,)quandò duodecim è multis fuere ſelecti,& apoſtolico nomine inſigniti. Luc.6.

Et licet placuerit CHRISTO munus apoſtolicum(& in ordine quidem ad vniuerſalem Eccleſiam)multis illuſtrare nominibus,quemadmodum & per Apoſtolos,in illius frugem, multa ſtatuit,illuſtria operari(Si quidem dati ſunt Principes ſuper omnem terram,vt vndique principes, Pſal.44. propellerent tenebrarum, eorumq́; ſimulachra deiicerent. Facti ſunt arietes gregis Dominici, vt eorum opera fœcundarentur oues ſemine verbi Dei,& rore Spiritus Sancti. Miſsi ſunt Piſcatores,vt in magno ac ſpatioſo mari, huius inconſtantiſsimi ſæculi, in quo reptilia, quorum non eſt numerus,ſagena euangelicæ prædicationis,piſcarentur omnis generis homines. Poſiti ſunt Epiſcopi,vt quidem Eccleſiæ ſacroſanctæ proſpicerent, & ſalutem omnium procurarent. Eſa.1. Matt 4. Hiere.16. Mat.13. Acto.20.

B Nec modò Epiſcopi,ſed & Metropolitani,Primates,& Patriarchæ,vt poſſent,& prouincialibus Eccleſiis(quas ſibi, inſtinctu Spiritus ſancti, aut coapoſtolorum conſilio,vel Petri diſpenſatione,copulaſſent,ac non ſecus,ac ſponſas,matrimonij ſpiritualis vinculo,coniunxiſſent)veluti legitimi ſponſi,Paſtores, & iudices ordinarij,ſuperintendere,quemadmodum,de Iacòbo factum eſt,in Iudęa, & de Ioanne in Aſia.) Non placuit tamen, id honoris illis aſcribere,vt veluti Paſtores,ac Pontifices ordinarij,toti præeſſent Eccleſiæ,aut ſicut ſpeciales ſponſi, illius fruerētur amplexibus,Sed ſatis duxit,ſi ſuper illam intenderent,vt amici ſponſi,& vicarij ſummi Paſtoris, & Pontificis Petri.

Ergò particularibus in eccleſiis,quarum Apoſtoli erãt abſolutè Paſtores, quæ Epiſcoporum muneris ſunt,vt ex proprio,ordinarioq́; fungebantur officio;quæ verò eiuſmet muneris,in Eccleſia operabantur vniuerſali, non operabantur, niſi ex legatione Petri. Et licet plenè non conſtet,quo pacto,inſtituti ſint Petri Vicarij,& aliquibus placeat,iſtud dignitatis,proximè aſſecutos, à CHRISTO, cui placuit præuenire commiſsionem Petri,Idque factum eſſe,cum dixit, Sicut miſit me Pater,& Ego mitto vos; & euntes in mundum vniuerſum, euangelizate omnibus Ioan.20. creaturis,Aliis verò magis ſit conſonum, vt à CHRISTO quidem pręmiſsis verbis, ſint in Petri

C Vicarios deſignati,ſed à Petro,poſtmodum Vicarij inſtituti,& eo quidem tempore, quo ex ſententia Patrum,conuenerunt omnes, ad conſtitutionem ſymboli, & diſtribuendum legationes ſuas per varias regiones mundi,Quod & mihi,eò magis eſt perſuaſum, quò magis,videtur diuina Prouidentia dignum, quæ ſicut ſolet, de omnibus cum ſuauitate diſponere,ita & ordinaria, Sap.7. communique lege,ſingula diſpenſare,quia tamen cõſtantiſsimum eſt, ſolum Petrum,totius Eccleſiæ inſtitutum eſſe Paſtorem,& nefas eſt,vnius Eccleſiæ plures eſſe Epiſcopos, quemadmodùm & vni corpori,natura non patitur plura capita, nec ius plures viros ſuſtinet vnius coniugis;non minus conſtantiſsimum eſſe debet, quòd ſi Apoſtoli quodam pacto,Eccleſiæ vniuerſali pręerant,quòd(communi quidem iure)non niſi,vt Vicarij ipſius Petri præerant,quouis modo illud honoris acceperint.

Ex his igitur liquet,quo pacto Apoſtoli valuerunt Eccleſiæ vniuerſali præeſſe, quo pacto de omnibus Eccleſiis ſolicitari,omnibus prouidere, per leges,præcepta,excommunicationes,cenſuras, ordinationes, & quæuis alia opportuna. Nec difficile eſt videre diſcrimen inter Petrum, & Apoſtolos alios, curque qui ſuccedunt Petro eiuſdem ſunt authoritatis cum Petro & qui ſuc- Quo pacto apſti valuerũt Eccleſię vniuerſali p leges,pſpicere.

D cedunt Apoſtolis, non paris authoritatis ſunt cum Apoſtolis: quandoquidem amplitudo authoritatis Petri,ex officio pendebat Pontificatus, & amplitudo authoritatis in Apoſtolis,ex ſola pendebat legatione.

Rursùm,Non valebant Apoſtoli ius habere in inuicem, cum eſſent in authoritate pares, & in eadem apoſtolatus dignitate,& honore,& minus in eorum Principem Petrum, cum in Apoſtolatu, non eſſet inferior, & in Pontificatu longè præſtantior. Poterant tamen, & charitatis iure debebant, ſi quis illorum deliquiſſet, amicè monere,& vt coapoſtoli, liberè redarguere, ſicut ergà Petrum fecit Apoſtolus. Et quanquàm tantum audet aliquandò vt non modò homines excommunicare velit, ſed angelos, ſi præter id euangelizauerint, quod euangelizatum erat ab eo,id tamen auſus non eſt,niſi poſtq̃ cum Petro,ſuum contulerat euãgelium;ne fortè(vt dicit)cucurriſſet in vacuum. Ergò nõ immeritò fulminat,cum Petro iam collata doctrina, Gal.2. & 1. Paulus,quo iure reſtitit Petro.

quãdòquidem tãtæ facta eſt firmitudinis, vt vltrà nec Petrus, nec Paulus, nec aliquis de cœlo angelus contrauenire poſſet &c. E

Quam ob rẽ. B.P. cum tu ritè ſucceſſeris Petro, indubiè, oẽs tibi pręmiſſæ pollicitationes ſunt factæ. Et cum diuina gratia & fauore, ad hunc dignitatis apicem ſis aſſumptus, Tibi à CHRISTO Dño, iure optimo, ſunt exhibitę. Ergo meritiſsimè & vti legitimum CHRISTI Vicarium, & Maximum Eccleſiæ vniuerſalis Pontificẽ: oẽs ſuſpicimus, colimus, adoramus, meritiſsimè à tuo ore pẽdemus, Tibi obedire geſtimus, Et ſub te Summo Paſtore, ad Pabulũ Chriſtianæ Philoſophię, duci ac reduci ſecurè contendimus. IESVS CHRISTVS, cuius vices agis, te fęlicisſimè ſeruet.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. HERCVLI GONZAGÆ,

S. R. E. Cardinali ampliſsimo, nec non Apoſtolicæ ſedis Legato, in Concilio Tridentino.

Iacòbus Naclantus Epiſcopus Clugienſis, Perpetuam fœlicitatem

ETſi inter plurimas, præclaraſq; animi tui dotes, eximium nunquàm ſatis admiramur ingeniũ, prudentiam, religionem, liberalitatem, regios denìq; mores, & integritatem vitæ, id tamen præ cunctis in dies ſuſpicimus, quòd in aſsiduis grauiſsimiſq; quibus nunquam non detineris, opprimeriſq; negocijs, tam ardenter ſacris verſaris in literis, ac ſi continuo potireris ocio. Teſtes ſunt, non modò egregia librorum ſupellex, quos verſas omni die, ſed & eruditorum frequentia, quos nedum alis, ditaſq;, verùm & coràm, frequenter habere vis: ne vel hora tranſeat, non dicam, ſinè linea, ſed ſinè inſigni fruge; poſtquàm & eo in tempore, quod vel recreãdis ſolet indulgeri corporibus, non deſunt lectiones ſacræ, aut Gymnaſticæ cõferentiæ. O pectus Chriſtiano Principe dignũ, & potiſsimũ ſi ſplẽdore fulgeat eccleſiaſtico. Et quid præſtãtius, in Eccleſiæ Antiſtitibus, quid expetibilius in Illuſtriſsimis Cardinalibus, quorũ ſapiẽtia ac moderatione, vt in conſtantioribus cardinibus, voluendæ, ac reuoluendæ ſunt Eccleſiæ portæ? ſiquidem eorum conſilio, iudicioq;, datis ſibi à Domino clauibus: haud rarò, ſummus & aperit, & claudit Antiſtes, ad ædificandos ſanctos, vt Apoſtolus docet. Quid ergò? Factum eſt, vt pro ſua, quæ ſumma eſt, benignitate, præfatis nonnunquam interfuerim conferentijs, in quibus, & ſi varia pro temporis opportunitate, ſemper tamen ſunt allata grauiſsima, necnon, inſigni, tum eruditione, tum pietate, ſcatentia: inter quæ accidit ſemel, qua neſcio occaſione, de Conſtantienſi, deq; Baſilienſi loqui concilijs, in quibus quàm plura ſunt de Concilij & Papæ tradita poteſtate, & quidem nonnulla, quæ non vulgarem ingerunt quæſtionem. Super quibus, et ſi coram dixi, quæ ſentio: quia tamen res maiorem exigere videbatur diligentiam, iuſsit in gratiam veritatis, Illuſtriſsima D.T. ut quæ perſtrinxeram, compendio literis demandarem, ac in modum cuiuſdam tractatus redigerem. Recuſare nõ valui, quin præſtarẽ; quod mea fert imbecillitas. & meum exigit munus, vt illi obtemperarem, & communi vtilitati conſulerem. Ergo compendiũ offero: et T. Illuſtriſs. D. cenſuræ ſubicio. Quã Deus fœliciſsimã ſeruet.

F 2.Ioan.2. G

DE PAPÆ AC CONCILII POTESTATE.

Compendiaria Tractatio, Narratiòue.

Procedendi methodus.

Procedendi methodus.

VOlens, ſicut & debui, tuis obtemperare votis, iuſsiſq;, Primò, ſtatum aperiam cauſæ: Secundò, vtranq; ſtatuam poteſtatem: Tertiò, ambarum perſtringam collationem, & concludam intentum; Deniq;, & quinq;, qui magis videntur moleſti, eruam ſcrupulos.

Status cauſæ. H

Status cauſæ

Aduertendum, ſermonẽ eſſe, de Papa, tum indubio, tum ritè electo; & de concilio œcumenico, legitimè conuocato, & Papæ, ſuis in legatis, præſentia ſoto: Et de poteſtate legitima, non præſumpta: ordinaria, & non quæ eſſe poſſet, in caſu.

Poteſtas Papæ.

Poteſtas Papæ quæ ſit.

Vt res ſit illuſtris: quinque perſtringam. Quæ, Qualis, Quanta, Quorſum, & à Quo, Ergò ſi Quę ſit, requiritur: palàm ꝙ ſummi, ſupremiq; IESV CHRISTI Vicarij, eiuſq; locum, in terra tenentis. Illud conſtat, non ſolùm ex cap. Vbi periculum, De electione, in vj, ſed ex Martino, v. & definitione Cõcilij Generalis, ſub Eugenio quarto: Iſtud ex verbo ſumitur CHRISTI: Oues meas paſce, iuxtà interpretationem Chryſoſtomi, Eſto mei loco præpoſitus, & fratrum tuorũ caput.

Ergò

A Ergò perperam dogmatizant, qui vicarium cenſent Eccleſiæ. Sicut enim, epiſcopo Eccleſiæ
peculiaris ſuperſtite, capituli ſui non eſt, eius creare vicarium, minusq; creato poteſtatē præſcri
bere; ita & viuente, regnanteq; CHRISTO, noſtrarum Epiſcopo animarum (nam reſurgens ex
mortuis, iam non moritur; Et ipſe, heri: & hodie, & nunc, & in ſęculum) nō eſt in vniuerſalis Ec-
cleſiæ facultate, illius Vicarium conſtituere, aut poteſtatem decernere.

Si qualis: liquet nedum Paſtoralē, ſed & Regiam eſſe. Id quod non ſolum Florentino in Con Qualis ſit poteſtas Papæ.
cilio, vniuerſalis confitetur Eccleſia (Definimus Romanum Pontificem, in beato Petro, paſcen
di, regendi, & gubernādi vniuerſalem Eccleſiam, plenā à Dn̄o poteſtatem habere) ſed & admo-
Iſa. 40. net CHRISTVS, qui Petro conſerens Pontificatum, vtroq; vtitur verbo. Agnos inquit paſce, &
oues meas rege. Et iurè: cum de CHRISTO, cuius locum obtinet, ſcriptum ſit. Et paſtor gregem
paſcet: Et regnabit rex, & ſapiens erit. Ergò, & ſummi erit Pontificis, ſuū in vtroq; munus agno
ſcere: & quæ, tum Ezechiel admonet, trigeſimo quarto, tum Ieremias vigeſimo tertio, pro vi-
ribus adimplere.

Si quanta; haud dubium, ꝙ ſi quæritur amplitudo, ad omnes, & ſuper omnes, eſt protenſa fi- Quanta ſit poteſtas Papæ.
Pſal. 79. deles, & per hoc, & ad quemlibet terrarum angulum: Nam paſsim oues reperiuntur CHRISTI;
B & omnes ſunt traditæ Petro. Et de Eccleſia, ſub vineæ typo ſcriptum eſt: quòd à mare protendi
tur, vſque ad mare, & à flumine, ad extremum terræ. Si eminentia: ſuprema, maximaq; eſt in Ec
cleſia Dei; Quod non modò, in concilio decretum eſt, celebrato Florentiæ: ſed & in concilio ce
lebrato Conſtantiæ. Si vis vel efficacia: tanti decernitur roboris, vt non tantum Eccleſiaſtico,
quod conſtat in terra ſupremum, aſtringat tribunali; ſed & (quod omnium præſtantiſsimum
eſt) ſupercœleſti. Nam quod ligat, vel ſoluit in terris, ligatum eſt, vel ſolutum in cœlis: ſicut &
Dominus atteſtatus eſt.

Ergo, & tropus conſonat clauium: & præſertim regni cœleſtis, quod indubiè ſacroſancta Ec-
cleſia eſt. Qn̄quidem regni claues, cum Principi offeruntur, non niſi in ſignum ſupremæ in illo
poteſtatis, conſignantur: quin & ea ni fallor conſignatione, ipſe vel regno inueſtitur, vel inueſti
tus eſſe decernitur: Præter id; ꝙ Papæ datæ ſunt claues, vt theſauros Eccleſię ſacroſanctæ, tum ſer
uet accuratè, tum impertiat opportunè. Sunt quidem, Theſauri illi crediti, ſapientiæ euangeli- Penes Papā expoſitio euāgelicæ ſapientię.
cę: cum penès illum, ſuprema eorum ſit, tum approbatio, tum ſenſus, & expoſitio: & per hoc le-
gitima eorum diſtributio diſpenſatioq;. Sunt & arcanorum, ac ſacramentorum religionis Ca-
C tholicę: quorum apud illum, nedum pleniſsima eſt impertitio, ſed & abſolutiſsima reſolutio.
Qua de re, nec cuiuis licet, è diuerſo ſentire, quàm ſedes apoſtolica ſentit: Sunt & meritorum, &
ſatisfactionum, tum CHRISTI, tum perinſignium membrorū eius; cum ad eum potiſsimum ſpe-
ctet, ſacras profundere indulgentias, & eos qui ſoluendo non ſunt, vt qui in Purgatorio ſunt,
vbertim his releuare ſuffragiis.

Mitto Theſauros temporales, cum nemo ire poſsit inficias, & illos catholicæ condonatos Ec-
1. Cor. 3. cleſiæ, quando Apoſtolo acclamante, & totus illi donatus eſt mundus. Et certum eſt, ſpirituale
ſecum attrahere temporale, ſicut & anima attrahit corpus.

Eph. 4. Si quorſum: res eſt perſpicua, cū Apoſtolus tradat, in opus traditam eſſe miniſterii, ad inſtau- Quorſum poteſtas data ſit Papæ.
randos ſanctos, & in ædificationem corporis CHRISTI. Et rurſum. Poteſtas noſtra, nō in deſtru
ctionem, ſed in ædificationem: quin & illius eſt proprium, hæreſes ſchiſmataq;, deſtruere, & oēs
ſathanæ munitiones, omnemq; altitudinem, quæ ſe Deum aduerſus erigeret, prorſus euertere.

Si deniq;, & à Quo: diximus: quin & ſatis probauimus, ab Eccleſia nō profectam, ſed quia nō A quo ſit poteſtas Papæ.
deſunt, qui ſecus rem torquent, præſtat id amplius conſtituere. Si poteſtas Papæ à poteſtate profi
ciſceretur Eccleſiæ, vel diuino, vel naturali, vel canonico proficiſceretur iure. Nō canonico: qm̄
D vt dictum eſt, Papa Eccleſiæ non eſt vicarius, nec ab illa ſuam accipit poteſtatem. Nec diuino: cū
ea de re, nec verbum in ſacris reperiatur literis: Minus dicendum eſt. naturali: cum vim excedat
naturæ, & longè exuberet, quam volueris humanam facultatem.

Sed dicis. Dum vacat ſedes nonne ſunt in Eccleſia claues? Sunt quidem: at non omni cum
plenitudine. Vndè nec poſſunt, ad omnes ſortè, clauium actus, extendi: Et ſi ſortè poſſunt, haud
dubium, ꝙ non tanto robore. Nam in Papa, tali quidem aperiunt pacto, vt claudat nemo: & ea
claudunt efficacia, vt aperiat nullus. Quod indubiè, de vacante ſede, dici non poteſt. Nam & ea
quæ tunc fiunt ſtatuunturq;, non ſunt penitus ſolida, niſi Papæ acceſſerit confirmatio, ſicut & ex
perientia docet.

At petis, quaſquas habet tunc, Eccleſia claues: nonne valet electo paſtori tribuere? Reſpon-
deo. Eſto poſſet, quam habet auctoritatem, conferre alicui; non propterea ſummum crearet An-
tiſtitem:

tiſtitem:

tiſtitem:cum plenitudinem conferre non poſſet poteſtatis. Adde, quòd ſuperueniente, qua à B
CHRISTO donaretur plenitudine, cũ ea foret ampliter in illa contenta, indubiè decerneretur
ſuperuacanea: quin & confunderetur, inuerteretur q́; ordo hierarchicus, de cuius ratione eſt, vt
à Papa claues cõicẽtur Eccleſię, ſicut & a capite in corpus, mẽbraq́; natura diffundũtur in fluxus.

Si Eccleſia claues Papæ cõferret, Inuerteretur ordo hierarchicus

Vrges tamen adhuc. Nonne Eccleſia, in potiori ſui parte: in Cardinalibus inquam eligit, con
ſtituit, creatq́; pontificem? Ergò & ſupremam, illi adiicit poteſtatem. Eligit quidem Papam, cũ
electionis vtatur forma, ſacriq́; de illa, non raro diſpoſuerint canones: verùm eligendo, mea qui
dem ſententia, non conſtituit: creatq́; pontificem, ſed CHRISTO, qui illum inſtituit, creatque,
offert, & præſentat: vel ad ſummum, à CHRISTO inſtitutum, creatumq́; nominat & declarat, ſi-
cut & factum eſt in electione Matthiæ. Nam datis ſortibus, aliud non intenderunt apoſtoli: niſi Act. 1
vt CHRISTVS, a ſe electum, tali oſtenderet pacto, vt acta teſtãtur apoſtolica. Hactenus de Papa:
pergamus ſed breuioribus de Concilio.

Cardinales eligendo nõ creant Pontificẽ ſed Chr̃o offerunt vel à chr̃o electũ declarant.

Poteſtas Concilij.

Poteſtas concilij qualis ſit.

Igitur, vt perſtringatur, oĩa ſimul cõplectenda ſunt. Ergò ſi ſanè ponderetur, ſimpliciter qui- F
dem, tum conſultoria, tum conciliaria, & quodam pacto, judicatiua, vel diffinitina auctoritas eſt,
Cum enim difficiliores cauſæ, vrgentioraq́; accidentia, vt hæreſes, ſchiſmata, cões, ſerèq́; deſpe-
ratæ morum colluuies, iurè ad ſummum deuoluantur pontificem: præſtat plures illum habere,
quos conſulat, qui concilient, decernant, & iudicent. Nec modò præſtat, ſed & iurè habere con
ſtringitur: vt negociis accuratius examinatis, maturiusq́; diſcuſsis, & frugalius conſulatur Eccle-
ſiæ, & ſuauius, quę conſerunt, recipiantur ab omnibus.

Iure aſtringitur Papa plures habere conſiliarios.

Iurè inquam, aſtringitur. Tum naturæ: cum poſtulet Prudentiæ ratio, & potiſsimum in maxi
mo principe, & arduis præſertim in quæſtionibus, peritos cogere conſiliarios, & eorum ponde-
rare iudicia: ꝓpter quod, & vt partes inſignes, Ebuliam Syneſimq́; complectitur, vt & Philoſophus Act. 15.
docet: nempè, vt per illam conſilietur circunſpectè, & per hanc iudicet prouidè ac maturè. Tum
ordinationis Dei: qua motus apoſtolorũ Princeps, graui, arduaq́; quæſtione propoſita, & de hæ-
reſi, quin & de euangelij euerſione ſuſpecta, euocatis qui Ieroſolymis inueniebantur apoſtolis,
& ſenioribus, ea ſuper, conſilium habuit: & vnà cũ eis, Spiritu ſancto dictante, rẽ abſoluit, Hũcq́;
in pactum, Anthiochenæ, prouidit Eccleſiæ, in qua erat orta diſſenſio: & ꝑ hoc, diuino prorſus
auſpicio, Synodis patefactus eſt aditus. G

Vtroq́; inquam aſtringitur iure: at non ſemper, non paſsim: ſed opportunè, ſed pro loco & tẽ
pore: quin nec ſemper expediret, nec paſsim poſſent concilia congregari. Aſtringitur, & in con-
cilium euocare epiſcopos: quippè qui, non ſolum ex primis ſunt Chriſtianæ reipublicæ ſenatori
bus, in quibus, & præ reliquis, relucere debet ſapientia Dei: ſed ſuo ex munere, ſunt ſpeculato-
res facti, & in partem ſolicitudinis aſſumpti, vt qui ſunt membra ſuprema, & CHRISTI vicario
familiaria, proximaq́;. Ergò & iurè, oneri habẽt colla ſubiicere, & in Eccleſiæ moderatione, ſuo
pro officio laborare: aliàs fruſtra vrgeret Apoſtolus, illos à Spiritu ſancto: epiſcopos conſtitutos,
vt moderentur Eccleſiam Dei.

Nõ aſtringitur Papa placitis conſulẽtium ſtare. Conciliũ vnde dictum.

Non aſtringitur tamen, illis conſultis, eorumq́; placitis auſcultatis, cõcluſam per eos ſequi ſen
tentiam: idq́; non ſimplici, ſed duplici ratione. Altera eſt: quia ſunt (vt diximus) ſimpliciter con-
ſultores, ſiuè conſiliarij ſi mauis: quemadmodum, vel ipſum nomẽ oſtendit: Siquidem Conciliũ,
dictum eſt, quaſi conſilium, ſiue conſidium, eo ꝙ conſiliarij, ſolent ſedere cũ principe: idq́; gra-
tia, nedum honoris, ſed & certi myſterij: nempè, vt animum, vel ſic, moneantur geſtare ſedatũ,
& à priuatis affectibus alienum.

Quanquam nec minus arridet, Concilium à conciliando deductum: quaſi ꝙ ea, vt plurimum, H
cogatur ratione, vt ſano, ac circunſpecto iudicio & conſilio, tum hæreſes, tum ſectæ, & alia com-
ponantur, concilienturq́; portentoſa monſtra: vt experientia præſeſert.

Et qm̃ in actu iudicij, conſiliũ cõſumatur: cũ eius concluſio illius ſit & ſententia, prout & Phi-
loſophus monet: haud mirum, ſi & conſultoribus, nomen conceditur iudicum, cenſorum, decer
nentiumq́;. Non loquor modò, de indulta à Papa concilio definiendi facultate: quoniã extra in
ſtitutum eſt; quam tamen & tractabimus, ſed opportuno loco.

Reliqua ratio eſt: ꝙ & ſi in Conciliis ritè vocatis, ſuoq́; munere inculpatè ſungentibus, adeſt Mat. 18.
CHRISTVS (nã vbi ſunt duo, vel tres in medio eorũ ſum) & ſi adeſt ſpũs paracletus, vt q ex polli
citatione CHRISTI, Eccleſiã nõ deſerit (ꝑter id, ꝙ ſingulis, vno nõ ſuffragatur pacto, non eadẽ
doni copia & menſura; ſed cuiq́; ꝓ rõne mẽbri, & mẽſura qua donatus eſt fidei; palã ꝙ aliis, ea non

adſunt

A adſunt firmitudine, non eo robore & efficacia, quibus præcipuè adſunt Eccleſiæ membro: Eccleſiæ inquam capiti, & vicario CHRISTI IESV. Cui & tantopere, & ꝓmiſſum, & creditum eſt fidei munus: vt iure, ſuꝑ illum ædificetur Eccleſia: Nec ꝓpea, gratior eſt Deo Papa, Eccleſia ſibi credita, qn̄ & eo gratius eẽ pōt, infimū Eccleſię mēbrū, immo & cōtingit Papā eſſe, ſine gratifica gratia, qn̄qdē id muneris, nō cōſerť ei, ob grām ſui, ſed crediti ſibi officij, Eccleſię frugē & ſalutē. *Papa non eſt gratior Deo, eo ꝙ Papa.*

Ergo opus non eſt, vt Papa, iudicium ſemꝑ amplectatur Concilij: minuſq; verum eſt, quę cōcilium ſanxit, eſſe firma, penituſq; conſiſtentia, niſi conſenſus ꝓbatioq; ſedis acceſſerit apoſtolicæ. De qua tñ re, in ſua tractatione, abundè. Et quis neſcit, monſtrum eſſe, membra dirigere caput, illi præſcribere legem: cum è diuerſo, capitis ſit, dirigere corpus, rectamque oſtendere membris? Tametſi eorum ſit, capiti ſubminiſtrare: quin & cum opus foret, debent ſe præciſioni, illius pro ſalute exponere, ac iacturam extremam ſufferre.

Habent & quæ diximus, naturæ conſenſum: cum & mundi principes, conſilientur ſæpe, ſuorumq; excutiant iudicia Satrapum: & tamen ſine illorum iniuria, vel præiudicio, eorum nō ſemper ſequuntur placita, quin & non rarò ſecedunt ab eis.

Et quanquam res ita ſe habet: conſonat tamen, vt conſultorum iudicia, prudentiſſimè ponde-
B ret, & quantum fas eſt, complectatur probetq;. Quod & non rarò, quin & frequentiſſimè fit: cū & ſacro iudicetur decernaturq; approbante Concilio, vt experientia docet. Nec quidem immeritò, cum & CHRISTVS, in hoc facilè referatur: qui & ſi omnem nactus eſt poteſtatem, & creditum quodcunq; iudicium, vult tamen Apoſtolos, & alios inſignes amicos, & in ſupremo quoque iudicio habere cōiudices: prout euangelium inſtruit. *Matt. 19.*

Ex his tandem, haud difficile eſt, Quæ, Qualis, Quanta, Quorſum, & à Quo, poteſtas in Concilio ſit (vt locū attinet) animaduertere: & ꝑ hoc, q̄ facilè eſt, q̄tū a Papę ſupereť ptāte, iudicare.

Collatio & intenta concluſio.

Igiť cū ptās Papæ, ptās ſit capitis, & Cōcilij mēbrorū ſub capite: illa paſtoralis, hęc ſibi creditarū ouiū: illa regia, hæc cōſiliaria: illa penitus diffinitiua, hęc diffiōnis ambulatoriæ, illa à CHRISTO ꝓximè, hæc ab illo, ſed ꝑ ſummū Pont. Haud dubiū, ꝙ illa, hanc longo ſuperat interuallo, & per hoc, ꝙ perſpicua, ac indubitata, infertur de propoſita quæſtione concluſio reſolutioq;. *Collatio & intenta concluſio.*

Notantur, & eruuntur ſcrupuli.

C Licet hac in re, plures offenderentur ſcrupuli: quinq; tñ videntur moleſti. Ergo eruendi, tum ſingillatim, tum breuì, ſed perſpicuè. Primus, ex CHRISTI ſumitur verbis (dic Eccleſiæ, quam non audiens, habeatur, vt Ethnicus) Hinc, ſupremum colligunt iudicium, reiiciendum, non in Papam, ſed in Eccleſiam eſſe. Verùm quàm hæc ſint euanida, haud difficilè eſt euincere. *Notãtur & eruũtur ſcrupuli.* *Matth. 18.*

Admonebat Dn̄s Petrum (ita quidem docet Eccleſia, dum inquit, Dixit Dn̄s Petro) quidnam agendum ſibi, ſiquis ex fratribus, hoc eſt fidelibus, ſcripturæ conſuetudine (ſicut enim per lauachrum, Dei regignimur filij, ita & ſub Deo, omnes euadimus fratres) peccauerit (nempè peccato ſcandali) vt patet ex contextu, præbendo ſcilicet, quo anima impingat, offendiculum. Et tale quidem, ꝙ licet foret ille frater tam carus, tamq; opportunus, vt oculus, pes, vel manus, foret nō immeritò eruendus, non immeritò reſecandus: ſi inq̄ peccauerit in te, quod intelligo, nedum illius in perſonam, onus, & officium, ſed & in eius oues, vel ouem: Siquidem in paſtorem peccatur, cum illius ouis offenditur: propter quod & iure querebatur Paulus, Quis ſcandalizatur, & ego non vror? vade, non expecta (ita paſtoralis ſolicitudo requirit officij) & corripe (non primū vt iudex, ſed veluti frater; nempè amicè, fraternè,) & propterea inter te & ipſum ſolum. *Solutio pręfatæ obiectionis.*

Quod ſi te, tali monentem pacto, audierit; lucratus eris fratrem. Si verò contempſerit, ſecun-
D dò incipias te habere, vt iudex: quare & tecum adhibe vnum, vel duos, vt in ore duorum teſtiū, ſtet omne verbum. Duo ergo adhibēdi ſunt teſtes: non ſolum, vt ad vlteriora procedēdo, ſuper a ſe facta teſtentur admonitione: ſed vt & ſua, quodam pacto præſentia, ſaltem peccantem commoueant, ac ad reſipiſcendum extimulent, Quod, & verbum (ſi illos audierit) perſpicuè præſefert. Deniq; ſi iudicium orſus, non proficis Petre, & teſtibus pręſentia admonentibus, frater nō emendatur: ad ſententiam propera. Quare, Dic Eccleſiæ.

Compertum eſt, Eccleſiæ vocem (& ſi vocatam exprimit multitudinem) ad vniuerſalem cœtum, non ſemper reſtringi. Quod non ſolum ex pluribus conuincitur ſcripturæ locis) Paulus, Eccleſiæ quæ eſt Corinthi; ſalutate Eccleſiam Aquilæ & Priſcillæ) ſed & ex præfato domini verbo: quādoquidem exploratum eſt, ob peccantem, vel ſcandalizantem me fratrem, non oportere *Eccleſia non ſemp reſtringitur ad cœtum vl̄em.*

œcumenicum congregare Concilium. Quare, Dic Eccleſiæ, perinde eſt ac, pluribus conuocatis, E quod in te peccatum eſt fratris, annuncia; vt vel tali pacto, pluribus aſtantibus, ſuaq; ſaltem præſentia cómonentibus, confundentibusq;, vrgentes habeat ad reſipiſcendum ſtimulos. Quod tamen, ſi contempſerit, in illum ſententiæ iaculo, & ob id, excommunicationis ſulmine animaduerte: illum a fidelium cœtu ſegregando, ac non ſecus ac Ethnicum, membrumq; putridum ex Eccleſiæ corpore abſcindendo.

Ergo, illis ex verbis, nihil aduerſus, quam attulimus, ſumitur veritatem: qnin & non mediocrem, accipiemus illius confirmationem, ſiquis rem, ritè diſcutiat. Præter id: q̃ & hunc Apoſtolus ſeruauit ritum, cum aliquibus Corinthiorum Eccleſiæ congregatis, cum quibus, vt dicit, fuit in ſpiritu, inceſtuoſum tradidit ſathanæ, vt reſipiſceret. Non ergo ſupremum hinc tribunal docemur eſſe Eccleſiã, ſed de modo, quo paſtor fidelibus emẽdãdis, puniẽdiſq;, vti debet, inſtruimur. 1.Cor.5.

Vnde ne paſtorum floccipendantur poteſtas: non ad Eccleſiam, ſed Apoſtolos, & per hoc, non ſolum ad Petrum, ſed & alios, in ſolicitudinis partem aſſumptos, verba conuertens: Quæcunque inquit, ligaueritis ſuper terram, ligata erunt. & in cœlo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlo. Sed ſecundus emergit ſcrupulus, iſq;, hunc in modum.

Secũda obiectio.

Si Apoſtolis omnibus, & per hoc, tenentibus eorum loca, Epiſcopis, vna èademq; (ita quidẽ F ea præſeferunt verba) eſt collata poteſtas: palam q̃ in ea non præeminet Papa, ergò nec ſumma, vel ſuprema illius erit poteſtas. Eruitur ſcrupulus, ſiquis attendat q̃ admiſſo, omnibus illis in verbis, eandem conceſſam eſſe poteſtatem: id non foret intelligendum ſimpliciter, ſed proportione. Nempè, vt quod Petro creditum eſt, ſuper Eccleſiam vniuerſam, reliquis cõceſſum ſit, ſuper dioceſim ꝓpriam: idq; (vt ordo ſeruetur hierarchicus) dependenter à Petro. Vt non quidẽ temerè & primum in illa promiſſa ſit ſoli, & poſtmodum alijs: nec quidem ſeorſum ab eo.

Secũdę obiectionis. Solutio triplex.

Deinde dici poteſt: q̃ eſtò omnibus Apoſtolis, forent dicta ſimpliciter, non propterea eiuſdẽ illi concederentur autoritatis cum Petro: cum illi, non modò tũc fuerint dicta cum alijs, ſed & antea, vt tactum eſt, eidem dicta ſint ſoli, & maiori (vt Origenes tradit) tum vbertate, tum amplitudine. Præter id: q̃ cum dicta ſunt Petro, longè præclarioribus copulata ſunt verbis, quibus & multo præſtantiora ſunt promiſſa, & opportunè, cumulatiſſimè ſunt exhibita, traditaque. Nempè, quod ſuper illum, erigenda foret Eccleſia, quòdque & illius reciperet claues: quod nuſquã alijs eſt dictum Apoſtolis.

Tertio reſpondetur, q̃ etſi in Eccleſiæ adminiſtratione, Apoſtoli, vt Patres dicunt, admittunt pares, id tamen, non vt Petrus nacti ſunt ex officio paſtorali: ſed ex munere apoſtolico. In quo, G extiterunt quidem pares, tam etſi ex inſtitutionis modo, magis deſeratur Paulo: vt non iniuria, vocitetur Apoſtolus, & in ſigillo Papæ, vt notat D. Thomas, ad dexteram collocetur Petri.

Tertia obiectio.

Tertius ex verbis trahitur Auguſtini, qui Petro datas aſſerit claues, in perſona Eccleſiæ; Et q̃ cum illas accepit, Eccleſiam ſignificauit: Et q̃ illuſtrem non habent intellectum, ſi Petro intelliguntur dicta, & non Eccleſiæ applicata.

Solutio tertię obiectionis.

Reſpondetur. Et primò: recolendo, q̃ ſicut ciuitatis nomine, non nunquam primores intelliguntur ciuitatis: ita & Eccleſiæ voce (quæ & ſanctorum ciuitas eſt) nonnunquam ſummi intelliguntur Pontifices, non excluſis, & qui ſub Pontificibus ſunt, primis Senatoribus, quales decernuntur Epiſcopi. Ergo, cum Petrus dicitur, claues in perſona Eccleſiæ accepiſſe; vel Eccleſiam cum illas accepit ſignificaſſe: aliud non intenditur, niſi q̃ illas, Petrus accepit, non ſolum pro ſe, ſed & pro ſucceſſoribus ſuis: quin & pro ſub ſe futuris Epiſcopis. Quippè qui, ſicut Petro, vti coadiutores ſunt dati: ita & in partem ſolicitudinis ſunt aſcripti.

Petrus accepit claues in pſona Eccleſiæ quia non ſolum pro ſe, ſed & pro ſucceſſoribus.

Et quidem quòd illas acceperit, nedum pro ſe, ſed & pro ſucceſſoribns, non eſt cur moremur, cum id omnes fateamur, At q̃ & pro Epiſcopis, ſub ſe laborantibus, ac veluti ipſi ſubſeruiẽtibus, H ſatis iudicarunt Patres, vt Baſilius, Ambroſius, Auguſtinus, Athanaſius, Leo, & alij: dum verba, per quę Petrus inſtitutus eſt Papa, nempè, paſce, regeq; agnos & oues, docent (etſi præcipuè, dicta ſunt Petro, vti generali paſtori) alios quoque complecti Epiſcopos, non ſecus ac coauxiliarios eius. Sed de hoc alibi opportunius.

Secundò dicitur: quod eſtò, Eccleſiæ vox, pro cœtu ſumeretur fidelium, Petrus in Eccleſiæ perſona claues accepiſſe diceretur, non quaſi ipſe non acceperit, ſed quia ab Eccleſia non acceperit ſeparatus, ſed in perſona Eccleſiæ inſitus: immo & vt nobiliſſimum in ea membrum, q̃m illi, vt caput datum, ac præpoſitum. Docet & freqnenter Auguſtinus, docet & aliquando Apoſtolus, ex fidelibus CHRISTOq;, vnum confici corpus: quin & hominem vnum: & per hoc, & vnã quodam pacto perſonam, eamq; myſticam, cuius ipſe ſit caput, & nos reliqua membra.

Ergo

A Ergo ſicut Papa, locũ obtinet CHRISTI: ita & vt caput, in hoc decernitur corpore. Ergo cũ
munus Papę: munus ſit capitale, eiq; nõ cõgruat, niſi reliquis vniatur membris (nam membra a
corpore ſeparata, alterius ſunt rõnis, ſicut & Philoſophi docent (palam q ei poteſtas, non conce-
ditur, niſi vt exiſtit in corpore: & ꝑ hoc, vt in ꝑſona inuenitur Eccleſiæ: Et qm̃ caput refertur ad
corpus, illudq; non ſecus ac correlatiuũ cõcernit: haud ineptè, in Petro capite, Eccleſiæ ſinſignifi
catum eſt corpus. Quod, hanc ſequendo reſponſionem, ad verba ſufficeret Auguſtini: tam etſi
prior reſponſio, illius fortè aſſequatur mentem, quadretq; ſuauius, vt conſiderare facile eſt.
Ex his liquet, q ſi ad Petrũ, ſua quis in ꝑſona CHRISTI verba reſtringat (etſi verbis, ſenſum
largiretur nõ malũ) ſenſum tñ non largiretur illuſtrem, ſicut qui ex Auguſtino expoſitus eſt.
Quartus, ex Concilio breuiter Conſtantiæ: in quo non ſemel Concilium anteponitur Papæ, Quarta obiectio.
quin & Concilio, eouſq; decernitur ſubditus, vt valeat ab eo cogi, puniriq;.
Qua in re: ſunt qui diſtinguunt, inter Papam certum, & dubium, ritè vel nõ ritè electum: vo
luntq; q dubio ꝑperãq; electo præualeat, & q in hoc tñ caſu, Conciliũ Conſtantienſe diſponat.
Sed hæc, nõ ſunt ſatis. Licet quidẽ nõ repugnẽ, Conciliũ ꝑſertim legitimũ, dubio ꝑperamuè ele
cto Papæ, meritò anteponi: eo q dubius, malèue creatus, ſicut nõ habetur vt Papa, ità & ſi qua ſo
B ret, eius nõ reputaretur poteſtas: non tñ conſentio, Concilium, ſuis in decretis, illud, intendere.
Nam licet, cum illud ageretur, eſſet in Eccleſia ſchiſma, treſq; viri ſedem occuparent apoſto-
licam, quorũ nullus indubius, nullus ritè electus; valeretq; Cõciliũ, ex decreto ſaltem Nicolai ſe
cundi, in ſingulos aĩaduertere: quia tñ in tertiò, quod ab eo additũ eſt, decreto, nõ ſolum de Con
cilij Papæq; auctoritate, diſponitur pro tempore, negocioq; quod inſtabat, ſed & de quocunq; ri
tè collecto Concilio, & Papa quouis modo, Eccleſiæ ſacroſanctæ prępoſito (Tam & ſi ea ſemper
vſum eſt moderatione, vt illum non ſubdat paſſim, non in qua volueris re, ſed in his, quæ ſunt fi-
dei, ſchiſmatis, & reformationis) haud dubium, q latior apparet intentio eius.
Tradunt alij, q cum illa ſunt promulgata decreta, Concilium non erat ęcumenicũ, cũ nõ oẽs
adeſſent obediẽtiæ (aderat tñ Ioannis vigeſimi tertij) & per hoc q nullius erat auctoritatis. Ad-
duntq;, & rectè, q etiã ſi oẽs affuiſſent obediẽtię, & quouis ex mundi angulo extaret Cõcilium cõ
gregatum, vim non haberent decreta, niſi Papæ accedente probatione, confirmationeq;.
Sed, nec iſta, ſunt penitus firma. Et quod Cõciliũ attinet: ſi nõ vndiq; eſt collectũ, illius culpa
nõ accidit, cũ oẽs, & oĩ ex loco, eſſent vocati: quin & expectati, & tempus opportunũ cõceſſum.
Quare ſi nõ fuerunt ꝑſentes, non Concilij, ſed eorũ factũ eſt pręiudicio. Et exploratum eſt, Dñm
C æquè ſalutẽ operari poſſe per paucos, ſicut & per multos: & eſt promiſſum ab eo, qui mentiri nõ
valet, q vbi fuerint duo vel tres, eius in nomine congregati, eorum in medio eſt. Quod de Papæ
ſubdunt probatione: rectè quidem dicunt, ſed præter Concilij intentionem, mentemq;.
Sed eſtò, res ita ſe habeat: nonne & præmiſſis acceſſit Papæ ꝓbatio? Legant, qui volunt, Diplo
ma Martini quinti, in poſtrema Concilij ſeſſione, & cognoſcent à ſummo probata Pontifice: dũ
omnes illius ſanctiones, omniaq; decreta, quæ in materijs determinata ſunt fidei, ſummus recipit
Pontifex, quin & laudat, & ſancit. Ergo, probat & ſancit, oẽ Cõciliũ ritè collectũ, poſſe ſupra Pa
pã etiam indubiũ, & ritè promotum creatũq;, cum hæc, ſine cõtrouerſia, fidei ſubſint catholicæ.
Quid ergo? Reſpõdeo. Et qm̃ in hoc potiſſimùm vertitur cardo, probauerit necnè Martinus Martinus V. approbando acta Concilij Conſtantienſis approbat, quo ad poteſtatem illius ſupra Papã.
præmiſſa decreta: ideo in hoc inſiſtendum, vt ſcrupulus eruatur. Igitur attendendum, q decreta
de Concilij, ſupra Papam, poteſtate, non ſunt in bulla Martini compreheſã: ſicut vel ex eo põt
euinci, q ferè mox, contrarium ſanciendum, qui Papam non credit ſuccellorẽ Petri, & ſupremã
habere in Eccleſia poteſtatem, hæreticum eſſe decernit.
Et licet, non diffitear, quin & Papa, in ſuis quæ ſtatuit interrogatoriis, quibus tunc temporis,
D hæretici erant examinandi, demonſtrat, ſatis ad fidem, hunc pertinere articulum: quia tñ à Pa-
tribus, eo in Concilio, non eſt deciſum, rem eſſe fidei, oĩbusque credendam, de neceſſitate: quin
nec verbum, hac ſub rõne, ea de re habitum eſt: immo & eouſq, fidei inſtituti non fuerunt iudi-
ces: haud obſcurum q non fuit, niſi vt iuriſditionis materia pertractata, & non alia ratione defi-
nita: ergo non eſt à Martino in illa approbatione compreheſã.
Vnde, & Baſilienſe Concilium, Conſtantienſis inhęrẽdo decretis, illiſq; de quibus eſt ſermo,
reſumptis, tanq̃ rẽ indeciſam, minuſq, an ad fidẽ ꝑtineret, declaratã: ad fidẽ illã ſtatuit ꝑtinere,
vt in illius trigeſima tertia, legitur ſeſſione. Ergo, hũc in modũ eruẽdus eſt ſcrupulus: vt Cõcilij Solutio quartę obiectiõis.
Conſtantienſis decreta: in tm̃ ſint rata, inquãtum ſunt à ſede apoſtolica ſtabilita: ergo cũ hęc nõ
probauerit, ſed potius oppoſitum definierit. palam q hac ex parte, nulla poteſt eſſe moleſtia.
Quintus, ex Baſilienſi fouetur Concilio: quod & legitimè eſt inchoatum, & à multis, vt ſacro- Quinta obiectio.

ſanctum receptum. Siquidem non ſolum ſuis ſtatuit in decretis, concilium eſſe ſupra Papam, etiã indubium, & ritè creatum: ſed & in illum per Concilium poſſe animaduerti. Idque non ſolum vſque ad ſuſpenſionem, ſed & ad depoſitionem. B

Et quanquam, dici poteſt, & rectè, concilium hoc, etſi legitimè congregatum, mox tñ præſumptuoſum effectum: vt quod plura ſupra vires tẽtauit, perperamq; conſtituit: quin & ꝙ ob id, rum, vel nihil, ſit pendendum a nobis, immo & ꝙ omnia ac eius acta, ab Eugenio, ſunt reſciſſa, qui (licet temerè ab illo ſit depoſitus) ſemper ab Eccleſia, ſummo pro Põtifice eſt habitus, & adoratus: nihilominus, quia & quoddam Eugenij habetur Diploma, quo illi nõ mediocriter ſauet, ſcrupulus ſomentum aliquod præſeſert.

Qua de re, attendendum, qđ poſtquam Concilium extitit cõgregatum, vt tactum eſt, eouſq; præſumpſit, vt Papam aduocaret. Et quidem, non ad Concilij ornamentum roburuè, ſed ad rationem reddendam ſui muneris. Quod Pontiſex (vt par erat) non ſerens, mox Concilium, è Baſilea, Bononiam tranſtulit: & per hoc in Baſilea diſſoluit. Et quoniam ea ſuper re, maximi ſunt excitati tumultus, multa & grauia diſſeminata ſcandala: coactus eſt Pontiſex, tranſlationẽ diſſolutionemq; reuocare, & Concilium, prout fuerat, in Baſilea dimittere. ſic habet Diploma.

Dudum, ſacrum, generale Baſilienſe Concilium, per generalium Conſtan. & Senen. Conciliorum ſtatuta, approbationemq; Fel. recor. Martini quinti, ac noſtram: pro extirpatione hæreſum, ac generali reformatione Eccleſiæ, in capite & in membris, & pertinentibus ad ea: ex certis cauſis, in alijs literis noſtris expreſſis, de ſratrum noſtrorum. S.R.E. Cardinalium conſilio diſſoluerimus. Et ſequitur. Verũ cum ex dicta diſſolutione, ortæ ſint diſſenſiones graues, poſſentq; & grauiores oriri, nihilq; magis optemus, quàm ꝙ prædicta ſancta opera, ſuum debitum conſequantur effectum: decernimus & declaramus, præſatum generale Baſilienſe concilium, a tempore prædictæ inchoationis ſuæ, legitimè continuatum eſſe, proſecutionemque ſemper habuiſſe, continuari, & proſecutionem habere debere ad prædicta, & ad ea pertinentia, perinde ac ſi nulla ſacta ſuiſſet diſſolutio: quin immo præſatam diſſolutionem irritam & inanem declarantes, ipſum Baſilienſe Concilium, purè, ſimpliciter, & cum effectu, ac omni deuotione proſequimur, & proſequi intendimus &c. F

Ex his planè perſpicitur: ꝙ (ſi Concilium a ſua inchoatione, eouſque, legitimè eſt continuatum ac proſecutionem ſortitum; ex Eugenij decreto, ac declaratione) Concilium eſt ab eodem probatum, & quæ egerat decreta, ſunt ſtabilita: ergò & quòd Concilium ſit ſupra Papam, non modo eſt conceſſum, ſed & ratificatum. G

Admittunt aliqui, illis ex verbis, & probatum eouſq; Concilium, & eius firmata decreta: ſed ſubdunt, id ab Eugenio factum coactè, & ea propter inualidè. Quare & quàm primũ licuit, & decreta reſcidit, illis non parendo, & Concilium illud diſſoluendo, & aliò conuocando.

Verùm, & ſi hæc poſſent ſorſitan tolerari, non tñ ſubſcribo: quandoquidem (præter id, ꝙ indigna pontificio videntur tribunali, qđ nõ debet, vel ad horam, ſalſitati cedere; quin & optabilius foret pontificem mori quàm ſua gloria euacuari) & ſi res aliquid paſſa eſt violentiæ, ſine illius tamen non eſt ſacta conſenſu: quin & eius efficaci ſacta eſt voluntate: non minus quàm mercium proiectio, a Domini proficiſcitur voluntate.

Dicendum ergo: Eugeniũ illis in verbis, minimè cõprobaſſe decreta, cum nec mẽtio ſit ſacta de eis, & errorẽ cõtinerent in fide: quin & ferè mox, contrauenit facto, nedũ creando Cardinales, ſed & Concilium iterum diſſoluendo: & tñ vtrunq, prohibitum ſuerat à Concilio: non inꝗ comprobaſſe, ſed ſolum explicaſſe, legitimè continuatum eſſe, & continuandum ſore.

Et vt rès ſit perſpicua: attendendum, ꝙ licet poſtquàm Concilium legitimè extitit congregatum inchoatumq;, multa, vt non ſemel diximus, præſumptuosè egerit, propter quæ meritò fuerat nedũ ſua poteſtate priuandum, ſed penitus diſſoluẽdũ, ſicut & factũ eſt: nihilominus quia diſſolutio nõ fuit opportunè ſacta, vel alio ſortè modo, ꝗ debuit, potuitue, ex quo ortæ ſunt ꝑturbationes, & ſcãdala, nõ irrationabiliter, coactus eſt Eugenius, diſſolutionẽ reuocare: & ita cõcilium, eo in ſtatu, robore, & cõditione, in quibus ante diſſolutionem habuit ſeſe, derelinquere. H

Eugenius. 4. reuocando translationẽ Concilij Basilien. nõ pp hoc, approbat determinata p illud.

Ergo ambota diſſolutione, nihil aliud fit, niſi ꝙ a Concilio, quę fuerat ſuperinducta diſſolutio, interpolatioñe, detrahitur, & ita in ſua remanens continuatione dimittitur. Ergo ex bulla Eugenij, nec acta, nec Cõcilium, aliquid nanciſcitur roboris, vel ꝓbationis: ſed tantum, quod illis ablatum fuerat reſtituitur, actis & Concilio, in eo quod habebant ex ſe robore, aut vi (quæ planè nulla ſorſitan erant) remanentibus. Hactenus de ſcrupulis, & ad præſens de hoc toto negocio. Ad laudem Dei. Amen.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. CAROLO BORROMEO

Sanctæ Romanæ Eccefiæ ampliſsimo Cardinali.

Iacobus Naclantus Clugienſis Epiſcopus, Fęlicitatem perpetuam.

DVM quendã, fortè fortuna, viſitandi gratia, conueniſſem ex Dominis, huic ſacro Concilio inten dentibus, nõnulli aderant, vt ſæpè accidit, eruditi, qui de Conciliaribus conſerebant Decretis, ſanctionibusq́;. Quare, & in eandem deuentum eſt, diſceptationem, eſſet quidem opus necnè, à Concilio definita, a ſede probari firmariq́; Apoſtolica; vt poſtremũ ſortirentur robur. Et quanquam coràm explicarim, quæ meritò comprobantur, duxi tamẽ in animũ, veritatis in gratiam, ac catholicæ fidei atteſtationem, negocijũ compendio demandare literis, ne mea pro imbecillitate, rei deeſſem tã opportunæ. Igitur rẽ paucis abſolutam, non ſecus ac meæ ergà illã, obſeruãtiæ, ac obſequẽtiſsimæ ſeruitutis, pignus, ſuæ Illuſtriſs. Domin. aſcripſi, dicauiq́;. Fateor, res eſt perexigua, at nõ perexiguus eſt animus, ſi poſſet præſtare maiora. Quã Dominus perpetuò ſeruet, & in dies, ad cõmodũ, frugẽq́; Eccleſiæ vniuerſalis, ſemper amplificet.

B AN DECRETA ACTAQVE GENERALIS Concilij exigant neceſſariò confirmationem Papæ, Compendiaria Tractatio, Narratioùe.

Authore Reuerendiſsimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

PROLOGVS.

ET ſi Eccleſia CHRISTI, multos cõplectitur populos, et ſi potẽtes admittit & diuites, & ſi viros ſuſpicit ꝓbos, optimosq́;; diuina tñ diſponẽte Sapiẽtia, nõ Democratico, nõ Olygarchico, nõ Ariſtocratico, ſed Monarchico regitur principatu. Nã cum Deo foret acceptiſſimũ Regnũ, ac vnicè dilectũ Peculiũ, illam Vnigenito tradidit. quin & ea, illũ (cũ a mortuis reſurrexit) inueſtiuit. In qua & voluit, eũ eſſe, tũ Principẽ ſummũ, tũ Paſtorẽ maximũ. Qđ nõ ſolũ oracula ꝑcinũt, ſed & epiſtolæ admonẽt apoſtolicę. Illud vt optimè cõſuleretur Eccleſiæ (nã entia, vt inquiunt, nolũt malè diſponi, nec cõfert pluralitas principatuũ) Iſtud, vt vbertim ſanctificaret populũ, nõ modò extergendo ſuo ſanguine ſor
C litas principatuũ) Iſtud, vt vbertim ſanctificaret populũ, nõ modò extergendo ſuo ſanguine ſor
des, ſed & immaculatam iugiter offerẽdo Eccleſiam Deo. Verũ cũ illã, corporea eſſet relicturus ꝑſentia, Petrũ, & qui Petro, ritè ſuccedũt, ſuo ſubſtituit loco: nec diſſimilibus, principatus, ac pontificatus: honeſtauit titulis. Et qm̃ æquũ eſt, ſummũ ſubrogatũ Principẽ, & Põtificẽ, in rebus arduis, vrgentibuſq́; negocijs, ſuæ ditionis Primates, inſignioraq́;, aliqñ cogere mẽbra, illa conſulere, eorumq́; ꝑcunctari placita: haud mirũ, ſi qñ, generalia in Eccleſia ſunt celebrata concilia: eaq́; nõ vulgari ꝑtãte donata, vt frugalius proſpiceretur Eccleſiæ. At quia, nec poſſunt, nec fortè æquũ eſſet, ſi poſſent, ſem ꝑ Põtifices maximos, eiuſmodi intereſſe comitiis (poſtquã illa, ſua fieri decreuerint auctoritate: Legatosq́; qui rem moderentur, miſerint) ſolent poſtremam (vt par eſt, eorum quæ agitarentur in Concilijs,) ſibi reſeruare ſentẽtiam. Id, quod & in Generalibus, præclarioribusq́; ſemper ſeruatum fuiſſe concilijs, rem expendenti, compertiſſimum eſt. *Fundamentum ad inueſtigãdum ꝙ neceſſarium eſt acta Concilij cõfirmari a Papa ad hoc ut robur ſortiantur.*

Verũ, qm̃ his diebus, res a quibuſdam reuocatur in dubiũ, dum nõnulli, cõciliorũ Acta, Decretaq́;, Papæ ꝓbatione, vel confirmatione nõ accedẽte, auſi ſunt aſtruere validiſſima: ab re eſſe non duximus: ſi noſtra ꝑ tenuitate, hæc certis ſolidiſque conſtructa fuerint fundamentis. Quarè hãc cõpẽdiariã enarrationẽ, ſeu tractationẽ fecimus, vt valeat quis veritatem agnoſcere: & ob id,
D Deo Opt. Max. a quo oĩs ꝓficiſcitur veritas, agere gratias. In cuius gloriã, hæc à nobis, potius attẽtata, q̃ explicata eſſe volumus, cupimusq́;: ꝓut & poſtulat natura, rõq́; compendij. Ergo paucis rẽ aggredior, nedum ſub cenſura Eccleſiæ ſacroſanctæ, ſed & cuiuſuis probatioris iudicij.

QVAESTIO.

An Acta, Decretauè, Generalis Concilij, Papæ egeant Confirmatione.

Quæſtionis ſtatus.

Non eſt quæſtio, de quouis generali Concilio: ſed de eo, quod eſt ritè collectum, & Legatorum Apoſtolicæ ſedis, tum præſentia, tum auctoritate firmatum.

Nec heſitãt, de rei decẽtia, ſed neceſſitate: qñq̃dẽ, nõ q̃rit, An expediat, ſed An reuera ſit opus.

Quorundam aſſertio. E

Sũt qui partẽ aſtruãt negatiuã: qm̃ etſi cõſentiũt, ꝓbationẽ expedire, id tñ pernegãt oportere. Fundamentũ aſſerunt: nõ quia Conciliũ ſit ſupra Papam, ſed quia tali pacto Concilium ſumptum, ſumma fulcitur auctoritate: cũ ptãs in eo (ſuis ſaltẽ in Legatis) ſummi repiatur Põtificis.

Quarè, & Eccleſiam repræſentare contẽdunt vniuerſalem: quæ indubiè, & ſummam, & omnem Eccleſiaſticam complectitur poteſtatem: quam, & immediatè habet à Deo.

Ergo (vt ſubdũt) oẽs illius ſumus aſtricti decretis, & illis maximè, q̃ ſunt definita, de fide: cũ, & ſi omnia, hæc tñ potiſſimè, ſint à ſpũ ſancto profecta. Ergo & hæreticum docent, ſecus ſentire.

Non deſunt, qui poſitionẽ hanc, alio conſtruunt fundamento: nẽpè, qui alia non putant opus eſſe Papæ poteſtate, præterquàm in cogendo Concilium. Qua de re ſuo dicendum eſt loco.

Doctrina Catholica.

Concilium, de quo ſermo, proximè poteſtatem habet, à CHRISTI *Vicario: at non omni cum plenitudine. Quin, nec ſuas vices, valet Papa, cuius abſolutè, ſimpliciterq́; committere.*

Quare nec Eccleſiam repræſentat, ſimpliciter vniuerſalem: nec quæ decernit, vſquequo non probentur à Papa, ſupremum ſortiuntur robur. F

Ergo, & quæ ſtatuit, ad Eccleſiæ diſciplinã, vel morum moderationẽ, vim euſq; nõ obtinẽt legis, ut ad eorũ, ſimpliciter aſtringãt obſeruantiã: & quæ in materia decernũtur fidei, nobis nõ ſunt prorſus euſq; indubia.

Et cum hæc ſententia, ſit catholica, ab ea nẽfas eſt diſſentire. Nec modo ſecus dicere, ad hæreſim pertineret; ſed & hæreticum, addita obſtinatione, decerneret.

Declaratur conſtituiturque premiſſa Doctrina.

Concilium de quo ſermo, proximè poteſtatem habet à CHRISTI *Vicario.* Poteſtas in ꝓpoſito, non ꝓ conſultoria, de qua aliàs dictum eſt, ſumitur facultate: ſed pro iuriſditione, Cuius, vt vox ſonat, proprium eſt, ius dicere, ius iuxta legem decernere, & legem, ad bonum publicum conſtituere. Et in Principe, eximioq; communitatis Rectore, inuenitur ſimpliciter: ſed in commiſſario, vel delegato, communi curſu, inuenitur ad tempus, vel tantum in peculiari caſu.

Verũ attẽdendũ, ꝙ ptãs hæc, modò earũ reſpectu, non excutitur Eccleſiarũ, quibus Epiſcopi, qui in Cõcilio ſunt coacti, ſunt dati paſtores, ſpõſiq́;: ſed reſpectu, totius Eccleſiæ, cui ſummus ꝑfectus eſt Põtifex, ꝓ qua ſunt & negocia, q̃ tractantur (vt plurimũ) in Cõcilio. Nã reſpectu creditarũ ſibi Eccleſiarũ, Epi nunquã (cõi lege) ſuã nõ retinent iuriſditionẽ, ſiue ſint, ſiue nõ ſint, in Concilio: ſed reſpectu Eccleſiæ totius, nõ retinent, niſi dum in eo ſunt, E tñ ab ea die, qua eſt legitimè congregatum, ad illam vſq;, qua eſt legitimè abſolutum, aut legitimè ſuſpenſum. G

Epi ſemp eãdẽ retinẽt poteſtatẽ reſpectu ſuarũ Eccleſiarum, at non reſpectu totius Ecclæ.

Quarè, & ſi vtraq; Epis ꝓximè, à ſummo confertur Põtifice, vti à CHRISTI Vicario: id tñ non vno accidit pacto, nec vna met rõne. Nam Prima, & ſi cõfertur ꝑ eum, cõfertur tñ, ſecundũ illã ſibi creditã diſpenſandi rõnẽ, qua myſteriorũ CHRISTI, ſupremus factus eſt diſtributor, iuxta verbũ Apoſtoli. Sic nos exiſtimet hõ, vt miniſtros CHRISTI: & diſpenſatores, myſteriorũ Dei. Et cõfertur, ꝑ modũ ꝑpetui miniſterij, perinde ac munus Epale, cũ quo, & cõi curſu, recipitur.

At Secũda, & ſi cõfertur ꝑ illũ, nõ tñ, iuxta illã cõfertur diſpẽſandi, à CHRISTO ꝓſcriptã rõnem, qua ſuis cũ oneribus, ſunt diſpẽſandi Epatus, de quo & ſacræ admonẽt literæ, & ſanctiſſimi aſſeuerãt Patres: ſed iuxta rõnẽ liberalitatis ꝓpriæ ſeu põtificiæ indulgẽtiæ, nõ à diuinis ꝓſcriptã literis, Patribusùe, ſed à laudabili, hactenusq́;, ſi non fallor, in oĩbus ſeruata Conciliis conſuetudine: dum in oĩbus, Epi vſi ſunt, decernendi, definiendi, canonesq́; vniuerſales conſtituendi facultate, tum ad communem fidelium diſciplinam, tum ad dogmata pro fide catholica.

Epi in Conciliis definiendi ptãtẽ habent ex liberalitate ſummi Põtificis.

Quod quidem, non mediocriter conſonat: Nam Epiſcopi, non ſolum membra ſunt, proxima capiti, ſed & in Conciliis ſolicitudinem ſubeunt, vniuerſalis Eccleſiæ. Præter id: ꝙ & Pontifex maximus, ea vtens munificentia, ſupremum animarum imitatur Pontificem: qui licet inſigne caput ſit, totius Eccleſiæ, omniq́; donatus à Patre poteſtate, omniq́; iuriſditione (in illius quidem ditione, vniuerſa ſunt poſita) voluit tamen Apoſtolos, alioſq́; ex omnibus aſſumptos, habere cooperarios, quin & coniudices, & quod maximum eſt, in extremo iudicio. H

Quod dicitur, proximè, ad remouendũ non dr̃, iuriſditionẽ illam, ꝑfectam à CHRISTO, ſed ad declarandum, ab illo non ꝑfectã immediatè. Siquidem, cũ CHRISTVS, Vicariũ ſuꝑ totam, Papam conſtituerit Eccleſiã, eiq́; ſoli, iuriſditionis ſuꝑ illam crediderit plenitudinẽ: exigit quidẽ rõ, exigit & ordo, à diuina poſitus ſapientia, quæ oĩa agit cum ſuauitate: vt non niſi, ꝑ illum, & in his præſertim, quæ totam concernunt Eccleſiam, iuriſditionis impartiatur facultas.

Ergo

A Ergo, Patrum iuriſditio in Concilio, eſt quidem à CHRISTO: & eſt, non ſolùm, eo generali pacto, quo omnis, eſt à Deo poteſtas, tam in fidelibus, quàm in Ethnicis, tàm in Eccleſiaſticis, quàm in Secularibus principibus: aut illo, non longè diſſimili, quo Reges, per eum regnant, & legum conditores, iuſta decernunt: ſed & illo inſigni, ac peculiari, quo, tum peculiare, tum perinſigne eſt, & caput, & ſponſus Eccleſiæ, per quem, & longè pręſtantius, & multo ſolicitius, illi præ reliquis rebus aſsiſtit, moderatur, & non ſecus ac pupillã, ſeruat & ꝓtegit. Tametſi ad illos, & iure, & meritò, non pertingat, tranſeatq́; niſi mediante vicario ſummoue Pontifice.

Cui, cum nulla, ſuper hoc (vt diximus) præſcripta ſit lex: nulli dubium, ꝙ arbitrio relinquitur ſuo: qñ, qũo, & qua ſit conferenda menſura. Et eo quidem pacto, vt non cedat in deſtructionẽ, ſed ædificationem, vt loqui conſueuit Apoſtolus. Nam licet CHRISTVS, cum in omnibus, tũ in Papa, nunquam bonam non excitet voluntatem: licet ſancta ſemper inſpiret deſideria, rectaq́; conſilia: ſicut tamen nemini, ita & ſummo nunquàm Antiſtiti, præiudicat libertati. Ergo tantum abeſt, vt cogatur Pontifex, plenam concilio concedere iuriſditionem, ꝙ cum illam concedit, eam ad libitum valet moderari: quin & poteſt, pro voluntate reuocare conceſſam, & cum placeret, etiam ab illius deſiſtere impertitione.

Papa pōt concedere pſtā Concilio, & illam moderari & etiam reuocare.

B Siquidem, Eccleſiæ totius regimen, cum ſit ſuaptè natura monarchicum: haud obſcurum, illius Principem, non neceſſariò, ſuæ iuriſditionis habere participes: & ſi neceſſariò, pro diuerſis Eccleſiæ partibus, coadiutores habere debet Epiſcopos. Aequum enim eſt, & naturæ lege probatum, ſummum Pontificem, in arduis pro Eccleſia vniuerſali negocijs, vti conſiliariis, cogereq́;, cum opus viſum fuerit, œcumenicas ſynodos: vt ad communem ſalutem, frugemq́;, ſalubres excutiantur ſententiæ conducentiaq́; iudicia: tametſi illa non cogatur probare, aut executioni cõmittere, niſi quantum, & prudenter, & opportunè viderit expedire.

Sed vrges. Eſtò, Eccleſiæ moderatio, ſit monarchica (ſiquidem, & non raró, ſub typo deſcribitur Regni) Eſtò, ꝙ iure, omnis ſuper illam iuriſditio, vni cõmittatur Pontifici, cui non ſolũ dictum eſt, Paſce, ſed & oues vniuerſas Rege (Nam vtrũq; 20. Ioannis, dictum eſt Petro) Inficiari nihilominus nequit, quin & ſit pacto quodam politicum. Sumus enim ſanctorum ciues, & domeſtici Dei: & notum eſt, Eccleſiam, collatam nonnunquam cum ciuitate. Quarè, etſi præcipuum onus, hanc gubernandi rempublicam, iuſque dicendi ſuper illam, vti Regi, Principiq́;, aſcribendum eſt Papæ: nil tamen obſtat, quin & naturæ congruit ciuitatis, vt & ſua pro ratione,

C non ſecus ac primis ex ſenatoribus, concedatur Epis, Vnde, & ſeptuaginta, à Deo datum eſt Senioribus, vt cum Moſe moderarentur ſynagogam, ſicut & vetus admonet lex.

Reſpondetur. Fateor Eccleſiam ſimilem ciuitati, at non humanæ, ſed cęleſti. Noſtra, inquit Paulus, politia, in cœlis eſt. Vnde & tabernaculum Moſis, quod Eccleſiæ erat typus, iuxta exemplar factum eſt, quod illi eſt oſtenſum in monte. Ergo non iniuria, ſi illi ex cęleſti ciuitate, tum forma, tum regendi, præſcriptus ęſt modus. Siquidem illa mater, hæc legitima filia: quam & ſic oportuit æmulari matrem, vt non temerè, eam de cœlo deſcendiſſe, teſtetur dilectus. Ergò ſi ſuperna in ciuitate (etiam ſi varia in ea diſtributa ſunt munera) vnus eſt, cuius ſingula diriguntur nutu, moderator & princeps, cur non erit, & in politia Eccleſiaſtica, in qua licet diuerſa, cõpartiuntur officia, vnus, penès quem totius ſit regiminis cura, omniumq́; iuriſditio?

Eccleſia ſimilis eſt ciuitati non terrenę ſed cœleſti.

Et qq̄ non inficior, in Ierarchia ſuperna, oīa fore cõnexa: fateor, & in Eccleſia, iuxta cœleſtẽ, oīa eſſe diſpoſita: nullo tñ ambigendũ eſt pacto, CHRISTVM, qui in caput, toti præpoſitus eſt Eccleſiæ, oīum (ſiue in cœlo, ſiue in terra ſint) Rectorem ęſſe, ac Principem. Ergo, nõ hæſitãdũ, ſummũ eius in terris vicariũ, terreſtris ſaltẽ Eccleſiæ, vnicè moderari habenas: eſſeq́; penès illum,

D oẽm ſup eam, reddendi ius, plenitudinẽ. Ergo, etſi humanæ reipub. ſenatores, poſſunt facere quædã, & in ijs, q̃ ad publicũ ꝑtinent commodũ, habere ſuapte natura, ſuffragia, iuſq́; dicendi, ſua pro rõne, quodã iure prætendere: ſecus tamen, de ſenatoribus politiæ Eccleſiaſticæ. Vtquę, eo à CHRISTO inſtituta eſt pacto, vt ſicut vno adumbratur ouili, ita & vno regatur paſtore.

Penes ſũmũ Pontificẽ oīs plenitudo poteſtatis ſuper totam Eccleſiam.

At, non omni cum plenitudine, quin nec ſuas vices, valet Papa, cuiuis ſimpliciter: abſolutéque committere.

Si Concilium, ea tñ attenderet, quæ ad politicos fidelium pertinent mores, ꝓmouẽtq́; ꝓ loco, & tpe, Eccleſiaſticã diſciplinã: non magnopere refragarer, ea in re, poſſe ſummũ Põtificẽ, plenitudinem delegare facultatis: cũ inde, nihil (quod videã) ſequatur abſurdi. Quod tñ, nunq̃ præſumeretur facere, tam etſi ampliſſima Legatis demandaretur poteſtas. Licet enim ęquũ ſit, Legatis in Cõcilio, abundè, ampliſſimèq́;, ea cõcedi, quæ ad cõmodã Concilij ꝑtinent moderationẽ: non tñ eſt conſentaneũ, vt plenitudo illis concedatur poteſtatis, cum inde, non pauca ſequi poſſent inconuenientia, vt facile eſt, humanis ponderatis affectibus, animaduertere.

Forte in his quæ ad mores attinent, pōt Papa totam plenitudinem poteſtatis delegare, at non ſimpliciter.

Quòd,

Quòd,ſi qñ,vel honoris gratia,vel pia aliqua rõne,in patentibus(vt vocãt)literis,plenitudini E
alluderetur iuriſditionis,vel ẽt ſi claris,a ptisq; id tãgeretur verbis:retinẽdum ſemp foret,nõ eſſe
Põtificis mentem,vt ea vterenẽ temerè,paſſimq;: aut in Eccleſiæ vniuerſalis,vel ſedis apoſtolicæ
ꝑiudiciũ. Et demũ,ꝙ nec ea illis vti,ſas eſſet,niſi magna cũ moderatione:ſicut & ꝓbè,maximus
præſefert Leo.72.epiſtola. Cuius rei,& Pontiſex erit(vt par eſt)& ſupremus,& vnicus iudex.

Verũ,quia in Cõcilio,nõ ea duntaxat ꝑtractantur,q̃ politicos attinent mores,habẽtq; ꝓ loco,
& tpe,promouere Eccleſiam,ſed & q̃ fidẽ concernunt orthodoxã(ꝓp quod,& in eo ſtatuuntur
dogmata,à quibus nemini ſas eſt reſilire, quin & q̃ poſſunt, debentq; etiam ſummos Pontifices
alligare)huius ſaltem reſpectu poteſtatis,iuriſditioniſuè,cõpertum eſſe debet, Põtificẽ, plenitu-
dinẽ delegare non poſſe,ſimpliciter & abſolutè. Et qñ in hoc, non minima ſuſtinetur portio,
catholicæ,quæ ſupra eſt collecta,doctrinæ,ideò & declaranda,& conſtituenda res eſt.

Reſpectu eorũ quæ ſunt fidei non põt Papa, totam ſuam delegare poteſtatẽ.

Declarãda quidẽ: quia fortè nõ deſunt qui hærẽt,an iuriſditionis hęc ꝑtineãt ſacultatem, nõ
facilè penetrantes,quo pacto,in his,q̃ fidei ſunt,valeat habere locũ. Verũ ſiquis attẽderit, Roma
num Pont. nedum iudicare poſſe de moribus,ſed & de ſcripturis ſacroſanctis: videbit, & q̃ fidem
attinent,illius expectare iudicium. Siquidẽ fides,& Dei innititur verbo, & in nos, ex verbi di-
manat auditu: ꝓut & Apoſtolus docet. Et quis neſcit, & legẽ inueniri fidei: qñ id Paulus tradit? F
Cur ergo,& quæ illius ſunt iuris,eam iuxta,non poterunt excuti,vel decerni?

At nõ ſit vis,in verbo: ſatisꝙ improbari nequit,eã,quã Concilium in his q̃ fidei ſunt,obtinet
facultatem,à ſummo dimanare Pontifice: penès quẽ ita fidei(vt dr̃)depoſitum eſt negocium, vt
ex illius tandẽ pendendum ſit ore. Et licet, q̃ iuriſditionis ſunt, poſſint (cõi lege) cõmitti,quæ tñ
perſonæ exigunt(vt loquuntur)induſtriam,illiq; ſunt vnicè credita,onera ſunt perſonalia,aliiq;
concedi non poſſunt:& illis præſertim in rebus,quæ maximi,quin & ſupremi ſunt ponderis. Et
compertum eſt,eam duntaxat, indubiam eſſe fidem,quæ illi innixa eſt baſi,ac conſtantiſſimę pe
tr ę,quę(vt illius peculiare agnoſceretur donum)ſoli data eſt Petro.

Quæ ſunt iuriſditiõis põt Papa cõmittere, nõ quæ induſtriã exigunt perſonalem.

Conſtituẽda verò:quia ſi hæc de fide decernendi facultas,poſſet, vel oĩ cum plenitudine, vel
ſimpliciter,& abſolutè à Papa committi:poſſet & illud peculiare,ſpiritusſancti donũ,quo in iis,
quæ fidei ſunt(cum de illis ꝑ modum iudicis,iuſq; ſupremũ decernentis,& ꝓmulgantis, ſtatuit
decernitq;)inſallibile redditur Papæ iudicium,alteri delegari,quod planè, ſinèq; controuerſia,
res abſurdiſſima eſt. Nam ꝑter id,quod ordo in myſtico confunderetur corpore, chariſmatibus-
que quibus & propria membris,diſtribuuntur munera,præiudicaretur ſpiritus ſancti, dum do- G
naretur corpori,quod peculiare eſt capiti,haud dubium, ꝙ (& ſi in Papæ eſt facultate, munere
ſe abdicare pontificio)in illius tñ non eſt facultate, corpori munus conferre capitale, ſicut nec
eſſe Eccleſiæ fundamentum,aſcribi poteſt,quod ſuper illud conſtituendum eſt ædificio.

Papa põt põtificatum abdicare, nõ tñ conferre põt corpori, munus capitale.

Sed ſecus inquis, ſonant verba Martini: cum Iulianũ. S. Angeli Diaconum Cardinalẽ, in Le-
gatũ,ac præſidentẽ,dedit Baſilienſi Concilio. Nam plenã,in rebus fidei,tàm cognoſcendi,q̃ de-
cidendi(etſi vnà cum Concilio)cõtulit facultatem. Quin & cenſuit,quoſcunq;,qui ab illo vnà
cum Concilio,deciſis,determinatiſq; contraueniſſent, ſeq; rebellaſſent: per cenſuras puniẽdos
Eccleſiaſticas,& alia opportuna remedia etiam brachio inuocato Seculari,& omni appellatione
poſtpoſita:promittendo omnia ſe habiturum,& rata,& grata,vt ampliter eo in diplomate.

Quibus reſpõdeo. Nõ quidẽ voluiſſe,minusq;,Martinum explicaſſe,ſe in his,quæ fidei, Le-
gato Concilioq;, poteſtatis,ſimpliciter tradere plenitudinẽ,ſed eam tñ decidendi concedere ſa
cultatem,quæ ad hęreticos requiritur conciliariter cõdemnandos,& ad ea, quæ fidei ſunt decer
nendum,eo,quo ſolitum eſt,iure Cõcilij. Quarè nõ excluditur,quæ in Cõcilio ſuiſſent acta, ad
Lydium,non conſerenda lapidẽ. & per hoc,non extremũ Papæ ſubitura iudicium. In quo ſolo
ex CHRISTI diſpoſitione,muneréq;,& indubia,& conſtatiſſima,fidei regula requirenda eſt. H

Et q̃q̃(vt non longè poſt,reſumẽdum eſt)quæ à Cõcilio, ante approbationẽ Papæ,ſunt decre
ta,nõ ſint penitus firma:ſicut tñ,ęquum eſt,illa ſuſpicere,venerari,ac honore debito ꝓſequi, ita
& iniquũ foret,illa vel contemnere,vel temerè cõtradicere. Ergo,& rectè, in illos Põtifex con-
cedit animaduerti,& acri(vt par eſt)pœna multari. Quòd ꝓmiſerit, habiturũ ſe ratũ,& gratũ,
quicquid fuiſſet decretũ,& concluſum: ſi ad executiones,vt fortè debet, reſtringatur pęnarum,
cõtemptores detrectatoreſq;, meritò inuoluentium,nullus ingeritur ſcrupulus: ſi decreta defini
taq; complectitur vniuerſa,haud dubium,ꝙ cum debitis accipiendum eſt clauſulis: nempè, non
fraudulenter,non temerè facta,& ad Lydium,vt dictum eſt lapidem,conſiſtentia.

Quare nec Eccleſiã repræſentat,ſimpliciter vniuerſalẽ. Exploratiſſimũ eſt,Eccleſiam vniuerſalem,
oẽs cõplecti fideles:vtq̃ integrũ(vt in hac ſaltẽ cõtingit ꝑegrinatione) CHRISTI cõtinet corpus.

Ergo

A Ergo, ſi ſimpliciter, omnique eſt repręſentanda ex parte: neceſſe eſt, vt tota integraque omnibus cum membris, & ſuo præſertim repręſentetur cum capite. Ergo palam, quòd Papa abſente, qui ſolus CHRISTI, ſimpliciter & abſolutè capitis, gerit vices; ſimpliciter, & non vt aliquando, ſine ecdochice, integra, totaq;, repręſentari non poteſt.

Adde: q ſicut particulares Eccleſię, in ſuis, & computantur, & repræſentantur paſtoribus (ꝓpter quod, & illis conuocatis, eorum adeſſe cenſentur Eccleſię) ità & vniuerſalis Eccleſia, nõ niſi in ſummo, & computatur, & repræſentatur paſtore, Pontificeq;: Qui & illam (vt loquũtur) virtualiter continet; & in Concilio, proximè, pro illis, qui in eo paſtores peculiares non habent, populis, & in Eccleſiis, inſigniter ſupplet.

Et licet Papæ Legati, illius vices gerant in multis, ſicut tamen illis datum non eſt, vt gerant CHRISTI vicem, ita nec vt pro vniuerſali, ſupplere poſſint Eccleſia: Vtrunq; ſanè, mun' eſt Papæ perſonale, & non ſecus, ac poteſtatis, vt diximus, plenitudo, communicari ſimpliciter nequit: Cuius rei, vel indè, accipitur teſtimonium; q id nunquam, in eorum, quantumuis vberi, quantumuis ampla, expreſſum legitur commiſſione, aut aliàs, quouis pleno mandato.

Præter id; q abſq; Papæ præſentia, plenitudine (vt dictum eſt) non potitur poteſtatis, & quã
B habet, proximè non habet, à CHRISTO. Et tñ obſcurum nõ eſt, Eccleſiã non verè integrã, nõ vniuerſalem eſſe ſimpliciter: quæ vtraq; nõ cõplectitur. Et notũ eſt, cũ ſummũ includit Pontificem, ipſius rõne, & plenitudinem habere poteſtatis, & proximè in eo proficiſci, à CHRISTO.

Sed duo ex Martini interrogatorio, ſe efferunt ſcrupuli: quos (ſed paucis) non diſſimulabo. Alter eſt; quia iudicatur hæreticus, qui quoduis generale Concilium, dummodo ſit legitimum, repręſentare non dixerit, vniuerſalem Eccleſiam. Reliquus eſt; q Conſtantienſe, quod ſine Papa, extitit celebratum, eiuſmet decernitur repręſentationis fore.

Ad primum dicitur; q ſi ſermo ſit, de repræſentatione ſimpliciter, & non ea de, quæ admittitur ſæpè, ex hoc, q non minima in aliquo reperitur pars; cum Papæ illud intelligendum eſt aſsiſtentia, & non alio modo. Ad ſecundũ reſpondetur: q Conſtantiẽſe, eo pro tempore, quo ſine vero extitit Papa, Eccleſiam etſi repręſentauit vniuerſalem, non tamen ſimpliciter, ſed eo, quo tunc reperiebatur pacto: at cum eſt electus Martinus, qui & Concilio erat pręſens, indubiè illam repræſentauit ſimpliciter integrèq;.

At reſumis. Baſilienſe Concilium: legitimè eſt congregatum: & ſine pręſentia Papæ, eoq; nõ
C reclamante, illo non ſemel vſus eſt titulo. Dicendum, q & ſi eo eſt vſus, vſus eſt illegitimè, quin & præſumptuosè, ſicut, & quod ſubdit, à Deo poteſtatem habere immediatè. Vnde, & ſecunda mox ſeſſione, anſum eſt eouſq;, q & ſummos legitimosq; Pontifices præſumpſit, ſuis nedum decretis aſtringi, ſed & poſſe contrafaciendo deponi. Reclamauit ſatis Eugenius: quando eorum audacia ponderata, Concilium nedum aliò tranſtulit, ſed & diſſoluit.

Nec quæ decernit, vſquequo non probentur à Papa, ſupremum ſortiuntur robur. Si quæ in Concilio ſunt decreta, ex plenitudine profecta non ſunt poteſtatis nulli dubium, q ſi ad eorum confirmationem, illius accederet plenitudo, ea non parũ roborari contingeret. Ergo, & locupletari poſſent in robore; ergo palam, q non erant ſortita ſupremum. Sed dicis. Nùm propterea, vim nõ obtinent coactitiam: qua illa vrgeamur præſtare, abſoluereq;? Et ſi ea de re portione ſequenti, ſic tamen perpaucis habe: nempè, quòd licet illis, ſua non denegetur vis, ad ſui tamen prorſus non alligant obſeruationem.

Siquidem (præter id, q ius dictat, ſuadetq; natura, vt ea, ſicut tactum eſt, non contemnamus, quin & exoſculemur; tùm quia ſanctiones patrum, ad communem frugem: tum quia à Spiritu (vt creditur) Sancto dictata propoſitaq;: & ita dictat, ſuadetq;: vt væ, ſiquis contẽpſerit, væ ſi quis
D veneratus non fuerit) compertum eſt, q & conciliari, qualequale ſit, etiam cogunt nos iure. Verùm, quantum ex illa proficiſcitur poteſtate, non aſtringũt ſimpliciter, ſed aliquo pacto: ꝓut inquam, in illis voluntas præſumitur eſſe (ſaltem ex parte) ſummi Pontificis. Cuius auctoritate, Concilium non ſolum eſt coactum: ſed & ſanctiones fecit.

Et cum ea præſumptio, quouſq; de Papæ non conſtat, tacita vel expreſſa probatione, reprobationeq;, meritò in noſtris vigere debeat mentibus: ambigendum non eſt, q ad eorum, quodam vrgebit pacto, nedum reuerentiam, ſed & piam vt fas eſt, executionem: non dicam iudicialiter, ſed quaſi amicabiliter, & eo pacto, vt ſi factum ſit ſecus (abſit contemptus) legis non ſim abſolutè tranſgreſſor, aut capitaliter violator.

Nec obſtat: Concilium, Papæ auctoritate coactum, Legatorum præſentia fultum, ampla authoritate donatũ, & demum, q̃ fuerint definita, pro ratis, gratisq; habẽda ꝓmiſſum, q̃n (ꝑter id,

q ea

ꝙ ea cum debitis,vt dixim us,intelligenda ſunt clauſulis,& circunſtantijs)non ſatis ſunt,vt defi- E
nita,vim ſimpliciter ſortiantur,vt mox videbitur,legis:& per hoc, ſicut nõ valent ſimpliciter al-
ligare,ità nec ſimpliciter poſſunt in tranſgreſſores,vt tranſgreſſores animaduertere.

*Ergo,& quæ ſtatuit,ad Eccleſiæ diſciplinã, vel morum moderationẽ, vim eouſq; nõ obtinẽt legis,ut ad eo-
rũ,ſimpliciter aſtringãt obſeruantiã:& quæ in materia decernũtur fidei, nobis nõ ſunt prorſus eouſq; indubia.*

Quanq̃,hæc ſunt ex præmiſſis deducta;non erit ſorſitan importunum,ſi confirmẽtur denuò.
Ergo quæ diſciplinam tangunt, Eccleſię probationem , confirmationemque neceſſariò exigere
Papæ;idq; non ſolum,vt conſtantius,frugaliusq; mandentur executioni,conſerantq; communi
hominum obſeruantiæ,ſed vt & vim ſimpliciter ſortiantur legis,ſupremã recipiãt,qua & aſtrin
gamur abſolutè roboris efficaciam:vel ex hoc,difficile non eſt euincere.

Cum enim ex Dñi voce,Petro totius regimen , vt non ſemel diximus , creditum ſit Chriſtia-
næ Reip.ſummusq; pro tempore illi ſuccedens Antiſtes,& Pater, & Princeps à Concilio Floren
tiæ ſub Eugenio celebrato, Eccleſiæ decernatur vniuerſalis ; indubiè ad illum ſpectabit q̃ maxi-
mè,nedum leges,pro Eccleſia conſtituere,ſed & opus erit, & quæ fuerint conſtituta , per illum,
illiusùe expreſſo ſaltem promulgari conſenſu.Id enim,vt cogat,natura poſtulat legis, vt non ſo
lum docent legis periti,Philoſophi morales,ſed & D. Thomas, prima ſecundæ . F

Quarè,& ſi in Cõciliorũ calce,cũ qui interfuerũt, ſoliti ſunt ſubſcribere ; ꝓmulgationis aliqñ
interponeretur verbũ (ꝑter id,ꝙ res foret particularis,& cõtra cõem curſum) ꝑſumeretur,noua
Papæ,id factũ cõmiſſione,vel nouo eius conſenſu,ſicut ni fallor,& eo caſu cõtingeret,vel ita ver
bum illud ꝓferretur,ꝙ cõſtaret non ꝑiudicatum arbitrio Papæ:vt factũ dicitur à Donato Oſtiẽſi
Epõ,Papæ legato in octaua Synodo.Sic enim referunt.Ego Donatus Epus Oſtienſis , locum te-
nens Adriani Pontificis maximi,omnia quæ leguntur ſuperius,huic ſanctæ , & vniuerſali præſi-
dens ſynodo,ad voluntatem eximij præſulis,promulgaui,& mea mann ſubſcripſi.

Quanq̃ ſi alicubi promulgata legerentur abſolutè,ſineq; Põtificis ſcitu: non immeritò inter-
pretandum foret,id factum,quantum ex conciliaria poteſt pẽdère poteſtate . Quod ſimpliciter,
vt diximus,non ligaret quouſq; de Papæ non conſtaret approbatione . Nec haberent propterea,
eouſq;,vim iuris ſimpliciter,nec ad tribunal adducta,abſolutè probarent:minusq; ex illis tantũ,
poſſet ſententia,iuridicè ferri conſtituiq;. At de ſancitis,pro fide.

Hęc etſi pẽdẽt nõ minus,ex determinatis(qñquidẽ ea q̃ fidei ſunt,infallibiliter decidere , mu-
neris eſt capitalis, qđ alij à Papa,tũ Dei ordinatione,tũ ſedis Apoſtolicæ priuilegio,cõicari non G
pōt,vnde & meritò,oẽs ad illã ſedẽ,deuoluuntur qõnes difficiles, & ꝑ hoc, & quæ fidei ſunt : cũ
ſint perarduæ)non puto tñ inutile,ſi vnde valeat donum illud educi:quoùe CHRISTI verbo fir
mari,proferatur in mediũ: Et q̃q̃,ex pluribus ſcripturæ ſumeretur locis:erit in ꝑſenti ſufficiens,
vnus,vel alter. Primus.16.habetur Matthæi,qñ Simon factus eſt Petrus,dicente Dño, Tu es Pe-
trus. Siquidem,vt D.docet Hieronymus,illud CHRISTI verbum,verbũ extitit ꝓtãtis:quod &
mox eſt ſecutus effectus.Nam tunc factus eſt conſtans,& firmus in fide. Et eã quidẽ firmitudine ,
ea conſtantia,vt poſſet totam firmare,& ſuſtinere Eccleſiam.Propter quod,& illico pollicitatio-
nem meruit,& hanc ſupra petram,meam ædificabo Eccleſiam. Verùm,quia locus iſte , cum de
primatu egimus Petri,eſt ſatis excuſſus,alius pertractandus eſt.

Infallibiliter decidere ea q̃ ſunt fidei pertinet ad papã & hoc probatur ex euangelio.

Legitur 22.Lucæ,ꝙ contendentibus de primatu Apoſtolis , CHRISTVS ad Petrum verſus ,
ſic dixit.Rogaui pro te,ne tua deficiat fides:& tu aliquando conuerſus,tuos cõfirma fratres.Quo
ex loco,Agathon Papa,in ea,quam ad ſextam Synodum ſcribit epiſtola,confiſos, aſſerit præde-
ceſſores,ſemper ſolitos confirmare Concilia.Quod & pollicetur,pariter facturum ſeſe.Et con-
ſtat Concilium illud,nedum Domini prędeceſſoris auctoritate collectũ, ſed & ad illud ab Aga-
thone,Theodo.Grægorium,& Ioannem legatos deſtinatos, ac in eodem fuiſſe, ſui loco præfe- H
ctos.Ità quidem,præmiſſis Domini verbis,quæ ſunt producta,ſubiungit.

His Dñs Petro,nõ deſuturã ꝓmiſit fidẽ,& cõfirmare eũ admonuit fratres: qđ Apoſtolicos Põ-
tifices,meæ exiguitatis prædeceſſores,cõfidẽtes,ſemꝑ feciſſe,cũctis eſt cognitũ.Quorũ & puſilli-
tas mea,licet impar & minima,ꝓ ſuſcepto diuina dignatione miniſterio, pediſſequa cupit exiſte
re. Verùm vt CHRISTI verba,ſint magis illuſtria,hunc expendantur in modum.

Orta,inter diſcipulos,de primatu,vt dicebatur,contentione: illiſq; vt par fuit, benignè com
monitis,mox CHRISTVS verba conuertit ad Petrũ:vt ad quem ex pollicitatione ſpectabat pri-
matus.Simõ inquit,Simõ: geminat quidẽ verbũ:vt põderet quod ſubiungit. Ecce , qđ fortè non
cogitabas.Ecce (inquã)nã res eſt præſentanea,& tẽtata modò. Sathanas,qui nunquam ad extur-
bandum calumniandumq; non eſt ſolicitus , Expetiuit , omnique inſtantia efflagitauit, nam ad
libitum

A libitum debacchari non poteſt,) Vt cribraret, agitaret, excuteretq; omnes vos, non ſecus, ac, triticum, vt tandem me derelicto, à fide penitus deſciſcatis. Et iuſto Patris iudicio, ſed vobis in pręſentia inacceſſo, voti factus eſt compos.

At, ego rogaui, qui ob meam, nunq̃ non exaudior reuerentiá. Non dicá pro vobis oĩbus (nec quidem id, inſcrutabilis exigit ſapientia Dei, quæ ſingulis, optimo ꝓſpicit cum cõſilio) ſed ꝑ te, cui & aliàs pollicitus ſum primatũ, ad quẽ & mearum cura pertinebit ouium. Rogaui inquá, ꝑ te, verũ non tui, ſed crediti tibi muneris grátia. Vt, non ſolũ, in hac Sathanæ cribratione, non ſolũ in hoc, quod modò oẽs patiemini naufragio, ſed & in quibusuis turbinibus, ſęuiſſimisq; tẽpeſtatibus, nunq̃ Tu, tuiq; ſucceſſores (ſummi, hoc eſt Pontificis, priuilegium,) à fide deficiatis.

Pẽderant verba chri apud Lucam. Rogaui pro te vt non deficiat &c.

Tua inquam fides: tùm quia, cum tibi eſt à patre donata, potiſſimum futuro in te, pontificio muneri, eſt cõceſſa: tùm quia in te tui offici ratione, eſt firmata, ſtabilitaq;, & quia Petrus factus, conſtantiſſima reddita. Et meritò quidem, cum non tam ſuper te, quàm ſuper credito tibi munere; mea ſit conſtruẽda Eccleſia. Præter id, ꝙ tua eſt; quia à te inſigniter explicata, cum me CHRISTVM, viuentis Dei filium, præ reliquis es confeſſus. Ergò, non iniuria, ſi tu, tuumq; munus peculiari eſt ſuffultum fauore: non iniuria, ſi tu, tuiq; ſucceſſores, nunquam deſtituendi ſunt fide,
B quin etſi ab eis reliqui confirmandi ſunt fratres.

Et q̃q̃, res ita ſe habet, q̃q̃ nec Petrus, nec ſucceſſores, deficere permittantur in fide: non propterea, illis datum eſt, peccare non poſſe, aut aliquid, fidem aduerſus, non cõmittere. Siquidem immaniter peccauit Petrus, & grauiſſimè in fidem commiſit: qm̃ in fidei confeſſione, non ſemel defecit. Peccauit & in fidem Marcellinus, cum thus obtulit ſimulachro. Verùm non perdiderũt fidem, cum ea proceſſerint, non ex incredulitate, ſed ex mortis formidine.

Petr⁹ & Marcellinus licet peccauerint ĩ fidẽ non tamen perdiderunt fidem.

Et licet, nonnulli Romanæ ſedis Antiſtites, ſint inſimulati de hæreſi, ni fallor, fuere calumniæ. Habent qui illos vendicent, tum ex probatis hyſtorijs, tum ex validiſſimis coniecturis. quare, non eſt cur moremur. Quanquam ſi aliqui admitterentur hæretici: non propterea quicquã ſummo detraheretur pontificatui ſed lapſus concederetur perſonę. Quod planè, ſinè ſummę ſedis præiudicio, poſſe contingere, Romanam conuincit Eccleſiam, nunquàm hæreſi fuiſſe infectam, ſed aliarum omnium, ſemper permanſiſſe magiſtram.

Et quanquam deliquerit, vt dictum eſt, Petrus, deliquerit & Marcellinus, conuerſi ſunt tamẽ. Et tantum ab eſt, ꝙ eorum lapſu, ſit periclitata Eccleſia, ꝙ ea, conſtantior reddita eſt, occaſione: ſiquidem vterq;, non ſolum, ſuam mirum in modum, deteſtati ſunt culpam: ſed & in fidei con-
C feſſione, eo vſq; ſunt facti conſtantes, vt eorum crimen Eccleſiæ ceſſerit, nedum ad profectum, ſed ædificationem, & frugem. Hactenus de CHRISTI verbo.

Ex quo, cum conſtet, Petri fratres, Ep̃os inquam, ex Petri confirmandos fide: haud dubium, id fore potiſſimum neceſſarium, vbi ventilatur maximè. Ergò & potiſſimùm neceſſarium eſt in Generali Concilio: vbi quæ ſunt fidei, potiſſimũ reſoluuntur. Sed iam, eſt dicendũ, de Praxi.

Nicęna Synodus, in qua trecenti octendecimq; conuenerunt Ep̃i: & ſi Syluestri cõuocata eſt poteſtate, vt ex epilogo Romani edocemur concilij, per eundem, eo temporis, in Thermis celebrati: & ſi in ea Oſius Cordubenſis Ep̃s, Victor & Vincentius, Romani presbyteri, & Legati, & vicem Romani gerentes Pontificis, præfuerunt: vt ex præfatione ad Conciliũ legitur Sardicẽſe: vel Victor ſaltem, & Vincentius, qui in eodem, nomine ſubſcripſere Syluestri, vt ex Concilij licet videre ſubſcriptione; nihilominus, miſſum eſt ad Papam, vt illius confirmarentur decreta.

Et ꝙ, ab eo ſint confirmata, & ſi ex illius ſatis conſtat reſponſione, clarius tamen, id ex frontiſpicio euincitur Concilij, per Syluestrum Romæ celebrati, vbi ſic legis. Sylueſter Ep̃s, ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis, præſul vrbis Romæ, dixit. Quicquid in Nicea Bithiniæ, conſtitutum eſt ad robur ſanctæ matris Eccleſiæ, catholicæ, & Apoſtolicæ, à ſanctis ſacerdotibus, trecentis decẽ & octo
D noſtro ore conformiter confirmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti, & magni Concilij, quod apud Nicęam cõgregatum eſt, ſub præſentia piiſſimi, & venerandi Principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.

Sylueſter confirmat acta Concilij Nicæni.

Quòd approbatio, facta ſit cum Concilio, nullum hac in re affert incommodum: quin & confirmat intentum. Non affert incommodum: quoniam non maior, ob id, in confirmando, infertur poteſtas. Eadem quippè eſt vis, eademq; auctoritas, in Papa ſolo, & vnà cum Concilio; & ſi cùm eſt ſolus, eſt in illo collecta, & cum eſt in Concilio, eſt ad partes effuſa. Confirmat intentũ, quoniam ex hoc demonſtratur, plenitudinem non eſſe poteſtatis, (quantumuis foret eximium, ſicut & Nicęnum) in generali Concilio: in quo, & ſi ſunt Papæ Legati, non tamen eſt Papę perſona. Siquidem, opus non fuiſſet confirmatione, ſi diſparitas non fuiſſet, in auctoritate.

Calcedonenſis Synodus ſuorum actorum cõfirmationem petit à Leone.

Calcedonenſis quoq; in qua ſexcenti & triginta fuerunt Epi: nõmodò Papæ auctoritate col E lecta, vt ex epiſtola habetur Valentiniani, & Marciani, ad Leonẽ primũ: ſed & Romani Pontificis Legatis, Lucentio & Paſchaſino epis, & Baſilio & Bonifacio Sacerdibus, & in ea p̃ſidentibus, adminiſtrata: qui non ſolũ, quæ ad fidem ſpectabãt, ꝓponebãt, ſed & ſniam Leonis vice, in quã Concilium conceſſurum erat, ferebant, vt in tertia illius legitur actione, & Leonis quadrageſima prima, & quadrageſima quinta epiſtolis: ſuorum confirmationem petijt Decretorum.

Et licet oĩbus, quæ eo in Cõcilio acta, decretaq; ſunt, à Leone petita ſit approbatio, vt in relatione ſanctæ Calcedoñ. Synodi, ad Leonem, de oĩbus eius geſtis, incipiẽte, (Repletũ eſt gaudio, os noſtrũ,) facile eſt videre: licet & oĩa Leo videatur probaſſe. præter p̃ceſſionẽ Cõſtãtinopolitani Antiſtitis, vt in eiuſmet inſinuatur epiſtola, numero quinquageſima nona: certũ eſt tñ. ꝙ ea, quæ illo, ad fidẽ ꝑtinentia, ſunt deciſa Cõcilio, etſi iuxta Leonis erãt definita mãdatũ, vt cõſtat ex tertia, vt diximus, Concilij actione, & quinquageſima ſeptima eiuſdem epiſtola, ab illo potiſſimum confirmata ſunt: vt ex epiſtola habetur, vt dictum eſt, quinquageſima. Tametſi legati, eius in Concilio tenuerint locum, & fidei negocium debuerint, ex peculiari mandato tractare, vt liquet in illius epiſtola ſexageſima.

Cõſtãtinopolitana tertia, ſed reſpectu quinq; vniuerſaliũ, quæ p̃ceſſerant, ſexta, q̃ ſub Domno F eſt, vt diximus, cõuocata, ſub Agathone cœpta, & ſub Leone. 2. abſoluta, ab ipſo Leone, vt in iis, quæ ad pijſſimũ Cõſtãtinum Auguſtum, videre ꝑfacilè eſt, indubiè cõfirmata fuit.Ità quidem legis. Quia definitionem rectæ fidei, ſancta vniuerſalis, & magna ſexta Synodus, pleniſſimè p̃dicauit, quam & apoſtolica ſedes beati Petri Apoſtoli, cuius licet impares, miniſterio fungimur, veneranter ſuſcipit: iccirco, & nos, & per officium noſtrum, hæc veneranda ſedes apoſtolica, cõcorditer, & vnanimiter, iis quæ definita ſunt ab ea, conſentit, & beati Petri auctoritate confirmat, ſicut ſupra ſolidam petram, qui Chriſtus eſt, ab ipſo Domino, adeptus eſt firmitatem.

Synodus Cõſtantinopolitana tertia, à Leone. 2. confirmata eſt.

Nicęna ſecũda, quę inter vniuerſales cõputatur ſeptima, tp̃e celebrata Cõſtãtini & Irenes matris, in quã & Adrianus primus, nedũ cõſenſit, vt ex illius apparet epiſtola, ad Tharaſiũ Cõſtantinopolitanũ Patriarchã, ſed & legatos ſuũq; locũ tenẽtes, Petrũ ꝓthopresbyterũ Eccleſiæ. S. Petri Apoſtoli, & Petrũ p̃sbyterũ ac p̃ſidẽ. S. Sabæ, qui & Adriani ſubſcripſerũt loco, deſtinauit, (vt in calce conſtat definitionis, ſanctæ, magnę, & vniuerſalis Synodi, in Nicęa ſecundæ ab eodem Adriano in qua de ſacrarum imaginum definitum eſt veneratione) confirmata eſt. Aliàs in fine, opus non erat, Tharaſium ad illum, Cõcilij mittere confeſſionem: vt in epiſtola teſtatur, quam ſcripſit ad eum. Nec fuiſſet proteſtatus Pontifex, ſe non traditurum confirmationem, niſi ſacrę G in locum priſtinum reſtituerentur imagines. Vt in ea habes, quam ad Tharaſium dedit epiſtola.

Synodus Nicæna ſecũda, ab Adriano 1. cõfirmatur.

Denique, & quis neſcit, Conſtantienſem Synodum, quæ omnem procul dubio, quæ in Eccleſia, tunc reperiebatur, habebat auctoritatem, præſertim cum ex omnibus conſtitit obedientijs, tandem in iis, quæ in materia definita erant de fide, à Martino v. confirmatã fuiſſe: vt illius apparet ex bulla, ac Seſſione quadrageſima quinta? Et notum eſt, Baſilienſe, vt confirmaretur, & non ſemel, à Papa tentaſſe, ſed & iure, non obtinuiſſe: teſtis eſt, Ioã. à turre crema. in geſtis ipſius Concilij. Licet Nicolaus quintus, qui Eugenio. 4. ſucceſſit, admiſerit, valereq; voluerit, quæ à Patribus, in eo fuerunt geſta: quo ad cenſuras, & beneficiales cauſas.

Conſtantienſis Synodus à Martino v. confirmat.

Mitto Gelaſium, non ſolum: omnia quæ ante illum pręceſſerũt concilia approbaſſe, ſed & recipienda fore decreuiſſe. 15. d. Sancta. Et Leonem ſecundùm, non modo probaſſe, Nicęnum, Cõſtantinopolitanum, Epheſinum, Calcedonenſe, Conſtantinopolitanum ſecundùm, quod quintum dicitur, vniuerſale: ſed & ſextum, pariter Conſtantinopolitanũ, pari cõſenſu ac veneratione ſuſcepiſſe ꝓbaſſeq;. Vt in illius habetur ſcriptis, quæ ad Cõſtantinum dedit Auguſtum, & decimaoctaua habentur, ſextę Synodi actione. Mitto, & teſtimonium Symachi. Benè quidẽ. d. 96. H Et verbum Iulij. 17. d. Regula. Et Paſchalis. Significaſti. de elect. Ex quibus docemur, non niſi, ꝑ Romanæ ſedis auctoritatem. concilia eſſe firma, rata, & robur adepta. Adde, & verbum Nicolai, ad Michaelem Imperatorem, in 2. con. Tom. pag. 756. col. 2. in calce. Quòd Romana Eccleſia, collecta concilia, ſua firmat auctoritate, & ſua cuſtodit moderatione: & ꝙ ea non habent valitudinem, quæ non habent Romanæ ſedis conſenſum.

Sed dices. Fateor, cõcilia de quibus ſermo, à ſummis cõfirmata Põtificibus: ſed nõ euincitur, id factũ ex neceſſitate. Verũ, q hęc obiicit, primatũ nõ põderat apoſtolicũ, nec ꝙ ſummus Põtifex, CHRISTI voce, paſtor eſt ouiũ vniuerſi, & ꝙ penès illũ, nõ ſecus ac penès patrẽ, ac Principẽ, ex ꝓprij muneris rõne, iuriſditio ſuꝑ totã cõmiſſa eſt Eccleſiam, vt definitum, etiam eſt, ſub Eugenio quarto. Addẽ, ꝙ continua, concilia confirmãdi obſeruatio, inani innixa nõ eſt fundamẽto:

& ꝙ

A & quòd niſi fuiſſet opus, concilia, & præſertim Orientalia, & Imperatorum fulta fauoribus,
eam nō ſubijſſent prouinciam, aut illi ſe aſtrinxiſſent oneri. Et demũ, nō foret refragandum, q̃, ſi
aliud rem non probaret, quæ hactenus viguit conſuetudo, rem habet in neceſſitatē cōuertere.

Nec eorum eſt probāda ſententia, qui admittunt confirmationem quidem neceſſariã, ſed nō
propter rei infirmitatem, cum ſine illa forent, non minus firma ſolidaq́;, ſed vel in ſuperiorita-
tis Papæ teſtimoniũ, vel vt certi ſimus, præſentiam non defuiſſe Spiritus Sancti, vel ad ſupplēdũ,
ſiqui in actis, admiſſi eſſent defectus: Non inquam eſt probanda ſentētia, non quia falſa, ſed quia
deficiens, cum non totum explicet, quin & propriam rõnem tranſit. Minus placet, quod tradũt
alij, nempè eam ſufficere approbationem, quam Concilium in ſui ſortitur initio: vt ſatis conſta-
re poteſt ex ſupradictis. Siquidem ex illa habet Concilium, vim conciliariter conficiendi decre-
ta, ſed nō ſupremum adijciendi robur: quo vti firma ſimpliciterq́; valida alligemur lege.

Nec obſtat, ſi ante approbationē Papę, Cōcilij acta, nonnunq̃ ſint executioni cōmiſſa (nam &
Epi, alijq; Prælati cōciliari ſnĩa, à ſuis nō rarò deijciebant̃ gradibus, nō ſolum ante Papæ cōfirma-
tionē, ſed & antè illius notitiã: Vnde & Neſtorius in Epheſino Concilio ab epatu per Cyrillum
ſociosq́; priusq̃ ad Papam res deferretur, depoſitus eſt) nō quidē obſtat, qm̃ in his caſibus: vel ſen
B tentia Concilij, nō ſimpliciter, vel quantũ ex illo pēdebat, cōmittebatur executioni, à qua tñ, ad
Papã poterat appellari; vel in vigore fiebat cōmiſſionis apoſtolicæ, ſeu ꝓbatorum per illam di-
ſpoſitionem canonũ, vt ea quæ facta eſt in Neſtoriũ, ſi vera ſunt, quæ. 2. cap. primi hyſtoriæ Scho
laſticæ, refert Euagrius. Tradit enim q̃ Patres qui ꝓnunciauere ſnĩam, falſi ſunt, compulſos ſe ab
Epiſtola Cœleſtini, & ab ipſis ſacroſanctis Canonibus. Nempè à Nicęna Synodo editis, & à Syl
ueſtro probatis, vt illa ex Synodo (de Epheſina loquor) facilè eſt animaduertere.

Supereſt, vt & ille demum eruatur ſcrupulus, quo nam inquam pacto, quæ in Cōcilio ritè col-
lecto; & per Legatos Apoſtolicos adminiſtrato (cum ſinè controuerſia ſit in illo ſpiritus ſanctus)
Papæ non accedente probatione, ſunt decreta, poſſint eſſe nutantia, aut in fide non prorſus indu
bia, cùm & receptum ſit, Concilium in iis quæ fidei ſunt, errare non poſſe. Reſpondetur. Quòd
etſi ſanctus ſpiritus ſit in Concilio, etſi illo moueantur Patres in cōſtituendis decretis, & fidei de
finitionibus, quia tñ non decernunt, non definiunt ſine iudicio proprio (nàm eo mediantè, ſan-
ctus operatur ſpiritus) palàm q̃ licet, quantum ex ſpiritus ſancti proficiſcitur parte, decreta defi-
nitaq́;, eſſe non poſſint inualida, aut minuſquàm certa (ſpũs quidē ſanctus, ſpũs eſt veritatis & ro-
boris) quantum tamen ex humano pendent iudicio, haud mirum, ſi humanę ſubiacent imperfe-
C ctioni. Siquidem cogitationes mortalium timidæ, & incertæ omnes prouidentiæ noſtræ. Ergò,
nec mirum, ſi hac ex parte egeant ſtabiliri, egeant & certificari.

Sed obijcis: Nōne & ſpũs ſanctus in Papa, ꝑ illius operatur iudiciũ? Ergò & eius cōnfirmatio,
eadē rõne, non erit melioris ſortis, ſed & deterioris potius; cum magis videãt oculi, q̃ oculus vt in
ꝓuerbio eſt. Reſpondetur; Quòd etſi cōfirmatio per iudiciũ ꝓgrediatur Papæ, illud tñ (& in iis
maximè, quæ fidem attinent) ſit per ſanctum Spiritum infallibile. Et hoc propter munus, vt di-
ctum eſt capitale, quo donatus eſt Petrus, & ſucceſſores. Siquidem cum confirmat decernituè,
quæ fidei ſunt, tanquam Papa, hoc eſt, iudicialiter ferendo ſententiam, tàm eximio agitur ſpiri-
tus ſancti afflatu, q̃ illius non valet periclitari iudicium. Non q̃ ea in re violentetur (nàm volun-
tariè operatur) ſed quia tam efficaci mouetur impulſu, quòd et ſi ſuo agit iudicio, ſuauiter tamen
actus, humanam imbecillitatem, eò non patitur, in negocio. Qua de re, alibi latius.

Spũs ſanctus etſi adſit omnibus in Cōcilio, ĩ his tñ q̃ ſunt fidei, non adeſt infallibiliter, niſi ſummo Pōtifici.

Et q̃q̃ adſit ſanctus ſpũs in Concilio, q̃q̃ nemini fortè non ſuccurrat muneribus ſapientiæ, cō
ſilij, pietatis, alijſq; cōibus Eccleſiæ mēbris donis, & chariſmatibus: cũ eo tñ tàm inſigni eximio-
que, quo iudiciũ reddit̃, in iis q̃ fidei ſunt, pènitus infallibile, nō adeſt, niſi Eccleſiæ totius Antiſti
ti, cum CHRISTI (vt dictũ eſt) ordinatione, ſit priuilegiũ capitale, & ꝓprium Apoſtolicæ Sedi.
D Ergò etſi, quæ in Concilio ſunt definita de fide, eſſe poſſint, ſintq́; cōi curſu veriſſima: quia tñ, id
nobis (ſine iniuria) non eſt manifeſtum, quouſq; calculum non ſortiuntur Sedis Apoſtolicæ: pa-
lam q̃ non temerè, ſi à nobis, omnis eouſq; non depellitur hęſitatio. Et q̃ dicitur, in iis, quę fidei
ſunt, Concilium errare, non poſſe, verum eſt, quando in illo Papæ inuenitur perſona, à quo pen
det vltima reſolutio. De qua re, etiam opportuniori loco diffusè.

Et cum hæc ſententia ſit catholica. Nã ex diuinis cōprobata eſt literis, ſacris canonibus, & Pōnifi-
ficũ geſtis. *Ab eã nefas eſt diſſentire.* Cōmitteret̃ enim, nō ſolũ, in ius eccleſiaſticũ, ſed & in diuinũ.
Nec modo ſecus dicere, ad hæreſim pertineret, ſed & hæreticum, addita obſtinatione decerneret. Errare
poſſum, inquit Auguſtinus, ſed hæreticus eſſe non poſſum, nam obſtinatio, in errore fidei, hære
ticum facit, vt ſacri docent Theologi. Et hic ſit finis. Ad gloriam Dei. Amen.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. SEMPER OBSERVANDISS. DOMINO GVIDONI CARDINALI VERCELLENSI, ac Sacræ Præſidenti Pœnitentieriæ Summiuè Pœnitentiarij locum tenenti.

Iacobus Naclantus Clugienſis Epiſcopus, perpetuam Fęlicitatem.

MEmini Illuſtriſsime ac Reuerendiſs. D. quòd dum, ſumma cum gloria, apud Rempublicam eximiumq́; Venetiarum Senatũ, pro ſacroſanćta Apoſtolica Sede, ſummoq́; Eccleſiæ totius Antiſtite, Paſtore, ac Principe, legatione fungereris, aliquando, & non ſemel, ni fallor, ſermo inter nos de Eccleſiaſticis eſt habitus indulgentijs, quòdq; & eo in Arcano. Tua Illuſtr. ac Reueren. Dominatio, plura (prout & ſolet in omni re) inſigni, tum Prudentia, tum eruditione, frequenter deducebat in medium: quin & quòd nonnulla recondita, ac ab alijs facilè non perſpećta, illa præſeferebat obſeruaſſe, & præſtanti qua pollet ingenij vi, ſe conſecutam fuiſſe. Quæ etſi ardebam quodamq́; ingenti æſtuabam, ſi licuiſſet, haurire deſiderio: non tamẽ me fugiebat quidem, eiuſmodi theſauros, ſuis relinquendos Dominis, ut ab eis, cum libuerit, opportunumq́; iudicauerint profundantur alijs. Interim pauca hæc, quæ mea valuit imbecillitas, Tuæ Illuſtr. Exhibeo D. etſi non paucis, ſed pluribus illi debita titulis: uerùm eo potiſsimum, quòd a multis annis, tum ſibi, tum patruis ſuis ſum addićtus, ob non vulgarem erga me beneuolentiam, & inſignes fauores, quibus non modo fui affećtus, ſed obrutus: quorũ memoria, vt par eſt, extat extabitq́; ſemper penes me. Addã, quòd & fortè, ijs excitata Illuſtr. D. tua, in præſentia iudicabit non fore inopportunum, ſi ſuorum, hoc in argumẽto extiterit liberalis, impartiendo alijs, quæ penes ſunt. Quã & Dñs ſeruet & ſucceſsũ in oĩbus faciat. F

DE INDVLGENTIIS ENARRATIO:

Etſi compendiaria, ſuis tamen numeris abſoluta.

Authore Reuerendiſs. P. & D. Iacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo.

PRÆFATIO.

QVoniam indulgentia, à quàm pluribus, res cenſetur obſcura: tum quia in ſeſe eſt arcana, tum quia à Doctoribus tradita, non videntur vniformia: non ab re eſſe crediderim, ſi ſumma attingatur Doctrinæ catholicæ, & ea ab hoſtium (vt mea fert imbecillitas) vindicetur calumnijs. G

Ergo attendenda ſunt ſex: Quid ſit, Quid exigat, Quo conferenda pacto, Quo fundamento, Vnde exordium, Et An eodem ſuffragetur modo, viuis, atque defunctis. Quę quidem omnia, ea à me perſtringenda ſunt lege, vt non ſolum Sedi ſubiiciantur Apoſtolicæ: ſed & cuiuis probatiori iudicio.

Quid ſit.

Indulgentia quid ſit.

Vt autem præſtetur, Quid ſit: conſtat primùm ex communi aſſertione remiſſionem ſonare, eſſeq́;. Ita quidem & docent, verba Clementis Sexti, in Extrauag. cuius initium, Vnigenitus, eſt. Remiſſionem inquam, vel abſolutionem (ſi mauis) vt ſumitur ex Alexandro Tertio. Cum ex eo. de pœnitentia & remiſſione.

Dico, ſi mauis: quoniam vtrum quis dicat, non moror. Tum quia hæc, videntur mutuò in pręſenti, inſerre ſeſe: tum quia confunduntur nonnunquam, hæ voces, in Eccleſia. Siquidem quod Dominus dixit, Remittere. 20. Ioannis; Eccleſia dicit, Abſoluere, in ſacramento pœnitentiæ. H

Indulgentia ſonat abſolutionẽ ſed magis remiſſionem.

Si tamen alterum eſt præferendum, remiſſio, meo eſt præferenda iudicio. Non tàntum, quia remiſſio, abſolutionem, ſuaptè natura, videtur præcedere: ſed quia, indulgentiam, remiſſionem interpretatus eſt CHRISTVS. Nam quod indulgentiam, Eſaias ſcripſit. 61. remiſſionem Dominus refert, Lucę cap. quarto.

Ergo indulgere, hoc in loco, non eſt, diſſimulare, vt Heli. 1. Reg. 2. indulgebat filijs: non ſtudioſè, aſsiduèq́;, rei alicui incumbere, vt indulgere genio, indulgere literis: ſed eſt, debitum, ex toto, vel ex parte, debitori (vt dicetur) remittere.

Indulgentia ergo ſit remiſſio. At non culpę, cum ſupponat, illam eſſe remiſſam: Et originalẽ,

per

A per ſacramentum baptiſmi (non enim datur, niſi renatis) & Actualem per ſacramentum pœnitentiæ, cum non detur niſi contritis, & re, vel voto, confeſſis: vt paſſim in Diplomatibus.

Sed remiſſio pęnæ. Non illius, quæ electis ad exercitium Diuina præſtituitur Prouidentia: ſed quæ in vltionem peccati, à Deo, optimo exigitur iure. Nam ſicut nullum bonum, Dei munificẽtia, patitur irremuneratum: ita æquum eſt, vt nullum malum ſua iuſtitia relinquat impunitum.

Eſt inquam, remiſſio pœnæ à Deo, in peccati vltionem exactæ: verùm, non originalis, quoniam indulgentia, non liberat à languore, vel morte, quæ nonnullæ illius ſunt vltiones: Sed Actualis, non tamen ante baptiſmum, ſed poſt baptiſmum admiſſi, ac per pœnitentiam (vt attactum eſt) condonati.

Ergo, non eſt remiſſio pœnæ æternæ: quoniam illa, per veram remittitur contritionem: ſed temporariæ, quam Dei exigit animaduerſio: non ſolum pro medicina, non ſolum pro cautione, non ſolum ꝓ ædificatione ꝓximi: ſed & ꝓ ſatisfactione Dei offenſi, & Eccleſię ſcãdalũ paſſæ.

Indulgentia eſt remiſſio pęnę temporalis, pro ſatiſfatione debitæ.

Pro ſatisfactione inquam, Dei & Eccleſiæ, non quidem condigna (vt loquuntur) ſimpliciter, id enim, præſertim vt pendet ex nobis, præſtari ſorte non poſſet: cum propter offenſæ magnitudinem, & humanam imbecillitatem, tum quia inter filium & parentes, locum non habet. Nam
B Deus eſt Pater, & Eccleſia Mater, vt compertiſſimnm eſt.

Sed condigna, ſecundum acceptationem. Nam cum Deus Pater ſit miſericordiarum, & Eccleſia, mater totius clementiæ, pœnam paruam, ſacile acceptant, vt mediocrem: & mediocrem,
2.Cor. 1. vti condignam. Paruã inq̃, ac mediocrẽ: vt pẽſatur ex nobis, qcq̃d ſit, vt ex CHRISTO, in nobis.

Nec modò, ſecundùm acceptationem: ſed & ſecundùm ius amicitiæ, & pietatis paternæ. Nã ſicut peccator, obtenta venia, gratifica fouetur gratia: ita & Diuina fruitur amicitia, & filiali potitur adoptione. Ergo iuri conſonat, ꝙ non multetur, vt hoſtis, non vti mancipium: ſed vt amicus, ac chariſſimus filius.

Verùm licet ita ſit, licet Deus, pęnam exigat gratioſè, amicè, paternè, licet illam diſſimulet aliquando: nunq̃ tamen (præſertim, cum legitimè eſt taxata, ac in conſtituto à ſe pœnitentiæ foro, ritè impoſita) illius ſolutionem, non exigit: aliàs, vel peccatum remaneret inultum, vel quod in eo ritè definitur foro, non ratificaretur in cœlo.

Igitur, etſi valet quis, à ſeſe, pro peccatis aſſumere pœnam, etſi à ſeſe aſſumpta, cœleſti non diſplicet Patri (aliàs, non teſtaretur Paulus, ꝙ iudicantes ſe, non iudicãtur à Deo) præſtat tamen, vt imponatur ab alio, cum pauci ſint, æqui iudices ſui: præſtat & ꝙ in pœnitentiæ imponatur tri-
C bunali, cuius (vt diximus) iudicium ſacroſanctum eſt.

Quare licet pœna, quouis pacto aſſumpta, impoſitaq́;, poſſet ſorte Deo, & Eccleſiæ ſacere ſatis: meritò tamen compertum eſt, per eam vtrique, potiſſimum ſatisfieri, quæ ex pœnitentiario proficiſcitur foro. Ergo, non ab re, ſi in iis, locum ſortitæ ſunt indulgentiæ, vt paſſim, ſacri ſonãt Canones, & Diplomata Pontificia.

Ergo, iniunctas eo in foro, peccatoribus pœnas, remittit indulgentia: iniunctas inquam, vel ipſo facto, vt cum quis contritus, confeſſus, præfatoq́; tribunali multatus, eam ſuſcipit: vel opportuno in tempore, (vt cum contritus quidem, ſed non confeſſus, & propterea, nódum eo in foro condẽnatus, illam obtinet: non niſi poſtq̃ confeſſus, multatusq́;) illi ſuffragaturam ad plenum.

Ergo ùtraq; poſſet hunc in modum, conciliari ſententia nempè eorum qui eam aſſerunt dari pro iniunctis, & eorum, qui aſſerunt dari, & pro iniungendis. Illis fauẽt Diplomata, quę eligũt contritos, & confeſſos, de facto: iſtis, quæ de confeſſis contentantur in voto. Quare, ſi de iniũctis interpretemur, tum actu, tum (vt loquuntur) in potentia proxima: ſorte omnia erunt conſona.

Et quanquam hæc veriſſima ſunt: non deſunt tamen qui rem ſecus exponant. Cum enim, vt plurimum, pertenues eo in foro, infligantur pœnæ, concipiunt multi, alias meritò infligendas
D ſupereſſe, & ob id, non iniuria, aliquando inungendas fore A quibus, niſi eximant indulgentię, nullæ poſſent dici plenariæ: quin & fruſtra, in illis anni exprimerentur & quadragenæ.

Hæc, etſi non videntur inania, etſi non vulgares ſortita ſunt ſautores: quia tamẽ nullibi ſacris in Canonibus, nullibi in Pontificiis Diplomatibus, de iniungendis fit mentio: tutius eſſe duxerim, ad inunctas (actu tñ, & proxima, vt dicebatur potentia) illas arctare: & ita compertis, & non opinatis, rem tanti momenti comittere. Ergo inductis ſatisfaciendum eſt rationibus.

Cum ſumitur, pœnas infligi pertenues: eſtò res ita habeat, eſtò iure longè exigerentur acriores: recolendum tamen, ꝙ per illas, non eſt ſatisfaciendum hoſti, non vindici: ſed amico, ſed patri, quin & immenſo bonitatis oceano. Qui & perditiſſimos & capitaliſſimos inimicos, punit clementiſſimè, & longè longè minus, quàm eorum poſtularent flagitia.

Indulgentię remittunt pęnas, in foro pœnitentię actu impoſitas, vt confeſſis, vel prima potentia imponendas, vt contritis.

Recolendum, ꝙ etſi exigitur ſatisfactio, non exigitur condigna ſimpliciter, ſed ſecundùm acceptationem. Ponderãdum, & ꝙ iudex eſt arbitrarius, & ꝙ extat pollicitatio CHRISTI (Quorum remiſeritis: Quæcunq; ligaueritis) quæ eſt tantæ conſtantiæ, vt conſtantiam excedat cęli & terrę: vt dñs dixit. Et fortè, non ſunt ita tenues, cũ paſſim addatur, & quicquid ſuſtinueris mali. E

Ioan. 20. Matt. 16.

Quòd ſi iudex ageret aliquando temere, ſi minus opportunè: id nõ Rei, ſed Iudicis, ageretur periculo. Præſertim, cum ius dicitur ex officio, cũ ritè, tali eſt deputatus negocio: tum enim, etſi temere ille iudicaret, non temere, iſte eius ſubiiceretur ſententiæ, & maximè ſi promptus eſſet, iuſſis viriliter obedire.

Et demum, cum illæ potiſſimum cenſeantur tenues, quæ iniunguntur à confeſſario, vt quæ pars decernuntur, pęnitentiæ ſacramenti: palam ꝙ quantumuis in ſeſe forent exiguę, quantũuis extenuatæ, in ui tamen ſacramenti, robur ſortiuntur inſigne; vt quæ ſanguini innitũtur CHRISTI, quo toti propitiatur orbi. Ergo nihil obſtat, cur ad plenum nequeant eſſe ſatisfactorię: & ob id, ꝙ indulgentiæ non poſſint eſſe plenariæ.

Quadragenę & centurię.

Et licet in Diplomatibus mentio ſit, de quadragenis, de annis, & de vtrorũq; decadibus, quin & centuriis & millenariis: id tamen forte non eſt, vt iniungendæ complectãtur pęnę, ſed vt iniunctarum exprimatur vis, roburq;: quod ex rõne proficiſcitur, vt dictum eſt, ſacramẽti è Quippè, F quod tantæ agnoſcitur eſſe præſtantiæ: vt non immeritò, ſi tot balbutitur vocibus.

Dixi, fortè: quoniam compertum non habeo, an pęnarum iniunctarum nomine, etiam quas ſacri decernunt Canones, in Diplomatibus ſint comprehenſæ. Sunt, qui rem probent, eò quòd, in illis, anni exprimuntur & quadragenæ: Sunt & qui ſecus; & reſpondent, annos & quadragenas interpretando, vt ſecimus. Et quoniam, mihi neutrũ improbatur, vtrumq; defendam: etſi promptius ſententiæ priori ſubſcribam.

Qui ergo, poſteriorem tuentur ſententiam, ad alium non impingunt ſcopulum, præter attactum, euulſumq;: ergo non niſi vt priorem vindicemus opus eſt. Obiicitur: Tum quia illi Canones, non modò ſunt obſoleti, ſed antiquati, ergo nulla ratione, de illis habenda eſt mentio: Tum quia explicandum, quo tempore, quo pacto, aut à quo, eorum iniungantur pœnæ: Quod, niſi temere, explicari non poteſt.

Pęnarum iniunctarũ nomine, de quibus in indulgentijs, forte etiã quas ſacri decernũt canones ſunt comprehẽſę.

Verùm, his haud difficile eſt occurrere. Negatur Canones antiquatos: etſi noſtram ob fragilitatem, dolemus obſoletos. Minus ſunt reuocati, vt propterea in cęleſti tribunali (in quo, quod in terris ligatur, quouſque non reuocetur, ſtabilitur) ſint aboliti. Ergo, licet non iniungantur illæ pœnæ à confeſſario, licet iniunctę non declarentur ab Eccleſia: in foro tamen iniunguntur G cœleſti; & vt iniunctę, tribunali declarantur Diuino.

Quare concipiendum, cum abſoluitur Reus, eiq; à confeſſario, vt ſuo fungatur munere, in ſoro pœnitentiæ iniungitur pœna, ꝙ & Diuinum tunc iniungat iudicium, quod olim iniungebat Eccleſia, quodq; & iniũgeret, ſi noſtra pateretur infirmitas. Ergo nõ ab re, ſi Eccleſia in Diplomatibus, obnoxiũ decernit quadragenis, ſi annis, & annorum centuriis, ac miriadibus.

Et quid ſiquis aſſerat, ab Eccleſia, annos & quadragenas, etiam modo iniungi, ſi nõ in vi nouæ, in vi antiquæ ſententiæ: qua ſingulis flagitiorũ generibus, ſunt pœnæ taxatæ promulgatęq;? Nonne & cenſuras frequenter incurrimus eccleſiaſticas: etiam ſi denuo, non pronuncientur nobis? Ergo paſſim in flagitijs debacchantes, haud iniuria, ſi tot annorum ſubiiciamur pęnis.

At locus eſt controuerſię. Obiicitur D. Thomas à noſtris: vt qui in eam concedit ſententiã, ꝙ non modo pro iniunctis, ſed & pro meritò iniungendis, dẽtur indulgentię. Cui, & non temere, multi ſubſcribũt, ex Theologis. Obiicitur, & nõ ſimplex ratio, ab aduerſarijs: qui licet calũnientur plura; tria tamẽ, vel quatuor, non diſſimulabo, cum inter illa videantur præcipua.

Hæreticorũ indulgentias irridentium rationes.

Rident primùm, Indulgẽtias miriadum annorum, ac quadragenarum cõdonare pęnas: cum illæ neque hac in peregrinatione, neque in eo, quod poſt hanc vitam, remanet Purgatorio, H poſſent exſolui. Siquidem, vita hominis breuis, & Purgatorium non protenditur, vltra ſæculi calcem: quem ſcriptura monet, non longè abeſſe.

Improbant & ꝙ ſuccedant, loco pęnæ iniunctæ: tum quia, ſi ſunt iniunctæ, ſunt in cœlo ratificatæ: ergo Eccleſia, de illis, ſe amplius non intromittit: tũ quia, ſi illas remitteret in detrimentum vergeret, ſalutis humanę, cum illę iniunctę ſint, non modo vt ſatisfactiones, ſed & vt medicinę. Ergo ſi ab illis eximeremur, facile foret recidiuare: quod quidem non expedit.

Blaſphemant, & ſic traditas, eſſe ſacrilegas: cum ſatisfactionem, quæ tertia pars decernitur pęnitentiæ eneruẽt, amputẽtq;. Et demum, vt eas penitus auferãt, indulgentiarum deſtruũt fundamentum: nempè, ꝙ remiſſa per pœnitentiam culpa, non remittatur pęna.

A Non adeo, inquiunt angusta ſunt, Diuinæ miſericordię viſcera: vt alterum remittatur ſine altero. Vult quidem Deus, vt res reſtituatur ablata, vult vt læſo ſatisfiat proximo, vt mortificetur caro, & caueatur à recidiuo: At de ſatisfactione, per illum admiſſis, & maximé condonatis, nullibi loquitur, aut quicquam exigit.

1. Ioan. 2. Sed exigat illam Deus: aliam non exiget à ſatisfactione CHRISTI, qui & toti propitiatus eſt mundo. Ergo ne illi ſimus iniurij: aliam non q̃ramus ab ea. Nec modo illi iniurij, ſed ne in Deū conuincamur blaſphemi: quaſi id ipſum bis iudicet. Quod palam execratur propheta.

Vt primùm, ad D. Thomam reſumo ꝙ etſi illam non detrecto ſententiam, etſi fateor, eo pacto indulgentiam conferri poſſe: quia tamen, eo hactenus, non video Eccleſiam vſam, aliam in partem inflecto. Nec propterea auctoritas contemnitur D. Tho. ſed cū habeatur in. 4. vbi aliorum non raró ſubſcribit placitis, non eſt conſtans ſuæ ſententiæ teſtis.

Ad annorum chiliades: etſi admittitur, nec hominis vitā, nec purgatorij pœnas duraturas tot millibus: non propterea, noſtris ponderatis flagitijs, non congruunt tot temporum cruciatus. Verùm opus non eſt, vt illi tanta ſoluantur temporis inter capedine: ſed ſatis, ſi æquali perferantur atrocitate Nec enim ſi aureos debeo mille in decennio; minus patior, ſi tot ſoluam in quinquennio vt cuique compertiſſimum eſt. Soluunt rationes hęreticorum.

B Cum improbant, ꝙ pro pœnis ſuccedunt iniunctis· reſpondetur, ꝙ licet, pœna ritè iniuncta in cœlo ſit ratificata, non tamen in Eccleſiæ præiudicium, Quare, ſicut poteſtate à Deo accepta, iniunctam valet, ſine controuerſia, pia ratione mutare: ita & eandem poteſt per indulgētiæ modum remittere. Qua de re, ſuo dicendum eſt loco

Nec admittitur, qui indulgentiam accipit, aliquod pati diſpendium: non ſolum, quia non raró, vt indulgentiam ſumat, illum, opus eſt, ieiunare, eleemoſinas elargiri, preces effundere, quæ non minus medicinæ ſunt ſed quia non propterea, qui eam ſumit, iniunctam pœnam pati prohibetur: Quin & à Doctoribus, vt eandem patiatur adhortatur. Quod & charitatem habenti non eſt factu difficile.

Quòd ſi dicis, à pœna per indulgentiam eximor: cur ergo eam patiar? Eximeris fateor: at non ſcis num tuam ob culpam, ſuffragetur ſatis. Verùm ſuffragetur abundè: nonne ſatius, vtroq; ſoluere pacto. Quòd ſi ſuperexcederes: nunquid quod ſupereſſet, in theſauro non recōderetur indulgentiæ, tum ad Eccleſiæ frugem, tum ad tui commodum, ſi quando pœna remiſſa rediret, ſicut ingrato ſeruo, in Euangelio? Matth. 18.

C Et demum, æquum eſt, nos ſemper quantum poſſumus, in peccatum ſæuire: æquum vt & ſemper, quas in Deum admiſimus, defleamus offenſiones: æquū vt per totam vitam verſemur in pęnitentia: quod non raró vrgent ſancti, & Auguſtinus maximè. cap. Reperiuntur. Et capit. Pœnitentia. de pœniten. diſtin. 3.

Ad quod de pœnitentiæ blacterant ſacramento: non renuimus, ſatisfactionem à confeſſario demandatam, partē eſſe pœnitentiæ non eſſentialem, ſed integralem, ſequè tenentem ex parte materiæ Quare, etſi ad illius exigitur perfectionem, non tamen ad eſſentialem neceſſitatem. Nam licet ſit neceſſaria pœnitenti: non tamen neceſſe eſt à miniſtro iniungi. Tum quia tam eximia poteſt eſſe contritio, vt Deo, & Eccleſiæ ſit ſatisfactum. tum quia pœnitens illam ſumere poteſt (vt dictum eſt) per ſeſe.

Ergo cum ſatisfactio, in partem erigitur ſacramenti, id non fit, ad eſſentialem illius exigentiā ſed ad ſatisfactionis noſtræ robur: vt quæ vi clauium, inſignem accipit efficaciam, ſicut & Theologi docent Sed iniungatur ex ſacramenti neceſſitate: nunquid præſtari, nō poterit, opere quod æquiualeat; Præſertim, ſi nec illud, vi deſtituatur clauiū, nec meritò paſſionis CHRISTI? Satisfactio cū ſit pars ſacramēti integralis, non imponitur, quaſi eſſentialiter exigatur, ſed ad maius robur ſatisfactionis noſtrę.

D Quod demum vrgent remiſſa culpa remitti pœnam: Fatemur planè, Dei viſcera, nunquam non difluere miſericordia, ſed non prorſus deſtitui, diuina iuſtitia. Ergò etſi remiſſa culpa, pœna condonatur æterna: cur (vt Dei vias, veritas comitetur, & gratia) pęna non relinquetur temporaria· quod tùm gratiæ, tum veritati conſentit?

psal. 50 Miſertus eſt quidem Dominus Dauid, & planè ſecundum ampla miſericordiæ viſcera: cum miſertus eius ſit, prout & petijt, ſecundum magnam miſericordiam, & ſecundum miſerationū ſuarum multitudinem: & tamen, remiſſa, Prophetæ atteſtatione, culpa, temporariam debuit luere pœnam. 2. Reg. 12. capite.

Fatemur ſatisfacīedū eſſe p̄ximo, mortificādū carnē, cauēdū à recidiuo: ſed nō minus ſatisfaciendū eſt Deo, & Eccleſię: cum illud poſtulet ratio, nedum euangelicę pęnitentię, ſed prædeſtinationis, ſeu adoptionis noſtrę & iſtud vrgeat, ius tum humanæ, tum Diuinæ iuſtitiæ.

Docemus

Docemus & Deo, per CHRISTVM, noſtris pro culpis, vberrimè ſatisfactum: at non vt ſterta- E
mus, ſed vt & nos, ad illius imitationem, pro iiſmet patiamur. Aliàs, fruſtra admoneret Petrus, vt 1.cap.4.
eàdem, qua CHRISTVS, patiẽdo, armemur cogitatione: fruſtra & inculcaret Paulus, nos ideo Rom. 8.
adoptatos, vt CHRISTI conformemur imagini.

Adde: ꝙ ſi CHRISTVS, ea cum vbertate, qua Deo ſatis ſuperque fecit, in corpore naturali, ſatisfacit eidem, nihilominus in dies, in corpore myſtico (ſicut enim in eo, viuit, loquitur, patitur, crucifigitur: ita & Deo ſatisfacit) cur & Deo non ſatisfaciemus & nos: cum non ſine nobis viuat, loquatur, patiatur, & crucifigatur in nobis.

Non fit iniuria Chr̃o cũ ſatisfacimus, quin potius coopamur illi, cum ille in nobis ſatisfaciat, ſicut & viuit.

Ergo tantum abeſt, vt ſatisfaciendo iniuriemur CHRISTO: ꝙ potius (ſi fas foret dicere) ſaueamus ei. Quippè qui, illi in hoc ſumus cooperarij: nec niſi in nobis, & per nos, ſuum explet ſatisfactionis munus. Vnde & primo ad Coloſſenſes Apoſtolus, adimpleo quæ deſunt paſſionũ CHRISTI, in corpore meo: pro corpore eius, quod Eccleſia eſt.

Minus quoque, in Deum ſumus blaſphemi, cum nec propterea, bis Deus iudicet idipſum: ſed vnicum noſtris pro culpis, ferendo iudicium, tali pacto accõmodatur ſententia, vt ùtraq; complectatur ſatisfactio. Ergo vna tantum punitio: ergo idem, non bis, ſed ſemel iudicatur: ſemel & non bis, in idipſum animaduertitur. F

Quòd ſi poſtulat quis: cur Deus optimus maximus, cuius iuſtitiæ, per CHRISTVM vberrimè, noſtris pro culpis, eſt ſatisfactum in corpore naturali, velit rurſum pro illiſmet, ab eodem in corpore ſatisfieri myſtico: haud obſcurum, quid reſpondẽdum eſt. Nempè Dei iudicia hominibus inacceſſa, noſtrumq; eſſe, illa ſuſpicere, nec ſapere, niſi ad ſobrietatem.

Verùm, ſi noſtra pro imbecillitate, aliquid permittitur attentare, crediderim id fortè factum, duplici ratione. Altera, vt tam ingens, illius deprehendatur odium in peccatum; ꝙ euſq;, in illud velit ſæuire quouſq; eius viderit veſtigium remanere. Reliqua, vt in hominis redẽptione, nõ minus, quàm in alijs, quibus nos obruit beneficiis, omnem metam cognoſcatur excedere.

Ergo ſicut in ſui cõmunicatione, non modo voluit agnoſci bonus, ſed & lõgè ſuper bonus, & in crucis arcano, non modo placuit comprobari mirabilis, ſed longè ſupermirabilis: haud ſecus, & in ſatisfactionis noſtræ myſterio, non modo ſtatuit videri iuſtus, ſed & longè ſuper iuſtus. Quod & Paulus aliquando non tacet.

Non igitur Dei opera, pro noſtra inſtituta ſalute, ſunt iuxta neceſſitatis rationẽ ponderanda: ſed ſecundum illius munificentiam, immo & ſupereffluentiam expendenda. Nam & guttula CHRISTI ſanguinis, potuit nedum infinitos ſaluare mundos, ſed & innumeros euacuare tartaros & tamen uoluit totum exhiberi, profundiq;. Qua de re, alibi plura. G

Satis ex his præſtitum eſſe credimus: quid ſit, quiduè nomine accipiendum ſit indulgentiæ. Nempè ꝙ, & eſt, & ſonat, illius remiſſionem pœnæ, quæ iniuncta eſt reſipiſcenti, in pœnitentię foro: nedum à confeſſario, ſed & (vt probatior ſententia eſt) à ſacris canonibus, iuxta ſanctiones antiquas & Diuino, vt explicatum eſt, tribunali probatas. Præſtitũ eſt, & quo pacto, noſtra ꝓ imbecillitate, aduerſantiũ poſſit rñderi calumnijs: prout in prima continebatur pollicitatione.

Quid exigat.

Quid exigat.

Tria ad verã indulgentiã requiruntur & quæ.

Tria, vt vera rectaque ſit, ſine controuerſia, exigit indulgentia: Poteſtatem in dante capacitatem in recipiente, Et Pietatem in cauſa. De ſingulis pauca.

Poteſtatem inquam in Dante: aliàs remiſſio, ſicut foret temeraria, ita eſſet & fruſtratoria. Et poteſtatem quidem iudiciariam: cum tradat eodem in capite Alexander, illam decerni inualidam, quæ à proprio non proficiſcitur iudice: aut ſaltem de illius non procedit à ſenſu. Et iudiciariã, in pœnitentiario foro: cum & ſatisfactio, cuius introducitur loco, illius fori res peculiaris ſit.

Ergo nemo hac de re, ſe valet intromittere, niſi ſit iudex Eccleſiaſticus: & non rarò opus eſt, H
vt ei, qui iniunxit pœnam, aliqua ſupermineat auctoritate: propterea ꝙ non ſemper, qui iniũgit illam, eſt Epiſcopus, non ſemper ſummus Pontifex, ſed frequenter ſacerdos ſimplex. An vero neceſſariò, qui iniungit, eſſe debeat, vt loquuntur, in ſacris: etſi non deſunt, qui rem nituntur aſtruere, ſecus eſt tamen.

Deceret quidem: ſed non oportet. Vnde & indulgentiam confert Epiſcopus cõfirmatus, etiã ſi in ordine ſacro non ſit. Nec quidem mirum, quando indulgentiæ collatio, non ordinis, ſed iuriſditionis eſt munus: prout, & Theologi, & Canoniſtæ conſentiunt. Qua de re, haud parua eſt quæſtio, quo pacto valeat in purgatorio: cum ad illud iuriſditio Papæ, non videatur extendi. Sed de hoc, loco ſuo.

Ex his

A Ex his inferendum eſt, nemine reclamante, ꝙ plena ſummaq́; indulgentiam conferendi po-
teſtas, in ſummo eſt ſuapte natura Pontifice. Quippè qui, ſupremus eſt iudex Eccleſiaſticus: pe-
nes quem, & plenitudo reſidet iuriſditionis. Quare, & eam poteſt quibusuis impartiri fidelibus:
& quocunq; degerint loco. Poteſt, & illam tanta conferre copia, & vbertate: vt quantum ex illa
fuerit, à quibuſcunq; eximat pœnis.

Sũma poteſtas conferẽdi indulgentias, in ſummo Põtifice.

De capacitate autem in recipiente: comperta ſunt duo. Alterum eſt, illam conſtare ex fide,
exq́; gratifica gratia: quando nec infidelibus, nec Deo non gratis, hoc valeat beneficium impar-
tiri. Reliquum eſt, illud oportere præſtari: quod expreſſum eſt in Diplomate. Et præſtari (ni
fallor) in gratifica gratia: ſi remiſſio per indulgentiam, locum habere debet coram Deo, quic-
quid ſit coram Eccleſia ſua.

Verùm, An inſignis quædam, preter hæc, voluntatis exigatur ꝓpenſio, ſtudiũq́; aſsiduum, vt
quidam aſſerunt, ſatisfaciendi pro ſua virili: ꝓpterea ꝙ indignus ſuffragio videtur alieno, qui con-
temnit ſibi fauere de ꝓprio: nec amicè cẽſetur agere, qui vt parcat ſibi, grauat amicum. Res tamẽ,
non eſt adeò explorata, vt illi indubiè, neceſſe ſit ſubſcribere.

Quare, vt dicam quod ſentio: Fateor quidẽ, ꝙ etſi non parum, eã crediderim animi ꝓpenſio-
B nem prodeſſe, nec non ſuſcipientem reddere magis capacem: non puto tñ, illam prorſus neceſ-
ſariam eſſe Moueor, non tantum, quia ſecus cõis ſentit opinio: ſed quia indulgentia (vt ſuo oſtẽ-
dendum eſt loco) cum ex theſauro conferatur Eccleſiæ, cuius per gratiam quilibet, viuum reddi
tur membrum; palam ꝙ ex ſuffragio non ſit penitus alieno.

Indulgentia non fit ex ſuffragio penitus alieno.

Ergo, non dicerem, hoc in negocio, amicum grauari; ſed filium, theſauro ſuæ matris potiri.
Quo, nec obſcuro, vt notum eſt, iure; ei ſubueniendum eſt. Quare res iſta, fortè non tam arcto,
eſt expendenda rigore, aut tam exacta ratione iuſtitiæ: præſertim cum illi, qui has Eccleſiæ coa-
ceruauere diuitias, extiterint maximè liberales, nihilque tam ardenter cupiant, quàm vt ex
illis releuentur omnes.

Quod demq; ad Pietatem pertinet cauſæ: res compertiſſima eſt. Si enim hac in re diſpenſatio
interuenit, pij ſacriq;, vt dicetur, theſauri: haud dubium quòd non diſpenſaretur fideliter, ſi di-
ſpenſaretur impiè, profanèq;: Nempè eunti ad balnea, ad theatrum, ad nundinas. Ergo indulgẽ-
tiam, cauſam neceſſe eſt, exigere piam, & iuſtam.

Nec digladiabor, vti quidam: num iuxta amplitudinem indulgentiæ, pietas exigatur cauſæ.
Qm̃ etſi videtur conſonum, vt quo indulgẽtia eſt vberior, eo cauſa requiratur ſanctior: fortè tñ,
C quòd illud non eſt neceſſe. Nã licet indulgentia nõ ſit ꝓiiciẽda, eſt tñ liberaliter, vt diximus, ad-
miniſtranda: nec in ſuſcipientis cederet præiudicium, ſi fortè conferreretur prodigè.

Pietas quæ in cauſa indulgentiarũ requiritur qualis debeat intelligi & eſſe.

Et vt de finali, deq; executoria quæ potiſſimum in hoc ponderatur negocio attingatur, quod
ſentio, ſatis ea cauſa, etiam pro vberrima indulgentia, meo iudicio, cenſeretur iuſta: in qua conti
netur, vel reparatio templi, vel promotio pacis, vel captiuorum redemptio, iisq; non diſſimile.
Nec vereor, meritò iureq́;, hoc in negocio accommodari: vt propterea offerantur eleemoſinæ,
preces, peregrinationes, vt paſſim in Diplomatibus.

Hactenus, quæ ſecundò pollicebamur loco. Nam licet, hæc aduerſus, perſtrepant aduerſarij:
quia tamen non contendunt, niſi calumniis, vel miniſtrorum abuſionibus: non eſt, cur meritò
remoremur. Siquidem, quod calumnias attinet Chriſtiano ferendæ ſunt animo: quod verò tan-
git abuſus (ſiqui ſunt) emendandi quidem ſunt.

Quo conferatur pacto.

Vt ſtatus illuſtretur cauſæ; compertum eſt, Antiſtitem, & præſertim Pontificem maximum,
D poſſe multis modis, de iniuncta in pœnitentiæ foro, ſatisfactione diſponere. Nempè per viã mo-
derationis, vt ſi qñ iniuncta foret indiſcretè: per viam commutationis, ſicut fieri contingit in di-
ſpenſatione voti: per viam ſatisfactionis, vt ſi ex charitate, debitum illud, reciperet in ſeſe: Et per
uiam indulgentiæ: modumq́; illi peculiarem. Et de hoc, quæſtio eſt.

Quo conferatur pacto.

Ergo dicendum, quòd cum indulgentia ſit, vt dictum eſt, remiſſio pœnæ, ad ſatisfaciendum
Deo & Eccleſiæ, impoſitæ: ſunt qui putant, remiſſionem hanc, ſolo arbitrio donari Pontificis, vt
penes quem, poteſtas eſt regia: haud ſecus ac, cum remittit interdictum, ſuſpenſionem, aliasque
cenſuras canonicas. Verùm, hi non aduertunt, quòd licet in multis poteſtas Papæ, poteſtas ſit
regia, & in omnibus, ni fallor, quæ ſunt iuris canonici: non tamen in pœnitentiæ foro cum
in eo, & ipſe aliquando ſit ſubditus, eiusque patiatur legem. Vnde & negari ei poteſt abſolutio:
ſicut & cuiuis, indiſpoſito.

Poteſtas Pontificis & ſi in multis ſit regia, non tamẽ in foro pœnitentiæ.

Sed dicis. Eſtò hæc vera forent, reſpectu pęnę ſacramentariæ: ſecus tamen eſt, reſpectu pœnę canonicæ. Siquidem, cum ſacramentaria, pars ſit ſacramenti: haud dubium, ꝙ de illa, non regia, ſed miniſteriali diſponitur auctoritate. At canonica, cum illius prorſus ſubiiciatur iuriſditioni; liquet ꝙ ad illam, iure ſe habet vt Rex. Ergo & remiſſionem, regia hac ex parte faciet poteſtate. Hæc an ſic ſe habeant, non contendam: aſſero tamen, quòd ſi excutiantur, vt decet modicum promouebunt intentum. E

Nam licet poteſtas regia, regio non ſubiiciatur iuri; iuri tamen ſubiicitur naturali, & non minus, iuri Diuino. Ergo, etſi Papæ, vti liceat poteſtate regia, non tamen contra naturæ ius, aut euãgelicam legem. Quare, cum à pœnitente exigat ius naturæ, vt ſatisfiat offenſo (id enim moralis poſtulat pœnitentia, quæ virtus eſt, vel ſub vindicatiua, vel commutatiua iuſtitia) haud obſcurũ, ꝙ ſi tali, per indulgentiam remitteretur pacto, non propterea immunes, nos redderet à ſatisfactione: ſed id tantum præſtaret, quòd quantum ex regia proficiſceretur lege, non poſſemus, ad ſatisfaciendum cogi.

Lex euãgelij, a pœnitente ſatisfactionẽ poſtulat, quę ſit etiam per indulgentiã.

Lex quoq; euãgelica, cũ lex ſit gratię, ob idq;, naturã nõ deſtruẽs, ſed ꝑficiẽs: indubiè à pęnitẽte, offenſi ſatisfactionẽ poſtulat. Vnde & pęnitẽtia ſacrm̃, vindictã, ſi Paulo creditur, operatur peccati. Sic enim dicit. Triſtitia, quæ ſecundũ Deũ eſt, & pęnitẽtiã cõſtituit, nõ pęnitendã operatur vindictam. Igitur ſi eo pacto, remitteretur pęna ꝑ indulgentiam, non eſſemus immunes à ſatisfactione: ſed illi remaneremus obnoxij. & ni fallor, pœnæ ſęueriori addicti. F 2. Cor. 7.

Sicut enim, cũ qs tali eximeretur pacto, à quadrageſimali ieiunio (quod tñ, & limitat & moderatur ieiuniũ à Deo impoſitũ: illudq; cõplectitur, cõtinetq; eouſq;, ꝙ qui illud ꝑſtat, Dei etiam præcepto ſatisfacit) nõ ꝑpea à ieiunio eximitur abſolutè, ſed ſub generali, illimitatoq; illius pręcepto relictus, vberius latiusq;, ni fallor, ieiunare tenebitur: ita & pęna relaxata canonica, etiam ꝙ in illa, vel ſub illa, ſit quodam pacto incluſa, illimitataq; pęna à Deo exacta, ea tamen non relaxatur, ſed vberius latiusq; ferenda, haud diſſimili ratione relinquitur.

Qua de re, hac opinione relicta, ſatẽdũ cũ Eccleſia eſt, ꝑ indulgẽtiã, pęnã ſola nõ remitti Pontificis volũtate: ſed theſauri ſatisfactorij diſtributione. Quẽ ſanè theſaurũ CHRISTVS, & nonnulla ex illius præſtantioribus membra coaceruarũt, & in mediũ, ad ſatisfaciendum ꝓ illorũ culpis, qbus apud Dei tribunal, tali opus eſſet ſuffragio, expoſuerũt; diſpẽſandũ ꝑ Eccleſię ꝓceres, & præſertim ꝑ ſummũ Põtificẽ, nõ ſecus ac per CHRISTI vicarium, & Eccleſiæ totius Antiſtitem.

Theſaur⁹ indulgentiarũ cõſtat ex merito chriſti, & ſanctorũ affli ctionibus nõ quatenus meritoriæ, ſed quatenus ſatisfactoriæ.

Et quanquã, hoc de theſauro, multa explicet Clemẽs in Extrauaganti, de qua ſupra: quãquã & plura cõgerãt ſacri Theologi, in. 4. d. 19. illud tñ, meo iudicio, eſt habendũ ꝓoculis, ꝙ licet legatur aliqñ, in eo, tũ CHRISTI, tum ſanctorũ colligi merita, id tñ ſano accipiendum eſt ſenſu. Siquidem, ſi exactè propriẽq; loquendum eſt: illæ duntaxat, in eo cõplectuntur afflictiones, quas ſubierunt ſpontè, eaq; de cauſa, vt offenſo ſatisfieret Deo. Quare, licet quia illas ſoluerunt in gratia, dici valerent merita, ſicut & à Clemente nuncupatæ ſunt: non tamen ea ratione, qua merita, ſed qua ſatisfactoriæ pœnæ, hoc in theſauro ſunt incluſæ. G

Ergo nec illæ, in eo computabuntur afflictiones, quas paſſim ſancti indixerunt ſibi, ad mortificationem carnis, aut quas æquo animo pertulerunt euangelicas cruces: minus quas ſecum trahit peccatum, vt originale, labores & infirmitates, & Actuale, cum Dei iudicio, pęna ſibi ſit inordinatus animus. Putãdum enim eſt, ſanctos, & pręſertim inſignes, acres ſibi pro Dei offenſis, indixiſſe pœnas: vt de illis, pro virili, vltionem ſumerẽt. Nec modo ꝓ admiſſis à ſeſe, ſed & ꝓ admiſſis ab aliis; haud ignari, ꝙ omnes vnum ſumus corpus: & ꝙ ſicut membro, cum aliis gaudendum eſt membris, ita & eàdem indolendum eſt ratione cum eis.

Et optimo quidem iure: quoniam id Chriſtiana poſtulat charitas, quę haud ſecus ducit aliena, quàm propria. Id cõio requirit ſanctorum: per quam oĩa exponuntur in medium. Id exigit imitatio noſtri capitis: qui pro nobis, ad crucem vſque paſſus eſt. Quare, & ritè ꝓteſtatur Apoſtolus, omnia ſuſtinere ſe pro electis: vt ipſi ſalutẽ conſequantur. Docet & meritò Euangeliſta, ꝙ ſicut CHRISTVS animam ſuam poſuit pro nobis: ita & nos, noſtram ponamus pro fratribus. Hęc tertia pro pollicitatione, ſint ſatis: Ergo ad quartam, in qua potiſſimum negociũ eſt properemus, vt aliquid noſtra pro tenuitate ſtatuamus. H 2. Thim. 2. 1. Ioan. 3.

Quo fundamento inſtituta.

Quo fundamento inſtituta ſit indulgentia.

Oſtendimus duo ad indulgentiæ conſtitutionẽ potiſſimũ exigi: Theſaurũ ſatisfactionum, & Diſpẽſatoris auctoritatẽ. Ergo, ſi vtriuſq; excutiẽ baſis; ni fallor, aſſequemur intẽtũ. Quãuis itaq;, ſatis & ſuꝑ, theſaurũ, cõpertũ ſit fidelibus, cõſtitutũ tũ auctoritate Clemẽtis, tũ ꝓbatione Eccleſię

vniuerſalis:

A vniuerſalis:non deſunt tamen,qui flagitent, rem alio ſuaderi medio. Quibus vt ſatisfiat ponderandum eſt,omnem rempublicam,vt rectè beateq́; habeat ſeſe, exigere opulentiam, vel opes; ſaltem ad neceſſitatem commodumq́;: ſicut & ratio docet: & probant philoſophorum præcipui. Siquidem neceſſariç ſunt diuitiæ publicæ,nedum in commodum totius ciuitatis,ſed & priuatorum ciuium:cum expediat non rarò,ſubuenire egenis,naufragium paſſis, captis ab hoſtibus, & vltra vires,ęre alieno grauatis. Quod & gentes obſeruant.

Ergo & reſpub. CHRISTI, quæ illius Eccleſia eſt vt commodè inſtituta ſit, ſuis non eſt deſtituenda diuitiis,communibusq; theſauris, ad ſuorum ciuium frugem. Et quanquam etiã opes
1.Cor.3. Hebr.1. temporariæ,iure ſint Eccleſiæ Dei(Omnia inquit Paulus,veſtra ſunt,ſiue Cephas, ſiue Apollo, ſiue mundus)& meritò cum illius ſit ſponſa,qui eſt omnium hæres, cuique omnia ſunt donata à Patre,non tamen de illis,ſed de ſpiritualibus,in præſentia conſideratio eſt. In quibus, nedum facta eſt diues,ſed & adeò locuples, vt omnem excedat metam. Quæ in plures, licet diſtinguantur
Col.2. Eccle.1. Ephe.3. claſſes,(nam & diuitiæ,in ea ſunt,euangelicæ ſapientiæ,de quibus non ſemel,Sapiens & Apoſtolus: ſunt & gratificæ gratiæ, de quibus Paulus ad Epheſios) quæ tamen pro Dei offenſis ſunt ſatisfactoriæ illæ ſunt,de quibus,modo negocium eſt.

Opes tum tẽporales, tum ſpũales ſunt Eccleſiæ, ſed præſertim ſpirituales.

B Ergo ſicut theſaurus ſapientiæ euangelicæ,ita eſt expoſitus,vt ab omnibus participetur (nam
Eſai.11. euangelium omni prædicatur creaturæ:& iam repleta eſt terra ſapientia Dei) potiſſimum tñ decet,illos locupletet,qui præfecti ideo ſunt in Eccleſia,ne circumferamur, quouis vento doctrinæ: Et Theſaurus gratificæ gratiæ,ea inſtitutus eſt ratione ꝙ etſi,eo valet vnuſquiſq; ditari, quilibet tamẽ pro conditione membri. gradus, & officij,quod in myſtico ſortitus eſt corpore:ita & ſatisſactionum theſaurus,tam etſi,cunctis habet prodeſſe fidelibus,nullusq; ſit, qui cum peccet, eo releuari non valeat,decet tamen, ꝙ pro illis ſit potiſſimum cumulatus,qui dum hic agunt,vel ex toto,vel ex parte,ſoluendo non ſunt.

Et licet,qui hunc coacetuauere theſaurum,ſint maximè liberales, licet ardeant, illo releuari,& omnes,& ſingulos:meritò tamen,non cuiuſuis relictum eſt ſacultati,vt eo potiatur pro arbitrio. Ergo ſicut humanæ politiæ,diuitiæ,per præfectum,ſeu præfectos,illius diſpenſandæ ſunt reipublicę,ita ſpiritualis,communiſque Eccleſiæ theſaurus, per illius prælatos, & præſertim per ſummum Pontificem,qui toti præeſt Eccleſiæ diſpenſandus eſt. Qua de re,ſicut theſaurus euangelicæ ſapientiæ,non niſi per Eccleſiæ proceres impartiendus eſt populis, & præſertim per Antiſtitem maximum,penes quem,ſumma ſupremaq; eſt interpretatio verbi Dei:& theſaurus gra-
C tificæ gratiæ,communi non impartitur lege, niſi per ſacramentorum miniſtros, & maximè per ꝓlatos,penès quos,& amplior (nam eã omnia conſerunt ſacramenta)& vberior diſpenſatio eſt: ita & ſatisſactionum theſaurus,per ſuperiores,& Papam præſertim,iure diſpenſandus eſt.

Sed garriunt iam nonnulli. Et quidam calumniãtur ſanctos,quantũuis inſignes,hunc in theſaurum,aut valuiſſe,aut debuiſſe quicquam congerere: Quidam, an in illum cõgeſſerint quippiam,necne negligentes,detrahunt,eum per Eccleſiæ proceres,vel Romanum Pontificem,diſpenſandum fore. Primùm illis:poſtmodum iſtis reſpondendum eſt. Illi ergo, etſi recipiunt, ſatisfactionum theſaurum in Eccleſia, in eo tamen non niſi CHRISTI ſatisfactiones colligunt:
1.Ioan.2. quippè quem conſtat,nedum pro noſtris,ſed & pro totius mundi ſatisfeciſſe culpis, prout euangeliſta teſtatus eſt. Alios autem ſanctos,etſi non detrectant, pro ſuis, ſecundum acceptationem ſatisfacere valuiſſe peccatis,præſertim cum illis ſatisſactiones eſſent amicè taxatæ, extenuatæq́;: pernegant tamen,id eos ualuiſſe pro alienis. Aliàs inquiunt, non quilibet onus ſuum portaret,
Rom.14. nec pro ſeſe,quilibet rationem redderet:quin etſi valuiſſent,non debuiſſent, ne illa CHRISTI cenſeretur inualida.

Obiectiones cõtra theſaurũ idulg. quaten' integratur ex ſctõrũ ſatisfactionibus,vel diſpẽſatur per Pontificem.

D Verùm hæc ſunt parui momenti. Siquidem,ꝙ ſancti ſatisfaciant aliquando ꝓ proximis, euincit nedum vt tactum eſt,ſanctorum communio,propter quam pro inuicem tenentur eſſe ſoliciti:nedum chriſtiana claritas, quæ non minus curat aliena quàm propria: ſed & vis euangelicæ
Gal.6. legis,quæ ſi Paulo creditur,in hoc maximè conſummatur. Alter ait alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem CHRISTI. Nec detrectandum,quenlibet ſuum laturum onus, deq; ſeſe rationem redditurum eſſe Deo:ſed attendendum non eſſe extra onus membri, ſolicitari pro alio membro: non extra onus fratris,ferre onus fratris,reddereque & de his rationem Deo, ne fortè minus ſit fratri compaſſus,ſi minus ſoluit pro indigente,cum ſecus euangelium poſtulet. Quod dicitur, non debuiſſe, ſi poſſent, ne minus videretur valida ſatisfactio CHRISTI, ex peruerſa proficiſcitur mente. Non enim ideo conſerunt, vt CHRISTI gloriam lædant,ſed potius, vt ꝓmoueant:non ſecus ac eius operarij,fratres,& ſui corporis membra.

Modo ad eos, qui diſpenſationem, à prælatis ſubtrahunt Eccleſiaſticis. Nituntur ij, duobus potiſſimum mediis. Alterum eſt, imponendo nobis, hæc dici voluntariè, abſque ratione, & ſine auctoritate ſcripturæ: Reliquum eſt, inculcando detrahi ex hoc, muneri CHRISTI: immo illum priuari officio proprio. Siquidem ad eum inquiunt, & non ad Eccleſiæ prælatos (qui non modo fidelis eſt in domo ſua, quæ Eccleſia eſt, ſed in ea eſt ſponſus & caput, cui & omnia illius, ſubiecta ſunt bona, vt de illis, ſua pro voluntate diſponat: qui & omnes apprime nouit, & vnicuiq; prout cuiq; opus eſt, poteſt illius opes impartiri, & cum ſuauitate, vt ſcriptum eſt, omnia moderado, locupletare, iuxta fidei menſuram, qua ſinguli donantur fidelium, vt etiam Apoſtolus dicit) ptinet vbertim cuiuis contribuere. Ergo, qui ſecus ſentiunt: non modò aſtruunt rem iniquam, non modò impiam, ſed & blaſphemiam. E

Solutio obiectorum.

Vt his occurratur commodius: retrogradè procedendum eſt. Ergo ad ea, quæ poſterius ſunt allata: prius reſpondeo. Nemo quidem noſtrum hæſitat, CHRISTVM, præcipuum ſupremumq;, iſtius theſauri diſpenſatorem eſſe: idq; ſibi, non modò quia Deus, ſed quia ſponſus & caput, quin & princeps, & Dñs Eccleſiæ, & omnium quę illius ſunt, inſigniter, & peculiariter conuenire. Verùm cum his, certò aſſerimus, nihil propterea huiusdetrahi excellentiæ: ſi prælatos Eccleſiæ, ſuos hoc in negocio, conſtituamus miniſtros, idq; non virtute propria, ſed eorum muneri, graduiq; diuinitus impartita. Nam qui miniſtrat, ex Dei virtute miniſtrat: vt Princeps apoſtolorum docet. Quare diſpenſator eſt CHRISTVS: diſpenſatores ſunt & prælati eccleſiaſtici. Ille, vt Dominus: hi vt miniſtri. Ille vt auctor: hi vt cooperarij. Ille virtute propria: hi poteſtate accepta. F 1.Pet.4.

Et vt res ſit omnibus conſtans: nullus non probat, CHRISTVM, euangelicæ ſapientiæ diſpẽſatorem eſſe (Ipſe enim eſt magiſter noſter: ipſum iubemur audire: & omnes iuxta oraculũ edocemur à Deo) & tamen in Eccleſia poſiti ſunt Apoſtoli, Euangeliſtæ, Paſtores, & Doctores, ne circũferamur (ſicut & diximus) quouis vento doctrinæ, in aſtutia hominum, vt Paulus ſcripſit. Nullus non probat, & eundem gratificæ gratiæ, & auctorem, & diſpenſatorem exiſtere (Nam & per illum eſt facta: & gratiam & gloriam dabit Dominus) & tamen, hanc communi non impartit lege, niſi per ſacramentorum miniſtros: propter quod, & qui ſacramenta conferunt, miniſtri appellati ſunt gratiæ. Nec iniuria: quando & ea, quæ conferunt ſacramenta & contineant & conferant illam. Ergo & analogia conſentit non diſſimili, vt & CHRISTVS ſatisfactionis theſaurum, per miniſtros diſpenſet Hierarchicos: quos Eccleſiæ ſuæ pręfecit. Matth.17. Ioan.6. 1.Cor.11. Ephe.4. Pſal.83.

Sed dicis. Eſtò per Eccleſiæ proceres, vti per CHRISTI miniſtros, ſatisfactorius diſpẽſaretur theſaurus, num propterea, per viam diſpenſaretur indulgentiæ? Nonne ſatis ſuperq; eſt, præinductis: ſi per adminiſtrationẽ diſpenſaretur ſacramenti? Et tamen, illud opus erat euincere. Non renuo, ex præmiſſis, diſpenſationem, per viam indulgentiæ, penitus non concludi: ſed nec illud erat intentum, cum non longè poſt conſtituendum ſit. Sufficit ex his aduerſantium occurriſſe moleſtiæ: quòdque ſupremo, ſummoque non derogat diſpenſatori, ſi certos conſtituat ſibi miniſtros, per quos, communi lege, diſpenſationem faciat. Verũ, ni fallor, non erit ab re, paucis vtrũque perſtringere: vt perſpecto, quid interſit, inter hos diſpenſandi modos, & illuſtrius, & conſtantius, totum reddatur negocium. G

Diſpenſatio Theſauri per ſacramẽtalis, nõ niſi per illorum collationem factã a miniſtris, contingit.

Igitur cum diſpenſatio theſauri, de quo ſermo, ſit per ſacramenta, hand dubium, non niſi per illorum fit collationem: & propterea, id non contingit proximè, ſed conſecutione quadã. Et vt ſatisfiat pluribus: duplici declaretur pacto. Altero, quo vtũtur doctores ſcolaſtici: reliquo, quo Patres vterentur antiqui, qui & phraſi videtur conſonare ſcripturæ. Sic docent ſcholæ, & quæ Diui Thomæ præſertim. Nempè, omnis, qui ritè aliquod confert ſacramentum, confert vti miniſter, & quantum eſt ex ſe, illud recipienti probè, ſacramentalem gratiam, vel illius gratiæ augmentum: quæ illi ſacramento congruit. Et quoniam ſacramentalis gratia, indubiè eſt gratifica: palam quòd proximè expellit culpam, vt cum eam confert; vel culpæ reliquias, vt cum eam auget. Expellit inquàm culpam, vt lux oriens tenebras: expellit reliquias, vt lux clarior, ſi quæ remanſerant nubes. H

Et quoniam gratifica gratia, Dei reconciliat amicitiam (nam nitor definitur animæ, ſanctum amorem concilians: propter quod ab aliquibus, idem creditur cum charitate, ab alijs vero, & rectius, indiſſolubilis docetur ab ea) indubiè eximit, quem afficit à pœna damni, quæ incurritur ex parte auerſionis à Deo (amicorum eſt aliquando conuiuere) & minuit mitigatq; pœnam ſenſus, quæ ex inordinata debetur conuerſione, ad creaturam: quoniam amicus, non multatur hoſtiliter, ſed clementer. Et demum ſatisfactionis CHRISTI, inſigniumq; membrorum eius, reddit participem. Siquidem amicorum, omnia ſunt communia: & per gratiam, ad Eccleſiæ cõionem reſtitutus,

A reſtitutus,non immeritò,diuitijs potitur eccleſiaſticis.Ergo,non proximé,ſed poſtremè, per ſacramentorum,vt aſſumebatur,adminiſtrationem,hic impartitur theſaurus.

Patres(vt idem alio conſequamur calle)primùm ex ſacris acciperent literis,fideles per rectam
Rom. 6. ſacramentorum adminiſtrationem,ſi vt par eſt,ea ſuſcipiunt,vel inſeri CHRISTO, vel inſitos,
altius radicari in eo:vnde & baptizati, CHRISTO, à Paulo dicuntur inſititij, & qui poſt baptiſmum,aliis potiuntur ſacramentis, eidem altius incorporari. Inſeruntur, altiusuè incorporantur CHRISTO, ſed paſſo,cruoreq;(vt ſic dicam)perfuſo:quoniam ſacramenta,vt tradunt Patres,ex illius proficiſcuntur làtere,& in vi ſanguinis operantur effuſi. Ergo & beneficio, in eo potiuntur ſuæ mortis (nam & palmes in vite inſitus, & oleaſter in olea incorporatus, pinguedinis eo-
Rom. 11. Luc. 1. rum ſunt participes) Ergo ſalutem, in illo conſequuntur à peccatis, quod angeli aſſertione, ſumma totius beneficij eſt.

Fideles per ſacramentũ rite ſuſceptum vel inſerunt vel altius radicantur in Chriſto.

Ergo in CHRISTO, remiſſionem adipiſcuntur culpæ, purgationem maculæ, & redemptionem pœnæ: in quibus, omnis eſt peccati ſupellex. Ergo beneficio CHRISTI, afficimur dono iuſtitiæ,quo remittitur culpa,quæ euangeliſta teſte,iniquitas eſt:afficimur dono ſanctitatis,quo mundamur à ſorde,quam ſecum trahit culpa,& dono impartimur redemptionis, quo vel peni-
B tus,vel partim,liberamur à pœna;nam redemptionem,precium,quo captiui redimuntur, ſona-
1.Co.1. re,omnibus compertum eſt. Ergo ſcitè Paulus, CHRISTVM docet noſtram eſſe iuſtitiam, noſtram ſanctitatem,noſtram redemptionem: quæ omnia, ab eius proficiſci ſanguine, paſſim admonent literæ ſacræ.Quare,& hac patrum deductione: non immediatè, ſed tandem, per adminiſtrationem ſacramenti ſatisfactorius theſaurus,impartitur nobis.

Ad hæc.Satisfactio,quæ per ſacramentorum donatur adminiſtrationem, pœnam non exigit, in pœnitẽtiæ foro taxatam,impoſitamq;: ſicut ſingula excutienti,compertum eſſe poteſt. Ergo, ſiquam,vel ex toto,vel ex parte remittit:illa quidem,eſt debita,& apud Deum pro peccatis taxata,ſed in condemnatorio(vt ſic dixerim)tribunali. Quæ ſanè pœna taxatur, vel ad promouendã in hominibus reſipiſcentiam,vel ad terrorem incutiendum peccatoribus, vel ad aliorum emendationem,& frugem:ſicut erant pœnę,quibus plectebantur,qui indignè communicabant apud
1.cap.11. Corinthios.Propter hoc,inquit Paulus,inter vos,multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi.Sed ſint iniunctæ in pœnitentiæ foro: non propterea, quis redderetur certior, num remitterentur ex toto,vel ex parte: quin & ni fallor,impoſitam teneretur præſtare, & cum non conſtet de eximente,iudici obedire.

C At cum theſaurus diſtribuitur,per indulgentiam: proximè recompenſatur pœna, & pœna in pœnitentiario impoſita foro(nam de illa,quæ ad condemnatorium diximus pertinere tribunal, indulgentia,ni fallor,non diſponit,nec proximè,aut directè ſe ingerit)compertum eſt,quando liberat à toto, & quando à parte: compertum & demum, eos qui illam ritè ſuſcipiunt, ab iniunctis eximi pœnis,auctoritate eius,qui indulgentiam confert, in hoc, nedum ſuffragante, ſed & abſoluente.Ergo præmiſſæ theſauri diſtributiones, non modo offenduntur diſſimiles: ſed & è diametro videntur opponi. Ergo redeundum: & iam ad impoſturas, quæ in priori afferuntur medio, eſt reſpondendum.

Cum ergo dicunt,quod aſſerimus voluntarium, nullaq; fultum ratione; ex pręmiſſis eſt adeò manifeſta calumnia,quòd ſiquid adderem, verba proijcerem. Ergo quod ſubdunt, nulla ſcripturæ auctoritate conſtare, expendendum: vt & in hoc,conuincantur falſi.Sunt ergo,qui rem, ex
Ioan.20. illis hauriunt verbis(Quorum remiſeritis peccata)idq;,hunc in modum. Opera Dei ſunt perfecta:ergo illius promiſſiones efficaces, & omnibus numeris abſolutę Ergo de perfecta conſummataq; peccatorum remiſſione ſermo eſt; & ob id, non modo de remiſſione culpę,ſed & pœnę.
D Quin,& pœnę,nonunquã dicuntur peccata:vt illud. Peccata tua eleemoſinis redime. Hæc etſi
Dan.4. ſunt arguta:ſunt tamen,ni fallor,impertinentia.Non enim ſermo eo loci eſt, de remiſſione,per modum indulgentiæ,ſed ſacramenti: eſtque promiſſio omnibus facta confeſſariis, etſi præcipuè antiſtitibus: qui tantum indulgentiam conferunt.

Matt. 16. & 19. Alij ex verbis colligunt,primùm dictis Petro(Quodcunq; ligaueris,& ſolueris)deinde Apoſtolis omnibus(Quęcunq; ligaueritis,& ſolueritis)& hoc tali pacto.Quodcunq;, & Quæcunq;, verba ſunt generalia: à quibus, nihil excluditur. Ligare quoq; & ſoluere, etſi pluribus contingit modis,in præſenti tamen,non coarctatur: immo cũ dicta ſint Antiſtibus quibus conſonat,vtroque ſoluere pacto(ſacramenta vt dictum eſt miniſtrando & indulgentiam conferendo) non niſi violenter,a ſua deijcerentur amplitudine.Ergo planus eſt ſenſus: quòd Petro ſimpliciter,aliiſq; (ſed ſub Petro) Apoſtolis promittitur vtroque modo ſoluendi facultas: quę conceſſa eſt Petro,

Varię ſacrorum doctorũ viç ad inueſtigandum in quo fundant indulgentię.

cum

cum ſummus factus eſt Pontifex, & Apoſtolis ſub Petro, cum facti ſunt Eccleſiarum Epiſcopi. E

Hęc omnibus ſunt probanda: etiam quòd in verbo, ligare, & ſoluere, poteſtas comprehenſa ſit, leges ferendi, quæ ligant, ab eisque eximendi, ne ligent: & poteſtas excommunicandi, aliàsque ferendi cenſuras, vt aliàs dictum eſt.

Sunt & qui excipiant, ex verbis, dictis quidem ſimpliciter Petro, & per Petrum, & ſub Petro; prout expediret, communicandis aliis (Et tibi dabo claues, regni cęlorum) & ſic rem conſtituũt. Matt. 16. Eſtò, clauium regni cœlorum typo, ſumma decernatur poteſtas, Petro ſuper Eccleſiam repromiſſa (nam claues Principi, non niſi in ſymbolum ſupremæ creduntur poteſtatis) non tamẽ prohibetur, quin & alia, & principatui præſertim conſentanea, ea ſint comprehenſa metaphora. Vt eſt cura, ſolicitudoq; Eccleſiæ vniuerſalis, cuſtodia, & diſpenſatio theſaurorum, qui recõduntur in ea (nam hæc clauibus committuntur, tum vt ſeruentur, tum vt opportunè diſtribuantur) Ergo ſicut, hoc typo, ſymboloque, poteſtas eſt repromiſſa, diſpenſandi theſaurum ſapientię, per prędicationem, & interpretationem verbi, & gratificæ gratiæ, per adminiſtrationem cuiuslibet ſacramenti: ita & ſatisfactionum, per collationem indulgentiæ.

Non deſunt, & qui contendant, ex verbis haberi Apoſtoli, ſecunda Corinthiorũ epiſtola: vbi de incęſtuoſo, adulteroq;, qu per excommunicationẽ ex Eccleſiæ medio erat eiectus, & Sathanæ ad interium vſque carnis traditus, ſermonem faciens, adhortatur Corinthios, vt ei aliquid do- F 2. Cor. 2. narent, quo ab illa, poſſet liberari vexatione: ne fortè tãdem, à multa ſorberetur triſtitia cũ pręſertim Sathana occupante, & ſpiritum illius, nunquam quantum ex illo pendebat, non ſubuertente. Adhortatur inquam, ad donandum ei aliquid, per quod, ſine dubio, ab illa poſſet, vel redimi, vel releuari pœna. Siquidem ieiunijs, aliiſq; afflictionibus, pro eo ex charitate aſſumptis, eiq; propterea applicatis, & donatis: illum, quantum ex eis erat, à pęna releuabant. Ergo donare, hoc in loco, non eſt, tam veniam dare quàm dono facto, apud Deum veniam obtinere.

Quid ergo? Paulo ita Corinthios adhortante, illiſq; donum quod ex illis erat, liberaliter largientibus, ſubdit Apoſtolus: Quòd ſicut illi donarunt, & ipſe donare volebat, quin & illum, in CHRISTO, & per CHRISTVM, dono obruere deſiderabat. Et ego inquit donaui, ſiquid donaui: at non in perſona mea, quoniam nõ tam eximium pręſtitiſſem donum, ſed in perſona CHRISTI, in quo nihil præſtatur non inſignè. In perſona inquam CHRISTI, illius impartiendo ſupellectilem, ac theſauri cornucopias. Ergo non obſcurè, ſed clara luce, hic agnoſcitur poteſtas data Paulo, & ob id, à CHRISTO conceſſa Eccleſiæ, concedendi indulgentiam, & redimendi à pœnis: in pœnitentiario foro, taxatis, & iniunctis. 2. Cor. 2. G

Chriſtus licet oĩa poſſit, non tamen, omnia poſſe alijs communicauit.

Sed dicis. Nonne in CHRISTI perſona: abſque theſauri diſtributione, valuit pœna illa remitti? Et ſi valuit: cur non fecit? Reſpondetur ꝙ licet CHRISTVS omnia poſſit: non tamen, omnia poſſe, aliis credidit. Quarę non oportet, eam rem valuiſſe Paulum. Verum attendẽdum, ꝙ quãuis potuiſſet CHRISTVS, mundum ſine ſui paſſione ſaluare: tamẽ etiam immaniter pati voluit, vt vbertim Diuinæ relinqueretur locus iuſtitiæ: alioquin, vt argumentatur Apoſtolus, illam obiuiſſet gratis Ergo, quod in perſona fit CHRISTI, alio non debet fieri methodo, quam factum eſſet ab eo: Ergo nec ſine diſtributione theſauri ſatisfactorij, tentari debuit ab Apoſtolo. Hęc eſt via Dñi: in qua & iuſtitia & miſericordia oſculantur ſeſe. Et de quarta pollicitatione ſatis. Gal. 3. Pſal. 84.

Vnde initium.

Initiũ indulgentiæ vnde.

Non eſt quæſtio ex parte theſauri: quoniam exploratum eſt, illum inchoatum à CHRISTO. Et mox cum orſus eſt pati, ac noſtris pro ærumnis affligi. Ergo iure initium habuit, ſaltem in natiuitate, in qua cępit flere, & in præſepio, ſæuiente Decembri reclinari. Minus ex parte temporis, quo illius diſpenſatio, prælatis credita eſt Eccleſiaſticis: quoniam perſpectum eſt, illam poſt reſurrectionem collatam eſſe Petro, quando in Pontificem euectus eſt Eccleſię: & Apoſtolis, quando ſub Petro, Eccleſiarum ſunt inſtituti Epiſcopi. Sed quæſtio eſt, ex parte vſus: quoniam non ſatis aliquibus reputatur compertum, quando per Eccleſiæ proceres, theſaurus cęperit diſpenſari: & per hoc, vſus conferendi indulgentias, in Eccleſia introduci. Hic ſtatus eſt cauſę: & ni fallor, arduum non eſt, rem abſoluere. H

Indulgentiarum uſus antiquiſſimus in Eccleſia & a tpe Pauli.

Ergo, mea ſententia, dubitandum non eſt, indulgentiæ vſum fuiſſe peruetuſtum, cum tempore Pauli, vt dictum eſt, fuerit apud Corinthios. Tam etſi conſonat rationi, ꝙ primis in temporibus, non fuerit frequens: & tunc non niſi ob grauiſſimas cauſas. Conſonat inquam rationi: quũ ardentiori erga Deum, reperta in Patribus charitate, dubitandum non eſt, eos molto propẽſiores fuiſſe, ad ſatisfaciendum pro Dei oſtenſis, quàm ad potiendum aliorum ſuffragiis: præſertim

cum

A cum non ignoraret, patres aſtringi, ad theſaurizandum pro filiis, timerentq; extenuandam poſterioribus ſæculis charitaté, vt vaticinatus erat Dñs. Et hęc fortè ſunt in cauſa, cur nó paſſim, qn nec forſan, vt oporteret pſpicuè, ea de re, legimus apud Patres, aut ꝓbatos geſtarũ rerũ auctores.

Fateor tñ, me non ſugere, viros aliquot eruditos, teſtari ſe eo in negocio ſtrenuè laboraſſe, illudq; ex vtriſq; validè conſtituiſſe: quibus & congratulor, rem ſuſpicio, & mea pro virili gratias ago. Interim eam non ſubibo prouinciam: & meæ ſatis videtur imbecillitati, quod hactenus datum eſt hauſiſſe. Adderem, quod apud me, eſt magni momenti, Gregorium magnum vt omnibus eſt compertum, ſtationarias ante annos circiter mille dediſſe indulgentias. Erant quidé ſtationes frequentes in vrbe, etiam primis Eccleſiæ temporibus: quoniam conueniebant fideles in domibus, vel in templis, tum ad audiendum verbum Dei, tum ad orandum, offerendum ſacrificium, & ſumendam euchariſtiam: ſed quia Gregorij tempore, cęperat res frigeſcere, vt illos prouocaret, beneficium addidit indulgentiæ.

Præſtauimus vt potuimus, quæ primo ſumus polliciti: modo vt res ſuis non deſtituatur numeris, tentandum quæ poſtremo promittebantur loco: nempè quo pacto ſuffragetur defunctis.

B

An eodem modo proſit viuis & defunctis.

Quòd animæ Purgatorij aſtrictæ cruciatibus, releuentur indulgentijs: nemo niſi impius, ibit inficias. Si enim pecunia, Iudæ pietate oblata, multorũ animas releuare valuit a peccatis, hoc eſt, ſcripturæ more, a peccatorum pęnis: & panis ac vinum ſuper iuſti ſepulchrũ poſita, hoc eſt, eleemoſinæ (nam tropus eſt) ad refrigerium iuſti defuncti erogatę, Tobię admonitione, illi ſunt vtiles: & qui baptizantur, hoc eſt, ſcripturarum vſu, patiuntur, pro mortuis, non modo non improbantur, ſed vti rem religioſè præſtantes, recenſenturq; à Paulo: quanto magis copia theſauri ſatisfactorij, ex CHRISTI, ac perinſignium, vt dictum eſt, membrorum eius pœnis congeſti, ac Eccleſiæ, in egenorum ſubſidium relicti, in quo & vis illius eſt panis, qui de cœlo deſcendit, vt daret ſalutem mundo, & illius potus, qui in remiſſionem noſtrorum profuſus eſt peccatorũ, animas nedũ inſtas, ſed in Dei amicitia confirmatas, releuabit, redimetq;, ab illis, quas patiuntur anguſtiis? Ergo totum negocium eſt, de modo: & an omnibus, & quando, & quantum proſit vnicuiq;.

2. Mac. 12. Tob. 4. 1. Cor. 15.

An eodẽ modo proſit viuis & defunctis.

Alas in purgatorio ꝑ indulgentias releuari nemo niſi Ipius negare poteſt.

Modus affertur duplex indulgentiæ, & ſuffragij: quibus excuſſis perſpicuum erit intentum. Modus indulgentiæ eſt, quo illa ex ratione, qua indulgentia eſt, eximit quenquã à pœna in pœnitentiario, vt dictum eſt, foro iniuncta, qui exprimitur hac voce, iuridice, vel ſi mauis auctoritatiue. Vnde remiſſio, quæ in nomine, & ratione exprimitur indulgentiæ, actus eſt iudiciarius, vimque & effectum continens latæ ſententiæ: non quidem per viam irritationis, ſed compenſationis (non enim irritatur pœna iniuncta, ſed compenſatur per aliam) & compenſationis talis, vt ille cui ſoluendum erat, iure debeat acquieſcere. Hęc etſi conſtantia ſunt, ex præmiſſis: nó erit forſan inutile paucis recapitulare.

C

Dico Modum indulgentiæ, quatenus indulgentia, illum eſſe, quo eximit quemquã à pœna: quoniam ſupponitur, indulgentiam eximere poſſe à pœna, pluribus modis: puta ratione operis demandati, vt cum demandantur ieiunia, peregrinationes, eleemoſinæ: ratione liberalitatis diuinæ, quæ latam comitari poſſet ex miſericordia: & alijs etiam modis, qui cum non ſint ei peculiares propriiuè, illi quatenus indulgentia eſt, non conueniunt. Siquidem cum ipſa ſit ſua ex rõne, remiſſio, vel exemptio, ille modus, ei eſt peculiaris, ille ꝓprius, qui ei quatenus remiſſio, vel exẽptio, eſt aſcriptus, illiq; inſeparabiliter agglutinatus: & eſt, qui illis explicatur aduerbiis, cum (vt ſubditur) remiſſio, exemptiouè, actus ſit iudiciarius, non modo exigens iudicem, ſed iudicé proprium, ſicut allatum eſt, ex Alexandro tertio.

Indulgentia per modũ indulgẽtiæ qd ſit.

D

Dico, Non per viam irritationis, ſed recompenſationis: quoniam id docent, nedum canones ſacri, ſed inſtitutio theſauri ſatisfactorij. Siquidem, ſicut vt iuſtificemur à culpa, theſaurus inſtitutus eſt iuſtitiæ CHRISTI, ita & vt eximamur à pœna, theſaurus inſtitutus eſt redẽptionis eius: vt verè tali pacto, CHRISTVS, ſit tum iuſtitia, tum redemptio noſtra, ſicut ex Apoſtolo, ſupradictum eſt Dico, Et compenſationis talis, vt iure, cui compenſatur, debeat acquieſcere: qm̃ ita iuſtitia poſtulat, eo ꝙ ad id ſe aſtrinxit, quando per CHRISTVM Petro ſpopondit: Quodcunq; ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cęlis.

Math. 16.

Et vt res ſit explicatior, reſumendum recompenſationem hanc, per theſauri quidem fieri diſtributionem: at non quancunq;, ſed iuridicam, idque ex duplici capite. Primò, quia ab eo fit, qui licet hac in re, ius habeat œconomicum: id tamen habet, omni cũ excellentia. Propter quod, & ei credita eſt diſpenſatio, non ſolum, vt ab eo proficiſcatur fideliter, velut à miniſtro fideli, nõ

ſolum

ſolum liberaliter, munificeq́; velut ab amico caro, ſed & iuridicè, velut à iudice proprio: vnde E
& illius diſpenſatio, nedum vim obtinet latæ ſententiæ ſed & ſententiæ ita firmæ, vt nec in cœlo appelletur ab eâ. Et hæc puto, nemo in ſummo detrectabit Pötifice, in quo diſpenſatoriæ claues, cum omni reperiuntur plenitudine: ſed in minoribus fortè non admitteutur Prælatis, in quibus claues non ſunt adeo amplæ, ſed ad arctam menſuram reſtrictæ.

Verùm ſi res excutitur, nullum (quantum propoſitum attinet) eſt diſcrimen. Licet enim in Pontifice maximo, ſint ampliſſimæ, licet ſint illimitatæ, in aliis autem ſint cöpreſſę ac certis limitibus coarctatæ id tamen aliud non admittit diſcrimen, quàm fontis, & riui dimanantis è fonte. Quod etſi differentiam retinet, in quantitate, copiaq́; non tamen in natura, vel ratione. Siquidē quod Pontifex à CHRISTO accepit in Petro, omni cum vbertate; hoc alij per ſummum nanciſcuntur Pontificem, ea copia, quæ opportuna eſt riuo. Ergo eadem, in vtriſq; natura: ergo & inferioris Prælati diſpenſatio, etſi contractior, etſi anguſtior; nil tamen prohibet, vt ab eo proficiſcatur, velut à miniſtro, amico, & iudice.

Secundò (quoniam ſi contenderet quis, diſpēſationem, ſuo ex genere, non eſſe iuridicū actū: vel non penetraret diſpenſationem, de qua ſermo, eſſe diſpenſationem eximiam, excellenteḿq;, & vim, vt dictum eſt, habere ſententiæ latæ) dici poteſt, q̃ eſtò non foret ex genere, iudiciarius F
actus, eſt tamen ex conditione, ad illum exacta de neceſſitate: quandoquidem nequit, hic diſpēſari theſaurus niſi in ſubditos, vt non ſemel, ex Alexandro, allatum eſt. Et ob id ea non fit diſpenſatio, ſine iuriſditione. Sed proſequamur, quod ſupereſt. Nempè, non ſolum recompenſationē fieri, per diſpenſationem iuridicam, ſed & per applicationem, talis efficaciæ, vt iure, in eum cui

Satisfaciens per indulgentias, ſatisfacit non ex alieno ſed ex proprio.

fit, transferatur dominium. Siquidem, vim continet donationis, vt ex Pauli verbis (Ego donaui) 2 Cor. 2.
manifeſtum eſt. Ergo, etſi redemptionis precium, partum eſt alieno labore, ſoluens tamen per indulgentiam debitum, non ſoluit ex alieno, ſed ſoluit ex proprio. Hæc de modo indulgentiæ: nunc de modo ſuffragij.

Modus ſuffragij eſt, quo indulgentia quidem prodeſt, non ratione indulgentiæ, ſed ſubuentionis: quoniam non redimendo, vel eximendo à pęna iuridice, ſed remiſſionem, vel exemptionem apud Deum promouendo & opportunè impetrando, vt ipſe aliquando remittat, eximatq; miſericorditer. Quare modus ſuffragij, appoſitè, aduerbio, promotoriè vt ſic dicam, vel impetratoriè, aut aliis non diſſimilibus, exprimeretur vocibus. Et quoniam animabus, purgatoriis alligatis cruciatibus, indulgētia pdeſt, nō p modū indulgētię, ſed ſuffragij, vt paſſim Diplomata continent pontificia; explicandum relinquitur, quo id contingat pacto, & qua conſtituatur rōne. G

Indulgētia per modum ſuffragij quid ſit.

Primùm, meo pro captu, ſic habet. Cum ſummus Pontifex, indulgentiam largitur defunctis (dico ſummus Pötifex, quoniam ni fallor, notus eſt, habentis plenitudinem poteſtatis) theſaurū quidem diſpenſat ſatisfactorium, & diſpenſat, ea quam nactus eſt poteſtate: & per hoc diſpenſatione iuridica & vim habente, latæ ſententiæ. Nec modo diſpenſat ſed & diſpenſatum, cui fit diſpēſatio ita applicat, vt transferatur dominiū: qm̃ illa applicatio, eſt donatio, prout & oſtſum eſt. Verū nō p pena remittit, ſoluit, redimit uè auctoritatiuè, nō iudiciariè, quenquam à pęna: largitur quidem precium redemptionis, ſed redimere, non eſt ſuæ poteſtatis. Et licet oblatum munus, ſit Deo gratiſſimum: quia tamen non extat pactum, opus non eſt, vt mox eximat à debito.

Reliquum, ea ſtabilitum eſt ratione: quia iudicium Petro creditum, ad eos, qui ſuper terram ſunt, reſtrictum eſt. Quodcunq; inquit ſuper terram ſolueris. Conſtat autem, nedum communi ſenſu ſed ſcripturæ vſu, & auctoritate, defunctos ſuper terram, non eſſe: cum, quo ad corpus, iaceant in ſepulchris, quo ad animam, ſi ſunt beati, ſint ſuper cœlos euecti, ſi damnati, in tartaro, Matt. 16.
ſint recluſi, ſi temporariæ pęnæ obnoxij, purgatorio ſint deputati, & ambo ſub terra, ſine controuerſia ſunt. Vnde & de Ioſeph cum à patre putaretur mortuus, ſcriptum eſt, q̃ non erat ſuper: H Gen. 42.
& Iacob moriens, deducendus ad lymbum, ſcriptura dicit q̃ deducendus erat ad inferos. Et cōpertum eſt, q̃ Dominus deſcendit ad loca ſubterranea, cū deſcendit ad lymbum, & purgatoriū. & 43.

Sed ais: nonne & terræ nomine, ſcriptura, haud rarò, inferiorem intelligit mundum? Vt his in locis. In principio creauit Deus, cœlum & terram: Cœlum & terram, ego impleo: Cœlum Gen. 1.
mihi ſedes, & terra ſcabellum pedum meorum: & in aliis pluribus? Cur ergo, & quod dicitur, Ierem. 23.
ſuper terram, ſuper inferiorem non interpretabimur globum: vel, & planius, quicquid ampliſſimo illius comprehenditur ambitu? Ergo, & qui in Purgatorio ſunt: haud immeritò, ſiquis dixerit, quòd ſuper terram ſunt. Ad hæc. Si claues, in ſua amplitudine ſunt creditæ Petro: haud obſcurum, quòd ſe extendunt, ad mortuos. Siquidem ſunt, nedum regni cœleſtis, ſed & tartarei: tum quia ſic ligant, vt nemo ſoluat, cū ſic ligent, q̃ ligatū diuino ſit tribunali: tum quia, claues Eſai. 66.

Obiectiones contra indulgen. per modum ſuffragij, & ſolutiones.

ſunt

Apoc. 1. A ſunt mortis,& inferni,cũ diuerſæ non ſint à CHRISTI clauibus, de q̃bus Ioan. in Apocalypſi.
Amplius. Compertum eſt, Petri claues, ad omnes ſe extendere viatores: cur ergo, non ad
eos,qui ſunt in Purgatorio,cum extra viatorum,non relegentur claſſem? Siquidem & ipſi con-
tendunt,ad ſupernæ vocationis brauium: ſi non progrediendo in meritis, progrediendo in ſa-
tisfactionibus: vſquequo, prorſus purgati, & à debito ſatisfaciendi abſoluti, aſſequantur inten-
tum. Et demum, Si Petro, non foret creditum ius, a purgatoria animas eximere pœna, ius non
eſſet creditum, ad aperiendum Regnum cœleſte: hoc eſt, ad remouendum quoduis obſtaculum
(eſt enim locutio tropica) ſeu quodcunque impedimentum, quo pateat aditus introeundi,
in illud. Ergo, illi ſubeſt ius, amouendi pœnas: cum in eo, nullus admittatur dolor, nullus cru-
ciatus, nulla triſtitia.

Ad primùm, Non inficiamur, vocem terræ, pluribus intelligi modis: & aliquando orbem in-
Matth. 5. Ierem. 22. nuere inferiorem, vt illis in locis, Aliquando cœlum Empyreum (Beati mites, quoniam poſſi-
debunt terram) aliquando homines malos, (terra terra, audi verbum Domini) & aliquando ali-
ter, vt in promptu eſt, in ſcripturis animaduertere. Verùm hæc, nihil ad rem, niſi hoc in loco, il-
la conuincatur acceptio: præſertim, cum non ſit propria, ſed tranſlata. Nam propria, Deo aucto-
B re eſt, cum infimum exprimit elementum, & ea ex parte, qua ab aquis exemptum eſt: ita quidem
Moſes. Et vocauit Deus aridam terram. Præter id, quòd tali ſignificatione admiſſa, ſine vio-
lentia, non infertur, quod ſumitur. Siquidem, etiam q̃ ſuper inferiorem orbem, poteſtas ſit cre-
dita Petro, non tamen habes, ergo ſuper Purgatorium: quoniam etſi ad inferiorem pertinet or-
bem, non tamen, ſuper illum, ſed intra illum eſt.

Ad aliud, Quòd Petri claues extendunt, ad mortuos, dicitur quòd male probatur. Et qui-
dem, quòd ſententia Petri, liget in tartaro, intentum non infert: quoniam non ligat, vinculum
apponendo, ſed inuentum non relaxando. Cum enim iudicat crimino ſum in capacem, vt abſol-
uatur à culpa, iudicat & in capacem, vt abſoluatur à pœna: quare ſicut non remittitur culpa, ita
& meritò, æterna relinquitur pœna. Sed eſtò, ligaret ad pœnam iuridice: ſicut non ligaret ali-
quem, niſi dum apud nos viueret, ita non ſolueret, niſi dum ſuper terram foret. Quod de claui-
bus, dicitur mortis, & tartari: indubiè CHRISTO datæ ſunt abſolutè, vt cui pater, omne iudi-
cium tradidit, in cœlo & in terra, quem & iudicem fecit, viuorum, & mortuorum. Petro autem,
etſi vti Vicario generali; vti tñ fas fuit hac in peregrinatione. Ergo habet Petrus claues mortis, Claues mortis & inferni, abſolutè datæ ſunt Chriſto, Petro autem pro modo ſuo.
at non ſecundæ, ſed primæ: quia à quibus vis valet peccatis, ſuper terrã abſoluere, & ita a morte
C animas liberare. Habet, & inferni: quia à culpis abſoluendo mortalibus, abſoluit & à pœnis ęter-
nis, quæ inferno peculiares ſunt.

Ad illud, Quòd Petri claues, ad omnes extenſæ ſunt viatores, Reſpondeo rem, ſic habere ſeſe:
ſed ponderandum, quòd ad eos, qui ſunt viatores ſimpliciter, extenſæ ſunt abſolutè, ad eos au-
tem, qui viatores ſunt extenuatè, non iniuria, ſi non ſunt extenſæ ſimpliciter. Ergo, cum in pur-
gatorio, non ſint viatores ſimpliciter, ſed ex parte, ſed diminutè, ſatis ſi iure poſſit Petrus, theſau-
rum illis ſatisfactorium impartire & ad remiſſionem pœne ſuffragari: & Deum vt remittat, ſua
opera, miſericorditer promouere. Nec conſequitur, non poſſe Petrum omnia, quæ ingreſſum
impediunt regni cœleſtis, dum ſuper terram ſumus, amouere ui clauium (id enim nemo ortho-
doxus, non probat) ſed cum infra terram ſumus (nam purgatorium, vt diximus, ſub terra com-
muniter eſt) id claues Petri, non præſtant. Nec mirum, cum poteſtas Petri, etſi eximia, etſi om-
ni cum plenitudine, certum tamen nacta eſt forum: quod portio (ſuper terram) exprimit.

Sed tempus eſt, vt percurramus, quod ſupereſt: Nempè, An omnibus proſint in Purgatorio:
& quando, & quantum vnicuique. Dicitur ex Auſtugino, quòd non omnibus proſunt: ſed iis,
D qui dum viuerent, meruerunt, vt ſibi prodeſſent. Quod intelligo, per modum remiſſionis abſo-
lutè: quoniam non puto abſonum, quòd ſingulis, pro quibus ſumuntur, aliquid præſtetur refri-
gerij, leuaminis, vel ſolatij, cum tam ingentia ſint Diuinæ Clementiæ viſcera, & tam immenſus
ſuæ bonitatis oceanus, vt inde nunquam aliquid miſericorditer non ſcaturiat. Proſunt, etſi for-
tè, non omni die, aut quouis horæ momento: proſunt tamen opportunè. Et proſunt magis iis,
qui ſunt magis capaces: vberiusque id meruerunt, dum ſuper terram degerent. Et ſic palam, q̃
alio modo, indulgentia, prodeſt viuis & mortuis: & in his ſit ſextæ pollicitationis, & totius enar-
rationis huius abſolutio. Ad Dei gloriam. Amen.

REVERENDISS. AC ILLVSTRISS. D. MARCELLO CERVINO

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archipresbytero Cardinali.

Iacobus Naclantus Epiſcopus Clugienſis, Fęlicitatem perpetuam.

ET ſi non pauci, ſicut audio, Reuerendiſſ. ac Illuſtr. Domine, de Præſulum reſidentia, & diſertè, & copioſè tractarunt, remq; ſuis numeris, exactiſſimè abſoluerunt; Quia tamen, & in templo Domini, non modò erant hydriæ, ſed & phialæ; & duo (tametſi minutiſſima) æra in gazophylatio, non fuere contempta; fortè non dabitur impudentiæ, ſiquid & nos, eo in negocio, præſtare (noſtra pro tenuitate) tentemus. Et licet amplioribus vaſis fœlicius hauriatur è fonte; quibus tamen non eſt tam ampla ſuppellex, forſan non detrectabunt, ſi potentur è riuulo. Verùm vtcunque res habet, annitar ex ſcripturis, ex quibus negocium maximè pendet, rem aggredi; ac breuibus expedire. Et quanquàm in rebus omnibus, cenſorem non renuo, immo cum charitate deſidero; nec ſolum ſacroſanctam Eccleſiã, cui cuncta iure debemus ſubijcere, ſed & probatius cuiuſcunq; iudicium; in hac tamen maximè, vt in qua, in diſcrimen deducitur conſcientia, & ſalus periclitatur animarũ; pro quibus mortuus eſt vnigenitus Dei. Ergo, F *ſiquid ex hac anguſtiſſima phiala, poteſt diſtillare liquoris, aut ex minutiſſimis æris, aliquid proficiſci prouentus; totum tuæ Reuerendiſſ. ac Illuſtriſſ. D. offero & exhibeo; non ſolùm vt pignus aliquod, meæ ergà illam meritiſſimæ obſeruantiæ; ſed vt & illud, ſuo prudentiſſimo, ac ſapientiſſimo calculo, ponderet & diiudicet. Quam Deus fœliciſſimè ſeruet, & amplificet.*

3.Re.7. Luc.21.

TRACTATIO DE EPISCOPORVM RESIDENTIA EX DIVINIS LITERIS.

Quod, & Quale, Epiſcoporum onus.

Eporum graue eſt onus, & cur in Eccleſia poſiti.

PRincipio attendẽdum, q̧ & ſi Epiſcopi præcelſum nacti ſunt gradum; quippè qui
conſtituti ſunt à Deo, ſuper familiam CHRISTI & euecti in primas partes Eccle Luc.12.
ſiæ (propter quod & in Concilijs generalibus, ritèq; collectis, totam Eccleſiam cõ
tinent & repræſentant:) Et ſi non modò ſunt honorandi, ſed duplici, qui benè p̃ 1.Thim.5
ſunt, honore afficiẽdi; nihilominus & nacti ſunt, tùm graue tũ periculoſum onus; G
cum ſuper gregem ſibi creditum nõ ſolùm aſtricti ſint vigilare, & indefeſſè profundæ noctis ex-
cubias cuſtodire; ſed & pro animabus eorũ (teſtis eſt Paulus) rationem exactiſſimã reddere; & ſi- Luc.2. Heb.13.
cut ſapientis auctoritate, in eos qui p̃ſunt, futurũ eſſe didicimus, iudicium duriſſimũ experiri. Sap.6.

Siquidem in Eccleſia poſiti non fuerunt ad ocium, ſed poſiti fuerunt ad opus. & planè nõ ma
lum, ſed ex genere bonnni. vnde & Apoſtolus: Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſide 1.Thi.3.
rat; Immo ex genere optimum & pręclarum, quàmuis arduum & perdifficilè; nempè, vt alibi do Epheſ.4.
cet, ad ædificationem corporis CHRISTI; quod indubiè, eius Eccleſia eſt. cuius, ſicut ille eſt ſpõ Ioan.3.
ſus & caput, ita illa, ex doctrina Pauli, eius eſt ſponſa & corpus. Ephe.1.5.

Eccleſia chriſti ſponſa corpus, domus & templum.

Et licet ædificationis verbum ſit tropicum, non eſt tamen obſcurum; & duo maniſeſtè pratẽ-
dit. Alterum eſt; quòd & ſi Eccleſia, tùm ſponſa, tùm corpus eſt CHRISTI, eſt & nihilominus il 2.Thim.2.
lius domus & templum; vt non raró Apoſtolus admonet. Et domus eſt, non materialis, ſed ſpiri-
tualis (vt vtar verbo Petri) quippè quæ, ex hominibus conſtat ſpiritu ſancto regenitis, ſicut fit in 1.Cap.2.
lauacro baptiſmi (propter quod, & omnes baptizati, ad illius conſiſtentiam pertinent) in quibus 2.Cor.6.
perindè ac ſingulari domo, non modò CHRISTVS habitat & perambulat, ſicut olim p̃miſerat H Apoc.21.
Moſi, & demum demonſtrauit Ioanni; ſed inſigniter habitat & perambulat; quoniam non vt fa-
mulus, ſed (vt ſcribit Apoſtolus) velut Dominus domus. Hebr.3.

Similiter & templum eſt non manufactum (vt vtar verbo Pauli) non ex lateribus & cęmento Acto.17.
conſtructum, ſed ex lapidibus viuis, hoc eſt, hominibus fide & charitate aliquando viuentibus, ac
ſuper lapidem viuum, CHRISTVM ſcilicet, miro modo compoſitis, potiſſimum fabricatum; ſicut
perſpicuè tradidit Petrus: In quibus nõ ſecus ac in auguſtiſſimo templo, CHRISTVS iugiter co- 1.cap.2.
litur; tùm fide, ſpe & dilectione, iuxta ſententiam Auguſtini; tùm hoſtiis & ſpiritualibus ſa- Ad Laur.
crificijs, iuxtà admonitionem Petri; & demùm precibus, votis, & gemitibus, in ſpiritu & verita 1.Pet.2.
te factis, iuxtà vaticinium CHRISTI. Ioan.4.

Reliquum eſt; quòd non modò docemur, Ep̃os inter Eccleſiæ ędificatores haberi; ſed & quo

pacto

A pacto ſuo debent munere fungi, euidenter accipimus: Nam licet ab illis, contemnenda non ſit
materialis domus; non templum cemento & lateribus ſtructum, ſed cum neceſſe fuerit, ſint pro Tẽplũ materiale, non cõtemnendum ab Epis, ſed ſpũale maximè promouẽdum.
viribus reparanda, etſi expedit & alia conſtruenda (quippè quæ apud CHRISTI fideles ſunt re-
ligioſiſſimè inſtituta, à Deo ordinata, & tum ad excitandos erudiendoſq; populos, tum ad reddẽ-
dum externum cultum, & commune ac publicum ſacrificium Deo, magna cum pietate ſelecta)
nihilominus præcipuum eorum onus eſt, vt eo pacto populis ſibi commiſſis attendant, vt quan
tum ex ipſis fuerit, erigantur in domum, & templum acceptiſſima CHRISTO.

Quod planè tunc fit, cum ita inſtituuntur ad illum, ꝙ non modò per fidem & dilectionem, de
Ehp. 3. lectet habitare cum eis (Nam per fidem CHRISTVS habitat in cordibus noſtris: Et qui manet
1. Ioan. 4. in charitate, Deus manet in eo) non modò delicias ducat verſari inter illos (Nam & deliciæ eius
Prou. 8. Heb. 5. ſunt, verſari inter filios hominum) ſed & habitare & verſari, vti Dominus domus, hoc eſt, vt pro-
Cant. 3. prio in peculio & domicilio: Vbi lectulus ſit Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt: vbi fer
culum de lignis libani: vbi tigna cedrina, & laquearia cypreſſina: vbi odores aromatici, & om-
Per totũ. nes pulueres pigmentarij; De quibus & pluribus, in Canticis canticorum, & denique, vt & ita
coaptentur illi, quòd perindè ac in ſacratiſſimo templo, vnicè colatur ab eis; non tantùm obla-
Col. 3. B tis ſpiritualibus hoſtiis (mortificationis carnis, contribulati ſpiritus, & laudis confitentium eius Piorum frequentes oblationes.
Pſal. 50. Heb. 13. nomini) ſed & tota vita illi perpetuò conſecrata; vt tandem quicquid faciũt, in verbo vel in ope-
Coloſ. 3. re, in eius ſemper gloriam cedat, quemadmodum & Apoſtolus docet.

Verùm, vt res ſit magis illuſtris, diligentius attendendum, ꝙ etſi Epiſcopi extra ædificantium
claſſem non ſunt (aliàs non moneret Apoſtolus, vt videant, quomodo ſuper CHRISTO funda-
1. Cor. 3. mento ædificent; quòdque non ædificent ligna, fœnum, ſtipulam; ſed aurum, argentum, lapides
precioſos) in ea tamen non ſunt, vti ædificationis Authores, Architecti, aut ædificantes principa
Deu. 32. les; quoniam iſtud excellentiæ, congruit ſoli Deo, hoc eſt, patri filio & ſpiritui ſancto (ita quidẽ,
& 6. & non rarò, Deus ſumitur in ſcripturis; vt, Dei perfecta ſunt opera: Deum adorabis: ſoli Deo ho
Matth. 4. 1. Thi. 1. nor & gloria: & id genus plurima) Et CHRISTO, hóc eſt, Verbo natura noſtra veſtito (Nam
Rom. 9. CHRISTVS IESVS, vt inquit Paulus, eſt Deus & homo) Qui licet ſint omnium rerum Autho- Deus & Chrs maximè authores Eccleſiæ.
res, Architecti, Opifices principales; maximè tamen Eccleſiæ ſunt ſacroſanctæ, vt in qua, eorum
tùm poteſtas & bonitas, tùm ars & ſapientia, nedum potiſſimè, ſed & ſingulariſſimè fulgẽt; Pro-
1. Cor. 3. pter quod & ſcitè Paulus ſcripſit Corinthijs, Dei ædificatio eſtis: & ritè CHRISTVS eſt pollici-
Matth. 16. tus Petro, Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; ſed ſunt Dei & CHRISTI miniſtri.
Eph. 4. C Vnde etſi dixit Apoſtolus, ꝙ dati ſunt in ædificationem Eccleſię, modũ tamen adiunxit, In opus
Acto. 2. (inquiens) miniſterij. Et Petrus volens in Epiſcopatum ſubrogare Matthiam, oſtende (ait) quem
elegeris, ſortem accipere huius miniſterij.

Sunt, inquam, Dei & CHRISTI miniſtri; at non ſimplici miniſterio. Et primò quidem ſunt
miniſtri præparando materiam; vt accommoda reddatur ædificationi: Quæ ſanè præparatio (& Epiſmiaiſtrãt Deo & Chro præparando materiam.
1. Cor. 3. ſi alium ſubinducendo tropum, à Paulo ſub plantatione & rigatione comprehenditur, quemad-
Cãt. 2. 4. 7. modum & Eccleſia, ſacris in literis, etiam ſub Horti Vineę & Campi ſymbolis declaratur) reten
to tamen typo materialis fabricæ, potiſſimùm in lapidum adaptatione conſiſtit; & communi cur
ſu, tum malleo, tum quadra præſtatur. Et licet forſan in tropis, neceſſe non ſit, ſingula in omni-
bus adaptare: licet & in ſymbolis permittantur adaptationes diuerſæ; ita tamen omnia diſponẽ-
da ſunt, vt ſaltem proportione, ad ſymbolum correſpondeant.

Ergò, vt hoc perfungantur officio, Epiſcopis non ſegniter annitendum eſt, vt fidei ſuę com
Ierem. 23. miſſi, perindè ac gibboſi, & à recto recedentes lapides, tum malleo legis Moſaicæ (quæ ſic vo-
cata eſt à Domino per prophetam) à morum exorbitantijs complanentur; tũ quadra legis euan-
D gelicæ (quæ ſine controuerſia rectiſſima eſt) ad rectam lineã reducantur. Vnde & callere vtrũ-
que tenentur teſtamentum, quemadmodum & bicornis mitra protẽdi; vt ex illis perinde ac ſcri-
bæ docti, & paſſim & vbertim poſſint vt ſuo de theſauro, tum vetera, tum noua profundere; ſi-
Matt. 13. cut & ad illos in euangelio dictum eſt.

Siquidem Epiſcopo non ſatis eſt, eſſe doctorem, ſed & illum neceſſe eſt docere, & ſuo populo
prædicare, quemadmodum, vel ex ipſius conſecratione conuincitur. Immo & frequenter neceſ-
2. Thi. 4. ſe eſt, prædicationi inſiſtere; aliàs Epiſcopo, dilectoq; diſcipulo Thimoteo, non mandaret Apo-
ſtolus, vt non modò prædicaret verbum, ſed vt inſtaret, opportunè & importunè, in omni patiẽ-
tia & doctrina. Verùm de hac re inferius locupletius.

Secundò, ſunt Dei & CHRISTI miniſtri; materiam pręparatam, ſiue humeris, ſiue machinis
(vt in materialib⁹, nõ rarò accidit ędificijs) ꝑducẽdo ad eos; vt eorũ ꝑ arbitrio, in fabrica reponaẽ.

E

Et licet non ibo inficias,& aliter hoc oneris ſorſan præſtari poſſe, puto tamen præſenti loco aptiſſimè conuenire,ſi ad Epiſcopale regimen referatur:Quandoquidē tunc maximè(ſi nō fallor) creditos ſibi populos,ad Deū & CHRISTVM ꝑducunt;cū illis vnicè,ac tota pro virili ꝓſpiciunt.

Munus Epoꝝ, in regēdis populis quale.

Acto. 20.

Siquidem ſui muneris eſt, non modo populis ſuperintendere, de quo Apoſtolus. Attendite gregi,quos poſuit ſpiritus ſanctus Epiſcopos,ad regendum Eccleſiam Dei; ſed ſuperintendere cum omni vigilantia,quaſi(vt inquit alibi rationē reddituri pro eis;cum omni cura & ſolicitudine(Rectorem populi,ait Sapiens,conſtituerunt te,curam illius habe)& Apoſtolus: Qui præeſt, ſit in ſolicitudine.Idque non coactè,vt admonet Petrus,nō gratia temporalis lucri(quod ibi turpe lucrum appellat)ſed ex animo,ex propenſione cordis;immo,ſi CHRISTO creditur,ex viſceribus charitatis;quippè qui & hanc,tum eximiam,tum & nō ſemel,requiſiuit à Petro. Et deniq; non ſecus ac forma gregis facti,audacter requirant à ſuis,quod non eſt neglectum ab eis.

Heb. 13. Eccl. 32. Rom. 12. 1.cap. 5. Ioa. 20.

Tali igitur ſuperintendentia,tam prouido ac ſalutari regimine,nemini dubium eſſe puto,populos ad Deum & CHRISTVM, non ſolùm maximè ꝓuocari,aut validiſſimè perurgeri; ſed ſuauiſſimè pertrahi,ac magna cum celeritate perduci;& præſertim electos, quiue ſortiti ſunt animā bonam,vel in quibus locupletior eſt gratia Dei; qui ſuę imbecillitatis conſcij,Epiſcopi ſui curę, perindè ac proprij patris,ac locum tenentis Dei & CHRISTI, ſe ſpontè committunt; ſe in illū reiiciunt,ac ſuper illum ſuæ ſalutis negocium,animo propenſo reponunt.

Sap. 8.

F

Quo pacto Epi fideles gestet in humeris.

Quarè ſicut iſtos,Epiſcopus potiſſimùm geſtare debet in corde,ardens illos in dies, nō ſecus ac filios chariſſimos,cum Paulo parturire,hoc eſt,pleniſſimè ad Deum & CHRISTVM inſtituere; illis offerre ac dedicare,donec penitus formentur in eis; ita & ſingulariſſimam illorum,vt pár eſt,curam gerit,& ſolicitudinem:Quod ſicut tropicè in ſcripturis,eſt geſtari in alis,ita haud diſſimiliter,dicitur geſtari in humeris: In cuius typum,ni fallor, & nomina filiorum Iſrael,non ſolùm in rationali ferebantur Aaronis, quod erat circa pectus, ſed & in ſuperhumerali, quod, vt vox ſonat,ferebatur in humeris.

Galat. 4. Exod. 19. Deu. 32. Exod. 28.

Qui verò horum de numero non ſunt: Nempè quibus non facile eſt ſuadere, & per hoc, valdè difficile eſt,eos ad Deum & CHRISTVM perducere; quippè qui non ſolùm egent minis ſed baculo,immo fulmine & tonitruo; ab Epiſcopis probè prudenterq; ſuperintendentibus, tandē vrgendi ſunt machinis præceptorum,excommunicationum, & id genus cenſurarum; vt ſaltem quos non trahebat charitas, timor extimulet, & pœna compellat: vt & impleatur quod Dominus dixit; Et compellite eos.

Luc. 14.

G

Tertiò ſunt Dei& CHRISTI miniſtri,quia ędificationem cooperantur cum eis.Propter q́d dicere non ſat duxit Apoſtolus,ꝙ ſunt Dei & CHRISTI miniſtri,ſed addidit, ꝙ ſunt & cooperarij. Tantus quidem eſt ardor Dei in homines,tàm ingens cura & ſolicitudo, vt cum ſuauitate ſua ædificetur Eccleſia,vt eo in opere, homines non ſolùm elegerit in præparatores ac conductores,vt diximus,ſed & euexerit in coædificantes;quemadmodum & ex Dionyſio facilè eſt cōprobare. Et ꝙ ita ſit poſſumus hunc in modum agnoſcere.Conſtat in materiali fabrica,onus ędificantium eſſe,acceptos lapides opportunis locis diſponere,calce connectere,& tam ſolidè ędificium conſtituere;vt iuxtà verbum Domini, non deijciatur à vento, nec ſubuertatur à flumine. Ergò,& in ſpirituali,ſeruata(vt par eſt)congrua proportione,non erit diſſimile.

1.Cor. 3. Sap. 7. Cap. 4. de diui. no. Matt. 7.

Et licet ea diſpoſitio lapidum in ædificio Eccleſiæ Dei,quæ per æternam prædeſtinationem, à CHRISTO facta eſt,cooperatores non habeat,cum & facta ſit ante conſtitutionem mundi:licet nec illa munerū diſpēſatio,qua alij datur ſermo ſapiētię,alij gratia ſanitatū,& ſic de reliquis, q̄ dona gratis data dñr,Epiſcopos cooperatores requirat;illa tamen,quæ in Eccleſię ædificio,Ierarchiam mirificam cōtinet, nec mediocriter domum ac templum Dei & CHRISTI, ornat integratq;; non niſi Epiſcopis cooperantibus,à Deo & CHRISTO exequutioni committitur.

Ephe. 1. 1.Cor. 12.

H

Ad Epos pertinet cōſecrare miniſtros Eccleſiæ.

Siquidem ad Epiſcopos pertinet Epiſcopos conſecrare(Reliqui te Cretę,inquit Paulus Tito, vt Epiſcopos cōſtituas oppidatim)Ergo & cōſecrare ſacerdotes,diaconos, ſubdiaconos, & alios inferiorum ordinum; in quibus, ſine controuerſia, ſacer Eccleſiæ principatus conſiſtit; & totus quidem,ſi maximum,vt par eſt,includamus Pontificem; à quo non ſecus, ac è fonte riuuli, omnis Eccleſiæ principatus dimanat,& omnis poteſtas perinde ac membrorum à capite,ad quoſuis gradus Eccleſiaſticę Ierarchiæ proficiſcitur.

Cap. 1. Dio. de Eccl. Ierar.

Licet & connexio lapidum in Eccleſiæ ædificio, ex virtute progrediatur ſpiritus per Eccleſiæ corpus diffuſi,qui omnia eius membra,per neruos & iuncturas (vt verbis vtamur Apoſtoli) mirum in modum nectit & copulat; Vel (vt non recedamus à tropo) per calcem,ſiue gluten charitatis,quæ per illum in corda tanta virtute profunditur, vt non modò id ipſum dicant omnes,

Ephe. 4. Col. 2. Roma. 5. 1.Cor. 1.

nec

Acto.4. Ephe.4. A nec ſint inter illos hæreſes, non factiones, ſed vnum ſit omnibus cor, vna anima, omnia commu-
nia: Et licet ſtructuræ robur, ſoliditas, conſiſtentia (cum ad perſeuerantiam pertineant) ſingula-
riſſimum donum ſint Dei; nihilominus, cum adminiſtratione cuiuſlibet ſacramenti conferatur
ſpiritus ſanctus, & præſertim in ſacramento Ordinis, in cuius ſignum, non confertur niſi cum im
1.Thim. 4 poſitione manuum; & per ſacramentum Confirmationis, in quo, non ſolùm confertur, ſed con
2.Thi.1. Act.19. fertur ad robur (quæ ambo ſacramenta, vt conſtat, vnicè ſunt commiſſa Epiſcopis) & ſpiritus ſan- Quæ ſacramenta, vnicè cõmiſſa Epiſcopis.
ctus, vt certum eſt, non detur ſine gratia, non ſine charitate, cum ipſe aliud nõ ſit quàm amor pa-
tris & filij, immo & in templo Eccleſiæ, nunquam non multorum corda ſuccẽdat, ardeatq́; (ſiqui
Cap. 8. dem lampades eius, lampades ignis ſunt & flammarum, ſicut in Canticis admonemur;) Palàm φ,
& ædificationis Eccleſiæ opus (quod in his potiſſimùm conſiſtere diximus) nõ niſi cooperãtibus,
coædificantibusq́; Epis, à Deo & CHRISTO, communi lege, ad exequutionem deducitur.

Immo ſiquis ſcripturas diligenter expendat; non ſolùm Epiſcopi ædificationem faciũt, vt co-
operarij, ſed quodammodo, vt Architecti; aliàs non teſtaretur Apoſtolus, ſe perindè ac doctum
1.Co.3. Architectum ſundamentum iecisse. Nec quidem mirum ſi aduertimus, φ ardore in nos diuinæ
bonitatis, non modo euecti ſunt in celſitudinem cooperarij, ſed & locũ tenentis; vt poſſint quo-
B dam pacto ædificare in perſona Dei & CHRISTI, quemadmodum & alia non pauca, in eorun-
dem perſona efficere. Propter quod, & canit Eccleſia de Apoſtolis (quibus ſine controuerſia,
Acto.2. ſuccedunt Epiſcopi) φ ſunt operis CHRISTI Vicarij; vt & non immeritò dictum ſit eis; Qui
Luc.10. vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Ergo ſicut Paulus in perſona CHRISTI dona-
2.Cor.2. bat, ſiquid donabat; ita & in CHRISTI perſona ædificabat, cum eius Eccleſiam conſtruebat.

Et quanquam, mea ſententia, hæc conſtantiſſima ſunt, ſcrupulus tamen ſubmouendus eſt.
Si enim Epiſcopi, non ſolum ſunt in ædificatione miniſtri, præparando materiam, & præparatã
exhibendo Deo & CHRISTO, ſed & ipſius ædificationis cooperatores, immo & quodam pacto
1. Cor.3 Dei & CHRISTI, in ædificando locum tenentes; qua ratione, de ſe & alijs, dicit Apoſtolus, φ
aliud non ſunt, quàm puri miniſtri; plantantes quidem & rigantes, ſed incrementũ non facien-
tes; Immo φ miniſtri ſunt ferè nullius pẽſi; quandoquidem neq; qui rigant, neque qui plantant
ſunt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus?

Vt igitur ſcrupulus eruatur, attendendum eſt, φ eo loci Paulus non loquitur de paſtoribus ſi- Quæſtio ex præmiſſis & ſolutio prima.
ue de Epiſcopis, ſed de inferioris ordinis prædicantibus, donatis tamen munere prophetiæ, ſiue
interpretationis ſermonum; de quibus 12. ad Corinthios: Siquidem vltra paſtores, vel Epiſcopos,
C nunquàm defuerunt Eccleſiæ, inferiores adminiſtratores verbi, & maximè tempore Apoſtolo-
rum, & præſertim apud Corinthios, vt ex vtraq́; ad illos epiſtola, difficile non eſt animaduertere;
quorum & multi, eo non fungebantur muneris ad pietatem, ſed fungebantur ad quæſtum: mul
ti non ad gloriam CHRISTI, ſed ad gloriam propriam, & de his potiſſimùm loquitur; quippè
Cap.1. qui, prædicabant (vt ex epiſtola prima colligit̃) potius in humanę ſapientiæ verbis, quàm in oſtẽ-
ſione ſpiritus & virtutis: potius ad captandam auram populorum & parandos ſibi diſcipulos, qui
1.Cor. 4. paſſim iactarent; Ego quidem ſum Pauli, Ego autem Apollo, Ego verò Cephę (his nominibus
vſus fuit Apoſtolus, ne ſi ſuis illos nominibus prænotaſſet, non nulli offenſionis occaſionem acci
perent) quàm ad inſtituendum congregandumq́ue homines, Deo & CHRISTO, in fide & di-
lectione. Nec modò prædicabant, ſed & baptizabant; at non maiori quidem zelo religionis,
aut chriſtianæ pietatis.

Ergo de his non immeritò dicit, φ aliud non ſunt, ſiquid ſunt, quàm Dei & CHRISTI mini- Quid ſit eſſe aliquid I ſcripturis.
ſtri: Propter quod quicquid in illis eſſe potuit dignitatis, quicquid præſtantiæ, & exiſtimationis
1.Re.16. Prou. 16. (ita enim in ſcripturis ſumitur, eſſe aliquid; vt conſtat Galatarum.3.) & maximè in oculis Dei &
Hebr.4. D CHRISTI qui intima vident, totum aſcribendum fuerat dono Dei; quo donati, & gratis quidẽ,
fuerant ab eis. Et plantationis tropus, adminiſtrationem ſignificat verbi, qua homines prouo-
Ephe.2. cantur ad fidem; nõ quòd internam perſuaſionem faciant (cum illa opus ſit Dei, qui in cordibus
fidem infundit) ſed quia extrinſecùs, quæ ſunt credenda proponunt (cum Dei ordinatione, fidẽ
externus præcedat auditus, quod præſtatur adminiſtratione verbi) Qua planè fide, obſcurum nõ
eſt, homines non ſolum, ex oleaſtro excidi primi parentis, ſed inſeri ac plantari, in oliua pingui
Rom.10. &.11. CHRISTI IESV; vt Apoſtolus docet.

Rigationis verò verbum, etſi tropicè inſinuare poteſt, frequens prædicationis exercitium, vt
Deu.32. Eſa.55. nouellæ arbores, fide in CHRISTO plantatę, citius coaleſcant (Siquidem & prædicatio in ſcri-
pturis; non modò aſſimilatur rori, ſed pluuiæ, immo & imbri, qui inebriat terram, & quantum
ex ſe eſt, germinare eàm facit) Puto tamen magis præmiſſis conſentire, ſi de adminiſtratione

intelligatur

1.Cor.1.

intelligatur baptiſmi; quandoquidem & in hoc non leuiter intumebant. Vnde ſicut veluti è regione dixit Apoſtolus quòd illis non euangelizauit in humanæ ſapientiæ verbis, ne eorum fides eſſet in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei; ita & adiunxit, ꝙ non eſt functus apud illos, niſi erga paucos, adminiſtratione baptiſmi, ne quis diceret, ꝙ ſuo in nomine baptizatus eſſet.

Ioan.4.

Et licet adminiſtratio baptiſmi, adminiſtratio ſit ſacramenti: Licet baptiſmus gratiam largiatur ſpiritus ſancti, immo iuxta CHRISTI verbum, ex ſpiritu ſancto regeneret; non tamen miniſter, ex ratione (vt ſic dicam) miniſtri, gratiam aut ſpiritum confert: Siquidem non accidit in baptiſmo, quemadmodũ in ordine ſacro, qui peculiare munus exigit in miniſtro, (propter quod, & ab alio quàm Epiſcopo, conferri non poteſt) quandoquidem quilibet poteſt baptizare, & nõ ſolum laycus, ſed & mulier, immo & hæreticus; & baptizando gratiam, (ſuo modo) ſpiritus ſancti conferre; propterea ꝙ qui adminiſtrat cauſam, quantum ex eo eſt, confert & illius effectum; qui communi lege conſequitur cauſam; tametſi non aliter, effectus à conferente dependeat. Ergo quantumuis miniſtri, de quibus eſt ſermo, fuiſſent inſignes, quantumuis eximij & apud Deũ maximæ exiſtimationis, (cum tamen aliud non præſtarent, quàm plantationem & rigationem externam) haud dubium ꝙ quantùm augmentum attinet, verè nihil erant; quippè quod, nõ niſi ex intrinſeco proficiſcitur. Ergo ſcitè dixit Apoſtolus, ꝙ neq; qui plantant neq; qui rigant, aliquid ſunt; ſed qui incrementum dat Deus. 1.Cor.3.

Secunda ſolutio.

Deinde, etiam ſi ea verba Pauli, ad prælatos extendimus (quod facilè conſentimus) minimè præmiſſis reclamant: Siquidem conſtat, ꝙ de prælatis ſermo non erit abſolutè, ſed quatenus ad illos pertinet adminiſtratio verbi; cum eo loci Apoſtolus, non niſi ea de adminiſtratione loquatur; tametſi (meo iudicio) annectat adminiſtrationem baptiſmi, quemadmodum diximus; qui baptiſmus cum poſſit à quocunque præſtari, liquet ꝙ adminiſtrationem verbi, illius functio nullò modo tranſcendit. Quod autem plantationem, & rigationem attingit (vt & ſuprà notauimus) populi præparationem continet, qua adoleſcere poſſint in CHRISTO. Et quanquam, illã exhibent Epiſcopi præclariori dono, quia munere exhibent pontificio, propter quod & illorũ prædicatio, maiori cum energia procedit, & ad aures populi ſibi crediti, vberiori cum fruge dilabitur (aliàs non diceret CHRISTVS, ꝙ oues vocem paſtoris audiunt, & audiendo ſequuntur; è cõtra verò, illius qui non eſt paſtor, non audiunt nec ſequuntur) nihilominus & indubiè veritatẽ habet, ꝙ neq; qui plantat, neq; qui rigat aliquid eſt, reſpectu ſcilicet augmenti; quod (vt dictum eſt) non niſi ex intrinſecus operante progreditur. Nec in præparationis operibus, Epiſcopi aliud quidem ſunt, quàm externi miniſtri, tametſi in ſequentibus, vt expreſſum eſt, ſint & cooperarij, immo & Dei & CHRISTI, locum tenentes. Ioan.10.

Rurſum de eodem, ſed apertius.

Dionyſius. Augu.

Verùm quia doctrina ſymbolica, propter interpretationes varias, non ſemper. tùm à Dionyſio, tùm ab Auguſtino reputatur conuincere; forſan non erit inutile, ſi quod de Epiſcoporũ munere, ex ſcripturis ſine tropis occurrit, paucis inſeramus: Et licet id præſtari poſſet ex pluribus locis, lubet tamen, ſolùm verba Seruatoris expendere; quibus non modò Petrum in Epiſcopum totius Eccleſiæ conſecrauit, ſed & perſpicuè illius officium patefecit.

Ioan.20.

Dixit IESVS, *Simoni Petro*. Hoc eſt, Simoni in fide reddito ſolido & conſtanti. *Simon Ionà*, nõ enim erat filius Ioannis, ſed Ionæ, Quod ſi ſacramento vacaret, nec modò cum illum Pontificem facit, nec olim cum ſibi Pontificatum ſpopondit, CHRISTVS repeteret. Et quantum imbecillitas mea conſequitur, admonet Pontificatum nemini exhibendum, immo nec promittendum, niſi filius ſit Columbę (id enim Ionà ſignificat) hoc eſt, niſi filius ſit, tum Eccleſię, de qua legitur; vna eſt columba mea, tum Spiritus ſancti, de quo euangelium docet, ꝙ aliquando in forma columbæ deſcendit. Niſi, inquam, filius ſit Eccleſię, hoc eſt, niſi & habitus ab illa ſit, vt pius filius, & ab eo, illa obſeruata ſit, vt piiſſima mater; vtpotè qui & illius doctrina ſit paſtus, & iuxtà illius leges & ritus, optimè inſtitutus; niſi filius ſit ſpiritus ſancti, vt qui nõ ſolum ex illo ſit in baptiſmo regenitus, ſed & quantum nobis licet aduertere, eius gratia fotus, & chariſmatibus locupletatus. Cant.6. Matt.3. Lucę.3. Ioan.3.

Diligis me, nunc excitatum à mortuis, quemadmodum & diligebas properantem ad mortem, non modò aſſerens ex ardore charitatis, ſed repetens, paratum & promptum te eſſe mecum, non ſolum carceri tradi, ſed & morti exponi? Diligis inquam me, poſtquàm non ſemel abnegaſti, nõ dicam, vt hi, ſed & *plusquam hi*, quemadmodum & apud Cęſaream Philippi, me præ his Dei filiũ es confeſſus, & in nouiſſima cœna audacter præ his es proteſtatus, ꝙ etſi, me paſtore percuſſo, reliqui forent ſcandalizati, tu nunquàm eſſes ſcãdalizandus? *Reſpondit Petrus*, non ſolum in gratiã Luc.22. Matth.16. Matth.26.

reaſſumptus,

A reaſſumptus,ſed ad altiorem(ni fallor)gradum promotus,& præ illis ardentiori CHRISTO cha
ritate copulatus , quemadmodum & illis erat officio & auctoritate præpoſitus. *Tu ſcis Domine,*
quòd amo te. Siquidem cum ſuam imbecillitatem expertus , & quantæ temeritatis fuerat ſe iactaſ-
ſe,ac præ reliquis præſumpſiſſe,nimium exploraſſet,non modò nō ſolita animoſitate loquitur ,
ſed nec audet,euidens ſuæ conſcientiæ teſtimonium,niſi ſub iudicio CHRISTI depromere,aſ-
Heb.4. ſerens ꝙ cum illum nulla res lateat,qui & pertingit ad intima cordis,probè quidem nouit, quòd
Prou.16. amat,hoc eſt, vehementiſſimè diligit eum . Et cum non ſolum ſpirituum ſit pōderator ſed largi-
Luc.12. tor,quiq; & ignem venit mittere,nec aliud cupiat, quàm vehementer accendi,prorſus nō igno-
rat,ſi plus quàm reliqui ardeat eum.

Dicit ei IESVS. Si me vehementer diligis, ſi præ cæteris ardes (quod planè non diffiteor , qui Quid Chſo
& latebras tui cordis intueor,immo & inflammo)rem à te, quæ mihi eſt vnicè chara , & præ om- vnicè charū
Mat.16. nibus ſuprà modum accepta,obnixè requiro. *Paſce agnos meos.* Olim Eccleſiæ tibi Pontificatum & prę oībus
promiſi,nunc promiſſum abſoluo: verùm & quanti ſit oneris detego· Siquidē & ſi non inficior, ſupra modū
pro me,te aliquando coniiciendum in carcerē,& cum ſenueris,etiā ſi nolueris,ducēdum ad cru acceptum.
Ioan.21. cem,ac tibi moriendum in ea: Et ſi non renuo,te permanſurum in fide, & ſi opus fuerit confir-
Luc.22. B maturū Apoſtolos & confratres;nihilominus quod pontificatus eſt,exigo flagitoq́;vt agnos ſci-
licet meos,quos ſanguine mihi paraui,omni cura reficias. Illos tibi committo,ac tota virili cō-
mendo : & eſto certior , quòd ſi ardenter me diligis , neceſſe eſt, vt ardenter diligas eos: Quos &
Matt.25. dum paſces , me paſces; quippè qui in eis inſigniter dego, & quod vni ex minimis iſtis præſta-
tur, indubiè & mihi præſtatur.

Dicit ei iterum. Simon Ionà diligis me? Et planè quidem,plus his; tum ne prima extenuetur inter-
rogatio, tum vt & retineatur , ſemper ardentioribus CHRISTI, credenda munera pontificia.
Reſpondit Petrus , eàdem prorſus reſponſione. *Tu ſcis domine quòd amo te.* Non occurrebat Petro
aſſertio,aut tutior,aut efficacior,quàm ad illum,quem ꝓbè nouerat nihil effugere, iterū ꝓuoca-
re; & ſuæ quidem ſcientiæ,tū certitudinem,tū ſui amoris præſtantiam,toto corde committere.

Dicit ei IESVS. *Rege oues meas.* Si me præ cęteris amas,præ cæteris & hoc onus aſſume , vt re-
gas oues meas; non ignarus ꝙ ſi agni mihi ſunt vnicè chari,oues vnicè ſunt chariſſimæ ſi illi ſunt
proximi cordi,hæ ſunt in meditullio cordis· ſi illi ſunt ſemper ob oculos,hæ vt pupilla ſunt ocu-
li.Nec qdē mirū,cū minores illi ſint,hæ verò maiores:Illi egeāt lacte,hæ ſolido cibo: Illi ſteriles,
Heb.5. hę ſępiuſculè grauidę: Illi demū imbecilles,& ad labores inſoliti,hę fortes,& laboribus aſſuetæ.

C *Dicit ei tertio.* Vt præſeferat indubiè,tum eximiam in illo qui vngendus eſt Paſtor , CHRISTI Paſtoris offi-
dilectionem requiri,tum,& potiſſimum paſtoris negocium,& primò & ſecūdò & tertiò , in hoc cium, in quo
ipſo verſari;vt paſcat & regat Eccleſiam. Et licet,hoc in loco,ſermo peculiariter ſit de ſummo Pō primò, ſecun
tifice,reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ;non ſecus tamen intelligendum eſſe,& de Epiſcopis,quibus dò, & tertiò
commiſſę ſunt Eccleſię particulares,Apoſtolus docet; qui illos non diſſimilibus verbis extimu- habet conſi-
Acto.20. lat. Attendite,inquit,veſtro gregi,quos poſuit ſpiritus ſanctus Epiſcopos,ad regendum Eccleſiā ſtere.
Dei. *Simon Ionà amas me?* Non ſolùm me præ cæteris diligens,ſed & vnicè ardens? Propterea, &
(ſi non fallor)verbum Diligere,in verbum commutauit Amare, quemadmodum & reſponden
do,ſemper fecerat Petrus. *Et contriſtatus eſt Petrus ;* tum veritus aliquod præſentaneum malum,
tum prorſus neſciens, quo modo & tutius & validius poſſet ſuum ergà illum ardorem conuin-
cere. *Dicitq; ei.Tu* , quidem, *omnia noſti* , non ſolum quia Deus,cuius oculi abditiſſima videt, ſed
Prou.16. Colo.2. quia homo; cum in te omnes ſint theſauri,tum ſcientiæ,tum ſapientiæ Dei recōditi. Ergo tu mi Vera teſtimo
domine & magiſter,immo redemptor & ſaluator, qui (vt aliàs nouimus) noſti quicquid latet in nia dilectio-
Ioan.16. homine, *Tu* inquam, *ſcis quòd* , verè, *amo te:* nec aliud cupio ardeouè præter te. *Dicit ei* IESVS. *Pa* nis Chriſti.
D *ſce oues meas.* Sicut & priori loco mandauit de agnis. Igitur Petre , hæc erunt pleniſſima , & omni
exceptione maiora,tuę ergà me dilectionis,tuiq; ardoris teſtimonia,ſi regeris paueriſq́;,tū oues,
tum & infirmiores agnos meos,omni cura ac tota virili.

Et quanquàm præmiſſa Domini verba,multis ſint grauida ſacramentis; de illis tamen ſolùm
aliquid attentabimus,ꝑut ad præſens pertinent inſtitutū. Qua de re excutienda nō ſunt,vt crea-
tionem continent pontificatus Petri,ſed vt attinent functionem ſui muneris; & per hoc officiū
cuiuſcunq; Epiſcopi: Quod planè in duobus verbis concludit , ſcilicet, in Regimine , & Pabuli
adminiſtratione. Et vt à primo exordiamur,qđ potiſſimè onus cōtinet præſulatus, & ex quo oīs
ſuper gregem prælatis creditum,deducitur iuriſditio;maximè attendendum, ꝙ ſicut indubiè ex
illo verbo,Rege oues,habet ſummus Pontifex curam & regimen,totius vniuerſales Eccleſiæ; ita
Act.20. vel ex eodem (ſed ordine ſuo)vel ex eo(ſi mauis)quod Apoſtolus dixit,Quos poſuit ſpūs ſanctus
Epiſcopos,

Epiſcopos,regere Eccleſiam Dei)habent Epiſcopi curam & regimen, ſibi crediti peculiaris E
populi; quam & ſortiuntur,vel cum confirmatio ſummi Pontificis electis accedit, vel cum eiuſ-
dem authoritate(quemadmodum exigit rectè inſtituta Eccleſiaſtica Ierarchia,iuxtà Patrum ſa-
croſanctum ritum) inungitur.

Habent inquam regimen; At non quodcunq;,ſed Paſtorale (ita quidem & græca vox ſonat)
& ob id,non ad proſpiciendum ſibi,ſed gregi. Siquidem oues, cum ſint non ſolùm natura im-
belles,ſed timidæ,neſciantq; ab hoſtibus ſe defendere,quos tamen habent & multos,callidos &
ſanguinem earum ardentes,præ omnibus animalibus egent cura paſtoris; qua ſi fuerint deſtitu-
tæ,non modò errabundæ vagantur,per ſaltus,per vepres,ſed facilè præcipitantur ac deglutiũtur
tum à lupis,tum à leonibus,qui nuſquam non circumeunt, quærentes vt aliquas deuorent. Ha- 1.Pet.5.
bent,inquam,regimen paſtorale; verùm non ethnicum (nam & qui apud gentes erant legiti-
mi Principes,nec regimen verterant in tyrannidem,ſed neruis omnibus, populorum intende-
bant cõmodo & profectui,Paſtoris ornabantur encomijs) ſed Chriſtianum: Et pp hoc,nõ iux-
ta inſtituta ethnicorum paſtorum,ſed iuxta inſtituta vnici,ac veriſſimi Paſtoris CHRISTI.

Conditiones paſtoralis regiminis non ethnici, ſed Chriſtiani.

Ergo regimen Epiſcopi; præter id, quod proficiſci non debet ex ambitione gradus, ſed ex vo-
catione Dei,& iuxtà verbum Apoſtoli(nemo ſumit ſibi honorem, ſed vocatus à Deo, tanquam F Heb.5.
Aaron)non ex amore ſui,ſed ex dilectione CHRISTI, iuxta illius verbum, inculcatum, vt pa-
tuit,principi Epiſcoporum Petro(diligis me, diligis me plus his)non ex cupiditate lucri, vt etiã
diximus,ſed ex propenſione animi,iuxta admonitionem Petri(nõ turpis lucri gratia, ſed ex ani- 1.Pet.5.
mo paſcentes gregem)non ad dominandum populis,ſed ad ſeruiendum eis,iuxta verbum Apo- Ibidem.
ſtolorum Principis (non velut dominantes in cleros) immo & iuxtà verbum CHRISTI IESV
(Principes gentium dominantur eis,vos autem non ſic; ſed qui maior eſt veſtrum, erit veſter ſer- Matth.20.
uus:) Præter hæc,inquam,Non præſtatur ſolummodò verbis, non ſolis conſtitutionibus & ſta- Luc.22.
tutis; ſed & maximè(vt tactum eſt)integritate morum, & innocentia vitæ. Propter quod & Pe-
trus de Epiſcopis dicit,vt ſint veluti formæ grægis,vt ad illos attendentes oues, viuendi normam
excipiant. Et dominus,Bonus paſtor ante oues vadit: planè non ſola præcedens authoritate, ſed
(& potiſſimum)perfectione. Vnde & Apoſtolus Timotheo Epheſiorum Epiſcopo. Exemplum
eſtò fidelibus,in verbo,in conuerſatione,in fide,in dilectione,in caſtitate. 1.ca.5.

Non præſtatur,ouibus proſpiciendo ſolummodo in communi, ſed & proſpiciendo ſingulis
in particulari. Propter quod,ſat non eſt bono paſtori,vt oues agnoſcat ex facie, iuxta monita Sa- Ioan.10.
pientis(Diligenter attende vultum pecoris tui)quod pertinet ad agnitionem externam,& ex ſo- G Prou.27.
lo viſu acceptam;ſed opus eſt,vt illas agnoſcat ex nomine,vt poſſit iuxta CHRISTI verbum, ſin-
gulas nominatim vocare; quod pertinet ad agnitionem intimam, & conſuetudine partã: Siqui- Ioan.10.
dem aliquem noſſe ex nomine hebræorum tropo, eſt illius notitiam habere domeſticam & fami-
liarem,iuxta illud domini ad Moyſen: Noui te ex nomine: Immo eſt noſſe amicè, & attendere Exod.33.
ſpeciali cura(Nouit dominus qui ſunt eius: non relinquit dominus, quos cognouit; quorum & 2.Thi.2. Rom.11.
nomina ſunt apud eum,in libro vitæ.) Non ſat eſt,vt vocet illas in communi,ſed,vt præmiſimus; Philip.4.

Vocare nominatim oues, quid ſit.

neceſſe eſt,vt vocet ſingulas nominatim. Quod haud inſolito tropo, eſt ſingulorum ſolicitudi-
nem gerere; & cuicunq; ſigillatim proſpicere: Eſt pro illorum commodo, nulli non accommo-
dare ſeſe,vt dicere poſſit cũ Apoſtolo: omnibus omnia factus ſum,vt omnes facerem ſaluos. Eſt 1.Cor.9.
demùm omni cura diſquirere,vt veſtigetur ſiqua errauit,ſanetur ſi qua languit,ligetur ſiqua in-
tumuit,cuſtodiatur ſiqua ſit pinguis & fortis,& id genus,ſicut in Ezechiele propheta. Ezec.34.

Denique Epiſcopi regimen, eòuſq; addictum eſt gregi, ꝙ ſententia CHRISTI, pro ouibus
animam,hoc eſt,vitam(vt ſcriptura loquitur)exponere non recuſat,quod hunc in modum intel- Ioan.10.
ligo. Conſtat bifariam in ſcripturis vitam acceptam: Aliquando pro eſſe vitali, quod conſiſtit in H Leui.17.
connexione animæ ad corpus,de qua ſcriptum eſt; quòd vita hominis,in ſanguine eius eſt: aliqñ
pro operationibus vitæ,de qua legitur in euangelio,Diliges Dominum Deum tuum,in omni vi- Matth.22.
ta tua. Et hæc quoque non ſunt obſcura philoſophis; vt cuique videre licet.2.libro de anima.
Et quamuis bonus paſtor,nullam recuſet exponere, primam tamen, non exponit, niſi in caſu,
quando ſcilicet ſaluti gregis aliter non poteſt conſulere;ſed ſecundam,& quouis momento,&
omni pro virili,ſemper expendit; quippè qui,Eccleſiæ eſt præpoſitus,vt non ſibimet militet,ſed
vt illius profectum omnibus neruis procuret.

Nam(præter id,ꝙ non præſidet,vt diximus ad dominandum,ſed per charitatem omnibus in-
ſeruiendum;& notum eſt ꝙ ſeruus totum quod eſt,illius eſt,cui ad ſeruiendum ad dictus eſt)con- Galat.5.
ſtat ꝙ & eius regimen, regimen eſt viri,reſpectu propriæ coniugis, quippè qui Sponſus eſt ſuæ

Eccleſiæ

A Eccleſiæ, & ob id, haud dubium, ꝙ non ſecus illam, non modò tenetur diligere, ſed fouere & cu
Ephe. 5. Gen. 1. ſtodire, ac proprium corpus; ſicut Apoſtolus admonet; Immo quòd & illi, non ſolùm relicto pa-
Math. 19. tre & matre, & multò magis alijs quibuſuis commodis, & illecebris, debet continuò adhærere;
ſed perindè ac proprium eius caput, omnibus actibus eius, non modò ſuperintendere, ſed omnẽ
vim & robur, iugiter applicare: Nam capitis eſt, corpori & ſingulis mẽbris, videre, audire, odo- *Propria officia capitis.*
rari, guſtare, & loq: eſt ſemper aſſiſtere, rectã oſtẽdere, aduerſa declinare, & in oĩbus ſua ꝑ facul
tate, defendere & cuſtodire. Hactenus de regimine. Nunc breuibus, de adminiſtratione pabuli.

Quanquam autem ex præmiſſis, magna ex parte res ſit perſpicua, non grauabimur tamen, &
pauca ſuperinſerere; vt ſaltem præacceptus ordo ſeruetur. Primùm igitur, nemini, puto, eſt ob-
ſcurum, ad Epiſcopum pertinere, egenas oues etiam temporaliter paſcere; iuxtà illud tamen qđ
2. Cor. 8. habet (vt verbo vtar Apoſtoli) & non iuxta id, quod non habet: Tametſi minimè detrectarim,
ad charitatis viſcera pertinere, ſiquando exemplo Pauli, qui ab opulentioribus exigebat gen-
tibus, vt pauperibus ſubueniret Iſraelitis, aliquid à ditioribus petat; aut (ſi malint) vt ipſi ſua
2. Cor. 8. ſaltem ex abundantia, aliquid fratribus & ſuis in CHRISTO commembris, impartiri velint, pa-
terna admonitione ſolicitet.

B Pertinet inquam ad Epiſcopum egenis ſuccurrere, & ſecundum illud quod habet, nõ modò
pertinet ex charitate, ſed pertinet ex ratione iuſtitiæ: Quippè qui, ex vi ſui muneris pater eſt pau
Matt. 26. perum; quos oportet, iuxta verbum CHRISTI, ſuis in Eccleſijs ſemper habere. Nec patri con-
2. Cor. 12. gruit theſaurizare, niſi pro filiis, vt habeat, quod neceſſitatem tribuat patienti; ſicut Apoſtolus
Ehp. 4. dicit. Vnde & bona Eccleſiæ, detractis quæ ad vitam eius pertinent (quandoquidem nemo mi-
1. Cor. litat ſtipendio proprio, & qui altari ſeruit, debet de altari etiam viuere) immo & quæ pertinent
ad decentiam gradus (in qua re tamen grandis eſt ſermo, ſed locum commodiorem, requirens)
detractis & iuxta ſanctiones antiquas, quæ neceſſaria ſunt pro reparatione Eccleſię (niſi forte il-
la non egeat, aut illi, vt non rarò accidit, prouentus ſint aliunde aſcripti) videntur in pauperes
Matth. 26. exponenda, cum non aliam ob rationem, illis data ſint, quàm vt habeant, iuxta verbũ CHRI-
STI, qui in ea reſident, vnde poſſint pauperibus benefacere; quemadmodum, & factum eſt,
Acto. 4. tempore Apoſtolorum.

Verùm etſi tenentur Epiſcopi, temporale pabulum, vt poſſunt egentibus miniſtrare, tenen-
tur quòque & non minus, immo & longè magis, oues Dei verbo reficere. Propter quod, vt ſu- *Oues reficiẽdę à Paſtoribus verbo Dei.*
Ephe. 4. 2. Thim. 4. C prà dicebamus ex Paulo, Epiſcopum oportet eſſe doctorem & frequẽter docere: Et non ſolùm
in doctrina ſana, ſed & tàm ſolida, vt non modò poſsit rationem reddere, omni poſcenti, vt Pe-
2. Cap. 3. trus Epiſcopum debitorem facit, ſed & validè contradictores arguere, ſicut Paulus ad Timotheũ
1. cap. 6. 1. Cor. 1. docet. Et quoniam docturus eſt omnes, & paruos & magnos, & agnos & oues, quoniam pabulũ
Heb. 5. omnibus debet, palàm ꝙ opus eſt, vt ſciat imbecillioribus dare lac potum, & fortioribus admin
1. Cor. 2. ſtrare ſolidum cibum; immo & ſapientiam loqui inter perfectos.

Act. 6. Et quanquàm pabulum temporale, Epiſcopus miniſtrare poſſit per alium, præſertim ſi eo ne-
gocio, retraheretur ab adminiſtratione pabuli ſpiritualis, aut ab aliquo non minori bono (Aliàs
non dixiſſent Apoſtoli, Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare mẽſis, nec
Eccleſia ſtatuiſſet œconomos, aut Diaconos huic oneri deputaſſet, nec legeremus leuitam Lau-
rentium, theſauros Eccleſiæ ritè pauperibus diſperſiſſe) Pabulum tñ ſpirituale, debet miniſtra-
Ioan. 20. re per ſeſe. Vnde & Petro non ſemel dictum eſt, paſce, ſed bis; & Epiſcopis per Petrum, Paſcite,
1. cap. 5. quantum in vobis eſt, gregem CHRISTI. Nec immeritò, qm̃ Paſtorum eſt gregem paſcere, vt
Cap. 34. Dñs per Ezechielem docet; & oues ſolum paſtoris vocem agnoſcunt, quemadmodum & ſequũ-
tur; ſicut Seruator nos admonet, & iam non ſemel aſſumpſimus. Immo, vt oſtẽdimus, longè ma
Ioan. 10. D iorem vim habent verba Epiſcopi, quam cuius volueris mercennarij, cuius ſcilicet, nõ ſunt oues
propriæ: quippè quæ ex locupletiori, immo & excellentiori dono procedunt.

Exod. 4. Verùm etſi res ita ſe habet, accidit tamen, vt nonnunquam excuſetur Epiſcopus, ſi per mini-
ſtrum inferioris ordinis, id muneris exequatur. Vnde & Aaron iunctus eſt Moyſi, eò quod non *Q̃ſo Eṗs poteſt concionari ꝑ alium.*
erat eloquens, vt eius loco, verba haberet ad populum: Et beatus Valerius, haud diſſimili ratione,
ſuffecerat leuitam Vincentium, vt ſui loco, non ſolùm concionaretur plebi, ſed vt & de fide re-
ſponderet pro illo, coràm iudice. Immo, ſi non fallor, etiam Apoſtolorum tempore, ſeruatum eſ
1. Thi. 5. ſe videtur: Aliàs non addidiſſet Apoſtolus, poſt verba, (qui bene præſunt presbyteri, duplici ho-
norent̃ honore) maximè qui laborãt in verbo & doctrina: Nec toleraſſet illos, etiam euãgelizare
Philip. 1. CHRISTVM, qui nõ fidei zelo, ſed quæſita, etiã nõ iuſta, occaſione, illum euãgelizabãt: Immo
1. Cor. 14. nec fuiſſent à Deo inferiores verbi miniſtri inſtituti & dono ꝑphetię, ſiue interꝑtatiõis dignati:

Nec in Eccleſijs permiſiſſet, alios ab Epiſcopis loqui, quod tamen non ſolùm permittit ſed & ordinem loquentium ſtatuit; vt poſſent ſinguli ſuo munere fungi. Crediderim tamen maximè expedire, vt cum Epiſcopus concionatur per alium, ſemper concioni adeſſet; non tantum propter periculum, ne quis per philoſophiam, vel inanem fallaciam, ouiculas deprædetur, aut per doctrinas erroneas, vel hæreticas, gregem vniuerſum inficiat (Siquidem multi veniunt prophetæ, vt dixit Dominus, in veſtimentis ouium, qui intrinſecus ſunt lupi rapaces.) Sed etiam quia adminiſtratio verbi, maioris efficitur authoritatis, & profectus in grege, cum miniſter tunc quaſi os reddatur Epiſcopi, ſuaq; præſentia teſte ſ Epiſcopus approbare ſe, quicquid concionator producit: quod meo iudicio, non ſolũ non erit mediocris ſatisfactionis, ſed & vberioris frugis & vtilitatis. E Col. 2. Matth. 7.

Neceſſe eſt Epiſcopum, in ſua Eccleſia reſidere.

Quibus omnibus planè conſideratis, haud difficile eſt (ſi non fallor) euincere quàm debitum ſit Epiſcopis in ſuis reſidere Eccleſiis. Si enim ſunt inſtituti ad opus, nec quidem imperij, ſed miniſterij; obſcurum non eſt, ꝙ inſtituti ſunt vt ipſi ſuo muneri ſeruiant. Et præter id, ꝙ repugnat rationi miniſtri, habere miniſtrum, quandoquidem Seruatore teſte, miniſtri eſt miniſtrare & nõ recumbere, præcinctum eſſe ad opus & non ſubſtituere operarium, & præſertim eo in opere, ad quod eſt ſelectus, immo & mercede conductus) conſtat Epi miniſterium tanti fore momenti, tantam exigere curã, ſolicitudinẽ, ſuperintendentiam, vt verè putauerim neminẽ ſuæ ſaluti rectè conſulere, niſi in eo, omnes vires expenderit. Adde; quàm gratum ſit CHRISTO, & q̃ debitum illius dilectioni, q̃ impium illum non æmulari, qui ſe Epiſcopis in exemplum dedit. Eph. 4. Luc. 12. F

Munus Epiſcopi onus eſt perſonale. Sed, vt paucis rem abſoluam, palàm ſi quis Epiſcopi munus excuſſerit, ꝙ onus eſt perſonale, & in multis præſentiam corporalem requirens. Et quidem ſi ſpectetur ea ex parte, qua tenetur oues ſibi creditas paſcere (præter id, ꝙ paſcere, opus eſt paſtoris, vt Dominus dixit) certum eſt ꝙ pabulum verbi, de quo ſermo, ita habet ab Epiſcopo proficiſci: vt parum ouibus proſit, niſi proficiſcatur ab eo; quippè quę vt non ſemel diximus, vocem non audiunt mercenarij, cuius ſcilicet (interpres eſt CHRISTVS) oues non ſunt propriæ. Quòd ſi quando excuſetur, nõ ſecus ac Moſes, à concione publica, non excuſatur tamen à concione priuata; non à priuatis conſiliis, admonitionibus, & id genus, exercitijs, reficiendis animis neceſſariis. Si verò ex ea, qua oues aſtringitur regere, haud dubium, ꝙ id ſine ſui preſentia præſtare non poteſt. Immo neceſſe eſt, vt ab eo duntaxat progrediatur; aliàs quo pacto ante oues ibit? quo pacto ſingulas vocitabit; & cuicunq; quod opus illi eſt ad ſalutem, proſpiciet? Quomodo ſe habebit ad illam vt ſponſus, ſi non dimiſerit patrem & matrem, nec adhærebit Eccleſię ſuę, vt illius perfruatur amplexibus, & reddat illi proprium debitum? Quomodo vt caput, ſi non præſens ſit corpori, illi videns, audiens, loquens, & id genus officiorum exhibens; quæ caput, quouis momento, præſtat reliquo corpori? Quomodo pro ouibus vitam, non detrectabit exponere, qui non niſi ſuo commodo, vitam viuit; quique tàm longè abeſt, vt nec videat, nec audiat lupos; qui tamen & paſſim, & ſemper ouibus ſunt infeſti, & earum ſanguinem ardentiſſimè ſitiunt? Et licet adſint mercenarij, fugiunt tamen luporum aſpectum; quia (vt dicit dominus) ad illos non pertinent oues. Ezec. 34. Ioan. 10. G Heb. 5. 1.Co. 7.

Conſecrationes, quæ neceſſariò ab Epis exiguntur, Et cõi iure ab Epiſcopis propriis. Mitto quæ ſpectant ad conſecrationes Eccleſiæ, & ſacramenta Ordinis & Confirmationis, q̃ ſine dubio, inter præcipua opera ſunt Epiſcopi; in quibus, vt patuit, nõ modò ſunt Dei & CHRISTI miniſtri, ſed & cooperarij, quibus ſine controuerſia, alij ab Epiſcopis non funguntur, & cõmuni iure, non niſi ab Epiſcopis proprijs, ſuis in Eccleſijs exhibentur: quandoquidem nulla Eccleſia, plures habet Epiſcopos, quemadmodum nec plures patitur ſponſos. Quare ſi quilibet, ſuæ vacaret Eccleſiæ, vt communis lex habet, nullibi præſtarentur niſi ab Epiſcopo proprio. Sed eſtò fiant à ſuffraganeis; certum eſt ꝙ non fiunt, vt à ſuis paſtoribus, ſed ſicut à mercenarijs. Quod quanta dignum ſit animaduerſione, facilè conſtat; cum id aliud non ſit, quàm nolle ſuo munere fungi; immo & dedignari Deo & CHRISTO cooperatorem eſſe. Sed quid multis? Compertiſſimum mihi eſt, ſuum onus non agnoſcere, nec quanto in diſcrimine, quouis momento, ſalus verſetur animarum; minus animaduertere; qui earum curæ (cui tamen & addixerunt ſeſe) non ſtuduerint, omni tum vigilantia tum ſolicitudine, immo & aſſidua ſuperintẽdentia, quibuſuis poſt habitis, inſiſtere ac ſemper attendere. H

Epiſcopus regulariter reſidere debet aſſiduè.

Sed dices. Eſtò neceſſe ſit Epõ, in ſua reſidere Eccleſia; eſt ne opus, vt in ea pſiſtat aſſiduè? Rñdeo. Regulariter quidẽ, reſidẽtia eſſe debet aſſidua; ſed in aliquibus caſibus admittiſ interpolata.

Quod

A Quod hunc in modum intelligo. Primùm aſſidua reſidentia, minimas non excludit diſtantias, aut momentaneas, vt ſic dixerim, interpolationes: quandoquidem notum eſt, & in humanis moralibusque negocijs, quòd parum pro nihilo reputatur; & quòd de minimis non curat Prætor. Siquidem reſidentia reputatur continua, etiam ſi quando, ad breuiſſimum tempus, Epiſcopum contingat abeſſe; aut loco ſuæ diocęſis, eſſe adeò proximum, vt non minus gregi valeat ſuperintendere (nec enim Deus, id ea diſtrictione requirit, vt nunquam liceat, vel ſubleuādi animi gratia, parumper à laboribus requieſcere; nec ſemper populo prodeſt, nimium moroſus Princeps) Sed excludit diſtantias (vt ita dixerim) longas; & interpolationes prolixas: Quod hoc pacto difficile non eſt conuincere. Certum quidem eſt, totum paſtoris negocium, ſalutem eſſe animarum; Quod quanti ſit momenti, nemo eſt qui ignoret. Quia ergo dum hic agimus, nunquam expoſiti non ſumus periculo, immo & in multis & magnis iugiter verſamur periculis; quin & in hoc mari magno & ſpacioſo, frequentibus agitamur procellis. Et præter illecebras carnis, & fallacias huius mundi; nunquàm non vallamur multitudine hoſtium, nunquam nō petimur eorum machinis; & rarò eſt, q aliquibus non circumueniamur inſidiis; Ideo factum eſt, vt aſſidua egeamus cuſtodia, immo & vigilantiſſima cura.

Philip. 2.

Totum paſtoris negociū, ſalus eſt animarum.

B Et licet electi, propter quos, Epiſcopi ſunt potiſſimùm inſtituti, & eam ob rationē, ad paſcendum, tùm oues, tùm agnos (qui in ſcripturis indubiè electos exprimunt) peculiariter deputati, tandem perire non poſſint, quoniam vt dominus dixit, nemo eos poteſt rapere, de manu ſui Patris; Licet & paſtor CHRISTVS, illis ſemper aſſiſtat, & perinde ac murus, & antemurale, vt aliquando promiſit, ſecurè defendat, immo & vt pupillam cuſtodiat; nihilominus ſicut ſtatuit in ordine Vniuerſi vt creaturæ magis inſignes, & in ſublimioribus gradu & loco repoſitæ, ſua pro virili proſpicerent iis, quæ natura ſunt minus inſignes, ad inferiorem gradum, ordinemq; ſpectantes; (Et tamen certum eſt, q diuina virtus, nullam quantumuis minimam, deſerit (alias reduceretur in nihilum) Certum q ordinem iſtum non ſtatuit, quia ſit viribus imbecillis, ſed quia ſic placuit ſuę liberalitati): Ita & ſua in Eccleſia, magna cum rōne, obſeruari conſtituit & decreuit.

Ioan. 10. Eſai. 26. Pſal. 16. Zach. 2. Iob. 26.

Quam ob rem non obſtat diuina protectio, aut tam valida CHRISTI cuſtodia, quin maximè ſit vigilandum Epiſcopis, aut omni pro virili indefeſſe ſuperintendendum, ſed vrget potius, & ſtimulos addit; vt conſiderata incredibili dignatione Dei, qui illos ſecum, non quidem in regendis rebus inferioribus, aut minus inſignibus creaturis; ſed in ſeruando vnicè ſibi dilecto peculio, animabusq; tanto impendio comparatis, ad ſalutem promouendis, fecit eſſe conſortes. Et licet tam enixè voluerit eſſe commendatas, & tanta cura ac ſolicitudine cuſtoditas, quantam exigit ardor, tum ſuus ergà illas, tum noſter ergà ſeſe (qui planè exigit, tum eximiam diligētiam, tum heroicam ſolicitudinem) nemini tamen dubium, q paſtores ex animo, quantum in ſe fuerit, ſuam functionem præſtantes, Deus ſemper opportuno, & ob id, heroico & eximio, fauore præueniat, manum apponat, ac ſucceſſum in omnibus locupletiſſimè faciat; & tandem pro labore ex charitate ſuſcepto, mercedem opulentiſſimam ſoluat.

C

Paſtoribus quod ſui muneris eſt præſtātibus, non deeſt De' opportuno fauore.

Et licet verba Domini, Paſce, Regeque, vim habeant affirmādi, & per hoc ſubſint regulæ affirmatiui præcepti (quod vt probè dicunt, cogit quidem ſemper, ſed non cogit ad ſemper, ſed p loco, & tempore) & propterea videri poſſit, q ſi Epiſcopus coactus non eſt, ſemper regere, non ſemper paſcere, ſed opportuno loco & tempore, q & pariter coactus nō ſit, aſſiduè reſidere; nihilòminus ſiquis attendit, quanti momenti ſit, vt diximus, ſalus animarum, in quātis verſentur periculis, quàm facile ſit in hoc procelloſo mari, fragilem Cymbam ſubmergi: & præter hæc, q q̄ plurima quotidie poſſunt accidere, quæ egent peculiari conſilio, iudicio, prudentia, & cura Paſtoris; præſertim ergà gregem imbellem, & tamē vndiq; expoſitum hoſtibus; qui tam proximus eſt vt tabeſcat, & tamen cū peſtilentibus habitat; non dubito q facilè animaduertet, quàm neceſſe ſit, ſi non ex modo præcepti, ex natura tamen rei, ad quam pręceptum ordinatur, Epiſcopos ſuis in Eccleſijs, aſſiduè commorari.

D

Caſus in quibus excuſatur Epiſcopus, a continua reſidentia.

Deinde quia omne quod eſt regulare, communi lege patitur exceptionem; tametſi reſidentiam ad magnum tempus intercidere, ſua pro voluntate non licet, in aliquibus tamen caſibus, non obſcura, vt proſequimur, ratione licet, qui ſaltem iudicio meo, ſunt quinque.

Primus eſt, Congregatio generalis Concilij. Nam cum eo caſu, tota ſit cogenda Eccleſia, palam q Epiſcopi, qui principales ſunt partes, in quibus & virtute reliqui qui ad Eccleſiam pertinent, ſunt comprehenſi, tenentur non ſolum adeſſe, ſed & vſq; ad illius cōſummationē pſiſtere.

Prim' caſus

Qđ nec ſine fruge, ſuarũ tranſit Eccleſiã; cũ illud, quod toti cõducit, et ad membra deſcendat. B

Secũdus caſus.

Secundus eſt, Profectus Eccleſię particularis. Siquidem vnuſquiſque tenetur, Eccleſiæ ſibi creditæ, ſolicitè procurare, quod confert. Ergo ſiquando ea de ratione, opus eſt per tempus abeſſe, Romam accedere, Summum paſtorem conſulere, aut etiam ſęcularem Principem conuenire; nõ immeritò excuſatur. Immo & illud eſt Eccleſiæ ſuperintendere, & ſuo munere fungi. Ponderandum tamen eſt ſano iudicio, quid magis conducat, in Eccleſia perſiſtere, an ſperatum prouentũ, abſentia procurare: & conſtat ꝙ conducibilius eligendum eſt. Quòd ſi neſciat in partium alteram per ſeipſum inflectere, puto non deerunt, quos conſulat. Vel ſummo Paſtori ſignificet, & illius conſilio, ſe committat.

Rom. 12.

Tertius caſus.

Tertius eſt, Perſequutio perſonalis. Nam & ad tempus ex doctrina Pauli, cedendum eſt iræ. Quod tamen intelligo, cum Paſtoris diſceſsio, non præiudicat animarum ſibi creditarum ſaluti, exemplò Athanaſij & aliorũ Patrũ. Aliàs ſi oues relinqueret lupis, aut euerſoribus fidei & chriſtianæ pietatis, nõ licet diſcedere, ſed potius vt bonus paſtor, debet pro ouibus ſe morti obiicere.

Quartus caſus.

Quartus eſt, Adeptio valetudinis. Cum enim paſtor infirmus, quæ ſui ſunt oneris, non facilè exequatur, incommodo non erit Eccleſiæ, ſi ad tempus illius præſentia deſtituitur: vt validior factus, cõmodius illi miniſtret. Quod & ſine prędicio intelligitur aĩarũ, ſicut & in ꝑcedẽti caſu. F

Quintus caſus.

Quintus eſt, Voluntas ſummi Pontificis. Quod non intelligo de qualibet voluntate, quoniã, non de voluntate tolerante, non de permittente, non de emendicata precibus vel fauore; Sed intelligo de illius volũtate ſimpliciter & abſolutè, qua ſcilicet vult, quia ſic re vera expedire cognoſcit. Nam cum indubiè ad illum ſpectet, tum regere, tum paſcere totam CHRISTI Eccleſiã; indubiè & ad illum potiſſimum pertinet, cuiuis particulari Eccleſiæ, miniſtros præſcribere. Et certum eſt, ꝙ ſicut illius libertatis extitit, cuicunq; diœceſum, certos præfigere terminos, quos tñ põt iuſta de rõne, tum retrahere, tum extendere; ita & eius extitit optionis, vt hæc particularis fidelium multitudo, proximè regatur ac paſcatur ab Epiſcopo, & illa proximè & regatur & paſcatur ab ordinis inferioris miniſtro. Quod & nihilominus poſſet, & iuſta ratione mutare.

Ad ſummum ſpectat pontificem, cuiuis Eccleſiæ miniſtros præſcribere.

Et quamuis Eccleſia, in cathedralem Epiſcopalem euecta, eo dignitatis communi lege, priuanda non ſit; ſicut tamen accidit, vt nonnunquam iuſtè priuetur, & non ſolùm ad tempus (vt cũ ob demerita, fuerit ſuſpendendus Epiſcopus) ſed & abſolutè (vt cum ob ſcelus populi, priuanda eſt cathedra Epiſcopali) quibus caſibus, animarum cura, ſine controuerſia, relinquitur inferiori miniſtro; ita & accidere poteſt, vt non in alterius eorum pœnam, ſed ob piam cauſam, vel iuſtam rationem, velit ſummus Pontifex, ad tempus Epiſcoporum aliquem, certo negotio deſeruire; & per hoc, ad tempus ſuam Eccleſiam, corporaliter deſtituere: & ſic eo pro tempore, ab inferiori miniſtro, proximè regi, ac proximè paſci. Quo quidem caſu, meo iudicio, non ſolum Epiſcopus à reſidentia excuſatur, ſed ſi negotium illud Eccleſiæ vniuerſali cõducit, à propria functione penitus non dimouetur; quandoquidem & eo pacto procuranda eſt ſalus particularis membri, vt cum opus fuerit, etiam pro ſalute totius corporis poſſit exponi. Vndè & Apoſtolus, Titum quem in Epiſcopum præfecerat Cretæ, non ſolùm aliquãdo accerſiuit ad ſe, ſed & miſit ad Dalmatas: Et Timotheum, qui Epiſcopus erat Epheſi, non raro ſecum detinuit, & ad Philippenſes mittere deſtinauit, vt & certo ſciret, quo pacto res agerentur cum eis. G

Ad Thi. 3. 2. Thim. 4. Philip. 2.

Et licet forſan non deeſſent, qui eo in negocio, ſummè poſſent inſeruire pontifici; dubium tamen non eſt, quantum conferat, non modò rei dignati, ſed & promotioni; cum agitur per virum non ſolum prudentem, fidelem, & probum, ſed gradu & honore inſignem; & præſertim cũ res, non tantum eſt grauis & pia, ſed non mediocris momenti, ſed Eccleſiæ conducens viuerſali, & non raro cum magnis tractanda Principibus, ſicut contingit Legatis, Nuncijs, & Oratoribus. Nec puto defuiſſent Apoſtolo, quos mitteret in Dalmatiam, aut ad viſendum qui crediderant Philippis, ſed ſicut Timotheum elegit, quia non habebat magis vnanimem, ita elegit & Titum, quia fortè non habuit magis fidelem: Quod dico de Legatis & Nuncijs, non ea de ratione commemoro, ꝙ in his tantum conſiſtam, quandoquidem meum non eſt leges præſcribere Pontificis voluntati; ſed quia hæc omnibus (ſi non fallor) debent eſſe comperta: Siquidem negocij genus & qualitas, Pontificis ſunt relinquenda prudentiæ, in quo & eximia, & heroica neceſſaria eſt. Immo cum regimen ſummi Pontificis, longè ſit præclarius, longeque excellentius quouis humano regimine; illi ſatis non eſt, quæuis prudentia hominis, etiam ſi heroica ſit, ſed illi opus eſt prudentia ſpiritus;) quæ & viro, ſi Salomoni creditur, ſapientia eſt) & ea quidem, non mediocris, ſed ſumma. H

Philip. 2.

prou. 10.

Si enim, vt nemini dubitare fas eſt, penes illum ſemper eſt aſſiſtentia ſpiritus ſancti; & cũ ſuo

A munere fungitur, non modo in ea re, illum non deſerit, ſed & locupletiſſimè dirigit; haud du-
bium, ꝙ aderit, & prudentia & ſapiētia ſpiritus, quæ & chariſmata eius ſunt. Et ſi de ratione pru
Ethic.6. dentiæ eſt, conſiliari, decernere, prouidere; palam ꝙ de ratione prudentiæ ſpiritus eſt, ea facere
conſilio, iudicio & prouidentia ſpiritus. Ergo nulli dubium, ꝙ cum conſulit Deum, cum iudi-
cat poſthabitis priuatis affectibus, & prouidet ſaluti totius Eccleſiæ; omnia prudentiſſimè ac
ſapientiſmè facit. Et quoniam neſas eſt de proximo malá ſentire, & deterius eſt non rectè de
Matt.7. 1. Cor.13 ſuperiori cogitare, pluſquam neſarium erit, quod ſummo videtur paſtori, non boni conſulere;
immo non ſumma cum veneratione ſuſcipere. Quare meo iudicio, tutiſſimè nos illius volunta-
ti committimus, immo & committi debemus; illi ſemꝑ obedire, & omnia quæ iuſſerit, inquan-
tum poſſumus, quàm rectiſſimè interpretari.

Tutè nos Pō tificis voluntati cōmittimus.

At ſi voluntas eius ſit, vt non modò Epiſcopus, a ſua abſit Eccleſia, tempore pertractandi ne-
gocij, ſed & vſquequò Pontifex egerit in humanis; quippè qui illum vult ſibi frequenter aſſiſte-
re, non raró conſulere, & à ſecretis habere; quid ritè Epiſcopus faciet? Rurſum. Si illum euehat
in Cardinalem, & propterea non ſolum quòad Papa vixerit, ſed & quòad ſuperſtes ipſe fuerit,
nequit in Eccleſia reſidere; quid facere habet?

B In priori caſu, Rectè quidem faceret, ſiquando exoraret, vt poſſet ad ſponſam redire. Quòd
ſi prece non obtinet, ſuggerat & ſuadeat, vt ſui loco præficiatur alius, qui vt ſponſus illi Eccleſię
valeat adhærere. Quod ſi aſſequi nequit, ſecurus obtemperare poteſt; immo & (mea ſententia)
obtemperare debet. Nam (præter id, ꝙ onus, eo caſu, in ſummum reiiceretur Pōtificem) ex prę-
miſſis ſufficienter habetur, ꝙ ſummi Paſtoris voluntate, poteſt particularis Eccleſia, paſtori or-
2.Thi.4. dinis inferioris committi; & præſertim ad tempus, & iuſta de ratione. Et ſi iuſta fuit ratio (ſicut in-
philip.2. dubiè iuſta fuit, vt Romam Paulus Timotheum accerſeret, & in ſui obſequium (vt qui illi non
ſecus ac filius patri ſemper obſequutus fuerat) vel conſortium (nam miſsis, in Dalmatiam Tito, &
in Galatiam Creſcentio, ſolus cum Luca agebat) & vſque ad obitum (qui tamen proximè inſta-
bat) pariter retineret; cur & ratio non poterit eſſe iuſta, ſiquā ſummo videretur Pontifici, quem-
piam apud ſe Epiſcoporum habere, ac illo etiam vſq; ad diem vltimum (qui Pontificibus, nō lon
Ioan.10. gè, communi curſu, protenditur) in profectum totius Eccleſiæ, ſibi iugiter deſeruire?

Epiſcopi certo tempore Apoſtolorum limina viſitare tenētur.

Verùm vt res ſit magis dilucida, attendendum eſt ꝙ cum ſummo Pontifici, non modò com-
miſſi ſint agni, ſed oues, & ob id nō ſolum minores, vt dictum eſt, ſed & maiores, & per hoc prę-
ſules qui minores non ſecus ac oues agnos, CHRISTO pariunt, lacte paſcunt, & ad pietatem in-
C ſtituunt commiſſi ſunt, immo & hi inſigniter commiſſi ſunt; quippè qui non ſolum commiſſi
ſunt, vt paſcantur, ſed vt & regantur ab eo, vt perſpicuè Dominus dixit) planè nō erit obſcurum
Ioan. 20. (vel ex hac inſigni commiſſione (quod rem attinet, facilè animaduertere. Siquidem cum ſummo
Pontifici dictum eſt, Rege oues, indubiè peculiaris illi Epiſcoporum demādata eſt cura; nec qui-
dem tantum, vt eorum proſpiciatur perſonis (quoniam id ſatis ſactum eſt, cum dictum eſt, Paſce:
& notum eſt, ꝙ (præter id ꝙ oues, egent ſolido cibo) non modò accuratius, ſed & vberius, illis ꝓ-
1.Thi.5. uidendum eſt: vnde & qui bene præſunt, duplici dignantur honore, vti Apoſtolus ſcribit) ſed &
maximè, vt eorum proſpiciatur officio, & ob id, vt illius peculiari moderatione, grex illis credi-
tus dirigatur ab eis. Propter quod, & ſummi Pontificis ſanctiones aſtringunt Epiſcopos vt iuxtà
illas, ſuo inſeruiant muneri: Et certum eſt, in Ierarchia Eccleſiæ, non modo inferiores gradus à
Galat. ſuperioribus decorari, ſed dirigi: & præcellentiores à ſupremo inſigniter regi, ac perfici. Vnde
& prouidè ſactum eſt, vt certo tempore, eorum quilibet limina Apoſtolorū adeat, ac ſummo ſe
Pontifici repręſentet. Nec quidem tantum (meo iudicio) vt illum (ſicut & par eſt) ſuperiorē agno
ſcat, ſed vt & (exēplo Pauli qui Ieroſolymam, ꝓfectus eſt videre Petrū) cum illo, ſua de Eccleſia cō
ferat, illius voluntatem requirat, & iuxta eius præſcriptum exequutioni tradat.

D Ergo indubiè cura præſulis particularis, Dei ordinatione, à cura depēdet ſupremi Pontificis;
& ob id & quæ illius alligata ſunt oneri non ſolum tutè, ſed & legitimè, illius habent diſpenſa-
tioni ſubijci, & pro illius iudicio, ac moderatione exequutioni mādari. Ergo & iuxtà ſummi Pō-
tificis voluntatem, dubitandum nō eſt, multis in caſibus, poſſe contingere, vt Epiſcopus ſine ſui
muneris præiudicio præſtet, quod ſuæ tenetur Eccleſiæ per Vicarium, vel miniſtrum, vt ſæpe di-
ximus, ordine inferiorem; & per hoc, vt abſq; diuini præcepti violatione (vt quod non quouis ca-
ſu Epiſcopum ligat) nonnunquàm & ad tempus, à corporali reſidentia valeat ſuperſedere. Nec
propterea, Epiſcopum penes ſe retinente Pontifice, iniuriam pati, illius videretur Eccleſia; quā-
doquidem (præter id ꝙ ſponſo non deſtitueretur abſolutè, ſed ſolum deſtitueretur ad tempus)
conſtat ꝙ Epiſcopus apud Pontificem degens, illiq; in re non leuis momenti, & in commodum

totius

totius Eccleſiæ ſeruiens, non modò ei ſit membrum proximum, ſed coniunctum, & ob id, ad perſonam eius peculiariter pertinens: Quod, tantum abeſt, vt iniuriam illius facere poſſit Eccleſiæ, quòd facit non contemnendum fauorem. Nam hunc in modum deuinctus pontifici, nequit illius ſplendore, inſigniter non perfundi, & per hoc nonnihil vlterioris lucis, propriæ Eccleſiæ nō afferre: Præter id, & ſi velit, poterit validius ſuperintendere, & quæ illi expedire poſſunt efficacius procurare. Quare nec ſuis prouentibus, etiam ſi de menſa pōtificis viueret, foret quouis iure priuandus; ſed detractis, quæ ſuis, illa in Eccleſia eſſent ſuppeditanda miniſtris, & quæ contingeret deputari reparationi materialis templi, & demum quæ exponenda forent in eleemoſinas pauperum, quæ fortè non ſunt minima pars, præſertim ſi redditus ſint ex Decimis (vt quæ in noua lege non ſunt præceptæ ſolum vt ſuſtententur miniſtri, quemadmodum in lege Moyſi, ſed vt & reficiantur pauperes, ſicut & Doctores animaduertunt) non dubito, quod reliquum fuerit Epiſcopum poſſe percipere, & in licitos vſus exponere; & præſertim cum ſua culpa non abſit, & non leuiter, vt dictum eſt ſicut & poteſt, ſuæ Eccleſiæ, de opportunis, non omiſerit prouidere. E

S.Tho. ſecūda, ſecūdę.

Epſ Cardinalis factus an a reſidentia excuſetur.

In Poſteriori caſu, accurratius obſeruandum, quòd cum Epſ efficitur Cardinalis, cōi lege, non remanet Eccleſiæ illius Epſ, ſed commēdatarius: propter quod, nec amplius alligatur illi vinculo Epālis, aut ſpūalis matrimonij, ſed adminiſtratoris. Quare nō ex inductis ſuperius fundamētis, ſed ex natura & vi, iſtius alterius vinculi, ſi non fallor, reſoluenda quæſtio eſt. Nec de adminiſtratoribus in præſenti loquemur, qui ſunt veluti depoſitarij, quemadmodum temporibus factum eſt retroactis, quando Eccleſiæ commendabantur ad tempus, nec de fructibus beneficij commendati licitum erat, cui commendabantur diſponere; ſed dè adminiſtratoribus loquemur, vt dicūt beneficiatis ſicut accidit temporibus noſtris, quibus & commendantur perpetuò, & commendatario licitum eſt fructus percipere, & in vſus proprios diſtribuere; Siquidem in illis difficile non eſt agnoſcere, quòd aſtricti non erant aſſiduè reſidere, & fortè ſatis erat, ſuperintendere, & per ſapientem œconomum commendatæ Eccleſiæ proximè deſeruire; quandoquidem Eccleſia tūc temporis commendata, non erat Eccleſiæ, vt vocāt, titulari repugnans, & ambas, & forſitan plures, abſq; alia diſpenſatione, retinere aliquis poterat: Ergo cum non poſſet ſimul pluribus in locis conſiſtere, haud dubium, quòd reſidendum fuerat in Titulari, & ſat erat, per prouidum miniſtrū quæ commendata fuerat prouidere: At in iſtis arduum fortaſſe videtur, rem abſoluere, vel ad cōſcientiæ vſq; ſatisfactionem definire. Dicam ergo, quod mea pro tenuitate ſuccurrit, non ſolum ſine præiudicio veritatis, ſed & ſub cenſura, cuiuſuis melioris iudicij. F

De elect. ca. Dudum li. ſecundo.

Conſiderandum eſt itaq;, quòd cum Commendæ, de quibus eſt ſermo, inſtitutæ non ſint iure diuino, ſed ex plenitudine Eccleſiaſticæ poteſtatis, indubium eſſe debet, earum vinculū non aliūdè, quàm ex eodem fonte, potiſſimùm vim & robur accipere, & per hoc, maxima ex parte Pontificis libertati ſubeſſe. Siquidem, cum ipſius auctoritate factum ſit, vt non ſolum Eccleſiæ cōmendentur, ſed & commendari legitimè poſſint, Liquet quòd non modò ipſa commendatio, ſed & ipſius commendationis vis, in non paucis, ex illius voluntate dependet, in quibus & catenus ſtringit, quatenus Pontifex iudicauerit. Et licet hactenus iudicatum ſit, commendas perpetuas, habēdas loco beneficij titularis, & per hoc, & commendatarium ad omnia, perindè ac beneficiatū, teneri; non tamen iudicatum eſt, quòd teneatur vno & eodem modo cum eo, cum ille in multis aſtrictus ſit, iure diuino, in quibus, hic iure aſtrictus eſt ſolius Eccleſiæ. Et vt de reſidētia loquar, Planè quidem, non dubito reiiciendam eſſe, in Pontificis voluntatem; de qua & pro arbitrio, poteſt (mea opinione) diſponere, & Commendatarius, iuxta id, quod diſpoſuerit, tuta poteſt conſcientia obedire. Quare, ſicui diceret vt ſex menſibus, exempli gratia, reſideret, non vltrà ſex mēſes (ex vi commendationis) ille reſidere teneret: Sicui diceret vt reſideret duobus, & illis eadem ratione, reſidere ſufficeret: Ergo & ſicui diceret, ſatis fore, ſi per Vicarium probum, vel fidelem & prudentem miniſtrum, eò loci perſiſteret, ac proximè ſuperintenderet, dubium non eſſet, (ſi non fallor) quòd ſatisfaceret. G H

Patet ex deciſionibus Rotę.

Horum autem fundamentum eſt, quia licet Commendatarius, Eccleſię commendatæ teneatur proſpicere, maximè, cum curam exigit animarum, & potiſſimùm ſi in dignitatem ſit Epiſcopalem aſſumpta (aliàs Eccleſia non foret commendata, ſed potius expilationi, aut dilapidationi expoſita) nec modo teneatur proſpicere, ſed non ſecus ac proprius illius miniſter, non ſegniter ſuperintendere (Siquidem exigit ius naturæ, cum ſit de ratione iuſtitiæ, vt qui bonis potitur Eccleſiæ, & præſertim quæ ſunt aſſignata miniſtris, ſeruire teneatur Eccleſię: Nec mō exigit ius naturæ, ſed & ius (ſi non fallor) ordinationis Dei. Cum enim ſit conſtitutum ab eo, vt qui ſeruit altari, viuat ex altari, hoc eſt (vt Apoſtolus interpretari videtur) vt certum illi debeatur ſtipendiū, 1.Cor. 9.

non

A non ſecus ac illi, qui ſeruit militiæ, quo planè, vt miniſtrũ decet, viuere poſſit, palam ꝙ q illi non
ſeruit, ſeruitutis ſtipendium non legitimè ſumit, & ob id, haud dubium, ꝙ contra Dei ordinatio
nem facit) Licet inquàm, Commendatarius commendatæ Eccleſiæ teneatur proſpicere, non ta-
men in illa, tenetur ſimpliciter reſidere; tametſi teneri poteſt in peculiari caſu, in quo & fortè te
neretur ad tempus (vt ſi aliàs funditus euerteretur fides, vel indubiè præcipitarentur animæ) Sed
in caſu modo non loquimur, ſed loquimur abſolutè, & vt dicunt, communi lege.

Non tenetur inquàm reſidere ſimpliciter, quippè quod nec exigit ius naturæ, nec (ſi non fal-
lor) ordinatio Dei. Non quidem ius naturæ, quoniam illi ſat eſt, ſi eòuſq; creditæ prouideatur Ec-
cleſiæ, vt ritè quidem, tum ſeruari, tum promoueri poſſit. Et ſi ad Epiſcopum Cardinalem factũ
ſermonem reſtringimus, fortè ꝙ nõ minus legi ſat fieret naturali, ſi in profectum Eccleſiæ vni-
uerſalis, reſideret Romę, cum ſuggerat non modo parti præferendum totũ, ſed & cum opus eſt,
partem exponendam pro eo. Verùm quia non ſemper fit, vt Cardinalis adeò opportunus ſit talu
ti totius Eccleſiæ, vt eam ob rationem, poſſit ſibi peculiariter creditę, penitus obliuiſci, ideo opus
modò non eſt illò confugere, ſed ſufficit Cardinalem per ſuperintendentiam ac ſolicitam proui
ſionem, naturæ legibus ſatisfacere, cùm nec aliud communi curſu, vt iam dictum eſt, videantur
B requirere. Non exigit ius diuinum, præſertim à quouis miniſtro, tametſi exigat à Paſtore, ac ſpõ
ſo, ſicut ex præcedentibus manifeſtum eſt. Ergo cum Epiſcopus Cardinalis factus, ſuæ Eccleſiæ,
amplius non ſit paſtor, vel ſponſus, ſed adminiſtrator tantum & Commendatarius, de quo & di-
uinum ius, nihil in particulari conſtituit, ſed ſolum in iure miniſtris communi comprehendit;
haud dubium ꝙ diuina lege, ad reſidendum ſimpliciter, non obligatur,

De cõmendatarijs diuinũ ius nihil diſponit niſi in cõi rõne miniſtri.

Quarè cum neutro ex iure, ad reſidendum ſimpliciter, Commendatarius ſit aſtrictus; palam
quòd tutè in ſummi Pontificis voluntatem reiicitur, quomodo reſidere debeat. Vndè & (meo iu
dicio) non aliam ob rationem factum eſt, vt Epiſcopales Eccleſiæ, in titulum non retineantur à
Cardinalibus, ſed in commendatione depoſitæ ſint apud eos, vt non perſeuerantes paſtores, vel
ſponſi, non ſubſint oneri reſidentiæ, ſed diſpoſitioni poteſtatis Papæ; & ſic officio Cardinalatus,
liberè fungi (quod eſt ſummo Paſtori frequenter aſſiſtere, & in grauioribus Eccleſiæ vniuerſa-
lis negocijs, perindè ac Conſiliarij, immo & præcipua eius membra ſemper adeſſe) poſſint.

An autem hoc pacto, Eccleſias, & maximè ſi curatæ ſint tradi commendæ, illaſq; ob id paſto-
ribus, proprijſq; ſponſis deſtitui, conducat Eccleſiæ Dei, præſentis non eſt inſtituti, ſed ad opus
pertinet reformationis: Quemadmodũ nec oneris eſt iſtius tractatus, qua ratione, eodem pror-
C ſus ſtipendio potiri valeat Commendatarius, quo ritè potitur ſponſus & paſtor, qui ſuæ adhæret
Eccleſiæ. Cuperem tamen, ſicut & cupiunt multi, vt aliter prouideretur Cardinalibus; quod &
forſan non eſſet difficile. Sed hæc Prouidentiæ & Pietati relinquenda ſunt ſummi Pontificis, cui
Ioan. 20. peculiariter oues CHRISTI ſunt creditę, & ſumma cũ plenitudine, claues cęleſtis regni cõmiſſę.

Multorum fidelium deſiderium.

Verùm illud præterire non debeo; Quid nam de Cardinalibus ſentiendum ſit, qui ſuarum
ſunt Eccleſiarum Epiſcopi, paſtores & ſponſi: vt Oſtienſis, Portuenſis, & ſimiles qui Eccleſias ha
bent in titulum, ac illis præſident, vt ordinarij. Vt ergo & hoc breuibus explicetur, maximè pon-
Philip. 2. deranda ſunt duo. Alterum eſt, ꝙ illorum Eccleſię non longè abſunt à Roma; immo & cenſen-
tur ſuburbia, & veluti eius vici. Propter quod (ſi quæ parùm diſtant, vt dicunt, non cenſentur di-
ſtare) palam ꝙ ſi Romæ reſederint, in ſuis cenſentur reſidere Eccleſiis; & præſertim, ſi quæ in il-
lis accidunt ſoliciti ſint agnoſcere, ac opportunè proſpicere: immo & illas aliquando viſitare, &
cum grauioribus non vrgentur negocijs, vel ad breue tempus conſiſtere. Reliquum eſt, ꝙ cum
eædem Eccleſiæ, non ſint tantæ præſtantiæ, immo nec tantæ frequentiæ, & hac potiſſimùm tem
peſtate, in qua ſunt ex magna parte deſtructę vt ſuis meritis, nactę ſint cathedram Epiſcopalem,
D ſed ſatis ſuperq; illis proſpectum eſſe videretur, ſi inferioribus forent alligatæ paſtoribus, haud
dubium, ꝙ iſtud dignitatis, non aliundè ſunt aſſequutæ, quàm in gratiam Vrbis, & commodum
Romani pontificis; vt eo pacto & illi non deſint proximi ſuffraganei, quando nec deſunt longè
inferioribus patriarchis, immo nec quibus volueris Archiepiſcopis. Qua de re & factum eſt, vt &
fulgeant ſplendore Cardinalatus, ſicut & præſtantiam decet Romanæ Eccleſiæ.

Ergo ſi licet multis ex Epiſcopis qui longè abſunt ab Vrbe, qui & in Eccleſijs in illarum
frugem & gratiam potiſſimùm aſſignati ſunt, cum commodo eſſe poſſunt Eccleſiæ vniuerſali,
ſine iniuria, non modò diuinæ legis, ſed Eccleſiarum ſuarum, ab illis abeſſe & iuxtà Pontificis
ſummi præſcriptum, etiam ad tempus non modicum toti Eccleſię ſuperintendere, cur non lice
bit Epiſcopis, qui ſunt Romæ tam proximi, quique illis Eccleſiis ſunt deputati non tantum pro
illarum fruge, ſed & maximè pro commodo ſummi Pontificis & vtilitate vniuerſalis Eccleſiæ,

ſine præiudicio ſui muneris, apud Pōtificem maximum commorari & vnà cum illo Eccleſiæ totius mundi proſpicere? Et licet quos diuina lex indubitanter aſtringit, non niſi certis eximantur caſibus; licet & fas, omnibus non ſit, legem exponere, aut pro arbitrio diuinam voluntatem excutere; Si tamen ſacerdotis eſt legem cuſtodire, ſi ſcientia prędit⁹ eſſe debet, vt illam valeat interpretari, ſicut Dominus docet: quanto magis hæc ſummo congruunt Sacerdoti, ſummoque Eccleſiæ vniuerſalis Antiſtiti? E

Nō licet omnibus interpretari legē Dei.

Mala. 2.

Ergo ſi penès ethnicum Principem, poteſtas eſt, munere (vt vocant) Epichiæ, moderari ethnicam legem, illamque certis in caſibus aliquem non alligare, ipſo iure decernere; cur penès ſummum non ſolum ſacerdotem, ſed & maximum Chriſtianorum Principem, munere maximi Pontificatus, ſupremæq; poteſtatis ſibi conceſſæ à Deo, in quo & pluſquàm heroica reſidet Epichia, facultas non eſt Dei legem interpretari, ac quibuſdam in caſibus, liget vel non liget, iure optimo definire? Quare, his omnibus ponderatis, fortè dubium non eſt, quid & hoc poſtremo caſu dicendum ſit, facilè animaduertere. Hactenus de reſidentia præſulum, & per hoc (ſuo ordine) & Paſtorum omnium inferiorum. Ad Dei gloriam, & Epiſcopi animarum noſtrarum CHRISTI IESV. Amen.

Ethic. 5.

F

DE EPISCOPORVM RESIDENTIA AD SANCTISSIMOS PATRES IN CONCILIO.

Occaſione cuiuſdam Articuli, ab Illuſtriſsimis Cardinalibus (Sanctiſs. D. N. Legatis, ac in ſacroſancto Tridentino Concilio præſidentibus), Patribus vt quid ſuper eo ſentirent, afferrent, exhibiti ac propoſiti, Enarratio ſeu tractatio compendiaria, habita in generali congregatione.

Authore Reuerendiſsimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

Articulus propoſitus.

COnſiderēt Patres quæ ratio iniri poßit: vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & cæteri omnes, animarum curam habentes, in ſuis reſideant Eccleſiis: Et ab eis, non niſi iuſtis, honeſtis, & neceſſarijs, & Eccleſiæ vtilibus cauſis abſint. G

Iudicium ſuper re propoſita.

Quoniam hunc ſuper Articulum Patres, & multa, & præclara tum eruditione, tum vbertate tractarunt: meas agnoſco eſſe partes, vt illis in omnibus acquieſcam, iureq; ſubſcribam. Verùm ne appaream penitus mutus: pauca, ex mea quæ pertenuis eſt, ſuperlectili; non tam exprimam quàm attingam.

Maior potiorq; (meo iudicio) quæ inueniri valeat ratio, nos prout & debet vrgens, & ſtimulans, ea eſt: vt noſtrum verè ponderemus onus. De nobis loquor Epiſcopis: qui & in Paſtores, & in ſponſos, noſtris præfecti ſumus Eccleſijs. Siquidem, ſi hæc excuterentur munera: haud dubiū, ꝙ certiores eſſemus, ea non ſolùm onera eſſe perſonalia: nec vt par eſt, præſtari poſſe per ſubſtitutos: quin & exigere totum hominem.

Potiſſima rō cogens Epos ad reſidētiā.

Ergo vt res, mea pro imbecillitate, reddatur perſpicua; primū, nōnulla de munere attingenda ſunt paſtorali, de quo Dominus in Euangelio: deinde quædam de vinculo ſubiicientur ſpūalis matrimonij. De quo ampliter Euariſtus: ad Epiſcopos per Aegyptum. H

Attendendum igitur primùm, Epiſcopos in Eccleſia inſtitutos à CHRISTO: ita quidem ad Eph. 4. docet Apoſtolus. Poſuit (inquit) CHRISTVS quoſdam in Eccleſia: alios quidem Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Paſtores & Doctores: vſque ad conſummationem ſæculi. Et Anacletus tertius a Petro, Romanæ Sedis Antiſtes, Epiſtola tertia, à CHRISTO tradit, Epiſcopos inſtitutos, & ſacerdotes.

Sunt inquàm à CHRISTO inſtituti: at non ad ocium, ſed ad opus. Qui inquit Paulus. 1. ad Timo. 3. Epiſcopatum deſiderat, opus deſiderat. Et ad opus, non imperij (id enim muneris, principi aſcribitur temporali: vt docet Dominus, 22. Lucæ) vnde & Petrus, prima capite. 2. Non velut

dominantes

A dominantes in Cleros:ſed miniſterij,ita & ſubdit, ea poſt ad Eph.verba Paulus, cum paſtores datos,in miniſterij adiungit opus.

Quare,nec immeritò valent gloriari,cum eo.1.ad Cor.3.Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros CHRISTI. Ergo noſtri muneris,non eſt recumbere:cum teſte Domino, ſupradicto Lucę capite,id repugnet miniſtro:ſed miniſtrare,ſemperq; accintos eſſe ad opus.Et conſtat, q̃ ſi miniſtro conſentiret habere miniſtrum,cõtingeret procedere in infinitum: vt etiam Philoſophi tradunt. Quod tamen ſi quando permittitur,miniſtro non permittitur proximo, vel cui opus creditum eſt perſonale,exigensq; illius induſtriam.

Sed quod eſt opus,quodue Epiſcopi miniſterium? Planè cum miniſterium ſit paſtorale, opus erit,& propriũ,& peculiare ipſi paſtori.Ergo opus erit,gregem paſcere,vt docet Dñs,Ezechielis 34. Vnde & Dñs, Petrum in paſtorem toti pręficiendo Eccleſiæ,aliud non iniũxit opus, quin & illud tertiò inculcauit;vt in paſcendo,quaſi totum,doceret ineſſe negocium. Paſce inquiens agnos: paſce oues.

Et nulli dubium q̃ Petro loquens,etiam Petri adiutores comprehẽdit.De quo & paulo poſt. Ergo opus Epiſcopo proprium,peculiareque,fieri nequit vt debet per ſubſtitutum. Cum enim B omnis qui ſubſtituitur, ſit mercenarius: haud dubium,q̃ expers eſt rationis paſtoris(Mercenarius enim Domino teſte,non eſt paſtor) Ergo expers eſt, operis paſtoris proprij peculiarisque. Quare etſi imaginem videatur retinere paſtoris, eiusque attentare opus: ſicut tamen, re vera non eſt paſtor, ita nec eius opus, veri paſtoris eſt opus. Vnde nec illam obtinet vim, energiam, & robur, vt frugi ſit gregi: cum mercenarium etiam oues non audiant, minusque ſequantur: vt Dominus dicit.

Amplius.Notum eſt,ex diuinis literis,& cõpertum oĩbus ſanctis,q̃ paſcere, duobus cõtingit modis. nempè verbo,& exemplo.De verbo primũ. Licet erudire populũ, poſſit p concionatores Epiſcopus;conſtat tamen,q̃ niſi & doceat per ſeſe, nec populus docetur tam frugaliter, & q̃ proprio ipſe non ſatisfacit muneri. Et quidem,quòd non tam frugaliter ex verbo prætactum eſt CHRISTI: oues paſtorem audiunt,& ſequuntur: Mercenarios alienosuè,nec audiũt, nec ſequũtur,ſed fugiunt ab eis.

Et palàm,quòd ſermo, eò loci non fit de auditu externo,ſed intraneo: donante Domino paſtoris verbo,eam energiam,vt ita ouium corda percutiat,quòd efficaciter audiãt: quin & ita ſuadeat, vrgeatque,vt ſequantur, & diuinis obtemperent. Quòd ſi quando ad mercenarij vocem C compungitur populus: id non ex ratione, munereque proficiſcitur miniſtri, ſed ex natura, ac efficacia verbi. Quòd quoque eo in caſu,proprio non ſatisfiat oneri:conſtat non ſolùm, quia Epiſcopum oportet eſſe Doctorem: ſed & neceſſe eſt, illum frequenter docere. Nam & Paulus
2.cap.4. ita ad Timotheum ſcribit:opus fac euangeliſtæ,miniſterium tuum imple.

Quòd ſi contingat Epiſcopum, concionatorem non eſſe, vel neſcire, vel publicè non poſſe docere; videat primùm, quàm indignè id ſuſtineat oneris: videat, & quonam promiſerit pacto, docturum ſe populum ſibi creditum. Sed eſtò, neſciat, vel non valeat concionari publicè: nunquid excuſabitur à concione priuata? Nunquid à priuatis conſiliis, monitionibus, increpationibus:in quibus,& non raro,animarum non minus conſulitur ſanitati,proſpiciturque ſaluti? *Epſs nõ valẽs docere publicè indignè id ſuſtinet oneris.*
vbi ſupra. Vnde & ad eundem Paulus: Arguè,obſecra,increpa,in omni patientia & doctrina.

Quòd ſi inter nos, & ipſosmet, tenemur corripere fratres: cur & non magis tenebimur corrigere priuatim aliquando filios? Nam & populi nobis crediti, indubiè, vt proprij exiſtimandi ſunt filij: quos & vrgemur,nedum inſtruere,ſed & frequenter, cum Paulo parturire, et vocem
Gal.4. cum illis aliquando mutare:donec CHRISTVS, & formetur,& grandeſcat in eis. Hac de cauſa,
D in quinquageſimo ſeptimo canone apoſtolico,à Zepherino comprobato,cautum eſt:q̃ Epiſcopus qui ad pietatem ſuum non erudierit populum,deponendus ſit.

Et in Concilio Sardicenſi,ſub Iulio primo,ob eandem prohibetur cauſam: vt vltra tres hebdomadas,ſuis ab Eccleſiis non abſint Epiſcopi. Et in Canone decimo nono & vigeſimo,Synodi ſextæ. Epiſcopis diſtrictè mandatur: ne diebus ſaltem Dominicis, deſint ſuos inſtruere populos. Et Pontifex maximus Euariſtus,mandat vbi ſupra: vt doceant Epiſcopi gregem, ſine intermiſſione. Ex quibus omnibus,palàm(ni fallor)quòd paſcere verbo, ita muneri annexum eſt paſtorali; vt iure,nullus illud exequi valeat per ſubſtitutum.Modò pauca,de exemplo.

Quòd populus ſit paſcendus exemplo:nõ ſolùm docet Apoſtolorum princeps,Epiſcopos volens formã datos eſſe gregi,quam habeãt ęmulari: non ſolùm Paulus,Timotheo ſuggerens. Eſto
1.Pet.5. 1.cap.4. exemplum alijs, in fide,in ſcientia,in caſtitate:ſed & Dominus in euangelio,de paſtore inquiẽs,

quòd ante oues vadit: vita(vt Gregorius notat)& moribus. Et quis non videt: hoc opus fore perſonale? Sicut enim paſtor non auditur, niſi ſit præſens: ita nec erit exemplo, ſi ſit abſens. E

Adde, ex CHRISTI doctrina: ſatis nó eſſe paſtori, oues ex vultu, aliqñ dignoſcere, vt Sapiens admonet in puerbijs, ſed opus eſt, agnoſcere illas domeſticè, amicè, familiariter: quod & exprimit dicés, q̀ illas vocat, ex nomine. Sic enim in ſcripturis, ea ſumitur elocutio: vt Dñs ad Moyſen: Noui te ex nomine. Quanquàm, & oues vocare nominatim, eſt vnicuiq; iuxta opportunitatem proſpicere, eſt et ſingulis exemplo Pauli accommodare ſeſe: vt omnes ſaluentur. 1. Cor. 10.

Nec me fugit, quoſdam p̃miſſis occurrere: ea quidem à CHRISTO, de paſtore relata, fore parabolica: ſufficereq; ſi in CHRISTO ſummo verificentur Pontifice, ſummoq; Paſtore. Rurſum. Eſtò inquiunt, bonum foret, vt p̃ſtarentur à nobis: non præcipiuntur tamen. Adhortamur quidẽ illa præſtare: ſed nullo CHRISTI præcepto, ea cogimur adimplere.

Obiectiones, contra reſidẽtiam Epõrũ neceſſariam. et ſolutiones.

Quibus reſpondeo. Fateor CHRISTI verba, fore parabolica: ſed indubiè, ſenſus literalis intẽtusq;, eſt quẽ excuſſimus: ſicut & expoſitores tradũt. Admitto, maximè vera extitiſſe in CHRISTO, ſupremo, optimoq; paſtore: ſed & vera eſſe nihilominus debẽt, in maximo illius vicario, & in alijs ſuis coadiutoribus. Qui ſicut munere donantur paſtorali, nó quidẽ, vt ſint mali, ſed vt ſint boni paſtores; ita & cõditiones, normamq; boni tenentur præſeferre paſtoris. F

Et vt loquar de nobis: legat, ſiqs hęſitat, hac ſup re, Maximos, ſupremoſq;(penes quos, ſumma indubiaq;, ſcripturę reſidet interp̃tatio) Eccleſiæ Romanę Antiſtites: de quorũ numero, nunc p̃fero Damaſum, aduerſus Chorepõs. Et Gregoriũ in Omilia, eo ſup euãgelio: & ĩueniet, ea ideo à CHRISTO introducta, vt iure impleantur in nobis. Nunc de præcepto.

Non inficior, illis in verbis, quæ Ioannis. x. ſcripta ſunt capite: nõ explicari præceptum, ſed tñ formam, modũq; adimplendi præceptum: ſicut & quæ Matthæi. 6. tradita ſunt de ieiunio, præceptum non explicant ieiunij, ſed ritũ, ac ieiunandi modum: ſunt tamen, & alia CHRISTI verba, & in eodem quidẽ Euangeliſta: quæ paſtoris opus imponunt, præcipiuntq;. Et ea ſunt ni fallor, quæ dixit Dominus Petro: Paſce oues meas, paſce agnos meos.

Siquidẽ ea licet verba, principaliter dicta ſint Petro, tãq̃ vniuerſali, totiuſq; Eccleſiæ CHRISTI paſtori: credũtur tñ extẽſa nec immeritò ad ſub Petrũ Epõs, haud ſecus ac coadiutores eius. Et hęc ex meo nõ finxerim capite: ſed ex antiqoribus, oĩumq; p̃batiſſimis, excipio Antiſtitibus. Nẽpe Baſilio, in cõſtitutionibus monaſticis: Ambroſio in paſtorali: Auguſt. in lib. de paſtoribus: Leone. 3. de anniuerſario ſuæ aſſumptionis ſermone: aliiſq; pluribus.

Nam ita ſcribit Baſilius. Cum CHRISTVS dixit Petro, Paſce oues meas, Petrum cõſtituit paſtorem Eccleſiæ: & dedit(conſequẽter) oĩbus poteſtatem paſtoribus & magiſtris. Et Ambroſius: Repetitũ eſt à Dño tertiò, Paſce oues. Quas oues, & quem gregem, non ſolũ tunc beatus ſuſcepit Petrus: ſed & nobiſcum ſuſcepit eas, & cũ illo, nos ſuſcepimus omnes. Vnde & regendæ ſacerdotibus contraduntur: & meritò rectoribus ſuis ſubdi dicuntur. G

Et Auguſtinus, tractans boni paſtoris parabolam: num ideo inquit, modo tacentur paſtores, & dicitur paſtor, quia non inuenit cui commendaret oues, tunc autem ideo commendauit, quia Petrum inuenit? Immo vero, & in ipſo Petro, vnitatẽ commmendauit. Multi erant Apoſtoli: & vni dicitur, paſce oues. Omnes paſtores in vno ſunt, & vnum ſunt. Et Leo. Cum Petro dixit, Tibi dabo claues, Et quæcunq; ligaueris, tranſiuit alios in Apoſtolos, vis huius poteſtatis: & ad oẽs Eccleſiæ principes, decreti huius commeauit conſtitutio. Sed non fruſtra, vni commendatur: qđ omnibus intimatur. Petro ideo, hoc ſingulariter creditur: quia cunctis Eccleſiæ rectoribus, Petri forma proponitur.

Hæc non ſunt difficilia captu: ſi ea quis, quæ Cyprianus, quadam admonet in epiſtola, animaduerterit. Nempe à CHRISTO, ita vnam, per vniuerſum inſtitutam Eccleſiam: vt ea in multa diuiſa ſit membra. Et Epiſcopatum vnum: ſed multorum Epiſcoporum numeroſitate diffuſum. H Nouatianus. 7. q. 1. Et alibi(& habetur. 24. loquitur. q. 1.) docet quòd etſi, Epiſcopatus Eccleſiæ, vnus eſt: cuius(vt inquit) in ſolidum pars tenetur: ſicut tamen, vnum eſt lumen, & multi ſunt radij, & rami arboris plures, ſed vnum eſt robur, radice tenaci fundatum, & vnus eſt fons, & plurimi diffluunt riui, & numeroſitas, licet diffuſa videatur, exundantis copiæ largitate, vnitati integritatique originis, non præiudicat: ita etſi, vni ſunt Petro, Epiſcopi plures coniuncti, vt illius impartiti plenitudine, ritè commodèq; vniuerſæ proſpiciatur Eccleſiæ: & vnitas ſeruatur paſtoris ſupremi, & indiſciſſa remanet Eccleſia CHRISTI.

Sed vrges. Nonne ea verba, ſunt Petro peculiaria: illique ſoli directa? Sunt quidem, primùm dicta Petro: ſed nil obſtat, ſi & poſt Petrum, ad coadiutores, qui & in partem ſunt acciti

ſolicitudinis

A ſolicitudinis, extendant Petri. Cum enim inſtitutoria ſint muneris paſtoralis, eiuſq; proprium, tum exprimant, tum præcipiant opus: ſitque per illa Petrus, mox ſummus, vniuerſalis Eccleſiæ conſtitutus Paſtor, eiq; & per eadem non ſolùm expoſitum, ſed & demádatum onus: & alijs, qui Petro ritè ſuccednnt per illa met quidem (ſed poſtquàm electio opportunè acceſſerit ipſius Eccleſiæ) eàdem vt compertum eſt, cum vbertate donatū: ita & quod ad inferiores Petro, ſpectat Epiſcopos (etſi in eiſdem eſt, ſua pro ratione contentum, explicatum, impoſitum) illis (quod volunt, ni fallor Patres) non conceditur, niſi cum per ſummum eliguntur, vel confirmantur, vel conſecrantur Pontificem.

Ergo non ſolùm, typus cōſonat radiorum & luminis, riuulorum & fontis, ramuſculorum & arboris Cypriani: ſed & vera apparent verba Leonis. Ita Dominus. diſt. 19 a Petro dicentis, in totum Eccleſiæ corpus, omnem dimanare poteſtatem. Vnde etſi Apoſtolis alis, poteſtatis delegata ſit plenitudo, vt ſacris ex literis aſſerunt Patres, non tamē vt paſtori Petro: prout alibi à nobis declaratum eſt: quandoquidem nec vt paſtoribus ſub Petro, ſed vt coapoſtolis Petri. Propter quod, & oportuit Domini fratrem Iacobum, a Petro Iacobo & Ioanne Zebedęi filijs, Epiſcopum inungi Ieroſolymæ: & Paulum & Barnabam, per manuum impoſitionem, ab Apoſtolis. B Illud. 66. legitur diſt. Porrò. Ex Anacleto. Hoc etſi conſtat ex Actis. 75. comprobatum eſt diſtin. Quód die Dominico. Ex Leone. Plenitudo poteſtatis & ſi alijs Apoſtolis a Chriſto impartita, nō tamen ſicut Petro.

Sed petis. Nunquid poteſtas Papæ, quæ indubiè, abſq; ſui diminutione (non enim ex communione extenuatur in eo) per confirmationem, electionem, vel conſecrationem, in quempiam dimanat Epiſcopum: ita dimanat, ꝙ nedum proximè, ſed prorſus dimanet ab illo? Reſpōdeo. Primùm, ꝙ (licet eam aliqui introducant) impertinens quæſtio eſt: quoniam vtrum uis aſſeratur, in propoſito, non præiudicat. Nec eſt modò curæ, de iuriſditionis poteſtate: quam videtur, qui hęc ſuggerunt, ſemper attendere: ſed de ea, quæ muneris eſt quidem paſtoralis, ſed reſpectu Ierarchici ordinis: de qua re, magis opportunè.

Eſt inquam impertinens: quandoquidem etſi a ſolo conferretur Pontifice: palam ꝙ non alia conferretur ratione, conditioneq́;, quàm muneris illius natura expoſtulat: ergo & cum reſidendi conferretur neceſſitate. Sed veritas eſt: ꝙ & à CHRISTO, & a Papa confertur. Ab illo, ſicut ab auctore: ab iſto, ſicut ab illius Vicario, miniſtroq́;. Nā licet proximus, hac in re, operator ſit Papa: nil tamen prohibet, ꝙ in eamet collatione, & maiori, & potiori ratione cōcurrat & CHRISTVS. Acto. 20. Propter quod, & ſcitè docet Apoſtolus, Epiſcopos conſtitui à ſpiritu ſancto. Attendite inquit, C credito vobis gregi: quos poſuit ſpiritus ſanctus Epiſcopos, ad regendum Eccleſiam Dei.

Ergo pulchrè ſatis admonet Theodoretus: ꝙ licet Moſi, totius populi demandata eſſet cura: placuit tamen Deo, ſeptuaginta illi adiungendos fore ſeniores: qui ſicut in partem, ad populi aſſumebantur regimen: ita & ex parte, Moſis potirentur ſpiritu. Cuius præcipuus nihilominus impartitor, diſtributorq́ue erat Deus: ſicut & Numeri habetur. 16. Nam ſumam inquit, de ſpiritu tuo: & dabo ſeptuaginta viris. Et plane, meo iudicio, per Moyſis electionem, miniſterium, & electum Vicarium.

Pulchrè inquàm ſatis, admonet ille Doctor: vt non diſſimili intelligamus fieri pacto, cum in coadiutores, Epiſcopi à Deo, ſummo dantur Pontifici. Eſt quidem, totius Eccleſiæ cura credita Papæ: ſed Epiſcopi ſunt, à CHRISTO, in partem ſolicitudinis, & ſub eodem & per eundem electi, aſſumptiq́; vt & de illius muneris exundantia participent: idq; CHRISTO auctore, ſed per ſpiritum ſuum. Vnde & Paulus, inter munera, quæ dicunt, gratis data, quæ & indubiè. 1. ad Cor. 12. chariſmata docet ſpiritus ſancti: adminiſtrationes ſeu opitulationes enumerat.

Et cum his omnibus, exploratum eſt: Pontificem ſummum, non ſolùm Epiſcopos, his, vel illis D Eccleſiis potiſſimùm applicare, ſuoq, pro arbitrio conſtituere: ſed & ab hac, vel illa, ſingulum, cum libuerit, Eccleſiæq; expedire iudicauerit, remouere. Hactenus de munere paſtorali: modò de vinculo ſpiritualis matrimonij.

Non ſum inſcius, aliquos hac in re, quædam afferre: quæ cum facilè concidant, conſultò pertranſeo. Putant enim quæ ſanctiſſimus, eo quem produximus loco, aſtruit Euariſtus, hoc de matrimoniali vinculo, neſcio quo pacto euertere, aſſerendo Eccleſiæ ſponſum eſſe CHRISTVM: & ꝙ non ſolùm inferiores Epiſcopi, ſed nec ſummus Pontifex, eo dignandus ſit titulo: quaſi ꝙ Euariſtus, CHRISTVM, vel ignorauerit, vel detraxerit, ſponſum eſſe Eccleſiæ.

Ephe. 1. 5. Colo. 1. Eſt quidem CHRISTVS, Eccleſiæ & ſponſus & caput (nam vtrunq; docet Apoſtolus) ſed ſicut ſine eius iniuria, Eccleſia & agnoſcit, & confitetur Papam, caput vniuerſalis Eccleſiæ: ita & eundem, & agnoſcit & fatetur ſponſum eius eſſe. Quod & ſua pro ratione, verùm eſſe in qbuſuis

Epiſcopis,præter Euariſti ſententiam:communis eſt fidelium conſenſus,approbatioq;.Ergo nō E
vertendum in dubium,Epiſcopum ſponſum eſſe Eccleſię ſibi creditæ,& ob id ſpiritualis illi ma
trimonij vinculo aſtringi: quouſq; in illius perſt iterit adminiſtratione.

Siquidem lex eòuſq; ligat,quouſq; illi viuitur legi:ſicut & poſtulat ratio, & aliquando aſſu-
mit Apoſtolus.Non enim aliquis,legi aſtringitur militari, niſi quouſq; fuerit miles: tunc enim Roma.7.
viuit,iureq; ſeruit,vt poſtulat lex militię:verum ſi tranſierit in Senatorem,vltra legi non alliga-
tur militiæ,ſed ſenatoriæ: vt exploratiſſima res eſt.

Ad rem ergo.Si Epiſcopus,ſuæ Eccleſiæ ſponſus ſpiritualis eſt: profectò illi relinquendus eſt
Pater & mater,& quoduis temporale commodum,& ſuæ adhærendum eſt coniugi ſicut & Do- Math.19.
minus docet:vt & tali pacto,ſint duo,non in carnem,ſed in ſpiritum vnum:non carnem, ſed ſpi
ritum,pro indiuiſo ducentes,ſicut & ratio huius flagitat matrimonij.

Et quidem notum eſt:ꝙ ſi carnali eſt adhærendum vxori,ne efficiatur adultera, alienoùe gra
uidetur ſemine,ſicut & Apoſtolus aliquando innuit:quàm maximè neceſſarium ſit(ſicut & ꝓbè
Euariſtus colligit)ſpirituali ſuæ adhærere coniugi, Eccleſię inquàm,tali ſibi iure commiſſæ, ne
adulteretur in ſpiritu: & peregrino grauidata ſemine(nam ſemen eſt verbum)non modo ex illa
filij abortiantur,ſed ſpurij,ſed lęſi ac degeneres procreentur. F

Addam ex doctrina Pauli: virum caput eſſe coniugijs,& coniugem corpus eſſe viri.Quod er-
go perhorrendum monſtrum: ſi caput ſeiūctum videatur a corpore:vel truncum abſciſſo offen- Epheſ.5.
datur capite? Nonne docent,vel philoſophi,caput ſeparatum a corpore,rationem (niſi æquiuo
cæ)non retinere capitis: & corpus abſciſſo capite,corpus non habendum,ſed truncum? Et quo-
modo,ſi à corpore ſeparatum eſt caput:corpori videbit, corpori audiet, & reliquis erga corpus
fungetur officiis? Ergo re exiſtente notoria: hæc ſint ſatis.

Sunt ergo Epiſcopi,ad reſidendum aſtricti: & hoc, ex natura muneris ſibi traditi, ſicut & ex 1.cap.5.
Petro in ſua prima epiſtola,& ex Paulo in Apoſtolorum Actis,in ſignibus ꝓcipuuſq; CHRISTI Cap.20.
pręconibus,licet accipere: dum quilibet,nedum hortatur,ſed (vt Hieronymus ad Nepotianum
ſcribens,vt habetur diſt.95.Eſto ſubiectus, aſſerit) præcipit vt commiſſum ſibi gregem paſcant
Epiſcopi:idq; vt ſubdit,non coactè,ſed ſpontè,iuxta præceptum Domini. Quod ſine reſidentia,
vt par eſt,præſtari non poteſt: ſicut & oſtenſum eſt.

Sunt inquam ad reſidendum aſtricti;at non ſolùm ad tempus,ſed aſſiduè communi curſu: qđ
dico,propter excuſantes caſus,de quibus nihil in præſenti. Aſſiduè dico: quandoquidem etſi af-
firmatiuum eſt præceptum,ſuapteq; natura,non aſtringens(vt loquuntur)ad ſemper: res tamen, G
& munus creditum poſtulant,vt ferè obligentur ad ſemper. Munus inquam poſtulat: quoniam
paſtoris eſt vigilare,& noctis excubias cuſtodire: eſt in continua verſari ſolicitudine,vt aliquādo
Apoſtolus ſuggerit: eſt cura angi indefeſſa,ne grex ſibi credit⁹, de quo,& diſtrictiſſimā Deo red-
diturus eſt rationem,inficiatur,aut quouis pacto periclitetur.

Poſtulant & id,oues commiſſæ: vt quæ ſunt natura infirmæ,ſtolidæ, & ſibi neſcientes proſpi-
cere. Adde,Et ꝙ paſſim ſunt expoſitæ prędæ: vndiq; hoſtibus circunuallatæ, nec modo carnali-
bus,ſed & Sathanicis: vt Apoſtolorum Principes admonent. Ergo præceptum, natura affirma- 1.cap.5.
tiuum: ex natura,tum muneris, tum rei creditæ, vim quodam pacto, obtinet negatiui: quoniam
vim quodammodo aſtringendi ad ſemper. Excipio ſemper caſus;de quibus, quantum noſtra
potuit aſſequi imbecillitas,proprio eſt explicatum tractatu,vt non immeritò pertranſeamus.

Reſidere tenétur aſſiduè Epiſcopi, & aliter in ſtatu ſunt damnationis.

Sunt demùm ad reſidēdum aſtricti,& aſſiduè quidem,& tali tāq; arcto nexu: vt væ illis,ſi non
reſederint: prout,vel ex Dei comminationibus,in Prophetarum Oraculis,& præſertim.23.Iere-
miæ.Et.34.Ezechielis conſtare valet abundè. Ergo & in ſtatu æternæ ſunt damnationis: ſi (exce-
ptis vt tactum eſt,caſibus)cū oī non reſederint vigilantia,& aſſidua cum ſolicitudine: ſuperintē- H
dendo,erudiendoque continuè,& vt Euariſtus dixit,ſine intermiſſione,vnicuiq; prout expedit
cibum diſpenſando,opportuno in tempore.

Hæc ergo Patres,ſi vt decet ponderarentur à nobis: haud vereor, ꝙ efficaciter ad reſidendum
extimularent,compellerentq;. Væ nobis miſeris,qui vt noſtrum Deo reddamus debitum, aliam
à CHRISTI lege,quęrimus legem; qua tamen nulla debet eſſe fortior, nulla efficacior. Non
ignoramus,quot hoc in negocio conſtitutæ ſint leges: & tamen ob illas,nihil profecimus. Docet
Paulus,legem non impoſitam iuſtis: ergo dum leges quęrimus, profectò nos condemnamus vt 1.Thi.1.
iniuſtos. Ergo & eſſe,ſine lege conuincimur charitatis: per quam efficimur iuſti,Hæc quidem,ſi
ſeruaretur: nullis ad reſidendum opus eſſet ſtimulis. Nam illa,& maximè,quin & vnicè perurge-
ret: vt verè iureq; non fruſtra,ter illam à Petro exegerit CHRISTVS. Ioan.21.

Dolent

A Dolent multi, temporum inſęlicitatem, & optimo quidem iure: ſed non propterea à proprio excuſantur onere: quin & vrgentur potius, cum maximè ob eam, periclitetur grex. Dolent alij Principum violentias: ſed cum de temporalibus, vt plurimùm accidant: etſi illa non ſunt contẽnenda, non tamen adeò ſunt ponderanda: vt propterea relinquendæ ſint oues. Siquidem hoc, iuxta Domini verbum, eſt faciendum: & illud non eſt omittendum. Vellent alij, vt compelleret nos Sanctiſſimus Dominus Noſter: ergo oſtendunt ſe, non eſſe promptos, ad paſcendum gregem: quod maximè execratur Petrus. Paſcite inquit, creditum vobis gregem, quantum in vobis eſt, non coactè, ſed ſpontè.

Math. 23. 1. Cap. 5.

Et forte q; ſummi Pontificis coactio, impulſioq́;, non ſemper eſt expetenda, vel expectanda: & tamen iam eſt explorata eius voluntas, cum & Paterna emanauerit, per publicum Diploma, admonitio, prouocatioq́;. Quòd ſi deſideratur pręceptio: iam fateamur oportet, nos velle agi, vt ſerui ignaui, & non vt liberi, ingenuiq́; ſpiritus ſancti filij. Poteſt quidem nobis, fateor, Sũmus præcipere Põtifex, & ſub æternæ maledictionis pœna, illius teneremur obtemperare præcepto: ſed abſtinet, ni fallor, vt imitetur Apoſtolum. Qui ad Philemonem ſcribẽs: cum inquit, poſſem tibi præcipere, nolui tamen: vt opus fieret voluntarium, & non ex neceſſitate. Et notum eſt, ex

B Auguſtino: q nemo inuitus benefacit, etiam ſi bonum eſt quod facit.

Cap. 13.

Ergo vt finiam, ex nobis perditio noſtra: ſicut & Oſeas docet. Hæc pro articulo de reſidentia, nobis propoſito: non ſolùm ſub Illuſtriſſimorũ D. Præſidentium iudicio & cẽſura, aut ſacroſancti Concilij, ſed & cuiuſuis rectius ſentientis. Ad Dei gloriam. Amen.

DE IVRE DIVINO EX SENTENTIA D. THOMÆ.

AD ILLVSTRISS. AC REVER. D. HERCVLEM GONZAGAM

Cardinalem Ampliſs. Et in Concilio Tridentino, Legatum Apoſtolicum, Explicatio compendiaria, iuxta præſcriptum, a. S. Illuſtr. D.

Authore Reuerendiſs. P. & D. Iacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo.

Quid ius Diuinum.

C IVS, idem ſonat, quod iuſtum: vt poſt Iſidorum D. docet Thomas. 2. 2. q. 57. artic. 1. Iuſtum inquam, quod in ſe complectitur æquum: vt non ſolùm, ex Celſi Iureconſulti ſumitur auctoritate, ſed & valida conſtituitur ratione.

Siquidem cum ius, obiectum adęquatum definiatur iuſtitiæ (vt tradit D. Thomas vbi ſupra) indubiè eiuſdem erit extẽſionis, cum ea. Ergo ſi iuſtitia complectitur Epichiam, vt quinto legitur Ethicorum: neceſſario ius complectetur æquum: circa quod Epichia verſatur.

Ius idẽ quod iuſtum & neceſſario complectit æquũ.

Ius confunditur frequenter cum lege: non q diſcrimen quoddam inter illa non ſit; ſed quia communi vſu contemnitur. Eſt quidem diſcrimen, nedum (vt loquuntur) formaliter; ſed & aliquo pacto dependenter.

Formaliter quidem: quia etſi vnum ſunt in ſubſtantia rei, non tamen in ratione ſignificandi. Eadem ſanè propoſitio, vel eædem ſi malueris, propoſitiones, puta bonum eſt proſequendũ, & malum declinandum, quæ baſis ſunt legis naturæ, habent rationẽ iuris, prout rem exprimunt iuſtam: legis inquantum vim continent vinculi, ſi lex, vt Thomæ videtur, eſt à ligando deducta: vel ſtimuli, vt eligantur, quæ illi ſunt conformia, ſi vt Ciceroni placet, eſt a delectu profecta.

D Dependenter vero: quia cum in lege, plura aliquando, & mandentur, & prohibeantur, non quia ſua ex natura ſint bona, vel mala (ſunt enim aliquando, certa ex ratione, & mãdata & prohibita, ſua ex natura indifferentia) quæ tamen, poſtquam ſunt mandata, vel prohibita, rationem nanciſcuntur boni, vel mali, & propterea iuſti, vel iniuſti: palàm quòd, vel horum reſpectu, ius nonnunquam dependebit à lege.

Diuinum, hoc in loco, non ſumitur obiectiuè: quoniam ius, non ad iuſtum & æquum reſtringitur, quod reddere tenemur Deo, ſed & iuſtum, & ęquum complectitur, quod tenemur reddere proximo. Et præter hoc, conſtat q id, quod vt æquum & iuſtum, a nobis redditur Deo, nec eſt æquum, nec iuſtum ſimpliciter: cum nec longiſſimo valeamus interuallo, quod tenemur, vel ſuę reddere celſitudini, vel exuberantiſſimæ in nos munificentiæ: vt etiam Philoſophus docet.

Quare

Quare, quod Deo vt poſſumus exhibemus, ſcitè D. inquit Tho. non ſpectare ad ius, ſed ſpectare adfas: quod & a nimaduertunt etiam ethnici. E

Nō ſumitur inquam obiectiuè, ſed effectiuè: vt perinde ſit (ſi D. credimus Thome) ac diuinitus promulgatum. Quæ acceptio, cum maximè quadret: indubiè, ꝙ erit acceptio ꝓpria. Siquidē ꝓpriè res definitur: cum (vt. 4. legitur Phyſico.) omnis controuerſia, per definitionē ſubmouet.

Et quanquàm, Diuinnm Ius, ſiue Diuina lex (nam cnm mos ita poſtulet: vno indiſcriminatim vtemur pro alio) à Deo ſit inſtituta, & magna ex parte, ab illius ore profecta: non oportuit tamen, ꝙ cùm hominibus, tum mundo, proximè promulgaretur per eum: quin & decuit eo in munere habere miniſtros, per quos id exeqneretur oneris.

Quare non immeritò, lex vetus, per Moſen promulgata eſt populo Iſrael (nam per Moſen, data eſt Præcurſore teſte) & per Angelos promulgata eſt Moſi, illius populi Duci, vt Paulus ſcribit Galathis, & Stephanus in Actis Apoſtolicis. Ioan. 1.

Et quamuis lex noua, ſicut a CHRISTO eſt inſtituta (Ipſe enim eſt legiſer noſter) ita & Apoſtolis, apnd Matthęum, eſt per eundem prolata, & aliàs apud Lucam, etiam aliis, magna ex parte propoſita: mundo tamen, non per illum ſed Apoſtolos reddita eſt manifeſta. Sicut enim illis, id c nus niunxit (Euntes in mundum euangelizate omnibus creaturis) ita & per illos abſoluit, Paulo atteſtante, ꝙ in omnem terram, eorum exiuit ſonns, ſicut ante pronunciauit oraculum. Eſai. 33. Matth. 5. 6. & 7. Mar. vlt. F Rom. 10.

Igitur Ius Diuinum, ius eſt, vt D. Thomas inquit, dininitus promulgatum: hoc eſt, non humana induſtria, non angelica opera, & inuentione confictum, traditumuè, ſed Dei ordine, & commiſſione, hominibus manifeſtatum, & expoſitum.

Quæ propriè dicuntur de iure Diuino.

Et ſi quęcunque in lege continentur naturæ, ſunt de iure naturæ, conſtat tamen, ꝙ non omnia in eodem ſunt gradu: ita & quęcunque in lege continentur Diuina, ſunt de iure Diuino, nō tamen omnia, vno & eodem pacto.

Et miſſa in pręſenti lege Moſaica: pergamus pauca, de euāgelica, eo animaduerſo: ꝙ etſi quecunq; leguntur in euangelio, ad Diuinum ius videantur ſpectare, ſpectentq; reuera, ea ſaltem de rōne, qua ſub fidei cōtinentur pręcepto, vt oīa credantur, quę in euangelio referūtur: ſatis tñ ſit, ꝑ legem enangelicam, eam nouę ſcripturę intelligere portionē, in qua, ea cōprehendūtur, quæ ſpectant, ad fidē, ſpem & charitatē, quę vrgent ad ꝓficiſcendū in bono, & ad retrahendum à malo: quę oīa, aliqñ D. Tho. tribus complexus eſt claſſibus, ſpectantium inquam ad fidem, ad ſacramenta, & ad legem naturæ, vt in eius legitur Quodlibet. G

Et ut res pręſtetur illuſtrius, attendendum: quędam in lege de qua loquimur, eſſe cōſilia, vt q̄ maximè ꝓfitentur monaci: & quędam eſſe pręcepta, vt quę legimus ſaltem ex Decalogo. In pręſenti, ſermo non eſt de conſilijs: ſed de pręceptis, ſiue mandatis. Quę & in duplici ſunt differentia: eo ꝙ aliqua in ea, ſnnt explicata, & aliqua virtute, in explicatis cōtenta, de illis eſt, Honora patrem & matrē, de iſtis, Honora ſeniores, & corā cano capite, ſurge. Siquidē hęc, ſi nō ſunt in euangelio lata: ſunt tamen, ex pręmiſſo lato, vt ſupra docet D. Tho. ritè deducta. Deu. 5. Leui. 19.

Quędā ſunt de iure diuino explicite, quędam implicite.

Vtraq; ſunt diſtincta: Et tradita quidem explicitè, quoniam quędam tradita ſunt ad tempus, vt illud: in viam gentium, non abieritis: quędam abſolutè, vt oportet ſemper orare. Et horum aliqua, ſimpliciter ſunt neceſſaria, vt ꝙ orantes dimittamus fratri: aliqua tantum decētia, vt ꝙ oret vir capite detecto, & mulier capite velato. Tradita verò implicitè: q̄m aliqua ex explicatis, illata ſunt neceſſariò, vt ex reſurrectione carnis, immortalitas animę: aliqua ꝓbabilitate quadā, vt quia hominibus ſtatutum eſt ſemel mori, inferre cum CHRISTO reſuſcitatos, non vltra in cineres reuerſos, aut ſingulos hominum, vel tandem morituros: quorum neutrum eſt, ſimpliciter neceſſarium, cum ſine fidei pręiudicio, poſſit vtrunq; defendi. Mat. 10. Luc. 18. Matt. 5. 1. Cor. 11. Hebr. 9. H

Amplius. Tam explicatè tradita, quàm neceſſariò ex illis dedncta, abſq; diſcrimine non ſunt: quoniam quędam ſunt, vel explicata, vel deducta, iuxta rationem commnnem, & non ſpecialē: vt ꝙ ſumus tingendi baptiſmo, ꝙ confiteri noſtra debemus errata, ſed nullus explicatus eſt modus: Rurſus, Ex hoc, ꝙ colendus eſt Deus, infertur quidem, ꝙ illi eſt ſacrificandum, ſed ſpecies & modns, non exprimitur ſacrificii. & id genus de reliquis.

Facilè ergo apparere poteſt ex his: quàm plura ad euangelicum ius pertinere, tam etſi, aliqua cum latitudine: & per hoc, non abſque aliquo diſcrimine, vel differentia. Siquidem tam expreſſa ad tempus, quàm tradita ob honeſtatem, & quę non niſi probabiliter, ſunt ex expreſſis accepta deductaq;: haud iniuria, ſi poſtremo reponantur loco, quin & Diuini poſſent iuris nuncupari,

quadam

A quadam cum diminutione,&(vt loquuntur)veluti ſecundùm quid.

At expreſſa ſimpliciter,& abſolutè,& quæ ex his deducta ſunt neceſſariò,ſpectantque non ad ſolam œconomiam,vel honeſtatem,ſed ad fidei,morum,& ſacramentorum ſubſtantiam,ſimpliciter & abſolutè Diuini ſunt iuris : tam etſi , quædam inter hæc , priori reponenda ſint loco , vt quæ ſunt ſubſequentium baſis,& origo,& q̃dã in poſteriori,haud ſecus,ac ea,q̃ ſunt iuris naturę.

Conſtat enim poſt illa duo (Bonum eſt proſequendum : & malum eſt declinandum) ex illis naturæ iure,multa deduci : vt proſequendum bonum rationis,& proſequendum in paſſionibus animi,& in operibus,quæ reſpiciunt proximum:ergo ꝙ non ſolùm proſequenda ſunt,bona fortitudinis,in paſſionibus timoris & audaciæ, bona temperantiæ , in paſſionibus delectationis & triſtitiæ:ſed & in actionibus dati,& accepti,& alijs,quæ ſpectant ad rationem iuſtitiæ.

Adde: omnium moralium præcepta virtutum,tum neceſſaria,tum loco,tempori,conſuetudinique congruentia,eſſe de iure naturæ.Item,& quæcunque ſpectant ad iuſtitiæ partes,nempè diſtributiuam,commutatiuam,ſui muneris executiuam,tam ex neceſſitate,quàm ex vſu, & conſuetudine,opportunè loco,ac tempori conducentibus:omnia hæc inquàm, etſi indubiè ſint iuris naturæ,admittunt,qđ tactũ eſt,inter ſe diſcrimẽ,ꝑut Sapiẽs, ex prudẽti diſcuſione ꝓbauerit.

B

An per Pontificem , vel Eccleſiæ ſanctionem , facta Decreta, iuris debeant dici Diuini.

Luc 10.
1.The.4.

Pars affirmariua,non paucis videtur probata, Domino atteſtante, Qui vos audit me audit:Et Paulus.Qui nos ſpernit,hominem non ſpernit:ſed Deum. Et notum eſt , ſpiritum ſanctum aſſiſtere Papæ,& Eccleſiæ:& quæ trandunt,eodem ſpiritu,ſuggerente,tradi. E diuerſo ſuadent alij negatiuam,eo ꝙ ius canonicum,diſtinctum eſt à iure Diuino:vt Cęſareum à naturali . Et notum eſt,quæ iuris ſunt canonici,poſſe nedum antiquari,ſed tolli,& alias leges ꝓ illis ſubſtitui : quod nefas eſt,de iis, quæ ſunt iuris Diuini. Quid ergo?

Attendendum,quæ Eccleſia,vel Papa conſtituit,fore in duplici claſſe: quædam ſunt ad interpretandum,vel deducendum,quæ ſunt iuris diuini:& cum Papa,eo ſungitur muneris,vti Papa, hoc eſt,vti iudex,ſedens prò tribunali: haud dubium ꝙ ea quæ tali conſtituit pacto , ſunt de iure Diuino:propter quod,& ipſum Papam aſtringunt,& reuocari non poſſunt. Quę nam ſtatuta a pontifice,ſint de iure diuino & quę de iure cannnico.

Multa ſiquidem,vt tangebatur,ad euangelicam pertinent legem , quæ etſi ſunt, in ea expreſ-

C ſa,quędam tamen in eis offenduntur obſcura: Multa ſunt , tantũ implicitè tradita , & facile non eſt,ex explicitè traditis,illa deduci:in quibus opus eſt iudicio Papę, cuius tum declaratio, tũ deductio(pręſertim,ſi declarata deductaq;,ad fidem,vel ſacramenta,vel ad naturę legem decreuerit pertinere)proculdubio,non ſecus ac ipſa euangelica lex,iuris Diuini ſunt.

Exemplum eſt de Omouſion,de proceſſione ſpiritus ſancti,a verbo: Quòd in conſecratione fit tranſubſtantiatio,Quòd nouę legis ſacramenta , vt organa conſerant gratiam: Vſuram eſſe peccatum,& id genus de pluribus.

Quædam autem ſunt,quæ ad Eccleſiaſticam pertinent diſciplinam, regimen, moderationẽ , vt quietè & ordinatè viuamus,attenta temporum qualitate,locorum conſuetudine,& continuis quibus ſuccurrendum eſt accidentibus,pro hominum gradu,& conditione:& horum conſtitutiones & Decreta,iuris ſunt,non Diuini,ſed Canonici. Et quamuis ſingula debeant retineri , ſeruari,& vt ſacroſancta complecti: quamuis eorum contemptus ſit capitale , & aſtringant delinquentes multoties vinculo mortalis delicti:vim tamen non habent iuris Diuini. Vnde uec Pontificem ligant,poſſunt & ab illo mutari:quin & opus eſt,vt aliquando mutentur.

Et quanquam ex Diuino iure,datum eſt Papæ,Diuinas conſtituere ſanctiones: quanquàm

D & Diuino actus ſpiritu canones ſtatuat,nõ propterea diuini iuris efficiuntur decreta: aliàs vt dicebatur antiquari non poſſent. Et licet verum ſit : qui illos audit CHRISTVM audire,quia diuino eſt debitum iure, vt nedum obediamus Papę , ſed & quibuſuis præpoſitis noſtris : non tamẽ ſequitur,ꝙ quæ mandat,ſemper ſint iuris Diuini, etſi a ſpiritu ſancto ſint mãdata,ſuggeſta,inſpirataq;:Nam & quicquid agimus boni,indubiè operatur Deus: & omnis veritas a ſpiritu proficiſcitur ſancto,vt Ambroſius docet. Et hæc modo ſatis : ad Dei gloriam. Amen.

ILLVSTRISS.

ILLVSTRISS. AC REVERERDISS. D. SEMPER OBSERVANDISS. A
Domino Petro Lando, Archiepiſcopo Cretenſi.

Iacobus Naclantus Epiſcopus Clugienſis, Fęlicitatem perpetuam.

INter plurima, quæ hæretici, noſtra calumniantur tempeſtate, ea profectò, non ſunt parui momenti, cum & blaſpemiæ ſint maximè execrabiles, quæ aduerſus eximium matrimonij effutiunt ſacramentum, ac fauſtiſsimum Miſsæ ſacrificium. Et illud quidem, ea moliuntur ratione, ut non modo Sacerdotum detrahant cælibatui, ſed (& maximè) vt faueant reſolutioni coniugij: haud inſcij, quòd ſi non recipitur ſacramẽtum, ſimplex officium relinquetur naturæ, quod quantũ ex ſe eſt, ad neutrum cogit. Siquidem, cum eàdem natura ſit in layco, ac ſacerdote: indubiè, quod vni conceditur, iniuſtè alteri, eàdem pro ratione denegatur. Ergo colligendum docent, nedum vtrique permittendas nuptias: ſed & in euentibus quos natura ſuggerit, ambobus licere diuortia. Ergo & tolerandum eſt inquiunt, non ſolùm, ſi alter coniugum ſit adulter, innocentem alij copulari: ſed vxore ſterili permanente aut ægritudine incurabili laborante: & è diuerſo viro in eadem damnatione exiſtente, ſi vterq; alii nubat ac contrahat: quod & non rarò conſueuerunt Gentes. F

Iſtud vero, eam introduxerunt ob cauſam, vt hac ſaltem ex parte, tum Eccleſiæ miniſtros, pijs defraudarent eleemoſinis, tũ ut poſt hanc vitam detraherent purgatoriis pœnis: cum exploratiſsimum ſit, vtrumq; eiuſmodi non leuiter foueri ſuffragiis, ſicut & ab exordio, hactenusq; ſemper ſeruatum eſt in Eccleſia Dei. Ergo vt hæ noſtra pro virili comprimantur impietates, vtrumq;, & ſi breuibus, conſtituendum eſt. Et quanquam tam in hoc, quàm in illo, ſemper ardentiſsimi fuerunt Patres: quanq; utraque non ſemel a ſacroſanctis fuerint exploſa conciliis: puto tamen non fore ab re, ſi vtriuſq; perſtringatur baſis, è qua veritas conſtantiſsimè pendet. Et quoniam de utroq;, non ſemel, tua cum Illuſtriſs. D. rem contuli, quam & illa, pro quo pollet, inſigni iudicio, non improbauit, iure ſub illius promulganda eſt auſpicio. Præter id, quòd & qualecunq; erit pignus meæ obſeruantia, qua illam ſemper veneror, ſicut & ſuæ munificentiæ ſemper afficior aſtringorque. Quàm Deus in dies ſeruet, & amplificet.

DE NATVRA ET SACRAMENTO EVANGELICI MATRIMONII

Enarratio ſeu Tractatio Compendiaria.

Authore Reuerendiſsimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo. G

PRÆFATIO.

INter plurima, quæ à Patribus, in ſacroſancto Tridentino Concilio, ſunt accuratiſſimè diſputata, & ſanctiſſimè definita, haud immeritò, præſtantiſſima habenda ſunt, quæ de ſacramentis determinata ſunt. Qua in re, nihil eſt omiſſum, nihil diſſimulatum: quod negocium potuit promouere, & orthodoxorum ſaluti conſulere. Et quoniam in matrimonij ſacramento, cũ hoc infelici ſæculo ꝓphanaret, a pluribus, laboratum eſt ſatis, & vnuſquiſq; pro credito ſibi a Deo talẽto, in medium expoſuit, quæ rei videbantur cõducere: arbitratus ſum, ſi pauca, quæ mea ſuggerebat imbecillitas (etſi parua, ac velut æra minutula) compẽdiaria ꝑſtringerentur enarratione, rem meæ Eccleſiæ facturũ me, tum gratam, tum conducibilem. Ergo rem aggrediar: debita ſub cenſura.

De quo agendum ſit matrimonio.

Triplex eſt matrimonium: Gentilitium, Moſaicũ, & Euangelicum. De Poſtremo tantũ agemus & quatuor potiſſimùm verba. Nẽpè, naturam, contractũ, ſacramentum, & interdictum. H

De natura Matrimonij.

Natura matrimonij, natura eſt ligaminis: quo mutuo ligati ſunt coniuges. Aliàs nõ ritè, ligandi verbo vteretur Paulus: Alligatus es vxori, noli quęrere ſolutionem. Prima ad Cor. 7.

Natura matrimonij eſt natura ligaminis.

Et ligaminis tam arcti: vt quodam ſuperet pacto, quod eſt inter filios, & parentes. Propter q̃d relinquet homo, patrem & matrem, & ſuæ adhærebit vxori. Gen. 2. & Matth. 19.

Et ligaminis tam cõſtantis: vt duret vſquequo alter eſt ſuperſtes. Mulier alligata eſt viro, quãto tempore viuit, & econuerſo. 7. tum ad Romanos, tum primæ ad Corinthios.

Et ligaminis tam validi: vt non ſimplici, ſed duplici liget copula, cõiugali inquam & carnali:

vt

A vt Magiſter.27.ex Patribus,& poſt eum omnes Theologi.De ùtraq; nonnihil.
Et de Priori quinq;,ſed quàm breuiſſimè: Quid,cuius efficiaciæ,an ſacra, an ſolubilis, & an
præiudicet virginitati mentis.

Quid coniugalis copula.

Copula coniugalis,perinde eſt ac copula conſtitutiua coniugij, non ſecus ac ſocialis,ſocieta-
tis: Conſtitutiua inquam coniugijat, non per modum cauſæ efficientis(id enim non eſt copulę,
ſed conſenſus legitimi,vt docuit Nicolaus primus.27. quæſtio.2. Sufficiat) ſed per modum cau-
ſæ formalis, vt in qua conſiſtit prima,& eſſentialis perfectio coniugij, vt Diuus tradit Thomas.
3.par.q.29.artic.2.
Vnde & per illam,veri & legitimi fiunt, & nuncupantur coniuges:quod non ſolùm docent
Ambro. Augu.& Chryſoſtomus, prout Magiſter refert in quarto: ſed & coniugium conuincit
Deiparæ & Ioſephi.Siquidem illa,& vera,& legitima facta eſt ea copula coniux.Matth.cap.1.Et
iſte verus & legitimus factus eſt vir,Lucæ cap.3.
Ergo copula coniugalis,non eſt beneuola cõiunctio aĩorum coniugum: qm̃ etſi illa optimo
B exigitur iure,etſi ad illam rõ extimulat matrimonij ꝓdeſtq; mirum in modum, vt cõiuges rectè
conſentiant,Eccle.25.& æquũ eſt, vt mutuò ſint ſoliciti,vt inuicẽ bene cõplaceant.1.ad Cor.7. Si
tamen deſit,vt aliquando contingit,non deficit ob id copula coniugii, vt compertum oĩbus eſt.
Nec eſt copula vitæ domeſticæ indiuiduæq;:qm̃ etſi,& hæc, perualida requiritur ratione, vt
definitio præſefert coniugij;ſi tamen non adſit,vt periculo comprobatur quandoq;, coniugalis
non propterea reſoluitur copula.Sed copula eſt,cuiuſdam ſocietatis eximiæ,quæ ſicut Diuina or
dinata eſt lege,ita & humana diſſolui nequit auctoritate.
Dixi,ſocietatis eximię:vt quæ nõ ſolũ ſocietatẽ ſuperat mercatoriã in qua pecuniæ ad ſocio-
rum exponuntur lucrũ: non ſolũ excedit domeſticã,in qua prouentus ad familiare exponuntur
cõmodũ;ſed & tranſcendit politicã,in qua ad cõe bonum multorũ exponuntur ſuffragia. Tran-
ſcendit inquam Politicam,etſi non ratione finis, rõne boni expoſiti;vt in qua non res fortunæ,
non externa ſuffragia,ſed propria exponuntur corpora,ad communem prolem.
Ergo ſicut ex cõi expoſitione pecuniæ,vna fit ſumma,ex qua proximè,exponentium profici-
ſcitur lucrum;& ex cõi expoſitione prouentus,vnum conſurgit marſupiũ,ex quo ꝓximè, dome
ſticus habetur conuictus; & ex multorum ſuffragiorum expoſitione, vnum plurimorum fit uo-
C tum,ex quo proximè,ſalus progreditur reipublicę: ita & ex cõi expoſitione corporũ, vnum fit
corpus(qui adhæret ſcorto,vnum corpus efficitur.1.ad Cor.6.cum ſcorto,hoc eſt, vna, vt ſubdi-
tur,efficitur caro,erunt inquit duo in carnem vnam)ex qua proximè,communis fit proles.
Exponuntur inquam, hac in ſocietate,coniugũ corpora:ſed ſi Auguſtino credimus ad Clau-
dium contra Iulianum,lib.5.cap.4.non ſimpliciter,ſed per ſinecdochen:quoniam non exponũ
tur tota,ſed tantum genitales partes.Ergo cum amborum vnum fit corpus,vel caro:nil fit aliud,
quàm vtriuſque ſexus permixtio; quæ & generãdæ prolis, etiam philoſophis proximum princi-
pium eſt:& conſtat,vel ſaluatore teſte, eiuſmodi generationis principium carnem nuncupatũ,
Ioan.cap.3. Quod natum eſt ex carne,caro eſt.

Coniugũ corpus vel caro vnum eſt nõ ſimpliciter ſed quo ad partes genitales.

Vniuntur permiſcenturuè,genitales coniugũ partes,per coniugalẽ copulam: at non in actu,
ſed in potentia. Quæ etſi ſua ex natura, reduci habet ad actum, qñ, & quantum,& qũo,& cur
opus eſt:id tamen ex arbitrio,nõ habet proficiſci,illius,qui expoſuit, ſed cui expoſitio facta eſt.
Habet & hæc ſocietas,eam prærogatiuam, vt expoſitio rationem induat donationis, vel ſi ma-
uis commutatiuæ iuſtitiæ:in quibus,vt notum eſt,tranſlatio fit dominij. Quare ſcitè docet Apo
D ſtolus,tum virum,tùm vxorem,non habere ſuo vtendi corpore, hoc eſt genitali parte, poteſta-
tem:vt perſpicuè,eo in loco,exprimit Aug.ſic enim habet.
Si pars corporis,noĩe non poſſet corpus nuncupari,nõ dixiſſet Apoſtolus: mulier non habet
ptãtẽ ſui corporis,ſed vir,& econuerſo.Ipſa vtiq; mẽbra appellat corporis noĩe, quibus diſcernit
ſexus,peragiturq; concubitus.Quis eſt enim qui dicat,virum ſui corporis non habere ptãtẽ,ſi in
iis verbis,Apoſtolus totũ corpus intelligat,quod conſtat oĩbus membris? Ac per hoc,ſecundùm
Apoſtolum etiã ſolũ genitale membrum,nomine nuncupatur corporis.Hæc Auguſtinus.
Dixi,hanc ſic expoſitã copulam,lege inſtitutam eſſe diuina:quod difficile non eſt,ex diuinis
literis cõprobare.Et quo ad ſocietatis rõnem,teſtis eſt Prothoplaſtes: Mulier inquit, quã dediſti
mihi ſociã.Gene.3. Vnde,& ꝓbè,philoſophatus eſt Augu. Euam non fictam ex inferiori primi
hominis parte,nę forte videretur ancilla: nec ex ſuperiori,nę occaſionem ſumeret intumeſcẽdi,

veluti domina:ſed ex laterali,vt tali pacto haberetur,vt ſocia. E

Quo vero,ad expoſitionem corporũ,vel carniũ,vt vnũ fierent corpus,vel caro,ad generationẽ ꝓlis,nõ ſolũ ex verbis li̅r̅ eiuſmet,ſed Dñi:Matth 19.Et erũt duo,in carnẽ vnã.& planè,ad ꝓducendam ꝓlem:aliàs nõ mandaſſet,creſcite & multiplicamini Gen.3.Quòd autẽ in ea,ſui non retineât corporis poteſtatẽ:ſatis dictũ eſt ex Apoſtolo.De illius irreſolutione,eſt verbum CHRISTI,Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.Sed de hoc,non longè poſt abſolutius.

Societati coniugali poſt Christi ortũ præponitur & Virginitas & viduitas.

Et q̃q̃ hęc ſocietas,a Deo eſt inſtituta:q̃q̃ & ab initio,prothoparentibus demandata, & in veteri lege,ꝓp expectatũ benedictũ ſemẽ,religioſè cuſtodita: poſt tñ CHRISTI ortũ, nedũ ad illã nemo vrgetur, ſed & matrimonio, non tam virginitas q̃ vidualis caſtitas anteponitur: vt nõ ſolum Paulus,prima ad Cor.7.& prima ad Tim.5.docuit quàm perſpicuè,ſed & Dominus,Matth.19.præfeſert non obſcurè. At hac de re,vberius ſuo loco.

Et notũ eſt nihilominus,ꝙ nec modo,nec qñ eſt præcepta à Deo,debuit iniri coactè, ſed maximè ſpontè liberèq;. Et meritò: qm̃ cũ ſocietas hęc debeat eſſe ꝑpetua,iuſtũ fuit, vt eſſet amica,nihilq; admitteret violẽti: cũ violentũ,nõ ſit,ſuaptè natura durabile. Quare probè, ex Vrbano,Magiſter docet,in quarto.29.verũ non eſſe coniugium,quod per vim,& metũ, qui in virũ aliàs conſtantem,cadere poſſet,contractum eſt. Et Paulus prima ad Cor.7. Vidua cui vult nubat: Et F tertium Toletanum Concilium.cap.10.& viduam & virginem,ſtatuit nubere liberè.

Quin,& iniri non debet temere,nõ incõſultè:idq; nõ ſolũ,vt vndiq; appareat ſocietas voluntaria,ſed vt &(quantũ fieri põt)poſt initã,non pęniteat.Præter id,ꝙ exigit rõ,vt res ardua, periculoſa,irreuocabilis,nõ tentetur ſine conſilio,non ſine iudicio. Quod & ſatis oſtendit Paulus: dum maturum exigit à patre iudicium,antequàm diſponat de filia.1.ad Cor.7.Quare nõ eſt iniquum,ſed iuſtum: ſi & hoc negocium certis ſubiicitur legibus, vt ſatis docuit Nicolaus primus: ſed de hoc inſerius,magis opportunè.

Hactenus, quid coniugalis copula ſit,manifeſtum eſt: Nempè, ꝙ copula eſt conſtitutiua cõiugij,vt formalis cauſa: & per hoc, ꝙ cuiuſdam eximiæ conſtitutiua eſt coniugum ſocietatis: in qua(licet per ſinecdochen)in medium propria exponũtur corpora, vel ſi malueris carnes: vt ex illis,vno conſtituto corpore,ſeu vna carne,communis proficiſcatur proles. Exponuntur inquã: ſed ea lege,vt vltra exponens, rei expoſitæ non habeat poteſtatem, ſed ille, cui expoſitio ſacta eſt. Et opus eſt,vt expoſitio non ſit coacta,non temeraria; ſed liberè ſacta, & maturo, vt par eſt conſilio & iudicio. G

Copulæ coniugalis efficacia.

Diximus eam coniugalis copulæ eſſe vim,vt verè ius, dominiumuè, hinc inde transferat corporum coniugum: vt in qua ratio complectitur includiſq;,vel donationis ſpontaneæ,vel cõmutatiuæ iuſtitiæ,Dicamus & tam validam energiam eſſe nactam,vt & quandam,eamq; nõ obſcuram,methamorphoſim faciat;cum per illam,vxor os euadat de oſſe,& caro de carne viri,non minus ac Eua, os & caro euaſerit de oſſe & carne Prothoplaſtis. Hæc inquit modo os ex oſſe, & caro de mea carnè. Gen.2.

Quod,quantum ex coniugali pendet copula,certum eſt,ac ſine controuerſia,ideo verũ eſſe; quia euadit per illam cognationis,& familiæ ſui mariti:indeq; mutuat nomen & proſapiam, vt experientia teſtis eſt. Et compertum eſt ſacris in literis; eos qui eiuſdẽ ſunt cognationis eiuſdẽuè familiæ,dici vnius oſſis vniusq; carnis,vt Gen.29.Qnod,ſi verùm eſt,in ijs, qui remotioris ſunt gradus,lõgè verius eſt in iis qui ſunt valdè propinqui: ergo & maximè verum eſt,in iis, qui ſunt in eodem,vt indubiè computantur coniuges.

Amplius: Nec illa deeſt efficacia, qua vt caput computentur & corpus(nam caput mulieris H vir.11.primæ ad Cor.Et corpus viri,mulier,& ibi(&.5.ad Eph.)Quæ res, ſi in ratione excutiatur coniugij,vera eſt, quia vir, ad procreandam prolem copulatur vt agens, & mulier copulatur vt patiẽs,ſicut & philoſophi docent: Si in ratione regiminis,vera eſt,nedum ex parte corporis,quoniam vir debet,& nutrire cibo, & fouere coniugem veſtimento, vt monet Paulus.5.ad Epheſ. Sed & ex parte animæ,quoniam vir debet domi,mulierem inſtruere,ac ad pietatem informare, vt legitur.14.primæ ad Cor.&.2.primæ ad Timo.

Licet Vir ſit caput Vxoris & vxor viri corpus,nõ tñ præiudicatur coniugali ſocietati.

Nec propterea coniugali præiudicatur ſocietati:qm̃ id, non ex ſocietatis ꝓficiſcitur rõne; ſed ꝓficiſcitur aliũde. Nẽpè qa mulier eſt natura,vir lęſus,vt philoſophi tradũt: quia natura pendet ex viro,eo ꝙ non vir ꝓp mulierem,ſed mulier ꝓp virum, vt ex Gen. notat Apoſtolus.11. primæ ad Cor.quia natura hallucinatur facilius,vnde & non vir,ſed mulier,ſeducta eſt in ꝑuaricatione,

vt monet

A vt monet Paulus prima ad Timoth.2. Et demum, quia in pœnam peccati audiuit à Deo, ſub viri
poteſtate eris. Gen.3. vnde &.5. ad Eph. docet Paulus, vt viro ſubdatur in omnibus.
Et licet res, iure ita ſe habeat: decet tamen virum, ſuæ compati coniugi, perinde ac infirmiori
vaſculo, vt monet Petrus in prima, ca.3. quin & illam debet impensè diligere, nõ ſecus, ſi creditur
Paulo ad Eph.5. ac CHRISTVS dilexit Eccleſiam: quoniam ſicut.xi. primæ ad Cor. nec mulier ſi
ne viro, nec vir ſine muliere in Domino.

Copula coniugalis, an ſacra.

Quoniam de matrimonio loquimur euangelico: peruia eſt quæſtionis ſolutio. Ergo, non ſo
lùm admittitur ſacra, ſed & triplici id oſtenditur ratione. Prima eſt ratione ſubiecti: quoniam
qui contrahunt illam, membra ſunt CHRISTI, vt notat Paulus, prima ad Cor.6. Secunda eſt,
quia ſuaptè (vt videtur) natura, ad illam gratificam (quàm maritalem vocant) præparat gratiam;
ſicut (ſua pro ratione) ſolet in baptiſmo præparare character: qua potens fit quilibet coniugum,
ſuum poſſidere vas, in ſanctificatione, & honore, & non in paſſione deſiderij, ſicut gentes quæ
ignorant Deum. Prima ad Theſſ.3. Nec modo præparat: ſed (quantum eſt ex ſe) ſemper ni fallor,
B eam comitem habet. Tertia eſt, quia ſacræ rei eſt ſignũ; copulæ inquàm CHRISTI & Eccleſiæ,
de quo ad Eph.5. & amplius paulo poſt. Nec propterea, illam facimus ſacramentum præcisè (nõ
enim res eſt ſenſibilis) ſed ſacramentum & rem: vt latius ſacri Theologi.

An ſolubilis.

Licet hæc, de qua loquimur copula: tũ ex natura ſui, tũ ex rõne (prout ſibi cõpetit) ſacramẽti,
irreſolubilis ſit: id tñ, non eo intelligendũ eſt pacto, quaſi prorſus, nunquàmuè reſolui non poſ-
ſit (nam reſoluitur, p religionis ingreſſum cap. Ex publico. de conuer. coniugum: reſoluitur & p
auctoritatem Papæ, vt factum eſt a Martino quinto, & ab Eugenio quarto) ſed eo ſenſu, quia in-
quam, non reſoluitur paſſim, ſed rariſſimè: non ex quacunque, ſed ex vrgentiſſima cauſa, & non
niſi apoſtolicæ ſedis auctoritate, operaq;.
Mar. 10. Nec modo ſit curæ, an cum reſoluitur, auctoritas Papæ, per modũ interueniat interpretatio-
nis, vt quæ decernat CHRISTI verbũ (Quod Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet) ad coniugalẽ re-
latũ copulã, intelligendũ quidẽ, nõ in peculiari caſu, ſed cõi curſu, ac nõ qualibet rõne: an p mo
dũ vtentis plenitudine poteſtatis, qua & de multis diſponit, in reliquis ſacramẽtis: quo pacto, au
C thoritas CHRISTI, in matrimonio tñ militat conſummato; contracto poteſtati relicto ſummi
Pontificis, vt valeat de illo, ad Eccleſiæ ædificationem diſponere.
Quod vel inde videbitur conſonantius: ſiquis aduerterit, per coniugalem copulam, coniu-
gium quidem, in eſſentia conſummari, ſed non in poſtrema ſui perfectione abſolui. Nec id mo-
do ex parte matrimonij, ſed nec ex parte ſacramenti. Non ex parte matrimonij: quoniam cum il
la (ſicut & in omni, quæ perficitur, re) proficiſcatur ex fine: palam quòd, ſiue de fine loquamur
principali, qui eſt generatio prolis, ſiue de ſecundario, qui eſt mederi concupiſcentiæ, non ex cõ
iugali, ſed carnali perficitur copula.
Non ex parte ſacramenti: qm (vt quidã volunt) vel per illã non ſignificatur copula CHRISTI
& Eccleſiæ, ſed CHRISTI & animæ: vel ſi ſignificat, non ſignificatur, vt in ſtatu perfecto, ſicut
eſt in patria, vbi ex reuelatione Dilecti, Agni abſoluuntur nuptiæ, fitq; vndiq; indiſſolubilis co-
Apoc. 19. pula, vt quæ per charitatem fit patriæ, quæ nullo pacto deſinere poteſt: ſed in ſtatu ſignificatur
imperfecto, quia in ſtatu peregrinationis, vbi & Agni non abſoluuntur nuptiæ, & copula fit p
charitatem viæ, quæ etſi non patitur diſſolutionem ex toto, patitur tamen ex parte: non ſolùm
D quia hoc in ſtatu, in Eccleſia admittuntur reprobi, ſed & quia legitur de prædeſtinatis, Tene qđ
Apoc. 3. habes, ne alius accipiat coronam tuam.

An præiudicet Virginitati.

Etſi copula coniugalis, tendat ſuaptè natura, ad conſummationem matrimonij: non oportet
tamen, q contrahentes, id intendant explicitè, quod mentis præiudicaret virginitati: & præſer-
tim ſi id intenderent abſolutè, & non ſub conditione, puta, ſi Deus iuſſerit, ſi inſpirauerit. Siqui
dem ſub conditione non præiudicat, vt probè declarant Theologi, & conuincit in Deipara vir-
gine: in qua (vt creditur: etſi fuit conſenſus, ſuit tamen, eo pacto conditionatus, & ob id, nullum
eius puritati, attulit detrimentum. Poſſet & eodem pacto, in aliis reperiri puellis: quibus & duo,
a iure poſtquàm nupſerint aſſignati ſunt menſes, vt valeant, ſi Deus dederit, ad religionẽ trãſire.

Contrahẽtes non eſt neceſſe conſentire explicite in copulam carnalem, tunc enim virginitati præiudicatur.

Qua ex re,& hoc loci,licet reſumere,virginitatem haud parum præſtare coniugio: poſtquàm E
vt illa ſeruetur,id(etſi ratum)optimo iure diſſoluitur. Quod & arduum nō eſt,ex propriis vtriuſque conuincere. Et vt conferantur breui: compertum eſt,matrimonium in præſentia,in ratione excutiendum non eſſe ſacramenti: non ſolùm quia comparatio foret abſurda,ſed & quia aduerſariis eſſet ridicula: quippè qui, matrimonium negant ſacramentum eſſe. Ergo conferenda ſunt:vel ratione ſtatus,vel ratione moralis virtutis,aut gratifici doni. Siquidem coniugium, vt probè fiat,vtriſq; opus habet. Et de virtute palàm: quoniam ſi ex parte ſpectetur expoſitionis corporis,exigitur,tum liberalitas,tum commutatiua iuſtitia. Si ex parte ſoluendi debiti:fidelitas neceſſaria eſt. Si ex parte vſus recti: coniugalis requiritur caſtitas. Si ex parte vſus inculpati, vtq; frenum imponatur concupiſcentię:gratifica,ſed maritali,opus eſt gratia.

Virginitas quidem,etſi naturæ munus(naſcimur enim virgines) rationem tamen valet ſortiri virtutis,ſi carnis integritatis ſeruandæ, propoſitum acceſſerit mentis: idq; matura cum deliberatione,& alijs neceſſarijs circunſtantiis. Seruandæ inquàm,vel ad tempus vſque conſtituendi coniugij,vel ſimpliciter,& perpetuò: quod & duobus accidit modis, nempè vel propoſito tantum deliberato,vel & deliberato,& voto ſtabilito:& votum poteſt eſſe ſimplex,& ſolemne, vt res cōpertiſſima eſt. Ergo poteſt virginitas rationem moralis nanciſci virtutis: & continebitur, vel ſub F
caſtitate,vel ſub religione. Cui & obſcurum non eſt, non ſolū gratiam à Deo conferri gratificā, ſed locupletem;quin & inſignem,cum talis ſit,ꝙ non omnibus detur, primæ ad Cor.7. ſicut nec verbum celibatus,ab omnibus capitur.Matth.19.

Quid ergo? Si conferantur iuxta rationem ſtatus,haud dubium, virginitatem præſtare: non ſolùm quia proximior cœleſti,in quo nec nubent,nec ducent vxores,Matth. 24.ſed quia ſolicitum reddit,ad ea duntaxat,quæ ſunt Dei, & non vti coniugium, quod patitur ſolicitari pro iis, quę ſunt mundi,prima ad Corin.7.Si iuxta rationem virtutis:conſtat ea ex parte, qua ad religionem pertinet,longè tranſcendere,tum liberalitatem, tum commutatiuam iuſtitiam, tum fidelitatem coniugij: & ex ea qua ſpectat ad caſtitatem, coniugali longè præponi, vt quæ omnem prorſus abdicat venerem. Si denique iuxta gratificum munus,nullus ire poteſt inficias, multo præſtantius impartiri virginibus: vt in quibus, communi curſu, acrior pugna inculpatior vita, & glorioſior,locupletiorque corona.

Hactenus de copula coniugali: modo verbum vnicum de carnali.

De carnali copula:& quæ illi peculiaria. G

Carnalis copula,in earum conſiſtit partium vſu,quarum data eſt,in coniugali poteſtas:& per hoc,in ea conſiſtit actuali, ſexus vtriuſque commixtione, in qua actu matrimoniū conſummatur,& poſtremam abſolutionem ſortitur. Ergo in carnali copula, non ſolùm actu, genitalium partium eſt expoſitio,ſed & reipſa, ex vtriſque vnum fit abſolutum generationis principium: cum de facto,duę carnes in vnam euadant carnem,& duo,ſi mauis,corpora, in vnum corpus; vt ſatis expreſſum eſt in pręcedentibus.

Hac ex copula,non ſolùm abſolutio,accedit matrimonio in ratione coniugij,ſed & in ratione ſacramenti:illud eſt conſtans, quia inde aſſequitur finem: hoc fit perſpicuum quia exactius perfectiuſque, CHRISTI & Eccleſiæ exprimitur copula. Cum enim ſuæ CHRISTVS (& maximè,quę in cœlis eſt)ſic per ſpiritum copuletur Eccleſiæ,vt inter plurima, quæ ea in copula continētur arcana, ratio inueniatur ſpōſi & ſponſæ,(vt paſſim ex literis edocemur ſacris):haud dubiū, id non ea duntaxat ratione factum,vt tantum de perdulci, perſuauiq; amborum moneamur complexu,ſed & de filiorum generatione.

Ergo conſonat,non ſolùm,illos ſpiritum expoſuiſſe in commune,ſed & actu, adeo copulaſſe,vt vnus prorſus,miroq; modo euaſerit. Si enim,qui adhęret Deo,vnus ſpiritus euadit cum eo: H
profectò qui adhęret tam intimè, vt coniunx proprio viro,vnus euadet cum eo ſpiritus, eximio modo. Et quanquam hęc vnio, ex multiplici penſari valeat ratione;ſatis tamen,ſi ſub ea recipiatur in pręſentia,ſub qua ad regenerandum filios Dei in ſpiritu,inſtituta eſt. In hac ſiquidem peregrinatione,Dei regignuntur filij: per CHRISTVM quidem(nam ipſe eſt, qui baptizat in ſpiritu)qui ſpiritus, Dilecto teſtante prima ca.1. ſemen eſt Dei,vt non immeritò, ex ſpiritu renati, ſpiritus ſimus,vti Dominus ait Ioannis capite.3. At non regignuntur abſque coniuge: quoniam non ſine Eccleſia,& cœleſti præſertim,vt iure clamet Apoſtolus. Quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt,quę mater eſt omnium noſtrum. Hęc ſemper eſt grauida, & nunquàm ad ſupremū vſq; diem non geſtit,filios parturire.

Ex

A Ex his haud difficilè.conſummati matrimonij,tum rationem agnoſcere perfecti ſacramenti,
tum omnimodæ indiſſolubilitatis coniugij:nam conſummatam exprimit CHRISTI & Eccleſiæ
copulam & eo in ſtatu,in quo prorſus,nullauè occaſione, ab ea ſeparari fas eſt. Hucuſq; dictum
ſit,de natura:nunc pauca de contractu.

Contractus Matrimonij.

Et ſi plura,quæ ad rationem ſpectant matrimonialis contractus, expoſita ſunt in præcedenti-
bus: Nempè ꝙ includit ſocietatem,donationem,commutatiuam iuſtitiam;Item ꝙ contrahi non
debet inuitè,non temere,non ſine lege, quæ ad naturam pertinere contractus, res compertiſſi-
ma eſt: vt tamen res ſit,tum abſolutior,tum explicatior,nonnulla ſubiicienda ſunt.

Dicebatur,nō cōtrahēdū matrimoniū ſine lege,immo ſine certis legibus:id enim ſatis monet
Nicolaus.27.q.2 ſufficiat.Siquidē docet,ꝙ etſi ad cōiugiū,ſatis eſt cōſenſus;exigit tñ, vt iuxta le
ges fiat:Leges inquit,nō legem;inſtruens oportere, vt ille non ſimplici,ſed triplici dirigatur le- Matrimoniū triplici lege dirigendum eſt.
ge: Euangelica,Eccleſiaſtica,& Politica.Et meritò: quia fideles cōiuges, & mēbra ſunt CHRI-
STI, & partes tam Eccleſiaſticæ,quàm Politicæ reipublicæ.

B Ergo,vt iuxta legem dirigatur euangelij, ſeruandum eſt, quod mādat Apoſtolus.1.ad Cor.7.
nempè vt qui nubūt,nubant in Domino:hoc eſt(nam ea eſt Pauli phraſis)vt ſic nubant ſicut de
bent,qui exiſtunt in CHRISTO. Siquidem fideles,in illo inſiti ſunt, in baptiſmo, vt legitur ad
Rom.6.& inſiti,vt in olea oleaſter,ibidem.14.& vt palmes in vite, Ioan.15. & vt membra in eius
corpore,prima Cor.6.&.12.

Ergo ſic ſunt in CHRISTO, vt nō ſolū in ipſo viuuant,moueantur,& ſint,vt Paulus docet in
Actis.17.ſed vt,& quicquid agūt,ſic agant,vt in illius auſpicētur nomine: iuxta verbum Pauli Co
loſſ.3. Ergo ſi fideli non eſt edendum,non bibendum niſi in gloriam CHRISTI, vt mandatur
10. primę ad Cor.multo minus,ſine illius auſpicio,celebrandæ ſunt nuptiæ.

Ergo ſi nubere in CHRISTO, eſt nubere,ꝓut debent exiſtentes in eo:haud dubium, ꝙ nu-
bere,iuxta euāgelicā legē,eſt primū,vt Ambroſius colligit,nubere non infideli,ſed fideli: Quod
& perſpicuè docet Apoſtolus.2.ad Cor.6.Nolite inquit iugum ducere,cum infidelibus. Nā quę
ſocietas lucis ad tenebras:aut quæ conuentio CHRISTI ad belial?

Eſt deinde,vt Auguſtinus notat,nubere,non vt fructificetur carni,& ſanguini;ſed vt fructifi
cetur Deo,in CHRISTO IESV: Qui non ſolùm coniugibus donat, vt generent. Eſa.66. ſed &
C per CHRISTVM mandat,vt qui regenerantur,vnicè ſe patrem agnoſcant,Matth.23.Quare op-
portunè monet Apoſtolus, vt parentes èducent filios,in diſciplina,& timore Domini.Eph.6.

Eſt nubere,etſi in remediū cōcupiſcentiæ.1.ad Cor.7.non tñ ad expletionem libidinis,dicēte
Paulo,oēm libidinē ꝓuocare vltionē Dei,ad Coloſſ.3.& alibi: vocauit nos Deus,non in immun
ditiā,ſed in ſanctificationem:& vt vnuſquiſq; ſuum contineat vas mundum,& nō in paſſione de
ſiderij.1.Theſſ.3.vt & coniugiū ſit honorabile,& thorus impollutus.ad Heb.13.

Eſt demum,nubere ſacrè,non ſolùm,quia fidelium corpora,ſunt dedicata Deo,& templum
decreta ſpiritus ſancti,prima ad Cor.7.non ſolùm,quia ſanctorum filij debent nubere religioſè,
(id enim ratio exigit ſacramenti) ſed & quia, nubere debent, ad imitationem nuptiarum, quæ
ſunt inter CHRISTVM & Eccleſiam:iuxta doctrinam Pauli,ad Epheſios quinto. Sed de Eccle-
ſiaſtica & Politica lege.

Vt autē iuxta legē dirigatur Eccleſiæ,nō tñ opus eſt,vt nubēs abſtineat a conſanguineis, ſaltē
ad quartum gradū,iuxta Canonem Innocentij tertij,in Cōcilio generali:nō ſolùm,vt in faciem
nubat Eccleſiæ,idq; in diebus nō ꝓhibitis,vt quā plures Canones docēt;ſed & ſeruet neceſſe eſt,
D quæ olim diſpoſuit Euariſtus,& nonnulli ex Pontificibus ſummis poſt eum.

Et demum,vt & iuxta legem dirigatur ciuilem;non modo ſeruanda ſunt, quæ tradunt leges
Cęſareæ,ſed & quæ,propriæ vnicuique ſtatuunt reſpublicæ, & probatæ ſeruant in illis conſue-
tudines. Puta,de dotibus,de nuptiarum ſolemnitate,de veſtimentorum moderatione, de tem-
pore transferendi coniugem,ad domum ſponſi,& aliis commune bonum promouentibus.

At petit quis. Num leges præfatæ,tam mordicus ſunt retinendæ:vt ſecus attentantibus,in va-
lidum reddatur coniugium? Tria dicenda videntur. Primùm eſt: ꝙ licet non omnia,de quibus
leges prædictę,eſſentiam ingrediantur matrimonij; omnia tamē ſunt conducentia, & plurima
eorum,maximè neceſſaria. Quare eorum nullum,valet ſine culpa contemni.

Secundum eſt:ꝙ licet ſimpliciter eſſentiale,definiatur conſenſus,nulli tamen dubium quòd
aliquot exigit conditiones,a quibus ipſo iure,nequit abſolui.Siquidē cū ſatis non ſit, ſi cōſenſus

in ſeſe

in ſeſe fuerit rectus,ſed & opus eſt,vt & rectus, tum Diuino,tũ Eccleſiaſtico appareat tribunali: E
haud obſcurum,ꝙ illas neceſſariò exigit conditiones,quibus poſſit in vtroq; conſiſtere.

Tertium eſt:ꝙ illę quidẽ conditiones, Diuino neceſſariæ ſunt tribunali, quæ internè rectificant contrahẽtis aĩum. Quarũ Deus tm̃,eſt tum iudex,tum teſtis. Illæ vero neceſſariæ ſunt Eccleſiaſtico:quæ ſic externè conſenſum abſoluunt,vt iure,de illis valeat Eccleſia definire.

Quare cũ non iudicet,de occultis,nec credat, niſi per legitimos teſtes: palàm ꝙ matrimoniũ, contrahi non debet occultè,nõ ſine teſtibus fide dignis. Ergo,ſi pro ratis,ducit aliqñ clãdeſtina: id nõ fit,ſecundũ rõnes iuris,ſed indulgẽtia quadã. Et in fauorẽ,ni fallor,puellarũ,ne earum detrahatur honori. Quare,ſi ſuo vellet vti iure:ſecus ſentiret decerneretq;.

Matrimoniũ clandeſtinũ, non eſt verũ matrimoniũ.

Sed dicis. Eſto clandeſtina,Eccleſia decerneret,non fore matrimonia;num ꝓpea,non eſſent, re vera? Rñdeo ꝙ indubiè,nõ forent corã Eccleſia. Sed nũ corã Deo? Nec coram Deo. Aliàs non eſſet ſolutum,in cœlo,quod Eccleſia ſoluit ſuper terram:vti Dominus pollicitus eſt.

Nec putandũ,Deũ ſtatuiſſe conſenſum,matrimonium facere,niſi ritè pſtitũ,& Eccleſiaſtico tribunali ꝓbatũ. Probatũ inq̃:vel ſecundũ(vt dictũ eſt)indulgẽtiã, vel ſecundũ ꝙ exigit Eccleſiæ ius. Ergo non ſolũ poſſet Eccleſia,clãdeſtina decernere,nõ eſſe matrimonia, ſed deberet decernere,ſi ſuo vteretur iure:ſicut factum videtur tẽpore Euariſti Papæ. Sed hac de re,ſuo tempore. F

Sacramentum Matrimonij.

Sacramenti nomen:ſi iuxta vocis ſumatur ꝓprietatem,rem dicit arcanam:ſi iuxta Theologorum vſum,nomen eſt ſigni:per quod & inſinuatur,& fit,aliqua res arcana.

Primo modo,frequens eſt,in ſcripturis: vt in Tobia,ſacr̃m regis abſcondere bonũ eſt: in Daniele. Hoc eſt ſacr̃m ſtatuæ:in Paulo, vt notũ faceret ſacr̃m voluntatis ſuæ: in Apocalyſi, Sacr̃m ſeptem ſtellarum,ſacr̃m beſtiæ: & alibi plura. Et hoc pacto, ni fallor,ad Epheſ.5. Sacramentum hoc,magnum eſt. Nam & vox græca,& res ipſa,myſterium,hoc eſt,arcanum præſefert. Et verũ eſt(vt attigimus)in vinculo,tum rati,tum conſummati coniugij.

Cap.12. Cap.2. Coll.cap.1. Cap.17.

Secundo modo,paſſim habetur Theologis:& definitur ex Augu.x.de Ciui.ſignum rei ſacræ. Quod & hunc in modũ. D.interpretatus eſt Tho. Sacramentum inquit,non veteris, ſed nouę legis:eſt ſignũ,non ſpũale,ſed ſenſibile,ex materia cõſtans & forma. Eſt inq̃ ſignũ,nõ modo ſignificans,ſed & cõferens:rei ſacræ,at non cuiuſcunq;,ſed ſanctificantis:non Angelos,ſed homines. Hæc ex D.Tho.par.3 q.60. Sed videndum,quomodo eſt in matrimonio.

Tradunt communi conſenſu Theologi,paſſimq; omnis probat Eccleſia: illud externũ ſenſibile,ex actis conſtans & verbis,quod inter fideles dũ contrahũt,eſſe ſolet,ad ſacramentũ(vt modo loquimur)pertinere:& materiã,& formã implicare. Addunt & vt plurimũ,acta ipſa(puta largitio annuli, cõplexus mutuus,oſculumq; hinc inde)proximam eſſe materiam:& verba, quæ a cõtrahentibus proferuntur(Ego te accipio, iuxta Eccleſiæ morem) propriam eſſe formam. Quod,& D. ſentit Tho.in.4.d.26.q.2. G

Dixi,addunt vt plurimũ: qm̃ non deſunt,quibus acta, non probatur eſſe materiam, cum nec eadem ſint apud omnes,& communi curſu,non præcedant,ſed ſequantur verba: quod materiæ non videtur conſentire. Ergo attendentes duplicia intercedere verba,quædam exploratoria cõtrahentium voluntatis, & quædam explicantia mutuum eorũdem conſenſum; illa ſtatuunt eſſe materiam,& hęc volunt eſſe formam. Acta autẽ,nec materiam,nec formam,ſed ceremoniã ſatis opportunã;ꝑ quam cõmodè inſinuantur,quæ inter coniuges, per contractũ eiuſmodi efficiunt.

Eſt inquiunt ceremonia opportuna:qñ quidẽ nõ ab re,vinculũ quod contrahitur,exprimitur per cõplexũ,fides ꝑ annulũ,pax & dilectio,ꝑ mutuũ oſculũ. At nõ neceſſaria: qm̃ ſine illa eẽ poteſt verus conſenſus. Vnde & matrimonium, per procuratorem contractum,verum quidem eſt matrimonium;& tamen ſine eiuſmodi,ni fallor,ceremonia fit. Et notum eſt,ꝙ & quæ per ceremoniam indicantur,ſatis per verba,quibus contrahitur exprimuntur. H

Ergo illud externum definiendum eſt ſignum;& ſignũ nedum ſignificans,ſed & rem ſacram conferens:per quam & honor & ſanctitas accedit coniugio,prout & in præcedentibus attactum eſt. Significat inq̃,rem ſacram;quoniam mutuum denotat animorum conſenſum, qui ſacer eſt: non tantum,quia fidelibus inuiolabilis,non tantum,quia eſt factus in Domino;ſed & quia ad illum relatus eſt(vt dicetur) animorum conſenſum,qui inter CHRISTVM,& Eccleſiam eius eſt.

Confert vero;qm̃ cũ vnũ de ſeptẽ conſtituatur Eccleſiæ ſacramentis, indubiè deterioris non eſt cenſendũ conditionis ab eis. Quare non ſolùm,ſacrũ(vt diximus) efficit vinculum;ſed & vt inſtrumentum,gratificam quoq;,eamq; maritalem elargitur gratiam. Et licet, tam acta, quàm

verba,

A verba,in quibus hoc conſtitutum eſt ſacramentum,vt ſunt ex nobis,& infirma & egena ſint elementa:vt tamen,in ſacramenti euecta ſunt ratione,& valida,& locupletia organa ſunt.

Sed ais.Eſtò matrimonium,hæc ſacramentum eſſe declarent: eſſe tñ ſacramentum nõ ꝓbant. Et tñ opus erat probare,ſi hęreticis volumus,os perobſtruere. Rñdeo. Si ꝑ matrimoniũ,accipimus copulam,qua coniuges,in vnam,vt diximus,tranſeunt carnem,& arcanum,nõie intelligimus ſacramenti,facile eſt,ſacramentum eſſe reuincere:qm̃ id planè tradit Apoſtolus, ad Eph.5. Cum enim aduerteret à Deo,nedum coniugium inſtitutum,ſed & ea vi donatum, vt vnius efficeret carnis:certior fuit,eximium ea in re latère arcanum,idq; detexit.

Igitur recẽſitis verbis,à Deo,cũ inſtitueretur,per Prothoplaſtẽ prolatis,poſtquã retulit, erũt duo in carnem vnã,mox ſubdit. Sacramentum,ſiue arcanum(nam myſteriũ(vt diximus) legitur græcè)hoc magnum eſt.Siquidem non putandum eſſe dixit,perinſignẽ hanc copulam, rem vulgarem,ſed eximiam,quandoquidem magnum per eam donatur ſecretum: nempè coniunctio illa,ac copula.ter ſacroſancta,quæ inter, CHRISTVM eſt & Eccleſiam.

Ex verbis apoſtoli, matrimonium eſſe ſacramentũ.

Quæ res,adeò à Patribus eſt ponderata,ꝙ voluerunt matrimonium ab initio, ex ſuiq; conſtitutione, ſacramentum eſſe:ita quidem Leo maximus,ſcribit Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo.Nu
B ptiarum ſocietas,ab initio,præter ſexuum commixtionem, etiã in ſe habuit, CHRISTI & Eccleſiæ ſacramentum.Et ea(ni fallor)ratione.Extra de Diuortiis.cap.Gaudemus.Infidelium cõiugium,ſacramẽtum eſt appellatum:& notum eſt, Infidelium matrimonium, poſtquam ſunt ad fidem conuerſi,non minus eſſe,haberiq; ſacramentum,quàm noſtrum.

Verũ,ſi per matrimonium intelligatur contractus, vel ſi mauis,quod extrinſecus in contrahendo à cõiugibus fit cuiuſq, ꝑmiſſa copula,effectus proximus eſt: fateor,mihi non occurrit,ſacris ex literis locus,quo valeat ſacr̃m cõuinci.Sed nec quidẽ oportet:cũ ea in ſignificatione, analogia quadã,acceptũ ſit à Theologis,& ꝓbatũ Eccleſiæ ſacroſanctæ. Ergo ſatis meo videtur iudicio:ideo ſacramentum probari,quia ei illa diffinitio conuenit ſacramenti,quàm retulimus.

At ꝙ conferat gratiam,Apoſtolus ſatis oſtendit,dum in remedium ait cedere cõcupiſcentiæ: qñquidem nulli dubium,ſine gratia,huic morbo ſuccurri non poſſe:& ꝙ ꝓpea coniugium,non ſolùm redditur honorabile,ſed & immaculatus thorus. Adde caſtitatem cõiugalem, Dei ſpeciale eſſe donum,ex doctrina Pauli.1.ad Cor.7.Quin & ſpiritus ſancti fructum,ex eodẽ,ad Gal.5. Sed pauca de matrimonij indiſſolutione.

Matrimonium pręſertim conſummatum diſſolui non poſſe,non ſolùm docet Eccleſia,ſed &
C CHRISTVS:quod Deus coniunxit,homo non ſeparet. Matth.19. Et Apoſtolus: præcipio non ego,ſed Dominus,mulierem à viro non recedere:etſi receſſerit, manere innuptam, aut ſuo reconciliari viro.1.ad Cor.7.Quod etſi,non parum ſibi congruit(ſicut & attactum eſt)ex natura cõiugij:maximè tamen,ad ipſum ſpectat ratione ſacramenti.

Sed dicis.Fateor,ſic eſſe,cõi lege: ſed poſſunt forſitan dari caſus,in quibus licet diſſolui.Et cõſtat,fornicationis caſum,exceptum à CHRISTO, Matth.19. Reſpondeo.Nullum excipi caſum, præter diſparitatem cultus,& ſd ex Pauli,vt videtur, auctoritate: Si infidelis diſcedit, diſcedat. prima ad Cor.7.Ob fornicationem autem compertum eſt,ꝙ Eccleſia diuortium interdicit, etſi thori ſeparationem concedit: vt paſſim ſacris in canonibus.

Nec obſtat,CHRISTI verbum:(Siquis dimiſerit,excepta fornicationis cauſa,) de dimiſſione proferri ſimpliciter,quia de ea,in qua aliam fas eſt accipere:quoniam etſi res ita ſe habet,verbũ tamen CHRISTI, accuratè diſcuſſum,nihil in tali caſu decernit.Nõ enim fit exceptio, vt in fornicatione dicatur licere: ſed vt ea ſuper re,intelligatur,nihil tunc voluiſſe diſponere. Erat ergo negocium hoc,ſicut & alia non pauca,Eccleſiæ ſententiæ relinquendum: & opportunè, ſancto
D ſuggerente ſpiritu,determinandnm.

Nec condncebat,rem eo temporis definire,cum non ſolùm Iudæi,ſed & ipſi,ni fallor, Apoſtoli, ſuiſſent ſcandalum paſſi:quandoquidem compertum erat,nedum poſſe quempiam fornicariam derelinquere,ſed & exemplificare.Matt.2.Et notum eſt,ꝙ & licebat dimittere ꝑꝑ odiũ, Deo nedum permittente,ſed mandante:Si oderis,dimitte,dicit Dominus,Malachię.2.Vnde & exterriti ſunt,dixeruntq;,nubere non expedire,ſi in aliis à fornicatione caſibus,vxorem à ſe nõ
Ioan.16. liceat ablegare.Matth.19. Ergo, hoc vnum ex illis videtur fuiſſe ſecretis, de quibus aliquãdo Dominus· Multa habeo dicere,quæ non poteſtis portare modo.

Declaratio verborũ chriſti ſi quis dimiſerit excepta cauſa fornicationis.

At ſi non quieſcis, ſed eo cõtendis verbo,licere dimittere,& aliam ſuperinducere; dici forſitan poſſet, Eſtò liceret aliqñ:grauiſſimis tñ rõnibus,Eccleſia ſanxit,id fidelibu ,ad ædificationẽ, non exepdire.Multa enim licent,q̃ teſte Paulo,non expediũt,aut ſemꝑ ad ędificationẽ nõ faciũt.

Licebat

Licebat quidem laycis, ſumere calicem: ſed quia Eccleſia vidit, iuſtis de cauſis, id non expedire, E calicem interdixit, & ſub panis ſpecie, laycos tantum communicandos cenſuit.

Sed obiicis. Et in primum quidem reſponſum: Si non licet, vxore exiſtẽte fornicaria, aliam ducere, quõ licet, ſi incurabili detinetur valetudine? Siquidem id concedit Gregorius tertius, ſcribens ad Bonifatium. In ſecundum verò: Quid ſi vxor adulteret, nõ tantum ſemel, ſed ſæpe, & ita vt reddatur infamis? Nunquid non licebit viro, ob fornicationem vitandam, tandem alteri nubere? Siquidem ſine, ſui honoris iniuria, cum illa conuerſari non poteſt: quin nec ſine ſcandalo, illam admittere aliquando non valet.

Primum obiectum, bifariam poteſt excludi. Primò interpretando Gregoriũ loqui de matrimonio non conſummato, de quo, & mota videbatur quæſtio: Si enim vt proponitur, nunquàm ea valuit mulier debitum reddere, haud dubium, ꝙ nequiuit carnalem copulã conſummare. Ergo, vt diximus, ea in re valuit ſummus Pontifex diſpenſare, & copulam coniugalem diſſoluere. Secundò, ꝙ licet matrimonium, eſſet nedum contractum, ſed & vſus hincinde corporum, executioni commiſſus; quia tamen illa infirmitas, impotentiæ æquiualebat perpetuæ, non immeritò, ſi eam inter dirimentia, ſummus Pontifex computauit: ſed expedit, verba afferre Pontificis, vt videatur, an quadrent quæ diximus. F

Quod inquit, propoſuiſti: Si mulier infirmitate correpta, nunquam valuit viro, debitum reddere; quid faciat iugalis? Bonum eſſet, ſi ſic permaneret, vt abſtinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum eſt, ille qui ſe non poterit continere, nubat magis. Non tamen, ei ſubſidij opem ſubtrahat, quam infirmitas præpedit, & non deteſtabilis culpa excludit. Hæc ex Gregor[illegible]. Et illa verba (Non ei ſubſidii, &c.) nõ puto eſſe neceſſitatis, ſed pietatis: non neceſſitatis, quia nubendo alteri, prius diſſoluitur matrimonium: Sed pietatis, tum quia infirma, tum quia longam cum ea fortè conſuetudinem duxerat. Et forſitan pauper, nec facile erat ſibi aliunde ſuccurri.

Secundum obiectum, ni fallor, reiici valet: quoniam etſi eo in caſu, fortè liceret abſolutè, nõ liceret tamen, omnibus conſideratis. Quare haud immeritò, ab Eccleſia (quæ non ſolùm habet, quæ ſunt œconomiæ diſponere, ſed & quæ ex ore proficiſcuntur CHRISTI inseipretari) interdictum eſt. Ille igitur (ſi durum videtur continere) Deum, vt par eſt, roget, ieiunet, corpus affligat, nihilq́;, quod ad continentiam conferat, non tentet: & indubiè fiet voti compos. Poſtquam enim lubuit nubere haud æquum eſt, non velle tolerare, quæ conditio aliquando afferat matrimonij. Vbi & hoc poſtremum non obtinet locum. Hactenus de ſacro: modo de Interdicto. G

Interdictum Matrimonij.

Ex tribus interdicitur matrimonium: cognatione, ordine, & monachatu. Ex cognatione: vt patet. 18. Leuitici, & pluribus Canonibus Eccleſiaſticis. Et plures quidem interdicti ſunt gradus: ſed ſolus inter matrem & filium, inter patrem & filiam, vti iuri naturæ repugnans: idq; ſimpliciter, & non vt alij (ſicut dicetur) gradus, ſecundùm quid. ita ſolent loqui Theologi.

Matrimoniũ in primo gradu ſecũdùm ſe malum, & iõ nullo modo diſpenſabile.

Dico iuri naturæ repugnans: eo ꝙ iuſtum eſt, ſecundùm rationem rectam. Ius enim idem eſt, quod iuſtum: & natura, pro recta in præſenti ſumitur ratione. Dico ſimpliciter: quoniam filiam coniungi patri, & filium matri, eſt ſecundùm ſe prauum: & ob id, nullo vnquàm caſu, nullaue occaſione conceſſum. Quare non immeritò, ſi nunquam in diuinis diſpẽſetur literis, aut in qua volueris permittatur repub. ritè diſpoſita: tam etſi fortè, quibuſdam aliquando tentatum ſit barbaris, verè ſtupidioribus brutis: qñ Ariſtotele teſte. 8. de animalibus, id abhorruerit equus.

Etquidem ꝙ ſit ex ſe prauum, haud difficilè eſt conuincere. Et vt meæ ſuccurrit imbecillitati, triplici ratione. Repugnat enim coniugali copulæ, maritali contractui, et honeſtati coitus. Et H ꝙ repugnet coniugali copulæ, vel ex eo eſt conſtans, ꝙ cum per illam, mox mulier, os fiat de oſſe, & caro de viri carne; haud dubium ꝙ illi repugnat ſi præcedat (nõ enim fit, quod eſt, ſed quod non eſt) Conſtat autem, ꝙ tam filia quàm filius, ſunt os & caro, ex oſſe & carne parentum; non ſolùm, quia id ſacra docet ſcriptura Gen. 2. ſed & quia id tradit philoſophus. Eth. 8. Et meritò, cũ ex eorum ſint ſemine, quod de illorum ſubſtantia eſt.

Sed dicis. Alio quidem modo, vxor ex oſſe & carne efficitur viri, quàm filij ex oſſe & carne parentum: nam illa, ex vi fit coniugalis copulæ, vt quæ per eam, ſic nectitur viro, ꝙ mox de illius euadat familia, & cognatione: propter quod & iure, mutuat nomen ab illa, & domum acquirit mariti, & illius fruitur priuilegiis. At iſti ex vi fiunt generationis, & ob id, ſuaptè natura portio ſunt parentum: & non ſecus vt eorum reſiduum (ita ſcriptura loquitur, 18. Leuitici) in quo, prout

A fas eſt remaneant, ac ſui loco ſuccedant. Hæc non diſſiteor:& propterea, idem aliunde conſti-
tuendum eſſe videtur.

Addam ergo, ꝙ cum in coniugali copula, libera hinc inde, detur corporis (hoc eſt, vt ex Aug.
dictum eſt, partis genitalis) poteſtas, & eo pacto, vt vltra mulieris facultati non ſubſit dominium
ſui ſexus, nec viro generationis organi: nemo detrectare poteſt, rem hanc quantum foret horro
ris, & quàm extremè illi reuerentiæ, illique honori, quæ debentur parentibus repugnaret ad-
uerſareturque. Si enim dedecus non ferendum eſt, vel videre verenda parentum, ob idq; Noe-
mus maledixit Chanaam, Geneſis.9. quanto magis execrandum facinus, de illis pro voluntate,
quin & pro libidine, pro tota vita diſponere: immo & patrem & matrẽ, cum libuerit ad redden-
dum quod deberent, aſtringere?

Quòd repugnet maritali contractui: inde facile eſt agnoſcere, ꝙ contractus eſt ſocialis, & ob
id, quandam inter coniuges, æqualitatem exigens: quam conſtat inter filios, & parentes eſſe nõ
poſſe. Sicut enim inter illos, inueniri nequit iuſtũ ſimpliciter, Ethi.5. nec valent filij, parentibus
reddere æquale, Ethic.8. ita nec illa inter eos põt admitti ſocietas, quæ ęqualitatẽ exigat. Pręter
id, ꝙ ſocietas, de qua ſermo neceſſariò illam cõem poſtulat exhibitionem partium carnis, quę in-
B ter parentes, & filios, ſine (vt dictum eſt) honoris, & iuſti naturalis, & hinc inde debiti officij, vel
ſeruari, vel retineri non poſſet, violatione.

Quòd repugnet decentiæ vſus: non eſt cur moremur. Si enim non foret, non dicam indecens,
ſed inſigniter indecens, Lot filiæ, in caſu, quo deletam, hominum putabant poſteritatẽ, nec mo-
dum alium, vt repararetur, credebant mundo relictũ, niſi ſemine ab eis ſuſcepto ex patre, illum
profectò, nõ eouſq; reddidiſſent ębriũ, vt nõ ꝑciperet, vel cũ cõcũberent, vel cũ ſemine excepto
recederent. Nec mirum quidem: qñ & inter legitimè copulatos, vix, vel nunquam, tum ob ardo-
rem venereę voluptatis, tum ob indebitos ob peccatum derelictos genitalium motus, nõ modo
caſtitas non ſeruetur coniugalis, ſed nec honor, debitus matrimonio. Ergo quid putandũ: ſi con
tra naturæ cõgrederetur ius:& ab iis reſtentaretur, quibus & honor retinendus eſt filialis, & pa-
terna remittenda nõ eſt diſciplina? Modo de ijs quibus, naturæ iùs non repugnat ſimpliciter.

Reliqui tam conſanguinitatis, quam affinitatis gradus, qui interdicuntur, vel.18. Leuitici, vel
tandem in Laterañ. Conci. ſub Innocentio.3. etſi ſecundùm ius interdicti ſunt naturale, non ta-
men quia illi repugnent ſimpliciter, ſed quia repugnant quodam pacto, & vt dicunt, ſecundùm
C quid. Quare & diſpenſationem, pro loco, pro tempore, & occaſione, nõ renuunt: quin & in quá
pluribus, in diuinis diſpenſati ſunt literis, & iuſtis de cauſis, diſpenſantur nonnunquam ab apoſto
lica ſede. Tametſi quędam non detrectamus inter illa arctius, & quædam interdicta ſolubilius:
ſecundùm ꝙ vel propinquiores, vel remotiores fuerint gradus.

Fundamentum eſt: quia licet ita ratio ſuadeat naturalis, tum ad vitandum nimium æſtum cõ-
cupiſcentiæ, & quę facilius contingeret, relaxationẽ animi, tũ ad conciliandas ſeruandaſq; poli-
ticas amicitias, ne cõiugamur cõſanguineis, ſed aliis, etſi nobis non diſconuenientibus: ea tamẽ,
cum in prędicta conſtituta ſint honeſtate decentiaq;, ſeruanda ſunt quidem communi curſu, ve-
rùm non tam mordicus retinenda, vt aliqñ, vrgentibus, grauibusq; rõnibus, ſeu inſtante neceſſi
tate, ſecus non deceat, ac iuxta rectæ rationis iudicium, fieri aliter non oporteat, vt cuiq; facile eſt
animaduertere. Quare ſcitè, mea ſententia, admonet Caietanus.18. Leuitici: coniugiũ iis in gra
dibus, malũ eſſe moraliter, ſi ſumitur ſolitariè, ſed ꝙ illud poteſt excludi, aliqua honeſta circun-
ſtantia. Nunc de ordine.

Interdicitur & iis, qui ad ſacros promouentur ordines matrimonium: nõ quidem ex lege na- Promouẽdis ad ſacros ordines interdicitur matrimonium, nõ iure naturæ, aut euangelico ſed Eccleſiaſtico.
turali, non ex euangelica, non ex apoſtolica, ſed ex eccleſiaſtica.28.q.2. Sors. Nam licet ſacris ad-
D dictos, ſuadeat naturæ lex, debere viuere caſtè; propter quod & apud Gentes ſacerdotes. vitã du-
cebant cęlibẽ (Teſtis eſt Hierony. ad Gerundiã, Teſtis & Tertullianus, tũ in lib. de præſcriptio-
ne, tum in libr. de Monogamia) & Licet Ioannẽ Dñs, futurum nedum euangeliſtã, ſed prædile-
ctum Apoſtolum, à nuptiis abſtraxerit, vt nonnullorum Patrum ſententia eſt, & commẽdaue-
rit, qui caſtrauerunt ſeſe, ob regnum Dei. Matth.19. Id tamen nullis adurget præceptis.

Quin & compertum eſt, non ſolum Apoſtolorum principem Petrum, habuiſſe cõiugẽ (nam
ſocrũ habere dr̃ in euãgelio) ſed omnes ferè Apoſtolos (Siquidẽ ſi Ambroſio creditur.1. ad Cor.
10. habuerunt oẽs, ꝑter Paulũ, & Ioã.) Nec modo plures habuerũt ex Apoſtolis, ſed aliqñ, illas du
cebant ſecũ, vt & illis, pariter ꝓuideret de alimentis & aliis neceſſitatibus. Quod & Apoſtolus, il
lis in verbis (An nõ habemus ꝑtãtẽ ſororẽ mulierem circunducendi, ſicut cæteri Apoſtoli, Dñi
1.Cor.9. fratres, & Cephas) vr̃ exprimere, ſicut & Leo nonus fatet. Omnino.31.d. vbi & ſextum, ni fallor,

NNN interpretatur

interpretatur Apoſtolorum canonem:in quo cautum eſt,ne Epiſcopus,Sacerdos,vel Diaconus, E vxorem prætextu religionis abiiciat.

Habuerunt inquam vxores,earumq́; non abiecerunt a ſe curam: ſed poſtquam ſacro initiati fuerunt miniſterio,maritalibus non ſunt vſi complexibus. Vnde & ritè præfatus Pōtifex. Nicetam reprehendit Abbatem,q̄ vt debuit verba non ponderauit Apoſtoli: nō enim inquit poteſtatem habemus complexandi,ſed circunducendi, idq́, vt mercede prædicationis ſuſtentaretur ab eis. Et optimo quidem iure quoniam ſi abſtinendum eſt,teſte Paulo, vt vacetur orationi,ſi, vt licitè panes ederentur propoſitionis,ſi mundandi leuitę,antequam ferrent aut tangerent Domini vaſa: quanto magis,abſtinendum ab iis,qui continuò vacare debent orationibus, & miniſterio verbi,qui frequēter ſacroſancta veſcunt̄ euchariſtia,& tractāt ac miniſtrāt Eccleſiæ ſacra?

Ergo indubiè ſpū ſancto acta,non ſolùm à ſacris miniſtris,Eccleſia exigit caſtitatem, ſed exigit,vt eam ſpondeant,ac ſolemni profiteantur voto. Cui & tantam adhibet vim,vt velit, nedum matrimonium, ne contrahatur impedire, ſed & contractum,ipſo facto,irritate. Ea enim eſt eſſentialis,ſolemnis voti conditio: vt eo emiſſo,nequeat contrahi,& ita nequeat, vt cōtractum ſit nullū, Nam licet voti ſolemnitas,ex externa ſumpta videatur ceremonia, nō tamen conſiſtit in ea: ſed in vi quam diximus, voto in ſubdiaconatu emiſſo, ab Eccleſiæ auctoritate decreta collataque. Et quanquam ordinis ſacramento caſtitas indubitanter conſentiat,illi tamen non eſt adeo intima,vt neceſſariò matrimonium non admittat. Quare etſi ex illo mota eſt Eccleſia,ad ſolemnizandum votum in ſubdiaconatu emiſſum: ſolemnitas tamen, non ex illius proficiſcitur natura,ſed ex diſpoſitione Eccleſiæ. F

Et vt verbū addā de monachatu: certum eſt,& illi votum annecti continentiæ,& ſic annecti, q̄ ſi Innocentio tertio creditur,nec ſummus Pontifex,ſuper eo valeat diſpenſare: ita quidem dicit,De ſtatu monachorū. Cum ad monaſterium. Abdicatio proprietatis, ſicut etiam cuſtodia caſtitatis,adeò annexa eſt regulæ monachali: vt contra eam, nec ſummus Pōtifex poſſit indulgere. Et quidem non immeritò, cum id vel monachi præſeferat nomen: quippè quod ab vnitate deductum, ſolitudinem exigit. Quod conſtat matrimonio repugnare. Ergo probè, non ex conſtitutione tantum Eccleſiæ,vt in ſacri ordinis ſuſceptione,ſed ex rei natura, continentia annexa decernitur monachatui;cum id requirat ſtatus,regulaq́; quam monachus profitetur. Qui ſtatus, nedum eſt ab Eccleſia approbatus: ſed & ab Apoſtolis,vt Diuo Tho. placet introductus,ſecunda ſecundæ.q.88.art.7.

Ergo cum votum emittitur,in monachi profeſſione,votū illud, ex natura monachalis ſtatus, G ſortitur ſolemnitatem voti: quæ & matrimonium,vt diximus,impedit contrahēdum, & dirimit, ſiquo modo contrahatur. Et licet per ſummi Pontificis poteſtatem,fieri non poſſit, vt continentia à ſtatu dimoueatur monachali,eo q̄ contineret incompoſſibilia,non ſecus ac ſiquis remouere tentaret,eſſe calidum à candenti ferro: ſicut tamen ferrū exuit aliquando naturam ignis & eo pacto igneo exoneratur calore,ita & qui monachus eſt,& ob id, ad continentiam velit nolit eſt obligatus,poteſt ſummi Pōtificis auctoritate, iuſtis de cauſis, monachatum exuere,& ſic exutus & ob id a continentia liberatus, etiam matrimonij legibus ſe aſtringere. Ad Dei gloriā. Amen.

DE EXPIATORIO MISSÆ SACRIFICIO:

Deq; illius inſtitutione,& oblatione a Chriſto facta,in nouiſſima cęna, Enarratio Tractatioue Compendiaria.

Authore Reuerendiſſimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo. H

PRÆFATIO.

LIcet de Expiatorio miſſę ſacrificio, deq́; illius à CHRISTO inſtitutione, & oblatione in nouiſſima cęna,plura ſint per nos tractata,cum CHRISTI enarrauimus Sacerdotium; quia tamen nuper in ſacroſancto Tridentino Concilio, ea res maturius eſt digeſta,& amplius à quā pluribus ex patribus diſputata, nō ab re duximus,ſi et quæ nos in medium protulimus, ac noſtra pro tenuitate diſputauimus, compendiaria perſtringantur enarratione. Vt vel tali pacto, quod aliàs diximus, reddatur nedū explicatius,ſed abſolutius: ſub cenſura cuiuſuis rectius ſentientis.

Miſſam

A Miſſam nedum eſſe ſacrificium: ſed multiplex continere ſacrificium.

Principio non digladiabimur, de Miſſæ vocabulo: mutuetur ne, ex lingua ſancta, an ex lingua latina. Illud probatur neotericis: iſtud ſcholaſticis. Non digladiabimur inquam: quoniam vtrũ dicas, incommodum nullum affers. Et quidem ſi ſumitur ex hebræa, ſumitur (vt dicunt) ex thema-te, Mas, vel Maſca: & vtrumque fauet intento. Nam ex priori, oblationem exprimit volunta-riam: ex poſteriori, eleuationem, ſed adeo annexam ſacrificio, vt non tarò vſurpetur pro eo. Ele-
Pſal. 140. uatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Si vero ſumitur ex Romana: putant aliqui, ideò dici Miſſam, quia Miſſi, hoc eſt CHRISTI, peculiare ſacrificium eſt. Siquidem eſt compertum, Miſſi vocẽ, nedum Seruatori congruere: ſed illi inſigniter conuenire. Nec ea tantum ratione, quia miſſus a Patre: ſed & quia noſtram aſſum-
Gen. 49. pſit carnem, cuius, & aſſumptio, ipſa miſſio eſt. Adde, ꝙ ſi priuſquàm aſſumeret carnem, voce ex-
Eſai. 16. primebatur, mittendi (Donec veniat, qui mittendus eſt: Emitte agnum, Mitte quem miſſurus es)
Exod. 4. non immeritò poſtquam illam aſſumpſit, ſi voce exprimatur, miſſi. Ergo ſicut baptiſmus, nõ in-iuria, natatorium diceretur miſſi: ita nec inappoſitè Miſſa ſacrificium dicitur eius.

Miſſę nomẽ, vel ex hębrea vel ex latina lingua trahiť & quid ſignificet.

B Probant alij Miſſam ideo nuncupatam: quia actum in ea ſacrificium, mittitur p CHRISTVM offerendum Deo Patri, in excelſo curiæ ſupercœleſtis altari: ſicut & perſpicuè legis in Canone. Iube hæc inquit, perferri, per ſanctum Angelum tuum (CHRISTVM ſcilicet, qui nedum eſt te-
Mala. 3. ſtamenti, ſed magni conſilij) in ſublime altare tuum, in conſpectu Diuinæ maieſtatis tuæ. Ergo
Eſa. 9. palàm, quòd huius vocis origo (ſiue hæc ſiue illa ſit) noſtro non præiudicat inſtituto: cum quæ libet faueat ſacrificio. Verùm vtcumque res habeat: non de voce, ſed de re, voce ſignificata, in præſenti ſermo eſt.

Quam obrem, ex communi omniũ recipiemus aſſenſu: quod Liturgìa eſt Græcis, Miſſam eſſe latinis: & propterea ꝙ ea voce, omnis illa comprehenditur functio, totumq; myſterium, quod celebrans præſtat ad altare: cuius & paſſim etiã antiquiſſimi meminerunt Patres, vt Dion. Ierar. Eccl. cap. 3. Iuſtinus martyr, in epilogo primæ apologiæ: & Ireneus. 4. aduerſus hæreſes. 3:. capite. Ergo Miſſæ voce, & populi complectitur eruditio, quæ in epiſtola continetur & euangelio, & preces & diuinæ laudes, quæ in collectis apparent & præfatione, & demum arcana illa & tremen da myſteria, quæ ad corpus ſpectant, & ſanguinem CHRISTI.

Miſſam ſ primis ſui partibus, ſacrificium dici poſ ſe, nulli dubium.

C Accipiemus ergo vti res exploratam, ac penitus incontrouerſam: miſſam in prioribus parti-bus, poſſe ſacrificium dici, quoniam eruditio, euangelizatioq; ad populum, ſi Paulo creditur. 15. ad Rom. ſacrificium eſt, eam planè ob rationem, ꝙ per illam populus conſecratur Deo, promo-ueturq; in fide CHRISTI: quod ad ſacrificium pertinere. 3. ad Philip. Apoſtolus docet. Preceſq;
Pſal. 49. & diuinas laudes eſſe ſacrificia, paſſim ſacræ recenſeãt literæ: Ad Hebr. 13. offeramus per ipſum,
& 140. hoſtiam ſemper Deo: Immola Deo ſacrificiũ laudis: Et dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Ergo de poſtrema parte totum negocium eſt.

Quæ quidem pars, etſi triplici conſtat actione (nam in ea CHRISTI corpus, & ſanguis conſe cratur: immolatur, & ſumitur) etſi earum quęlibet carpitur ab aduerſarijs: ſecunda tamẽ præ re-liquis. Siquidem licet per conſecrationem, negẽt panis & vini ſubſtantiam, in corpus & ſangui-nem CHRISTI conuerti: fatentur tamen, verum per eam ſacramentum confici, cum admittant omnes, verum & proprium ſacramentum, euchariſtiam eſſe. Fatentur & per ſumptionem, com municari quidem corpus & ſanguinem CHRISTI: ſed aſſerunt contra communionis fieri ra-tionem, ſi præter conficientem, non ſumãt alij: & id vtràq; ſub ſpecie. Verũ de his, nihil ad p̃ſens.

D De immolatione autem, etſi fatentur (ne prorſus contemnere videanť Patres) ſacramentum hoc, nomen admittere ſacrificij: uolunt tamen, id non intrinſeca, ſed extrinſeca illi congruere ratione. Non inquam intrinſeca: quia nolunt illud quouis pacto offerri, ſed quia in memoriam oblati in cruce ſacrificii conficitur, ſumiturq;, ſacrificium nuncupari. Dicunt enim (& in hoc, nõ abſurdè) ꝙ tam conficiens, quam ſumens, illius debet recordari ſacrificij: quin & ad illud adhibe
Luc. 22. re animum, qñ ſcriptum eſt. Quotiẽſcunq; hoc feceritis: in mei memoriam facietis. Et quotieſ-
1. Cor. 11. cunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem domini annunciabitis.

Hęreticorũ obiectiones contra ſacrificium miſſę.

Addunt tamẽ aliqui, ꝙ valet etiam dici ſacrificium alia ratione: nempè quia recordationem ſacrificij crucis, debet comitari gratiarum actio (ſiquidem illius memoria non fit, vt contemna-tur, ſed vt ſuſpiciatur, ac eo prò, gratiæ referantur Deo) Qua de re, etſi ſacrificium fatentur eu-cahriſticum: non ideo tamen, ꝙ oblatum ſit, pro agendis gratijs, ſed quia euchariſtiæ gratiarum actiones, optimo iure ſunt comites. Ergo cum, vel ex relatione ad ſacrificium crucis, vel a comi-

tantibus actionibus gratiarum, hac in re, nomen tantum admittant ſacrificij; palàm q illi, apud E
eos, non niſi ex extrinſeca ratione attribuendum eſt ſacrificij nomen.

Catholicorũ ſenſus de miſſæ ſacrificio. At Catholici altaris agnoſcimus ſacramentum, nedum vt ſacramentum, nedũ confici ſumiq; in memoriam ſacrificij crucis, ob idque & gratias agimus Deo; ſed & fatemur confectum ſacramentum, Deo immolari, & propterea, vera & intrinſeca ratione ſacrificium eſſe. Nec modo hoc, de panis ac vini dicimus ſpeciebus, quæ non rarò, nomen retinent ſacramenti, per quas imagine, ſeu imitatione quadam, crucis refertur ſacrificium, in quo ſanguis fuit ſeparatus à corpore, ſicut & ſpecies panis à ſpecie vini: ſed & maximè, de corpore & ſanguine, illis ſub ſpeciebus contentis. Quæ & offerri dicimus: tum pro peccatis expiandis, tum & pro gratijs Deo reddendis. Ergo euchariſtia, nedum expiatorium: ſed & pacificum ſacrificium eſt.

Sacrificiũ ꝓprie & ſi ex internis debeat ꝓficiſci, tñ reqrit aliquid extrinſecum. Hæc inquam agnoſcimus, nec modo agnoſcimus, ſed valido conſtituimus iure: vt ex ſequentibus manifeſtum eſt. Et vt nullus, in voce liſtitet ſacrificij, attendendum q etſi ſacrificium ſemper ex intimis proficiſci debet offerentis, ſi tamen loquendum eſſet exactè, externũ exigit opus ceremoniamq;: & id non ſolùm, vt externum Deo reddatur obſequium, ſed vt rationẽ induat ſacrificij, ac ſecernatur ab oblatione, iuxta ea, quæ tradit Aquinás. 2. 2. q. 85. artic. 3. ad 3. Propter qđ & in lege, Primitiæ, quæ ſine externo offerebantur opere & ceremonia, nomen quidem admittebant oblationis, ſed non ſacrificij, vt notum eſt in ſacris literis aſſuetis. F

Et quanquam id fortè non multum ponderaretur diſcrimen, præſertim quia hac in re, indiſferenter Patres, vtràq; vſi ſunt voce (Siquidem Smirnenſibus, oblationem vocauit Ignatius: Sacrificium in Omilia de Iudæ proditione Chryſoſtomus: oblationem contra Celſum Origenes; & ſacrificium frequenter Auguſtinus: oblationem in lib. de oratione Tertulianus: & modo oblationem, modo ſacrificium. 4. contra hæreſes. 32. Irenæus) quia tamẽ, totũ quod in eo eſt extrinſecum, ſiue quæuis ſuperaddita ceremonia, contemnitur ab aduerſariis, humanum acclamantibus inuentum, & in Eccleſia, per multos annos ignoratũ: ab re non fuit, q diximus aiaduertere.

Igitur hinc exordium nacti, dicimus q etſi minimè imus inficias, Eccleſiã diuino actã impulſu, ad fidelium excitationem & frugem, nonnullas in miſſa, tractu temporis adhibuiſſe ceremonias, & in oblatione, de qua ſermo, ad proteſtandum facto, memoriã paſſionis CHRISTI, quaſdam piè ac religiosè addidiſſe cruces, certas fractiones hoſtiæ, quibus fortè à principio, non tali penitus, vtebatur pacto; conſtat tamen, quando à CHRISTO eſt inſtitutum hoc ſacramentum & oblatum, id aliquibus factum ceremoniis (nam panem accepit in manibus, oculos eleuauit in cœlum, egit gratias Deo, deditq; diſcipulis ſuis). G

Conſtat & Pauli ætate, oblationem hanc, certis peractam ceremoniis, & noſtris, ni fallor, nõ valdè diſſimilibus. Siquidem. 1. ad Cor. 10. Calix inquit benedictionis, hoc eſt, inſigniter benedictus, ſicut & filius dilectionis, filius dicitur eximiè dilectus (ea enim linguæ ſanctæ phraſis) qui nimirum eſt benedictus, cum eſt conſecratus, oblatusq; Deo (ſicut & in cœna benedixit CHRISTVS) & fortè non ſine crucis ſigno, cum familiare ſit, in omnibus noſtræ fidei ſacramentis, vt refert Stephanus. Nunquid. de con. d. 4. Et panis (ſubdit) quem frangimus: vbi & perſpicua eſt ceremonia. Ergo non eſt nuper inuentum, aut in Eccleſia, vt blacterant ignoratum. Sed oſtendamus ſacrificium hoc à CHRISTO inſtitutum, oblatum, & vt immoletur præceptum.

Fauſtiſſimum Miſſæ ſacrificium, in cœna nedum inſtitutum, ſed oblatum, & vt offeratur præceptum.

Chriſt⁹ & ſacramentũ altaris & eius oblationem inſtituit. Compertum eſt CHRISTVM, nedum altaris inſtituiſſe ſacramentum: ſed & oblationem. Primum fatentur etiam aduerſarij, etiam Caluiniſtæ: Secundum probant omnes Patres, qui docent, illud nouum eſſe paſcha, eaq; ſub ratione inſtitutum à CHRISTO. Docent, & qui Domini verba, quibus hoc in opere vſus eſt, prudenter excutiunt ponderátque. Et vt de Patribus, Paſchaq; primum: Scripſit Diuus Hieronymus Matth. 26. Nouum inquiens condidit paſcha, in vltima cœna: Scripſit Chryſoſtomus in Omilia de proditione Iudæ, Typicum abſoluit paſcha, in agno paſchali, & nouum inſtituit, in euchariſtiæ ſacramento: ſcripſit Leo ſermo. 7. de paſſione, vetus teſtamentum conſummabat, & nouum paſcha cõdebat: Scripſit Beda. 14. in Marcum, Abſoluit Paſcha legale, & conſtituit euangelicum. Ex quibus (cum Exodi. 12. exploratum ſit, paſcha ſine immolatione non fore: quin & illam in ſeſe, ſuaque ratione complecti) valde conſtitutum eſt, quod intendimus. Si enim nouum inſtitutum eſt paſcha: palàm quòd res inſtituta eſt immolatitia, opportunoque ſacrificanda. H

Quod autem attinet Domini verba: notum eſt q ſacramentum inſtituendo panis, ſic dixit.

Hoc

A Hoc eſt corpus meum,ſed non quacunq; ratione:verùm,vt pro vobis datum, & fractum in cruce. Id enim docet Lucas,cum ſubdit,quod pro vobis datur: & Paulus cum adiunxit,& frangitur. Quod perſtringens Aug. pro vobis inquit immolatur,ſeu offertur. Ergo non modo inſtitutum eſt ſacramentum,ſub ratione ſacramenti,ad quod ſatis videbantur verba priora : ſed & ſub rõne ſacrificij,ad quod faciunt verba ſubiuncta. At non minus intentum promouent,verba de calice: ſic enim inquit. Hic eſt ſanguis meus,noui teſtamenti(planè confirmatorius,legiſq; nouę ratificatorius,non minus ac ſanguis animalium legis antiquæ : ſicut animaduertere docet Apoſtolus 9.ad Heb.cap.)Siquidem in ſanguine,& præſertim fuſo,deſignatur mors:quæ vt valeat teſtamẽtum,teſte Paulo,neceſſaria eſt. Ergo vt ritè põderauit Chryſoſtomus 20 ſuper Matt.&.26. poſt Chyſoſtomum,in eundem Theophilactus:ſanguis eo in ſacramẽto,ſanguis extitit immolatitius, non minus quàm ſanguis animalium,cum legis liber aſperſus eſt.

Cap.22.
1. Cor.10

Nec modo ſacramentum inſtitutum eſt immolatitium,opportuneq; ſacrificandum:ſed & eſt tunc immolatum à CHRISTO. Quod triplici manifeſtatur ratione. Et Prima eſt: quia id exigit conſecrationis ratio. Cum enim ex conſecrationis vi,non ſolùm ex pane confectũ ſit CHRISTI corpus,& ex vino ipſiuſmet ſanguis:ſed cõſectum ſit(vt diximus,nõ præciſè,ſed vt datum, & fra-
B ctum,& in confirmationem nouæ legis,& peccatorum expiationem profuſus ; admittere neceſſe eſt,conſecrationis vim,non modo ad ſubſtantiam pertinere ſacramenti , ſed et ad immolationem eius,et ſi ad illam directè,& ad hanc,quadam conſecutione. Sicut enim generans ignem , generat conſecutione calorẽ(nam generatio eſt directè ſubſtantiæ, & conſequenter inſeparabilis accidentis: pp quod non modo gñonis,ſed & alterationis vim habet)ita & cõſecrãs, directè efficit ſubſtantiã ſacri,& conſequẽter quod in eo eſt ſacrificij. Quare ſcitè. D. docet Aquinàs. par. 3.q.52.ar.10.in cor.& ad primũ . q in ipſa huius ſacri conſecratione, Deo immolatur ſacrificium.

Sacr͠m altaris nõ modo inſtituũ eſt a Chriſto ut immolandũ opportunè, ſed & ab ipſo immolatum.

Secunda eſt,quia paſcha a ſe conſtitutum comedit,comedendumq; tradidit: Ergo nõ modo, res fuit immolatitia,ſed reipſa immolata. Nõ enim comedebatur paſcha , niſi immolatũ. Exo.12. cap. Vnde & Apoſtolus,poſtquam dixit,Paſcha noſtrum immolatus eſt CHRISTVS, mox ſubdidit: itaq; epulemur. Ergo ſcitè.10.ſup Lucam ſcribit Ambroſius: Cum CHRISTVS offertur in altari,paſcha immolatur pro nobis. Sicut & Leo,eodem in ſermone: Hoſtia in hoſtiã tranſit , ſanguis ſanguine aufertur:& legalis victima dum mutatur impletur. Tertia ex typo ſumitur Melchiſedec. Nam licet in multis aſſimilatus ſit filio Dei , vt Paulus refert ad Hebr. 7. maximè tamen in ſacerdotio,& ſacrificij ritu,ei aſſimilatus eſt.

1.Cor.5.

C Conſtat autem,non ſolum ex Augu. ps.38.& 109. Ex Cypriano.2. Epiſt lib. epiſtola.3. Ex Epiphanio,contra hæreſes lib.1.cap.55. Ex Hieronymo ps.109. Ex Theophilacto,ad Heb.5. Sed & ex cõi ſenſu Eccleſiæ: ritum ſacrificii Melchiſedec,fuiſſe offerre panem ſub ſpecie panis, & vinum ſub ſpecie vini. Ergo & oblatio CHRISTI, vt ritu fungeretur Melchiſedec, eſt peracta in cœna, & non vt quidã dicunt,in cruce. Licet enim in cruce caro oblata,dicta ſit panis (panis,quem ego dabo,caro mea eſt,quam ego dabo,pro mundi vita)licet oblatus in eadem ſanguis dictus ſit potus(caro mea,vere eſt cibus,& ſanguis meus vere eſt potus)immo & dictus ſit vinum (lauabit in vino ſtolam ſuam: Gen.49.)quia tamen in cruce,caro oblata eſt,ſub forma carnis,& ſanguis ſub forma cruoris , & nõ ſub forma panis & vini:oblatio illa non eſt ſimpliciter ſecundum ordinem Melchiſedec. Verũ hęc rõ non vulgarẽ patitur difficultatẽ: cui occurrendum eſt. Sic enim habet.

Ritus ſacrificii. Melchiſedec,fuit offerre panẽ & vinum ſub ſpecie panis & vini, ita & chriſtus, carnem & ſanguinẽ ſuum.

Ioan.6.

CHRISTVS non fungitur officio Melchiſedechico,niſi poſt reſurrectionem: ergo illo nõ eſt functus in cœna. Conſequentia neceſſaria:& aſſumptum docet Apoſtolus. Lex inquit ad Heb.7. conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi (de quo Dauid , Iurauit Dñs,& non pęnitebit eum, Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec) quod
D poſt legem eſt(nam Dauidis verbum,longè poſt legem prolatum eſt)conſtituit Dei filium conſummatum,hoc eſt per paſſionem perfectum. Ita quidem , &.2.capito, eo vſus eſt verbo. Decuit eum inquit,per quem omnia,& in quo omnia,per paſſionem conſummari. Et in principio octaui tradit,q ſi CHRISTVS eſſet ſuper terram,non eſſet ſacerdos (de externo loquitur ſacerdotio)quoniam vt ſubdit,non erat de tribu Leui:& eſſent adhuc , qui deſeruirent tabernaculo , & offerrent ſacrificia . Curreret enim adhuc vetus lex . Vnde & Dauid idem confirmat , docens CHRISTVM ſacerdotem à Deo dictum,poſtquàm ſedet ad dexteram Dei,iuxta ordinem Melchiſedec: vt conſtat ſiquis. ps 109. excutiat.

Obiectio cõtra prędicta.

Pſal. 109.

Sacerdos ergo eſt CHRISTVS , ſecundum ordinem Melchiſedec , non quando fuit in carne mortali,ſed poſtquam conſequutus eſt vitam indiſſolubilem:& ſedet in dextera Dei,offerendo iugiter ſeſe Patri, ſub ſpecie panis & vini . Quod & duobus efficit modis : Altero ſacrificando in

altari Eccleſiæ militantis, ſuum corpus & ſanguinem, per Eccleſiã, quæ offert, vt tradit Irenęus lib.4.cap.32.& ſacerdotes, qui in ea ſunt, veluti per miniſtros, vt Augu.docet.10.de Ciui.Dei.ca. 20.Et Ambro. ps.38.Et Iſichius.2.ſup Leui.ca.8.qui & dicit, ita CHRISTVM, ſe per ſacerdotes offerre: q nisi ſe offerret, diuinũ, inquit, nõ eſſet ſacrificiũ: Reliquo, qđ hic offert; in cęlũ deferendo, & in altari, quod in conſpectu eſt diuinæ maieſtatis, illud patri repręſentando ac offerendo: ſicut & Canon admonet, de quo ſupra. Vtrumq; ſatis tangere uidetur Apoſtolus ad Heb.8.dum CHRISTVM docet ſanctorum Liturgũ, & tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo. Sed non oportet hæc latius proſequi. E

Solo præfatæ obiectionis.

Vt ergo præſenti occurratur difficultati, Fatebimur quidem CHRISTVM, ſimpliciter Melchiſedec non fungi ſacerdotio, niſi poſt reſurrectionem, & ad Dei dexteram ſeſſionem, vt rectè quidem conuincunt præinducta: ſed hæc intento non obſtant. Propter quod recolendum eſt, ſacerdotium CHRISTI, ſacerdotium eſſe regale: & q eſſe regem & ſacerdorem, ob id pariter cõueniunt ei. Ergo ſicut in natiuitate factus eſt rex (Puer natus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum eius) ita & in natiuitate factus eſt ſacerdos, & indubiè ſecundum ordinẽ Melchiſedec. Verùm, ſicut poſſeſſione vſuq; regni, nõ eſt potitus ſimpliciter, niſi poſt mortem: ita & officio, muneręq; ſacerdotij, ſecundùm Melchiſdec, functus nõ eſt ſimpliciter, niſi poſt reſurrectionem. Siquidem de Regni poſſeſſione vſuq;, ſcriptum eſt: q ipſe non ſecus ac homo, peregre proficiſcens, ire per mortem debuit, ad accipiendum regnum. Et notum eſt, q poſt reſurrectionem, tamquam rex, omnique donatus poteſtate, legatos miſit, per vniuerſum orbem. De munere autem, & vſu ſacerdotij: multa Paulus ad Heb. præter ea quæ attacta ſunt ſupra. Eſa.9. F Luc.19.

Chriſt9, ſicut ante reſurrectionem, ſe regem oſtendere voluit, ita & ſacerdotẽ in cœna.

Atcum his omnibus: ſicut ſemel CHRISTVS propè mortem, voluit ſe oſtendere regem: vt cũ in die palmarum, vti rex ingredi voluit Ieruſalem (tunc enim adimpletum eſt oraculum Zachariæ: Ecce rex tuus venit tibi. Et clamabãt pueri, Oſannà rex Iſrael: & aduenit regnum Patris noſtri Dauid) ita & in nouiſſima cęna fungi voluit officio ſacerdotis, iuxta ritum Melchiſedec: & quidem non ſine inſigni ſacramento Myſterioq;, vt cuiq; in promptu eſt animaduertere. Quare iſta non pugnant: q ſimpliciter, eiuſmodi fungatur munere in dextera Patris, & tñ aliquo pacto, eo functus fuerit in nouiſſima cœna. Nunc redeamus: & poſtquam oſtẽdimus CHRISTVM contuliſſe, oſtendamus & illum, vt idem facerent, Apoſtolis demandaſſe. Zach.9. Ioan.12.

Quadruplex ſenſus illorũ verborũ hoc facite.

Quod indubiè ex illis excipiẽdum eſt verbis (hoc facite in meam commemorationem) & qm̃ quadruplex eorum admittitur ſenſus: de ſingulis pauca. Primus eſt, vt mandatum ſit Apoſtolis, qui tunc aderant, non ſecus ac ſuæ mortis ſymbolum, manducare & bibere, quæ exhibuit eis. Et hic ſenſus, ſi ad ſolos arctatur Apoſtolos, nullum patitur ſcrupulum: at ſi extendatur ad omnes in illis, non ſecus ac Eccleſiæ ſeminario, vel ſi mauis ſuprema ac præſtantiſſima eius parte comprehenſos, etiam ſine ſcrupulo res erit, ſi ritè animaduertatur vt debet. Siquidem verba ſunt affirmatiua, nec vrgent, niſi quando & quomodo, opus eſt. Item quando exhibentur ab eo, qui poteſtatem habet, ſicut factum fuit in cœna. G

Mãducare & bibere, vtpotè, affirmatiuè pręceptũ a Chro, nõ niſi vbiqñ & qño opus, debet exequutioni mandari.

Secundus eſt, vt mandatum ſit, tum Apoſtolis, tum aliis, manducare quidẽ & bibere, non abſolutè, ſed reſpectiuè, ideſt in ordine ad illius mortem: ita q quotieſcunq; manducatur, & quotieſcunque bibitur, in illius memoriam manducetur & bibatur. Et vt hic ſenſus ſit inculpatus, duplici eget animaduerſione. Altera, vt regulæ ſubſit affirmatiui præcepti: & propterea q executioni non detur, niſi quando, quomodo, & vbi opus eſt. Reliqua, vt duplex ante oculos conſtituatur manducatio, duplexq; bibitio, interna inquàm & externa, vt ampliter declaramus, cum de ùtraq; loquimur communione: etſi de externa ſit ſermo, liquet mandatum non cogere niſi quando expediret, iuxta Eccleſiæ definitionem. Si vero de interna, haud dubium præceptum cogere; quandocunq; volumus communicare. Sed de his: eo in tractatu diffuſè. H

Tertius eſt, vt mandetur oblatio corporis, & ſanguinis CHRISTI: & hoc pacto, facere, nõ inſolito ſcripturæ vſu, eſt offerre (facite vitulam, facite bouem vnum, & ego faciã alterum.3.Re.18.) & præceptum directè vrgebat Apoſtolos, vrget & conſecutione, oẽs ſacrificantes: quin & oẽs, quodam pacto, fideles, quando omnes qui miſſæ adſunt, offerunt cum ſacerdote. Vnde & in Canone, Pro quibus tibi offerimus, & qui tibi offerunt. Et illud. Hãc oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ. Vrget inquam, ſed vt diximus, velut affirmatiuum præceptum: & ob id, pro loco, pro tempore, pro opportunitate. Et hic ſenſus, ad rem maximè facit: & nõ modo eſt probatus Patribus (Pontifex inquit.3.Eccleſiaſticę Ierar.cap.Dio.poſt ſacras diuinorum operum laudes, quòd hoſtiam ſalutarem, quæ ſupra ipſum eſt, litet ſe excuſat, ad ipſum primò decenter exclamans: Tu dixiſti hoc facite in meam commemorationem) ſed & vniuerſali Eccleſiæ, vt

conſtat

A conſtat ex Conc. Tridentino. 22. ſeſſ. cap. 1. & Canone. 2.

Quartus eſt, vt non mandetur, ſed efficiatur: eo ꝙ illis ex verbis, Apoſtolos initiatos fatemur ſacerdotio, & ni fallor, inſigni, quale in Epiſcopis eſt. De qua re, alibi plura. Ex hoc etiam ſenſu, robur rei accedit, quam tradimus: quoniam nec ſacerdos inſtituitur, nec Epiſcopus creatur, niſi vt ſuo fungatur munere, & ob id, vt Deo offerat victimas & ſacrificia, ſicut & traditur ad Hebr. 5. Quare ex præmiſſis exiſtimamus, non inualidè conſtitutum; CHRISTVM in nouiſſima cœna, ſacrificium nedum obtuliſſe, ſed & offerendum mandaſſe. Verùm quia nonnulla obiiciunt aduerſarij; præſtat, vt pro virili, reiiciantur à nobis.

Quæ potiſsimum obiiciunt aduerſarij: Et quo pacto reijcienda videntur a nobis.

Primùm, quod obiiciunt, ex. 9. & 10. ſumitur ad Hebr. vbi Paulus confert ſacrificium Leuiticum, & Euangelicum: docetq; illud, fuiſſe multiplex, frequenter repetitum, & maximè imperfectum; hoc autem eſſe vnicum, ſemel tantum oblatum, & omnibus numeris abſolutum. Ex quibus planè colligitur, aliud in euangelio non admitti ſacrificium, præter oblatum in cruce: & ꝓ hoc, ꝙ non ſolùm in cœna, ſed nec in altari, aliud non ſit recipiendum ab illo. Reſpõſio ad obiectiones hæreticorũ.

B Reſpondetur ꝙ Paulus illis in locis, ſicut non loquitur de omni ſacrificio leuitico, ita nec de omni euãgelico (ſiquidem in lege, nec infimo loco, traditur ſacrificium ſimilæ, de quo nulla mẽtio in Apoſtolo) ergo ſicut ex parte Leuitici, ſolùm referuntur cruenta (nam de hircis tantum & tauris, eorumq; fuſo cruore, fit ſermo) ita ex parte Euangelici, ſolùm cõfertur ſacrificium crucis, & ſacrificium tacetur altaris: vt quod, meritò cum cruentis conferendum non erat animalibus, ſed potius, cum mundiſſima ſimila. Ad primam.

2. 6. 7. 9.

Sacrificiũ nouę legis ſcruentũ, unicũ, ſed non ꝓpterea tollitur ſacrificium cęnæ.

Ergo de cruento nouæ legis ſacrificio loquens Apoſtolus, optimo quidem iure, illud aſſerit fore vnicum, ſemel tantum oblatum, & repeti vllo modo non poſſe. At non propterea inferre alicui licet, aliud ab eo ſacrificium, in noua lege non eſſe: quin ſicut per ſacrificium CHRISTI cruentum, reliqua non excluduntur, quæ indubiè euangelica ſunt ſacrificia (vt beneficentię. 13. ad Heb, cultus Dei rationalis. 12. ad Roma. Laudis & tribulati ſpiritus, in aliis ſcripturæ locis) ita nec cœnæ, nec altaris, excluſum ſacrificium eſt. Pſal. 50.

Et quanquam altaris ſacrificium, ſit nouæ legis ſacrificium inſigne: quanquam & de illo Apoſtolus valuiſſet multa & præclara referre: quia tamen illud competit ſacerdoti CHRISTO, iuxta ritum Melchiſedec, de quo etſi dixit quædam, diſſimulauit tamẽ plura, tum quia in ſeſe erant ar-

C dua, & vt dicit, ad dicendũ ferè ininterpretabilia, tum quia quibus loquebatur, erant (vt refert) imbecilles, & myſteriorum incapaces, inter quæ (& potiſſimum) arcanum erat Euchariſtiæ, non immeritò excuſatur, ſi tranſit; tam et ſi non penitus, ſicco veſtigio, cum & nonnulla inſinuet, & negocio admodum opportuna, de quibus aliàs dicendum abundè.

Secundum eſt. Si CHRISTVS obtuliſſet in cœna, in memoriam non obtuliſſe ſuæ mortis (cum enim nondum eſſet abſoluta, illius non valuit reminiſci) Ergo illius oblatio, non eiuſdem fuiſſet rõnis, cum noſtra: quando nobis mandatum eſt, hæc cũ facimus, in illius memoriã facere. Ad ſecundã.

Reſpondetur. Et primò, ꝙ ſi robur haberet hæc ratio: nec communio Eccleſiaſtica, eiuſdem eſſet rationis cum Apoſtolica. Siquidem illi in memoriam non ſumpſerunt ſuæ mortis (cum nõ eſſet ſecuta) ſicut nos ſumimus poſtquam eſt adimpleta. Quotieſcunq; manducabitis panem, & biberitis calicem, mortem domini annuntiabitis, ſicut dicit Apoſtolus. Secundò dicendum, ꝙ ſi id admitteretur diſcriminis, palam ꝙ cum ex extrinſeca proficiſceretur circunſtantia, nempe ex temporis differentiis, naturam rei, præſertim in ſubſtantia, mutare non poſſet. Quare ſicut fides Patrum, qua priuſquã veniret, credebant in CHRISTVM, & noſtra, qua poſtquam venit credimus in eundẽ, vnius, & nõ diuerſarũ ſunt rõnis; ita & ſacrificium cęnæ, quod eſt priuſquã moreretur oblatũ, & noſtrũ qđ peracta morte quotidie fit, eiuſdẽ naturæ, eiuſdẽq; ſubſtantiæ ſunt.

1. Cor. 11

Sacrificium cœnæ ante mortẽ Chriſti, eiuſdẽ eſt rõnis cũ noſtro quod offert̃ poſt mortem eius.

D

Fundamentum eſt, ꝙ ſicut de rõne fidei, eſt quidem, vt credamus in CHRISTVM, propoſitũ nobis propitiatorem à patre, per fidem in illius ſanguinem, vt Apoſtolus docet, & credamus, nõ in vna, ſed in qualibet temporis differentia, & ꝓpterea vt crederemus venturum, qñ expectabatur, & iam veniſſe poſtquã ipſe venit: ita & de rõne ſacrificij, quod ſub ſpeciebus offertur panis & vini, eſt vt CHRISTI quidem concernat mortem, immo & illum ſic contineat offeratq; Deo patri, vt pro nobis datus & fractus in cruce, idq; quocunq; offeratur tẽpore. Ergo ſicut ante CHRISTI mortem, CHRISTVS propitiabatur per fidem in eius ſanguinem, cum relatione futuri, & poſt mortem, cum reſpectu præteriti: ita & ſacrificium in cœna, CHRISTVM complectebatur, vt datũ & fractũ ꝓ nobis, ſed cũ relatione futuri, & nunc idẽ fit, ſed cũ reſpectu ꝑteriti. Ergo ſicut illis ex reſpectibus, vtpotè extrinſecis, natura non variat̃ fidei: ita nec ratio variatur oblationis.

Tertiò

Tertiò dici põt, ꝙ & CHRISTVS in cęna, in memoriã obtulit ſuę mortis, non ſolũ quia illam E
iam ꝑmiſerat, ſtipulatus fuerat & cõmiſſioni tradiderat: ſed & quia illa iam inchoationẽ accepe rat Ergo & obtulit, cũ aliquo reſpectu ꝓteriti. Adde ꝙ cũ in ſuę mortis memoriã, offerendũ con ſtituit, opus non eſt memoriã, ad mortẽ ꝓrſus abſolutã reſtringi, ſed põt & debet (ni ſallor) etiam iam inchoata complecti: propterea ꝙ ſiquis ex Apoſtolis, mox poſt cœnam obtuliſſet, non puto contraueniſſet mandato, quin & ſicut CHRISTVS, in memoriam mortis immolaſſet: ergo in ualidè, illo ex mandato, diuerſitas quæritur rationis, prout in præſato exigeretur argumento.

Quartò diceretur, & ritè: ꝙ eſtò relatio ad pactã CHRISTI mortẽ exigeretur ad oblationis naturã, ꝓut in pñti ſit ſermo de ea, & ob id ꝙ nõ poſſet ab illa ſeiũgi, & ꝑ hoc, ꝙ nec defuerit oblationi in cęna factæ nõ oportet tñ ꝙ relatio illa ſit (vt loquũtur) in actu, ſed ſufficit, ſi ſit in potẽtia: & ꝓpꝑea ꝙ oblatio ſit memoratiua, ſuaptè natura, & acta tñ memoret, qñ tꝑs eſt opportunũ. Qđ & inſolitũ nõ eſt Diuinis in literis; cũ Agnus paſchalis, in memoriã inſtitutus ſit, liberationis ex Aegypto, & tamen non memorabat actu, niſi poſteaꝗ̃ populus eſt liberatus ex ea.

Tertium eſt. Sacrificium altaris, ſacrificium eſt, noui teſtamenti, nouæ legis, noui ſacerdotij: ergo offerri non debuit, ante confirmationem teſtamenti, non ante abolitionem legis, & Aaronici ſacerdotij: ergo offerri non debuit, ante CHRISTI mortem, in qua teſtamẽtũ (vt docet Pau F
lus) eſt confirmatum, lex cruçifixa, & ſacerdotium tranſlatum.

Ad tertiam.

Rñdetur Sacrificiũ hoc, reuera ſacrificiũ eẽ, noui teſtamẽti, nouæ legis, & noui ſacerdotij: ſed hæc nõ obſtant intẽto. Siqdẽ q̃ parũ diſtãt (ſicut & philoſophus dicit) nõ cẽſentur diſtare: & ꝓximè accingẽdus, hr̃ (vt dicũt) ꝓ accincto: & cõptũ eſt, exterma rerũ, nedũ ſe cõtigere, ſed & miſceri quodã pacto, ꝑſæpe: ergo nihil obſtat poſtremũ in priori quodã modo cõplecti. Cõfirmatum quidem eſt teſtamentum in CHRISTI morte: ſed cum obtulit, erat illi eouſq; proximus, vt non immeritò diceretur mori: vnde & dixit: ſacrifico meipſum, & iam non ſum in mundo, & ego ad te venio. Lex eſt affixa cruci, & tunc quidem eſt ſublata e medio: verùm & ante mortem, eſt adeo exinanita, vt nedum licuerit CHRISTO dicere, lex & Prophetæ, vſq; ad Ioannem: ſed & Paulo acclamare, ꝙ data eſt, vſquequo deſcenderet ſemen, cui repromiſſio facta eſt: Sacerdotiũ quoq; eſt poſt CHRISTI mortem tranſlatum abſolutè: ſed detrectari nequit, illud cum lege cœpiſſe declinare, cum eaq; transferri: & maximè in calce vitæ CHRISTI.

Teſtamentũ ꝑ Chri mortẽ ſimpliciter confirmatũ, lex abolita & ſacerdotium tranſlatũ, ſed quodãmodo et ante mortem in cœna.

Ioan. 15. Matth. 11. Luc. 16. Galat. 3.

Auguſtiſſimum altaris ſacrificium: & pacificum & propitiatorium eſſe.

Siquis Fauſtiſſimũ hoc agnouerit ſacrificiũ, oĩbus antiquę legis ſucceſſiſſe oblationib᷒, oĩbusq; ſacrificiis: haud poterit inficiari, illud vim hr̃e, nedũ pacifici, qđ ꝓ gratiis offerebatur agẽdis, aut ſucceſſibus impetrandis: ſed & ꝓpitiatorij, qđ ꝓ criminibus offerebatur & peccatis. Quod & vbertim Augu. agnouit, & ea de re. 17. de Ciui. 20. ca. ita reliquit. Hoc ſacrificium, oĩbus illis ſucceſſit ſacrificiis veteris teſtamẽti, quæ immolabantur, in vmbra futuri: ꝓp quod & vocem illam in pſalmo. 39. eiuſdem mediatoris, per Prophetam loquentis agnoſcimus, ſacrificiũ, & oblationem noluiſti, corpus autẽ perfeciſti mihi, quia pro illis omnibus ſacrificiis & oblationibus, corpus eius offertur, & participibus miniſtratur. Agnouit inꝗ̃ Augu. ſed & (quod longè amplius eſt) vniuerſa agnoſcit Eccleſia, cũ oẽs fateamur orthodoxi, illudmet ſacrificium, quotidie incruẽtè immolari in altari, qđ ſemel & cruentè, eſt immolatũ in cruce. Ergo ſi crucis ſacrificiũ, oĩbus illis ſucceſſit ſacrificiis, oĩbus oblationibus; & quod offertur in miſſa, eiſmet oĩbus ſuccedere opus eſt. Et qm̃ Miſſæ ſacrificio, noſtra expiari peccata, criminaq; etiã ingẽtia, cũ ſacerdotiũ enarrauimus CHRISTI, ſatis noſtra pro fragilitate excuſſimus, cõſtituimusq; haud incõſultè poſſumus ꝓtrãſire: Pręſertim ꝙ nuꝑ in Conc. Tridẽ. nõ mõ, res eſt ꝓtractata, ſed ſeſſ. 22. definita. Quin et ab his meritò abſtinẽdũ erat, niſi cuidã ſatisfaciẽdũ viderẽ difficultati: q̃ erat ĩ prõptu. & talis ẽ. H

Sacrificiũ altaris non ſolũ eſt pacificum ſed & ꝓpitiatorium.

Si altaris ſacrificiũ, ſacrificiũ foret expiatoriũ, ꝑfectò & expiatorium fuit ſacrificium cœnæ (ſiquidẽ vnius ſunt rõnis) ergo ꝑ ſacrificiũ cœnę, mundi fuiſſent expiata peccata: ergo gratis, ꝓ illis expiandis. mortuus eſſet CHRISTVS. Ita quidem argumentatur Apoſtolus: Si per legem eſſet iuſtitia (2. ad Gal.) verè CHRISTVS mortu᷒ eſt gratis. Cui dicẽdũ eſt: ꝙ ſacrificiũ cęnæ, & ſacrificiũ crucis, ſi ex parte penſentur rei oblatæ ex qua oĩs expiatio eſt, in ſubſtantia vnũ ſunt ſacrificium. Et ꝑ hoc, vt in Omilia de Encęniis, ritè docet Chryſoſtomus, vnius & eiuſdem ſunt efficaciæ & differunt tñ in exiſtẽdi modo: qm̃ in cruce res oblata, habuit modũ exiſtẽdi naturalẽ, & in cęnæ ſacrificio ſacramẽtalẽ: In cruce res oblata erat paſſibilis, in cœnæ ſacrificio impaſſibilis: In cruce res oblata fuit cruẽta, qa aſpſa cruore, in cęnæ ſacrificio incruẽta, quia ſine ſanguinis effuſione: In vtroq; tñ ſacrificio: vera ſacrificij inuenitur uis, & res oblata, verè immolata res eſt.

Obiectio cõtra prędicta.

Solutio.

Sacrificiũ cęnæ & crucis ex pte rei oblatæ, vnius ſunt rõnis, differunt aũt in modo exiſtendi.

Dixi, ſi ex parte penſetur rei oblatæ: qm̃ hinc totum negocium pendet, de quo obiectio hæc.

Licet

A Licet.n.oblatio,quã CHRISTVS fecit in nouiſſima cęna,triſariã valeat põderari:nẽpè,ex ꝓprio genere, vt egreditur ab offerẽte,& vt rẽ cõtinet,q̃ offertur:ſolũ tñ tertio modo, ad rẽ facit. Nã ſi ex ſuo cõſideretur genere:conſtat ꝙ actio eſt moralis,ſpectãs ad religionẽ, cultumq; latriæ, & indubiè eſt ſuprema,heroicaq;:ſed de hac nõ eſt in pñti ſermo.Si vero vt ꝓficiſcitur à CHRISTO: cui dubium,ꝙ valoris eſt infiniti,ſicut & eſt infinita CHRISTI perſona, infinita donata gratia, & charitate? Sed cum id,cõe ſit omnibus & ſingulis actionibus CHRISTI: haud dubium, ꝙ inde nihil haberi poteſt peculiare,quod ad rem ſpectet.Ergo attendenda,ponderandaque,vt rem continet,quàm offert:& tali pacto,ſine ſcrupulo,vera ſunt quæ adduximus.

Amplius,tota vis ſacrificij cęnæ,ex ſanguine pẽdebat effuſo in cruce, ſicut & vis ſacrificij, qđ quotidie offerẽ in altari,ſi ꝑ illud ſunt expiãda peccata:qñquidẽ,vt teſtaẽ Apls,ſine effuſione ſanguinis,nõ fit remiſſio.Ergo etſi cęnæ ſacrificiũ,expiatoriũ fuit,& ſi oblatũ extitit ꝓ pctis, vt ſatis exprimit CHRISTI verbũ:Hic ſanguis,q ꝓ vobis,& ꝓ multis effunditur, in remiſſionẽ pcõrũ: non habuit,tamen expiare,niſi per effuſum in cruce ſanguinem;& per hoc,nec effectum ſimpliciter ſortiri,niſi CHRISTO in crucem ſuffecto. Ergo cõſtat argumẽtum,qđ prima facie, magni videbatur ponderis,re vera nullius eſſe momẽti. Cũ ergo dr̃: ſi ꝑ legem eſſet iuſtitia, CHRI-

B STVS mortuus eẽt gratis. Argumẽtũ qdẽ tenet:qa ꝑ legẽ eẽt iuſtitia,ſine CHRISTI concurſu, interuẽtuq;(ita qdẽ intẽdit Apls:cũ illã cõtraponat CHRISTO):verũ cũ à ſimili argumẽtaẽ de cęnæ & crucis ſacrificio,argumẽtũ nullũ eſt: qm̃ ſacrificiũ cęnæ,non ſolũ non contraponitur ſacrificio crucis,ſed complectitur illud,& in virtute effuſi in eo ſanguinis, peccatorum operatur expiationem. Et in his,ſit huius enarrationis finis:ad Dei gloriam. Amen.

DE CLANDESTINIS MATRIMONIIS, QVOD ILLA ET POTVErit, & hac tempeſtate debuerit irritare Eccleſia, Enarratio ſeu Diſputatio Compendiaria.

Authore Reuerendiſs. P. & D. Iacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo.

PRÆFATIO.

C QVoniam dubitatum fuit à multis, Num per Eccleſiam ita potuerint Clandeſtina irritari matrimonia,vt in poſterum,ſi tententur,ſint nulla:Et comperto ꝙ potuerit, num expediret illa,hac irritare tempeſtate: Iubet nonnihil de vtroque diſſerere,remque in Concilio optimè reſolutam fuiſſe, noſtra pro imbecillitate, omnibus manifeſtare: Eccleſiæ vt par eſt,ſub cenſura.

Status cauſæ.

Primùm non tam conſtituam,quàm ab obiectis redimam, Eccleſiam poſſe: quoniam ſi non fallor,ꝙ poſſit nemini fas eſt dubitare fidelium, cui notum eſſe debet,illam hoc in exilio, poteſtatem habere ſupremam(loquor de Eccleſia,ſummo incluſo Pontifice,penes quem, eſt ſumma, & à quo,in Eccleſiam,optimo iure dimanat) Notũ quoq; eſſe debet, & illam extendi ad ſacra, quin & inde,nomen,& vim, in illa conſtitui Ierarchiæ: nec immeritò cum inde regendi ac gubernandi ſint fideles,qui non ſolùm ſunt ſacri,ſed & CHRISTI membra, & templum ſpiritus
1.Cor.6. Ephes.5. ſancti,vt inculcat Apoſtolus. Notum & denique eſſe debet, Eccleſiam eam poteſtatem nactam in ædificationem,& non in deſtructionẽ:vt oĩa ritè,& ordinatè fiant,vt aliqñ docet Apoſtolus.

D Igitur non laborandum in conſtituenda præfata Eccleſiæ poteſtate; ſed vt oſtendamus, non ſolum ꝙ de matrimoniis contrahendis ſe poteſt intromittere,vt ritè fiant,& ordinatè: ſed & ita intromittere,vt ſi ſecus quàm decreuerit fiant,irrita ſint & nulla. Quod etſi, ex pluribus poſſet oſtendi capitibus: placuit tamen,id in præſentia, ex ipſa natura conſtituere matrimonij, tum vt res ſit compendioſior,tum vt ex propriis tractata reddatur efficacior. Et quanquàm natura matrimonij ex multis excuti poſſet rationibus:non tamen in præſentia opus eſt,vt iuxta omnem rationem tractetur,ſed ſatis,ſi iuxta illam,quæ negocio eſt opportuna.

Ergo non eſt modo excutiendum matrimonium,ex parte vinculi, de quo Paulus: Alligatus es vxori,noli quærere ſolutionem. Et illud. Vxor alligata eſt viro, quanto tempore viuit. Non inquam excutiendum eſt ex parte vinculi,non ſolùm quia in hoc,non conſiſtit ratio ſacramenti,ſed potius res ſacramenti(ſiquidem, licet res ſit arcana,& myſterioſa,nempè ad copulam, etiã ex prima ſui inſtitutione, CHRISTI & Eccleſiæ relata,vt non modo admonent Patres, ſed &

Paulus ad Eph.5.non eſt res ſenſibilis,quod ad ſacramentum eſt neceſſarium, ſed & quia ad rem non facit,vt ſatis ex ſequentibus manifeſtum erit. B

Excutiendum igitur eſt,hac in re matrimoniũ, ex parte efficiẽtis cauſæ, & ob id ex parte conſenſus:qui vt tradit Eug.4.in Floren.Conc. efficiẽs cauſa eſt.Dico ex parte efficiẽtis cauſæ: qm̃ ſi illam adeò poterit Eccleſia infirmare,adeò ĩminuere,ne ſequatur effectus: habetur quod quærimus.Ergo totius negocij ſtatus,in eo eſt: An mutuũ,in Clandeſtinis conſenſum, Eccleſia in poſterum valeat irritare,ita vt præſtitus,omnino ſit nullus.

Præludia quędam.

Vt igitur res ſit illuſtris,põderandũ,cõſenſum;de quo ſermo,tres exigere conditiones. Prima eſt,vt ſit ſimplr volũtarius. Vidua inquit Paulus,cui vult nubat. Et Conc. Toletan.3.cap.10.& viduas,& virgines ſtatuit,liberè copulari Secunda eſt,vt ſit plenè legitimus:id enim ſatis exprimit Euariſtus,in epiſtola ad Epos Affricanos. Et per hoc,vt iuxta aliquã legem, immo leges (ita primus admonet Nicolaus.27.q.2.)ſit præſtitus.

Et meritò quidẽ,qm̃ qui nubunt fideles,nedũ nubere debent,iuxta legẽ fidei,de qua Paulus, Qui nubunt,nubant in domino: non ſolum iuxta legẽ naturę,quæ dictat ne quis nubat temerariè,aut in alterius præiudicium:ſed & iuxta legem Eccleſiæ,quæ iubet, ne quis nubat conſanguineo,aut tempore ſacro,vel ſine benedictione.Hæc voluit Nicolaus,cum dixit: Sufficiat conſenſus,ſecundum(non legem) ſed leges. F

Conſenſus in matrimonio requiſit° tres debet habere conditiones.

Tertia eſt,vt cõſenſus,externa exprimatur voce,vt cõiter fit: vel efficaci ſigno, vt aliqñ pmiſſum eſt.Quod non ſolùm eſt neceſſarium, vt contrahẽtes certiores euadant internæ voluntatis (non enim vt angeli, interno ſibi loquuntur ſermone) ſed vt & robur accedat matrimoniali contractui,& ratio conſtituatur,veri & proprij ſacramenti. Vt robur inquã accedat contractui: quoniam non niſi hac ex parte,vim trahit,vt conſiſtere valeat,in iudicio.

In iudicio inq̃,non diuino,qm̃ ſine voce,& nutu,Deus intuetur cor:ſed Eccleſiaſtico, cũ aliter,nec poſſit,nec debeat,de illo conſenſu diſponere(ſiquidem non iudicat de occultis, & ppea nec de internis: niſi vt annexa habent,quæ videntur & externa ſunt) Nec modo, vt robur accedat contractui,ſed & ratio(vt dicebatur conſtituatur ſacramenti.

Cũ.n.ſacrm̃,verè & propriè,ſine externo ſigno nõ ſit(eſt.n.inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma) haud dubiũ,cõſenſum de quo ſermo,externè nõ expreſſum,ad ſacri rõnẽ,non attingere. Quare pbè dixerũt Theologi,Sacrm̃ coniugij cõſenſum qdẽ cõplecti,p verba,vel nutus explicatũ:necnon alijs externis, vt cõtingit iuxta loci morẽ,actibus fultũ. Ex qbus rõnẽ cõſtituunt,tũ materię tum formę:vt latius in.4.ſen.lib.Hęc vt videbitur,non pmiſimus fruſtra, ſed neceſſitate. G

Sed dicis.In conſenſu,pmiſſis cõditionibus ſumpto,nõ detrectarẽ rõnẽ eſſe ſacri,tum Doctorum auctoritate,tum cõi vſu Eccleſiæ:Et per hoc,nec reſpuerem in eo,rõnẽ inueniri materię & rõnẽ formæ,ſacro neceſſariæ:tã et ſi neutra ſit,adeò determinata, vt circa vnãquãq;,diuerſa opinari non liceat. Verùm de ratione hęſitari poteſt contractus:niſi illa valida ratione firmetur.

At rñdeo:& miſſa in pſentia ratione ſacri,inficiari non poteſt,in pdicto conſenſu, rationem inueniri contractus: cum qui contrahunt,ſocietatẽ ineant, Mulier inquit, quàm dediſti mihi ſociam) & ſocietatem non vulgarem, quia non qualis eſt mercatoria, in qua exponuntur pecuniæ ad commune lucrum,aut qualis domeſtica,in qua familiares prouentus, exponunĩ ad cõe commodum:ſed eſt inſignis,& peregregia,in qua exponuntur corpora ad communem prolem. Gen.3.

Nec modo,ratio inuenitur ſocialis contractus,ſed & donationis mutuæ:id enim ſine controuerſia docet Paulus. Vxor inquit, ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: & vir ſui corporis poteſtatem non habet,ſed vxor.prima ad Cor.7.

Ponderandum eſt rurſum:ꝙ etſi in conſenſu,prædicto modo accepto,dictiſq; conditionibus fulto ùtraq; inuenitur ratio,contractus ſcilicet,& ſacri; haud dubium, ꝙ in eo ſe habent ordine quodam.Et certũ eſt,rationẽ contractus,rationẽ præuenire ſacramenti:idq; non ſolũ pceſſione (vt loquuntur)naturæ,prout frequenter contingit,ſed & præceſſione temporis, vt palàm eſt in matrimonio,per procuratorem contractũ:quod eſt quidem verum & ratũ,adeò vt nequeat contrahere,qui contraxit cum alio: & tñ tempore rationem præuenit ſacramenti. H

Et non ſolũ,in matrimonio p pcuratorẽ contracto,ſed & pconiuges cõtracto, p ſeſe:vt ex ca. Gaudemus.Extra de Diuor.Innocentius tradit:docens paganos,ꝗ contraxerunt ſi ſuſcipiant fidem,non oportere iterum contrahere,ſed ſuſcepta fide matrimoniũ contractũ,in ſacrm̃ euehi.

In conſenſu,vt dictum eſt,tali pacto ſumpto,rõ contractus rõnẽ pcedit ſacri; nõ tñ ſicut ratio animalis præcedit rationem hominis, ſed ſicut natura præcedit gratiam, & accidens ſubiectum.

Ex quo

A Ex quo ſequitur, ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ quicquid eſt de ratione contractus, eſſentialiter ſit de ratione ſacramenti: vt quidam argumentabatur ex Patribus.

Et rurſum, ꝙ ſicut deſtructa natura, deſinit gratia, & deſtructo ſubiecto, deſtruitur accidens; & per hoc ꝙ infirmata, vel deſtructa ratione contractus in matrimonio, neceſſe eſt, vt rõ non ſequatur ſacramenti. Quin etſi res rectè penſetur: ſequitur ꝙ ſicut gratia, naturam exigit capacem & diſpoſitam, & accidens ſubiectum exigit ſibi commodum: & ratio ſacramenti in matrimonio, non ſolũ rõnem requiret contractus, ſed contractus legitimi. Quod intendimus. Ad rẽ igitꝰ.

Probatur intentum.

Quæſitũ eſt primo loco: An Eccleſia poſſit ſeu potuerit, non dico prohibere, qm̃ id conſtat, non ſemel, nullo repugnante feciſſe, nõ dãnare, qm̃ certũ eſt ab ea damnata & non ſecus ac adulteria, ſtupra & fornicationes habita: ſed an valeat valuerituè, ita ꝓhibere, ita dãnare, ꝙ attentata ſint nulla. Et dico indubitanter, ꝙ põt, & potuit. Et licet, id ex pluribus poſſet conuinci rõnibus: ex vnico tamen argumẽtabor medio: qđ eo erit efficacius, quo procedit ex propriis. Et ſic habet.

Poteſt Princeps, ſeu Reſpub. ſęcularis, reſcindere, vel ſi contrahatur, contractũ reddere nul-
B lum, qui præiudicialis eſt bono cõi: hoc eſt notum, tum ex rõne politicę poteſtatis, tum ex praxi, cum frequenter eorũ legibus, irritentur ſocietates, donationes, teſtamenta, quæ ad eorum ꝑſcriptum facta non ſunt: tanq̃ cõi bono pernitioſa vel incõmoda. Ergo poterit Princeps, ſeu reſpub. Eccleſiaſtica, illos reſcindere contractus, qui ſine præſcripta ſibi lege ſunt attentati, & in pernitiem vergunt boni totius Eccleſiæ, hoc eſt Chriſtiani populi. Conſequentia nota: quia aliter Ierarchicus principatus, bono non proſpiceret totius Eccleſiæ: & infirmior eſſet principatu politico, qui id ſua pro ratione promouet.

Sed dicis. Non eſt ſimile: quia politicus Princeps, de bonis, ſe intromittit externis, nẽpè fortunæ: & hæc de quibus ſermo, bona ſunt animæ & corporis. Rñdetur. Argumentũ quidem, non eſſe à ſimili: ſed a minori, ad maius. Si enim Deo, tam ingẽs eſt cura, de rebus fortunæ, vt ne abuſũ diſſipentur libertatis, velit politicos principes ꝓuidere, & legibus moderari; quãto magis cura illi erit, de bonis animæ & corporis, ne libertatis abuſu, peſſum eant? Certè qui ſecus dicunt, diuinam, vt par eſt, non ponderant prouidentiam, quin & in iis, quę noſtræ ſunt ſalutis, minus videretur ſolicita, quàm de fortunæ bonis, & pecunijs temporalibus.

Amplius. Clãdeſtina matrimonia, in multorum cedunt præiudicium, in Eccleſia CHRISTI.
C Ergo non ſolũ, non ſunt toleranda, ſed exterminanda. Conſequentia, non eget probatione, cũ oĩa debeant in Eccleſia fieri, ad ædificationem, & frugẽ; nec in præiudicium, vt ẽt naturæ lex docet. Antecedens probatur. Qm̃ non ſolum in præiudicium cedunt parentũ, familiæ, conſanguineorum, reipublicæ, ſed & ſacramenti matrimonij: cum ferè ſemper fiant, cum inſigni peccato mortali, & ob id, nõ ſine ſacrilegio. Quin & fiunt in præiudicium Eccleſiaſtici tribunalis: vt quę ſubtrahunt ſe, ſuaptè natura, ab illius iudicio: Etſi quando, illud ſubeunt, ſubeunt multis litibus & cogunt, non raro, iniquam ferre ſententiam: dum iudicatur contractum palam, eſſe verum, cum tamen propter prius contractum clandeſtinè, ſit falſum. (Matrimora clãdeſtina in multorũ cedunt perniciem.)

Sed dicis. Fateor Eccleſiam poſſe irritare cõtractus, & ſocietates, & donationes, non minus q̃ reſpub. poſſit, quantum eſt ex parte contractus: ſed non põt ꝑꝑ annexum ſacramentũ. Obiectio nulla eſt. Qm̃ etſi illi contractui annecteretur ſacr̃m, non annecteretur, niſi vt gratia (ſicut dicebatur) naturæ, & accidẽs ſubiecto: vnde ſicut natura ſublata, & amoto ſubiecto, tollitur gratia, & amouẽtur accidens, non quæ fuerunt, ſed quæ fuiſſent, ſi non fuiſſent amota: ita & in propoſito. Non enim ſubſiſtit ratio ſacramenti, niſi ſubſiſtat ratio contractus: Nec ratio ſacramenti ad eſſet
D rationi contractus, niſi foret legitimus.

Sed dicis. Mirum eſt, ꝙ rõni contractus clandeſtini, hactenus rõ affuerit ſacr̃i, & modo nõ adſit: Aut ergo, ille contractus fuit legitimus, aut non. Si legitimus, hr̃ intentũ: ſi non, cur in eo ſacramenti rõ? Rñdeo. Quòd non fuit abſolutè legitimus: aliàs ab Eccleſia, nõ fuiſſet damnatus: ſed fuit vt legitimus toleratus, ita œconomia tpis illius ferẽte. Nõ. n. Eccleſia curauit vti ſuo iure iuſtis de cauſis: quo mõ vti vult optima rõne. Ex hoc ergo aliud inferri non põt, niſi qđ matrimonij contractus, debet eſſe legitimus, ꝑut Eccleſia iudicabit: quæ omnia diſponit opportunè.

Sed ais. Eſtò irritaret Eccleſia clandeſtina, irritãdo contractũ, non factũ iuxta ſuũ ꝑſcriptum; nunqd illa irritatio, ſicut ſuo eſt valida tribunali, ita & efficax eſt tribunali CHRISTI, quod in cęlis eſt? Scriptũ enim eſt: quod Deus coniũxit, homo nõ ſeparet. Rñr ꝙ id, qđ ſummus irritat Põtifex, vel illius auctoritate vniuerſalis Eccleſia, irritat indubiè CHRISTVS: nam idẽ eſt tribunal vicarij, & principalis. Nec Deus iungit, quod Eccleſia ſeparat: quin nec iungit, niſi per Eccleſiã,

vt docet Angu. Aliter nec eſſet ſtabile, qnod pollicetur: Quodcunq; ligaueris, & quodcunq, ſol- E
ueris, ligatum & ſolutum erit in cęlis. Quod & indubiè, verùm eſt in legibus diffinitiuis: quicqd
ſit, de deciſionibus, quæ conſiſtnnt in facto. Et conſtat verbum (Quod Deus coniunxit) verũ eſſe
in matrimonio, non tam rato quàm conſummato: quod in propoſito, nihil facit.

Sed affert alius. Nunqd coniugiũ, non eſt contrahendũ libere? Eſt quidẽ, ſed vt dicebatur, nõ
temerariè: id. n. repugnat rõni naturæ, quæ dictat, res magni momẽti oĩ fieri cũ circunſpectione.
Vnde Paulus mãdat parẽtibus, ne filias nuptui tradãt: niſi prius maturè deliberẽt. 1. ad Cor. 7. Sed
eſtò fiãt clãdeſtina cõſultò, fiant ꝓuidè: nũ fiẽt ꝑpea rectè, aut iuxta CHRISTI ꝑſcriptũ? Clamãt
multi CHRISTVS ſtatuit, qũo contrahẽda ſint matrimonia: ſed illius ꝑſcriptũ nõ ꝓferunt. Profe
rant ſiqd hñt: fateor, ego nec legi, nec vidi. Quòd, ſi quod Dei eſſet proferendũ ꝑſciptum, illud
foret indubiè, vt non violeť ius naturæ (naturam. n. vt diximus non deſtruit, ſed ꝑficit gratia) Itẽ;
vt in nullius fiat ꝑiudiciũ, (id quoq; & naturæ repugnat, & legẽ deſtruit charitatis) Itẽ, vt & fiat,
prout decernit Eccleſia, & ita vt ædificentur fideles, & fines imponantur litibus. Ergo cum hæc
deſint clandeſtinis: palam ꝙ ex Dei non proficiſcuntur præſcripto.

Quod obiiciunt, nefas eſſe sacr̃m irritare, certè indignum eſt, vt obiiciatur. Primò enim nõ irri
tatur sacr̃m, ſed ꝓuidetur, ne indebitè, aut ſacrilegè fiat. Secundò, irritatur contractus, ex quo ſe- F
quitur, vt nõ ſemel dictũ eſt, ꝙ rõ nequeat haberi sacr̃i: & id nõ in illius ininriã, ſed gloriã, ne ſci-
licet minus q̃ par eſt, religioſè ſuſcipiať. Tertiò, certũ eſt, matrimoniũ cõtractũ, & non cõſumma-
tũ, iure ab Eccleſia, aliqñ diſſolui, qđ tñ, minus non liẽt sacr̃i rõnem, q̃ clandeſtinum: & id ſine
ꝑiudicio ſacramenti. Ergo argumentum ſatis fragile, & indignum, vt afferatur ab eruditis.

Deniq; nec verũ eſt, Eccleſiã hactenus, non irritaſſe (etſi leges irritauerint ciuiles) ꝑp rõnẽ ſa
cramẽti, vt qdã dicunt, quã leges ciuiles non agnoſcunt: quoniã non ex illa factũ eſt rõne, ſed
quia Eccleſia ſpũ ſancto ducta: iudicauit hactenus non ꝓficere. Nec ſecus (vt adducebať) dicere
valet D. Bernardus: qm̃ prudentes rectè ſtatuunt, & decernũt, ꝓ loco & tpe: quin & Prudentia,
recta definitur ratio agibilium, ſed quando, vbi, quomodo, quantum, & cur opus eſt.

Nec & illud diſſimulo, quod aliqui tanti faciunt, ꝙ paſſim inculcẽt. Aiunt enim: irritẽtur clã-
deſtina, & nubat quis, nunquid contrahet matrimonium, aut verum efficietur ſacramentum? Si
verum erit matrimonium, & ſacramentum: ad quid irritatio? Si non verum, cur in eo omnia eſ-
ſentialia matrimonio & ſacramento: nempè materia, forma, & conſenſus? Et quis dubitat, vbi
eſſentiales partes: ibi verè fore eſſentiam rei?

In clandeſtinis poſt irritationem, licet ſit conſenſus &c nõ tñ vera forma ſed apparens.

Reſpondeo. Clandeſtinis irritatis, ſiquis contrahit, neq; fit matrimoninm, neq; ſacramentum G
reuera, ſed tm̃ apparẽtia quadam: nec in ſic contracto, ſunt eſſentialia matrimonij, & ſacramenti
verè, ſed apparenter: ſicut in hoĩe picto, non ſunt partes hominis verè, ſed apparenter. Fundamẽ-
tum eſt, quia irritato, vt dicebatur contractu, ita vt ſi fiat, ſit nullns; nullum ſequitur ſacramen-
tum. Oportet autem, ſiqnis rem vellet perpendere, ſemper illud habere præ oculis: ꝙ ſicut ratio
ſacramenti, ſupponit validam rationem conrractus, ita & materia & forma ſacramẽti, vt verè ſint
materia & forma ſacramenti, ſupponunt validam materiam & formam contractus.

In contractu, materia & forma ſunt notæ: cum id natura oſtendat. Siquidem cum contractus
ſit ſocietatis, & mutuæ donationis: certum eſt, ꝙ in ſocietate materia eſt, res in medium expoſita,
& in donatione, res donata: & ꝙ forma eſt, ſicut in contractibus ſocietatis & donationis, ſolitum
eſt: nam ſcimus contractum omnem, ſuam habere formam, & ꝙ alia eſt forma mntui, alia ſocie-
tatis, alia venditionis, & alia donationis.

Et licet non digladior, an in præſentia, forma contractus & ſacramenti coincidant: qm̃ etſi
coinciderent in re, non tñ in virtute & efficacia. Nam eſtò, vtraq; illis comprehenderetur verbis
(Ego te accipio) certum tñ eſt, ꝙ vt ad contractũ ſpectãt, vim hñt conſtituẽdę ſocietatis, & trãſfo- H
rẽdi dñium: vt verò ad ſacramentum pertinẽt, vim habent conferẽdi matrimonialem gratiam.

Quid ergo? Ad Eccleſiaſticã pertinet poteſtatem, poſſe ſi velit, inualidare materiam & for-
mam contractus, multo magis quam ad politicam iuriſditionem, illas decernendo inanes, niſi ta
li fiant præſcripto: & per hoc, & inualidam reddere, ſi tentaretur (conſecutione quadam) mate-
riam & formam ſacramenti, ita vt tentata, nullo pacto: verũ ſequatur ſacramentum.

Addam, ꝙ ſi peteretur, An Eccleſia poſſet de materia & forma, huius ſacramenti diſponere,
ſtante valida ratione contractus: Dicendum ꝙ poteſt, qm̃ adhuc de illis, ſub iudice lis eſt. Et poſ-
ſet indubiè, decernere in ſacramento matrimonij, hos & illos actus eſſe materiam, & hæc & non
illa verba eſſe formã. Poſſet & decernere, verba & actus concurrere debere, cum his aut illis con
ditionibus, & ꝙ ſi ſecus fieret, non eſſet ſacramentum.

Demum & illis reſpondẽdũ eſt, quibus ad contractũ reſpicientibus matrimonij: non videtur

A æquum, vt conſtituantur teſtes, & ꝙ aliter nihil fiat: quoniam vt dicunt, teſtes tali pacto, fierent de contractus eſſentia, quod horrent admittere. Dicendum id non ſequi, ſed tãtum teſtes neceſſariò exigi, & ſic exigi, vt ſecus contractus non ſit validus. Conſtat enim multa ad effectum quẽpiam exigi neceſſariò, quæ rei non ingrediuntur eſſentiam. Approximatio ignis ad conburendum lignum, eſt neceſſaria, & tamen de eſſentia combuſtionis, nullo modo eſt.

Dicunt aliqui, ſatius videbatur adhibere pęnas, contrahentibus clandeſtinè, & non decernere irritationem. Sed quæ acriores eſſe poſſunt, excommunicatione latæ ſententiæ? E tamen totũ etiam id paruipendi; exemplum habetur in pluribus locis: in quibus excommunicatio lata eſt, in ſic contrahentes: & tamen paſſim contrahunt, illa contempta.

Quod expedierit irritare.

Quòd aũt expediẽs fuerit irritare, non multis eſt opus: res.n. verè acta eſt a ſpiritu ſancto. Et perſuaſus ſum, ꝙ ſi omnes animarum paſtores, in ſuis ſemper permanſiſſent Eccleſijs, hanc contrectaſſent prouiſionem, non modo conducibilem, ſed perneceſſariam forè: vt quæ vnicum eſt remedium, in numeris euitandis facinoribus, quæ paſſim homines trahunt ad interitum animæ.
B Ergo debemus gratias egere Deo: qui tam ingenti fauore aſtitit Eccleſiæ ſuæ. Cui ſempiternus honor & gloria. Amen.

AD REVERERDISSIMVM D. EPISCOPVM RECANATENSEM.

De quibuſdam quæſtionibus, a Sua Dominatione propoſitis: Iudicium, ſeu Determinatio Compendiaria.

Authore Reuerendiſſimo P. & D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

Quæſtiones propoſitæ.

AN humana creatura, poſſit, aut valeat, incantationibus, inuocationibus, aut alijs artibus: Dęmones, ſeu ſpiritus immundos aſtringere, ad intrandum, ſtandum, & vexandum, perſonam, quam velint.

An poſſint ipſi Dęmones, vel ſpiritus immundi, adeo in perſona alicuius firmari, & aſtringi, per eandem creaturam humanã, vt ſine licentia, & permiſſione
C illius, ex huiuſmodi perſona, & corpore, recedere non valeant: etiam ꝙ eſſent exorcizati canonicè per ſacerdotes, præuiis ſuis deuotis ſolemnitatibus, ſecundùm ritũ ſanctę matris Eccleſiæ.

An credẽdum ſit Dęmoni, ſiue ſpiritui immundo, ſi tpe & in ſtatu huiuſmodi exorciſmi, aſſerat ſe ibi adeſſe: & nolle, vel non poſſe recedere, ſtante iuſſu, & ordine dictæ humanæ creaturæ.

Iudicium ſuper propoſita.

Vt paucis, & extẽplo, ꝓpoſitis rñdeã qõnibus: quinq; attingẽda ſunt, ex ꝗbus oĩa erũt pſpicua.

Primum eſt. Quòd licet tam ingens ſit poteſtas Sathanæ, vt præter beatos angelos, poteſtatem excedat, cuiuslibet creaturæ, vt teſtatur Iob. cap. 41. Licet nunquam non graſſetur in homines, circumeatq; ſemper, quærens quem deuoret, ſicut ſcribit Petrus, prima. cap. 5. Non tamen ea vti valet, pro ſua libidine, ſed prout illi, eſt permiſſum à Deo. Quod conſtat, non ſolũ, quia pto arbi-
Iob. 1. trio, vexare non valuit ſanctiſſimum Iob: ſed nec potuit porcos inuadere, niſi permiſſus à CHRI-
Mar. 5. Luc. 8. STO. Ergo rectè, tum à Petro. 2. cap. 2. tum a Ioanne in Apocal. cap. 20. catenis dicitur alligatus: ne putemus illum, pro ſua in nos debacchari libidine.

Secundum eſt. Quòd licet incantationibus, inuocationibus, & characteribus, frequenter alli-
D ciatur: non tñ ſemper aſtringitur. Dico, frequẽter alliciatur: qm̃ vt cõi accidit curſu, nullæ fiunt incantationes, nullæ inuocationes, in quibus illi, aliquid non aſcribatur numinis. Quare, cum in eo illa perſiſtat Diuinitatis cupido, quæ illum fecit apoſtatã: haud dubium, ꝙ eas libenter audit, & quantum illi licet obſequitur. Quippè qui & blanditur ſibi, de honore præſtito: & cupit incantantem inuocantemq;, in ſui retinere famulatu. Dico, non ſemper aſtringitur: qm̃ etſi aliquæ incantationes, & inuocationes, vim quandam habent, aſtringendi Dęmonem: non omnes tñ. Et quæ vim habent, vt aſtringant, illam non habent ex ſui natura; ſed vel ex inito pacto, vel ex ſuperioris imperio. Ex inito pacto: qm̃ Dęmon, ad illas, ſe aliqñ aſtrinxit, illasq; forſan reuelauit, ſanxitq; ijs, qui illis primùm ſunt vſi. Ex ſuperioris imperio: qm̃ cum in Dęmonibus, remãſerint naturalia, nulli dubium, & ordinem, in eis remanſiſſe regiminis. Ergo ſicut vnus ſubiicitur alij: ita & ſuperioris obtemperat iuſſis. Ergo & Lucifer, vel alius alicui prælatus: etiam ſi nulla præceſſerit pactio: poſſet, ſibi ſubditum cogere, vt iuxta illas obediret.

Dęmones nõ ſemp aſtringũtur per incantationes.

Tertium

Tertium eſt. Quòd licet Dęmon aſtringatur qñque; non tñ ſemper in eius eſt facultate, præ- E
ſtarę quod petitur. Nõ ſolũ, quia vt diximus, illi permiſſum non eſt, pro libidine debacchari: ſed & quia homines, à bonis fouentur ſpiritibus, qui pugnant pro eis, & potiſſimùm ſuæ curæ cõmiſſis; vt facile eſt agnoſcere ex, 10. Danielis prophetæ. Et de vexatione animæ, certum eſt illam Dęmonio non ꝑmitti: niſi ſiqua fortè, ita ad illius volũtatẽ teneatur captiua, vt iure in illam tyrãnidẽ agat. Dę vexatione corporis, ꝑmittit̃ qdẽ illa aliqñ Dęmoni: vel in pęnã, vel in exercitium, vel ob aliã diſpenſationem Dei. Qua de re plura Chryſoſtomus, in lib. de prouidentia Dei.

Quartum eſt, Quòd qñ in quemq̃, à Deo Dęmon permittitur ingredi: in eo manet, ipſumq; vexat & torquet: haud obſcurum, ꝙ & eo pacto, & eo pro tempore manet, vel vexat, & torquet, ſecundũ ꝙ eſt illi præſcriptum à Deo. Tametſi ex ardore malæ voluntatis: nihil non tentet, vt longè acrius noceat. Quare falſum eſt, vt licentia egeat alligantis (Siquidem, ſicut facultatem non habet, dęmonium ſimpliciter alligare, nec Sathanas facultatem habet, ad libitum, ei quem vexat, coniũgi: ita nec facultatem habet, eo in tempore, Dęmonium vt libuerit retinere.) Quòd ſi dęmon, in eo quem vexat, id dicit, ei non adhibeatur fides: nam mandax eſt, & pater eius, vt Dñs dicit. Ioan.
Quòd ſi ad alligantis imperium, aliqñ videat̃ exire: id tñ, non ex imperij illius fit ratione, ſed quia completum eſt tempus à Deo taxatum. Quod Dęmon agnoſcens, ſimulat; ac ſi coactus, alli- F
gantis abiret præcepto. At ſi tempus taxatum, non eſt abſolutum, ad imperium alligantis, non exit: etſi aliquando fingit exire, non ſequiens in obſeſſum, ad tempus.

Quintum eſt. ꝙ exorciſmi ab Eccleſia inſtituti, riteq; in Dęmonem prolati, licet illum nedũ infeſtent, ſed torqueãt, vim tñ non habent quẽlibet expellendi: eo ꝙ aliquod eſt Dęmoniorum genus quod præter exorciſmum, orationem exigit, & ieiunium, vti Dñs dicit. Et qñ expellunt, non niſi, vel opportuno expellunt tẽpore, vel munere expellẽti gratis conceſſo: quod nõ eſt cuiuis exorcizanti cõe. Quòd Sathanas, exorciſmum nonnunq̃ videatur contemnere: non ideò eſt, quia illo non affligatur, ſed quia vti ſuperbus, ſimulat ſe non affligi. Quòd ſi exorcizanti aliquãdo mentitur: id, vel Dei fit iuſto iudicio, tum ne aſſueſcamus credere Dęmoni, tum quia non rarò, res quæ petitur, eſt curioſa, nec fortè expedit, illam ſcire: vel Dęmonis fit malitia, qui veluti reus, non vult rem, ſimplici vexatione fateri. At ſi repeteretur exorciſmus, aut adhiberetur fortior, extorqueretur forſitan veritas.

Quare dęmones ritè exorcizati nõ ſemper expelluntur.

Ex his, ni fallor, poteſt (quantum meę ex tempore occurrit imbecillitati) petitis fieri ſatis: dũmodo. V. ſatisfiat. D. Quòd ſi minus, præſto ſum rem accuratius meditari, & ſic potero, eidem
D. V. Reuerendiſs. qd abſolutius exhibere. Nã canis feſtina: cęcos parit catulos. Et cum his, veſtrę G
me ſemꝑ offero Dñationi: quã & cupio, vt Dñs ſeruet, & me ſibi deditiſſimũ ſemper habeat.

AD ILLVSTRISS. ET REVER. D. BERNARDVM NAVAIERVM,

Ampliſſimum S. R. E. Cardinalem, ac in Concilio Tridentino Legatum, ſemper obſeruandiſs. Quadam ſuper Quæſtione circa Montem Pietatis Iudicium.

Authore Reuerendiſs. P. & D. Iacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo.

PRÆFATIO.

CVpiens, ſuper quæſtione propoſita, aliquid attentare, Tria conſtituenda eſſe cenſeo: Statum, Baſim, & Concluſionem, De quibus, & perpaucis, me abſoluam.

Et quamquam meis in rebus, cenſorem ſemper, lubens recipio, quin & veneror: in iis tamẽ, quæ animarum poſſunt præiudicare ſaluti, etiã poſtulo, flagitoq; H
Ergo ſic, quæ afferam, a Tua Illuſtr. ac Reueren. recipienda ſunt amplitudine: vt in omnibus, ſuo & prudentiſſimo, & perſpicaciſſimo, ſubiiciantur iudicio.

Status.

An liceat viro, pecuniã hñti, quã verè mox expoſiturus erat in merces, vel domũ, aut agrum: ob idq; lucraturus quinq;, vel ſex, vel vltra, cõi curſu, ꝑ cẽtũ: agnita montis, quẽ vocant pietatis, penuria, vbi ſolet pauperibus, ad quinq; ꝑ cẽtũ mutuari: vt vberius pauperibus ſuccurratur illã in tali monte deponere, quatuor, aut quinque recepturus, pro centum.

Baſis.

Fundamẽtũ, ꝑ qõnis ſolutione, ex tribus ni fallor, ſatis hr̃. Primũ eſt, ꝙ Pietatis mons, mutuat ſine omni lucro: qm̃ etſi accipit quinq; ꝑ cẽtũ, non accipit ꝑ lucro, ſed ꝑ miniſtrorũ mercede: nã

A repertis, qui miniſtrent gratis. Quare, quod ſupereſt, adiiciendum non eſt capitali: ſed expedendum in eleemoſinas: vt modo, quo poteſt, reſtituatur egenis.

Secundum eſt, ꝙ in hoc, potiſſimũ, mutuatio differt à véditione: ꝙ hæc fit ad cõmodũ ꝓpriũ, & illa ad cõmodũ accipiẽtis mutuũ. Et non ſolũ fit, ad cõmodũ accipiẽtis mutuũ, ſed & fieri debet, adeò cãdidè, adeo purè: vt nec inde, aliquod liceat emolumẽtũ ſperare. Scriptũ.n. eſt. Mutuũ date, nihil inde ſperantes. Nihil inq̃, qđ ſit pecunia (vt dicũt) ęſtimabile: vnde nihil ꝓhibet, ſperare beneuolentiam, gratitudinẽ, laudẽ, & id genus. Inde vero, hoc ẽ, rõne mutui: ꝑ ꝗđ, nõ ꝓhibetur, ſiquis ſperauerit aliunde. Puta, quia cui mutuat, eſt liberalis, vel gratus, & recognoſcet beneficium. Dũmodo, id nõ deducatur in pactũ: aut eo tẽdat principalis mutuantis intentio.

Tertium eſt, ꝙ etſi ad ꝓpriũ, non licet mutuare cõmodũ, licet tñ mutuãdo ſe ſeruare indẽnem. Qđ & duobus accidit modis. Altero, q̃n q̃s, vt mutuet, patit̃ dãnũ: puta, q̃a vt mutuet accepit ad vſurã, ſoluitq; decẽ ꝓ cẽtũ Et tali caſu, licet mutuãti, illos decem, nedum ab eo recipere, cui dat mutuum: ſed & petere, & in pactum deducere. Reliquo, vt cum quis, vt mutuet, ſolitum dimittit lucrum: quod poteſt, tribus modis contingere. *Mutuantem ſeruare ſe indemnem cõtingit duob' modis.*

B Primò, mutando ſpontè voluntatem ſimpliciter: vt cum, qui ſolebat pecuniã, in merces exponere, aduertẽs ꝙ idẽ ferè lucrum cõſequi põt, ſi mutuet: non vult vltra merces emere, ſed mutuo pecuniã dare: vt aliquibus forſan accidit in ꝓpoſito. Nã licet pecuniã deponẽdo, ſup montẽ, tñ lucretur quatuor, & exponẽdo in merces, lucretur ſex: cõſiderãs tñ, ꝙ quatuor ſunt certi, ꝙ acquiruntur ſine labore, cum ſecuritate capitalis, & ꝙ depoſitum, cũ voluerit rehabebit integrè, quorum nullum, ſibi in mercium pollicetur emptione: iudicat quatuor pręferendos ſex, & minus lucrum extimat, maiore commodius. Et hic caſus, indubiè eſt illicitus: vt in quo, lucrum quæritur ex mutuo. Quod vſurarium eſt.

Secundò, mutando quidem voluntatem, at non ſimpliciter, nec penitus ſpontè. Non penitus ſpontè: quia id facit ab amico compulſus. Nec ſimpliciter: ſed ad modicum tempus, quin & in ſua, ꝑſeuerat voluntate: nẽpè ꝓſequendi mercaturæ negocium, cum ſibi erit reſtituta pecunia. Et hoc caſu, eſt licitum (ſine controuerſia) ceſſans lucrum exigere: & ſi non totum, quod ille ſperabat, id quod boni viri iudicium, omnibus conſideratis, decernet.

Tertiò, mutando ſanè voluntatem ſpontè, ſimpliciterq;, ſed honeſta quadã motus occaſione: nẽpè, vt ſubueniat, ſuccurratq; pauperibus. Et duobus põt accidere modis. Cum enim hoc in negocio, interueniat lucrum, & indigentiũ ſubleuatio: contingere põt, ꝙ aliq̃n vnũ, & aliq̃n alterũ
C ſit principale. Si principale ſit lucrũ: haud dubiũ, negociũ vſurariũ eſſe: quia lucrum ex principali q̃ritur intẽtione. Si principale eſt, egenorum ſubuẽtio: palã: opus & pium, & laudabile eſſe. Nã licet intẽtio non deſit lucri: adeſt tñ ſecundo loco. Quin nec adeſt, niſi quaſi per accidens: q̃m nõ propter lucrum, ſed vt mutuans ſeruetur indemnis. Et hoc in caſu, ni fallor, Iulij tertij, loquitur breue. Hactenus, de baſi: modo de concluſione.

Concluſio.

Ad rem. Q̃m negocium in foro excutitur conſciẽtiæ, conſiderẽt qui hunc ſuper montẽ deponunt, an reuera, ꝓfatæ adſint conditiones, videantq; ne decipiãt ſemet: non ignari, ꝙ Deus intuetur corda, & ꝙ eius forum, forũ conſcientiæ eſt. Si adſint inq̃ cõditiones ꝓfatæ. quarum prima eſt, Quòd illa pecunia, erat nedum in merces exponẽda de facto, ſed erat vt exponeretur in procinctu. Secunda eſt. Quòd ſic deponatur, vt principaliter ſuccurratur egenis. & non, vt lucrum proficiſcatur, ex mutuo.

D Quod poterit, ex duobus facilè animaduerti. Alterum eſt. Si mutuans mille, quos expoſiturus erat in merces, & non mille, quos conſeruabat in arca: ſignum ſatis euidens eſt, ꝙ nõ mutuat, vt ſuccurrat egenis, ſed vt lucretur ex mutuo. Siquidem poterat vtrũq; præſtare, mille exponendo in merces, & mille deponendo in monte. Reliquum eſt, vt examinet mutuans, an pecunia à ſe depoſita, reuera in vſus cedat pauperum, an potius diuitum, ſicut haud rarò, noſtris ſolet euenire temporibus: & ſciet an egenorum deponat intuitu. Nec dicas, eget qui accipit mutuum: q̃m multum differt, accipere ad neceſſitatem, vt faciunt pauperes, & ad luxum, vt ſæpe ſolent diuites. Quod indubiè pugnat cum iis, propter quæ pietatis mons inſtitutus eſt: quin & cum mutuatur diuiti, vberiori ſemper mutuatur ſumma, quod ſine pauperum non fit præiudicio.

Nec illud eſt tranſeundum, ꝙ pecunia ſic ſuper montem depoſita, non ſpectat ad montem, ſed conflatur alterius generis ſumma, ex qua, vt patet, non mutuatur gratis: nec quod ſumitur, ſumitur pro miniſtris, ſed pro pecuniam deponentibus. Ergo attendendum, ne ſub prætextu pietatis, faueamus auaritiæ: ac tali pacto, aditus aperiatur vſuris. Et quod hebræi faciunt, longè quidem

quidem acrius,maioriq́; voragine: fideles faciant,licet mitiori modo,nec tam ingẽti iactura.Sed notum eſt,magis & minus:ad eandem ſpeciem pertinere. E

Quæ viderentur ſeruanda:ſiquid ea ſuper re,neceſſe fuerit conſtituere.

Tria,meo quidẽ iudicio,ſunt adminus,habenda præ oculis. Primũ eſt. vt pecunia, quæ miniſtris ſolitis ſuperabundauerit,nullo pacto,adiiciatur capitali:vt petitur in his,quæ ſupplicantur, apud.D.N.Quandoquidem,id nõ ſolũ repugnat, conſtitutis in Concilio Lateraň. ſub Leone.x. ſed montem pietatis,in montem conuertit fænerationis(tam etſi, mitioris, & tolerabilioris iudaica)vt cui aliquid accreſceret lucri,ex mutuo; Sed erogetur,vt par eſt in pauperes,vt ſaltẽ modo quo poteſt,rędeat,ad dominos,a quibus & dimanauit.

Secundũ eſt.vt nulli liceat,pecuniã ſuper montem deponere,niſi duabus prædictis conditionibus veris exiſtentibus.Et hoc ſub pęna,quæ publico debetur vſurario, & reſtitutione totius lucri,egenis erogandi,ac impartiendi:vel & ſeueriori,ſi uidebitur expedire.

Tertium eſt.Quòd cum hęc res,ſit periculoſa,& homines cõiter,plus agãtur commodo,q̃ charitate: fortè videretur conſultius,mõtẽ reformare,q̃ hanc portã aperire.Reformaretur quidem, inter alia,ſi id,quod in eo eſt capitalis,non mutuaretur,niſi egenis, pro quibus & conflatum eſt. F
Et puto,ꝙ ponderata ſumma,& pauperum,qui in ciuitate ſunt, multitudine:ſatis, abundeque ſufficeret. Et in hoc,ſit finis: Ad Dei gloriam. Amen.

Expliciunt Enarrationes ſeu Tractationes XVIII, Theologales, tum eruditione, tum perſpicuitate abſolutiſſimæ Reuerend. P. & D. Iacobi Nacianti ex ordine Prædicatorum aſſumpti.

REGISTRVM.

*12345 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO.

Omnes ſunt Terniones præter * 1 2 3 4 5 XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO, quę ſunt duerniones. G



Impreſſum Venetijs,in Officina Lucæantonij Iuntæ.
M D LXVII.

IACOBI NACLANTI
CLVGIENSIS EPISCOPI
OPERVM
TOMVS SECVNDVS.

In quo infraſcripta continentur.

Theoremata Theologica quatuordecim, ſcholaſtico, vt aiunt, modo pertractata, & facillimè explicata.

Theoremata Metaphyſica ſexdecim, & Naturalia duodecim, quibus difficilia diuinæ & naturalis ſcientiæ loca excutiuntur.

Tractatus item naturales varij, De Alimento & eo quod alitur, De Senſili, & Senſu, De Regula à philoſopho poſita in calce ſeptimi phyſicorum, De Creatione rerum, De Animæ immortalitate, De Rerum contingentia, De Infinitate primi motoris.

Omnia nunc recens in lucem ædita. Quorum titulum ſequens pagella indicabit.

Fris Ferdinandi Romani Ord. Con. Conv. Albani



Valli Brontis orientis venetum et Maris Graeci 1673:

VENETIIS APVD IVNTAS. M D LXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quæ continentur in hoc volumine.

THEOREMATA.

THEOLOGICA.

De Ineffabili ſanctiſſ. Trinitatis arcano. ſol. 1
De Incarnationis myſterio. 12
De Admirabili altaris Sacramẽto. 17
De Notionibus Diuinarum hypoſtaſum. 23
De Relationibus io Deo perſonalibus. 23
De Expreſsiua rõne verbi Diuioi. 24
De Vera æternitatis eſſeotia & ratione. 25
De Gratia Chriſti infinita. 27
De Eſſe, quo pacto effectus eſt Deo proprius. 28
De Naturali hominis deſiderio, ad beatitudinem ſupernaturalem. 29
De Notitia beatorum in Verbo per quinque Theoremata explicatę. 30
De Sacramentis nouę legis, qninque Theorematibus abſoluta. 34
De Mala diſpoſitione exiſtentis in peccato mortali. 38
Dę Angelorum merito, & lapſu. 43

METHAPHYSICA.

De Diuina materialium, ac contingẽtium cognitione. 44
De Diſtinctiooe ſuppoſiti, & naturæ. 46
De Præſtantia intellectus ſuper volũtate. 49
De Natura & proprietate boni. 52
De Oppoſitione inter voum & multa. 56
De Contrarijs, ꝙ io nullo ſe compatiantur gradu. 57
De Reali mediorum cõpoſitione. 57
De propria ac formali ratione quantitatis. 58
De Potentijs rationalibus & irrationalibus. 59
De Generatione compoſiti & reſolutione vſq; ad materiam primã. 60
De Iochoatiooe artificialis formę in materia. 62
De Prioritate ſubſtantiæ ſuper accidentia. 63
De Materia, quo pacto iogrediatur quidditates naturales. 64
De Priuatiooum ac oegationum entitate. 64
De Medio contrariorum & priuatiuorum. 65
De Differentia corruptibilis, & incorruptibilis. 65

NATVRALIA.

De Vnione formæ, materię diſpoſitę. 66
De Anima animalis perfecti, quomodo eſt tota io toto, & tota ĩ qualibet parte. 67
De Differenti modo, quo ſenſus & intellectus fiunt io actu. 68
De Natura iotellectionis hnmanę. 69
De Notitia animę, tum in corpore, tum extra corpus. 70
De Natura ſeu ratione motus phyſici. 72
De Natura ſeu propria rõne loci. 73
De Natura ac propria ratione temporis. 75
De Eo, ꝙ nihil mouetur a ſeipſo primò. 76
De Prioritate motus Localis. 77
De cõtinuitate, ſeu vnitate motus. 78
De Motu locali, an aliquando fit in inſtanti. 78
De Alimento, & re quæ alitur tractatio. 80
De Senſu & ſenſibili tractatio. 86
De Regulis in calce ſeptimi Phyſic. poſitis, quo pacto interpretãdę. 93

QVAESTIO I.

De Creatione rerum. 99

Q. II.

De Immortalitate animæ. 118

Q. III.

De origine contingentię. 143

Q. IIII.

De Iofinitate primi Motoris in octauo Phyſicorum inuenti. 156

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. MICHAELI CARD. ALEXANDRINO SEMPER OBSERVANDISSIMO.

Iacobus Naclantus Clugien. Epiſcopus Fœlicitatem perpetuam.

EQVIDEM *cum iſtud, ad quod, iure optimo promotus es dignitatis, neceſſariò Illuſtriſsimam ac Reuerendiſsimã D. Tuam innumeris habeat occupare negocijs, ijſq; grauibus, ac toti Eccleſiæ conducentibus; vt qui ſummo ſemper aſsiſtis Antiſtiti, ad quem moderatio pertinet totius orbis, potiſsimum in ijs, quæ animarum habent promouere ſucceſſum, ſalutemq́; non temere perſuaſus ſum, illam non valere tantum nãciſci temporis, vt pro eo quo ardere ſolet deſiderio, ſtudijs, cum Philoſophiæ, tum Theologiæ, vt vocant, ſcolaſticæ, quæ ferè totum exigunt hominem, vacare valeat & incumbere. Quare, ingratam rem me facturum non puto, ſi pauca vtriuſq; facultatis, compendio a me coacta; tuæ Illuſtriſsimæ D. obtulero dederoq́; præſertim cum de præſtantiſsimis ſint vtroq; in negocio contẽtis, & quæ in deſiderio maximè eſſe ſolent viris eruditis. Et cum breui ſint tradita, Theorematibusq́; diſtincta, impoſsibile prorſus non erit, vel ad horulam, quæ tuæ aliquando permittitur D. aliquid ex illis diſpicere, ac tua qua polles ingenij perſpicacia, reliqua animaduertere: Quæ ſi ab ea non fuerint improbata, dabitur opera, vt poſsim aliquando offerre maiora. Dominus ſeruet & tuam Illuſtriſsimam D. & Auunculi tui Pij, inquam Quinti, qui viuit & regnat, Beatitudinem.*

FRATER PETRVS FRATINVS ORD. PRÆ DI SACRAE THEOLOGIAE BACCALAVREVS.

Lectori Erudito & Candido. S.

VIRARIS ſcio, erudite lector, cur author, tam iniqua lance hos Tomos diuiſerit, in priorem tam multa, in poſteriorem tam pauca congeſſerit. Cur Tomus ille prior tam magnus fuerit, poſterior hic tam paruus. Id tamen nec caſu, nec niſi pręuio examine, nec abſq; ratione, velim factum credas. Et primùm quidem cú in priori, non niſi ea quæ ſunt ſacra, vel quę è ſacris dependent literis, in poſteriori quę naturalia ſunt, pertractentur; diſparitas argumenti, enarrationum, & tractationum, inæqualis huius diuiſionis fuit in cauſa. Et licet in ſecundo multa Theologica diſſerantur, elucidentur, ſtabiliantur, id tamen non niſi more, vt dicunt, ſcholaſtico, peragitur: cum contra in primo, quæ Dei ſunt, ad mores informandos, ad promouendam pietatem, ad viuam & gratificam fidem confouendam & confirmandam, & vt ſic loquar, non niſi practicè, declarentur. Vnde ſicut in hoc lumen intellectus roboratur & illuſtratur, ita & in illo excitatur, accenditur & inflammatur affectus: Quæ cum longè diuerſa ſint, vt omnes norunt; non mirum ſi & diuerſis diſparibusq; repoſita ſunt voluminibus. Adde (quod ſæpe vſu venit) nobis tunc minimè integrum remanere negocium, cum amicè Amicis obſequi volumus: Rogatus porrò à pluribus Vir hic doctiſſimus, vt Theoremata, iam pridem doctis ac bonarum literarum ſtudioſis deſideratiſſima, nec non tractationes aliquas, hac tempeſtate, contra Hæreticos neceſſarias, tandem aliquando in lucem daret (vt ipſe eſt humaniſſimus & de Amicis ad benè merendum natus) non potuit illorum votis non ſatisfacere: Hinc factum eſt, vt alia multa, & multo plura, quàm quæ nunc primùm excuſſa ſunt, & tu nunc deſideres, & ipſe in lucem dare, ſicut animum induxerat, non valuerit; quo & communi bonorum, & doctorum vtilitati (quorum commodis ſemper inſeruire, eiùs moris fuit) quàm maximè conſuleret, & ipſa volumina adęquaret. Pręſtabit tamen non multò poſt, ſi vita & valetudo comites fuerint. Tu interim præſentibus fruere, nec (vt admonet Ariſtoteles) ad pauca reſpiciens, de facili enunties. Vale.

INDEX PRÆCIPVARVM Sententiarum, in Theoremata Theologica, Methaphyſica, & Phyſica, nec non & in Quatuor Queſtiones

Et huic Tomo, Amice lector Indicem appoſuimus, quo facilius occurrat, ſiquid particulare deſideras, Vale.

De litera A

ABSTRACTVM & concretum in ſeparatis idē ſunt, ſicut ars et artifex. 115.B
Accidens collatū corpori Chriſti in ordine ad ſacramētum, fundatur immediatè in eius ſubſtantia, ita quod nō in quātitate. 18.H| *Et reddit illud præſens ſpeciebus, & cōtentum in illis.* 19.A| *Sed per modū ſubſtantiæ, & indiuiſibiliter.* ibi.B| *Et eſt vnū de præclaris priuilegijs conceſſis animæ Chriſti.* Ibi.C
Acribologia mathematica non in omnibus requirenda. 118.B
Actione immanenti nihil produci intelligitur vel neceſſariò vel propter quod. 3.A
Actio intellectus qua producitur ſpecies, triplex eſt in ratione, & triplicem habet reſpectum. 4.E
Actio q̄libet ſimpliciter imanēs, hēt terminū itrinſecū. 70.E F
Actus vnus & idem poteſt eſſe patria & via, licet prius natura ſit via quàm patria. 43.D
Actus volūtatis ex pte exercitij, tres hēt motores et q̄ ſūt. 50.H
Aeternitas propriè dicta, habet menſurare eſſe et operari diuinum, et eius diffinitio declaratur. 26.F| *Et maximè ex Boetio.* Ibi.H| *In quo differat, a nūc ipſius æternitatis.* 27.A
Aeterna entia ſi pendent a primo ente in genere cauſæ finalis, pendent etiam in genere cauſæ effectiuæ. 111.D
Aeuum quid ſit, & quid ipſius nunc intrinſecum. 27.A
Agēs per motū et ſimplicē emanationē dat apud Ariſ. 117.A
Agens liberū triplicē habet annexam contingentiā. 146.G H
Alendæ res oportet vt abundet calores, ſicut alimentum humiditate. 80.H
Alimenti vox, ab alendo deducta, & eſt quo res alenda alitur. 80.F| *Sed crudum non coctum.* 81.A| *Quomodo ſeruiat augmentatiuæ.* 84.F
Alterationes & motiones intentionales poſſunt contingere ſine dependentia á motu corporeo. 77.C
Amare Deum in præſenti vita nobilius eſt quam intelligere ſecus in futura. 49.C D
Amatio Dei, ſicut ſe extendit ad omnia quæ ſunt in Deo, ita & ſpiratio. 6.E
Angelus non recipit ſpecies a rebus, ſed â Deo infuſas. 32.F| *Et ſuperior alloquitur inferiorem ordinando quod per illas intelligit, ad hoc ut intelligantur ab eo.* 24.E
Angeli omnes, creati ſunt in gratia at non conſummata vt anima Chriſti. 43.A| *Et licet omnes in primo inſtanti meruerint, quidam tamen in ſecundo demeruerunt, alij uera perſeuerarunt.* Ibidem. B
Anima quid ſit. 118.G| *Eſt enim vita principium primum, i. adæquatum.* 120.E F
Anima humana quid ſit propriè. 118.G
Anima humana etſi in genere ſit intelligibilium, non tamē eſt actu intelligibilis. 71.C| *Et ſeparata quomodo cognoſcit ſingularia.* Ibi.D| *Et quatenus intellectiua, immortalem aſſerūt omnes peripatetici.* 121.A| *Et licet effectiuè cauſet vitā, non tamen effectiuè cauſat eſſe vitale.* 120.E
Anima animalis perfecti, quomodo ſit tota in toto, & tota in qualibet parte. 67.B C D| *Dupliciter conſideratur, & vt forma & vt anima.* 120.E| *Et quomodo nobiliſſima inter omnes ſenſitiuas.* 128.G
Anima intellectiua, eſt â Deo, ab homine & à Sole, pro modo ſingulorū. 28.G| *Et eſt ſimpliciter in genere ſeu ordine ſubſtantiarum intelligentium.* 70.G
Anima humana duplex apud Commen. & vna multipliciter differt ab alia. 121. B C D| *Quomodo ſit habita vel non habita per generationem.* 128.F G
Anima ſeparata, primò cognoſcit eſſentiam ſuam, deinde quæ in ea ſunt, pro præſenti tamen ſtatu, ſingularia cognoſcit indirectè. 71.E F
Animæ humanæ immortalitas probatur multiplici ratione. à 137.D| *ad* 140. *per totum.*
Aīa dans eſſe cœlo qualis ſit, et in quo differat à noſtra. 167.A
Anima non mouetur per accidens, niſi corpus, cuius eſt anima, locum tranſmutet. 167.C D
Anima licet creetur, non tamen eſt per ſe primò terminus creationis. 116.D| *Nec habetur per generationem abſolutè; ſed tantum, vt in hoc.* 128.F| *Et ſi eſt forma corporis, non tamē illi immerſa, nec extenſa.* 134. F| *Nec aliam formam ſubſtantialem compatiens.* 129.D| *Materiam excellentiſſimè diſpoſitam requirit.* 133. D| *Singularitatem habet à Deo, tanquam ab agente, a corpore, tanquàm ab occaſione.* 134.H| *Et cum ſit immaterialis ſimpliciter, eſt ſimpliciter immortalis.* 138.H
Anima humana, naturaliter appetit cōſtāter eſſe ſēper. 130.E| *Et quomodo.* ibidē. H| *Vt quæ per intellectum apprehendit eſſe vt abſtrahit, ab hic & nunc, & apprehendit vt excellentiſſimum bonū, &c.* 131.B C
Anima humana creando infunditur & infundendo creatur, cū nec ipſa nec alia forma præcedat ſuum compoſitum. 134. E| *Et ex lumine naturali, habet duplicem ſtatum, & vtrunque ſibi naturalem ex Auicenna.* 136.E F| *Et immortalis probatur ad mentem Ariſtotelis.* 140.H| & 141.A
Anima Chriſti an fuerit aſſumpta ante corpus. 12.H| *Quæ in aſſumptione, mediū eſt, nō tantū vt quo, ſed vt quod.* 13.A
Anima Chriſti, poteſt ordinare ſpecies quas habet, vt videātur à beatis, & repræſentent &c. 34.F
Annihilatio, quæ requirat, vt vera ſit annihilatio. 20.G| *Quæ ab Ariſt. non concederetur, cum ponat effluxum creaturarum â Deo, neceſſarium.* 116.D
Appetitus naturalis quis ſit & quàm conſtans & quòd nō eſt impoſſibilium. 131.B
Applicatio qua voluntas applicat intellectum ad intelligēdum nil aliud eſt quàm vſus voluntatis. 49.D| *Et eſt duplex actiua & paſſiua.* 50.E
Arbitrij noſtri libertas non nihil habet diuinitatis, adeo non mirum, ſi prima cauſa ſe habet ad illud quodam peculiari modo. 149.A B
Ariſtotelem fatendum eſt contradictoria aſſeruiſſe, ponēdo animæ immortalitatem & mundi æternitatem. 142.G
Ariſt. ſi poſuit creationem, ab æterno illam poſuit & maximè entium æternorum. 109.B
Ariſtoteles ſi iuxta quoſdam uidetur dubius, de immortalitate animæ, rectius tamen ſentiunt, qui aſſerunt ipſum eam tenuiſſe ſimpliciter immortalem. 140.H|141.A
Ars in Deo & apud nos, quomodo differant in operando. 115.B

Aſſumere etſi non ſit perſonare, terminare tamen aſſumptionem, &c. prout in myſterio incarnationis, eſt perſonatis reddere, &c. & quomodo. 15.C
Aſſumere & terminare, licet quandoq; Theologis confundantur, ex propria tamen ratione diſtinguuntur. 12.F| Et licet aſſumptio facta à Verbo, primò tendat ad hanc naturam, inchoatio tamen incipit a partibus. &c. Ibi.G
Aſſumptibilitas &c. ad potentiã rei ſpectat obediẽtialẽ. 12.H
Auctio aliqua etſi ſit inſtantanea, non tamen propter hoc ſequitur motus totalis in inſtanti. 79.B
Augmenti extenſio non fit, vt in rarefactione, ſed per maiorem eductionem quantitatis &c. 84.G| Et quomodo id contingat. Ibi.H
Augentur omnia mẽbra maximè principalia &c. at non aqualiter. 85.A| Et in certo tempore communiter loquendo. ibi.
Auxilium Dei quod concurrit ad gratiam cauſandam per ſacramentum, habet rationem magis operationis, quàm habitus, ſicut & perſeuerentia. 37.A

B

BAPTISMI principalis effectus eſt, regenerare hominem in mẽbrum Chriſti, ac ſi mortuus & reſuſcitatus eſſet cum eo. 37.D|38.E
Beari non ſolum eſt in Deum abſorberi, ſed illũ penetrare; vel Deum ſuo modo fieri. 16.E
Beatitudo noſtra cum conſiſtat in viſione Dei ſicuti eſt, nullus beatus niſi videat trinum & vnum, etiam, ſi videat hunc Deum. 15.D|& 30.G| Et eſt velut ſtillicidium, beatitudinis diuina. Ibidem.H
Beatorum hominum anima, eaſdem habent ſpecies quas anima Chriſti: licet magis limitatas. 34.F
Beatus quis eſſe poteſt, nullã in Deo videndo creaturam. 31.B
Beati videre dicuntur in Verbo, quia in diuina eſſentia non ut vicem gerit ſpeciei, ſed rationem obiecti. 32.F| Et quæ nam videant in Deo. Ibi.F| Poſt iudicium cognoſcent, quæcunq; ſcit Deus ſcientia uiſionis. 33.C
Beato alicui multa reuelantur à Deo, quæ nec uidet nec uidit formaliter in diuina eſſentia cum factus eſt beatus. 32.H
Beatus nemo eſſe poteſt niſi uideat eſſentiam, attributa, et perſonas diuinas. 30.F| Cuius oppoſitum ſenſit Scot. & malè, non enim cognoſceretur ſicuti eſt. 31.A
Bonitas ipſi eſſe ſuperaddita, tres gradus claudit in ſe: ratione quorum habet emanare & recipi in ipſo eſſe, ſed diuerſimodè. 54.G H
Bonitas tota eorum quæ ſunt ad finem ut ſic, cauſatur in eis ex ipſo fine. 106.F G
Bonum quare magis definitur in ordine ad appetitum, quàm ad res. 55.A
Bonum apprehenſum dicit duo, & quid unumquodq;. 51.C| Quo pacto concurrat effectiuè, ad actum uoluntatis. 52.E| Et quomodo formaliter. Ibi.F| Ipſum comitatur appetibilitas, & communicabilitas, ſed iſta, mediante illa. 54.H
Bonum duplex morale & tranſcendentale, & illud rationes aliorum tranſcendentium ſupponit, quia fundatur in ipſis. 53.A B| Et fundatur in eſſe non eſſentiæ, ſed exiſtentia. ibi.D| Sed prærequirit tres prærogatiuas antequàm fundetur in illo. 54.E F
Bonum ſiue finis, ſiue ad finem, quare ponitur potius obiectum uoluntatis quàm intellectus. 50.G| Nec illius eſt obiectum, niſi mediante actu intellectus. Ibidem| De cuius ratione eſt communicare ſe ipſum. 52.G

C

CALIDITAS & frigiditas non participantur àtepido actu, ſed uirtute, ſeu officio. 65.C
Caloris proprium eſt dilatare & calorem inducere. 79.D| Et ſimul cum humido, eſt inſtrumentum digeſtionis. 82.F| Eſt etiam inſtrumentum generatiuæ, in quo reperiuntur tres uires & quæ. 85.D|& 86.E
Caſus & fortuna quo diſtinguantur, ſub contingentia. 151.B C
Cauſa prima non cõpatitur in ſe ullo modo contingentiã. 145.A
Cauſæ omnes, ſuos in ſe præhabent effectus, licet non uniformiter. 44.G| Et habent proportionem ad illos, ut cauſa per ſe reſpondeat effectus per ſe, & uniuerſali uniuerſalis, & uniuerſaliſſima uniuerſaliſſimus. 107.E
Cauſa media, quomodo concurrant ad cauſandum eſſe. 29.A| Inſtrumentales ad genus pertinẽt efficientis. 35.B| Et in efficientibus non poteſt dari proceſſus in infinitum. 107.A
Cauſa prima. ſi propriè loquimur, nec neceſſariò, nec contingenter cauſat, ſed excellentiori modo, quo continet omnes cauſandi modos, ſecluſis tamen imperfectionibus. 145.B| Nec cauſat niſi concurrentibus illius ſapientia & uoluntate. Ibi.C| Nec omnia quæ ab illa fiunt, fiunt ex neceſſitate. 146.E
Cauſa prima habet pro ſuo adæquato effectu, ens inquantum ens. ergo & radix eſt omnium entis differentiarum. ergo & contingentiæ. 147.C D| Et cauſat quia uult. 148.G
Character eſt effectus ſacramentalis, communis bonis & malis. 36.H| Et à tribus tantum imprimitur ſacramentis; intentus ut per illum homo ſit aptus ad ea quæ ſunt cultus diuini, & actiuè & paſſiuè. 37.B C| Reddendo illum membrum reipublicæ Chriſtianæ formaliter. 38.E
Character eſt diſpoſitiuus ad gratiam, etſi non abſolutè, ratione tamen ſui effectus, ut talis eſt ſacramenti. 37.D
Character, ſecũdum ſe eſt diſpoſitio remota ad gratiam, ſed proxima ſecundum effectum ſuum particularem. 38.F
Chriſti corpus, & ſacramentum & res ſacramenti, eſt & dicitur, & qua ratione. 17.C| Qui etſi totus integerq; in illo continetur, tamen quo ad aliqua continetur ex ui ſacramenti; et quo ad alia per concomitantiam. 18.E
Chriſti corpus ut in ſacramento, quid ſonet aut importet. 18.E| Quale accidens illi collatum, dũ inſtituit ſacramẽtum. 18.G
Chriſtus præſens in ſpeciebus ſacramenti, non minuit ſed auget illis uim collatiuam gratiæ. 22.G
Chriſtus notiã eorum, quæ ſcit ſcientia uiſionis, cõmunicat beatis, per reuelationem, ad modũ reuelationis Angelicæ. 34.E
Cælum eſſe animatum anima informante probatur. 166.G H| Et qualis ſit illa anima. 167.A| Et quid de hoc ſentiendum ſecundum Theologos. 168.E
Cælo cuilibet duplex motor aſsignatur à Philoſophis, alter coniunctus, & alter ſeparatus, & quis uterq;. 157.A
Cæli an ſint animati Theologorum diuerſa opiniones. 167.D| Et quid magis conſentaneum rationi. 168.E
Cogitatiuæ excellentia apud Commentatorem. 122.E F
Cognitio ſingularium etſi non ad perfectionem intellectus ſpeculatiui, ſpectat tamen ad perfectionem practici. 32.G
Cognitio Dei infallibilis, non tollit aut libertatem arbitrij, aut contingentiam rerum. 45.D|& 46.E
Coloribus complãtata eſt lux quadam corporalis, quæ ſunt uiſibiles in potentia, & ſicut etiã corporeis lux intelligibilis. 71.A
Compoſitum quod ſit, idem eſt quod quidditas cõcretiuè accepta, ſeu ſuppoſitata. 61.C| Et eſt quod generatur per ſe primò generatione Phyſica. 60.E| Et ad hoc quod generetur ab aliquo, non eſt neceſſe ut ab eo ſingulæ partes generentur. 128.G

Commentater quomodo creationem poſuit ad mentem Ariſtotelis. 114.H.
Commentatoe duplicem in homine animam poſuit, et quomodo. 121.B C| *Eius opinio de unitate intellectus.* 122.123.124 *per totum*| *Quæ illi peculiaria in opinione de unitate intellectus.* 124.H
Commune ſenſibile quincuplex. 87.D| *Nec ideo cõmune, quòd à pluribus ſenſibus ſentiatur, ſed unde.* 88 E
Communicare ſub altera tantum ſpecie, non eſt minoris utilitatis, per ſe loquẽdo, quàm ſub duabus. ſecus per accidens. 21.D| *Quin & populo expedit, tum ob periculum effuſionis, tum ob reuerentiam, tum ad obediendum Eccleſię.* 22.H
Communicatio, pro illatione actualiter ſumpta, non eſt de ratione boni. 55.C| *Licet ſumpta pro eo quod ponit in communicãte, aliquã dicat perfectionem.* ibi.D| *Et ſic eſt in qualibet diuinarum perſonarum utpote naturæ conueniens.* 56.E
Communicare ſe fundamentaliter acceptum, pertinet ad rationem boni, in primo modo dicendi per ſe, formaliter vero in ſecundo. 55.G
Conciliatio multorum dictorum D. Tho. de unum et multa quæ videntur contraria. 56.G H
Coniunctio motoris cum corpore cœleſti qualis ſit. 166.E F
Conſecrans in triduo mortis Christi: non habuiſſet, in eo ſanguinem. 18.F
Contingentia omnia & materialia continentur in Deo, at non contingenter aut materialiter. 44.G| *Et unum & idem poteſt dici contingens & neceſſarium, alia tamen & alia ratione.* 144.E
Continuitas motus, illius eſt unitas. 78.F G| *Quod dupliciter intelligi poteſt, formaliter & cauſaliter.* Ibidem.
Contradictio eſt affirmatio & negatio, eiuſdem de eodem ad idem. &c. 16.G
Contraria veré, non poſſunt realiter eſſe ſimul, in eodem adæquato ſubiecto, licet ſint ſimul in eſſe intentionali. 57.A| *Et hoc quia ex rationibus formalibus ſunt contraria, ergo et in quocunq; gradu.* ibi.B
Contingentiam ex toto negarunt Stoici, ſicut Epicurei neceſſitatem. 143.C
Contingentiam haberi in rerũ nã, ſuadetur ex tribus. 144.E F| *Et eſt duplex, altera tenens ſe ex parte cauſæ, altera ex parte effectus. & quid illa.* ibi.G H
Contingentia quomodo ſaluetur cum diuina præſcientia. 154.F
Contingentia eſt quadruplex, & ea inuenitur in agente libero defectibili tamen. 146.G H| *Et quomodo appelletur unaquæq;, & quæ magis rationem teneat contingentiæ.* 147.A
Contingentię effectualis actualis, & effectualis potẽtialis, quæ ſit prima radix. & quomodo una ſe habet ad aliam. 148.F
Contingentia materialis, an indifferenter ſe habeat, reſpectu cuiuſcũq; formæ introducendæ in materiam 151.D| & 152.E
Conuerſio ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti, dicitur & eſt tranſubſtantiatio. 19.D| *Quæ non conuertitur in illud abſolutè, ſed ut habet eſſe ſacramentale.* 20.G
Corpus Chriſti mouetur localiter ad motum ſpecierum &c. & eſt totum in toto & totum in qualibet parte ſpecierum. 19.B
Corruptibile & incorruptibile, quomodo differant pluſquàm genere. 65.D| *Et incorruptibile eſt duplex phyſicũ & methaphyſicum.* 66.E
Creatio quid ſit. 100.F| *In cuius diffinitione, quid ſignificet ex nihilo.* ibi.G| *Accipitur enim tanquàm ex termino.* 101.B
Creaturæ non continentur in obiecto beatifico propriè ut in ſpeculo, ſed ſolum in quantum in Deo repręſentantur. 31.D
Creatiò neceſſario ponenda eſt ad mentem Ariſto. & probatur tribus rationibus. 113. *per totum.* 114.E| *Circa quam quatuor recitantur opiniones falſo impoſitæ Ariſtoteli, & impugnantur, a* 109.B| *uſq; ad.* 112.H| *Et quomodo illam poſuit Auicenna ad mentem ipſius Ariſtotelis.* 114.E F| *Et an poßit concedi noua creatio ad mentem Ariſtotelis.* 116.G H
Creatio eſt actus intellectus practici, nec ſimpliciter liber, nec ſimpliciter naturalis, ſed eminẽtius. & eſt actus intellectus practici, ſed directiuè & voluntatis, ſed imperatiuè, & potentię rectiua, ſed executiuè. 116.E F| *Cuius ponẽdæ neceßitas probatur.* à 104.G H| *ad* 107. *per totum*| *Etiam ad mẽtem Ariſtotelis.* 113. *per totum.*
Cuilibet orbi cœleſti, aßignãdus eſt iuxta Philoſophos, proprius motor, tam coniunctus, quàm ſeparatus, qui moueat ut amatus &c. & quot, iuxta illos, ſint dicti orbes. 168.F G

D

DEFINITIO *continet aliquid dupliciter implicitè & explicitè.* 55.B
Denominatio fit à ſuperabundanti, non utcunq;, ſed in perfectione. 128.H
Dependentia omnis eſt cum cauſalitate. 105.D| *Et illa qua cætera dependent a primo ente, eſt nõ ſolum in genere cauſæ finalis, ſed etiam effectiua.* 111.A
Deſcriptio non neceſſariò continet omnia, quæ continentur in deſcripto. 55.C
Deſiderium naturale dupliciter, pro naturali inclinatione, & pro actu elicito, & utriuſq; differentia. 29.C. *Et naturale dicitur, quia in natura, non quia ex principijs naturæ.* ibi.D
Deſiderium beatitudinis, pro actu elicito, poteſt dici naturale & ex parte ſpecificationis, & ex parte exercitij, & quomodo. 30.E
Deus ut ens infinitum, in unica ſuę deitatis ratione, omnes entitatis gradus eminenter complectitur. 44.F
Deus intelligit comprehenſiuè ſeſe, ergo & omnia quæ ſunt in ſe, &c. & quæ ſunt extra, ſed non per aliquid extra. 44.H| *Etiam contingentia.* 46.E
Deus etſi poßit infinita, nil tamen faciet quod non pertineat ad perfectionem uniuerſi, ſic exigente ratione iſtius, & illius ſapientia. 45.A
Deus mouet voluntatem quo ad exercitium dupliciter. 50.H| *Non tamen poteſt eſſe in genere phyſico, ſed Methaphy.* 66.E
Deum uniri animæ cœli communicando vigorem infinitum, nõ inconueniens & quomodo. 164.E
Deus conceptus ut precenis perſonam Patris & filij, non eſt extra rationem perſonæ licet incompleta. 8.E
Deus potuit, loquendo de potẽtia abſoluta, naturam perſonatã naturali perſonatione, perſonare etiam perſonalitate diuina. 16.H| *Et ſolus poteſt, quicquid requiritur ad producendum eſſe.* 29.A
Deus ſi nouam ſpeciem adderet uniuerſo, deſiderium beati, illã cognoſcendi non eſſet naturale. 32.F
Deo inſunt omnes perfectiones reperibiles, cum ſit ens per eſſentiam. 107.D| *Ipſe prima & uniuerſaliſsima ars oĩm.* 155.A
Deus ac cæteri motores abſtracti, concipi debent ut artes ſubordinata. 169.D| & 170.E
Diaphanũ quid ſit & quot & quas requirit conditiones. 93.B| *Aliud ſimpliciter, aliud ſecundum quid.* ibi.C
Differentia quæ inter artem diuinam, & eam quæ eſt apud nos. 115.B C
Difficultates tres circa creationem ad mentem Ariſtotelis recitantur

citantur & reſoluuntur clariſſimè. à 115. D/ Vſq; ad finem quæſtionis.

Digeſtiua virtus quincuplex, ſicut & quinq; ſunt digeſtiones. 81.D/ Et qua vnaquaquè. 82.E F

Diſpoſitio ad gratiã eſt actus liberi arbitrÿ in Deum, & in deteſtationẽ peccati. 35. B/ A Deo moti & eius auxilio fulti. 38.F

Diſpoſitio proxima ad aliquam formam, eſt in eodem ſubiecto cum forma, quando ſcilicet ex propria natura, habet vim diſpoſitiuam, non autem ſi ex Dei munere particulari. 38.F

Diſpoſitio tripliciter ſumi poteſt, & quomodo accipitur in diffinitione fati. 153.A

Diſpoſitiones in materia ſunt ſimul cum forma, nõ pro quocunq; ſigno naturæ, ſed inſtanti temporis, & quomodo intelligatur. 66.G H

Diſtinctio perſonarum realis, vt definiuit Eccleſia in Concilio Floren. ſub Eugenio quarto, ex relationibus proficiſcitur, vt actu referentiam exercent. 11.B

Diuina perſona etſi infinita ete. diuerſarum tamẽ quodã pacto ſunt rationum, & ideo, perſonabilitas obediẽtia reſpectu vnius, non impedit eandem perſonabilitatem, reſpectu alterius, ideo & tres ſimul poſſunt eandem numero naturã perſonare. 15.B

Diuina prę̨uiſio quòd non deſtruat hominis libertatem. 155.C

Diuini verbi proceſſio non eſt productio alicuius formæ, ſed interna locutio Patris. 3.D

Diuiſio, cum ſit alicuius diuiſio, aliquo pacto, reſpectiuitatem concernit. 10.E

E

EFFECTVS iſte, puta contingentia, an reducendus ſit in voluntatem, ſapientiam & poteſtatem diuinam, tanquàm in cauſam, & quomodo. 147.D/& 148.E

Effectus contingentes quomodo pendeant â prima cauſa quæ eſt infallibilis. 148.H/& 149.A

Effluxus boni diuiditur in actualitatem, quam ponit in effundente, & in receptibilitatem paſſiuè, quæ ponitur in recipiente. 55.A/ Et quæ vtriuſq; differentia. Ibi.B

Elementa etſi generentur, ſecundum multiplicatam analogiã, non propter hoc ſequitur, motus localis in inſtanti. 79.D/ *Et illa poſſe in inuicem immediatè mutari, quomodo intelligendum.* 80.E

Elementa quomodo ſunt in corpore alendo. 80.G/ *Et inter illa prædominatur ignis, ſeu qualitas ignis.* Ibi.H

Ens maximè per ſe, cauſa eſt eſſendi alÿs: vt maximè calidum, cæteris calidis. 113.B

Ens non eſt tranſcendens, ſed baſis, & fundamentum omnium tranſcendentium. 53.A/ In quo cum omnia fundentur, maximè vero ipſum bonum. Ibi.B

Entitas vt entitas, abſtrahit à negatiuo & poſitiuo, nec aliquod ſibi repugnat. 64.H

Eſſe tale abſolutè, & eſſe tale ex attinctione quid ſint, & quomodo differant. 130.F G

Eſſe eſt duplex eſſentiæ & exiſtentiæ, illud importatur, in diffinitione, hoc autem in eo eſſe quod vnicuiq; creaturæ donatur á Deo, & declaratur vtrunq; 53. B C/ Illud idest eſſentia quõ conſiſtat in compoſitione, & quæ. 118.H/& 119.A/ Et deſiit in triduo mortis Chriſti, non autem eſſe exiſtentia. Ibi. B/ Licet illud a Philoſophis dicatur, perpetuum & incorruptibile. Ibi.C

Eſſe exiſtentiæ dupliciter nominaliter & participialiter, primo modo ſignificatur per modum ſomni, ſecundo per modum vigiliæ. 54.E

Eſſe animæ humanæ, terminus eſt & creationis, & generationis, ſed alia & alia ratione. 128.F G

Eſſe communiter acceptũ, exiſtentia dicitur. coarctatũ autem ad ſubſtantiam, dicitur ſubſiſtentia. 7.D

Eſſe, cum ſit intrinſecum perſonę, incongruè aſsignat̃ ei per nomen originis, quod ſonat egreſſionem. 8.H/9.A

Eſſe dupliciter, vt habet rationem eſſe, & vt induit rationem formæ, & declaratur. 51.C/ Primo modo mouet finaliter, ſecundo modo effectiuè & ſpecificatiuè. Ibi.D

Eſſe ſemper intellectuali naturæ maximè conuenit, & quare. 131.C D

Eſſe in ſacramento non addit Chriſti corpori, niſi eſſe relatiuum, & qualis ſit ille reſpectus. 18.G

Eſſe diuinum tanta eſt eminentia vt omnes eſſendi modos complectatur. 25.B/ Et duobus modis poteſt conſiderari abſolutè, & vt quantum: & vt quantum adhuc dupliciter, & illud eſt æternitatis ſubiectum. 26.G

Eſſe creatũ exiſtẽtiæ eſt proprius effectus Dei in triplici genere cauſæ. 28.E/ Non quòd ad illud, vt in hoc, non attingant aliæ cauſæ vt accepit Scotus, & impugnatur à Caietano. Ibi.F/ *Et velut lux quædam Solis diuini cõmunicata cuilibet creaturæ.* 53.C

Eſſe Dei abſolutè ex eſſentia, perfectionibus attributalibus, & perſonalitatibus, ſuo modo conſtat. 30.G

Eſſe tale per eſſentiam, & per participationem, quid importet. 105.A/ Et quas conditiones requirat. Ibidem.

Eſſentia diuina eſt radix omnis perfectionis, et prima origo beatitudinis, non tamen perfectè, ſine perſonis. 31.A

Eſſentia, natura, quiditas & diffinitio, ſunt idem re, ſed differunt ratione & tripliciter accipi poſſunt, abſtractè, concretè, & abſolutè. 64.F

Exiſtens in mortali, non tenetur tunc diligere Deum ex charitate, ſed ad agendum quantum eſt ex ſe, ad illam habendam. 40.E

Extimatiua, quomodo cognoſcat intentiones non ſenſatas. quòd ſcilicet ſuffodiendo. 88.G/ Et eſt in eadem eſſentia animæ cum intellectu. Ibidem/ Et cogitatiuæ excellentia ſupra extimatiuam. Ibi.G H

Ex, cum dicitur quòd creare eſt ex nihilo, &c. accipitur pro termino, non pro ſubiecto. 101.B

F

FATI diffinitio ex Boetio. 152.D/& 153.A

Fatum quomodo ſimul ſtat, cum contingentia rerum. & quid illud ſit. 152 per totum.

Fatum in quibus habeat reperiri. 153. B C/ Quomodo intelligatur connotare ordinem, neceſſitatem. &c. 154.E

Fatum adhoc ut exeat in actũ, quid requiratur. 153.D/& 154.E

Fides catholica quid doceat de animæ immortalitate. 41.C D

Fides & ſcientia de vno & eodem, non poteſt eſſe in vno & eodem, ſed quod in vno habetur per fidem, in alio haberi poteſt per ſcientiam. 142.F G

Finis habet etiam rationem cauſæ agentis. 106.E F

Finis á quo finitum & infinitũ, multipliciter accipitur. 159.D/ & 160.E

Fluxus etſi ex ſeipſo non importet difformitatem, vt tamẽ ſubſtat rationi prioris & poſterioris, ad illam declinat. 26.E

Fluxus nunc in tempore, non eſt extra fluxum ipſius vbi, & partes illius reſpondent partibus huius. 76.E F

Forma & materia non eſt quod generatur, ſed compoſitum, loquendo de generatione phyſica. 60.H| & 61.A
Forma enim eſt duplex, & partis & totius. ſiue ſubſtantialis ſiue accidentalis ſit, & de qua intelligitur. Ibidem. B| Licet quandoq; dicatur generari etiam ut terminus qui, non tantum ut quo, & quomodo. Ibi. D
Forma ſubſtantialis, cum unica ſit in compoſito, quomodo introducitur in materiam diſpoſitam. 66.G| Etiam diſpoſitionibus actualibus, ſimultaneu. &c. ibi. H| Quas praexigit non abſolutè, ſeu ut forma ſubſtantialis, ſed ut talis, ſeu ut talem confert gradum. 67.A
Forma productio in intellectu noſtro, non eſt idem formaliter, quod intellectio, ſed vel cauſaliter, vel magis idemptice. 3.D
Formatiua virtus in generatione eſt in ſpiritibus ſeminis ut in ſubiecto. 85.C D
Formarum corporearum, quaedam per immerſionem, quaedam per ſuperexcedentiam. 128.E F
Forma hypoſtatica vel perſonalis, poteſt conſiderari, ut conſtitutiua perſonę abſolutè, & ut conſtitutiua perſona talis, & quid ſit utroq; modo. 24.E
Fortuitum aut caſuale nihil eſt reſpectu primae cauſae, & quare. 153.D
Fructus ex perceptiõe ſacramẽti, ſumitũ ex efficacia Chriſti exiſtentis in eo, & magis ex diuinitate quàm anima, & magis ex anima quam carne, nec penſandus ex ſignificatione, ſed ex collatione. 22.E
Futura, in Deo ſunt non tantum naturali modo, ſed & in eſſe cognito & volito. cognito inquam practicé. 45.B
Futura de facto, cognita ab intellectu diuino practico, conſtituunt propriè in illo rationem idearum. 45.C

G

GENITVM non ſimpliciter, ſed per transmutationem eſt corruptibile. 117.C
Genus logicum & genus phyſicum quid ſint propriè. 65.D| Et Phyſicũ, quod eſt potẽtiale paſſiuum, diuiditur in decẽ. 66.E
Generatione praeciſè poſterius, perfectione eſt prius. 78.E
Generatiua potentia quid ſit; huius opera ſunt quatuor. 85.B C| Vbi ſit ſubiectiué. ibi. C D| Illius opera ſunt duo, ſimiliter inſtrumenta. Ibi. D| Illius materia duplex, principalis, & ſuppletiua. 86.E
Gratia interna ſpiritualisq; refectio quam praeſtat ſacramentum altaris, res dicitur ſacramenti. 17.D
Gratia habitualis Chriſti, quomodo fuerit, uel non fuerit infinita optimè declaratur. 27.D
Gratia quam conferunt ſacramenta eſt, gratum faciens. 35.B| Et per ſacramentum in actu, dimanat in ſuſcipientẽ, ſicut ars per inſtrumentum, in artificiatũ. Ibi. C| In ea exiſtens, ſingula, non autem omnia uenialia uitare poteſt. 42.E
Gratia ſacramentalis quae ſit, non ab omnibus eodem modo intelligitur. 36.G
Gratia donorum et virtutum, eſt gratia gratifica, illorum illatiua. 37.A| Eius abſentia quibus bonis priuet. 42.F
Gratia iuſtificans &c. reparat naturam collapſam & illius ſanat infirmitates. 40.F| Qua carens caret principio ſtabiliente mentem in bono. 41.C
Grauedo peccati, plumbo aſſimilatur, & illa inclinatio, à Paulo dicitur lex peccati. 41.C

H

HABITVS ſcientifici eſt, uim praebere intellectus, ut ſtatim quantum eſt ex ſe, ualeat intelligere, licet egeat conſeruare ſpecies intelligibiles. 68.G| Poteſt tamen impediri ab intelligendo, ſicut & ſenſus a ſentiendo. Ibi. H
Haec materia & haec forma, diuerſimode concurrunt ad indiuiduandam naturã, ex parte principij, uel ex parte finis. 48.G
Hanc naturam perſonatam propria perſonalitate perſonabilem eſſe perſonalitate diuina, non eſt contradictio. 16.G
Hic homo, nomen eſt perſonae, & haec humanitas, nomen eſt ſingularis naturae, quam uerbum aſſumpſit iuxta Damaſcenum. 12.F
His Deus, hanc humanitatẽ aſſumere, & perſonare, licet incõpletè &c. potuit: & quomodo aſſumentibus tribus perſonis uel aliqua earum. 15.C & D.
Homo in mortali exiſtens &c. niſi repararetur, diu permanere nõ poteſt ſine nouo mortali. 38.G| Loquendo de potentia non extrinſeca, ſed intrinſeca, pro praeſenti ſtatu, morali mõ. 40.G| Priuatus eſt ſimpliciter ſubiectione, a Deum. &c. unde diu contineri non poteſt. 41.A
Homines multi quod uideantũ brutales, unde. 128.H. & 129.A
Humanitas perſonata à uerbo, ſi aſſumeretur a Spiritu ſancto. non propter hoc diceretur perſonalitas uerbi perſonari, & quare. 16.H
Humanitas Chriſti etſi in triduo mortis, deſijt perſonari, non tamen deſierunt perſonari partes ipſius. 14.E
Humiditate unumquodque aptum ad recipiendas impreſſiones. 81.A
Humidum radicale, quod trahitur ex utero matris, quid ſit, quomodo deperdatur, & quomodo reſtauretur. 83.B C
Humiditas & caliditas inſtrumentum ſunt augmentatiua, ſed fortis & acuta. 85.A

I

ILLVD propriè ſit, quod eſt terminus generationis per ſe & primus. 61.A
Illuminatio cũ ſit alteratio perfectiua, non dicitur motus. 77.C
Immateriale ſicut & materiale dicitur tripliciter, quod uel nõ recipitur, uel nõ dependet uel non cõponitur ex materia. 139.A
Immortalis, cum de anima loquimur, quid propriè importet. 120.G
Imperare quamuis propriè conueniat intellectui tamen propter motionem quae concurrit, attribuitur uoluntati. 159.C
Impinguatio unde, magis ne ex abundantia humoris, an ex cõplexione. 84.F
Inchoationes formarum naturalium, loquendo de forma qua eſt altera pars compoſiti, nõ dantur, ſed bene, loquendo de forma totius, dantur & quid illa ſint. 62.H
Inclinatio uoluntatis ad bonum, non uiolentat illã quo ad exercitium actus. 51.A
Incorruptibilitas, ſicut & immortalitas, entitatem dicit poſitiuam, & modum habet proprietatis. 120.F G
Indifferentia quae ſequitur intellectum & voluntatem &c. nõ ſequitur quamcunq; illorum rationem. 59.D
Indiuidualitas dupliciter ſumitur, poſitiuè & negatiuè &c. & quid utraq;. 47.A| Et utraq; dici poteſt inueniri in ſubſtãtijs ſeparatis. Ibi. B
Infinitum licet formaliter dicat quid negatiuum, circumloquitur tamen quid poſitiuum. 160.E
Innaſcibilitas, formaliter, dicit, quid negatiuum, ſed fundamentaliter, quid poſitiuum. 23.B| Et notificat Patrẽ in eo quòd à nullo eſt, ſicut Paternitas, in eo quòd alius eſt ab eo. Ibidẽ| uel dicit potius modum quendam poſitiuum, complebilem tamen per negatiuum. Ibi. C

Inſtantia temporis diſcreti, non neceſſariò ſunt momentanea, vt temporis noſtri. 43.B

Inſtanti primo ſua creationis, Angeli non potuerunt peccare, ſed in ſecundo, aliqui peccarũt et aliqui pmiati ſunt. 43.C D

Inſtrumẽtum corporale etſi recipit virtutẽ ab agente principali per modum paßionis, nõ tamẽ inſtrumentũ ſpirituale. 164.F

Inſtrumentum vt inſtrumentum, continet effectum principalis agentis vel actu vel habitu. 35.B C| *Et actiuè cõcurrit tam ad motum quàm ad effectũ qui producitur à principali agẽte.* ibi.D|& 161.A| *Nec ſemper, nec neceſſariò, attingit eſſentiam effectus in ſeſe.* 28.H

Intelligentem neceſſariò, phantaſmata ſpeculari, intelligitur nõ abſolutè, ſed pro præſenti ſtatu. 141.A

Intellectus eſt in pura potentia, ſenſus autem fit in actu primo à generante. 68.E F| *Et quomodo duabus egeat mutationibus, ad hoc vt intelligat actu.* ibi.H| *In actu autem duo dicit, intellectum, & intelligibile, & ex ambobus fit vnum agens.* 69.D| *Et quomodo ſit medius inter intellectum abſtractum, & ſenſum.* 129.B| *Nec ulli corpori poteſt eſſe immixtus.* 137.A

Intellectus per ſpeciem intelligibilẽ fit quaſi grauidus, ad producendam aliam ſpeciem. 2.H|& 3.A| *Nec aliquid intelligit, ſiue directa ſiue reflexa intellectione, ſine locutione.* 2.F

Intellectum noſtrum pro præſenti ſtatu, eſſe intelligibilem vt alia intelligibilia, dupliciter intelligi poteſt. 71.C| *Qui & attingit uerum vniuerſale abſtractũ à ſingularibus.* 129.A| *Ex huius incorruptibilitate, infertur immortalitas animæ.* 133.B

Intellectus etſi quandoq; moueatur à volũtate, ſimpliciter tamẽ nobilior eſt uoluntate. 49.B| *Cur a natura eſt in potentia ad duas mutationes & ſenſus tantum ad vnam.* 91.D

Intellectus practicus, per quid determinetur ad agendũ. 149.D| & 150.E

Intellectus etſi maximè cupiat intelligere maximè intelligibilia, ut ſubſtantias ſeparatas & Deũ benedictum, non tamẽ, illas capit comprehendere, & quare. 138.E| *Habet tamen operationem propriam in qua non communicat corpus.* 135.C

Intellectus diuinus practicus, non omnia factibilia, cõplectitur, ut quandoq; futura. 45.C| *Et licet ſit idem realiter cum uoluntate, diſtinguitur tamen ab ea formaliter, & ita oportet diſtinguere actus eorum, creare, à uelle.* 116.E

Intellectus Chriſti inferior fuit intellectu Angelorum ex natura, ſicut & ſpecies impreſſa, magis dearticulatę in eo. 33.C

Intellectus beatorum communicabitur lumen, ſecundum rationem luminis, communicati animę Chriſti, ſecundum modum uniuſcuiuſq;. 33.D

Intelligentia nulla eſt actu intellecta præter Deum, cum nulla præter eum ſit actus purus uel in genere entium, uel in genere intelligibilium. 3.C

Intelligentiæ ſe ipſis indiuiduantur, ſicut materialia per materiam. 46.F| *Nec ſunt entia per eſſentiam.* 105.B| *Sunt autem ex ſe entia neceſſaria, non poßibilia.* 117.G| *Sunt eſſentialiter artes & opifices, ſiue totaliter ſiue partialiter, cauſantes exemplariter & effectiuè* 115.A| *Et quo.* Ibi.& B

Intelligere noſtrum quomodo ſit pati cauſaliter, & opinio Scoti circa id. 69.C| *Et habet duplicem terminum, intrinſecum & extrinſecum.* 70.E

Intelligere Dei, omnem cõtinet intellectionis perfectionem. 5.D

Intelligere & loqui, uelle & ſpirare, niſi neceſſariò connecterentur, loqui poſſet Deus nihil intelligendo, quod eſt abſurdũ. 2.E

Intentiones non ſenſatæ, et ſubſtantia particularis ſenſu non exteriori, ſed interiori percipiuntur. 88.F

L

L*IBERTAS maior, in intellectu an in uoluntate, reperiatur.* 150.H

Liberum non quodcunq;, ſed tantum compatiẽs fallibilitatem, habet annexam contingentiam. 146.F

Libertas arbitrij, nec fato ſollicitante, nec cœlo inclinante, nec cõcupiſcentia extimulante tolli poteſt. 155.D

Libertas intellectus & uoluntatis, quæ eſt ipſorum proprietas, cauſa eſt quòd ut potẽtię rõnales, ſe habẽt ad oppoſita. 59.D| & *una ſe habet ut prior, altera ut poſterior, & una radicatur in altera.* 60.F

Locus duplex proprius & cõmunis &c. & proprius diffinitũ ab Ariſtotele. 73.A B| *Contra quam multa adducuntur & ſoluuntur obiectiones.* 73.C D|& 74.per totum.

Locus in pluribus, nil poteſt eſſe ſimul. 74.H

Loco, licet moueri poßit, motu alterationis, quomodo conueniat per ſe eſſe immobilem localiter, uaria opiniones. 74.per totũ.

Locum quo ad ſuum formale comitãtur relationes quadã ad polos, & centrum, & propter hoc, uis quadam, attrahendi, & conſeruandi rem locatam. 74.G|& 75.A

Lumen intellectus agentis etſi ſit in anima noſtra, non tamen erga eam exercet officium luminis, dum eſt in corpore, ſed bene quando eſt ſeparata. 70.H

Lumen collatum animæ Chriſti, tam fuit ſingulare, ut in eo ſplẽderent etiam cogitationes cordium &c. myſteria gratiæ, immo quicquid ſcit Deus, ſcientia uiſionis. 33.D

Luminis Chriſti plenitudo, poſt iudicium communicabitur ſanctis, ſicut modo plenitudo gratiæ, & ſicut tunc plenitudo gloriæ. 34.E

Lux, luminare, lumen, radius, ſplẽdor, quid ſint propriè, & quomodo differant &c. 93.C

M

M*ATERIA eſt de ratione naturæ non abſolutè, ſed poſita in rerum natura.* 48.E

Materiæ ſingulari, ſeu ſignatæ, multiplici ratione conuenit indiuiduare naturam. 48.F G

Materia ſignata, eſt materia cũ quantitate, non actuali, ſed uirtuali. 48.H| *Nude ſumpta, radix eſt quantitatis.* 49.A

Materia quomodo dici poßit generari. &c. 61.D| *Et quomodo diſpoſita actualibus diſpoſitionibus etiam ſimultaneis, &c. eſt ſusceptiua formæ, &c.* 66.G

Materia artificialium congenitum eſt potentiale ad receptionẽ formæ, ſicut & cætera accidentia. 62.F| *Et alia eſt circa quam ſimpliciter, alia, circa quam, ſed non ſimpliciter.* 82.G

Materia prima non ſignata, ſed in communi eſt pars intrinſeca ſubſtantiæ naturalis. 64.E

Mediorum formalium quædam differunt ſecundùm magis & minus, & quædam ſecundùm ſpeciem, ab extremis &c. & iſta componuntur ex contrarijs non per aggregationem, ſed per reſultantiam. 57.C D| *Nec contraria ſunt in illis actu, ſed uirtute.* 58.E

Medium dupliciter, pro ſubiecto & pro forma &c. & illud duplex, per abnegationem & per indifferentiam. 65.B C

Memoria fœcunda cur in ſolo Patre admittatur. 5.D

Menſurabilitas tam actiuè quàm paßiuè, quomodo conueniat quantitati. 58.F G

Mẽſura ratio prius ineſt quãtitati, quàm ratio diuiſionis. 59.A

Menſuram eſſe, formaliter conuenit tempori & complectitur quantitatem continuam & diſcretam. 75.C D

Miſſa & ſacramentum & ſacrificium, ſemper habita eſt in Eccleſia, etſi hoc negent hæretici. 21.A

Modus bene eſſendi animę animalis perfecti, in habendo ſe indiuiſibiliter

diuiſibiliter ad totum corpus, conſiſtit, ſicut è cõuerſo, imperfectorum, in habendo ſe diuiſibiliter. 67.C D

Mobile & mouens, etſi ſint relatiua, & poſita ſe ponant, & perempta ſe perimant, mobile tamẽ infinitum & motor infinitus, non ſunt relatiua. 174.H

Mobile ſemper eſt in contraria diſpoſitione, ab ea quam vellet mouens, illud habere. 95.B| *Et pro regula Ariſtotelis debet dimidiari non abſolutè, ſed formaliter, ideſt ſecundum gradus reſiſtentia.* ibidem|& C

Motores uoluntatis, quò ad exercitium, ſunt tres principales, et tres minus principales. 50.H

Motores orbium cœleſtiũ, coniunctus ſcilicet & ſeparatus, an diſtinguantur realiter, an tantum ſecũdum rationem. 138.H

Motor primus inueſtigatus in 8. Phyſico. quis nam ſit accipiendus. 156.H| *Illius nomine vnus ac ſingularis motor, prima facie videtur accipiẽdus.* 157.C| *Sed quis verè iuxta authoris ſententiam accipiendus.* 158. F| *Et habet virtutem infinitam ab extrinſeco.* 160.G| *Non tamen vt habet rationem productiua ſubſtantia motus.* 165.D

Motor primus orbis ſeparatus, quare non poſſit velocitare motũ, & quomodo intelligitur. 165.C| *Et in quibus differat à motore coniuncto.* 168. H|& 169.A B| *Et quilibet illorũ habet vigorẽ infinitum, licet diuerſimode &c.* 171.C| *Et quomodo vtriq; ab inuicem, & inter ſe diſtinguantur.* 169.B

Motor quilibet ſeparatus, conſtat tota ſua ſpecie. 171.B

Motores orbium cœleſtium, tot ſunt quot ipſi orbes. 168.E F

Motus diffinitio, optimè declaratur & obiectio contra illã ſoluitur. 72.G H

Motus localis pracedit alios, cauſalitate &c. & ideo illo ceſſante, Sol quidem illuminaret, ſed non calefaceret aerẽ. 77.C| *Pracedit etiam &c. non repugnanter.* ibi.D

Motus pracedit etiam perfectione, quod probatur duplici ratione. 78.E| *Excellentia ipſius ſupra alios.* ibidem. F| *Illius vnitas ex ſubiecto ſuo, ſumenda.* ibi.G| *Illum fieri in inſtanti implicat contradictionẽ.* 79.B| *Et illius perpetuitas dupliciter conſiderari poteſt.* 163.C

Motus localis duplicem habet durationem, intrinſecam & extrinſecam. 162.E F

Motus in diffinitione temporis accipitur, non pro forma fluente, ſed pro fluxu ipſius. 26.E

Motus principalis agentis, modificatur in inſtrumento, reſpectu effectus qui per illud producitur. 36.E

Motus quo mouetur Chriſti corpus ad motum ſpecierum, quid importet. 19.B

Moueri à ſe ipſo primò, eſt eſſe ſibi praciſam & primã cauſam motus, quod fieri non poteſt. 76.G H| *Immo implicat contradictionem vt probatur ex Ariſto. 6. Phyſi.* 77.A B

Mundus iſte, abſolutè loquendo, melior, & mũdi plures fieri potuerunt, non aũt ſtante diuina voluntatis ordinatione. 145.D

Mutatum eſſe quodcunq;, ſemper pracedit mutari. 79.B C

Mutationis qua fit in ſacramento altaris, ſubbiectũ, eſt entitas ſubſtantialis panis &c. terminus à quo, eſſe ſub forma ipſius panis, terminus ad quem, eſt eſſe corpus Chriſti. 19.D| *Quãquã ſubſtantia panis non ſit propriè ſubiectum.* 20.E

N

N*ATVRA ſingularis quare dicatur nõ differre à ſuppoſito extrinſecè.* 46.H

Natura purè ſpiritualis, quomodo ſe ipſa eſt indiuidua. 47.A

Natura, in materialibus cõpoſitis, differt ab hac natura. 47.C| *Et dupliciter conſiderari poſſunt, abſolutè, & vt ponuntur in rerum natura.* ibi.C D

Natura ſecundum ſe nõ eſt ſingularis, & ſi ſingularitatem trahat ex materia & forma ſingulari. 48.F

Natura omnis generanda requirit proprium & proximũ principium tam paſſiuum quàm actiuum. & quid ſit. 62.F G

Natura humana perſonata naturali perſonalitate, licet aſſumi non poſſit, a perſona diuina ſecundum potentiam ordinatam, forte non repugnat aſſumi per potentiam abſolutam. 16.F

Neceſſarium non dicit cauſalitatẽ, ſed modum vel conditionem cauſalitatis in quocunq; genere cauſa. 99.A B| *Et neceſſitas duplex materialis & formalis.* ibi.C

Neceſſitas & contingentia, ſe habent vt vnum & multa, ideo illa non poteſt eſſe ſine iſta, ſicut nec multa ſine vno. 143.D|& 144.E

Negationes & priuationes quomodo intelligantur proprio conceptu. &c. 65.A

Negatio quòd affirmationem pracedat dupliciter intelligi poteſt. 108.H

Negatiuum importatũ per innaſcibilitatem, eſt in genere principij diuini ad intra. 23.B

Nihil dupliciter, cathegorematicè et ſincathegorematicè. 50.H

Nobilitas potentia, ſimpliciter attenditur penes nobilitatẽ obiecti. 49.A

Non entis ad ens, non eſt diſtantia infinita. 109.A

Notionis vox in diuinis, ad quid ab Auguſtino introducta, quid importet, & quid exigat. 23.A| *Qua etſi pertineant ad dignitatẽ, nõ tamẽ formaliter accepta, perfectionẽ dicũt.* ibi.B

Nouitas omnis etſi mutationem ſequatur, non tamen neceſſariò illam cauſat, in re in quam fit mutatio, ſed ſatis ſi fit, in re qua mutatur. 20.G

Nullus motorũ abſtractorũ põt vniri corpori vt forma. 170.G H

Numerus, actualis, diſcretus, qui cadit in definitione temporis, non adeſt illi ſine operatione anima. 75. D| *Nec eſt numerus abſtractus ſed concretus duplici concretione.* 76.E

Numeratio qua ponitur in diffinitione tẽporis, eſt actus anima, & paſſiue accipitur non actiuè. 25.D

Nunc ponitur duplex in tempore, & in aternitate, ſua proportione, intrinſecum & extrinſecum. 27.A

Nutrimentum quo pacto deſeruiat, potentijs anima uegetatiua animalis perfecti. 82.G H| *Vt minus decoctum, ſemper ſit deterius.* 83.D

Nutritiua uis, eſt ad conſeruandum animatum, inſtituta, & eſt in epate ut uitalis in corde, uel rectius in toto corpore. 82. H| & 83.A| *Officia illius ſunt conſeruare, & impinguare, licet hoc non ſemper.* ibi. B| *Et ſub alia & alia ratione, conuertit in os, carnem &c.* Ibi.D

Nutrimentum an fiat in omnibus partibus, & an magis ſurſum, quàm per tranſuerſum. 84.E

O

O*BEDIENTIALIS perſonabilitas, non tota abſorbetur, per unam diuinam perſonalitatem &c. naturalis autem perſonalitas ſatiatur per perſonam humanam, ideo tres perſona non ſe excludunt, à perſonando eandem humanitatem, ſed bene naturales &c.* 15.A

Obiectiones contra rationem boni, quòd ſcilicet ſit communicatiuum ſui. 52.G H

Obiectio contra regulam Ariſtotelis. 7. Phyſi. 94.E| *Reſponſiones quorundam ad ſaluandam eam & impugnatio earum.* ibi.F| *Vera illius ſolutio.* 96.F

Obiectum uoluntatis eſt ſpecificatiuum illius principium. 51.C| *Et habet infinitatem quandam, cum ſit bonum inquantũ bonũ, ſicut ens inquantum ens in &c. tellectus.* 60.E

Obiectum adæquatum penetrationis, intellectus noſtri, eſt quiditas rei materialis cui quidem, in triplici ſtatu proportionatur ipſe intellectus. 3.B

Obiectũ cuiuſcunq; potentiæ duplex, finale et miniſteriale. 82.G

Obiectum beatificum ad hoc vt beet, oportet quòd attingatur cognitione intuitiua &c. et continet eſſentiam, perfectiones attributales & perſonas diuinas. 30.H

Oblatio in altari fit in vi oblationis factæ in Cruce à Chriſto, quæ ſicut eſt vna, ita & ab vnico fit ſacerdote, qui eſt Chriſtus, ſed in Cruce tantum ſemel et per ſeſe, in altari aũt quotidie, & per miniſtros. 21.B

Omnia pendent à Deo, vt à prima ſimpliciter cauſa, in triplici genere cauſæ. 44.G| *A qua licet pendeant omnia pluſquã neceſſaria dependentia, relinquuntur tamen in ſuis cauſandi modis.* 146.E

Omnia amantur à Deo, tam notionali, quàm eſſentiali amore, & quomodo. 6.G

Opinio Commentatoris de vnitate intellectus, vt impia in fide, & erronea in Philoſophia reprobatur & impugnatur. 128. per totum.

Opinio Commentatoris & Alberti, quod materia ſit pars extrinſeca, addita in diffinitione ſubſtantiæ naturalis. 64.G

Opinio Aureoli circa neceſſitatem creationis, & reprobatio. 102.E| *Item Commentatoris.* Ibi.G| *Item Gregorij de Arimino.* 103.B| *Et Henrici de Gandauo.* Ibi.D

Opinio Alexandri de anima immortalitate, cum ſuis rationibus. 126.F G

Opinio Pomponacij, cum ſuis fundamentis & rõnibus. Ibi.H| & 127. per totum| *Quæ ſoluuntur.* 128.H| & 129.A B

Opinio D.Tho. & Peripateticorum de animæ immortalitate, cum ſuis rationibus & fundamentis. à 129.C| vſq; ad 137.C

Opiniones contrariæ quæ ſunt in anima, licet ex parte obiecti poſſint eſſe contrariæ, non tamen ex parte ſubiecti, quia animæ intellectiuæ nihil eſt contrarium. 133.A B

Opiniones Eudoxi, Caliſpi, Ariſtotelis, Ptolemæi, Alphonſi de numero orbium cæleſtium. 168.E F

Oppoſita contrariè & priuatiuè, quomodo poſſint habere medium. 65.B C

Ordo ad cauſandos effectus duplex eſt. 153.C D

Ordo qui reperitur inter artes, vt principalis cauſet ſubſeruientes. 115.A

Ordo duplx in rebus cõſtituendis, alter in intẽtione, alter in executione, & quis vterq;. 12.G

Originale & actuale peccatum mortale, naturam noſtram reddit infirmam, & quali infirmitate. 40.F

Originum per relationes, non per origines, formaliter loquendo, diuinæ perſonę conſtituuntur in eſſe. 8.H| *Et potiſſima huius ratio.* 10.F

Origo & originatum in diuinis, vbi non eſt, ibi nec oppoſitio relatiua, nec diſtinctio perſonalis. 11.B

P

PANIS, qui conuertitur in corpus Chriſti, per conſecrationẽ, non annihilatur, nec per ſe nec per accidens. 20.G

Partes formales ſunt quæ valent per ſe ſubſiſtere in rerum natura. 84.E

Partes perfectionales animę, in eo quod eſt eſſe totã in toto &c. ſunt non extendi. 67.D

Partes comparari poſſunt ad totum, vel via compoſitionis, vel via diuiſionis. 59.A

Paſſio & conſuetudo, quomodo moueant voluntatem. 51.B

Paſſiones cuiuſcunq; rei poſſunt tripliciter accipi, vt ſpecificę, vt indiuiduales, & vt abſtrahunt. 89.B

Paternitas vt conſtitutiua, habet conſtituere, vt relatiua habet referre. 24.E

Paternitati cum potentia generatiua productę, conuenit ſtatim exercitium ex parte in, ſed non ex parte ad, niſi poſt genuiſſe. 10.G| *Et vnde vel quo pacto illa habet in ſe, formam hypoſtaticam talem, declaratur.* 24.F G

Pati tripliciter accipitur, formaliter, cauſaliter, & conſequenter, & quid vnumquodq;. 69.B| & 92.G H

Peccans nõ ſemper facit actũ poſitiuè, ſed quãdoq; omittit. 42.G

Peccato mortali ſubiectus, ſex malas habet conditiones. 39.A| *Immo nouem.* 42.E| *Cui ſubijci quis tribus modis poteſt, & qui ſint illi.* 40.F| *Et duplicem habet malum finem, ſicut & duplex eſt inordinatus affectus.* 41.A B

Perfectio, dicit bonum eſſendi modum, & in quo talis modus cõſiſtit. 67.C

Perfectiones attributales cum ſint in Deo, dant ſuo modo eſſe diuinis perſonis. 30.G

Peripatetici, in quibus habent conuenire, & in quibus permittitur illis diſcordare circa motores orbiũ cæleſtiũ. 168. p totũ.

Peripateticorũ tres opiniones de ĩmortalitate aĩæ. 121.B| et ſeq.

Perpetuitas motus eſt per ſe primo, à Deo, & eſt effectus nobiliſſimus. 161.C D| *Et per ſe primò tale dicitur aliquid tripliciter.* 89.G

Perpetuitas quæuis lationis cæleſtis, exigit perpetuitatẽ in ipſo nis ſuo motore, non ita tamen vt ab illa, tanquàm à cauſa dependeat. 173.B C

Per ſe primò quid importet. 28.F| *Dupliciter intelligi põt.* 76.G

Perſonæ definitio iuxta Boetium. & declaratio eius. 6.H

Perſonæ completa ratio, indiuiſibilitatem claudit, quod dici non poteſt de hoc Deo, qui Patri, & Filio, et Spũi S. cõicatur. 8.E

Perſona diuina, in omni operatione in qua nõ obuiat oppoſitio relatiua, ſunt vnum & idem. 11.C

Perſona Verbi gigni habet ex notitia Dei comprehenſiua, i. quæ cognoſcitur quantum cognoſcibilis eſt. 25.B C

Perſonalitate creata remanẽte, cum perſona diuina, coniuncta, illa vnio non diceretur nec eſſet perſonalis, ſed alterius rationis. 17.A

Perſonalitas quid ſit, quæ cõcipi debet ad modum vnitatis. 7.A| *Vnitatis inquàm ordinis ſubſtantialis.* Ibi. B| *Et inaſſumptibilis.* Ibi.C| *Repugnat enim perſonalitati, ut ſic, perſonari, ſicut & conſtitutiuo ut ſic conſtitui.* 17.A| *Et duplex habet officium reſpectu naturæ rõnalis cõpletæ.* Ibi.D

Perſonalitas diuina ex ſui eminentia, habet uim abſoluti, & reſpectiui &c. & probatur. 24.F

Perſonalitas ſeu ſubſiſtentia in creatis, nõ prorſus deſtituitur reſpectiuitate. 10.E| *Et alia entitas realiter eſt ab ipſa natura ſingulari.* 17.A

Perſonalitatis diuinæ, & naturalis, reſpectu huius humanitatis, differentia, & in quibus cõſiſtat. 14.G| *Illa eſt proprius & adæquatus naturalis perſonabilitatis actus, & ita huius quòd non alterius, ſecus autem iſta.* Ibi. H| *Illa reſpicit potentiam naturalem, hæc autem potentiã obedientialẽ.* 15.A

Perſonare ſicut aliud eſt, quàm aſſumere, ita & ordo executionis, ĩ utroq; diuerſus, et ſicut prius aſſumpta ſunt partes, à uerbo quàm totũ, ita prius perſonatũ eſt totũ, quàm partes. 13.C

Perſonare eſt nanciſci ſubſiſtentiã, à perſonante, & per hoc pertinens ad rationem ſubſtantię. 5.D

Phantaſmata imprimunt intellectui impulſionem quãdam paſſiuam, quæ fit intelligens actu. 49.C

Phantaſmata ſe habent ad intellectum noſtrum, ut colores ad uiſum.

uiſum. 71. A| Quę diſpoſita, ita illuſtrantur lumine intellectus agentis, ut reluceat natura communis ſine cōditionibus particularibus, & ſic fiat natura actu intellecta. Ibi. B
Potentia actiua, quòd ſit principium transmutandi aliud inquantum aliud, apud Ariſtotelem, de qua potentia, & quomodo intelligitur. 117. C
Potentiæ locum obtinens in quocunq; genere, maximè eſt incorruptibile, ut patet de materia prīa, ī genere ſenſibiliū. 133. C
Potentia naturales, in quibuſdā licet uideantur fruſtra, ut uiſ-ua in talpa, non tamen ſunt fruſtra, cum illis data ſint in ratione proprietatis, & non potentiæ. 132. G H
Potentia rationalis & irrōnalis denominatur à ſubiecto. 59. B
Potentia rationalis, tam pro potētia, quàm pro habitu ſumpta, habet ſe ad oppoſita, & contrariè & contradictoriè, ſicut irrationalis, ad unum tantum. 59. C
Potentia animæ dupliciter conſideratur, & ut potentia & ut ꝓprietas. prīo mō reſpicit ſubiectū, ſecūdo uero, obiectū. 60. G
Potentia ad actum ſecundum, eſt quaſi media inter potentiam eſſentialem, & actum. 68. F| Et potentia ſenſus eſt uelut habitus unde & habens illū operari poteſt niſi impediat̃. 68. H
Potentiale paſſiuum, cum proprio actuali, in quolibet genere facit unum per ſe. 61. B
Præcedere aliquid in diuinis non intelligitur, ex parte rei, cum ibi oīa, ſint unū, ſed ex parte intellectus, quicūq; ſit ille. 23. D
Præſcientia Dei duplex, ſimplicis intelligentiæ & uiſionis. & in quibus differant. 154. G| Et ſi qua illarum contingētiam excluderet, excluderet illam præſcientia uiſionis. 155. B
Primus motor abſolutè, ſeparatus, eſt Deus benedictus. 161. A
Primus motor inueſtigatus, in octauo Phyſicorum, agit ex uigore infinito, nō ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco emanāte. 163. A
Primus motor, eſſet in labore, ſi ſtella adderetur orbi, ut inquit Auerroes, quomodo intelligitur. 164. G H
Primus motor, etiam ſi moueret de neceſſitate naturæ, non moueret propter hoc in inſtanti, & id propter tria. 174. H
Principiū actuum intrinſecum artificialium, quandoq; eſt imperfectum & impeditū, unde eget auxilio extrinſeco. 62. G
Principiū in diffinitione aīæ, accipit̃ pro prīcipio formali. 120. E
Priuationes & negationes, quādo adſunt entibus realibus, ſunt reales, nec propter hoc ponūt entitatē realē. 64. H| et 65. A| & de priuatione ad habitum, quomodo non ſit regreſſus. ibi.
Prius & poſterius in diffinitione motus, non accipiuntur formaliter, pro relationibus, ſed fundamentaliter, i. pro partibus motus. 25. D
Prius & poſterius in diffinitione temporis, non accipiuntur formaliter, ſed fundamentaliter, pro difformitate. 76. F
Proceſſio quomodo ſumatur in diuinis, ſumitur n. translatè. 1. C
Proceſſio Spiritus Sancti, non attenditur penes amationem, ſed ſpirationem, quæ eſt ipſa proceſſio. 5. A
Proceſſio, origo, & perſonalis relatio, in diuinis idem ſunt realiter, ſed differunt ratione. 8. G
Proceſſionis & generationis nomen in diuinis, nō ſumitur à productione Idoli, ſed à locutione interioris uerbi. 4. E
Proceſſione amoris in intellectu noſtro eucehimur, ad proceſſionē Spiritus ſancti in diuinis, & quomodo illa fiat. 4. F
Producere per ſe primo, dupliciter poteſt intelligi, uel independenter, uel non per accidens. 161. B
Proprietates conſequentes, accidens collatum Corpori Chriſti, quot & quales ſunt. 18. H
Proprium, tripliciter accipitur ut diſtinguitur contra cōe. 28. F| Et ut idem eſt, quod per ſe primò. Ibi. H
Prouidentiā ſingularium qui negāt à Deo, nō ſunt audiendi, ut impius Auerroes, nam ſic non eſſet prudentiſſimus. 139. C D

Q

QVAELIBET trium perſonarum diuinarum & omnes ſimul, unam & eandem numero humanitatē perſonare potuerunt. 14. F| & 15. A
Qualitates elemētares formales, uirtualiter nō actualiter ſunt in alimento. 80. G| inter quas ad alendum humiditas præualet. Ibi. H
Quantitas tam actualis quàm potentialis, concurrit ad ſingularitatem Socratis, & quomodo. 49. A
Quantitatis ratio formalis, eſt nobis incognita, & eſſe menſurā, eſt potius deſcriptio. 58. F| Et habet in ſe aliquid actualitatis, et aliquid potētialitatis, ſed actuale potius eſt ī ea. Ibi. G
Quantitas tota ſequitur mox animal genitū, non extenſe, ſed in radice, ita & in igne genito. 79. D
Quantitas mobilis poteſt conſiderari abſolutè, uel formaliter, i. ſecundū gradus reſiſtētia, ſicut et quātitas motiuis. 95. A B
Quatuor Poteſtates aīæ uegetatiuæ ut ſic, ad coquendū cibū, etc. & quæ & in quo ſubiecto unaquaq;. 81. B C D
Quicquid concipi poteſt, eminentiſſimè continetur in unica ratione deitatis. 45. C
Quidditas Phyſica, quòd conſtet ex materia & forma dupliciter intelligi poteſt. 61. C
Quid ſit ex nihilo cum de creatione agitur. 100. G
Quo modo interpretanda ſunt uerba Pauli ad Hebræ. a 7. uſq; ad 10. cap. ubi loquitur de Sacrificio Chriſti. 21. B
Quotidie, ſit oblatio ſacrificij in miſſa, tum ad memorandum, tum ad applicandum nobis paſſionem Chriſti. 21. C

R

RADIX prima contingentiæ eſt diuina uoluntas &c. accipiendo tamen radicē nō pro principio intrinſeco, ſed extrinſeco. 147. C
Radix prima contingētiæ intellectus creati agentis à propoſito, quæ ſit. 149. C| Et quæ radix proxima. 150. E| Et quæ radix prima in potentia exequtiua. 151. A
Radix proxima materialis contingentiæ quænam. 51. D
Ratio communis intellectus & uoluntati, quam ſequitur illorū indifferentia, quæ ſit. 60. F
Rationes tenentium, prius executionis ordine, aſſumptam fuiſſe hāc humanitatē, deīde partes, illa mediāte, ſoluunt̃. 13. B C
Rōnes quibus ſe tuētur, qui negāt in miſſa fieri ſacrificiū. 21. A
Rationes duæ ad probandum motum localem fieri in inſtāti, ſoluuntur. 79. A B C
Rationes tres præcipuæ ex Ariſtotele ad probandam immortalitatem animæ. 135. C D| 136. 137. per totum.
Rationale & irrationale, quandoq; opponuntur contrariè, & quandoq; contradictoriè. 59. B
Rationalis creatura, quomodo naturaliter deſideret diuinam uiſionem. 29. B C D
Refectio ſpiritualis, quæ in ſacramento per ſpecies panis confertur, licet primo corroboret, conſequutiue tamen, & hilarem facit, ſicut econtra, & lętitia primo confertur per ſpecies uini, & conſecutiuè robur & uigor, & ideo, confertur ſub una tantum, id quod ſub duabus. 22. G
Regula Ariſtotelis de uirtute motiua, reſpectu mobilis &c. ex 7. Phyſi. examinatur. 93. D| & 94. E| Clarus & illuſtris intellectus illius. 96. E
Relatio realis, eſt entitas realis, cui attribuuntur, in, & ad, id eſt inexiſtentia & referentia. 9. A| Et quadrupliciter conſiderari poteſt, ut entitas, ut ſic præciſè &c. ut inexiſtens tantum, ut relatiua tantum, & ut inexiſtēs, & relatiua ſimul, & optimè declaratur. Ibidem| & B

Relationes

Relationes reales, quæ ſequuntur actionem & paſsionem, non quo uis pacto fundantur ſuper illas. 10.G

Relationes diuinæ, etſi ſecum ferant hypoſtaſes, ſubſiſtentiã tamen conferunt, ex eo quòd diuinæ idẽptificantur naturæ. 8.F| *Nec ut relatiuæ res ſunt, ſed ut hypoſtaticæ formæ cõſtituunt perſonas.* 9.C

Relationi cum maximè formale inſit, referentia, non mirum ſi actionem paſsionẽq; ſupponit, ac ſuper illis fundatur. 10.H

Relationes diſtantiæ ad cœlum, quæ ſubiectiuè ſunt in corpore locante, licet moueantur, non propter hoc uariantur. 75.B

Res materiales participare ſubſtãtias ſeparatas, dupliciter, uel in natura, uel in cauſalitate. 86.H| & 87.A

Res uniuerſi quam connexionem habeant ad inuicem, & ad effectus ſuos. 153.B C

Reſiſtentia mobilis, non tantum naſcitur ex intrinſecis eius, ſed etiam ex multis extrinſecis. 95.B

Reſurrectio mortuorum quo naturaliter, ſciri uel neſciri põt, & quę circa hoc, ſunt difficultates. 142.H| & 143.A

Res intellecta, cum in Idolo ſit tantum in actu, non adeſt niſi actu conſideremus. 3.B

Reſpectus expreſsiuus quem importat Verbum, poteſt dupliciter ſumi, formaliter & fundamentaliter. 24.H| *Qui etſi terminatur ad omnia quæ ſunt in mente diuina, nõ tamen ad illa terminatur æque primò. & eſt ad illa non ſolũ ut cognita, ſed ut uolita, poſsibilia.* 25.A

S

SACRAMENTA etſi neceſſaria, non tollunt ſufficientiam paſsionis Chriſti. 35.A| *Et ſunt non tantũ ſigna, ſed inſtrumentalis cauſa gratiæ.* Ibid.B| *Et cum illis vtitur Chriſtus per miniſtros, cũ motus ille ſit a Chriſto & Spiritu ſancto, non dubium quòd ſacramẽta reſpectu vtriuſq;, concurrunt actiuè ad gratiam cauſandam.* 36.E| *Etiam reſpectu particularis effectus quem vnumquodq; confert.* ibi.F

Sacramentorum forma, duplicem habent vim, alteram ſignificatiuam, alteram effectiuam. & quæ utraq;. 20.F

Sacramenta nouæ legis conſtãt ex rebus vt materia, & ex verbis vt forma, & ex his ſit ſacramentũ in genere ſigni. 34.G| *Et plus efficiunt quàm ſignificant. ſicut baptiſmus ſignificat lotionem, & tamen regenerat.* 22.E F| *Et ſemper poſt peccatum fuerunt.* 35.A

Sacramentum ſuſcipienti &c. confertur gratia, et imprimitur character, cum proprio vtriuſq; effectu. 38.F

Sacramentum altaris ex duobus conſtat, ſcilicet ex ſpeciebus panis & vini, & ex corpore & ſanguine Chriſti. 17.C| *In eo aliquid eſt ex vi ſacramenti, & aliquid per concomitantiam.* 18.E F

Sacramentum hoc, cur mirabile, & cur altaris dicitur. 17.D| *Cui per ſe primò ineſt ipſum totum, partes autem per ſe, ſed non primò, & quæ.* 18.G

Sacrificium, expiatorium ſcilicet, in Eccleſia vnũ eſt tantum, ſ. Chriſtus, qui ſemel in Cruce, & quotidie offertur in altari, ſed ibi, cruentè, hic autem incruentè. 21.B

Sanctificatur homo, per paſsionem Chriſti, per gratiam & gloriam, ideo ſacramentum, illius eſt memoratiuum, gratiæ demonſtratiuum, & gloriæ pronoſticatiuum. 34.G

Sanctus aliquis inferior etſi plura ſingularia in quodam genere videat, quâm ſctus ſuperior, nõ propter hoc magis btũs. 33.A

Sanguis Chriſti, ſiue ſit ſiue non ſit de ſubſtantia corporis eius, nõ habetur ex vi conſecrationis ſub ſpeciebus panis. 18.E

Scientiæ naturalis ſunt principia intrinſeca & extrinſeca, etiã naturalis dicitur dupliciter. 99.D

Sciã naturalis effectiuè dupliciter, vt ĩ nobis et ſecũdũ ſe. 100.E

Semen animalis quo pacto ſit ſuperfluum alimenti. 82.H

Sẽpiternũ negatiuè & poſitiuè quid ſit, et quòd idẽ iũs. 130.H

Senſibile triplex, proprium, commune & per accidens, & quid vnumquodq;. 87.C D

Senſibile per accidens, nõ ideo dicitur, quòd ſentiatur aliquo ſenſu exteriori, ſed abſolutè, & quomodo. 88.F

Senſibile ita vnitur ſenſui vt imbibatur in eo. 87.B| *Sed non poteſt imbibi, niſi reductum ad ſtatum ſpiritualẽ.* 90.H| *Proprium in quo differat â communi.* 87.C

Senſiuitas, a qua ſenſus, conuenit, cum ſenſibilitate, a qua ſenſibile, in duobus, & differt in tribus. 90.F G

Senſualitatis motus etc. facile impellunt exiſtentem in mortali, in aliud mortale. 41.D

Senſus exteriores, in multis p̃dicatis quiditatiuis cõueniũt. 88.E

Senſus an tam interiores quàm exteriores ſint in potentia, ad unam tantum mutationem. 91.C

Senſus mouetur à ſenſibili. 69.A| *Quomodo circa proprium obiectum non decipitur.* 87.C D

Sentire cum ſit eſſe vitale, quid propriè ſit. 92.F| *Et quomodo contingat.* Ibi.G| *Et quomodo ſit pati quoddam.* Ibidem.H

Sentẽtia authoris & vera de neceſsitate creationis rerũ. 104.G

Significatio quam habet ſacramentum, & eſt in toto, deinde in materia & forma, ſed principaliter in materia. 34.F

Singularia multa ad perfectionẽ pertinent intellectus btĩ. 32.G

Sol & cętera Aſtra, nõ producunt perpetuitatem generationis & corruptionis, niſi per motum. 175.A

Species intellectualis ex ſua immaterialitate, habet ducere in cognitionem vtriuſq; oppoſiti. 60.G

Species impreſſæ animę Chriſti, ab initio repræſentarunt, quicquid cognoſcit Deꝰ ſciã viſionis, rõne cuiuſd. ĩ ſingularis. 33.C

Species inferioris Angeli etſi repræſentent, ſubſtãtiam ſuperioris & omnia accidentia, non tamen, cogitata, niſi ſint quadam naturalia. 34.E

Species panis & vini, dicuntur & ſunt ſacramentũ. 17.C| *Nec minor virtus in vna, quàm in ambabus ex parte rei contentæ.* 21.D| *Quibus & conuenit conferre gratificam gratiam, licet id quidam negent.* 22.F| *Et in eis continetur Chriſtus non ſicut in loco.* 18.G

Speculum ad ſui rationem requirit duo. 31.C

Spirare & loqui in diuinis tantum notionalia ſunt &c. velle autem & intelligere, eſſentialia. 2.F

Spiratio neceſſario procedit à voluntate diuina in actu, et quomodo nectitur amationi. 6.E

Spiratio actiua in Patre & Filio, licet relatio ſit, non conſtituit perſonas cum non ſit opus, eo quòd inuenit conſtitutas. 11.A

Spũs S. licet alio mõ accipiat naturã á Patre, quâm filius. tamẽ ſi non procederet a filio, non diſtingueretr̃ realiter ab eo. 11.D

Subſiſtentia, an idem ſit quod exiſtentia, aut perſonalitas. 7.C

Subſiſtere & non ſubſiſtere in ſe, licet videatur contradictio, quomodo non implicet. 16.G

Subſtantia quæ, conuertatur, in ſacramẽto altaris. & inquam, conuertatur. 20.E F|

Subſtantia licet non habeat in ſe, ad aliquid prædicàmentale, nihil tamen prohibet, habere tranſcendentale. 10.E

Subſtantia quomodo ſit prior omnibus accidentibus, tempore, natura &c. 63.A B

Subſtantia, non dependet ab aliquo accidente, ſed accidens ab illa. Ibi.C| *Et quo prior cognitione & diffinitione.* Ibi.D

Suppoſitum in creatis realiter diſtinguitur â natura, licet non ab hac natura in ſingulis. 46.F| *Et idem eſt quod ſuppoſitalitatem habens.* Ibi.G

Superficies abſolutè nõ habet attrahere & conſeruare, ſed bene

vt

vt terminus continentis. 73.C
Suppoſitalitas non eſt extrinſeca natura ſingulari, ſuppoſitalita te donata. 46.H
Surſum & deorſum ſunt differentiæ loci & ſitus, & diuerſimo de ſunt in re ſituata, & in re locata. 74.C

T

TEMPVS *diſeretum in quo diſtinguatur ab æuo.* 27.B| *Quid ſit & quo menſuret operationes angelicas.* 43.B
Tēpus propriè ſumptū quid ſit & ī quo ſubiectiuè. 25.D| et 26.F
Tempus quot modis accipitur, & quo definitur in 4. Phyſi. 75.C
Tempus eſſe numerū dupliciter intelligi poteſt. 75.D| *Et ad ipſum concurrit, duplex fluxus. etc.* 76.E| *Et eſt menſuratiuus extrinſecè.* 76.F
Terminante hoc Deo, hanc humanitatem &c. potuerūt & tres perſonæ ſimul terminare & non terminare. 15.C D
Totalitas triplex, eſſentialis, potentialis, & perfectionalis. & quid importet vnaquæq; illarum. 67.B C
Totum diſtinguitur realiter à partibus ſimul ſumptis. 13.B| *Et neceſſariò reſpectū dicit ad illas.* 67.B| *Et licet nec eſſe nec intelligi poſſit ſine partibus, prius tamē natura perſonatū eſt quia mediantibus partibus.* 14.F
Tranſcendentia ſunt ſex, vel verius quinque. 53.A B| *Et dicunt realitates quaſdam poſitiuas.* Ibi.D
Tranſubſtantiatio non eſt actio productiua, ſed conuerſiua, cui admiſcetur, aliqua mutatio. 19.D
Triticū maſticatū, et nō aliter cōtuſū, maturat apoſtema. 82.E

V

VERBA *illa, Hoc eſt &c. non ſignificant, ſed exercēt factionem ſubſtantiæ, panis in corpus Chriſti.* 20.F
Verbum interius, puta lapidis, eſt expreſſiuum lapidis, & ineſſe intellecto, ut habet eſſe in ſpecie expreſſa: & ineſſe intelligibili, prout in ſpecie impreſſa: & in eſſe imaginario, ut in idolo phantaſiæ & ineſſe reali ut ad extra. &c. Ita & uerbum diuinum &c. & declaratur. 25.B
Verbum intellectu diuino prolatum, omnium quæ Deus cognoſcit, eſt imago. 5.B| *Et an uerbum & dicere in diuinis poſſit ſumi nedum notionaliter, ſed & perſonaliter.* Ibi.C| *Et quod eſt omniū, quæ ſunt in mēte diuina, expreſſiuum.* 24.H
Verbum eſt terminus intrinſecus intellectionis, non quòd nō diſtinguatur realiter ab ea, ſed quia eſt intra intelligentē. 70.E
Verbum in quo dicuntur uidere beati, non accipitur perſonaliter ſed eſſentialiter. 31.D
Verba D. Tho. quibus uī aſſerere, cām contingentiæ, eſſe non diuinā uolūtatem, ſed cārum concurſum, declarantur. 156.E F
Videre plura ſingularia in Deo, non infert, uidere magis Deum ſimpliciter, ſed ſecundum quid, id eſt quo ad intellectum practicum. 33.B
Vigor quid importet, qui & ab intrinſeco, & ab extrinſeco, eſſe poteſt. 159.C D| *Et duplicem habet quantitatem eſſentialē & gradualem.* 160.E F
Vigor uel uirtus cōmunicata animæ cœli, poteſt dici infinitus tripliciter. 163.C| *Non tamen eſt neceſſe ut illa uirtus ſit infinita, ut hēt rōnem, uelocitatius motus in infinitum.* 165.A B
Vigor quo ad lationem diariam, & quo ad lationes cœlorū inferiorum, differunt tripliciter. 172.G H
Virtus etſi ſibi ſit præmium, & ſimiliter quies animi, non tamen, eſt ſufficiens aut eſſentiale, ſicut nec inquietudo mentis ſufficiens pœna peccati, ideo in alia uita utrumq; expectandum. 140.F G
Virtus motiua quomodo quantificanda eſt ſi ſaluari debet regula Ariſt. 7. Phy. 94.G| *Quæ ſunt vniuerſaliter vera* 95.D
Virtus motiua etſi ſecundum omnem gradum eſt motiua, nō tamen ſecundum omnem, illam exercet. 94.H
Virtus motiua animæ cœli, an diſtinguatur realiter ab eius eſſentia. 159.A| *Quæ per ſe primò mouet localiter, & ſi ex cōſequenti moueat ſecundum alterationem.* Ibi.B
Virtus diuina producit effectus, mediātibus cauſis ſecundis, ſicut modificatur in illarum virtutibus. 28.G
Vis conſeruatiua loci, licet ſubiectiuè ſit in ſuperficie cōtinentis, progreditur continuò à cœlo. 74.H
Viſio diuina tanta eſt, perſpicaciæ, & comprehenſionis, quòd nec ex diſtantia temporis, aut ex diſtantia loci poteſt impediri. 155.A
Viſibile dicitur a viſibilitate, vt ſenſibile à ſenſibilitate. 93.A| *Et eſt multiplex, ſicut multiplex eſt ratio viſibilitatis in diuerſis reperta.* Ibidem.B
Vita importat perfectionem quandam, vel eſſentialem differentiam eſſentiæ ſuperadditam. 119.C D| *Et quanta ſit præſtātia.* Ibidem| *Et poſita in diffinitione animæ quomodo accipiatur.* 118.G
Vnio intellectus noſtri cum intelligibili in actu, maior eſt, vnione materiæ cum forma. 69.C
Vnitas tam de genere quantitatis, quam tranſcendentalis, poſitiua res eſt. 7.A B
Vniuerſum etſi longè melius fieri potuit, tale tamen conſtituit diuina ſapientia. 45.B
Vnius rei eſt vnus operandi modus, quando ſcilicet habet vnum tātum modum eſſendi, ſecus, ſi plures modos eſſendi habeat, vt anima intellectiua. 129.B
Vnius ratio, dicit realitatem, partim poſitiuam, & partim priuatiuam ſeu negatiuam. 53.D
Vnum & multa ſecundum propriam rationē opponuntur contrariè, ſecundum vero ea quæ conſequūtur, relatiuè. 56.F G| *Et vnum ſecundum propriam rationem, dupliciter præciſe, & non præciſè.* Ibidem.F| *Ex quibus conciliātur multa dicta Diui Thomæ.* Ibi.G H
Vnum mortale, priuat aſſidua cōſideratione & quomodo. 42.F| *Quia remanet affectus ad malum finem.* Ibi.G
Voluntas quæ ſpirant pater & filius ſumitur, non eſſentialiter, ſed notionaliter. 6.F
Voluntas mouet intellectum, ad exercitium, non tamen in qualibet illius operatione. 49.C| *Etſi multas habeat prærogatiuas, non propter hoc eſt illo ſimpliciter nobilior.* Ibidem.D| *Circa illius actum tria conſiderātur, exercitium, ſubſtantia, & ſpecificatio.* 50.H
Voluntas ſicut vtitur aliis animæ viribus, ad operandum, ita et ſe ipſam applicat ad uelle. & quomodo. 51.A B
Voluntatem creatam, reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem, nec habent neceſſariam connexionem cum illo, habere liberam facultatem eligendi, tripliciter poteſt intelligi. 150.F
Voluntas mouetur à bono cognito à quo recipit impulſum quendam, quo reddita potens alium ex ſe producit. 4.G| *Qui impulſus differunt formaliter.* Ibidem.H| *Cuius applicatio ad uolendum licet abſolutè ſit libera, ex aliqua tamen conditione, non ſemper.* 51.B
Voluntas ſapientia & poteſtas diuina, ſuprema radix eſt omnis contingentiæ. 147.B| *Et quā rōne unaquæq; illarum.* Ibi.

Indicis in Theoremata &c. & in quatuor Queſtiones &c. Finis.

ERRORES EX IMPRESSIONE CONTRACTI
qui maioris videntur momenti.

Pagina. 15. Linea 15. eoram,pro earum.
pap. 17. linea 39. res, pro ,rem.
pag. 21. linea 19. poſtulent,pro poſtularent.
pag. 32. linea 5. videri, pro videre.
pag. 36. linea 46. in ipſi, pro in ipſo.
pag. 74. linea 29. ſpectante, pro ſpectant.
pag. 81. linea 37. calori , pro calorem.
pag. 89. linea 14. eo in ꝙ, pro in eo ꝙ.
pag. 116. linea 10. maius, pro, mauis.
pag. 118. linea 25. Quinò, pro Quintò.
pag. 119. linea 44. eſt, pro, &c. Et linea 54. ſi, pro , ſit.
pag. 122. linea 23. ocultoribus, pro , occultioribus.
pag. 129. linea 42. ſeipſimet, pro , ſeipſiſmet.
pag. 131. linea 2. ſempiternatem, pro, ſempiternitatem.
pag. 140. linea 30. ôn, pro non.
pag. 144. linea 13. poſt ergo in, deficit.in eo reperiri debet. Et poſt contingentia, deficit. ergo.
pag. 152. linea 7. poſt generetur, deficit, tale. Et linea 35. effectum,pro effectuum.
Et linea 44. duntaxet pro duntaxat.
pag. 155. linea 7. oculi pro oculis.
pag. 160. linea 49. tali, pro talis.
pag. 162. linea 27. perpertua , pro perpetua.

THEOREMATA XIIII THEOLOGICA,

IN QVIBVS, TVM PRÆCIPVÆ, tum quæ Theologis in maximo ſunt deſiderio, tractantur difficultates: idq; eximia eruditione, & ſumma cum perſpicuitate.

Reuerendiſſ. D. Jacobo Naclanto, Clugienſi Epiſcopo. Authore.

B

THEOREMA PRIMVM.

De ſanctiſsima Trinitate.

CVM in Diuinis ſint tantum duæ proceſsiones, Altera, per modum intellectus, qua verbum procedit a ſolo Patre, Reliqua, per modum voluntatis; qua ſpiritus ſanctus, a Patre & Filio eadem procedit ſpiratione: tres perſonas, realiter quidem diſtinctas, ſed in vna eademque ſimpliciſsima Diuinitatis ſubſtantia, indiuiſas profitemur conſiſtentes. Eaſque non per origines, ſed originum relationes, in eſſe conſtitui hypoſtatico: & perſonali per eaſdem non dubitamus ſeiungi diſtinctione.

Illatum.

Quemadmodum Filius, alius non eſset in perſona à Patre, niſi generaretur ab eo: ita nec Spiritus ſanctus, alius eſset in perſona a Filio, niſi ſpiraretur ab illo. Præmiſſa ex Theologis: & maxime ex D. Thoma.

Explicatio, excuſsioque Theorematis.

Vt illuſtre reddatur, noſtrà pro imbecillitate, præſens Theorema: quibuſdam præmiſsis animaduerſisq́;, ſingula ferè examinabuntur, ac conſtituentur verba.

C Primum ergo animaduertendum, quòd proceſsionis vox, & ſi aliquando accipi poſsit acceptaq; forte, ab aliquibus ſit, pro re, quæ procedit, puta hoc in myſterio pro verbo aut ſpiritu ſancto: in præſenti tamen ſumitur, pro uia progreſſuq́;, per quem ad terminum peruenitur, quiuè per eum producitur. Et per hoc, ea pro operatione: qua in Diuinis generatur Filius, aut producitur ſpiritus ſanctus.

Ergo cōpertum eſt hoc in loco: non ſolum, nos ea voce vti tranſlate, ſiquidem primum, vt D. admonet Tho. impoſita eſt progreſſui motus localis, deinde extenſa fuit ad progreſſum cuiuſuis motus corporei, demum accōmodata extitit progreſſui motus ſpiritualis, & potiſsimum mentis noſtræ, et inde ad progreſſum tranſlata eſt, mentis Diuinæ, ſed & cum reſecatione omnis imperfectionis.

Quare, & ſi non inficiamur eam in Deo ſumi poſſe tum ex parte termini a quo, tum ex parte termini ad quem (ita quidem loquuntur) & ob id rationem complecti actionis, & paſsionis, exprimiq́; poſſe, verbo actiuo & paſsiuo, vt generare & generari ſpirare & ſpirari: ſemper tamen retinendum eſt ea dici admittiq́;, prout in Deo eſſe poſſunt.

D Secundum eſt: quòd licet nemo Orthodoxorum non probet, proceſsiones in Deo (Nam CHRISTVS dixit: Ego ex Deo proceſsi: Et de Spiritu ſancto. Spiritus qui à Patre procedit) nemo qui Deum detrectet intelligere & velle, intelligiq́, ob id in Deo eſſe ſpirituales motus, progreſſusq́;, & per hoc, proceſsiones, ſaltem, vt dicebatur, tranſlate: non tamen conſentiunt omnes, de motibus, progreſsibus, ſeu proceſsionibus, quibus procedunt perſonæ diuinæ.

Sunt quibus placet eas quidē eſſe operationes Dei: at nō quas dicimus intelligere & velle, quę in eo per intellectum proficiſcunt & voluntatem: ſed aliàs ex Diuinæ naturæ fęcunditate procedētes, & ante intellectus & voluntatis opus dimanantes, indeq́;, etiam ſi non intelligeret aut uellet, prodeūtes, quarum altera ſit gignere, per quam verbum procedit, reliqua ſit ſpirare, per quā procedit Spiritus ſanctus. Et ſic proceſsiones in Deo, non ſunt operationes & intellectus & voluntatis, ſed puræ naturæ.

Verum hæc etſi reputantur arguta, non tamen (ni fallor) ſunt vera: quandoquidem eo pacto, E
Filius ex vi proceſsionis non haberet rationem verbi, nec haberetur ratio, qua illi peculiaris ſit
ratio Sapientiæ: cum neutrum valeat abſq; ratione intellectus, non tam eſſe q̃ concipi. Item nec
Spiritus ſanctus ex vi proceſsionis, prodiret vt amor, aut vt propria ei aſcriberetur bonitas, cum
neutrum ſine appetitu, qui in ſeparatis eſt voluntas, poſsit intelligi. Siquidem amor in eis eſt
opus voluntatis, & appetitus in boni ratione complectitur.

Ergo conſtantius dicunt alij (& cõis eſt, Theologorum ſentẽtia) nempe operationes illas ſore
quidem Dei, & ex vi proficiſci, Diuinæ naturæ, ſed per intellectum & voluntatem: tam etſi non
eodem id a ſingulis exponatur pacto. Sunt ergo qui duplicem aſsignant operationem, in Dei
intellectu, & duplicem in eius voluntate: Illę ſunt (vt dicunt) intelligere, & loqui: Iſtę velle, & ſpi
rare. Et licet velint, intelligere præcedere naturaliter loqui, & velle præcedere naturaliter ſpira-
re: non tamen exigunt inter ea connexionem neceſſariam, aut dependentiam aliquam.

Hæc quoq;, etſi ſunt ſubtiliter dicta: forte tamen ꝙ ſunt minus ſolida: quin & abſurditatem,
ni fallor, continentia. Siquidem qui hæc tradunt, non ſolum rem tradunt non neceſſariam, ſed
abſurdam: quippe qui cogũtur admittere Deũ poſſe loqui, & loquendo, nihil intelligere: quod
videtur blaſphemum. neſciret enim quid diceret. Coguntur inq̃, quoniam qui hęc aſſerunt, cõ F
pertum habent, ea quæ per ſe non ſunt connexa, poſſe nedum per intellectum ab inuicem ſeclu
di, ſed & reipſa abſq; abſurditate ſeparari. Ergo ſaltem ex propria, qui hęc ingerunt conuincerẽ-
tur ſententia: rem abſurdiſsimam introducere.

Eorum ergo eſt amplectenda ſententia: qui licet vtrũq; in Dei admittant intellectu, vtrũque
in eius voluntate: licet & nonnullum faciant inter intelligere & loqui diſcrimen, nonnullã in-
ter velle & ſpirare conſtituant differentiam (Nam in Diuinis, intelligere & velle, ſunt eſſentia-
lia & loqui & ſpirare notionalia) diſcrimen tamen, & differentia, illius non ſunt conditionis, vt
operationes multiplicent, ſed ſatis eis eſt, ſi in vnam eandemq; coeuntes rem, rationes ſeruent di
ſtinctas, ac formaliter, vt dicunt, ſeparatas. Quod quo contingat pacto ex D. Tho. doctrina, cu-
ius eſt ſententia, haud difficile erit agnoſcere.

Et vt primum, de intellectione internaq; mentis locutione ſit ſermo: examinanda hęc ſunt,
prout contingunt in nobis: vt ex illis, ad ea euehamur, quæ confitemur in Deo. Ergo animaduer
tendum naturæ congruere noſtri intellectus: vt nihil intelligat, ſine locutione. Id enim adeo cõ-
tinuo comprobatur periculo: ꝙ niſi proterue, negari non valet. Verum (licet vt compertiſsima
ab omnibus recipi, iure optimo poſſet) nitemur ea paucis illuſtrare: vt ſaltem quilibet attentius G
animaduertat, ꝙ intelligendo ſemper interne aliquid exprimit, & ob id ꝙ interne ſemper ver-
bum aliquod profert.

Dico, verbum ſemper intelligendo proferri: quoniam etſi hęſitant aliqui de intellectione re
flexa, & alij de viſione beata: nullus tamen, id negat de intellectione directa, aut de naturali Dei
notitia: quod eſt ſatis intento. Quamq̃ & mea ſententia, nec in illis hęſitandum ſit intellectioni-
bus: quoniam in reflexa non minus quod intelligimus, experimur exprimere: & compertum eſſe
poteſt, nihil obſtare, quod ſit alicuius ponderis. Verum cum ad rẽ non ſpectet, nihil ad pręſens.
Et de viſione beata, & ſi forte verbum exprimi nequit adęquatum (plus enim vidẽt q̃ exprimãt)
de inadæquato, aut rebus in Deo viſis, forte ꝙ nihil prohibet.

Sed ad rem. Dicimus experiri, nos intelligendo ſemper loqui, ſemper quippiam in mente pro
ferre, exprimereq;: nec immerito, cum id in vtraq; intellectus contrectẽt operatione. Siquidem
cum in prima, prædicata venemur ſimplicia, conſtituamusq; rerum diſſinitiones: haud dubium,
ꝙ id non fit ſine iudicio, non ſine quadam expreſsione ſententiæ: & in ſecunda, in qua compo-
nendo, vel diuidendo, de ſubiecto enunciamus prędicata quę cõſonant, & remouemus quę diſ- H
ſonant: palã eſt ꝙ id, ſine interna non cõtingit locutione. Nam & ea quę enunciãtur in voce, eo-
rũ ſunt imagines, q̃ enunciant̃ in aĩa: & ſermo externus, ex interno ꝓficiſcit̃, vti cõpertiſsimũ eſt.

Verum vt res ſit perſpicua, conſiderandum, ꝙ cum intellectus noſtri operatio ſit interna, non
ſolum neceſſe eſt, vt proximum illius aſsignetur principium, quod vocant a quo, & terminus
immediatus, quem dicunt, ad quem: ſed neceſſe eſt, vt vtrunque aſsignetur internum: vti rem
ponderantibus liquet. Ergo ſcitè D. admonet Thom. ꝙ ſicut poſsibilis intellectus, recepta rei
intelligibilis ſpecie, in actu erigitur primo: ita & per eandem acquirit eſſe fœcundum, quo pò-
tens fit, ſuo modo concipere, & opportune pàrere: & quidem, vt decet, ſpeciem quàdam ſpecu
larem, in qua quod relucet intelligat (nam intelligere eſt intus legere) & intelligendo quod le-
gerit proferat exprimatq;.

A Nec ijs repugnat, quod 1.Ethicorum,& 9.legitur Methaphyſicę. Nempe per actionem imanentem, uihil produci:quando exploratum eſt,id verum non eſſe ſimpliciter, cum per illius frequentiam generetur habitus, ſed verum eſſe, debita cum limitatione, puta neceſſario, vel propter quod. Si placet limitatio,neceſſario:in promptu eſt veritas.Conſtat enim ꝙ apud nos,opus non proficiſcitur neceſſario, cum non comitetur quamlibet(ſiquidem non comitatur videre, non audire &id genus alia) & in diuinis, non comitatur intelligere, non velle, eſſentialia (non enim actiones ſunt ad intra realiter productiuę,vt Theologis compertum eſt)ſi limitatio placet, propter quod : notum eſt actionem imanentem,vt intelligere, ad ſpecularem non ordinari formam: quod illis in locis Philoſophus videtur intendere.

Ergo intellectus,vt dicebatur , informatus ſpecie intelligibilis lapidis (nã agentis intellectus beneficio,lapis a ſtatu materiali , in quo intelligibilis erat in potentia, ad ſtatum euehitur intelligibilis in actu) efficitur per eam,vti per ſemẽ aliquod,grauidus promptusq́, vt mox aliam ſpeciem in ſeſe generet, quæ ſit velut idolum quoddam,in quo & ſi idemmet relucet lapis(nã generans generat ſibi ſimile) in longe tamen præſtantiori ſtatu : quia in ſtatu rei intellectæ , & ſi ma-
B gis labili(Siquidem in ſpecie intelligibili,cum ſit velut in habitu,quodam remanet pacto,etiam cum dormimus) at in idolo prædicto,cum ſit tantum in actu,non adeſt, niſi actu conſideremus.

Et vt quę dicimus ſint magis conſtantia,recolendum eſt,potentiam & obiectum, adinuicem eſſe proportionalia:& ob id intellectum noſtrum, & illius intelligibile,fore ſibi correſpondentia . Ergo cum intelligibile intellectus noſtri obiectum (de adæquato quidem eſt ſermo:at non extenſionis , ſed penetrationis) quiditas ſit rei materialis, neceſſe eſt , vt ſitus in ſtatibus proportionentur : & per hoc, ꝙ intellectui noſtro , in infimo ſui ſtatu, hoc eſt , in ſtatu puræ potentiæ quiditas reſpondeat rei materialis , in ſtatu intelligibilitatis infimo, & per hoc in ſtatu materiali,quem habet in rerum natura: Et in ſtatu medio,nempe informato intelligibili ſpecie, qui eſt ſtatus intellectus in habitu,quiditas reſpondeat rei materialis , in ſtatu intelligibilitatis medio, & ob id,vt cõtinetur ac relucet in ſpecie intelligibili:& in ſtatu ſupremo , vt ſcilicet in ſtatu inuenitur intellectus in actu(in quo operatur de facto, vel producẽdo ſpeciem ſpecularem; vel intelligẽdo proferendoq́; quod relucet in ea) reſpõdeat intelligibile,in ſtatu ſupremo,& per hoc, in ſtatu rei intellectę, ſecundum ꝙ quidditas rei materialis , continetur intelligibiliter , ac pronunciatur in ſpeculari forma.

C Ergo non indocte dictum eſt, intellectum humanum, idolũ in ſeſe producere : ſed & eius rei neceſsitas,valet clara luce deprehendi . Et pręter id, quod diximus (vt interna inq̃ operatio, internum habeat terminum)conſtat,inde valide neceſsitatem conuinci,ꝙ eſt opus,de ordine ad ordinem rem transferri,ſeu de ſtatu ad ſtatum,aut gradu ad gradum eleuari:nempe de ordine,ſtatu , vel gradu actu intelligibilium , ad ordinem , ſtatum , vel gradum intellectorum prouehi. Quod quidem,de materialibus intellectum intelligibilibus, nemini(ni fallor) nõ probatur: etſi de ſpiritualibus,vt ſunt intelligentiæ ſeparatę,ab aliquibus credatur ſecus:qui aſſerunt eas dum intelligunt ſemet,opus non eſſe ſpeculari forma,ſed ſuapte natura,talem ſtatum,gradumuè eſſe ſortitas:vt non modo,ſint actu intelligibiles,ſed & intellectæ.

Verum,id (mea ſententia) aſſerendum non eſt:cum nulla creatura,eouſq; celſitudinis,ſit ſua natura prouecta ; vt actus ſit purus , vel in genere entium , vel(quod idem hac in re duxerim) in genere intelligibilium. Solus enim Deus , eo ſuapte natura potitur dignitatis ; vt purus actus ſit in vtroq; genere. Propter quod intellectus Diuinus nõ producit in ſe formam aliquã, in qua ſpeculetur:ſed intelligit ſe & alia omnia in ſeſe, ſibiq; vnice loquitur, & loquẽdo generat, ac verbum producit, taliq; pacto, filius in Diuinis generatur. Vnde, & Diuini verbi proceſsio , non eſt
D productio ſpecularis formæ, ſed interna locutio Patris : qua Deus,& quicquid in Deo continetur exprimitur. Propter quod Filius procedit , non ſolum ex notitia Patris, ſed rerum omnium. Qua de re vberius dicendum opportune.

Et vt proſequamur de nobis, conſiderandum eſt,ꝙ licet a nonnullis,opus per quod,in nobis forma proficiſcitur ſpecularis,credatur intellectio:id tamen nõ eſt verum formaliter,ſed vel cauſaliter,ſicut ira eſt accenſio ſanguinis,vel(& mihi probatur magis) idẽ pace:non enim entia multiplicãda ſunt,ſine neceſsitate. Vtrum tamen res habeat,certum eſt,productionẽ illam,ab intellectione ſupponi:per eiq́; (ſaltem loquendo formaliter)intellectum,non intelligere,nec loqui: cum nec prefatum idolũ intelligat,eo ꝙ non intelligit , niſi reflexe , aut arguitiuo (vt loquunt) modo:nec rem in idolo contentam, cum nõ videatur,aut legatur,niſi idoli productione ſuppoſita:nec interno exprimatur ſermone,cum id non contingat,niſi intellectione prehabita.

Ergo, meo eſt fatendum iudicio, & conformiter (ni fallor) Diuo Thomæ, actionem præfatam intellectus, etſi vna eſt in re, triplicem tamen eſſe in ratione: & ob id, triplicem admittentem reſpectum: productionis, ſecundum quòd gignitio eſt ſpecularis formæ: intellectionis, ſecundum quòd viſio lectioque eſt eius, quod in forma ſpeculari relucet: & locutionis, ſecundum quòd explicatio expreſsioque eſt eius, quod videt, legitque. Et conſequuntur ſe, vt conſtat, hæ rationes ordine quodam: quoniam prius natura eſt ratio productionis, deinde intellectionis, & demum locutionis. Ergo & ex parte termini, prior eſt ratio ſpecularis formæ, deinde rei cognitæ, & tandem verbi, ſeu ſermonis interni. Ergo, nedum re non diſtinguuntur, Dicere & intelligere: ſed nec intelligere, & ſpecularem formam producere. E

Et quamquàm in nobis, tam productio ſpecularis formę, quàm locutio noſtræ mentis, poſsit dici proceſsio, & generatio: quia tamen, vt dictum eſt, in Deo productio ſpecularis formæ, locum non habet; proceſsionis ac generationis nomen, cum ad Filij Dei emanationem transfertur: non a productione ſumendum eſt idoli, ſed a productione, ſeu locutione expreſsioneque interioris verbi. Dico locutionē ſeu verbi expreſsione: quoniam & ſi Deo tribuitur intelligere, quia tamen de illius ratione, non eſt formaliter, aut ſaltem realiter producere (quod quare dixerim, apparebit paulo poſt) nequit illi ratio proceſsionis, aut generationis formaliter aſcribi. Et licet intellectio habeat rem intellectam pro termino: quia tamen illum non producit, rationem generationis non induit. Nec obſtat quòd terminus dicatur intellectionis intrinſecus: quoniam non eſt intrinſecus, formaliter loquendo, vt calefactioni calor, ſed quia non eſt extra, vt viſibile reſpectu viſus, ſed intra animā, vt terminus actionis intraneę. F

Diximus de emanatione verbi in intellectu noſtro, & quo pacto, ex illa ad emanationē procedendum ſit in intellectu Diuino: ergo ſupereſt, vt & aliquid proferamus de proceſsione amoris, in voluntate hominis, vt inde, euehamur ad proceſsionem Spiritus ſancti, in voluntate Dei. Igitur aduertendum, quòd etſi, quæ ex parte noſtræ contingunt voluntatis, longe obſcuriora ſunt ijs, quę ex parte noſtri contingunt intellectus: ſunt tamen, quodam pacto proportionalia. Siquidem voluntas noſtra, primum a bono cognito, dicto ac expreſſo, recipit impulſum quendam: quo ad illud excitatur, impelliturque. Quo recepto, fit potens, vt opportune producat ac concitet in ſeſe, impulſum alium: & ſi priori, non longe diſsimilem, magis tamen acrem magisq; vrgentem: Cuius productio concitatioq;, et ſi ab aliquibus dicatur amatio: id tamen non verificatur formaliter, ſed cauſaliter, vel (vt magis placet) idemptice: ſicut de idoli productione in intellectu dictum eſt. G

Quid ergo? voluntas recepto, vt dicebatur, impulſu, ad modum actus primi, eoque reddita potens, vt alium in ſe producat, opportune producit illum, & per eum amat, & ſpirat: ſicut, ſua pro ratione, in ſpeculari forma, intellectus intelligit ac loquitur. Dico, per eum, non in eo, amare ſpirareq;, ſicut in ſpeculari forma intellectum intelligere ac loqui: quoniam terminus amationis, eſt quidem res amata, ſed non vt in illo impulſu exiſtens, in quo non eſt, niſi extenuate, nempe vt eſſe deorſum, in lapidis grauitate: quin nec ſecundum eſſe, quod habet in intellectu, in quo eſt, in eſſe cognito dictoque: ſed ſecundum eſſe, quod habet in re (nam bonum, in quod voluntas tendit, eſt extra: verum quod intellectum perficit, eſt in anima, vt philoſophus docet) Dico per eum amare, & ſpirare: quę & ſi duo videntur actus, ſuntq; duo formaliter, re tamen ſunt vnum & idem: non ſecus, ac intelligere, & loqui.

Duo inquàm ſunt formaliter: quoniam ratio vnius, ratio non eſt alterius. Siquidem, amationis ratio, in hoc conſiſtit, quod eſt benè velle (id enim ſonat amare) rei quæ amatur: ratio autem ſpirationis, in hoc conſiſtit, ꝙ amans (ni fallor) effundit ſe ſe, in rem amatam, vt illi ſe copulet, vniat, & transformet. Hæc quæ dicta ſunt de voluntate, etſi proportione currunt, cum ijs, quæ diximus de intellectu: ſunt tamen quędam vnuicuiq; propria, quę & arduum nō eſt aduertere. Siquidem tam actus primus, q̃ ſpecularis forma, ſunt formę in intellectu: & tam actus primus, q̃ impulſio in ſe producta, impulſiones ſunt in voluntate. Nec imerito, cum cognitio fiat, per aſsimilationem, cuius principium eſt forma: & amatio per attractionem impulſumq;. Propter quod, & intelligere fit per hoc, ꝙ intelligens fit quodam pacto, res intellecta: & amare fit per hoc, ꝙ amans trahitur ad rem amatam. H

Verum iam res poſtulat, vt ad Diuinam eleuemur voluntatem: & demū, vt accedamus Theorema. Igitur conſtare arbitror, Spiritus ſancti proceſsionem, non attendendam penes amationem,

A nem, ſed ſpirationem : immo & quòd ſpiratio, ipſa eſt proceſsio. Non enim locum habet, in
Dei voluntate, impulſus per modum actus primi: & amare eſſentiale, & non notionale eſt: ſicut
& ſuapro ratione, de verbi proceſsione dictũ eſt. Dicebatur in Theoremate. *Cum in Diuinis*, hoc
eſt, inter ea, quæ inueniuntur in Deo, *ſint* formaliter, *duæ proceſsiones*, nempe dicere & ſpirare:
nec modo duæ; ſed *tantum duæ*. Et merito, cum duæ tantum ſint, quæ procedunt perſonæ: &
compertum ſit, ſingulam pro ſingula conſtituenda, fore affluentiſsime ſatis; propterea quòd
quælibet eſt Diuina, quælibet ſumme efficax, & omnibus numeris conſtans.

Altera per modum, progrediens, intellectus. Vbi denotata ſunt plura. Primum eſt, quòd & ſi
hæc proceſsio, radicem habet ex natura Diuina (quippe quæ eſt bona, & ob id, ſui communicati
ua) inde tamen non progreditur, niſi medio intellectu: ſicut nec ſpiratur, niſi media voluntate.
Secundũ eſt, quòd etſi hæc proceſsio, generatiua eſt Filij: non tamen generatiua eſt, carnali aut
naturali modo, ſed ſpirituali ac intelligibili. Tertium eſt, quòd cum ſermo in præſenti, non ſit
de intellectu humano, ſed Diuino, procedere per modum intellectus, eſt eo procedere pacto,
qui conuenire habet intellectui exiſtenti in actu ſecundo, immo qui ipſa intellectio eſt: & per
hoc palam eſt, quòd hæc proceſsio, aliud non eſt, quàm interna locutio dictioque; cum
B ab intellectu in actu ſecundo poſito, alia non proficiſcatur proceſsio, ſicut & in præmiſsis
manifeſtum eſt.

Quartum eſt, quòd hæc proceſsio, aſsimilatiua eſt, ſuapte natura: ſermo enim ſua ex ratione;
non modo eſt loquentis imago, ſed & rei intellectæ expreſsio. Ergo cum res cognita ſit, ne-
dum natura Diuina, Deusq; : nedum Diuinæ perſonæ, oĩa attributa : omneſque ſingularũ per-
ſonarum proprietates; ſed & omnia quæ nata ſunt intelligi : palam quòd eorum omnium
eſt ſua pro ratione aſsimilatiua, & ſi ordine quodam. Quare Verbum, diuino intellectu prola-
tum, omnium quæ cognoſcit, eſt modo quodam imago: & ſi primo Dei, cuius eſt peculiaris, &
Patris, cuius affirmatur figura, characterque, & deinceps aliorum, omnium, quæ cõtinẽt in
Deo, eiuſque ſapientia ac poteſtate. Siquidem res verbo expreſſa, non eſt minoris ambitus, ipſa
re cognita: ſicut nec dicere minoris eſt vbertatis, ipſo intelligere, vti notum eſt Theologis, &
rem vt par eſt expendentibus.

Qua verbum a Patre ſolo procedit. Ergo proceſsio hæc, & ſi per modũ progreditur intellectus Di
uini, exiſtẽtis nedum in actu ſecundo, ſed & ipſamet intellectio : non tamẽ eſt per modum Di-
C uini intellectus eſſentialiter ſumpti, ſed notionaliter accepti: & p hoc, notionaliter loquẽtis, ex
primentisque. Quod dixerim, quia licet magis ſit conſonum, & communiter à Theologis tradi-
tis conſentaneum, Verbum ac Dicere in Diuinis. tantum notionaliter ſumi : non deſunt ta-
men, qui defendant et illa poſſe, ẽt eſſentialiter accipi. Et hi ſunt, qui ex iis, quæ contrecta-
mus in nobis, putant intelligere ac dicere, eouſq; cõnecti, vt nequeant quauis ratione ſeiũgi. Er
go inquiunt, cum intelligere inueniatur in Filio, inueniatur & in ſpiritu ſancto: neceſſe eſt, vt &
in iis reperiatur dicere, reperiatur & verbum. Reperiatur inquam dicere ac verbum : ſed pla-
nè non notionaliter : ergo eſſentialiter. Itidem de ſpirare, deque ſpiritu ſancto tradunt; ſed
ſua pro ratione.

Hæc poſitio, & ſi non ſatis mihi probatur, vt facile conſtat ex ſupradictis : non video tamen,
quòd ſane intellecta, aduerſetur fidei, aut rationi rectę. Dico ſane intellecta, primo quia non
eſt intelligenda, quòd dicere ac verbũ eſſentialiter ſumpta, ad perſonalem, quouis pacto perti-
neant, tum conſtitutionem, tum realem perſonarũ diſtinctionem, ſed ad naturam intellectio-
nis, aut intellectæ rei. Item non eſt intelligendum verbum eſſentiale produci realiter, ſed ſa-
tis eſt virtualiter : eo locutionis pacto, quo immortalitas ex immaterialitate, admittitur profi-
D ciſci in Deo. Itẽ, ꝙ inter intelligere & dicere eſſentialiter, non ſit formalis diſtinctio in actu,
ſed in virtute : put de vi calefactiua, ac exſiccatiua dicũt in ſole. Quamq̃ & altius, & Diuiniæ pre-
ſtantiæ congruentius, dici habeat, ꝙ intelligere Dei, ex ſui eminẽtia, omnem contineat forma-
liter intellectionis perfectionem : & ita (ſi loqui, vt dicunt, ad illius pertinet perfectionem) in
eo comprehendi, & verbum eſſentiale, eandem ob rationem, formaliter in eodem quoque
concludi.

Ex ijs ergo conſtat, portionem, ex ſolo Patre, non ſolum iure optimo poſitam; ſed & facile,
ex illa poſſe animaduerti, cur ſolo in Patre, fęcunda admittatur memoria, & in eodem tantũ,
potentia attribuitur generatiua. Siquidem, ſolius Patris intellectus, vt Diuina quaſi informa-
tus eſſentia (in qua re ratio habetur memoriæ) fęcunditatem habet : & quia prolatum verbum
eſt filius, palã q̃ congruat, intellectum eius, potentiam generatiuam dici. Sequitur in Theore-

 mate.

mate. *Reliqua, per modum Voluntatis.* Et quoniam ſermo eſt de voluntate Diuina, non ſolum ſem- E
per exiſtente in actu ſecundo, ſed & quæ ipſa eſt volitio, ipſa amatio: haud dubium, quòd hæc
proceſsio, ipſa ſpiratio eſt. Et quoniam Dei voluntas, in actu exiſtens, eſt ad vnum determinata;
conſequens eſt, quòd hæc proceſsio, progrediatur neceſſario. Non neceſsitate coactionis, vt quæ
intelligi nequit in Deo: ſed naturæ ſic ad vnum determinatæ, quòd nec ſuſpendi, nec valet, quo
uis pacto remorari.

Ergo eſt neceſſaria, non modo ex parte ſpecificationis, ſiue, obiecti: ſed & ex parte (vt loquū-
tur) exercitij (præter id, quod non minori nectitur vinculo amationi, quàm locutio intellectio-
ni) Ergo ſicut amatio nequit a Diuina ſeiungi voluntate: ita nec ſpiratio remoueri valet, ab ipſa
amatione. Amplius. Sicut amatio, ſeſe extendit ad omnia, quæ ſunt in Deo, quouis pacto, ſed
ſuo modo, & ratione, non minus ac ſe extendat intellectio, de qua dictum eſt ſupra: ita & ſpi-
ratio, illi adæquata, non minoris eſt amplitudinis, non ſecus ac locutio, non minoris eſt am-
bitus, ipſa intellectione. Rurſum. Ex hoc (quòd ſpiratio) per modum procedit voluntatis; con
ſtat quòd ſua ex vi, non eſt aſsimilatiua. Licet enim ſpirans, ſimile eſſe poſsit rei, ad quam ſpi-
rat, quia amantem cōtingit, ſimilem eſſe rei, quam amat, quæ & non raro, cauſa amoris eſt, non
tamen ſpirans: vt ſpirans, facit ſibi ſimile, ſed ad ſimile aduocatur, impellitur, trahiturq́. F

Nec obſtat, quòd amans ſtudet, nonnunquàm imitari, quod amat. quoniam ſi inde, ali-
qua proficiſcitur ſimilitudo, id opus non eſt ipſius ſpirationis proximum, ſed remotum: & ope
rationum, quæ illam comitantur immediatum. *Qua Spiritus ſanctus, a Patre, & Filio, eadem proce-
dit ſpiratione.* Ergo & voluntas, qua ſpirant Pater & Filius, non eſt voluntas, vt tribus perſonis
communis, cum per illam ſpiritus ſanctus non ſpiret, ſed ad Patrem Filiumq́; reſtricta, & pro-
pterea, non eſſentialiter, ſed notionaliter ſumpta: Et ob id ſpirans, non communi tribus per-
ſonis ſpiratione, ab aliquibus, vt diximus, tradita. Adde. Quòd ſi eadem ſpirant ſpiratione:
haud dubium, quòd & vna, atque eadem ſpirant voluntate. Ergo & ſi duo admittuntur ſpiran
tes, non tamē duo admitti debent ſpiratores: ſicut & Theologis notiſsimum eſt.

Sed dices. Cum bonum cognitum, dictumq́;, vt præmiſſum eſt, ſpiret: cur de ſpiratione ver-
bi, vt verbum eſt, nihil aſſertur? Reſpondetur, quòd cum ſpiratio verbi, quæ in nobis fit, non
concedatur, niſi illius impulſionis reſpectu, quo voluntas noſtra, conſtituitur in actu primo
(qui a nonnullis amor vocatur immiſſus: ſed rectius, non amor, ſed amoris, vel amationis di-
ceretur principium) eo ferè pacto a verbo dimanans, ac in voluntatē digrediens, quo a magne-
te in ferrū, ea effunditur impulſiua, ſeu attractiua qualitas, qua impellitur trahitq́; verſus eam; G
palam quòd hæc in Deo, locum non habent, prout vel ex præcedentibus liquet, Sed ſi ad ſpira-
tionē concurrat verbū, vt verbū, nulli dubiū ꝙ non concurret actiue: ſed terminatiue ſpecificati
ueq́; quo pacto, non minus concurret Pater, quin & Spiritus ſanctus, & quicquid in Deo conti
netur. Quin & primo concurret Deus, & eſſentia eius. Propter quod, non abſurde, oīa a Deo
dicuntur amari: non tam eſſentiali, quàm notionali amote.

Tres perſonas. Patrē loquentem generantemq́;: Verbum Filiumue prolatum ac genitum: &
Spiritum ſanctum ſpiratum, procedentemq́; a Patre & Filio: *realiter distinctas.* Vt inter quas op-
poſitio interuenit relatiua: *Sed in vna eademq́; ſimpliciſsima diuinitatis ſubſtantia*, natura, ſapientia,
intellectu, poteſtate, & ſi quid aliud in Deo inuenitur perfectionis, ac virtualis continentiæ: *in-
diuiſibiliter conſiſtentes.* Conſiſtunt quidem & ſubſiſtunt Diuinæ perſonę, vna eſſentiali ſubſiſten-
tia, quæ eſt ſubſiſtentia Dei, ſuæq́; ſingularis eſſentiæ (Siquidem in ſeparatis, & maxime in Di-
uinis, idem ſunt concretum & abſtractum), & tribus perſonalibus: cum cuilibet, ſicut propria
eſt aſsignata perſonalitas, ita & propria aſsignata eſt ſubſiſtentia. Sed hæc locupletius expenden
da ſunt: Tria attacta ſunt: Perſonalitas, ſubſiſtentia, Et huius in eſſentialem ac perſonalem di H
ſtinctio. Ergo de ſingulis quædam.

Igitur quod ad perſonalitatem attinet, & ſi magnum eſt diſcrimen, inter creatam & Diui-
nam, nempe vt inter creaturam & Deum: nihilominus, ſicut ad alia, quæ concipiuntur in
Deo, ex ijs vt plurimum, amotis imperfectionibus, quæ in creaturis ſunt reperta, conſcendimus:
ita & a nobis tentandum eſt facere, in hac ipſa re. Perſonam ſic definit Boetius: quòd eſt rationa
lis naturæ, ſubſtantia indiuidua. Vbi vox, rationalis, non arctatur ad hominem, ſed comprehē-
dit omnem intellectualem ſubſtantiā: & vox naturæ, ad completam reſtringitur, propter quod,
anima excludit rationalis, & vox indiuidua, ſumitur pro ſingulari: & ſubſtantia, pro ſubſiſtente.
Ergo, Perſona, eſt ſubſtantia ſingularis, ſubſiſtens, naturæ intellectualis completæ. At dicis. Dif
ficultas non eſt de perſona: ſed de perſonalitate, qua conſtituit perſona; ergo de illa loquēdū eſt.

Vt

A Vt ergo rem tentem compertum eſt, meo iudicio, perſonalitatem, poſitiuam rem eſſe, eamq;
dici, qua proxime natura intellectualis completa, indiuiduata, fit quod: hoc eſt, qua proxime
euadit id, quod dicimus eſſe quod eſt: hoc eſt, qua proxime fit ſubſiſtens ſeu ſuum exiſtētię eſſe
ſuſtentans. Quod indubie, etiā ſi fingendi concederetur auſus; vt quid poſitiuum ſit, neceſſa-
rium eſt. Nec horreo, quod quidam aſtruunt, eſſe veluti complementum quoddam, ſingularis
ſubſtantię, ac veluti terminationem eius; non ſecus ac punctum finitæ lineæ rectęque (Excipe,
quòd non habet determinatum ſitum) Hoc inq̃ non horreo: & ſi puto ſatius, ſi ad modum
concipiatur vnitatis, quæ nullum ſibi in re vendicat ſitum: vt ſicut in homine vnitas inuenitur
ſpecifica, & vnitas indiuidualis; ita inueniatur & perſonalis. Ergo ſicut indiuidualis eſt, qua for-
maliter natura eſt vna in numero; ita & perſonalis qua redditur formaliter vna in perſona. Et
ſicut vnitas, licet res ſit poſitiua cōpletur per aliquod negatiuum; vel ſi mauis, admodum negati
ui expreſſum: ita & perſonalitas, ſua pro ratione habet ſeſe.

Dico vnitatē, rem poſitiuam: quod de prædicamētali non habet inſtantiam, ſiue ea ſit, vt qui-
dam volunt; idem quod quantitas cōtinua, vt indiuiſa, ſiue, vt alij, eſſe a cōtinua quātitate pręſti
tum; vt indiuiſum; ſiue, et conſtantius, indiuiſibile quoddam, etſi vti punctum, non tamen ſi-
B tum habens determinatum: qua de re alibi plura. At de tranſcendenti (etſi ab aliquibus forte
non probatur) non minus, meo iudicio, idem ſentiendum eſt: tum quia ſine intellectum, nihil
habet, quod obſtet, tum quia res, tali pacto, in proportione currit cum vnitate, quam in ge-
nere ponimus quantitatis: quod non immerito ponderandum eſt. Ergo crediderim, in tran-
ſcendentibus, quòd ſicut reliqua, modos enti ſuperaddūt poſitiuos: vt conſtat de vero, bono, &
alijs, ſiquis vt par eſt, ſingula ponderet, ita & de vno, vel vnitate, pariter dicendum ſit: Quod
planè diſcutere, ad nos in præſenti non pertinet.

Ergo, vt redeam, perſonalitas, quæ tam hominibus; quàm intelligentijs communis eſt, ſpe-
cies eſt vnitatis, non pręedicamentalis, ſed tranſcendentis, vel quod mihi probatiſſimū eſt, ſubſtan
tialis ordinis: qua indiuidua, ſingularis, cōpletæq; naturæ; & rem & nomen ſortiuntur perſo-
næ. Quam ob rem, non mirum, ſi perſonalitas (licet res poſitiua) completur per negationes,
vel rectius, per aliquid ad modum negationum denotatum: cum & vnitas eādem patiatur legē.
Completur enim & per indiuiſionem in ſe, & diuiſionem ab alio; vel vt alii dicunt, per indi-
uiſionem, & indiuiſibilitatem (eſt enim nedum indiuiſa, ſed & indiuiſibilis) ſiquidē habet ana-
C logiam quandam ad punctū: quod eſt cuius pars non eſt. Completur inquam perſonalitas per
negationes, aut modum negationum habentia, quæ ſi (vt perſonalitas eſt) afferenda ſunt, non
diſplicet quæ tradunt aliqui, nempe in eo cōſiſtere, quòd eſt inaſſumpta, & inaſſumptibilis, ſiue
a verbo, ſiue a qua volueris perſona.

Dico, vt perſonalitas: quia vt vnitas, vnitatis exigit complementum, vt cuiq; in promptu eſt
animaduertere. Hactenus de perſonalitate in communi; ex quibus haud difficile eſt, ad Diuina
conſcendere, dummodo reſecentur imperfectiones. Verum quia perſonalitates Diuinæ, com-
muni Theologorum ſententia, in tribus conſiſtunt relationibus perſonalibus, vel ſaltem ſu-
muntur ex eis. Paternitate inquam filiatione, & proceſſione (ſic eam dicunt penuria vocum,)
paſſiua: res nequit plene reſolui; vſque quo de præfatis conſideretur relationibus: quod erit
non longe poſt. Ergo modo de ſubſiſtentia pauca: de qua duplex eſt dicendi modus. Alter, quo
ſubſiſtentia idem creditur, quod exiſtentia: niſi quòd hæc etiā accidenti congruit (exiſtit enim,
& albedo realis) & illa eſt ſubſtantiæ propria, vt quæ ſola ſuſtinet eam. Reliquus eſt. quo ſubſi-
ſtentia idem ponitur cum perſonalitate: & non niſi ratione ab illa diſtinguitur.

In priori modo, conſiderandum eſt, quòd eſſe, quod Dei effectus eſt proprius ab eo progre-
D diens, vti riuulus è fonte, & velut radius à luce, in qua tenebræ non ſunt vllæ; ſi ſumatur abſo-
lute, ſeu vt commune eſt etiam accidenti, nomen ſortitur exiſtentię. ſi vero vt ad ſubſtantiam co-
arctatum, quæ illud in ſeſe valeat ſuſtinere, nomen recipit ſubſiſtentię: ergo, vt dicebatur, re
idem ſunt, ſed ratione diuerſa ſunt. Nec aliud eſt diſcrimen, inter exiſtentiam, & exiſtere, ſubſi-
ſtentiam & ſubſiſtere, quam exprimi per nomē & verbū, ſicut inter curſum & currere. In poſte-
riori modo attendendum quòd perſonalitas reſpectu naturæ rationalis completæ, & indiui-
duæ, duplex habet officium: primum reddit naturam, vt quod, hoc eſt, capacem vt dici poſſit,
quod eſt: deinde (quod et ex præmiſſo conſequitur) vt receptum eſſe ſuſtentet. Ex primo habet
quòd nuncupetur perſonalitas; & ex ſecundo quòd dicatur ſubſiſtentia. Vterq; modus, po-
teſt amplecti: cum neuter aliquid continere videatur abſurdi. Nunc de perſonalis ac eſſentialis
ſubſiſtentiæ differentia.

Hæc

Hæc cum locum non habeant in creatis, ſed tantum in Diuinis: res eſt tentanda potius quàm E
explicanda. Et hoc, innitendo Theologorũ placitis, ac certis (vt datum fuerit) rationibus. Igi-
tur attendendum, quòd cum eſſentialia præcedant notioualia, vt indubitatum eſt ſacris Theo-
gis: certum eſt, ea in præceſsione, ſi concipiatur Deus, quòd præſcindet (vt loquuntur,) à
notionalibus: et per hoc, vt præuenit perſonam Patris, & Filii & ſpiritus ſancti. Et cum tali ap-
prehenſus pacto, non ſolum omnem complectatur perfectionem, omniaque attributa Diuina:
haud dubium, quòd & de eo verificatur, non ſolum, quòd eſt ſubſtantia, & ſubſtãtia intellectua-
lis, indiuidua, ſingularis, ſubſiſtens: ſed & quòd totius eſt ſubſiſtẽtiæ fons, pelagusq́;. Ergo tali
ſub ratione acceptus, ſicut & communiter accipitur a philoſophis, qui tres in Deo non agnoue-
re perſonas: palam, quòd non eſt extra rationem perſonæ, & ſi non prorſus completæ.
Cum enim vt completa ſit ratio perſonæ, neceſſario incommunicabilitatem claudat, quod
de hoc Deo nequit admitti, eo quòd Patri, & Filio, ac Spiritui ſancto, eſt communis (licet enim
eorum quilibet ſit Deus, non ſunt tamen tres Dii, ſed vnus ſimpliciſsimus, ac ſingulariſsimus
Deus) nulli erit obſcurum, incompletam in eo ſaluari rationẽ perſonæ. Quare etſi, hic Deus, eſt
ſubſiſtens, & in ſe, & in ſingulis perſonis Diuinis: non propterea tamen quatuor, ſed tantũ tres,
in Deo ſunt admittendæ perſonæ; non quatuor, ſed tantum tres hypoſtaſes perſonales. Et hoc, F
non ſolum, quia hic Deus, in ſe ſubſiſtit eſſentialiter, & non perſonaliter (vt dicebatur) comple
te; ſed & quia in ſingulis trium perſonarum, aliam a perſonali, non conſtituit ſubſiſtentiam. Si-
quidem conſiderandum, ꝙ licet perſonalis ſubſiſtentia, vt ſubſiſtentia, ab hoc Deo, velut a pri-
mo fonte dimanet, vt cuius eſſentia, eſt ipſum eſſe, ipſum ſubſiſtere: vt tamen ſimpliciter comple
teq́; perſonalis ſit; ex perſonali relatione, ſeu proprietate proficiſcatur, neceſſarium eſt.
Qua de re, fateamur licet, relationes Diuinas, ſecum ferre hypoſtaſes, idq́; non vt relatio-
nes, ſed vt hypoſtaticæ formæ; fatendum eſt nihilominus, eas largiri ſubſiſtentiam ex eo, ꝙ Di-
uinæ, ſeu Diuinæ idemptificatæ naturæ: & ex eo, quòd hæc, aut illa hypoſtatica forma, ad
hanc aut illam coarctatur perſonam. Et ſic ſubſiſtentia Patris, aut alius Diuinæ perſonæ: & ex
hoc Deo, & ex hac, aut illa, vt compleatur, proficiſcitur relatione. Igitur in qualibet Diuina-
rum perſonarum, etſi ſubſiſtere inuenitur eſſentiale, ſicut & in qualibet inuenitur hic Deus,
hæc eſſentia, ſeu natura Diuina: & ſubſiſtere perſonale, ſicut in qualibet eſt perſonalis proprie
tas, ſuauè hypoſtatica forma: non tamen duplex de qualibet admittitur ſimpliciter ſubſiſten
tia, ſed ſimpliciter vnica: cum vnum ſit in qualibet completum, ac conſummatum ſubſiſtere. G
Potes & hac in re conſulere Caietanum. 3. par. q. 3. art. . verum & hæc ex ſequentibus erunt ma
gis illuſtria. ſequitur.
Easque non per origines, ſed per originum relationes, in eſſe conſtitui hypoſtatico. Proceſsio, origo, & per
ſonalis relatio, in Diuinis idem ſunt re; ſed differunt ratione. Nam proceſsio actum quidem ex-
primit notionalem, vt ſpirare vel dicere, ſed per modum progreſſus, ſeu emanationis ſimplicis,
etſi ſumi poſsit actiue & paſsiue, prout in præcedentibus dictum eſt: At origo, illuſtrius quan-
dam videtur exprimere proceſsionis vim, nempe quòd in Diuinis, talis eſt proceſsio, ꝙ per eam
aliquid indubitanter dimanat, vti per dicere verbum, & per ſpirare Spiritus ſanctus. Dico illu-
ſtrius, quia origo, abſq́; originante, req́; originata nequit intelligi: ad quod dicere & ſpirare,
ſaltem vt aliqui credunt (ſicut & diximus) minime cogit. ſumitur & actiue & paſsiue, vt cuique
compertum eſſe poteſt. Relatio autem, vt Paternitas, Filiatio, &c. ipſam comitatur originem:
nam ex eo, ꝙ hic Deus generat, in eo ſurgit Paternitas; & ex eo ꝙ generatur, filiatio; & ex eo ꝙ
ſpiratur, paſsiua proceſsio.
Verum etſi hæc idem ſunt re, quia tamen differunt ratione: haud mirum, ſi aliquid attribui-
tur vni, quod non attribuitur alij; quin & negatur ab eo. Ergo & ſi reali ratione ſeu idemptita H
te attenta, non multum videretur referre, vtrum quis diceret, in diuinis conſtituendis hypoſta
ſibus: proprijs tamen earum rationibus conſideratis, non parum, ſed multum refert, hoc aut il
lud aſſerere. refert enim nedum ad explicationem multarum difficultatum: ſed & ad perſpica-
cius exprimendum diuina myſteria; & ad reducendum ſingula in principia ſua: quod quãtum
veritati faueat, ac eruditionem promoueat, nouerunt homines docti. Igitur non inconſulto
dictum eſt, Diuinas perſonas, non per origines (etſi id aſtruunt aliqui) ſed per originum rela-
tiones, in eſſe conſtitui hypoſtatico: vt Pater paternitate, Filius filiatione, & Spiritus S. pro-
ceſsione paſsiua.
Non inquàm inconſultò: quoniam cum eſſe perſonale, ſit perſonæ intrinſecum, palàm ꝙ
non congrue, ei id muneris aſsignabitur, quod per modum exprimitur egreſsionis: ſicut nomẽ

A ſonat, tum proceſsionis, tum originis. Item, cum procedere, & procedi, originare, & originari, actionem implicent & paſsionem: nulli dubium, quòd rationabiliter dicitur, eas perſonas non conſtituere, ſed potius conſtitutas ſupponere: vtrumq; enim, agere inq̃ & pati, ſine controuerſia, perſonarum, ſeu ſuppoſitorum actus ſunt. Sed ais. Hæc ſi ſunt ſolida, non minus relationes oppugnant. Siquidem relatio, cum ſit, ſuapte natura, ad aliud: non minus q̃ origo, proceſsioq; ad extrinſecum tendit: quin & magis, eo ꝙ totum quod eſt, ad aliud eſt. Rurſum, relatio puta Paternitas, Filiatio &c. non ſolum perſonas exigunt conſtitutas, ſed agentes (fundantur enim ſuper actiones & paſsiones vt dicitur 5. Methaphyſicæ) Ergo præſupponunt, proceſsiones, & origines.

Vt autem plenius, his ſatisfiat difficultatibus, conſiderandum: ꝙ relatio, non in ſui amplitudine ſumpta, qua & relationes complectitur rationis, ſed ad realem reſtricta, in communi tamen, entitas eſt, ſiue realitas quædam: cui attribuitur, in, & ad, hoc eſt, inexiſtentia & referentia. Quo fit, vt ex quadruplici valeat diſcuti capite: nempe vt entitas tantum, ab ea præciſa inexiſtentia ac referentia, vt inexiſtens præciſe, vt relatiua pręciſę, & vt vtranq; implicat complectiturq;. Primo modo, dici poteſt res abſtrahens, ſecundo res inexiſtens, tertio res relatiua,
B & quarto res inexiſtens relatiua. Hæc eadem, ſed ſua pro ratione (hoc eſt, imperfectionibus amotis) attendenda ſunt, in Diuinis perſonalibus relationibus. Ergo Parernitas entitatiue, ſeu abſtractiue conſiderata, etſi, quia res diuina, maximæ ſit præſtantiæ, non facit ad rem, ſed vt inexiſtens accepta: quoniam tali pacto, perſonalitatem ac ſubſiſtentiam affert confertq;.

Verum attendendum, ꝙ etſi inexiſtendo affert confertq;; res tamen contingit tali pacto. Primũ huic inexiſtit Deo, ex quo ſubſiſtentiã haurit eſſentialẽ: quæ mox in ea modificata, ac per paternitatis rationem, ad perſonalem ſubſiſtentiã reſtricta, demum per ipſam paternitatẽ, huic Deo affertur conferturq;: & ſic illa perſonam induit Patris. Ergo paternitas, vt conſtituat, ineſt quidem: ſed inexiſtentia non eſt conſtitutio, quin nec ipſa ſubſiſtentiæ eſſentialis attractio: ſed ſubſiſtentiæ perſonalis allatio, ſeu collatio, ipſa conſtitutio eſt. Ergo ſubſiſtentia perſonalis, eſt quidem formaliter, in perſonali relatione; denominatq; & formaliter eam: ſed non eſt in ea prorſus, ex relatione. Ergo haud iniuria, in relatione perſonali, conſiderari poteſt, tum perſonalitas, tum ſubſiſtentia, & per hoc, hypoſtatica forma: & agnoſci ob id, quo dicatur ſenſu, relationem conſtituere, vt hypoſtatica forma, proprietasq;.

C Hæc doctrina, et ſi eſt peracuta, & multis probata Theologis: non deſunt tamen, qui paulo locupletiorem eam faciant. Quare prædictis omnibus retentis, addunt, eam quam afferunt conferuntq; perſonalitatem ac ſubſiſtentiam, relationes perſonales; non eſſe penitus abſolutam, ſed modo quopiam etiam relatiuam; idq; aſtruunt duplici ratione. Altera eſt, quia et ſi ſubſiſtentia in relatione, hoc ex Deo hauſta, modificatur reſtringiturq; in relatione ad perſonalem; cõſonat tamen ſic reſtringi modificariq;, vt inde aliquid ſortiatur reſpectiuitatis. Reliqua eſt: quia propria perſonarum nomina, relatiua ſunt. Hæc etſi non detrecto, quin & ſubſcribo, excutiẽda ſunt tamen, vt agnoſcatur, quàm cogant. Igitur attendendum ꝙ licet diuinæ perſonæ ſint relationibus conſtitutæ, & per hoc, forte relatiuis nominibus appellatæ non propterea neceſſe eſt, ꝙ relationes, vt res ſunt relatiuæ, conſtituant; ſed videtur ſatis, ſi id præſtent, vt hypoſtaticæ formæ; de cuius ratione non eſt eſſe relatiuum, ſed abſolutum, cum ad genus ſpectet, non relationis ſed ſubſtantiæ.

Et ſi hæc indubia ſunt in creatis; cur & non in diuinis? præſertim, cum a Diuinis perſonis perſonæ proficiſcantur creatæ: & ob id, non immerito earum veſtigia ſunt. Nec vrget, ꝙ ſubſiſtentiam dicunt, hoc ex Deo hauſtam, vim ſeu naturam accipere relatiui: quoniam eſto ita ſit,
D non ſequitur propterea, vt illa ſub ratione conſtituat, ſed ſatis (dicet quis) ſi illa ſub ratione diſtinguat. Qua de re tamen paulo poſt. Minus vrget, quod de nominibus afferunt relatiuis: quoniam præter reſponſionem attactam, dici poteſt, ꝙ etſi illis nobis exprimuntur vocibus: non ſequitur ꝙ ſint conſtituentium earum expreſsiuæ, ſed diſtinguentium potius, quod magis erat opus. Siquidem vt Boetius ſcripſit, perſonarum diſtinctio Diuinarum, ex relatiua tantum proficiſcitur oppoſitione: ſicut & in Concilio, ſub Euge. 4. confirmatum eſt. Vnde & Prouer. 30, Quod nomen eius, & nomen filij eius: ſi noſti? Ergo & ſi prima perſona dicitur pater, & ſecunda filius: altiora tamen eorum ſunt nomina, ſi vt in ſe ſunt nominentur.

Verum quia in hanc, vt pręmiſi, partem inflector; ea paucis repetita, defendenda eſt. Dicebatur perſonalem relationem conſtituere, vt res relatiua: & ob id, ꝙ illud quod affert confertque, non foret pœnitus reſpectiuitatis expers, & propterea ꝙ perſonalitas ſubſiſtentiaue, in perſona

Diuina

Diuina, non eſt prorſus res abſoluta, & ꝙ perſona Diuina, ex perſonali conſtitutione reſpectiui- E
tatẽ habet. Hæc eſt ſumma. His non obſtat, ꝙ perſonalitates ſubſiſtẽtiæq; creatæ (quæ res credun-
tur abſolutæ) cum ad genus ſpectent ſubſtantiæ, a Diuinis proficiſcuntur hypoſtaſibus: quoniam
& ſi ea multis probetur opinio, vt ab illis, qui eam ad modum concipiunt realitatis punctalis, aut
alterius rationis abſolutæ: id tamen non eſt neceſſe; quin & probatius eſt, ſi ad modum concipia-
tur vnitatis, ſicut & in præcedentibus dictũ eſt. Quare hac opinione retenta: difficile non eſt con-
cipere, etiam in creatis, perſonalitatem, ſubſiſtentiamuè, reſpectiuitate penitus non deſtitui.

Cum enim de vnitatis ratione (vt diximus, omnibusq; eſt probatum) ſit indiuiſio in ſe, & di-
uiſio ab alio; arduum non erit aduertere, quod pollicemur. Licet quidem diuiſio ad genus ſpe-
ctare videatur negationum: quia tamẽ diuiſio alicuius diuiſio eſt, & ſeparatio: palàm eſt per eam,
reſpectiuitatem nonnullo pacto concerni. Quamq̃ opus non eſt, creatæ perſonalitatis, vel ſubſi-
ſtentiæ (Nam diximus ꝙ idem eſſe poſſunt) reſpectiuitatem, ex ratione vnitatis ſimpliciter ſume-
re; ſed vnitatis talis, perſonalis inq̃: quo ex capite, non eſt obſcurum, ꝙ eam claudit, cum claudat
eſſe inaſſumptam, & inaſſumptibilem, ſicut & dictum eſt. Quod de prędicamento aſſertur ſub-
ſtantiæ: fatendũ eſt, in ea non eſſe ad aliquid prędicamentale, ſed nil prohibet, quin in ea inſit ad
aliquid tranſcendens (nam & prima materia, ad aliquid eſt, vt Philoſophus dicit) & conſtat par- F
tes ſubſtantię, eſſe ad aliquid tali pacto, apud vere Philoſophos, & ita eſt in propoſito.

Sed obijcis. Nonne & origo haud diſsimiles conſiderationes patitur? Nonne & ipſa penſari
valet vt entitas, vt inexiſtens, vt tendens in aliud? Cur ergo inexiſtenti negandũ eſt origini, quod
inexiſtenti concedendum eſt relationi? Quin & eo amplius, dandum videtur origini; quo illa
relationem nedum pręcedit, ſed fundat. Vt hæc pro noſtro reſoluantur captu, aduertenda ſunt
tria. Primum eſt, ꝙ etſi non imus inficias, origines, de quibus eſt ſermo, pro ſua inexiſtere ratio-
ne (ſiquidem ad actiones pertinent immanentes) non inexiſtunt tamen ante relationes. Et quod
dicitur, ꝙ nedum eas ſequuntur, ſed & fundant; ſane vt par eſt intellectum, non modo, non ob-
ſtat, ſed fauet: cum ex ſano illius intellectu, potiſsima, ni fallor, excipiatur ratio; cur non origi-
ni, ſed relationi, attribuendum ſit conſtituere.

Dico, potiſsima: quoniam etſi quæ in præcedentibus eſt attacta (nempe ꝙ origo, per modum
ſignificatur egredientis) eſt bona, non tamen eſt adeo efficax. Eſt quidem bona: quia origo, vt
realis origo, non habet, ꝙ inſit; vt quod forte, non cuiuis congruit origini, vtputa origini, iuxta
actionem tranſeuntem, de qua pluribus conuenit, ꝙ in agente non ſit; quod tamen de reali rela- G
tione etiam vniuerſaliter, negari non poteſt. Secundum eſt, ꝙ relationes reales, in communi lo-
quendo, & in propoſito, quæ actionem ac paſsionem dicuntur ſequi, aut ſuper eas fundari, vt pa-
ternitas, filiatio, &c. non dicuntur ſequi, aut ſuper eas fundari, quouis pacto acceptæ; ſed certa
ſub ratione. Cum enim ad relationem non ſit motus, vt in quinto traditur Phyſicorum: haud
dubiũ, ꝙ nõ per ſe generatur, ſed alijs cum rebus, per viam naturalis, vt dicunt, ſequelę producit.

Quare cum in homine, exempli gratia, vis producitur generatiua, comproducitur & cum ea
paternitas; & ſi nõ complete, ſed inchoatione quadam: ſicut & cum producitur corpus finitum
& corruptibile, producitur cum eo, tum locabilitas, tum temporalitas, quæ indubie relationem
implicant: & ſi quouſq; non eſt locatum, temporiq; de facto ſubiectum, penitus non ſit comple-
ta. Tertium eſt aliud eſſe rem, & aliud exercitium eius: vt omnibus perſpectiſsimum eſt. Ergo &
res poteſt, tum hoc, tum illo pacto, conſiderari diſcutiq;. Primo modo, res ſumi dicitur, ad mo-
dum habitus, ſomni, & rei conceptæ: Secundo ad modum actus, vigiliæ, & exercitij. Quid ergo?
Licet in paternitate, cum potentia generatiua producta, ex parte in, mox ei cõueniat exercitiũ,
vigilia, actus; ex parte tamẽ, ad, ei non conuenit niſi poſt genuiſſe, immo & poſt filium genitum.

Siquidem licet ſit, ſuapte natura ad aliud: referentiam tamen non exercet, niſi generatione H
pręuia, filioq; producto. Ergo cum vnumquodq;, id maxime eſſe cenſeatur, ſitq; nõ immerito,
quod eſt in eo formale: & conſtet in relatione, formale potiſsimũ fore referentiam (nam ad ali-
quid, quod ſunt, aliorum ſunt) palàm ꝙ nõ abſurde, ſed cum magna ratione quin & ſimpliciter;
id relationi dicitur conuenire, quod ei conuenit ex parte referentiæ. Ergo ſi hac ex parte dicat
quis, relationem, actionem paſsionemq; ſupponere, ſuperq; illas niti, fundariq; (quod & inten-
dunt Philoſophi) dicet rem non modo veram, non modo formaliter concedendam, ſed & ſim-
pliciter verificandam: non minus q̃ cum dicitur, ꝙ rei aduenit, ſine rei mutatione. At perſtre-
pet quis: Eſto præmiſſa ſint ingenioſa. Eſto ſint perinſignia, & pluribus ſatisfaciant difficultati-
bus: non tamen eſt oſtenſum, cur ſpiratio actiua in patre filioq;, non conſtituat: quod diſsimu-
lari non debet.

A Reſpondetur, ꝙ & ſi relatio ſpirationis actiuæ, in Patre Filioq;, non conſtituit perſonaliter:
id non fit, quia ſit imbecillis, ſed quia non eſt opus. Ita quidem & Auguſt. contra Maximinum,
dicit de Filio. Inquit enim ꝙ non genuit, non quia nõ valuit, ſed quia non oportuit. Siquidem
iam ſunt ſuis relationibus conſtitutę: Pater paternitate, & Filius filiatione. Quamq̃ non erraret,
dicens per illam conſtitui, ſi non ineſſe perſonali, in eſſe ſpiratiuo: & dici etiã poſſet, ꝙ etſi non
ſunt per illam conſtitutæ, in eſſe perſonali ſimpliciter, ſatis eſt, ꝙ in eſſe ſunt conſtitutæ perſo-
nali diſtincto. Propter quod, & non horrent aliqui hanc relationem concedere, non eſſe perſo-
nalem ſimpliciter, ſed perſonalem aliquo pacto: quia non conſtituit, vt dictum eſt, in eſſe perſo
nali, ſimpliciter: & ſi conſtituat in eſſe diſtincto ſimpliciter. Sequitur in Theoremate. *Et perſo-
nali, per eaſdem, non dubitamus ſeiungi diſtinctione.*

Quoniam diuinarum perſonarum diſtinctio, eſt realis, & tamen in ſingulis ac in omnibus,
vnica ac ſimpliciſsima eſt eſſentia: difficile videtur intellectu, quo nã pacto, res habeat ſeſe. Ve-
rum ſacramentum hoc, adeo excuſſum eſt a Theologis, & ſic traditum ex doctrina ſacroſanctæ
Eccleſiæ, vt capi valeat, ad quietem vſq; : ponderantibus maxime, quantum valeat oppoſitio re
latiua. Ergo docent Theo. docet & in Conci. Florentino Eccleſia ſacroſancta, quæ columna, &
B firmamentum eſt catholicæ veritatis, ꝙ realis perſonarum diſtinctio, ex ipſis proficiſcitur rela-
tionibus, ex parte earum referentiæ acceptis: referentiæ inq̃ potiſsimum, non in habitu, aut per
modum ſomni, ſeu rei conceptę, conſideratæ: ſed per modum actus, vigiliæ, & exercitij ſumptę.
Quo pacto, ſicut actualis inter eas relatiua eſt oppoſitio: ita & realis triũ perſonarum diſtinctio.

Et quoniam, earum vt dictum eſt, exercitium referentię, non eſt, niſi pręmiſſa origine: haud
dubiũ, ꝙ non eſt oppoſitio relatiua, vbi non eſt origo, & res ab origine, ſeu originata, ſiue pro-
ducta. Ergo haud obſcure ex ijs, ea valet excipi veritas: de qua in Illato, ſeu deducto, & (vt vo-
cant) corrolario. De quo, perbreuibus, ſubiungendum eſt.

Perbreuis explicatio, excuſsioq; Illati.

Perſpicuum ac conſtans eſſe poteſt Illatum, ſeu corrolarium (vt loquuntur) ex ijs quæ in prę-
miſſorum calce ſunt producta, & Eccleſię ſacroſanctæ auctoritate firmata: & quidẽ eouſq; per-
ſpicua, vt opus non ſit, in eius verbis, vel ſenſu ĩmorari: & eouſq; conſtantia, vt nefas ſit de illius
veritate amplius dubitare. Si enim vt ſacrum definiuit Cõcilium, in omni operatione, perſonæ
C Diuinę ſunt vnũ, in qua oppoſitio non obuiat relatiua: palã ꝙ ſi Filius non oriretur a Patre, aut
Spũs S. nõ ſpiraret̃ a Filio, inter eos nõ foret eiuſmodi oppoſitio, ergo nec perſonalis diſtinctio.

Et quamq̃ hęc omnibus orthodoxis ſint indubia: non deſint tamen, qui obijciant. Et quoniã
quæ afferunt poſſent aliquibus eſſe ſcrupuloſa: potioribus & in quibus totum eſt pondus, per-
ſtrictis, ſatisfaciemus eis. Oĩum præcipuum eſt hoc. Dicunt: Si Spũs S. a ſolo procederet Patre, ſi-
ne dubio, procederet per modũ volũtatis. Ergo alio diuerſoq; modo, acciperet naturã, q̃ Filius,
cũ ille eã accipiat per modũ intellectus: ergo diſtinguerẽtur, ex alia & alia acceptione, ex diuer-
ſo ac diſparato, eã accipiendi modo: ergo ſi Spiritus ſanctus, non ſpiraretur a Filio, nihilominus
realiter perſonaliterq; diſtingueretur ab eo. Amplius. Si Spũs ſanctus, nõ ſpiraretur a Filio, ſed
tantũ a Patre, iuxta hęc non diſtingueretur a Filio, ſed eſſet idẽ cum eo: quod eſt vt videtur, ab-
ſurdum. Itẽ ſi a ſolo ſpiraretur Filio, eadẽ rõne, cõcluderetur idẽ cũ Patre, quod nemo diceret.

Reſpondetur ꝙ licet re vera, alius ſit modus accipiendi naturam, per modum intellectus, &
alius per modum voluntatis, ſintq; modi ij diuerſi ac diſparati: nõ tamen, ex hoc infertur inten
tum. Siquidem in Diuinis ratio diſparitatis vel diuerſitatis, non infert diſtinctionem realem: ſed
ſolum, vt non ſemel dictũ eſt, oppoſitio relatiua, quę cum attendatur ſecundum originem, vt
D eam ſupponat neceſſe eſt. Quamobrem, ſi Spiritus ſanctus, a ſolo ſpiraretur Patre: cum a Filio
non procederet, a Filio non diſtingueretur realiter. Amplius. Sunt quidẽ duo modi accipiendi
naturã diuerſi: ſed alter tantum cõpletus conſummatusq;, nẽpe acceptio naturæ a verbo, vt quę
nata eſt progredi a ſolo Patre: reliquus eſſet incompletus, quoniam ea acceptio naturę, exigit, vt
non progrediatur a ſolo patre, ſed a patre & filio: aliàs non ſalueretur rõ triadũ, & realis diſtin-
ctio hypoſtaſum. Quod ſubdunt, ꝙ ſi a ſolo ſpiraretur patre, nõ diſtingueretur a filio, verũ eſt:
& ſiquid admitteretur abſurdi, id non ex pręſenti ꝓficiſceretur doctrina, ſed ex falſa & abſurda
ſuppoſitione. Et ſi a ſolo ſpiraretur filio, non propterea concludendũ foret, ꝙ non diſtingueretur a Patre, ſed ꝙ non diſtingueretur proxime: quoniã ſicut Filius habet eſſe a Patre, ita & ſpira-
re habet ab eo, vnde non ſpiraret niſi cum patre: & ita origo Spũs ſancti eſſet ſuo modo a Patre.
Et hęc ſatis: & pro Theoremate, & pro illato ſeu corrolario ad Dei gloriam. Amen.

Theorema

THEOREMA SECVNDVM. E

De ſacratiſsimo incarnationis myſterio.

QVAMQVAM ſolus Dei Filius, hanc humanitatem, & ſingulas eius partes, in eodē inſtanti ad vnitatem ſuæ perſonalitatis, totius Trinitatis opera, aſſumpſerit, perſonaliterq́; terminauerit, ita tamen quòd executionis ordine, carnem non aſſumpſerit, niſi mediante anima, & totum niſi partibus peraſſumptis: Poſsibile tamen fuit, vt eandem humanitatem ſingularem, quælibet trium perſonarum ſeorſum, & omnes etiam ſimul, aſſumerēt ac perſonaliter terminarent: Poſsibile & quòd hic Deus, per ſe primo aſſumeret & terminaret, non terminantibus, aut perſonaliter aſſumētibus, tribus perſonis: Poſsibile demum, & quòd hic Deus aſſumeret, ſuoq́; pacto terminaret, aſſumentibus ac perſonaliter eandem numero naturam terminantibus ſimul tribus perſonis. Hæc ex D. Tho. 3. parte.

Illatum.

Alium fatemur ordinem aſſumptorum a verbo, ad illius perſonalitatem, quàm fuiſſet, ſi ſibi dimitteban tur ad perſonalitatem propriam. Et licet aſſumi non valeat natura perſonata, perſonalitate creata: nihil tamen obſtat, eandem aſſumi, quando eſt perſonata perſonalitate Diuina. Ex eodem vbi ſupra. F

Excuſsio, Defenſioq́; Theorematis.

Cum Theorematis partes, verbaq́; ſint ſatis illuſtria: non multis eſt opus. *Quamquàm* inquit *ſolus Dei filius*, Verbum ſummi Patris, *hanc humanitatem.* non hunc hominem (nam hęc humanitas, nomen eſt ſingularis naturæ: & hic homo, nomen eſt perſonæ, ſiue humani ſuppoſiti. Et palam eſt ex Damaſceno, ꝙ non hominem, ſed naturam aſſumpſit in athomo, hoc eſt indiuiduam & ſingularem) *Et ſingulas eius partes*: de eſſentialibus phyſicisq́;, maxime ſermo eſt, quales ſunt materia & forma, ſeu corpus & anima. *In eodem inſtanti*, temporis, quod multiplex complectitur inſtans naturæ. *Ad vnitatem ſuæ perſonalitatis.* quæ vnitas eſt longe arctior. longeq́, præſtantior, vnitate naturalis perſonalitatis, *Totius Trinitatis opera.* Nam aſſumptio, cū opus ſit Dei, vt vocāt, ad extra, neceſſario, ex parte qua actio, à tota proficiſcitur Trinitate, & ſi ex parte termini, deſinit in ſola perſona filij. Propter quod non mirum, ſi non Pater, non Spiritus ſanctus, ſed tātum Verbum factum eſt homo. *Aſſumpſerit perſonaliterq́; terminauerit*. Et ſi non renuo, has voces Theologis ſæpe confundi: ſunt tamen, propria ex ratione diſtinctæ. Aſſumere enim, vt vox ſonat, & D. Tho. approbat, eſt aliquid ad ſe ſumere, ſeu trahere: & terminare, (vt hoc in myſterio, eſt in vſu) G eſt aliquid perſonalitati vnire. Dico, vt hoc in myſterio eſt in vſu, quia terminare non vtimur nunc quouis pacto, puta vt linea terminatur puncto, & ſuperficie corpus: ſed eo quo ſingularis natura terminatur perſonalitate, ſi eſt ſubſtātia rationalis; vel ſuppoſitalitate ſi inferior eſt rationali. *Ita tamen quòd executionis ordine*. Duplex ſine controuerſia, in rebus conſtituendis inuenitur ordo, intentionis inq̄ & executionis: qui &, communi lege, ſunt euſq; diuerſi ꝙ primum in intentione, poſtremum eſt in executione, & primum in executione, vltimum eſt in intētione. Nā primo intendo facere domum, & tandem pręparare materiam, & exequendo, primo apto materiam, & demum conſtituo domum. Ergo etſi in myſterio incarnationis, aſſumptio primo loco tendit ad hanc naturam, inchoatio tamen, principium orditur ab eius partibus, anima inq̄ & corpore. Sed iam incipiunt ſcopuli: propter ea, quæ Theorema ſubiungit. Nēpe ꝙ, *carnem non aſſumpſit niſi mediante anima, & totum, niſi partibus præaſſumptis.*

Et quod attinet carnem & animam, vt res ſit perſpicua, aduertēdum ꝙ etſi admittunt omnes non ſolum incarnationis opus, inchoatum a partibus, ſed & carnem, nō eſſe aſſumptam niſi per animam, propterea ꝙ caro non erat aſſumptibilis, niſi animata, imo & humana reddita (non erat inq̄ aſſumptibilis, loquendo de Dei potētia ordinaria, & de aſſumptibilitate congruentiæ: quod H dixerim, quoniam licet aſſumptibilitas, ad potentiam rei ſpectet obedientialē, per quam res eſt apta nata in omnibus ſubijci Deo, noſtro humanoq́; non videretur cōuenire iudicio, ſi caro fuiſſet aſſumpta ſine anima, aut ſine humana vita) nihilominus nō cōſentiunt omnes, in earum partium aſſumptione: dum quidam volunt ꝙ ambæ, anima inq̄ & corpus, aſſumptæ ſint ſimul: alij ꝙ anima aſſumpta ſit ante corpus, naturæ prioritate.

Illi hunc in modum, rem ſtatuunt. Dicunt animam ideo medium dictam: quia per illam, caro vt dictum eſt, redditur aſſumptibilis congruenter. Et in hoc, non habent, qui contradicant. Et ſubdunt: ꝙ cum anima CHRISTI, eiuſdem ſit naturæ, cum animabus noſtris, haud dubium ꝙ in illius creata eſt corpore. Et in ijs nemo repugnat. Et addunt: ꝙ q̄ primum eſt in corpore, tam primum illud viuificat, & humanum reddit. Quod & fatentur omnes. Et demum inferunt: Ergo

A anima non prius natura aſſumitur q̃ corpus,ſed ſimul cum eo. Ergo, vt eorum vtar verbis, ani-
ma medium eſt, vt quo , & non vt quod:hoc eſt, anima eſt cuius opera , ſeu cauſalitate, caro ſit
aſſumptibilis:& non eſt prius aſſumpta q̃ illa.
Iſti autem in hoc poſtremo diſſentiunt:qnoniam medium animã in aſſumptione conſtituũt,
non ſolum vt quo,ſed vt quod:docentes illam non ſolum carnem aſſumptibilẽ reddere, ſed na-
tura prius aſſumi q̃ caro: Et hoc; non modo quia nihil, huic rei videtur obſtare, ſed & quia vide
tur animæ dignitati congruere. Cum enim aſſumptibilis ſit ex ſe, ſuam ob præſtantiam, & caro
non ſit aſſumptibilis,niſi per animam ob ſuam imperfectionem; conſonum videtur ꝙ ab anima
aſſumptio ſit inchoata:ſemper enim,quod eſt per ſe tale, præcedit quod eſt per accidens tale , vt
philoſophi dicunt. Et licet hoc in myſterio,opus nõ ſit rem,legibus naturæ aſtringree eo ꝙ tota
ratio facti,vt Aug.inqnit,omnipotentia eſt facientis : quia tamen, naturæ auctor , naturam non
deſpicit,præſertim cum magnificentiam non obſcurat ſui operis : indubie contemnenda nõ eſt.
Et horum ſententiæ,non inuitus ſubſcribo.
Et licet,præcedens poſitio inſignes habeat fautores:non tamẽ apparet,meo iudicio, qno infe
ratur iure:anima creatur in corpore, priusq̃ informet,humanumq́; largitur eſſe, q̃ aſſumitur: er-
B gó nõ prius natura aſſumitur,q̃ aſſumatur corpus. Siquidem prius natura creatur, q̃ infundatur,
& prius natura infunditur,q̃ humanum largiatur eſſe: quid ergo impedit,vt anima natura prius
nõ poſsit aſſumi,q̃ caro? Nihil obſtat huic rei,ni fallor. Sequit. *Et totum,niſi partibus præaſſumptis.*
Supponitur,totum diſtingui a partibus,etiam ſimul ſumptis:ſicut & veritas eſt, & vt plurimum
habetur vt comperta explorataq;. Addit enim totum partibus ſimul acceptis,formam totius,pu-
ta huic animæ,& huic carni,hanc humanitatem:quæ cum fuerit perſonata,ideſt ſua perſonalita-
te completa terminataq;, ſuisq́, in partibus recepta, hunc reddit hominem , hoc eſt, hanc perſo-
nam,ſuppoſitumuè.
Verum contra pręmiſſa,in quibus & prima abſoluitur Theorematis pars;inſtant nonnulli. Et
quidam nituntur oſtendere, prius,executionis ordine,hanc humanitatem fuiſſe aſſumptam, &
deinde extenſione quadam,aſſumptas illius eſſentiales partes, hanc inq̃ animã , & hanc carnem
ſeu hoc corpus. Et argumentantur hunc in modum. Quod prius eſt,ſuaptenatura perſonabile,
perſonatumq́; fuiſſet,ſi relictum eſſet ſuæ naturæ, primo fuit aſſumptum:patet quia perſonalitas
verbi,loco fuit perſonalitatis humanæ, & ob id, eo debuit coniungi pacto, quo coniuncta fuiſ-
C ſet humana: Sed hæc natura prius fuiſſet perſonata, & deinceps perſonalitas ad partes,de quibus
ſermo,fuiſſet extenſa;quod conſtat ex naturæ progreſſu,ordineq;:ergo non prius partes,ſed hęc
natura, fuiſſet aſſumpta perſonataq;.
Reſpondent aliqui admittendo,ꝙ licet ſic naturæ ordo requireret:tamen hoc in myſterio,nõ
eo eſt ſpectandum,ſed in Dei omnipotentiam, quæ naturæ non aſtringitur legi,negocium hoc
eſt reijciendum,cui placuit ſecus facere:& ſic factum eſſe,haud ſimplici ſigno oſtendit. Et primũ
eſt:quia cum poſtremum in compoſitione,primum ſit in reſolutione vt experientia docet,con-
ſtetq; ꝙ in CHRISTI morte, reſoluta eſt ſua humanitas,quoniam deſijt,reſolnta inq̃ eſt primo:
haud obſcure,tali demonſtratur pacto,ꝙ non primo, ſed poſtremo aſſumpta eſt loco. Secũdum
eſt:ꝙ deſinẽte, hac CHRISTI humanitate,ſi per eam aſſumptio,ad partes fuiſſet extenſa partes
in morte fuiſſent aſſumptione deſtitutę:quod tamen nullus dicit. Quin & ſine noua earũ aſſum-
ptione,illius tum anima,tum corpus,remanſerunt aſſumptę,& verbi perſonalitate donatæ.
Verum, mea poteſt ſententia aliter dici:& non ſolum exactius,ſed & congruentius. Ergo re-
colendum ex dictis,aliud eſſe aſſumere,& aliud perſonare:& ob id,ꝙ alius aſsignari poteſt execu
tionis ordo,in hoc,& alius in illo. Igitur dici poteſt,& recte & congrue : nempe ꝙ licet Dei ver-
D bum executionis ordine , prius aſſumpſerit partes, q̃ totum, & inter partes,animam prius q̃ car-
nem:non tamen partes,prius ſunt perſonatę q̃ totum, aut vna earum q̃ alia,ſed vtraq; ſimul. Er-
go etſi poſterius , hæc natura eſt aſſumpta, prius tamen eſt peſonata: non ſecus ac factum eſſet,ſi
perſonalitas interueniſſet propria naturaliſq;. Nec ſequitur quicquàm abſurdi : quoniã licet ex
hoc,ꝙ primo,hęc reſoluta fuit humanitas,deduci valeat,ꝙ non primo,ſed poſtremo fuit aſſum-
pta:non tamen,ꝙ non primo,ſed poſtremo fuerit perſonata. Nec mirum;cum in via aſſumptio-
nis,ex imperfecto tendatur ad perfectum,& in via perſonationis econtra. Et fundamentum eſt:
quia aſſumendo progreſſus eſt conſtructiuus, & perſonãdo extenſiuus: quare iure ibi reſolutio
incipit a poſtremo:hic vero a primo.
Minus ſequitur,ꝙ in morte,noua facta ſit perſonatio: quoniam vt probe docuit D.Tho. licet
per totum,pſonatæ ſint partes, id verũ fuit in fieri,& non in facto eſſe:quandoquidẽ etſi mediũ

ſuit vt perſonarentur,non tamen eo pacto,vt eo deſinente deſinerent perſonari.Sicut enim ini E
ta eſt copula matrimonij ab aliquo,ob pulchritudinem coniugis: quæ tamen ea amiſſa non de-
ſinit, aut quouis pacto relaxatur. Sic licet in mortis triduo deſierit perſonari CHRISTI hu-
manitas,quippe quæ deſijt:non tamen deſierunt perſonari quæ remanſerunt partes. Et quam-
uis caro deſtituta fuerit vita, quin & eſſe humano: non propterea Diuinam exuit perſonalita-
tem. Nam licet eſſe viuum,eſſeuè humanum medium admitteretur in perſonatione, ſicut ad-
miſſum eſt medium in aſſumptione: quia tamen aſſumptio illius extitit efficaciæ, vt in morte,
non fuerit denuo facta,eo ꝙ verbum ad ſe carnem traxit,nedum vt viuam,& humanam,ſed cor
poream & mixtam, et ſi ex vita eſſeq; humano, aſſumptio nacta ſit congruentiam: cur & per-
ſonatio, non erit conſimilis roboris & efficacię.

Sed dicis. (Mittamus qui totum a partibus non diſtingunt ſimul ſumptis,quibus prędfatus exe
cutionis ordo nequit probari) ſolum illos audire liceat, qui forte non abſurdè aſſerunt:ꝙ mox,
ſimulq; perſonato toto, perſonatæ ſunt partes:propterea ꝙ totum nec eſt, nec intelligitur ſine
partibus.Ergo,cum natura non abundet in ſuperfluis, ſimultaneaq; ſatis ſit, totius & partium
perſonatio: fruſtrá totum prius dicitur perſonatum, q̃ partes. Reſpondetur ꝙ licet perſonato
toto,mox ſimulq; perſonatæ intelligantur partes,vt ſunt vnum in toto,quia tamen hoc in ſacra F
mento partes nō mō ſunt perſonatæ, vt ſunt vnum in toto, ſed & vt res quædam ſunt in ſeſe (ſi-
quidem deſtructo,vt diximus,toto,noua non ſunt partes perſonatione donatę) palam q̃ fragile
ſit quod obijcitur. Ex ijs,nōſtro iudicio,prima Theorematis pars,nō ſolum reddita eſt illuſtris:
ſed & ab obiectis vindicata, vt facile eſt animaduertere.

Secunda pars. *Poſsibile tamen fuit, vt eandem numero humanitatem, quælibet trium perſonarum ſeorſum,
& omnes etiam ſimul aſſumerent, perſonarentq;.* Quod attinet ad vnamquãq; perſonam ſeorſum:ne
mo quidem,ni fallor,ibit inficias, cum non ſit maior ratio de vna q̃ de alia. Omnes enim vnius
ſunt poteſtatis,& eiuſmet eminentię:& ſi non detrectatur,id multis titulis,potiſsimū congrue-
re verbo,vt paſsim probant Theologi. Verum quod de omnibus ſimul, aſſeritur:nonnullis ab-
ſurdum apparet, prima facie. Et præter id, ꝙ ea res, naturalibus denegata eſt perſonalitatibus,
quarum loco Diuinę ſuccederent, quęreret forte quis,num eo caſu, ſingulæ perſonarēt ſimul,
an vna pōſt aliam. Si ſimul,cum earum quælibet, ſit infinita,haud dubium, ꝙ quęlibet apta na-
ta eſt, totam exhaurire huius naturæ perſonabilitatem. ergo, vel perſonando impedirent ſeſe,
vel nulla perſonaret complete,cum nulla,vt poſſet,perſonaret adęquate.Si vna poſt aliam,con G
ſtat ꝙ illa,quæ perſonaret poſt, non perſonaret per ſe:quia non ſubſtantialiter, ſed accidentali-
ter,vt quæ naturam offenderet perſonatam,& ob id incapacem alterius perſonationis.

Verum poſſunt hæc,paruo reſolui negocio.Quare primum attendendum,magnum eſſe di-
ſcrimen,inter perſonalitatem naturalem,& perſonalitatem Diuinam;in comparatione pręſer-
tim,ad hác naturam humanam: Siquidē naturalis,ad illá ſe habet,vt proximus, proprius & adę-
quatus effectus:& vt proprius & adæquatus ſuæ naturalis perſonabilitatis actus,terminusuè. At
Diuina,nec ab hac proficiſcitur humanitate:nec perſonat, vt naturalis, ſed obedientialis perſo-
nabilitatis actus ſeu terminus. Hæc etſi debent eſſe comperta: forte non erit ingratum, ſi paulo
plus reddantur illuſtria. Dico, naturalem ex hac proficiſci natura, vt effectus:eo ꝙ ad illá ſequi-
tur,quaſi vt paſsio,ſeu proprietas quædam.Sequitur inq̃ proxime:etſi radicaliter; ex illius profi
ciſcatur partibus,hac ſcilicet anima, & hoc corpore:ex illa vt rationem continet ſubſiſtentiæ,&
ex hoc,vt rationem continet incommunicabilitatis (ſiquidem vtrunq; rationem perſonalitatis
complecti:exploratiſsimū eſt) Et vt effectus proprius:propterea ꝙ ab alia nequit progredi cau-
ſa, præſertim proxima & immediata. Et vt adæquatus: quippe qui ab illa progreditur, iuxta to-
tam illius vim. H

Dico,ꝙ eſt proprius, & adæquatus,naturalis pſonaiblitatis actus, terminusuè:quoniá in hac
natura,aptitudo eſt naturalis ad perſonari,quæ eſt aptitudo ſignata,dearticulataq;,ita reſpectu
huius perſonalitatis,ꝙ non alius. Et cum aptitudo hęc, habeat rationem potentiæ reſpectu hu-
ius,& non alterius perſonalitatis,nempe Socraticę, & non Platonicæ (non enim futurus eſt Pla-
to,ſed Socrates) palam ꝙ inter illam & perſonalitatem ſuam,adęquatio eſt. Si enim naturalis po
tentia,ad naturalem (vt notum eſt) ordinata eſt actum:conſequens eſt,vt hęc naturalis, ad hunc
naturalem ordinata ſit. Dico, actum vel terminum: quoniam perſonalitas naturalis, vtrunque
quodam complectitur pacto; actuat enim cum compleat ſuo modo:& terminat, quia couſque
huius naturę progreſsio ac conſummatio eſt. Quòd autem Diuina (vt ſubditur)perſonalitas,ab
hac non proficiſcatur humanitate: nemo ſanæ mentis addubitat. Similiter & ꝙ perſonare eam

A non dicitur, vt naturalis, ſed vt obedientialis, perſonalitatis (omni ſublátá imperfectione) actus eſt; quiuis exploratiſsimum habet. Licet enim perſonalitas Diuina, locum ſuppleat perſonalitatis humanæ: quia tamen non humani, ſed Diuini eſt ordinis, non ad perſonalitatem ſpectat humanam, ſed obedientiæ.

Ex quo ſequitur, ꝙ non ſolum, hęc humanitas, Diuina terminata perſonalitate, ex parte perſonabilitatis naturalis, non eſt formaliter, ſed tantum æquiualenter expleta: verum & ꝙ non eſt exhauſta perſonabilitas obedientiæ, vt quę tantę eſt amplitudinis, ꝙ licet ſit actuata, nunq̃ tamẽ, eſt prorſus abſorpta. Ita enim illa ſemper remanet capacitas, vt ex ea, vel in ea, fieri ſemper poſsit quicquid Deus decreuerit fieri. Quare ex ijs arduum non eſt agnoſcere, cur in hac ſecunda Theorematis parte, dictum eſt; eandem humanitatem numero, poſſe a qualibet trium perſonarum, tum ſeorſum, tum ſimul aſſumi, cum earum nulla, totam exhauriat perſonabilitatẽ obedientiæ: & q̃ erudite dictum è diuerſo ſit de perſonalitatibus naturalibus, propter oppoſitam rationem. Conſtat & ex eiſmet: cur non excludant à conſortio ſe ſe in eadem numero humanitate perſonalitates Diuinæ: & cur ſe excludant humanæ. Siquidem (vt iterum dicam) hę excludunt ſe, quia earum quælibet, totam haurit ſatiatq; perſonabilitatem naturæ huius: & illæ nó totam,

B exhauriunt perſonabilitatem obedientiæ.

Quòd ſi dicas: nonne pſonalitates Diuinæ ſunt infinitæ? Cur ergo, non quęlibet, obedientiæ abſorbebit perſonabilitatem? Dicitur primo, ꝙ perſonabilitas, vt dictum eſt obedientiæ, cum nunq̃ abſorberi valeat, niſi Dei abſorbeatur omnipotentia: palam ꝙ falſum aſſumitur. Deinde dicitur, ꝙ eſto ſic poſſet: conſtat ꝙ ſicut Diuinæ perſonæ (etſi infinitæ, etſi eminentię ſunt ſupremæ) ſunt nihilominus, quodam pacto, rationis diuerſæ: ſicut & diuerſæ ſunt perſonales relationes, Qua de re, licet perſona filij, totam exhauriret perſonabilitatem, quæ nata eſſet terminari, per hypoſtaſim filij: non propterea exhauriret perſonabilitatem, quę nata eſt terminari, per hypoſtaſim Patris, aut Spiritus ſancti. Ergo conceſſo, ꝙ obedientialis perſonabilitas, per filij abſorberetur perſonalitatem. obedientialis tamen perſonabilitas tum Patris, tum Spiritus ſancti, non niſi per eorum abſorberetur perſonalitates. Sicut enim perſonalitates ſunt aliæ, ita & obedientiæ potentiæ ad eas, ſunt diuerſæ; non minus q̃ poſſe ſanari & poſſe infirmari, iuxta doctrinam Philoſophi. Sequitur reliquum Theorematis.

Poſsibile & quòd hic Deus, per ſe primo, aſſumptionem terminaret, non terminantibus illam tribus perſo-

C *nis: Poſsibile demũ, & quòd hic Deus aſſumeret terminaretq;, aſſumentibus, terminantibusq; tribus hypoſtaſibus.* Dictum eſt ſatis, de hoc Deo, deq; illius ſingulariſsima ſubſiſtentia, & incompleta, vt expoſitum fuit, perſonalitate, in præcedenti Theoremate: Dictum eſt, & paulo ante, ꝙ etſi aſſumere, non eſt perſonare, terminare tamen aſſumptionem (vt hoc recipitur in ſacramento) eſt perſonatum reddere, ſiue complete, ſiue incomplete, iuxta perſonalitatum rationem. Et notum eſt, ꝙ per ſe primo, & ſi Philoſophis non ſemper eodem accipitur pacto, in propoſito tamẽ, per ſe, excludit per accidens, & primo, per aliud: ergo eſt ſenſus. Hunc Deum, hác poſſe humanitatem ad ſe trahere, eamq; (& ſi incompleta, vt in eo eſt) terminare perſonalitate, non accidentaliter, ſed ſubſtãtialiter (eo pacto, quo perſonalitas ad ſubſtantialitatẽ pertinet) & non alio quouis medio.

Et quoniam cum hac poſitione, valet vtrumq; concedi: nempe, & ꝙ cum hoc Deo terminante, terminent, & non terminent Diuinæ hypoſtaſes: ideo vtrumq; complectitur Theorema; Cuius cum ſint verba perſpicua, & fundamẽtum, Dei ſit omnipotentia: nó eſt opus pluribus. Vnus tamen remanet ſcopulus: eo ꝙ perſpectum eſt, in D. Tho. doctrina, Deum hunc, neminem beare, niſi præter ſe, diuinas faciat videre perſonas: quin nec quempiam, aliter poſſe dici beatum, cũ vtrũq; neceſſario ſit requiſitum. Ergo videtur ꝙ non poſsit a Deo hæc natura dici aſſumpta, minuſq; terminata, niſi & illam, tres ſimiliter ſumant terminentq; hypoſtaſes. Ergo non recte hu-

D ius portionis prima pars ponitur, aſſeriturq;. Verũ hæc non cogunt. Quare primo conſideretur, ꝙ multum diſtat, loqui de facto, & loqui de poſsibili. Siquidem, hic Deus de facto non beat, niſi tres perſonę ad beandum concurrant: eo ꝙ beatitudo in Dei conſiſtit, non qua volueris viſione, ſed in ea qua videtur, ſicuti eſt. Ergo ſi eſt trinus, nullus poteſt eſſe beatus, niſi videat Trinitatẽ, treſuè hypoſtaſes. Quare id in ſummam Dei reiciendum eſt liberalitatem: qui tam inſigni dignatus eſt creaturam donare fœlicitate. Verum cum hoc in myſterio, cum nobis nota non ſit Diuina voluntas, aſſertur quod noſtra pro imbecillitate concipimus; ac quod Deo non repugnare cognoſcimus, vti ſibi poſsibile definimus.

Secundo conſideretur, ꝙ etſi perſonalitate terminari, eſt quidem ad ſubſtantiæ pertinens rationem: non tamen eſt, penetrari, ſed nanciſci ſubſiſtentiam, At a Deo beari, eſt non ſolum in

eum traijci ſorberiq́;,ſed et Deum ipſum penetrare, ac illum mirum in modum fieri: ergo debi- E
lis reſtat obectio,& facile declinatur ſcopulus. Licet itaq;, vtrūq; opus ſit Dei:quia tamen beati-
tudo nō eſt,ſine penetratione, non mirum ſi non ſit, ſine viſione hypoſtaſum. Verum quia per-
ſonare eſt, vt dictum eſt, tantum terminare, & tali pacto ſubſiſtentiam elargiri: nil obſtat, vt ab
hoc conferatur Deo,abſque eo, ꝙ eam in diuinas reijciamus hypoſtaſes. Hæc pro Theoremate:
Nunc pauca de Illato,ſeu Corrolario.

Illati examen conſtitutioq́;.

*Alium fatemur ordinem aſſumptorum a Verbo,ad perſonalitatem eius,quàm fuiſſet,ſi ſibi dimittebantur
ad perſonalitatem propriam.* Hæc prima Corrolarij pars, ſatis eſt, ex præmiſsis perſpicua. Siquidem
dictum eſt,aſſumpta a verbo, ad perſonalitatē propriā, ordinē habere perſonabilitatis naturalis;
& ad perſonalitatem Diuinam, perſonabilitatis obedientię: rurſum reſpectu naturalis,ordo ne-
dum eſt perſonalis,ſed & cauſalis,& reſpectu Diuinæ, eſt tantum perſonalis,& non cauſalis: Ter
tio,reſpectu naturalis,eſt nō ſolum terminabilis vnice ſed & adæquate;reſpectu Diuinæ,eſt qui-
dem terminabilis,ſed nec vnice,nec adæquate. Sequitur ſecunda pars.

Licet aſſumi non poſsit natura ſubſiſtens ſeu perſonata, perſonalitate humana:nil tamen prohibet eandem aſ F
ſumi, quando ſubſiſtit ac perſonatur perſonalitate Diuina. Et ſi hæc pars, de Diuina intellecta poteſta-
te (quam vocant, ordinariam, quæ & ſupponit electionem Diuinæ voluntatis, & iudicium, ac
conſilium Diuinę ſapiētiæ) nullam patietur anguſtiam,nullum obſtaculum tū propter vtriuſq;
perſonalitatis diſcrimen,de quo ſatis dictum eſt ſupra, tum propter factum aſſumptionis verbi,
in qua ſine propria aſſumpta eſt perſonalitate,& demum, quia communis id Theologorum ſen
tentia probat: quia tamen ab aliquibus,etiam de Diuina admittitur omnipotētia abſoluta, non
puto extra rem,ſi & in hoc excutiatur ſenſu.

Sunt ergo, qui aſſerunt, etiam Diuina attenta omnipotentia ſimpliciter, creatam naturam,
naturaliter perſonatam,nullo pacto poſſe, a qua volueris Diuinarum perſonarū aſſumi: & hoc
aiunt,quia contradictionem continet. Quod & nituntur diuerſis modis oſtendere. Aliqui dicē-
do,ꝙ illa natura, ſimul ſubſiſteret in ſeſe,nempe per naturalem, & non ſubſiſteret in ſeſe,nem-
pe per diuinam: Alij,quia perſonalitas aſſumeretur ad perſonalitatem, & ſic hęc natura, redde-
retur vna, & nō vna perſona. Siquidem aſſumeretur natura,propria perſonalitate terminata,&
propterea perſonata:ergo aſſumpta natura aſſumeretur perſona. Ergo ſicut illa ad vnitatem aſ- G
ſumeretut perſonalem, ita & iſta. Ergo duę & non duæ perſonę.

Verum vt meam non diſſitear imbecillitatem,in hoc contradictionem non capio.Si enim cō
tradictio,vt dicunt,eſt affirmatio & negatio eiuſdem,de eodem,ad idem,ſecundum idem,ſimi-
liter,& in eodē tempore:palam ꝙ in prædictis locum non habet. Siquidē ſi hæc humanitas perſo
nata eſt,perſonalitate propria,profecto in ea euacuata abſorptaq; eſt perſonabilitas naturalis:ſed
non apparet, cur perſonabilitas in ea non remaneat obedientię. Quare non eſt contradictio, ſi-
quis aſſerat, hanc naturam perſonatam perſonalitate naturali, perſonabilem fore perſonalitate
Diuina:quoniam hęc illi non congruūt ſecundum idem,& ad idem, quod poſtulat cōtradictio.
Et licet in ſe,& non in ſe ſubſiſtere, videantur contradictorie repugnare: id tamē eſt falſum cum
non ſit reſpectu eiuſdem ſubſiſtentiæ. Quare non implicat, ſubſiſtere in ſeſe ſubſiſtentia pro-
pria, & ſubſiſtere non in ſeſe, ſed in alio ſubſiſtentia aliena.

Igitur, mea ſententia eſt,Si Deo placuiſſet,naturam,quam,præueniendo naturalē illius per-
ſonationem,imo & emanationem perſonalitatis propriæ,poſt emanationem perſonalitatis ſuę,
& naturalem perſonationem per eam, aſſumere:puto ꝙ illius attenta omnipotentia abſolute, id
facere potuiſſet,etiam non deſtructa perſonalitate naturali:& quod ſecus ſonare videntur nōnul H
li Theologi,de ordinata Dei interpretarer poteſtate: nec videtur conſonum, ꝙ hoc in myſterio
Dei omnipotentia excutienda ſit abſolute, minuſq; coarctanda noſtris conceptionibus, quan-
do illi nullum verbum eſt impoſsibile. Verum non renuo oculatiores hac in re, & in alijs,
quibus libenter ſemper aſſentio. Illud autem quod magni fit, & attactum eſt: Nempe ꝙ ſi na-
tura aſſumeretur perſonata, aſſumeretur perſona, ſeu perſonalitas ad vnitatem perſonæ: poteſt
ni fallor, non multo declinari negotio, hunc quidem in modum.

Poſſet primum eo reſponderi pacto:quo ſi humanitas perſonata a Verbo perſonaretur a Spi-
ritu ſancto; eſſet quidem perſonata verbi perſona:& tamen nō diceretur perſonari perſona, vel
perſonalitas verbi. Nec immerito,quia ea in humanitate, perſonatione verbi,perſonabilitas non
abſorbetur,ſeu euacuatur a perſona Spiritus ſancti:tum quia nō abſorbetur perſonabilitas obe-
dientię

A dientiæ, tum quia ſi illa abſorberetur quę eſt ad verbum, non abſorberetur quæ eſt ad Spiritum ſanctum, vt in pręcedentibus dictum eſt. Igitur pariformiter, & forte magis efficaciter, diceretur ad præſens: quia eſto euacuata foret perſonabilitas naturalis, non tamē euacuata dici poſſet perſonabilitas obedientiæ. Amplius.

Si (vt ſupponimus) alia realiter entitas eſt, perſonalitas naturalis, ab ipſa ſingulari natura (etiā ꝙ naturæ ſit annexa, etiam ꝙ illam perſonaliter compleat) non video, qua ratione, Diuina cogatur omnipotentia, ſi naturam ita perſonatam, velit quampiam diuinarum perſonare hypoſtaſum, vt vna, cum natura, perſonet perſonalitatem, illam perſonaliter illi coniungendo perſonæ. Licet quidem ſequatur neceſſario, ꝙ remanente perſonalitate creata, illa foret quodam pacto, diuinæ perſonalitati coniuncta; nō tamen vti perſonalis dicitur vnio, ſed alia ratione. Repugnat enim perſonalitati, vt perſonalitas eſt, perſonari, ſicut & conſtitutiuo, vt conſtitutiuum eſt conſtitui. ergo ſi perſonalitas, vnita dicitur perſonalitati, id nō fit, ratione ſui, ſed alterius: puta quia vtraq; in vna eademq; vniuntur natura, ſicut & ſua pro ratione, poſſumus in Deitate & ſuis hypoſtaſibus animaduertere. Et hæc ſatis, ad laudem Dei.

B

THEOREMA TERTIVM.

De admirabili ac tremendo Sacramento altaris.

IN admirabili, ac tremendo, Sacramento altaris, totum integrumq; CHRISTVM, *ſub ſpeciebus panis, & totum ac integrum, ſub accidentibus vini: quem & totum ac integrum ſub qualibet eorundem ſenſibili portiuncula, fatemur veraciter contineri non quidem localiter, non diuiſibiliter, ſed ineffabili quodam, nobiſq; non facile intelligibili modo: non remanentibus ſubſtantia panis, & ſubſtantia vini, ſed deſinentibus; non tamen in materiam præiacentem elementaué reſolutis, aut per ſe, vel per accidens annihilatis, ſed tranſubſtantiatis, hoc eſt, prorſus totaliterq; (vt loquuntur) conuerſis, illa quidem in corpus* CHRISTI; *hac vero in ſanguinem eius. Et licet conſecratione peracta,* CHRISTI *corpus nouiter ſit, quod erat ſubſtantia panis, & ſanguis eius, nouiter ſit quod erat ſubſtantia vini: nullam tamen ex ijs nouitatibus, admittimus mutationem, in corpore, aut ſanguine* CHRISTI. Hæc ex D. Tho. 3. par.

Illatum, ſeu Corrolarium.

Licet quotidie in Eccleſia, Sacramentum hoc, ſimul & ſacrificium, vtraq; ſub ſpecie a Sacerdotibus offeratur
C *ſumaturq;: paris tamen vtilitatis eſt laycus, ſi altera ſub ſpecie tantum ſumant, nempe ſub ſpecie panis: quin & expedit, vt ita fiat.* Ex eiuſmet doctrina.

Excuſſio, Defenſioq; Theorematis.

Primum recolendum eſt, Sacramentum hoc, ſiue ex parte ſpecierum panis, ſiue ex parte ſpecierum vini, duo complecti; ſicut & ex duobus conſtat, quodā ineffabili modo. Nempe ex accidentibus panis, & CHRISTI corpore, & ex accidentibus vini, & illius ſanguine. Et notum eſt, ſacramentales ſpecies, aliquando dici ſacramentum, eo ꝙ ſacræ rei ſunt ſignum, & ſacramentum noue legis inſigne, vt quę non modo continent & conferunt gratiam, ſed continent & conferūt Dominum gratiæ: Et CHRISTI corpus, vel ſanguinem, dici ſacramentum, & res ſacramenti. Sacramentum, quia non ſolum res eſt arcana; id enim & ea vox nonnunꝗ ſignificat (Sacramentū regis abſcondere bonum eſt, Et ſacramenta ſeptem ſtellarum eſt hoc) non ſolum, quia ſignum eſt illius ardentiſſimę charitatis, qua fidelibus ſe dedit in cibum & potum: ſed & quia nobis memorat ſuam mortem, cum ibi contineatur vt corpus oblatum, & vt ſanguis profuſus in cruce: vt probatum eſt cū miſſam oſtendimus ſacrificium: Rem ſacramēti, quia res eſt, præfatis ſub ſpecie-
D bus contenta, per quas eſt ſumenti exhibita collataq;: quæ non ſolū eſt gratia, quia gratis conceſſa, ſed & quia totius fons & origo eſt gratiæ. Et gratiam demū, hoc eſt, internam ſpiritualemq; refectionem, quam præſtat hoc ſacramentum, rite ſumentibus ac digne communicantibus, rem dici ſacramenti. Quæ refectio, non eſt ſine inſigni gratia, re quidem, gratifica, ſed ea pręſtantia ac copia; vt inde non immerito ſacramento impoſitum ſit Euchariſtię nomen.

Deinde conſiderandum, Altaris ſacramētum, iure dici mirabile: cum in eo CHRISTVS memoriam omnium ſuorum conſtituerit mirabilium, ſicut aliquando Propheta refert. Dicitur & iure tremendum (quod eſt verbum D. Chryſoſtomi) quia ſi qui indigne manducat & bibit iudicium ſibi manducat & bibit, quanto magis, qui non ſolum manducat & bibit, ſed conficit, & offert? Quare non ab re, & in præfatione dictum eſt, ꝙ tremunt cœleſtes poteſtates. Altaris autē dicitur, quia ſuper altare celebratur: ſicut & cœnę quia in vltima CHRISTI cœna confectum,

inſtitutumq;

inſtitutumq́; eſt. Tertio aduertendum, ꝙ CHRISTVS integre, ſeu (vt loquuntur) totaliter ac- E
ceptus, complectitur Diuinitatem, animam, corpus, ſanguinem, partes corporis omnes, & omnia accidentia, & potiſsimum abſoluta, & intrinſecus aduenietia. Qua in re attendenda ſunt plura. Primum eſt, ꝙ in hoc ſacramento, aliqua ſunt, ex vi ſacramenti, aliqua per concomitantiam. Cum enim ſacramentorum formæ efficiant quod ſignificant: oportet ꝙ ſub accidentibus panis, ex vi ſacramenti, tantũ ſit CHRISTI corpus, & quę de illius ſunt eſſentiali ratione: & ob id omnes ſuę, per ſe partes, in eo quòd CHRISTI corpus.

Sonat autem CHRISTI corpus ad præſens, corpus quidem humanũ, ſed anima primo perfectibile: & propterea organizatum, vt ponitur in diffinitione animæ. Propter quod & partes illas complectitur, quæ ad illud pertinent, tali pacto ſumptum: ergo complectitur materiam humanam. & formam ſaltem vt corpoream: complectitur carnem, oſſa, & neruos, vt ad tale pertinent corpus. Sanguinem autem, ſi (vt multi putant) de illius non eſt ſubſtantia, eo ꝙ contineri in eo dicitur, vt vinum in vegete, palam ꝙ ex vi non habetur conſecrationis: Si verò eſt de ſubſtantia; nempe vt vnus de quatuor humoribus, quatuor correſpódentibus elementis, ex vi nihilominus non habetur conſecrationis corporis: quoniã cum ſacramentum hoc, eſt inſtitutum; in corporis conſecratione, non eſt ita comprehenſus, ꝙ ex vi habeatur conſecrationis, ſub ſpeciebus pa- F
nis, ſed tantum ex vi cõſecrationis ſub ſpeciebus vini. Vnde & in triduo mortis, ſiquis ex apoſtolis (qui in cœna conſecrati ſunt ſacerdotes) CHRISTI corpus conſecraſſet; in eo ſanguinẽ (quippe qui ſeparatus erat) non habuiſſet.

Nec omittendum, ꝙ licet CHRISTI corpus, & omnes eius ſubſtantiales partes, ex vi conſecrationis ſub panis ſint accidentibus: per ſe tamen primo, eſt ipſum corpus, partes autem, etſi ibi ſunt per ſe, non tamen primo. Anima vero, preſertim vt anima, non adeſt, niſi cõcomitantia, eo ꝙ coniuncta corpori: (propter quod non fit in illam conuerſio) et cũ adeſt, niſi vt corporeæ formæ vim habet, hoc eſt ſecundum ꝙ gradum preſtat corporeum. Diuinitas quoq; & ſanguis, ſolũ per concomitantiam, ibidem ſunt: ſimiliter & quantitas & alia accidentia. Et idem, ſed ſua pro ratione, de calicis conſecratione dicendum eſt. Sed dicis. Eſtò hęc ita ſe habeant: dicendũ eſt, quo pacto, illis ſub accidentibus CHRISTI corpus exiſtat: in quo præcipuum eſt huius rei negociũ.

Reſpondetur, ꝙ licet modus de quo quęritur, ſit nobis vix cogitabilis, longoq́; ſuperet interuallo, vt eſt ſimpliciter, captum noſtrum: poſtq̃ tamen ea in re, vires expoſuere Theologi, tãtum luminis acceſsit credentibus, vt nefas non ſit rem tentare. Ergo ex fide, ſupponendum eſt nobis, G
CHRISTI corpus, realiter, integre, & eo quo dictum eſt pacto, tum ex vi conſecrationis, tum ex rõne cõcomitantiæ, re vera contineri ſub ſpeciebus panis: id enim exprimunt verba, Hoc eſt corpus meum; & Eccleſia tradit, quæ columna ac firmamentum veritatis eſt: Ergo supereſt; vt tentemus, quo id concipiendum ſit pacto.

Attendendum itaq;, ex præcipuorum Theologorum conſenſu, ꝙ eſſe in ſacramento, non addit CHRISTI corpori abſolute ſumpto, niſi eſſe relatiuum: quo (eo ꝙ ineffabili quodam modo, refertur & realiter ad ſacramentales ſpecies) & eſſe pręſens, & ab eis realiter contineri, veraciſsime dicitur. Et talis reſpectus non eſt de genere vbi, qm̃ in eis nõ eſt, ſicut in loco: nec (vt quidã volunt) ordinis ſubſtantialis pręciſe, & ĩmediati: ſed eſt longe altioris, longeq́, eminentioris naturę. De quo attingenda ſunt tria: origo, fundamentũ, & ſequentes proprietates. Pro origine, conſiderandum, ꝙ ſicut in baptiſmo CHRISTI, collatum eſt aquæ, quoddam accidẽs, quo mediante, vim ſortita eſt regeneratiuam in Dei filios, quod non videtur purus reſpectus, nec purum abſolutum, ſed præſtantius altiusq́;, & tamen aqua non actu regenerat, niſi dum fit ſacramentum, quod in ipſo vſu conſiſtit: ita quando CHRISTVS hoc inſtituit ſacramentum, collatum eſt eius corpori tale accidens, vt eo mediãte aptum ſit, ſub talibus eſſe accidentibus, eo ineffabili modo, H
qui ſacramentalis dici poteſt: & ſi ſub eis non ſit, niſi conſecratione per acta: quæ & fit a ſacerdote, certis, vt notum eſt, verbis, in CHRISTI perſona prolatis.

Pro fundamento dicendum, ꝙ collatum fundatumq́; eſt immediate, in ipſa ſubſtantia corporis CHRISTI; ita ꝙ non in quantitate eius, & ſi eidem ſua coniuncta ſit quantitas: a quo quidẽ accidente habet ſubſtantia corporis CHRISTI eſſe ſacramentale, quemadmodum, & a quantitate eſſe extenſum: ergo tale accidens dici poteſt ſacramentale, quia formaliter conſtitutiuum eſt corporis CHRISTI in eſſe ſacramentali. Pro proprietatibus, præfatum accidens conſequẽtibus, conſiderandum, ꝙ tres ſunt pręcipuę. Prima eſt, ꝙ tale accidens, cõſecratione facta, reddit corpus CHRISTI, reuera pręſens ſub accidentibus panis, abſq; tamen dependentia proprij loci. Pro cuius notitia recolẽdum, ꝙ CHRISTI corpus, ſecundũ diuerſas rationes, & varios eſſendi modos,

A eſſe habet in cœlo, & in altari: in cœlo localiter, & in altari ſacramentaliter, quod nihil ha-
bet abſurdi. Siquidem ſicut per vbi, habet immediatam præſentiam loco cœleſti, quo circun-
ſcribitur; ita per tale accidens, habet immediatam præſentiam accidentibus panis, ſub qui-
bus ineffabiliter continetur. Quæ præſentia, coniunctam habet localem indiſtantiam (indiſtan
tia accepta negatiuè) eo ꝙ CHRISTI corpus, vt ſubſtat ipſi eſſe ſacramentali, ab illis locali-
ter non diſtat accidentibus.

Secunda eſt, ꝙ præfatum accidens, non ſolum reddit CHRISTI corpus, præſens vt dictum eſt
accidentibus, ſed & contentum ab eis. Pro qua re conſiderandũ, ꝙ ſi ſubſtantia corporis CHRI-
STI acciperetur nuda, ipſa ſecundum ſe eſſet indiſtans negatiuè, tam ab accidentibus panis, q̃ a
loco cœleſti, indiſtans inq̃ ſecũdum locum, eo ꝙ vt norunt philoſophi, eſſet nullibi: verum ſi ve-
ſtitur accidentibus ſuis, conſtat ꝙ per accidens, quod eſt vbi, efficitur præſens alicui loco, puta
cœlo empyreo, & conſequentur indiſtans ab eo localiter poſitiuè; & ab alio puta cœlo Lunę di-
ſtans localiter poſitiuè: ſi autem ſacramentali veſtitur accidente, remanet indiſtans negatiuè, ab
omni loco, & ab accidentibus panis, non tamen remanet indiſtans ſacramentaliter ab illis. Mo-
B uetur quoq;, ad motum localem accidentium: non ꝙ ipſe motus localis, recipiat̃ in ipſo CHRI-
STI corpore, aut ꝙ ad ipſum pertingat; ſed quia motis accidentibus, quibus eſt ineffabili modo
præſens alligatumque, talis motus ipſi admittitur competere per accidens: quia ſcilicet rei com-
petit cui coniunctum eſt. Quare nihil aliud talis motus, illius reſpectu, videtur importare: q̃ non
deſitionem, aut ſeparationem, vel non diſtantiam, ab illis accidentibus, q̃ſ ſunt mota localiter.

Tertia eſt, ꝙ CHRISTI corpus, per tale accidens, fit præſens, contentumq́, ſub panis accidẽ-
tibus, per modum ſubſtantiæ, ſibi conuenientẽ vt ſubſtantia, & per hoc indiuiſibiliter: ex quo ſe-
quitur, ꝙ ſit totum in toto, & totũ in qualibet parte; eo pacto, quo & anima hominis, in ſuo cor-
pore eſt. Et ratio eſt, quia eandem habet habitudinem ad totum, & ad quamlibet eius partem; cũ
& in tota hoſtia, & in qualibet eius parte fuerit ſubſtantia panis. non tamen ſequitur, quòd plu-
ries ſit CHRISTI corpus in hoſtia, niſi in potentia; ſicut nec in hoſtia ſunt partes plures, niſi in
potentia. Ex hac proprietate iuncta præcedentibus, inferri conſtat, non ſolum CHRISTI cor-
pus, ſed & quicquid hoc in ſacramento eſt: per modum eſſe ſubſtantiæ, & ob id indiuiſibiliter;
quod & facile cuiq; patet. Si enim corpus, ibi eſt per modum ſubſtantiæ, quod ibi eſt ex vi ſacra-
menti: ſequitur ꝙ comitantia, quæ ibi ſunt ratione corporis, ibi eodem ſint pacto. Et ideo di-
C cendum eſt, ꝙ tota quantitas CHRISTI corporis, iure eſt ſub parua hoſtiæ quantitate, imo & ꝙ
in ea indiuiſibiliter eſt. Nec obſtat diuiſibilitatem eſſe de ratione quantitatis: quoniam id verum
eſt, de intrinſeca, quę eſt cum poſitione, quę eſt differentia eius; & non de extrinſeca, quæ atten-
ditur reſpectu loci, iuxta quam ſumitur poſitio prædicamentum. Vnde CHRISTI corpus, re-
tinet ſub hoſtia debitam poſitionem omnium partium; & tamen ſua quantitas dicitur ibi indiui
ſibiliter: quia non conmenſuratur quantitati hoſtiæ; ſed per modum ſubſtantiæ ibi eſt.

Nec omittendum, ꝙ tale accidens ſacramentale, vnum eſt, de præclariſſimis priuilegijs, con-
ceſſis corpori CHRISTI: quin priuilegium eſt tam inſigne, ꝙ reddit illud miro modo Diuinũ:
quippe quod id facit, quodam (vt ſic dixerim) pacto, Dei participare proprietatem, qua illi tan-
tum, conuenit in pluribus eſſe locis: Siquidẽ Deo proprium eſt, eſſe in pluribus locis, vt dicunt,
indimenſionaliter: & CHRISTI corpori, in pluribus altaribus ſacramẽtaliter. Sed hæc amplio-
ri egent excuſſione: de qua aliàs. Modo pauca, pro eo quod dictum eſt. *Non remanentibus ſubſtan-
tia panis, aut ſubſtantia vini, ſed deſinentibus: non tamen per ſe, aut per accidens annihilatis, ſed tranſubſtan
tiatis, hoc eſt, tot aliter conuerſis: illa quidem in corpus* CHRISTI *hac vero, in ſanguinem eius*. Vbi conſi-
derandum ꝙ in hóc ſacramentó, ſubſtantiã panis conuerti in CHRISTI corpus, manifeſtè de-
D terminatum eſt ab Eccleſia in lateranenſi Concilio. ſub Innocentio tertio, extra de ſum. Tri. &
fide cath. firmiter. Et in Concilio Floren. ſub Eugenio quartó.

Quæ conuerſio, dicitur tranſubſtantiatio, quaſi trãſitus vnius totius ſubſtantiæ: totius inq̃ etiã
ſinchathegorematice, in aliam ſubſtantiam. Et in propoſito, ſubſtantia in quam fit realis conuer
ſio, eſt corpus CHRISTI præexiſtens. Qua in re attendendum, ꝙ tranſubſtantiatio, nó eſt actio
productiua, ſed conuerſiua: vnde non oportet ꝙ id, in quod fit conuerſio accipiat eſſe. Admiſcet̃
tamen in ea aliquo pacto mutatio, ſed tota ſe tenet ex parte conuerſi, puta ſubſtãtię panis. Quod
poterit paruo deprehendi negotio: nempe ſi talis mutationis, proprij aſſignentur termini. Vbi vi
de, ꝙ velut ſubiectum, eſt ſubſtantia panis, ideſt ſubſtantia, ſeu ſubſtantialis entitas, quæ eſt ſub
forma panis terminus a quo, eſt eſſe ſub forma panis, & terminus ad quem, eſt corpus CHRISTI:
hoc eſt, ſubſtantiam, ſeu quod erat panis (vt Ambroſij vtar verbo) eſſe corpus CHRISTI, ita ꝙ
hoc

hoc totum(quia hoc totum incipit eſſe de nouo)ſit terminus ad quem. Dixi ꝙ ſubſtantia panis, E
erat velut ſubiectum:non ꝙ de facto ſit ſubiectum(nullum enim hìc reuera interuenit ſubiectũ)
ſed quatenus mutationis admiſcetur ratio, ſubiecti locus ſibi permittitur: tam etſi aliunde ha-
beat,& verius,ꝙ ex parte accipienda ſit,termini a quo,vel termini ad quem.
Verum vt hęc magis reddantur perſpicua: videndum exactius quę ſubſtantia conuertatur, in
quam conuertatur,& quid ſequatur facta conuerſione. Quo ad primum,conſtat ꝙ tota conuer-
titur ſubſtantia panis,tota inq̃,vt tactum eſt,nedum chathegorematice, ſed & ſinchathegorema
tice:ita ꝙ totus conuertatur panis ſubſtantialiter ſumptus. Sed obijcis. Cum conſecrationis ver-
ba, hanc efficiant tranſubſtantiationem,& non efficiant niſi eo quo ſignificant pacto: videtur ꝙ
ſubſtantia, quæ conuertitur, ſic ſit accipienda; prout per verba exprimitur conſecratoria. Ergo
cum dicitur,hoc eſt corpus meum,certum eſt, pronomen hoc, demonſtrare ſubſtantiam,indi-
uiduam quidem,ſed ſine ſubſtantiali qualitate,& contentã ſub accidentibus:ergo palam,ꝙ non
exprimitur,tota panis ſubſtantia:ergo non fit conuerſio totius panis ſubſtantię,ſicut dictum eſt.
Ad hoc reſpondeẽ,ꝙ vtrunq; eſt verum:nec eſt aliquid abſurditatis, ſi excutiantur hæc vt par eſt.
Ad cuius intelligentiam conſiderandum, ꝙ in hac oratione, hoc eſt corpus meum, ſicut & in
reliquis ſacramentorum formis,duplex eſt vis: ſignificatiua inq̃,& effectiua. Et vtraq; habet effe- F
ctum ſuum in vltimo prolationis inſtanti,quando ea verba proferuntur a ſacerdote, nõ in perſo-
na ſua,ſed CHRISTI, cum intentione conficiendi ſacramentum, vt notum eſt. Et illa quidem
hunc habet effectum , qui eſt ſignificare : altera vero iſtum , qui eſt efficere. Et q̃uis ſignificare,
natura præcedat efficere,& ob id prius prędicta oratio videatur ſignificare ibi eſſe corpus CHRI-
STI, q̃ ibi ſit : non tamen propter hoc, eſt oratio falſa; tum quia in illo priori eſt vera practicè,i.
cauſaliter, tum etiam quia oratio dicitur falſa, ex eo ꝙ in aliquo inſtanti eſt falſa : hæc autem in
nullo eſt falſa. Sciendum quoq;, ꝙ ſi verba debent efficere quod ſignificant : oportet ꝙ faciant,
hanc ſubſtantiam,non transferri in corpus CHRISTI, ſed eſſe corpus CHRISTI: Ex quo fa-
cile apparet error obiectionis. Et vt res ſit illuſtris,conſideremus orationem illam,non ſignifica-
re,ſed exercere factionem,& ſignificare terminũ ad quem:propter quod ſtat, ꝙ pronomen hoc,
exprimat tantum ſubſtantiam indiuiduam ſub accidentibus contentam:& ꝙ tranſubſtãtiatio,de
tota ſit ſubſtantia panis. Hæc enim non repugnant,ſi recte conſiderentur.
Quo ad ſecundum,dictum eſt, ꝙ conuertitur in corpus CHRISTI ſubſtãtialiter acceptum,
& ꝙ hoc,ex vi ſibi competit conſecrationis,ſeu (vt loquuntur) ſacramenti:quod intellige ꝙ con
uertatur in illud non abſolute ſumptum , ſed vt eſſe habet ſacramentale annexum : & per hoc, G
ſic conuertitur,vt verificetur, corpus CHRISTI eſſe ſub accidentibus panis: & ꝙ licet conuer-
ſio fiat ad terminum qui præexiſtit, ipſum tamen trahitur ad locum conuerſi. Quòd autem con
uerſionis opera,nõ annihiletur panis: difficile non eſt ex prēmiſsis accipere. Licet enim tunc,pa-
nis non ſit,licet non ſit aliquid,licet ſit nihil:non tamen eſt annihilatus. Et ratio eſt, quia ad an-
nihilationem,hæc non ſufficiunt:ſed requiritur,ꝙ id quod fuit panis,ſit nihil:quod in propoſi-
to non contingit,eo ꝙ CHRISTI corpus eſt. Et non poteſt dici annihilatus per ſe,quia termi-
nus tranſubſtantiationis non eſt nihil:nec per accidẽs,quia licet ſequatur,non eſſe panis,non ta-
men ſequitur,non eſſe illius,quod erat panis:hoc eſt ſubſtantiæ, quæ erat panis. Vnde cõuerſio-
ne facta,licet fuerit totius in totum, non ſaluatur ratio totius ſubſtantiæ cõuerſę, ſed ratio illius
quod fuit illa ſubſtantia:eo ꝙ panis cõuerſus,nõ eſt amplius panis, ſed bene eſt, ſubſtãtia quædã.
Et vt finiam: Pro eo quod dicitur: *Nulla mutatione facta*, conſiderandum,ꝙ cum nouitas om-
nis (& ſi mutationem ſequitur) non neceſſario mutationem faciat in re in quam mutatio fit,ſed
ſatis ſi mutatio fiat in re quę mutatur,palam ꝙ non oportet ꝙ in myſterio de quo ſermo,CHRI-
STI corpus mutetur , ſed ſatis ſi aliud mutetur in ipſum , vt conſideranti facile perſpectum eſt. H
Hactenus de Theoremate. Vbi monere placet lectorem , ꝙ licet præmiſſa omnia accepta ſint ex
ſacris Theologis,ſunt tamen dicta in ſumma: quare qui vberius rem cupiunt, eos conſulant. Ve
rùm quia ſacramentum hoc poteſt noſtro iudicio, & clarius & diuinis literis cõſultis,locupletiũs
exprimi:nuper eadem de re, Theoremata alia interpretati ſumus,in quibus noſtra pro imbecilli
tate,ni fallimur,lõgè accuratius,& illuſtrius,omnia excuſſa ſunt. Ad quæ lectorem remittimus.
Modo,de illato,ſeu corrolario pauca.

Illati examen conſtitutioq;.

*Licet quotidie (& non ſine myſterio) in Eccleſia ſacramentum hoc,& ſacrificium, ſub vtraq; ſpecie a ſa-
cerdotibus offeratur ,ſumatúrq;.* Quod myſterium attinet , & ſi multiplex poſſet attendi , ſatis ſi

A tangatur vnum, vel alterum. Cõſtat enim ꝙ ſeparatim offerre corpus & ſanguinem, clarius oblatio recolitur CHRISTI in cruce, in qua ſeparatum eſt corpus a ſanguine: ergo non immerito, ſi ſub vtraq; & conficitur ſacramẽtum, & offertur ſacrificium, & ſeorſum conſecratur panis & vinum. Rurſum. Ex hoc melius videtur innui illa ſpiritualis refectio, quam mens aſſequitur cum quis rite communicatur: eo ꝙ plenius reficimur corpore, cibo & potu, q̃ altero tantum. Quod dixerim, nõ quia me fugiat refectionem ſpiritus longe ſuperexcedere refectionem corporis, imo vix inde poſſe illius minimum coniectari veſtigium: ſed quia ſenſibilibus aſſueti non valemus, niſi per ſenſibilia, ſpiritualia balbutire. Ergo duplex hoc myſterium ſit ſatis.

Quod dicitur, ſacramentum & ſacrificium, omnibus deberet eſſe perſpectum, cum res fuerit ſemper cõpertiſsima in Eccleſia Dei, niſi noſtris tẽporibus reuocare illud in dubiũ, auſi fuiſſent hæretici: qui etſi non negant in miſſa fieri ſacramentum, negant tamen in illa fieri ſacrificium, præſertim offerendo corpus & ſanguinẽ CHRISTI Verũ quia non eſt præſentis inſtituti, probare in miſſa corpus & ſanguinẽ CHRISTI offerri in ſacrificium, ſed id vti exploratiſsimum ac receptiſsimum ſupponere, contenti erimus vnica auctoritate Pauli, qui prima ad Cor. 11. manifeſte altaris ſacramentum connumerat inter ſacrificia, vt quilibet videre poteſt: & ſperamus, Deo

B fauente, etiam de ea re, ſpeciales tractationes facere, in quibus (ni fallimur) erit conſtans, q̃ temere has effutiant blaſphemias, huius tempeſtatis hæretici. Sed dices. Nonne proprium eſt nouę legi, vnicum habere ſacrificium, vnicam hoſtiam, oblationẽ, ſacerdotẽ? Id. n. aperte tradit Apoſtolus.

Reſpondetur ꝙ licet hæc peculiarem poſtulent tractationem, quam ſperamus præſtare opportuno tempore: vt tamen non penitus diſsimulentur tranſeanturuè, nonnulla ſubijcienda ſunt, & eo lubentius, quo in ijs, vel ex ijs, potiſsimum ſtudent ſe tueri: qui miſſam inficiantur ſacrificium eſſe. Aduertendum itaq;, ꝙ etſi Paulus ad Hebr. a 7. vſq; ad 10. caput ſupradicta tradit: ea tamen ſunt intelligenda, non vt illa peruertunt hæretici, ſed vt rite interpretantur catholici. Ergo fatendum eſt, vnicum in noua lege eſſe ſacrificium (de expiatorio ſermo eſt) quod eſt CHRISTVS in cruce oblatus, & in altari myſterio repetitum, vt ſemper nobis ſit in memoria, & præſens in gratia. Vnum inq̃ eſt ſacrificium, ſed in cruce oblatum cruente, & in altari oblatum incruente: in cruce oblatum ſemel, & in altari quotidie. Vnicus eſt ſacerdos, quia ſemper qui illud offert eſt CHRISTVS: qui in cruce ſemel tantum obtulit cruente, per ſeſe: & in altari offert quotidie incruente, per ſacerdotes. Vnica eſt hoſtia, ſed diuerſo modo oblata, cruente ſemel, incruente quotidie.

C Et licet oblatio cruenta ſemel facta, fuerit ad Deum placandum & homines ſaluandum ſufficientiſsima: non tamen fruſtra, aut ſine myſterio, oblatio incruenta fit quotidie. Et primo quia eſt memoratiua (vt tactum eſt) cruentę, ita vt per hanc quotidianam, illa ſemel facta recenter ſemper adſit noſtræ menti: deinde quia per hanc, illa nobis peculiariter applicatur, ad vberiorem frugem. Sicut enim per ſacramenta nobis applicatur paſsio CHRISTI: ita & per miſſæ oblationẽ, oblatio applicatur crucis. Quare ſi res plenè diſcutitur, ſacramentum altaris ſicut verum continet CHRISTI corpus, ꝓ nobis datum & fractum in cruce, ita & oblatio quę fit in altari, in vi fit oblationis factę in cruce, & vt alibi dicendum eſt, oblationis, & factæ & demandatæ in cœna. Hæc pauca in præſenti ſint ſatis: ex quibus tñ non ſolum poteſt reſponderi hęreticis, ſed & verba interpretari poſſunt Apoſtoli: in præinductis capitulis; in quibus de ſacrificio cruẽto, & oblatione in cruce facta, ſermo eſt: & non de ſacrificio incruento, & oblatione altaris, de qua præſens conſideratio eſt.

Conſiderandum ꝓ eo, quod dicitur (*Non maioris, ſed paris eſſe vtilitatis communicare ſub altera, & ſub vtraq; ſpecie*) ꝙ id verificatur per ſe, & cęteris paribus. Per ſe, quia per accidens poſſet ſecus cõ

D tingere: puta, cum ſumpta hoſtia, anteq̃ ſumatur calix, in ſumente augeť gratia, & ita fit melius diſpoſitus, & ob id ſumendo poſtmodum ſanguinem, gratia fit locupletior. Sed hoc, vt conſtat eſt per accidens, quia nihil minus contingeret, ſi non calicem, ſed aliam tunc ſumeret hoſtiam. Cęteris paribus, quia ſi non eſſent deuotiones aut diſpoſitiones præcedentes pares, nil obſtaret, ſi ęqualis non ſequeretur fructus: ſi quidem communicans ſub vtraq, maiori cum deuotione, vberiorem conſequeretur gratiam, & econtra, ille qui maiori deuotione communicaret ſub altera maiorem conſequeretur gratiam. Quare negocium hoc, non ex parte ſumentium, ſed ſacramenti excutiendum eſt: vt reſolutio fit ex proprijs.

Vt igitur res pro meo explicetur captu, attendendum, non eſſe difficultatem ex parte rei contentæ: quoniam cum illa ſit CHRISTVS, certum eſt ꝙ non eſt minus in altera, q̃ in vtraque, &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

propterea nõ eſt vis extenuatior in vna q̃ in ambabus. Nec difficultas eſt, ex parte modi cõtinẽdi, E
puta ꝗ in hoſtia,& ſi totus habetur CHRISTVS, ex vi tamen cõſecrationis,ſolum habetur cor-
pus,& in calice ſimiliter adeſt totus, ſolum tñ ex vi ſacramenti habetur ſanguis:quoniam licet ſu
mendo vtrunq;,vtrunq; ſumatur ex vi conſecrationis adſiſtens, non tamen vberior inde profici-
ſcitur fructus: eo ꝗ fructus ex eiuſmodi non pendet ordine, ſed ex rei, quæ ſum itur efficacia.
Vnde cum ille ex CHRISTI potiſsimum dimanet diuinitate,& magis ex anima q̃ carne, quę ibi
ex vi non ſunt ſacramenti, ſed concomitantiæ: palam ꝗ talis ordo, nil proficit hac in re. Minus
difficultas eſt,ex parte perfectionis hoc eſt integritatis huius ſacramẽti: quoniam licet ſpiritualis
refectio,quam vti rem ſacramenti ſignificat & confert,diſtinctius per vtranq; ſignificetur ſpeciẽ,
non tamen minus efficitur,ſi tantum ſumitur altera, cum in qualibet cõtineatur cibus & potus,
nempe caro & ſanguis,& ob id,perfecta integraq; præſtetur refectio.

Nec quidem fructus penſandus eſt, ex ſignificatione, ſed ex collatione: & licet ſacramenta
efficiant quod ſignificant, non tamen opus eſt, vt id tantum conferant, quod ſignificant. Vn-
de & baptiſmus ſignificat lotionem, & non ſolum lauat ſed regenerat:vt Apoſtolus docet. Er-
go remanet difficultas, ex parte cauſantium ſpecierum: quibus CHRISTVS videtur vti, velut
inſtrumentis, ad conferendam gratificam gratiam. Nam licet eadem conferatur per earum F
quaslibet, & conferatur per modum refectionis ſpiritualis: vt tamen per ſpecies confertur pa-
nis, eo confertur effectu, quòd hominem confirmat in bono (panis enim confirmat cor homi-
nis.) & vt confertur per ſpecies vini, lætum ac hylarem reddit in obſequio Dei; nam & vinum
lætificat cor, prout & ſcriptum eſt. Sed hæc,non multo excluduntur labore. Et miſsis qui licet
concedant collatum eſſe ſpeciebus huius ſacramenti, habere inſtrumentalem vim, ad excitan-
dam mentis deuotionem, & ad adducendum CHRISTVM, ad os, & cor, illius qui rite ac di-
gne communicat:non tamen concedunt illis collatam vim, ad cauſandam, conferendamq; ſa-
cramentalem gratiam, ſicut alijs collatum eſt ſacramentis: Quod aiunt non ex illarum profe-
ctum incapacitate ſeu imperfectione, ſed ex ſingulari earum pręſtantia & priuilegio: quo conti-
nent Dominum gratiæ.

Ergo inquiunt, non eſt opus, quin nec decens, vt vim illam contineant ad cauſandum gra-
tiam, intentionalem diminutamque, ſicut reliqua continent ſacramenta: cum præſentem ha-
beant, contineantque fontem & oceanum totius gratiæ. His inquàm miſsis, quoniam ſiue ve-
rum dicant, ſiue falſum, parum præſentem rem promouent: & ſi, meo iudicio, non videre- G
tur negandum huic ſacramento, quod conceſſum eſt reliquis: nec ſpecierum obſtat præſtantię,
quando eſſe inſtrumentum ad cauſandam gratiam; rem non deijciat, ſed prouehat: nec habe-
re CHRISTVM præſentem, ſpeciebus debet præiudicare, ſed potius fauere, & ob id vi, illas
ad gratiam cauſandam, conferendamque non deſtituere. Et vere (ni fallor) res ita ſe habet:
quin & his ſtantibus: facilis admodum eſt reſponſio difficultatis motę. Ergo dicendum, quòd
& ſi ſpecies illæ ſunt inſtrumenta, & ſi per ſpecies panis, ſacramentalis gratia, quæ vt ſemel di-
ctum eſt, ſpiritualis eſt refectio, vt per eas cauſatur proficiſciturque, ſecum ferat, propria ex ra-
tione, robur in bono: & per ſpecies vini, vt per eas cauſatur progrediturque, ſecum ſua ex ra-
tione ferat lætitiam in obſequendo Deo: quia tamen vt tactum eſt, ex eo quòd hæ ſpecies, Do-
minum continent omnis gratiæ,non immerito fit, ſi vis illis præſtita, poſt primum propriumq;
ſingulis earum effectum, ſe extendat ad alios: & ita communicans ſub ſpeciebus ſolius panis,
poſt receptum robur, recipiat & lætitiam: & econtra communicans ſub ſpeciebus tantum vi-
ni, poſt lætitiam recipiat robur. Sequitur in Corrolario. *Et populo expedit ſub ſpecie panis.*

Siquidem recipiendo rite digneque ſpecies panis (cum hoc, quòd non caret interna refectio-
ne) liber eſt populus ab effuſione ſacrilega, quæ (attenta communicantium multitudine, & H
ruſticorum ac mulierum indiſcretione) facile poſſet accidere: quæ quanti ſit pendenda non ſo-
lum ex præſtantia ſanguinis CHRISTI poteſt penſari, ſed & ex patrum, Eccleſiæque decre-
tis contra illius effuſores, poteſt animaduerti. Item expedit populo, reuerentiæ tanti ſacra-
menti aſſueſcere, Eccleſiæ placitis obtemperare, & quòd etiam de ſacroſanctis Chriſtianæ re-
ligionis ſacramentis, Eccleſia Spiritu ſancto afflata valet diſponere, confiteri: & quòd ſicut in
hoc, tempus determinauit ad communicandum, ita & modum optimo conſtituit iure, quo
communicemus, idq; in noſtram frugem commodumqu, emandauit decreuitque. Et hæc ſa-
tis ad laudem Dei.

A
THEOREMA QVARTVM.

De notionibus Diuinis: de quibus ſacri Theologi.

NOTIONES *Diuinæ, ſunt tantum quinque: nempe innaſcibilitas, Paternitas, Filiatio, communis ſpiratio, & proceſſio.* Habentur hęc non ſolum ex D.Tho. in prima parte: ſed ex communi Teologorum ſententia.

Excuſſio Theorematis.

Vt igitur clarum reddatur Theorema, attendendum ꝙ notionis vox, hac in re introducta eſt ab Auguſt. & acceptata ab omnibus Theologis: & ſignificat illud, quo aliqua Diuina notificatur perſona, & ob id aliquam exprimit rationem formalem, in abſtracto ſumptam, qua vtimur pro clara earum notitia. Vt ſi quęratur, quo Pater agnoſcitur pater. Reſpondetur ꝙ paternitate agnoſcit̃ Pater. Et exigitur ad hoc vt ſit notio, ꝙ illa ratio exprimat aliquod ſpãle, ad dignitatẽ, & originem pertinens. Hęc omnia ſunt clara, & omnibus communia. Verum nõ vulgaris eſt inter Theologos quęſtio de innaſcibilitate; quid ſcilicet ſonet; num poſitiuũ, an negatiuũ: & quid
B illud ſeu poſitiuum ſeu negatiuum, ſit. Et hac deratione dũtaxat: pręſens poſitũ eſt Theorema.

Igitur miſsis aliorum placitis, perſtringam quę meæ conſonant imbecillitati: ſub cenſura melius ſentientis. Innaſcibilitas formaliter ſumpta dicit quid priuatiuum, vel potius negatiuum: fundamentaliter vero accepta, indubie importat aliquid poſitiuum. Et illud negatiuum, in genere eſt, non quocunq;, ſed diuini principij: & principij diuini, ad intra. Dico in genere principij Diuini ad intra: cum & in eodem ſit naſcibilitas: Filius enim qui principium eſt ad intra, vt ex quo Spũs ſanctus procedit, natus eſt: ergo & naſcibilitas habet tali in genere reperiri, vel ſaltẽ apta nata eſt, in eo aſsignari: talem autem naſcibilitatem, innaſcibilitas negat remouetq;.

Qua in re, conſiderandum eſt ꝙ licet notiones pertineant modo quodam ad dignitatem, nõ tamen opus eſt, ꝙ formaliter ſumptæ perfectionem exprimant: quare innaſcibilitas, nec perfectionẽ, nec imperfectionem formaliter dicit, ſicut nec naſcibilitas, quam negat remouetq;, perfectionem vel imperfectionem importat. Rurſum ponderandum, ꝙ innaſcibilitas notificat Patrem, ex eo ꝙ non eſt ex alio (eſt enim principium, non de principio) ſicut paternitas, ex eo ꝙ ab eo eſt alius; eſt enim principium generationis Filij. Modo de innaſcibilitate fundamentaliter
C accepta: quæ, ſi vno exprimenda eſt verbo, ipſa eſt Paternitas ſeu generatiua poteſtas; vt communiter dicitur.

Verùm poſſet forſan dici perſpicacius: nempe ꝙ innaſcibilitas, modum quendam exprimit, poſitiuum quidẽ, ſed cõplebilem per negatiuũ, ſicut infinitas, ĩmaterialitas, imobilitas: & ꝙ ille intrinſecus eſt paternitati diuinæ. Siquidẽ concipiendũ eſt, ꝙ inter multa quæ diuinę attribuuntur paternitati, ei quidam attribuatur modus intrinſecus, ex ea ratione, qua eſt hypoſtatica forma, per quem formaliter repugnet Patri, eſſe ex alio: qui nec poteſt melius explicari per modũ notionis, hoc eſt in abſtracto, q̃ per innaſcibilitatem: quoniam eſt oppoſitus naſcibilitati, modo intrinſeco, in filiatione Diuina. Oppoſitus inq̃, ſed non pręciſe, cum opponatur & originabilitati, immo & illi primò directeq;: vnde per illam, non ſolum a Patre remouetur naſcibilitas, ſed & ſpirabilitas quoniam remouetur prorſus, eſſe ab alio. Et hęc ſatis, ad laudem Dei.

THEOREMA QVINTVM.

De relationibus perſonalibus in Diuinis.

D PATERNITAS *in Diuinis, vno modo præcedit generare, & alio modo ſequitur illud: præcedit vt conſtitutiua perſonæ, ſequitur vt relatio. Idem ſua pro ratione de alijs relationibus perſonalibus dicendum eſt.* Hæc ex D.Tho. prima parte. q. 40. artic. 4.

Excuſsio, conſtitutioq; Theorematis.

Quamq̃ hoc Theorema ſatis ſuperq; ſit illuſtre conſtansq;, ex ijs quæ dicta ſunt in Theoremate de Trinitate: nõ grauabimur tñ pauca hoc in loco cogere, vel ex illis huc accerſere, præſertim cum captu difficilia importunum ſæpe non ſit, ſi quando fuerint repetita. Pro excuſsione itaq; aduertendum in primis, ꝙ ſermo eſt de pręceſsione, ac cõſecutione, non ex parte rei, quoniam ſunt vnamet res, ſed ex parte intellectus ſic apprehendentis: nomine intellectus, non reſtricto ad humanum, angelicum, vel diuinum, ſed in ſua amplitudine relicto acceptoq;: dũmodo habeat

prę oculis, ꝙ de intellectu ſermo eſt, ordinatè intelligẽte: ordinatè inꝗ, vel formaliter vt cõtingit de intellectu humano, vel virtualiter, quod dixerim propter intellectum angelicum, & diuinũ, qui ſine diſcurſu, & propterea ſine actuali ordine, res intelligunt. Quo fit, ꝙ præfata anteceſsio, ac ſubſequutio, fundamentum aliquo pacto habeat in re: quin & vtraq; eſt in re virtualiter. E

Conſiderandum deinde, ꝙ Paternitas vt conſtitutiua, eſt paternitas habens hũc actum, qui eſt cõſtituere: & vt relatio, eſt paternitas, hunc habens actum, qui eſt referre. Propter quod paternitas, vt conſtitutiua, neceſſario habet rationem formæ hypoſtaticę: vt autem relatio, rationem habet formę relatiuę. Forma autem hypoſtatica, vel perſonalis, ſi mauis (nam licet apud aliquos nonnullũ admittatur diſcrimẽ, illud tñ paruipendimus in præſenti) dupliciter conſiderari põt: altero modo abſolutè, ideſt, vt eſt conſtitutiua hypoſtaſis ſeu perſonæ abſolute & ſimpliciter, ſiue (quod in propoſito idem eſt) præciſè: reliquo, vt eſt conſtitutiua hypoſtaſis, ſeu perſonæ talis. Primo modo, a multis enunciatur quidem entitas (non enim eſt nihil) ſed nec abſoluta, nec reſpectiua, ſed abſtrahens: propterea ꝙ vtrunq; poteſt ſibi contingere, immo & contingit de facto: eo ꝙ in creatis creditur, vt plurimum abſoluta, & in Diuinis traditur reſpectiua. Secũdo modo, determinatur, vt creditur, ad abſolutam vel reſpectiuam: nam in creatis creditur abſoluta, & in diuinis reſpectiua. F

Verùm dici poſſet, ꝙ attenta eminentia perſonalis relationis, quòdq; hypoſtatica ſeu perſonalis forma diuina, eius eſt præſtantiæ, eiusq; excellentiæ, ꝙ eſt eminenter vtrunque, vim & efficaciam continet reſpectiui & abſoluti: quod & hunc in modum oſtẽditur. Et quidem ꝙ ſit aliquo pacto abſoluta, ex eo deducitur, ꝙ carere nõ debet eo, quod perfectionis eſt in perſonalitate creata, pręſertim cum ex illa proficiſci cenſeatur, vti ex exemplari, non minus ac paternitas, iuxta verbum Pauli: ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Quòd vero ſit etiam reſpectiua, ex eo conuincitur, ꝙ perſona diuina ex ſuo conſtitutiuo, non eſſet reſpectiua, nec realiter diſtinguerentur diuinæ perſonæ ab inuicem. Quòd demum vtrunq; ſit eminenter, natura Diuinitatis oſtendit, quæ in præfata paternitate ſaluatur formaliter. Et hæc ſi fuerint admiſſa, multa conciliari poterunt, quę controuertuntur Theologis.

Aduertendum deniq;, ꝙ ſi petatur, vnde, & quo pacto, habet ipſa paternitas in ſe formam hypoſtaticam talem: Reſpondendum eſt, ad primum, ꝙ radicaliter habet a Diuina eſſentia, proxime vero, a quibuſdam alijs prærogatiuis. Ab eſſentia inꝗ Diuina, habet vti a prima radice, cum inde omnem ſortiatur eminentiam, vti a primo fonte totius excellentiæ præſtantiæq;: quare & inde formæ hypoſtaticę nãciſcitur rationem, cum & indè primum habeat, ꝙ ſit diuini ordinis, & ob id ꝙ ſit ſubſiſtens, ſubſtantiaq;, & ꝙ conſtituendum per eam, ſit ipſamet; à quibus velut a proximis rationibus, rationem habet formę hypoſtaticę: vt facile eſt animaduertere. Et ex ijs multa D. Tho. enunciata, quæ vñr diſſona conciliantur: pro quibus conſule Caietanum prima parte. q. 40. arti. 4. Ad ſecundum dicitur, ꝙ illàm habet in ſe formaliter eminenter: vnde & denominatur talis. Et hæc prò declaratione ſatis. Probatio ſeu cõſtitutio, ex eo eſt: ꝙ Diuina relatio perſonalis, habet ex propria ratione ſua reali, ꝙ inſit, & per hoc, ꝙ cõſtituere poſsit: quoniam conſtitutiuum Diuinę perſonæ conſtituit, inquãtum ipſum eſt conſtitutum. Et hęc ſatis ad laudẽ Dei. G

THEOREMA SEXTVM.

De Verbo Dei genito, quomodo expreſsiui rationem habeat.

VERBVM Dei, quod ſecunda eſt in Trinitate perſona, importat ex propria verbi ratione, reſpectum expreſsiui, ad ea, quæ ſunt in eſſe cognito, in mente diuina, quæ ſunt hæc omnia. Hic Deus, ſeu hæc eſſentia Diuina, Tres perſonæ, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, Et omnes creaturæ. H
Hæc ex doctrina D. Thom. prima parte. q. 34.

Excuſſio conſtitutioq; Theorematis.

Et ſi, etiam hoc Theorema eſt ſatis illuſtre, ſatisq; conſiſtens, ex ijs quæ circa Theorema dicta ſunt de ſacratiſsima Trinitate: non puto tamen inutile, ſi quædam adhuc conſiderentur in eo: Ergo pro illius euidentia notabimus tria. Primum eſt, ꝙ reſpectus expreſsiui, poteſt dupliciter ſumi: formaliter inꝗ, & fundamentaliter. Primo modo eſt relatio rationis, ſecundo eſt quædam (vt loquuntur) formalitas realis inter eas contenta, quæ conſtituunt rationem verbi: in præſenti ſumitur fundamentaliter, & ob id ſenſus redditur altior, ac verior. Cum autem audis talem

A reſpectum, ad ea terminari, quæ ſunt in mente Diuina, in eſſe cognito, quæ & enumerata ſunt, non putes ꝙ terminetur ad ea omnia æque primo: quoniam id non dicimus; haud ignari, ꝙ primo terminatur ad hunc Deum, ſeu hanc diuinam eſſentiam, ſecundo ad tres perſonas, Tertio ad creaturas in Deo exiſtentes: quo fit, vt expreſsiuus ſit eorum omnium, eo ordine, quo terminatur ad ea.

Secundum eſt, ꝙ licet reſpectus pręfatus ſit ad ea omnia quæ ſunt in mente Diuina, ordine dicto, vt ſunt in eſſe cognito: nihil tamē prohibet: quin & ſit ad eamet, in alio eſſe, ab eſſe cognito ſumpta, & aliter in Deo exiſtentia q̃ in mente Diuina, vt puta in eius eſſentia, voluntate, poteſtateq́;. Ad cuius perceptionem conſiderandum eſt, idem pro ſua ratione, ac imperfectionibus amotis, dicēdū eſſe de verbo Diuino, quod contingit de verbo humano. Accipiamus igitͬ verbū, puta lapidis, quo interius, ſ. profertur lapis ab intellectu noſtro; ipſum quidem fatemur expreſſiuum lapidis, ſed in multis varijsq́; eſſendi modis: & primum quidē vt eſt in eſſe cognito ſeu intellecto: quo pacto, eſſe habet in forma ſpeculari, quæ dicitur ſpecies expreſſa: Deinde, vt eſt in eſſe intelligibili, quo pacto, eſt in ſpecie intelligibili, quæ vocatur impreſſa: Tertio, vt eſt in eſſe imaginario, quo pacto, eſt in ſpecie ſeu idolo phantaſiæ: Quarto, vt eſt in in eſſe reali, materia-
B liq́;, quod dicitur eſſe ad extra.

Proportione ſua, dicēdum eſt, de Verbo Diuino: erit enim primum expreſsiuum eorum quæ recenſentur in Theoremate, in eſſe cognito ſeu intellecto; deinde in eſſe intelligibili, poſtmodum imaginabili, & demum in eſſe ad extra: adde ꝙ & vt in Diuina ſunt voluntate, & poteſtate. Et ſi petas quo pacto illa ſunt in Deo, tot modis, cum ille ſit ſimplicisſimus, vnicus ac puriſſimus actus, expers prorſus cuiuslibet compoſitionis: Reſpondetur, eſſe Diuinum tam eximiæ eſſe præſtantiæ, tam inſignis eminentiæ, vt vnicum ſimplicisſimumq́; exiſtens, omnes eſſendi modos (dempta vt diximus, omni imperfectione) in ſe, miro quin & diuino modo cōplecti, omnibusq́; mirifice ęquiualere, & ob id a verbo, quodam pacto, eadē omnibus prefatis modis exprimi; & eo ſeruato quo diximus ordine, ſuo modo referri, ac per illud, & in illo ſingula ſaltem æquiualenter, & altiori ratione, eminenter comprehenſa explicari. Ex his, ni fallor, illuſtre eſt Theorema: modo ex quibus conſtituitur dicendum eſt.

Conſtituitur ergo Theorema ex eo fundamento; ꝙ perſona verbi ex ea habet proficiſci Dei notitia, quæ eſt comprehenſiua Dei, & ob id, qua cognoſcitur ac penetratur, quantum cognoſci-
C bilis ac penetrabilis eſt: ergo ex illa notitia, qua Deo nota ſunt omnia, & in quouis modo eſſendi, ſeu in quouis modo valent agnoſci penetrariq́;. Et notum eſt, Deum glorioſum ex eo ꝙ eſt ipſum eſſe, omnem entitatis complecti latitudinem, & omnem eſſendi modum, in vnico eſſendi modo in ſeſe eminēter admittere, a motis ſemꝑ imperfectionibus. Et hęc ſint ſatis ad laudē Dei.

THEOREMA SEPTIMVM.

De vera æternitatis ratione ex D. Thoma.

S*ICVT ratio temporis, conſiſtit in numeratione prioris & poſterioris motus: ita ratio æternitatis, conſiſtit in apprehenſione vniformitatis illius, quod omnino eſt extra motum.* Prima par. q. 10. ar. 1.

Examen Theorematis ex ſingulis verbis.

Quoniam præfatum Theorema cenſetur obſcurum: verbatim excutiendum eſt. Dicit igitur. *Sicut*, Quod nota eſt ſimilitudinis: & in propoſito, ſimilitudinis proportionalis. *Ratio*, ſumitur pro diffinitione quidem, ſed non ſecundum quamlibet eius partem, ſed intrinſecam & formalē;
D Siquidem recolendum, ꝙ in temporis diffinitione aliquid inuenitur intrinſecum & formale, aliquid vt additum & materiale: vt notum eſt. 4. Phyſicorum. *Temporis*, Tempus non ſumitur hic pro tempore communiter dicto, ſed pro tempore proprie ſumpto: pro eo inq̃ quod eſt, velut in ſubiecto, in motu primi mobilis. *Conſiſtit*, non formaliter, ſed cauſaliter, ſicut ira conſiſtit in accēſione ſanguinis. Vnde denotatur, ꝙ ſequentia ſunt velut receptiuum, præfati intrinſeci ac formalis incluſi in ratione temporis: & vere ſic eſt, vt conſtat ex 4. Phyſi. *In numeratione*. Numeratio, actus eſt animæ, non ſimplex, ſed aſſummans, multiplicās, & partiēs: & accipi poteſt, actiue & paſſiue. Verum in propoſito, non ſumitur actiuè, ſed paſsiuè; hoc eſt, pro eſſe numerato. Vnde 4. Phyſi. dicitur ꝙ prius & poſterius motus, vt numerata, ſunt tempus; hoc eſt, intrinſecam & formalem temporis rationem ſuſcipiunt. *Prioris & poſterioris*. Hæc non accipiantur formaliter, ſecundum ꝙ dicunt relationes: ſed fundamentaliter, prout important partes motus, ſubſtratas, vel

ſubſtrabiles ipſi tempori. *Motus*, qui hic ſumitur, non pro forma fluente, ſed pro fluxu ipſius. E
Hactenus prima pars: cuius in ſumma, talis eſt ſenſus.

Ratio, hoc eſt, diffinitio, ſecundum intrinſecam & formalem temporis rationem, temporis
inq̃ propriè ſumpti, conſiſtit ſicut in receptiuo eius, in numeratione prioris & poſterioris, ideſt
in partibus ſibi ſuccedentibus & numeratis, motus, ideſt non formæ fluentis, ſed fluxus eius, vt
dictum eſt. Vbi, vt res ſit illuſtrior, attendendum ꝙ fluxus prȩfatus, vt prioris & poſterioris ratio-
nem induit, indubiè nonnullam difformitatem habet. Licet enim fluxus ſui ex ratione non vi-
deatur difformitatẽ includere: vt tamẽ prioris & poſterioris rationi ſubeſt, ad difformitatem de-
clinat. Quo fit vt non incongrue diceretur, tempus in numeratione difformitatis motus conſi-
ſtere, quin & inde habet ꝙ maxime innoteſcat; tam & ſi prioris & poſterioris voces ſint in vſu.
Rurſus conſiderandum, ꝙ licet ex dictis, non mediocriter innoteſcat, quid ſit intrinſecum illud
& formale temporis, quod in eiuſmodi motus difformitate conſiſtit, vt quidẽ in receptiuo: non
tamen innoteſcit clarè, ſed confuſè, ſupponitq́; notificatum perſpicuè & abſolutè; ex ijs quæ in
4. expreſſa ſunt Phy. & a nobis ampliſsimè tractata in quæſtione ſeu tractatione de tempore. Vbi
oſtenſum eſt, naturam temporis, in genere repoſitam eſſe quantitatis, nõ permanentis, ſed ſuc-
ceſsiuæ, non præciſè continuæ, aut diſcretȩ, ſed vtriuſq; quodam pacto. Sed hæc ſint modo ſatis, F
& pro ipſa re, & pro prima Theorematis parte. Sequitur.

Ita, proportionalis, vt tactum eſt, refertur ſimilitudo, *Ratio*, hoc eſt diffinitio, ſecundum par-
tem, vt dictum eſt, intrinſecam & formalem, vt ſaluetur, ſicut par eſt, proportio, *Aeternitatis*, ſer-
mo eſt de æternitate non participata, ſed ſimpliciter, abſolutè & propriè ſumpta; quæ menſura-
re habet, eſſe, & operari ipſius Dei, quȩ & in ipſo eſt eſſe vel operari, quin & in ipſo Deo glorio-
ſo, ſicut ſua pro ratione & tempus, eſt in primo motu, & mobili, *Conſiſtit*, intellige eodem pa
cto, quo de temporis dictum eſt ratione, ſed proportione ſua, *in apprehenſione.* Apprehenſio, vt
notum eſt, dicit actum animȩ, & in propoſito, abſtrahit a ſimplici & numeratiuo, vt quidam vo-
lunt, ſed non recte, meo iudicio, quoniam puto ſatius dici, ſi reſtringitur ad ſimplicem, & ſuma-
tur paſsiuè, pro eſſe inq̃ apprehenſo. *Vniformitatis*, Vniformitas oppoſitum eſt difformitatis, &
oppoſitum, vt notum eſt, contrariè, & in præſenti, difformitati opponitur fluxus motus: vnde
importat æqualitatem, ſeu (vt eam ſic exprimere liceat) ſuauitatem in durando, qua caret fluxus
motus, ſub prioris ac poſterioris ratione ſumptus. *Illius quod eſt omnino extra motum*, hoc eſt, eſſe
& operari diuini. G

Ad cuius meliorem notitiam, conſiderandum: ꝙ eſſe, vel operari diuinũ poteſt dupliciter ſu
mi: vno modo abſolutè, alio modo vt quantum: & vt quãtum, ẽt duobus modis, nempe vt quan
tum quantitate perfectionis, quȩ ab aliquibus dicitur gradualis, ſeu intenſiua: & vt quãtum quã-
titate durationis, & hoc pacto ſumitur ad præſens. Et attendendum, ꝙ quantitas durationis, ip-
ſius eſſe Diuini, nõ abſolutè, nõ vt diuiſa, aut diuiſibilis, per prius & poſterius, etiam ſi ſumerentẽ
fundamentaliter, ſed vt vniformitatem oĩmodam habens, ſuſcipere intelligitur æternitatẽ; ſicut
è diuerſo, motus vt difformitatem retinens, habet, vt dictum eſt, ſuſcipere tempus. Quo fit, vt eſ-
ſe diuinum durans vniformiter, ſit ſuo modo, æternitatis ſubiectum, & per hoc, vt quodam pa-
cto, indiuiſibiliter habens ſeſe: quoniam & vniformitas, cum vnitatem quampiam dicat, haud
obſcurum, ꝙ & indiuiſibilitatem pariter ponit. Ergo quantitas durationis eſſe diuini, vt indi-
uiſa, menſuratum erit ab æternitate.

Et quamq̃ ex dictis hucuſq;, non apparet, quid æternitas eſt, niſi imperfectè, & quaſi confuſè,
eo ꝙ hactenus explicatum non eſt, quid illud ſit, quod cõſiſtit in apprehẽſione eius, quod eſt ex-
tra omnem motum, & ſi explicatum eſt illud, in quo ponitur: ideo dicendum eſt, ꝙ illud hoc in
Theoremate ſupponitur, & a Boetio ſatis explicatum eſſe relinquitur: qui quinto de cõſolatio- H
ne ſic dicit. Æternitas eſt tota ſimul, perfecta poſſeſsio, vitæ interminabilis. Et intendit ꝙ ea res,
quæ formaliter eſt æternitas, his habet deſcribi conditionibus: nempe, ꝙ eſt poſſeſsio, quia perfe-
ctam complet ſtabilitatem, hoc eſt, optimo habentem ſe modo, & prȩter hȩc, eſt tota, ac ſimulta-
nea: eſt tota, quia ſemper integra, nunq̃ ſibi quicquam deficiens, eſt ſimultanea, quia non ſucceſ-
ſiua, non labens, non tranſiens: vitȩ interminabilis, ideſt eſſe, & operari ipſius Dei, cuius quia vi-
uẽs, eſſe eſt vita, & quia operatẽ intelligens ac volens, operari eſt viuere, & quia Deus eſt ſine prin
cipio ac fine, eſt eſſe ac operari interminabilis: quoniam tum eſſe, tum operari Deus eſt, qui
actus, ſeu actio pura ſemper eſt.

Sed petet forte quiſpiam, quo pacto tempus ſequitur ex numeratione, prioris & poſterioris
motus, & æternitas ex apprehenſione illius, quod eſt extra omnem motum: cui reſpondeo.

Et

A Et primo, ꝙ hæc, illa ſequuntur, oon in ſe, ſed in cognitione noſtra: ſicut dicuntur ex inſtãtibus
cauſari, iuxta ſententiam D. Thom. Vbi ſupra ar. ad tertium. Secundo, ꝙ ſequuntur illa, non
ex numeratione, & apprehẽſione actualibus, ſed aptitudinalibus: hoc eſt, ex numerabilibus prio
ri & poſteriori &c. & apprehenſibili illius quod eſt extra omnem motum. Tertio, ꝙ ſequuntur
illa, non abſolute, ſed vt actuales menſuræ: hoc eſt, vt exercẽt menſurandi actum. Quod idem eſt,
ac ſi dicatur: vt actu, nobis habent facere certudinem rei. Sed de hac re, aliàs plura.
Petet & alius: in quo differat æternitas, & æternitatis nunc. Cui reſpondetur, ꝙ æternitas, vt
patuit, duratiuam exprimit quantitatem, eſſe & operari interminabilis, vt docet Boetius: quanti
tatem inꝗ duratiuam, vt iodiuiſa, at non intrinſecam, ſed extrinſecam, vt ſua proportione currat
cum tempore, quod extrinſeca quãtitas eſt duratiua motus. Nunc vero ęternitatis, illius dicit in-
diuiſionem: vnde nõ differunt re, ſed ratione, ſicut ſua pro ratione, ęuum & nuoc ęui. Siquidem
ęuum, quãtitas eſt duratiua eſſe primi ęuiterni extrinſeca, vt indiuiſa: & eius voitas: nunc ęui eſt.
Et aduertendum, ꝙ ſicut in tempore ponitur duplex nunc, intrinſecum tempori, & extrinſecum
a tẽpore: ita & in æternitate & ęuo, ſua pro ratione. Intrinſeca dicta ſunt: extrinſeca autem ſunt,
in æternitate vnitas eſſe diuini, ſecũdum ꝙ eſt interminabile, inuariabile, & omnino vniforme:
B in ęuo vnitas eſſe ęuiterni, prout eſt ioterminabile, inuariabile, & vniforme, non omnino, ſed io
intrinſecis, quoniam in extrinſecis eſt variatio annexa. Nec in propoſito diſcrimen fit, inter eſſe
& eſſentiam, tam Dei quàm angeli ſeu ęuiterni.
Deniq;, ſi petatur quomodo tempus diſcretum diſtinguatur ab æuo: Reſpondetur breui, ꝙ
tempus diſcretum, quod introductum creditur ab Auguſtino, & comprehenſum a Philoſopho
in prędicamẽto quãtitatis, ſub termino orationis, dicit numerũ operationum naturalium, ip ſius
primi angeli: at non omnium ſed intellectualium. Et talis numerus, eſt ipſis operationibus con-
cretus, imbibitusq;: conſtans ex earum vnitatibus, comitantibus non earum ſubſtantiã, aut quan
titatem intenſiuam, ſed duratiuam: quæ & reipſa, ſunt idem cum illa. Propter quod, inſtans quod
pars ponitur diſcreti temporis: vel dicta creditur quãtitas vt vna, vel illius vnitas, quod ni fallor,
rectius dictum eſt; Niſi forte quis dicat, ipſam quantitatem, vt vnam, eſſe partem, & illius vnita-
tem eſſe inſtans: quod forſitan non diceretur abſurde, & ſi opinio noua. Et forte adderet quis
quantitatem duratiuam, in propoſito non eſſe iotrinſecam, ſed extrinſecam: vt proportio ſeruet
ad tempus noſtrum. Sed quilibet abundet in ſenſu ſuo. Et hæc modo ſatis, ad laudem Dei.

C
THEOREMA OCTAVVM.

De gratia CHRISTI habituali

HABITVALIS gratia CHRISTI, *poteſt vno modo dici infinita, & alio modo finita.*
Habetur ex D. Thom. 3. par. q. 7. art. 11.

Gratia CHRISTI, oon vnionis ſed habitualis, duobus valet accipi modis: vno modo, ſecun-
dum latitudinem eſſentialem, vel (ſi mauis) entitatiuam: & ſic eſt finita. Nec mirum, cum entitas
ſit creata, & contenta in genere creatarum entitatum; nempe in genere qualitatis, vt ootum eſt.
Et cõfirmatur, quia ſolus Deus infinitus eſt eſſentiali ſeu entitatiua infinitate: cum ipſe ſolus, ſit
ipſum eſſe per eſſentiam, & ob id oulla limitatione conſtans. Alio modo poteſt accipi ſecũdum
latitudinem gradualem: & ſic poteſt dupliciter intelligi infinita. Vno modo abſolute, puta quia
infinitos contioet formaliter gradus, ita ꝙ numerare ſiquis illos incipiat, nunꝗ peruenire poſſit
ad finem. Et tali pacto, non cõceditur infinita: eo ꝙ omnis forma creata, vel creabilis, eſſe debet
io quodam certo ac determinato numero: vt nõ ſolum. 7. Methaph. docet Philoſophus: Sed & ſa-
D piens. 13. Sapientię. Et merito, quia oĩs eſt propter determinatũ finẽ: vt D. tradit Tho. vbi ſ. ar. 12.
Alio modo infra latitudinem ſuam, vt idem ſit dictu, ꝙ eſt infinita, ideſt noo eſt limitata, infra
terminos proprię latitudiois: ideſt, eſt infinita, qoia cõtinet totam latitudinem gratiæ. Et hic eſt
ſenſus D. Thom. in hoc Theoremate: vnde ſeipſum exponens ait. Gratia CHRISTI dici poteſt
infinita: eo ꝙ oon limitatur. Habet enim quicquid pertioet ad rationem gratiæ. Hæc ille. art. 11.
Poteſt etiam dici infinita gradualiter, non formaliter, ſed virtualiter: quia inꝗ, habet ſeſe, ac
ſi eſſet in gradibus iofinita. Vterq; dicendi modus eſt verus, & aduertẽdus; præſertim cũ D. Tho.
a multis ſit perperam, hac io re, intellectus. Ergo dicendum, ꝙ gratia CHRISTI, fuit ſimplici-
ter finita, & eſſentialiter, & gradualiter: tam & ſi quia io eo, ſecundum totam gratiæ extitit
latitudinem, iofinita dici valeat, præinductis modis: non ſecus ac lux in Sole & calor, infinitatem
dicitur habere in igne. Et hęc ſatis, ad laudem Dei.

Theorema

THEOREMA SECVNDVM. E

De ſacratiſsimo incarnationis myſterio.

Q*VAMQVAM ſolus Dei Filius, hanc humanitatem, & ſingulas eius partes, in eodē inſtanti ad vnitatem ſuæ perſonalitatis, totius Trinitatis opera, aſſumpſerit, perſonaliterq́; terminauerit, ita tamen quòd executionis ordine, carnem non aſſumpſerit, niſi mediante anima, & totum niſi partibus peraſſumptis: Poſsibile tamen fuit, vt eandem humanitatem ſingularem, quælibet trium perſonarum ſeorſum, & omnes etiam ſimul, aſſumerēt ac perſonaliter terminarent: Poſsibile & quòd hic Deus, per ſe primo aſſumeret & terminaret, non terminantibus, aut perſonaliter aſſumētibus, tribus perſonis: Poſsibile demum, & quòd hic Deus aſſumeret, ſuoq́; pacto terminaret, aſſumentibus ac perſonaliter eandem numero naturam terminantibus ſimul tribus perſonis.* Hæc ex D. Tho. 3. parte.

Illatum.

Alium fatemur ordinem aſſumptorum a verbo, ad illius perſonalitatem, quàm fuiſſet, ſi ſibi dimitteban tur ad perſonalitatem propriam. Et licet aſſumi non valeat natura perſonata, perſonalitate creata: nihil tamen obſtat, eandem aſſumi, quando eſt perſonata perſonalitate Diuina. Ex eodem vbi ſupra. F

Excuſsio, Defenſioq́; Theorematis.

Cum Theorematis partes, verbaq́; ſint ſatis illuſtria: non multis eſt opus. *Quamquàm* inquit *ſolus Dei filius*, Verbum ſummi Patris, *hanc humanitatem.* non hunc hominem(nam hęc humanitas, nomen eſt ſingularis naturæ: & hic homo, nomen eſt perſonæ, ſiue humani ſuppoſiti. Et palam eſt ex Damaſceno, ꝙ non hominem, ſed naturam aſſumpſit in athomo, hoc eſt indiuiduam & ſingularem) *Et ſingulas eius partes*: de eſſentialibus phyſicisq́;, maxime ſermo eſt, quales ſunt materia & forma, ſeu corpus & anima. *In eodem inſtanti*, temporis, quod multiplex complectitur inſtans naturæ. *Ad vnitatem ſuæ perſonalitatis.* quæ vnitas eſt longe arctior, longeq́, præſtantior, vnitate naturalis perſonalitatis, *Totius Trinitatis opera.* Nam aſſumptio, cū opus ſit Dei, vt vocāt, ad extra, neceſſario, ex parte qua actio, à tota proficiſcitur Trinitate, & ſi ex parte termini, deſinit in ſola perſona filij. Propter quod non mirum, ſi non Pater, non Spiritus ſanctus, ſed tātum Verbum factum eſt homo. *Aſſumpſerit perſonaliterq́; terminauerit.* Et ſi non renuo, has voces Theologis ſæpe confundi: ſunt tamen, propria ex ratione diſtinctæ. Aſſumere enim, vt vox ſonat, & D. Tho. approbat, eſt aliquid ad ſe ſumere, ſeu trahere: & terminare, (vt hoc in myſterio, eſt in vſu) G eſt aliquid perſonalitati vnire. Dico, vt hoc in myſterio eſt in vſu, quia terminare non vtimur nunc quouis pacto, puta vt linea terminatur puncto, & ſuperficie corpus: ſed eo. quo ſingularis natura terminatur perſonalitate, ſi eſt ſubſtātia rationalis; vel ſuppoſitalitate ſi inferior eſt rationali. *Ita tamen quòd executionis ordine*. Duplex ſine controuerſia, in rebus conſtituendis inuenitur ordo, intentionis inq̄ & executionis: qui &, communi lege, ſunt eouſq́; diuerſi ꝙ primum in intentione, poſtremum eſt in executione, & primum in executione, vltimum eſt in intētione. Nā primo intendo facere domum, & tandem pręparare materiam, & exequendo, primo apto materiam, & demum conſtituo domum. Ergo etſi in myſterio incarnationis, aſſumptio primo loco tendit ad hanc naturam, inchoatio tamen, principium orditur ab eius partibus, anima inq̄ & corpore. Sed iam incipiunt ſcopuli: propter ea, quæ Theorema ſubiungit. Nēpe ꝙ, *carnem non aſſumpſit niſi mediante anima, & totum, niſi partibus præaſſumptis.*

Et quod attinet carnem & animam, vt res ſit perſpicua, aduertēdum ꝙ etſi admittunt omnes non ſolum incarnationis opus, inchoatum a partibus, ſed & carnem, nō eſſe aſſumptam niſi per animam, propterea ꝙ caro non erat aſſumptibilis, niſi animata, imo & humana reddita (non erat inq̄ aſſumptibilis, loquendo de Dei potētia ordinaria, & de aſſumptibilitate congruentiæ: quod H dixerim, quoniam licet aſſumptibilitas, ad potentiam rei ſpectet obedientialē, per quam res eſt apta nata in omnibus ſubijci Deo, noſtro humanoq́; non videretur cōuenire iudicio, ſi caro fuiſſet aſſumpta ſine anima, aut ſine humana vita) nihilominus nō cōſentiunt omnes, in earum partium aſſumptione: dum quidam volunt ꝙ ambæ, anima inq̄ & corpus, aſſumptæ ſint ſimul: alij ꝙ anima aſſumpta ſit ante corpus, naturæ prioritate.

Illi hunc in modum, rem ſtatuunt. Dicunt animam ideo medium dictam: quia per illam, caro vt dictum eſt, redditur aſſumptibilis congruenter. Et in hoc, non habent, qui contradicant. Et ſubdunt: ꝙ cum anima CHRISTI, eiuſdem ſit naturæ, cum animabus noſtris, haud dubium ꝙ in illius creata eſt corpore. Et in ijs nemo repugnat. Et addunt: ꝙ q̄ primum eſt in corpore, tam primum illud viuificat, & humanum reddit. Quod & fatentur omnes. Et demum inferunt: Ergo

anima

A anima non prius natura aſſumitur q̃ corpus,ſed ſimul cum eo. Ergo, vt eorum vtar verbis, anima medium eſt, vt quo, & non vt quod:hoc eſt, anima eſt cuius opera, ſeu cauſalitate, caro ſit aſſumptibilis:& non eſt prius aſſumpta q̃ illa.

Iſti autem in hoc poſtremo diſſentiunt:quoniam medium animā in aſſumptione conſtituūt, non ſolum vt quo,ſed vt quod:docentes illam non ſolum carnem aſſumptibilē reddere, ſed natura prius aſſumi q̃ caro: Et hoc, non modo quia nihil, huic rei videtur obſtare, ſed & quia videtur animæ dignitati congruere. Cum enim aſſumptibilis ſit ex ſe, ſuam ob præſtantiam, & caro non ſit aſſumptibilis,niſi per animam ob ſuam imperfectionem; conſonum videtur ꝙ ab anima aſſumptio ſit inchoata:ſemper enim,quod eſt per ſe tale, præcedit quod eſt per accidens tale, vt philoſophi dicunt. Et licet hoc in myſterio,opus nō ſit rem,legibus naturæ aſtringere eo ꝙ tota ratio facti,vt Aug.inquit,omnipotentia eſt facientis: quia tamen, naturæ auctor, naturam non deſpicit,præſertim cum magnificentiam non obſcurat ſui operis: indubie contemnenda nō eſt. Et horum ſententiæ,non inuitus ſubſcribo.

Et licet,præcedens poſitio inſignes habeat fautores:non tamē apparet,meo iudicio, quo inferatur iure:anima creatur in corpore, priusq̃ informet,humanumq; largitur eſſe, q̃ aſſumatur: er-
B go nō prius natura aſſumitur,q̃ aſſumatur corpus. Siquidem prius natura creatur, q̃ infundatur, & prius natura infunditur,q̃ humanum largiatur eſſe: quid ergo impedit,vt anima natura prius nō poſsit aſſumi,q̃ caro? Nihil obſtat huic rei,ni fallor. Sequit̃. *Et totum,niſi partibus præaſſumptis.* Supponitur,totum diſtingui a partibus,etiam ſimul ſumptis:ſicut & veritas eſt, & vt plurimum habetur vt comperta explorataq;. Addit enim totum partibus ſimul acceptis,formam totius,puta huic animæ,& huic carni,hanc humanitatem:quæ cum fuerit perſonata,ideſt ſua perſonalitate completa terminataq;, ſuiſq, in partibus recepta, hunc reddit hominem, hoc eſt, hanc perſonam,ſuppoſitumuè.

Verum contra premiſſa,in quibus & prima abſoluitur Theorematis pars;inſtant nonnulli. Et quidam nituntur oſtendere, prius,executionis ordine,hanc humanitatem fuiſſe aſſumptam, & deinde extenſione quadam,aſſumptas illius eſſentiales partes, hanc inq̃ animā, & hanc carnem ſeu hoc corpus. Et argumentantur hunc in modum. Quod prius eſt,ſuaptenatura perſonabile, perſonatumq; fuiſſet,ſi relictum eſſet ſuæ naturæ primo fuit aſſumptum:patet quia perſonalitas verbi,loco fuit perſonalitatis humanæ, & ob id, eo debuit coniungi pacto, quo coniuncta fuiſ-
C ſet humana: Sed hæc natura prius fuiſſet perſonata, & deinceps perſonalitas ad partes,de quibus ſermo,fuiſſet extenſa;quod conſtat ex naturæ progreſſu,ordineq;:ergo non prius partes,ſed hęc natura, fuiſſet aſſumpta perſonataq;.

Reſpondent aliqui admittendo,ꝙ licet ſic naturæ ordo requireret:tamen hoc in myſterio,nō eo eſt ſpectandum,ſed in Dei omnipotentiam, quæ naturæ non aſtringitur legi,negocium hoc eſt reijciendum,cui placuit ſecus facere:& ſic factum eſſe,haud ſimplici ſigno oſtendit. Et primū eſt:quia cum poſtremum in compoſitione,primum ſit in reſolutione vt experientia docet,conſtetq; ꝙ in CHRISTI morte, reſoluta eſt ſua humanitas,quoniam deſijt,reſoluta inq̃ eſt primo: haud obſcure,tali demonſtratur pacto,ꝙ non primo, ſed poſtremo aſſumpta eſt loco. Secūdum eſt:ꝙ deſinēte, hac CHRISTI humanitate,ſi per eam aſſumptio,ad partes fuiſſet extenſa partes in morte fuiſſent aſſumptione deſtitutę:quod tamen nullus dicit. Quin & ſine noua earū aſſumptione,illius tum anima,tum corpus,remanſerunt aſſumptę,& verbi perſonalitate donatæ.

Verum, mea poteſt ſententia aliter dici:& non ſolum exactius,ſed & congruentius. Ergo recolendum ex dictis,aliud eſſe aſſumere,& aliud perſonare:& ob id,ꝙ alius aſsignari poteſt executionis ordo,in hoc,& alius in illo. Igitur dici poteſt,& recte & congrue: nempe ꝙ licet Dei ver-
D bum executionis ordine, prius aſſumpſerit partes, q̃ totum, & inter partes,animam prius q̃ carnem:non tamen partes,prius ſunt perſonatę q̃ totum, aut vna earum q̃ alia,ſed vtraq; ſimul. Ergo etſi poſterius, hæc natura eſt aſſumpta, prius tamen eſt peſonata: non ſecus ac factum eſſet,ſi perſonalitas interueniſſet propria naturaliſq;. Nec ſequitur quicquàm abſurdi: quoniā licet ex hoc,ꝙ primo,hęc reſoluta fuit humanitas,deduci valeat,ꝙ non primo,ſed poſtremo fuit aſſumpta:non tamen,ꝙ non primo,ſed poſtremo fuerit perſonata. Nec mirum;cum in via aſſumptionis,ex imperfecto tendatur ad perfectum,& in via perſonationis econtra. Et fundamentum eſt: quia aſſumendo progreſſus eſt conſtructiuus, & perſonādo extenſiuus: quare iure ibi reſolutio incipit a poſtremo:hic vero a primo.

Minus ſequitur,ꝙ in morte,noua facta ſit perſonatio: quoniam vt probe docuit D.Tho. licet per totum,pſonatæ ſint partes, id verū fuit in fieri,& non in facto eſſe:quandoquidē etſi mediū

ſuit vt perſonarentur,non tamen eo pacto,vt eo deſinente deſinerent perſonari.Sicut enim ini E
ta eſt copula matrimonij ab aliquo,ob pulchritudinem coniugis: quæ tamen ea amiſſa non de-
ſinit, aut quouis pacto relaxatur. Sic licet in mortis triduo deſierit perſonari CHRISTI hu-
manitas,quippe quæ deſijt:non tamen deſierunt perſonari quæ remanſerunt partes. Et quam-
uis caro deſtituta fuerit vita, quin & eſſe humano: non propterea Diuinam exuit perſonalita-
tem. Nam licet eſſe viuum,eſſeuè humanum medium admitteretur in perſonatione, ſicut ad-
miſſum eſt medium in aſſumptione: quia tamen aſſumptio illius extitit efficaciæ, vt in morte,
non fuerit denuo facta,eo q verbum ad ſe carnem traxit,nedum vt viuam,& humanam,ſed cor
poream & mixtam, et ſi ex vita eſſeq; humano, aſſumptio nacta ſit congruentiam: cur & per-
ſonatio, non erit con ſimilis roboris & efficaciȩ.

Sed dicis. (Mittamus qui totum a partibus non diſtingunt ſimul ſumptis,quibus prȩfatus exe
cutionis ordo nequit probari) ſolum illos audire liceat, qui forte non abſurdè aſſerunt:q mox,
ſimulq; perſonato toto, perſonatæ ſunt partes:propterea q totum nec eſt, nec intelligitur ſine
partibus.Ergo,cum natura non abundet in ſuperfluis, ſimultaneaq; ſatis ſit, totius & partium
perſonatio: fruſtrà totum prius dicitur perſonatum, q̄ partes. Reſpondetur q licet perſonato
toto,mox ſimulq; perſonatæ intelligantur partes,vt ſunt vnum in toto,quia tamen hoc in ſacra F
mento partes nō mō ſunt perſonatæ, vt ſunt vnum in toto, ſed & vt res quædam ſunt in ſeſe (ſi-
quidem deſtructo,vt diximus,toto,noua non ſunt partes perſonatione donatȩ) palam q̄ fragile
ſit quod obijcitur. Ex ijs,nōſtro iudicio,prima Theorematis pars,nō ſolum reddita eſt illuſtris:
ſed & ab obiectis vindicata, vt facile eſt animaduertere.

Secunda pars. *Poſsibile tamen fuit, vt eandem numero humanitatem, quælibet trium perſonarum ſeorſum,
& omnes etiam ſimul aſſumerent, perſonarentq;.* Quod attinet ad vnamquāq; perſonam ſeorſum:ne
mo quidem,ni fallor,ibit inficias, cum non ſit maior ratio de vna q̄ de alia. Omnes enim vnius
ſunt poteſtatis,& eiuſmet eminentiȩ:& ſi non detrectatur,id multis titulis,potiſsimū congrue-
te verbo,vt paſsim probant Theologi. Verum quod de omnibus ſimul, aſſeritur:nonnullis ab-
ſurdum apparet, prima facie. Et præter id, q ea res, naturalibus denegata eſt perſonalitatibus,
quarum loco Diuinȩ ſuccederent, quȩreret forte quis,num eo caſu, ſingulæ perſonarēt ſimul,
an vna poſt aliam. Si ſimul,cum earum quælibet, ſit infinita,haud dubium, q quȩlibet apta na-
ta eſt, totam exhaurire huius naturæ perſonabilitatem. ergo, vel perſonando impedirent ſeſe,
vel nulla perſonaret complete,cum nulla,vt poſſet,perſonaret adȩquate.Si vna poſt aliam,con G
ſtat q illa,quæ perſonaret poſt, non perſonaret per ſe:quia non ſubſtantialiter, ſed accidentali-
ter,vt quæ naturam offenderet perſonatam,& ob id incapacem alterius perſonationis.

Verum poſſunt hæc,paruo reſolui negocio. Quare primum attendendum,magnum eſſe di-
ſcrimen,inter perſonalitatem naturalem,& perſonalitatem Diuinam;in comparatione prȩſer-
tim,ad hāc naturam humanam: Siquidē naturalis,ad illā ſe habet,vt proximus, proprius & adȩ-
quatus effectus:& vt proprius & adæquatus ſuæ naturalis perſonabilitatis actus,terminusuè. At
Diuina,nec ab hac proficiſcitur humanitate:nec perſonat, vt naturalis, ſed obedientialis perſo-
nabilitatis actus ſeu terminus. Hæc etſi debent eſſe comperta: forte non erit ingratum, ſi paulo
plus reddantur illuſtria. Dico, naturalem ex hac proficiſci natura, vt effectus:eo q ad illā ſequi-
tur,quaſi vt paſsio,ſeu proprietas quædam.Sequitur inq̄ proxime:etſi radicaliter; ex illius profi
ciſcatur partibus,hac ſcilicet anima, & hoc corpore:ex illa vt rationem continet ſubſiſtentiæ,&
ex hoc,vt rationem continet incommunicabilitatis (ſiquidem vtrunq; rationem perſonalitatis
complecti:exploratiſsimū eſt) Et vt effectus proprius:propterea q ab alia nequit progredi cau-
ſa, præſertim proxima & immediata. Et vt adæquatus: quippe qui ab illa progreditur, iuxta to-
tam illius vim. H

Dico,q eſt proprius, & adæquatus,naturalis pſonaiblitatis actus, terminusuè:quoniā in hac
natura,aptitudo eſt naturalis ad perſonari,quæ eſt aptitudo ſignata,dearticulataq;,ita reſpectu
huius perſonalitatis,q non alius. Et cum aptitudo hȩc, habeat rationem potentiæ reſpectu hu-
ius,& non alterius perſonalitatis,nempe Socraticȩ, & non Platonicæ (non enim futurus eſt Pla-
to,ſed Socrates) palam q inter illam & perſonalitatem ſuam,adȩquatio eſt. Si enim naturalis po
tentia,ad naturalem (vt notum eſt) ordinata eſt actum:conſequens eſt,vt hȩc naturalis, ad hunc
naturalem ordinata ſit. Dico, actum vel terminum: quoniam perſonalitas naturalis, vtrunque
quodam complectitur pacto; actuat enim cum compleat ſuo modo:& terminat, quia eouſque
huius naturȩ progreſsio ac conſummatio eſt.Quòd autem Diuina (vt ſubditur)perſonalitas,ab
hac non proficiſcatur humanitate: nemo ſanæ mentis addubitat. Similiter & q perſonare eam

A non dicitur, vt naturalis, ſed vt obedientialis, perſonalitatis (omni ſublatā imperfectione) actus eſt; quiuis exploratiſsimum habet. Licet enim perſonalitas Diuina, locum ſuppleat perſonalitatis humanæ: quia tamen non humani, ſed Diuini eſt ordinis, non ad perſonalitatem ſpectat humanam, ſed obedientiæ.

Ex quo ſequitur, ꝙ non ſolum, licet humanitas, Diuina terminata perſonalitate, ex parte perſonabilitatis naturalis, non eſt formaliter, ſed tantum æquiualenter expleta: verum & ꝙ non eſt exhauſta perſonabilitas obedientiæ, vt quę tantę eſt amplitudinis, ꝙ licet ſit actuata, nunq̄ tamē, eſt prorſus abſorpta. Ita enim illa ſemper remanet capacitas, vt ex ea, vel in ea, fieri ſemper poſsit quicquid Deus decreuerit fieri. Quare ex ijs arduum non eſt agnoſcere, cur in hac ſecunda Theorematis parte, dictum eſt; eandem humanitatem numero, poſſe a qualibet trium perſonarum, tum ſeorſum, tum ſimul aſſumi, cum earum nulla, totam exhauriat perſonabilitatē obedientiæ: & q̄ erudite dictum è diuerſo ſit de perſonalitatibus naturalibus, propter oppoſitam rationem. Conſtat & ex eiſmet: cur non excludant à conſortio ſe ſe in eadem numero humanitate perſonalitates Diuinæ: & cur ſe excludant humanæ. Siquidem (vt iterum dicam) hę excludunt ſe, quia coram qualibet, totam haurit ſatiatq; perſonabilitatem naturæ huius: & illæ nō totam

B exhauriunt perſonabilitatem obedientiæ.

Quòd ſi dicas: nonne pſonalitates Diuinæ ſunt infinitæ? Cur ergo, non quęlibet, obedientiæ abſorbebit perſonabilitatem? Dicitur primo, ꝙ perſonabilitas, vt dictum eſt obedientiæ, cum nunq̄ abſorberi valeat, niſi Dei abſorbeatur omnipotentia: palam ꝙ falſum aſſumitur. Deinde dicitur, ꝙ eſto ſic poſſet: conſtat ꝙ ſicut Diuinæ perſonæ (etſi infinitæ, etſi eminentię ſunt ſupremæ) ſunt nihilominus, quodam pacto, rationis diuerſæ: ſicut & diuerſæ ſunt perſonales relationes. Qua de re, licet perſona filij, totam exhaurriret perſonabilitatem, quæ nata eſſet terminari, per hypoſtaſim filij: non propterea exhauriret perſonabilitatem, quę nata eſt terminari, per hypoſtaſim Patris, aut Spiritus ſancti. Ergo conceſſo, ꝙ obedientialis perſonabilitas, per filij abſorberetur perſonalitatem. obedientialis tamen perſonabilitas tum Patris, tum Spiritus ſancti, non, niſi per eorum abſorberetur perſonalitates. Sicut enim perſonalitates ſunt aliæ, ita & obedientiæ potentiæ ad eas, ſunt diuerſæ; non minus q̄ poſſe ſanari & poſſe infirmari, iuxta doctrinam Philoſophi. Sequitur reliquum Theorematis.

Poſsibile & quòd hic Deus, per ſe primo, aſſumptionem terminaret, non terminantibus illam tribus perſo-

C *nis: Poſsibile demū, & quòd hic Deus aſſumeret terminaretq;, aſſumentibus, terminántibusq́; tribus hypoſtaſibus.* Dictum eſt ſatis, de hoc Deo, deq; illius ſingulariſsima ſubſiſtentia, & incompleta, vt expoſitum fuit, perſonalitate, in præcedenti Theoremate: Dictum eſt, & paulo ante, ꝙ etſi aſſumere, non eſt perſonare, terminare tamen aſſumptionem (vt hoc recipitur in ſacramento) eſt perſonatum reddere, ſiue complete, ſiue incomplete, iuxta perſonalitatum rationem. Et notum eſt, ꝙ per ſe primo, & ſi Philoſophis non ſemper eodem accipitur pacto, in propoſito tamē, per ſe, excludit per accidens, & primo, per aliud: ergo eſt ſenſus. Hunc Deum, hâc poſſe humanitatem ad ſe trahere, eamq; (& ſi incompleta, vt in eo eſt) terminare perſonalitate, non accidentaliter, ſed ſubſtātialiter (eo pacto, quo perſonalitas ad ſubſtantialitatē pertinet) & non alio quouis medio.

Et quoniam cum hac poſitione, valet vtrumq; concedi: nempe, & ꝙ cum hoc Deo terminantes, terminent, & non terminent Diuinæ hypoſtaſes: ideo vtrumq; complectitur Theorema; Cuius cum ſint verba perſpicua, & fundamētum, Dei ſit omnipotentia: nō eſt opus pluribus. Vnus tamen remanet ſcopulus: eo ꝙ perſpectum eſt, in D. Tho. doctrina, Deum hunc, neminem beare, niſi præter ſe, diuinas faciat videre perſonas: quin nec quempiam, aliter poſſe dici beatum, cū vtrūq; neceſſario ſit requiſitum. Ergo videtur ꝙ non poſsit a Deo hæc natura dici aſſumpta, mi-

D nusq; terminata, niſi & illam, tres ſimiliter ſumant terminentq; hypoſtaſes. Ergo non recte huius portionis prima pars ponitur, aſſeriturq;. Verū hæc non cogunt. Quare primo conſideretur, ꝙ multum diſtat, loqui de facto, & loqui de poſsibili. Siquidem, hic Deus de facto non beat, niſi tres perſonę ad beandum concurrant: eo ꝙ beatitudo in Dei conſiſtit, non qua volueris viſione, ſed in ea qua videtur, ſicuti eſt. Ergo ſi eſt trinus, nullus poteſt eſſe beatus, niſi videat Trinitatē, treſuè hypoſtaſes. Quare id in ſummam Dei reiiciendum eſt liberalitatem: qui tam inſigni dignatus eſt creaturam donare fœlicitate. Verum cum hoc in myſterio, cum nobis nota non ſit Diuina voluntas, affertur quod noſtra pro imbecillitate concipimus; ac quod Deo non repugnare cognoſcimus, vti ſibi poſsibile definimus.

Secundo conſideretur, ꝙ etſi perſonalitate terminari, eſt quidem ad ſubſtantiæ pertinens rationem: non tamen eſt, penetrari, ſed nanciſci ſubſiſtentiam, At a Deo beari, eſt non ſolum in

eum traijci ſorberiq́;,ſed et Deum ipſum penetrare, ac illum mirum in modum fieri: ergo debi- E
lis reſtat obectio,& facile declinatur ſcopulus. Licet itaq;, vtrúq; opus ſit Dei:quia tamen beati-
tudo nó eſt,ſine penetratione, non mirum ſi non ſit, ſine viſione hypoſtaſum. Verum quia per-
ſonare eſt, vt dictum eſt, tantum terminare, & tali pacto ſubſiſtentiam elargiri: nil obſtat, vt ab
hoc conferatur Deo,abſque eo, ꝙ eam in diuinas reijciamus hypoſtaſes. Hæc pro Theoremate:
Nunc pauca de Illato,ſeu Corrolario.

Illati examen conſtitutioq́;.

*Alium fatemur ordinem aſſumptorum a Verbo, ad perſonalitatem eius, quàm fuiſſet, ſi ſibi dimittebantur
ad perſonalitatem propriam.* Hæc prima Corrolarij pars, ſatis eſt, ex præmiſsis perſpicua. Siquidem
dictum eſt,aſſumpta a verbo, ad perſonalitatẽ propriã, ordinẽ habere perſonabilitatis naturalis;
& ad perſonalitatem Diuinam, perſonabilitatis obedientię: rurſum reſpectu naturalis,ordo ne-
dum eſt perſonalis,ſed & cauſalis,& reſpectu Diuinæ, eſt tantum perſonalis,& non cauſalis: Ter
tio,reſpectu naturalis,eſt nó ſolum terminabilis vnice ſed & adæquate;reſpectu Diuinæ,eſt qui-
dem terminabilis,ſed nec vnice,nec adæquate. Sequitur ſecunda pars.
Licet aſſumi non poſsit natura ſubſiſtens ſeu perſonata, perſonalitate humana: nil tamen prohibet eandem aſ F
ſumi, quando ſubſiſtit ac perſonatur perſonalitate Diuina. Et ſi hæc pars, de Diuina intellecta poteſta-
te (quam vocant, ordinariam, quæ & ſupponit electionem Diuinæ voluntatis, & iudicium, ac
conſilium Diuinę ſapiẽtiæ) nullam patietur anguſtiam, nullum obſtaculum tũ propter vtriuſq;
perſonalitatis diſcrimen, de quo ſatis dictum eſt ſupra, tum propter factum aſſumptionis verbi,
in qua ſine propria aſſumpta eſt perſonalitate,& demum, quia communis id Theologorum ſen
tentia probat: quia tamen ab aliquibus, etiam de Diuina admittitur omnipotẽtia abſoluta, non
puto extra rem, ſi & in hoc excutiatur ſenſu.

Sunt ergo, qui aſſerunt, etiam Diuina attenta omnipotentia ſimpliciter, creatam naturam,
naturaliter perſonatam, nullo pacto poſſe, à qua volueris Diuinarum perſonarũ aſſumi: & hoc
aiunt, quia contradictionem continet. Quod & nituntur diuerſis modis oſtendere. Aliqui dicẽ-
do, ꝙ illa natura, ſimul ſubſiſteret in ſeſe, nempe per naturalem, & non ſubſiſteret in ſeſe, nem-
pe per diuinam: Alij, quia perſonalitas aſſumeretur ad perſonalitatem, & ſic hęc natura, redde-
retur vna, & nó vna perſona. Siquidem aſſumeretur natura, propria perſonalitate terminata,&
propterea perſonata: ergo aſſumpta natura aſſumeretur perſona. Ergo ſicut illa ad vnitatem aſ- G
ſumeretut perſonalem, ita & iſta. Ergo duę & non duæ perſonę.

Verum vt meam non diffitear imbecillitatem, in hoc contradictionem non capio. Si enim cõ
tradictio, vt dicunt, eſt affirmatio & negatio eiuſdem, de eodem, ad idem, ſecundum idem, ſimi-
liter, & in eodẽ tempore: palam ꝙ in prædictis locum non habet. Siquidẽ ſi hæc humanitas perſo
nata eſt, perſonalitate propria, profecto in ea euacuata abſorptaq; eſt perſonabilitas naturalis: ſed
non apparet, cur perſonabilitas in ea non remaneat obedientię. Quare non eſt contradictio, ſi-
quis aſſerat, hanc naturam perſonatam perſonalitate naturali, perſonabilem fore perſonalitate
Diuina: quoniam hęc illi non congruũt ſecundum idem, & ad idem, quod poſtulat cõtradictio.
Et licet in ſe, & non in ſe ſubſiſtere, videantur contradictorie repugnare: id tamẽ eſt falſum cum
non ſit reſpectu eiuſdem ſubſiſtentiæ. Quare non implicat, ſubſiſtere in ſeſe ſubſiſtentia pro-
pria, & ſubſiſtere non in ſeſe, ſed in alio ſubſiſtentia aliena.

Igitur, mea ſententia eſt, Si Deo placuiſſet, naturam, quam, præueniendo naturalẽ illius per-
ſonationem, imo & emanationem perſonalitatis propriæ, poſt emanationem perſonalitatis ſuę,
& naturalem perſonationem per eam, aſſumere: puto ꝙ illius attenta omnipotentia abſolute, id
facere potuiſſet, etiam non destructa perſonalitate naturali: & quod ſecus ſonare videntur nónul H
li Theologi, de ordinata Dei interpretarer poteſtate: nec videtur conſonum, ꝙ hoc in myſterio
Dei omnipotentia excutienda ſit abſolute, minuſq; coarctanda noſtris conceptionibus, quan-
do illi nullum verbum eſt impoſsibile. Verum non renuo oculatiores hac in re, & in alijs,
quibus libenter ſemper aſſentio. Illud autem quod magnifit, & attactum eſt: Nempe ꝙ ſi na-
tura aſſumeretur perſonata, aſſumeretur perſona, ſeu perſonalitas ad vnitatem perſonæ: poteſt
ni fallor, non multo declinari negotio, hunc quidem in modum.

Poſſet primum eo reſponderi pacto: quo ſi humanitas perſonata a Verbo perſonaretur a Spi-
ritu ſancto; eſſet quidem perſonata verbi perſona: & tamen nó diceretur perſonari perſona, vel
perſonalitas verbi. Nec Imerito, quia ea in humanitate, perſonatione verbi, perſonabilitas non
abſorbetur, ſeu euacuatur a perſona Spiritus ſancti: tum quia nó abſorbetur perſonabilitas obe-
dientię

A dientiæ,tum quia ſi illa abſorberetur quę eſt ad verbum, non abſorberetur quæ eſt ad Spiritum ſanctum,vt in pręcedentibus dictum eſt. Igitur pariformiter,& forte magis efficaciter, diceretur ad præſens: quia eſto euacuata foret perſonabilitas naturalis, non tamē euacuata dici poſſet perſonabilitas obedientiæ. Amplius.

Si (vt ſupponimus) alia realiter entitas eſt, perſonalitas naturalis,ab ipſa ſingulari natura (etiā ꝙ naturæ ſit annexa;etiam ꝙ illam perſonaliter compleat) non video,qua ratione, Diuina cogatur omnipotentia, ſi naturam ita perſonatam, velit quampiam diuinarum perſonare hypoſtaſum,vt vna,cum natura,perſonet perſonalitatem,illam perſonaliter illi coniungendo perſonæ. Licet quidem ſequatur neceſſario, ꝙ remanente perſonalitate creata, illa foret quodam pacto, diuinæ perſonalitati coniuncta;nō tamen vti perſonalis dicitur vnio,ſed alia ratione. Repugnat enim perſonalitati,vt perſonalitas eſt,perſonari,ſicut & conſtitutiuo, vt conſtitutiuum eſt conſtitui.ergo ſi perſonalitas,vnita dicitur perſonalitati,id nō fit,ratione ſui,ſed alterius: puta quia vtraq; in vna eademq; vniuntur natura,ſicut & ſua pro ratione, poſſumus in Deitate & ſuis hypoſtaſibus animaduertere. Et hæc ſatis, ad laudem Dei.

B

THEOREMA TERTIVM.

De admirabili ac tremendo Sacramento altaris.

IN admirabili,ac tremendo,Sacramento altaris, totum integrumq; CHRISTVM, *ſub ſpeciebus panis,& totum ac integrum, ſub accidentibus vini: quin & totum ac integrum ſub qualibet eorundem ſenſibili portiuncula, fatemur veraciter contineri non quidem localiter, non diuiſibiliter, ſed ineffabili quodam,nobisq; non facile intelligibili modo: non remanentibus ſubſtantia panis,& ſubſtantia vini, ſed deſinentibus; non tamen in materiam præiacentem elementaue reſolutis, aut per ſe, vel per accidens annihilatis, ſed tranſubſtantiatis, hoc eſt, prorſus totaliterq; (vt loquuntur) conuerſis,illa quidem in corpus* CHRISTI; *hac vero in ſanguinem eius. Et licet conſecratione peracta,* CHRISTI *corpus nouiter ſit,quod erat ſubſtantia panis, & ſanguis eius, nouiter ſit quod erat ſubſtantia vini: nullam tamen ex iis nouitatibus,admittimus mutationem,in corpore,aut ſanguine* CHRISTI. Hæc ex D.Tho.3.par.

Illatum, ſeu Corrolarium.

Licet quotidie in Eccleſia, Sacramentum hoc, ſimul & ſacrificium, vtraq; ſub ſpecie a Sacerdotibus of-
C *feratur ſumaturq;: paris tamen vtilitatis eſt laycis, ſi altera ſub ſpecie tantum ſumant,nempe ſub ſpecie panis: quin & expedit, vt ita fiat.* Ex eiuſmet doctrina.

Excuſſio, Defenſioq;. Theorematis.

Primum recolendum eſt, Sacramentum hoc, ſiue ex parte ſpecierum panis, ſiue ex parte ſpecierum vini, duo complecti; ſicut & ex duobus conſtat, quodā ineffabili modo. Nempe ex accidentibus panis,& CHRISTI corpore, & ex accidentibus vini, & illius ſanguine. Et notum eſt, ſacramentales ſpecies,aliquando dici ſacramentum,co ꝙ ſacræ rei ſunt ſignum,& ſacramentum nouę legis inſigne,vt quę non modo continent & conferunt gratiam,ſed continent & conferūt Dominum gratiæ: Et CHRISTI corpus, vel ſanguinem, dici ſacramentum, & res ſacramenti. Sacramentum,quia non ſolum res eſt arcana; id enim & ea vox nonnunꝙ̄ ſignificat (Sacramentū regis abſcondere bonum eſt, Et ſacramenta ſeptem ſtellarum eſt hoc) non ſolum, quia ſignum eſt illius ardentiſsimę charitatis,qua fidelibus ſe dedit in cibum & potum:ſed & quia nobis memorat ſuam mortem,cum ibi contineatur vt corpus oblatum,& vt ſanguis profuſus in cruce: vt probatum eſt cū miſſam oſtendimus ſacrificium: Rem ſacramēti,quia res eſt,præfatis ſub ſpecie-
D bus contenta,per quas eſt ſumenti exhibita collataq;:quæ non ſolū eſt gratia,quia gratis conceſſa,ſed & quia totius fons & origo eſt gratiæ. Et gratiam demū, hoc eſt, internam ſpiritualemq; refectionem,quam præſtat hoc ſacramentum,rite ſumentibus ac digne communicantibus, rem dici ſacramenti. Quæ refectio,non eſt ſine inſigni gratia,re quidem,gratifica,ſed ea pręſtantia ac copia;vt inde non immerito ſacramento impoſitum ſit Euchariſtię nomen.

Deinde conſiderandum, Altaris ſacramētum, iure dici mirabile:cum in eo CHRISTVS memoriam omnium ſuorum conſtituerit mirabilium, ſicut aliquando Propheta refert. Dicitur & iure tremendum (quod eſt verbum D. Chryſoſtomi) quia ſi qui indigne manducat & bibit iudicium ſibi manducat & bibit; quanto magis,qui non ſolum manducat & bibit, ſed conficit, & offert? Quare non ab re, & in præfatione dictum eſt; ꝙ tremunt cœleſtes poteſtates. Altaris autē dicitur,quia ſuper altare celebratur: ſicut & cœnę quia in vltima CHRISTI cœna confectum,

inſtitutumq;

inſtitutúmq; eſt. Tertio aduertendum, ꝙ CHRISTVS integre, ſeu (vt loquuntur) totaliter ac- E
ceptus, complectitur Diuinitatem, animam, corpus, ſanguinem, partes corporis omnes, & omnia
accidentia, & potiſsimum abſoluta, & intrinſecus aduenietia. Qua in re attendenda ſunt plura.
Primum eſt, ꝙ in hoc ſacramento, aliqua ſunt, ex vi ſacramenti, aliqua per concomitantiam:
Cum enim ſacramentorum formæ efficiant quod ſignificant: oportet ꝙ ſub accidentibus panis,
ex vi ſacramenti, tantū ſit CHRISTI corpus, & quę de illius ſunt eſſentiali ratione: & ob id om-
nes ſuę, per ſe partes, in eo quòd CHRISTI corpus.

Sonat autem CHRISTI corpus ad præſens, corpus quidem humanū, ſed anima primo perfe
ctibile: & propterea organizatum, vt ponitur in diffinitione animæ. Propter quod & partes illas
complectitur, quæ ad illud pertinent, tali pacto ſumptum: ergo complectitur materiam huma-
nam. & formam ſaltem vt corpoream: complectitur carnem, oſſa, & neruos, vt ad tale pertinent
corpus. Sanguinem autem, ſi (vt multi putant) de illius non eſt ſubſtantia, eo ꝙ contineri in eo
dicitur, vt vinum in vegete, palam ꝙ ex vi non habetur conſecrationis: Si verò eſt de ſubſtantia;
nempe vt vnus de quatuor humoribus, quatuor correſpōdentibus elementis, ex vi nihilominus
non habetur conſecrationis corporis: quoniā cum ſacramentum hoc, eſt inſtitutum; in corpo-
ris conſecratione, non eſt ita comprehenſus, ꝙ ex vi habeatur conſecrationis, ſub ſpeciebus pa- F
nis, ſed tantum ex vi cōſecrationis ſub ſpeciebus vini. Vnde & in triduo mortis, ſiquis ex apoſto
lis (qui in cœna conſecrati ſunt ſacerdotes) CHRISTI corpus conſecraſſet; in eo ſanguinē (quip-
pe qui ſeparatus erat) non habuiſſet.

Nec omittendum, ꝙ licet CHRISTI corpus, & omnes eius ſubſtantiales partes, ex vi conſe-
crationis ſub panis ſint accidentibus: per ſe tamen primo, eſt ipſum corpus, partes autem, etſi ibi
ſunt per ſe, non tamen primo. Anima vero, preſertim vt anima, non adeſt, niſi cōcomitantia, eo
ꝙ coniuncta corpori: (propter quod non fit in illam conuerſio) et cū adeſt, niſi vt corporeæ for-
mæ vim habet, hoc eſt ſecundum ꝙ gradum preſtat corporeum. Diuinitas quoq; & ſanguis, ſolū
per concomitantiam, ibidem ſunt: ſimiliter & quantitas & alia accidentia. Et idem, ſed ſua pro
ratione, de calicis conſecratione dicendum eſt. Sed dicis. Eſtò hęc ita ſe habeant: dicendū eſt, quo
pacto, illis ſub accidentibus CHRISTI corpus exiſtat: in quo præcipuum eſt huius rei negociū.

Reſpondetur, ꝙ licet modus de quo quęritur, ſit nobis vix cogitabilis, longóq; ſuperet inter-
uallo, vt eſt ſimpliciter, captum noſtrum: poſtq̄ tamen ea in re, vires expoſuere Theologi, tātum
luminis acceſsit credentibus, vt nefas non ſit rem tentare. Ergo ex fide, ſupponendum eſt nobis, G
CHRISTI corpus, realiter, integre, & eo quo dictum eſt pacto, tum ex vi conſecrationis, tum ex
rōne cōcomitantiæ, re vera contineri ſub ſpeciebus panis: id enim exprimunt verba, Hoc eſt cor
pus meum; & Eccleſia tradit, quæ columna ac firmamentum veritatis eſt: Ergo ſupereſt; vt ten-
temus, quo id concipiendum ſit pacto.

Attendendum itaq;, ex præcipuorum Theologorum conſenſu, ꝙ eſſe in ſacramento, non ad-
dit CHRISTI corpori abſolute ſumpto, niſi eſſe relatiuum: quo (eo ꝙ ineffabili quodam modo,
refertur & realiter ad ſacramentales ſpecies) & eſſe pręſens, & ab eis realiter contineri, veracíſsi-
me dicitur. Et talis reſpectus non eſt de genere vbi, q̄m in eis nō eſt, ſicut in loco: nec (vt quidā vo
lunt) ordinis ſubſtantialis pręciſe, & īmediati: ſed eſt longe altioris, longeq́, eminentioris naturę.
De quo attingenda ſunt tria: origo, fundamentū, & ſequentes proprietates. Pro origine, conſi-
derandum, ꝙ ſicut in baptiſmo CHRISTI, collatum eſt aquæ, quoddam accidēs, quo median-
te, vim ſortita eſt regeneratiuam in Dei filios, quod non videtur purus reſpectus, nec purum ab-
ſolutum, ſed præſtantius altiuſq;, & tamen aqua non actu regenerat, niſi dum ſit ſacramentum,
quod in ipſo vſu conſiſtit: ita quando CHRISTVS hoc inſtituit ſacramentum, collatum eſt eius
corpori tale accidens, vt eo mediāte aptum ſit, ſub talibus eſſe accidentibus, eo ineffabili modo, H
qui ſacramentalis dici poteſt: & ſi ſub eis non ſit, niſi conſecratione per acta: quæ & fit a ſacerdo-
te, certis, vt notum eſt, verbis, in CHRISTI perſona prolatis.

Pro fundamento dicendum, ꝙ collatum fundatumq; eſt immediate, in ipſa ſubſtantia corpo-
ris CHRISTI; ita ꝙ non in quantitate eius, & ſi eidem ſua coniuncta ſit quantitas: a quo quidē
accidente habet ſubſtantia corporis CHRISTI eſſe ſacramentale, quemadmodum, & a quanti-
tate eſſe extenſum: ergo tale accidens dici poteſt ſacramentale, quia formaliter conſtitutiuum eſt
corporis CHRISTI in eſſe ſacramentali. Pro proprietatibus, præfatum accidens conſequētibus,
conſiderandum, ꝙ tres ſunt pręcipuę. Prima eſt, ꝙ tale accidens, cōſecratione facta, reddit corpus
CHRISTI, reuera pręſens ſub accidentibus panis, abſq; tamen dependentia proprij loci. Pro cu-
ius notitia recolēdum, ꝙ CHRISTI corpus, ſecundū diuerſas rationes, & varios eſſendi modos,

A eſſe habet in cœlo, & in altari: in cœlo localiter, & in altari ſacramentaliter, quod nihil ha-
bet abſurdi. Siquidem ſicut per vbi, habet immediatam præſentiam loco cœleſti, quo circun-
ſcribitur; ita per tale accidens, habet immediatam præſentiam accidentibus panis, ſub qui-
bus ineffabiliter continetur. Quæ præſentia, coniunctam habet localem indiſtantiam (indiſtan
tia accepta negatiuè) eo ꝙ Christi corpus, vt ſubſtat ipſi eſſe ſacramentali, ab illis locali-
ter non diſtat accidentibus.

Secunda eſt, ꝙ prędfatum accidens, non ſolum reddit Christi corpus, præſens vt dictum eſt
accidentibus, ſed & contentum ab eis. Pro qua re conſiderandũ, ꝙ ſi ſubſtantia corporis Chri-
sti acciperetur nuda, ipſa ſecundum ſe eſſet indiſtans negatiuè, tam ab accidentibus panis, q̃ a
loco cœleſti, indiſtans inq̃ ſecũdum locum, eo ꝙ vt norunt philoſophi, eſſet nullibi: verum ſi ve-
ſtitur accidentibus ſuis, conſtat ꝙ per accidens, quod eſt vbi, efficitur præſens alicui loco, puta
cœlo empyreo, & conſequentur indiſtans ab eo localiter poſitiuè; & ab alio puta cœlo Lunę di-
ſtans localiter poſitiuè: ſi autem ſacramentali veſtitur accidente, remanet indiſtans negatiuè, ab
omni loco, & ab accidentibus panis, non tamen remanet indiſtans ſacramentaliter ab illis. Mo-
B uetur quoq;, ad motum localem accidentium: non ꝙ ipſe motus localis, recipiatᷣ in ipſo Chri-
sti corpore, aut ꝙ ad ipſum pertingat; ſed quia motis accidentibus, quibus eſt ineffabili modo
præſens alligatumque, talis motus ipſi admittitur competere per accidens: quia ſcilicet rei com-
petit cui coniunctum eſt. Quare nihil aliud talis motus, illius reſpectu, videtur importare: q̃ non
defitionem, aut ſeparationem, vel non diſtantiam, ab illis accidentibus, q̃ñ ſunt mota localiter.

Tertia eſt, ꝙ Christi corpus, per tale accidens, fit præſens, contentumq́, ſub panis accidẽ-
tibus, per modum ſubſtantiæ, ſibi conuenientẽ vt ſubſtantia, & per hoc indiuiſibiliter: ex quo ſe-
quitur, ꝙ ſit totum in toto, & totũ in qualibet parte; eo pacto, quo & anima hominis, in ſuo cor-
pore eſt. Et ratio eſt, quia eandem habet habitudinem ad totum, & ad quamlibet eius partem; cũ
& in tota hoſtia, & in qualibet eius parte fuerit ſubſtantia panis. non tamen ſequitur, quòd plu-
ries ſit Christi corpus in hoſtia, niſi in potentia; ſicut nec in hoſtia ſunt partes plures, niſi in
potentia. Ex hac proprietate iuncta præcedentibus, inferri conſtat, non ſolum Christi cor-
pus, ſed & quicquid hoc in ſacramento eſt: per modum eſſe ſubſtantiæ, & ob id indiuiſibiliter;
quod & facile cuiq; patet. Si enim corpus, ibi eſt per modum ſubſtantiæ, quod ibi eſt ex vi ſacra-
menti: ſequitur ꝙ comitantia, quæ ibi ſunt ratione corporis, ibi eodem ſint pacto. Et ideo di-
C cendum eſt, ꝙ tota quantitas Christi corporis, iure eſt ſub parua hoſtiæ quantitate, imo & ꝙ
in ea indiuiſibiliter eſt. Nec obſtat diuiſibilitatem eſſe de ratione quantitatis: quoniam id verum
eſt, de intrinſeca, quę eſt cum poſitione, quę eſt differentia eius; & non de extrinſeca, quæ atten-
ditur reſpectu loci, iuxta quam ſumitur poſitio prædicamentum. Vnde Christi corpus, re-
tinet ſub hoſtia debitam poſitionem omnium partium; & tamen ſua quantitas dicitur ibi indiui
ſibiliter: quia non conmenſuratur quantitati hoſtiæ; ſed per modum ſubſtantiæ ibi eſt.

Nec omittendum, ꝙ tale accidens ſacramentale, vnum eſt, de præclariſsimis priuilegijs, con-
ceſsis corpori Christi: quin priuilegium eſt tam inſigne, ꝙ reddit illud miro modo Diuinũ:
quippe quod id facit, quodam (vt ſic dixerim) pacto, Dei participare proprietatem, qua illi tan-
tum, conuenit in pluribus eſſe locis: Siquidẽ Deo proprium eſt, eſſe in pluribus locis, vt dicunt,
indimenſionaliter: & Christi corpori, in pluribus altaribus ſacramẽtaliter. Sed hæc amplio-
ri egent excuſsione: de qua aliàs. Modo pauca, pro eo quod dictum eſt. *Non remanentibus ſubſtan-
tia panis, aut ſubſtantia vini, ſed deſinentibus: non tamen per ſe, aut per accidens annihilatis, ſed tranſubſtan
tiatis, hoc eſt, totaliter conuerſis: illa quidem in corpus* Christi *hac vero, in ſanguinem eius*. Vbi conſi-
derandum ꝙ in hòc ſacramento, ſubſtantiã panis conuerti in Christi corpus, manifeſtè de-
D terminatum eſt ab Eccleſia in lateranenſi Concilio. ſub Innocentio tertio, extra de ſum. Tri. &
fide cath. firmiter. Et in Concilio Floren. ſub Eugenio quarto.

Quæ conuerſio, dicitur tranſubſtantiatio, quaſi trãſitus vnius totius ſubſtantiæ: totius inq̃ etiã
ſinchathegorematice, in aliam ſubſtantiam. Et in propoſito, ſubſtantia in quam fit realis conuer
ſio, eſt corpus Christi præexiſtens. Qua in re attendendum, ꝙ tranſubſtantiatio, nõ eſt actio
productiua, ſed conuerſiua: vnde non oportet ꝙ id, in quod fit conuerſio accipiat eſſe. Admiſcetᷣ
tamen in ea aliquo pacto mutatio, ſed tota ſe tenet ex parte conuerſi, puta ſubſtãtię panis. Quod
poterit paruo deprehendi negotio: nempe ſi talis mutationis, proprij aſsignentur termini. Vbi vi
de, ꝙ velut ſubiectum, eſt ſubſtantia panis, ideſt ſubſtantia, ſeu ſubſtantialis entitas, quæ eſt ſub
forma panis terminus a quo, eſt eſſe ſub forma panis, & terminus ad quem, eſt corpus Christi:
hoc eſt, ſubſtantiam, ſeu quod erat panis (vt Ambroſij vtar verbo) eſſe corpus Christi, ita ꝙ

hoc totum(quia hoc totum incipit eſſe de nouo)ſit terminus ad quem. Dixi ꝙ ſubſtantia panis, E
erat velut ſubiectum:non ꝙ de facto ſit ſubiectum(nullum enim hic reuera interuenit ſubiectũ)
ſed quatenus mutationis admiſcetur ratio, ſubiecti locus ſibi permittitur: tam etſi aliunde ha-
beat,& verius,ꝙ ex parte accipienda ſit,termini a quo,vel termini ad quem.

Verum vt hęc magis reddantur perſpicua: videndum exactius quę ſubſtantia conuertatur, in
quam conuertatur,& quid ſequatur facta conuerſione. Quo ad primum,conſtat ꝙ tota conuer-
titur ſubſtantia panis,tota inq̃,vt tactum eſt,nedum chathegorematice, ſed & ſinchathegorema
tice:ita ꝙ totus conuertatur panis ſubſtantialiter ſumptus. Sed obijcis. Cum conſecrationis ver-
ba, hanc efficiant tranſubſtantiationem,& non efficiant niſi eo quo ſignificant pacto: videtur ꝙ
ſubſtantia, quæ conuertitur, ſic ſit accipienda; prout per verba exprimitur conſecratoria. Ergo
cum dicitur,hoc eſt corpus meum,certum eſt, pronomen hoc, demonſtrare ſubſtantiam,indi-
uiduam quidem,ſed ſine ſubſtantiali qualitate,& contentã ſub accidentibus:ergo palam,ꝙ non
exprimitur,tota panis ſubſtantia:ergo non fit conuerſio totius panis ſubſtantię,ſicut dictum eſt.
Ad hoc reſpondet,ꝙ vtrunq; eſt verum:nec eſt aliquid abſurditatis, ſi excutiantur hæc vt par eſt.

Ad cuius intelligentiam conſiderandum, ꝙ in hac oratione, hoc eſt corpus meum, ſicut & in
reliquis ſacramentorum formis,duplex eſt vis: ſignificatiua inq̃,& effectiua. Et vtraq; habet effe- F
ctum ſuum in vltimo prolationis inſtanti,quando ea verba proferuntur a ſcerdote, nõ in perſo-
na ſua,ſed CHRISTI, cum intentione conficiendi ſacramentum, vt notum eſt. Et illa quidem
hunc habet effectum , qui eſt ſignificare : altera vero iſtum , qui eſt efficere. Et q̃uis ſignificare,
natura præcedat efficere,& ob id prius prędicta oratio videatur ſignificare ibi eſſe corpus CHRI-
STI, q̃ ibi ſit : non tamen propter hoc, eſt oratio falſa; tum quia in illo priori eſt vera practicè,i.
cauſaliter, tum etiam quia oratio dicitur falſa, ex eo ꝙ in aliquo inſtanti eſt falſa : hæc autem in
nullo eſt falſa. Sciendum quoq; , ꝙ ſi verba debent efficere quod ſignificant : oportet ꝙ faciant,
hanc ſubſtantiam,non transferri in corpus CHRISTI, ſed eſſe corpus CHRISTI: Ex quo fa-
cile apparet error obiectionis. Et vt res ſit illuſtris,conſideremus orationem illam,non ſignifica-
re,ſed exercere factionem;& ſignificare terminũ ad quem:propter quod ſtat, ꝙ pronomen hoc,
exprimat tantum ſubſtantiam indiuiduam ſub accidentibus contentam:& ꝙ tranſubſtãtiatio,de
tota ſit ſubſtantia panis.Hæc enim non repugnant,ſi recte conſiderentur.

Quo ad ſecundum,dictum eſt, ꝙ conuertitur in corpus CHRISTI ſubſtãtialiter acceptum,
& ꝙ hoc,ex vi ſibi competit conſecrationis,ſeu (vt loquuntur) ſacramenti:quod intellige ꝙ con
uertatur in illud non abſolute ſumptum , ſed vt eſſe habet ſacramentale annexum : & per hoc, G
ſic conuertitur,vt verificetur, corpus CHRISTI eſſe ſub accidentibus panis: & ꝙ licet conuer-
ſio fiat ad terminum qui præexiſtit, ipſum tamen trahitur ad locum conuerſi. Quòd autem con
uerſionis opera,nõ annihiletur panis: difficile non eſt ex pręmiſſis accipere. Licet enim tunc,pa-
nis non ſit,licet non ſit aliquid,licet ſit nihil:non tamen eſt annihilatus. Et ratio eſt, quia ad an-
nihilationem,hæc non ſufficiunt:ſed requiritur,ꝙ id quod fuit panis, ſit nihil:quod in propoſi-
to non contingit,eo ꝙ CHRISTI corpus eſt. Et non poteſt dici annihilatus per ſe,quia termi-
nus tranſubſtantiationis non eſt nihil:nec per accidẽs,quia licet ſequatur,non eſſe panis,non ta-
men ſequitur,non eſſe illius,quod erat panis:hoc eſt ſubſtantiæ, quæ erat panis. Vnde cõuerſio-
ne facta,licet fuerit totius in totum, non ſaluatur ratio totius ſubſtantiæ cõuerſę, ſed ratio illius
quod fuit illa ſubſtantia:eo ꝙ panis cõuerſus,nõ eſt amplius panis, ſed bene eſt, ſubſtãtia quædã.

Et vt finiam: Pro eo quod dicitur. *Nulla mutatione facta*, conſiderandum,ꝙ cum nouitas om-
nis (& ſi mutationem ſequitur) non neceſſario mutationem faciat in re in quam mutatio fit,ſed
ſatis ſi mutatio fiat in re quę mutatur,palam ꝙ non oportet ꝙ in myſterio de quo ſermo,CHRI-
STI corpus mutetur , ſed ſatis ſi aliud mutetur in ipſum , vt conſideranti facile perſpectum eſt. H
Hactenus de Theoremate. Vbi monere placet lectorem , ꝙ licet præmiſſa omnia accepta ſint ex
ſacris Theologis,ſunt tamen dicta in ſumma: quare qui vberius rem cupiunt, eos conſulant. Ve
rùm quia ſacramentum hoc poteſt noſtro iudicio, & clarius & diuinis literis cõſultis,locupletiùs
exprimi:nuper eadem de re, Theoremata alia interpretati ſumus,in quibus noſtra pro imbecilli
tate,ni fallimur,lõgè accuratius,& illuſtrius,omnia excuſſa ſunt. Ad quæ lectorem remittimus.
Modo,de illato,ſeu corrolario pauca.

Illati examen conſtitutioq;.

*Licet quotidie (& non ſine myſterio) in Eccleſia ſacramentum hoc,& ſacrificium, ſub vtraq; ſpecie a ſa-
cerdotibus offeratur ,ſumatur q;.* Quod myſterium attinet , & ſi multiplex poſſet attendi , ſatis ſi

tangatur

A tangatur vnum, vel alterum. Cõſtat enim ꝙ ſeparatim offerre corpus & ſanguinem, clarius obla-
tio recolitur CHRISTI in cruce, in qua ſeparatum eſt corpus a ſanguine: ergo non immerito,
ſi ſub vtraq; & conficitur ſacramẽtum, & offertur ſacrificium, & ſcorſum conſecratur panis & vi
num. Rurſum. Ex hoc melius videtur innui illa ſpiritualis refectio, quam mens aſſequitur cum
quis rite communicatur: eo ꝙ plenius reficimur corpore, cibo & potu, q̃ altero tantum. Quod di
xerim. nõ quia me fugiat refectionem ſpiritus longe ſuperexcedere refectionem corporis, ĩmo
vix inde poſſe illius minimum coniectari veſtigium: ſed quia ſenſibilibus aſſueti non valemus,
niſi per ſenſibilia, ſpiritualia balbutire. Ergo duplex hoc myſterium ſit ſatis.

Quod dicitur, ſacramentum & ſacrificium, omnibus deberet eſſe perſpectum, cum res fuerit
ſemper cõpertiſsima in Eccleſia Dei, niſi noſtris tẽporibus reuocare illud in dubiũ, auſi fuiſſent
hæretici: qui etſi non negant in miſſa fieri ſacramentum, negant tamen in illa fieri ſacrificium,
præſertim offerendo corpus & ſangninẽ CHRISTI Verũ quia non eſt præſentis inſtituti, proba
re in miſſa corpus & ſanguinẽ CHRISTI offerri in ſacrificium, ſed id vti exploratiſsimum ac re-
ceptiſsimum ſupponere; contenti erimus vnica auctoritate Pauli, qui prima ad Cor. 11. maniſeſte
altaris ſacramentum connumerat inter ſacrificia, vt quilibet videre poteſt: & ſperamus, Deo fa-
B uente, etiam de ea re, ſpeciales tractationes facere, in quibus (ni fallimur) erit conſtans, q̃ temere
has effutiant blaſphemias, huius tempeſtatis hęretici. Sed dices. Nonne proprium eſt nouę legi,
vnicum habere ſacrificium, vnicam hoſtiam, oblationẽ, ſacerdotẽ? Id. n. aperte tradit Apoſtolus.

Reſpondetur ꝙ licet hæc peculiarem poſtulent tractationem, quam ſperamus præſtare oppor
tuno tempore: vt tamen non penitus diſsimulentur tranſeanturuè, nonnulla ſubijcienda ſunt,
& eo lubentius, quo in ijs, vel ex ijs, potiſsimum ſtudent ſe tueri: qui miſſam inficiantur ſacrifi-
cium eſſe. Aduertendum itaq;, ꝙ etſi Paulus ad Hębr. a 7. vſq; ad 10. caput ſupradicta tradit: ea
tamen ſunt intelligenda, non vt illa peruertunt hęretici, ſed vt rite interpretantur catholici. Er-
go fatendum eſt, vnicum in noua lege eſſe ſacrificium (de expiatorio ſermo eſt) quod eſt CHRI
STVS in cruce oblatus, & in altari myſterio repetitum, vt ſemper nobis ſit in memoria, & præ-
ſens in gratia. Vnum inq̃ eſt ſacrificium, ſed in cruce oblatum cruente, & in altari oblatum in-
cruente: in cruce oblatum ſemel, & in altari quotidie. Vnicus eſt ſacerdos, quia ſemper qui illud
offert eſt CHRISTVS: qui in cruce ſemel tantum obtulit cruente, per ſeſe: & in altari offert
quotidie incruente, per ſacerdotes. Vnica eſt hoſtia, ſed diuerſo modo oblata, cruente ſemel, in-
C cruente quotidie.

Et licet oblatio cruenta ſemel facta, fuerit ad Deum placandum & homines ſaluandum ſuffi-
cientiſsima: non tamen fruſtra, aut ſine myſterio, oblatio incruenta fit quotidie. Et primo quia
eſt memoratiua (vt tactum eſt) cruentę; ita vt per hanc quotidianam, illa ſemel facta recenter ſem
per adſit noſtræ menti: deinde quia per hanc, illa nobis peculiariter applicatur, ad vberiorem fru
gem. Sicut enim per ſacramenta nobis applicatur paſsio CHRISTI: ita & per miſſæ oblationẽ,
oblatio applicatur crucis. Quare ſi res plenè diſcutitur, ſacramentum altaris ſicut verum conti-
net CHRISTI corpus, ꝓ nobis datum & fractum in cruce, ita & oblatio quę fit in altari, in vi fit
oblationis factę in cruce, & vt alibi dicendum eſt, oblationis, & factæ & demandatæ in cœna.
Hæc pauca in præſenti ſint ſatis: ex quibus tñ non ſolum poteſt reſponderi hęreticis, ſed & verba
interpretari poſſunt Apoſtoli: in præinductis capitulis; in quibus de ſacrificio cruẽto, & oblatio-
ne in cruce facta, ſermo eſt: & non de ſacrificio incruento, & oblatione altaris, de qua præſens
conſideratio eſt.

Conſiderandum ꝓ eo, quod dicitur (*Non maioris, ſed paris eſſe vtilitatis communicare ſub altera, & ſub vtraq; ſpecie*) ꝙ id verificatur per ſe, & cęteris paribus. Per ſe, quia per accidens poſſet ſecus cõ
D tingere: puta, cum ſumpta hoſtia, anteq̃ ſumatur calix, in ſumente augeẽ gratia, & ita fit melius di
ſpoſitus, & ob id ſumendo poſtmodum ſanguinem, gratia fit locupletior. Sed hoc, vt conſtat eſt
per accidens, quia nihil minus contingeret, ſi non calicem, ſed aliam tunc ſumeret hoſtiam. Cę-
teris paribus, quia ſi non eſſent deuotiones aut diſpoſitiones præcedentes pares, nil obſtaret, ſi
ęqualis non ſequeretur fructus: ſi quidem communicans ſub vtraq, maiori cum deuotione, vbe-
riorem conſequeretur gratiam, & econtra, ille qui maiori deuotione communicaret ſub altera
maiorem conſequeretur gratiam. Quare negocium hoc, non ex parte ſumentium, ſed ſacramen
ti excutiendum eſt: vt reſolutio ſit ex proprijs.

Vt igitur res pro meo explicetur captu, attendendum, non eſſe difficultatem ex parte rei con
tentæ: quoniam cum illa ſit CHRISTVS, certum eſt ꝙ non eſt minus in altera, q̃ in vtraque, &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

propterea nō eſt vis extenuatior in vna q̄ in ambabus. Nec difficultas eſt, ex parte modi cōtinēdi, E
puta ꝙ in hoſtia,& ſi totus habetur CHRISTVS, ex vi tamen cōſecrationis,ſolum habetur cor-
pus,& in calice ſimiliter adeſt totus, ſolum tñ ex vi ſacramenti habetur ſanguis:quoniam licet ſu
mendo vtrunq;,vtrunq; ſumatur ex vi conſecrationis adſiſtens, non tamen vberior inde profici-
ſcitur fructus: eo ꝙ fructus ex eiuſmodi non pendet ordine, ſed ex rei, quæ ſum itur efficacia.
Vnde cum ille ex CHRISTI potiſsimum dimanet diuinitate,& magis ex anima q̄ carne,quę ibi
ex vi non ſunt ſacramenti, ſed concomitantiæ: palam ꝙ talis ordo, nil proficit hac in re. Minus
difficultas eſt,ex parte perfectionis hoc eſt integritatis huius ſacramēti: quoniam licet ſpiritualis
refectio,quam vti rem ſacramenti ſignificat & confert,diſtinctius per vtranq; ſignificetur ſpeciē,
non tamen minus efficitur,ſi tantum ſumitur altera, cum in qualibet cōtineatur cibus & potus,
nempe caro & ſanguis,& ob id,perfecta integraq; præſtetur refectio.

Nec quidem fructus penſandus eſt, ex ſignificatione, ſed ex collatione: & licet ſacramenta
efficiant quod ſignificant, non tamen opus eſt, vt id tantum conferant, quod ſignificant. Vn-
de & baptiſmus ſignificat lotionem, & non ſolum lauat ſed regenerat:vt Apoſtolus docet. Er-
go remanet difficultas, ex parte cauſantium ſpecierum: quibus CHRISTVS videtur vti, velnt F
inſtrumentis, ad conſerendam gratificam gratiam. Nam licet eadem conferatur per earum
quaslibet, & comſeratur per modum refectionis ſpiritualis: vt tamen per ſpecies confertur pa-
nis, eo confertur effectu, quòd hominem confirmat in bono (panis enim confirmat cor homi-
nis.) & vt confertur per ſpecies vini, lætum ac hylarem reddit in obſequio Dei; nam & vinum
lætificat cor, prout & ſcriptum eſt. Sed hæc,non multo excludũtur labore. Et miſsis qui licet
concedant collatum eſſe ſpeciebus huius ſacramenti, habere inſtrumentalem vim, ad excitan-
dam mentis deuotionem, & ad adducendum CHRISTVM, ad os, & cor, illius qui rite ac di-
gne communicat:non tamen concedunt illis collatam vim, ad cauſandam, conferendamq; ſa-
cramentalem gratiam, ſicut alijs collatum eſt ſacramentis. Quod aiunt non ex illarum profe-
ctum incapacitate ſeu imperfectione, ſed ex ſingulari earum pręſtantia & priuilegio: quo conti-
nent Dominum gratiæ.

Ergo inquiunt, non eſt opus, quin nec decens, vt vim illam contineant ad cauſandum gra-
tiam, intentionalem diminutamque, ſicut reliqua continent ſacramenta: cum præſentem ha-
beant, contineantque fontem & oceanum totius gratiæ. His inquàm miſsis, quoniam ſiue ve-
rum dicant, ſiue falſum, parum præſentem rem promouent: & ſi, meo iudicio, non videre- G
tur negandum huic ſacramento, quod conceſſum eſt reliquis: nec ſpecierum obſtat præſtantię,
quando eſſe inſtrumentum ad cauſandam gratiam; rem non deijciat, ſed pronehat: nec habe-
re CHRISTVM præſentem, ſpeciebus debet præiudicare, ſed potius fauere, & ob id vi, illas
ad gratiam cauſandam, conferendamque non deſtituere. Et vere (ni fallor) res ita ſe habet:
quin & his ſtantibus: facilis admodum eſt reſponſio difficultatis motę. Ergo dicendum, quòd
& ſi ſpecies illæ ſunt inſtrumenta, & ſi per ſpecies panis, ſacramentalis gratia, quæ vt ſemel di-
ctum eſt, ſpiritualis eſt refectio, vt per eas cauſatur proficiſciturque, ſecum ferat, propria ex ra-
tione, robur in bono: & per ſpecies vini, vt per eas cauſatur progrediturque, ſecum ſua ex ra-
tione ferat lætitiam in obſequendo Deo: quia tamen vt tactum eſt, ex eo quòd hæ ſpecies, Do-
minum continent omnis gratiæ,non immerito fit, ſi vis illis præſtita, poſt primum propriumq;
ſingulis earum effectum, ſe extendat ad alios: & ita communicans ſub ſpeciebus ſolius panis,
poſt receptum robur, recipiat & lætitiam: & econtra communicans ſub ſpeciebns tantum vi-
ni, poſt lætitiam recipiat robur. Sequitur in Corrolario. *Et populo expedit ſub ſpecie panis.*

Siquidem recipiendo rite digneque ſpecies panis (cum hoc, quòd non caret interna refectio-
ne) liber eſt populus ab effuſione ſacrilega, quæ (attenta communicantium multitudine, & H
ruſticorum ac mulierum indiſcretione) facile poſſet accidere: quæ quanti ſit pendenda non ſo-
lum ex præſtantia ſanguinis CHRISTI poteſt penſari, ſed & ex patrum, Eccleſiæque decre-
tis contra illius effuſores, poteſt animaduerti. Item expedit populo, reuerentiæ tanti ſacra-
menti aſſueſcere, Eccleſiæ placitis obtemperare, & quòd etiam de ſacroſanctis Chriſtianæ re-
ligionis ſacramentis, Eccleſia Spiritu ſancto afflata valet diſponere, confiteri: & quòd ſicut in
hoc, tempus determinauit ad communicandum, ita & modum optimo conſtituit iure, quo
communicemus, idq; in noſtram frugem commodumq́u, emandauit decreuitque. Et hæc ſa-
tis ad laudem Dei.

Theorema

A
THEOREMA QVARTVM.

De notionibus Diuinis:de quibus ſacri Theologi.

NOTIONES Diuinæ, ſunt tantum quinque: nempe innaſcibilitas, Paternitas, Filiatio, communis ſpiratio, & proceſſio. Habentur hęc non ſolum ex D.Tho.in prima parte:ſed ex communi Teologorum ſententia.

Excuſsio Theorematis.

Vt igitur clarum reddatur Theorema,attendendum φ notionis vox, hac in re introducta eſt
ab Auguſt. & acceptata ab omnibus Theologis: & ſignificat illud, quo aliqua Diuina notifica-
tur perſona, & ob id aliquam exprimit rationem formalem, in abſtracto ſumptam, qua vtimur
pro clara earum notitia. Vt ſi quęratur, quo Pater agnoſcitur pater. Reſpondetur φ paternitate
agnoſcit Pater. Et exigitur ad hoc vt ſit notio, φ illa ratio exprimat aliquod ſpãle, ad dignitatẽ,
& originem pertinens. Hęc omnia ſunt clara, & omnibus communia. Verum nõ vulgaris eſt in-
ter Theologos quęſtio de innaſcibilitate;quid ſcilicet ſonet; num poſitiuũ,an negatiuũ:& quid
B illud ſeu poſitiuum ſeu negatiuum, ſit. Et hac de ratione dũtaxat: pręſens poſitũ eſt Theorema.
Igitur miſsis aliorum placitis, perſtringam quę meæ conſonant imbecillitati: ſub cenſura me
lius ſentientis. Innaſcibilitas formaliter ſumpta dicit quid priuatinum, vel potius negatiuum:
fundamentaliter vero accepta,indubie importat aliquid poſitiuum. Et illud negatiuum,in ge-
nere eſt, non quocunq;, ſed diuini principij: & principij diuini,ad intra. Dico in genere prin-
cipij Diuini ad intra:cum & in eodem ſit naſcibilitas: Filius enim qui principium eſt ad intra,vt
ex quo Spũs ſanctus procedit,natus eſt:ergo & naſcibilitas habet tali in genere reperiri,vel ſaltẽ
apta nata eſt,in eo aſsignari: talem autem naſcibilitatem, innaſcibilitas negat remouetq;.
Qua in re, conſiderandum eſt φ licet notiones pertineant modo quodam ad dignitatem, nõ
tamen opus eſt,φ formaliter ſumptæ perfectionem exprimant:quare innaſcibilitas, nec perfe-
ctionẽ,nec imperfectionem formaliter dicit,ſicut nec naſcibilitas,quam negat remouetq;, per-
fectionem vel imperfectionem importat. Rurſum ponderandum,φ innaſcibilitas notificat Pa-
trem,ex eo φ non eſt ex alio(eſt enim principium,non de principio) ſicut paternitas,ex eo φ ab
eo eſt alius; eſt enim principium generationis Filij. Modo de innaſcibilitate fundamentaliter
C accepta:quæ, ſi vno exprimenda eſt verbo, ipſa eſt Paternitas ſeu generatiua poteſtas; vt com-
muniter dicitur.
Verùm poſſet forſan dici perſpicacius:nempe φ innaſcibilitas, modum quendam exprimit,
poſitiuum quidẽ, ſed cõplebilem per negatiuũ,ſicut infinitas,ĩmaterialitas, ĩmobilitas: & φ ille
intrinſecus eſt paternitati diuinæ.Siquidẽ concipiendũ eſt,φ inter multa quæ diuinę attribuun
tur paternitati, ei quidam attribuatur modus intrinſecus,ex ea ratione,qua eſt hypoſtatica for-
ma, per quem formaliter repugnet Patri, eſſe ex alio: qui nec poteſt melius explicari per modũ
notionis,hoc eſt in abſtracto,q̃ per innaſcibilitatem:quoniam eſt oppoſitus naſcibilitati, modo
intrinſeco,in filiatione Diuina. Oppoſitus inq̃, ſed non pręciſe,cum opponatur & originabili-
tati,immo & illi primò directeq;:vnde per illam, non ſolum a Patre remouetur naſcibilitas, ſed
& ſpirabilitas quoniam remouetur prorſus,eſſe ab alio. Et hęc ſatis,ad laudem Dei.

THEOREMA QVINTVM.

De relationibus perſonalibus in Diuinis.

D *PATERNITAS in Diuinis, vno modo præcedit generare, & alio modo ſequitur illud: præcedit vt conſtitutiua perſonæ, ſequitur vt relatio. Idem ſua pro ratione de alijs relationibus perſonalibus dicendum eſt.* Hæc ex D.Tho.prima parte.q.40.artic.4.

Excuſsio, conſtitutioq; Theorematis.

Quamq̃ hoc Theorema ſatis ſuperq; ſit illuſtre conſtanſq;, ex ijs quæ dicta ſunt in Theorema
te de Trinitate: nõ grauabimur tñ pauca hoc in loco cogere, vel ex illis huc accerſere, præſertim
cum captu difficilia importunum ſæpe non ſit, ſi quando fuerint repetita. Pro excuſsione itaq;
aduertendum in primis,φ ſermo eſt de pręceſsione, ac cõſecutione, non ex parte rei, quoniam
ſunt vnamet res,ſed ex parte intellectus ſic apprehendentis:nomine intellectus,non reſtricto ad
humanum,angelicum, vel diuinum,ſed in ſua amplitudine relicto acceptoq;: dũmodo habeat

A reſpectum, ad ea terminari, quæ ſunt in mente Diuina, in eſſe cognito, quæ & enumerata ſunt, non putes ꝙ terminetur ad ea omnia æque primo: quoniam id non dicimus; haud ignari, ꝙ primo terminatur ad hunc Deum, ſeu hanc diuinam eſſentiam, ſecundo ad tres perſonas, Tertio ad creaturas in Deo exiſtentes: quo fit, vt expreſsiuus ſit eorum omnium, eo ordine, quo terminatur ad ea.

Secundum eſt, ꝙ licet reſpectus præfatus ſit ad ea omnia quæ ſunt in mente Diuina, ordine dicto, vt ſunt in eſſe cognito: nihil tamẽ prohibet: quin & ſit ad eamet, in alio eſſe, ab eſſe cognito ſumpta, & aliter in Deo exiſtentia q̃ in mente Diuina, vt puta in eius eſſentia, voluntate, poteſtateq;. Ad cuius perceptionem conſiderandum eſt, idem pro ſua ratione, ac imperfectionibus amotis, dicẽdũ eſſe de verbo Diuino, quod contingit de verbo humano. Accipiamus igiť verbũ, puta lapidis, quo interius, ſ. profertur lapis ab intellectu noſtro; ipſum quidem fatemur expreſſiuum lapidis, ſed in multis varijsq; eſſendi modis: & primum quidẽ vt eſt in eſſe cognito ſeu intellecto: quo pacto, eſſe habet in forma ſpeculari, quæ dicitur ſpecies expreſſa: Deinde, vt eſt in eſſe intelligibili, quo pacto, eſt in ſpecie intelligibili, quæ vocatur impreſſa: Tertio, vt eſt in eſſe imaginario, quo pacto, eſt in ſpecie ſeu idolo phantaſiæ: Quarto, vt eſt in in eſſe reali, materia-

B liq;, quod dicitur eſſe ad extra.

Proportione ſua, dicẽdum eſt, de Verbo Diuino: erit enim primum expreſsiuum eorum quæ recenſentur in Theoremate, in eſſe cognito ſeu intellecto; deinde in eſſe intelligibili, poſtmodum imaginabili, & demum in eſſe ad extra: adde ꝙ & vt in Diuina ſunt voluntate, & poteſtate. Et ſi petas quo pacto illa ſunt in Deo, tot modis, cum ille ſit ſimplicisſimus, vnicus ac puriſsimus actus, expers prorſus cuiuslibet compoſitionis: Reſpondetur, eſſe Diuinum tam eximiæ eſſe præſtantiæ, tam inſignis eminentiæ, vt vnicum ſimplicisſimumq; exiſtens, omnes eſſendi modos (dempta vt diximus, omni imperfectione) in ſe, miro quin & diuino modo cõplecti, omnibusq; mirifice equiualere, & ob id a verbo, quodam pacto, eadẽ omnibus præfatis modis exprimi; & eo ſeruato quo diximus ordine, ſuo modo referri, ac per illud, & in illo ſingula ſaltem æquiualenter, & altiori ratione, eminenter comprehenſa explicari. Ex his, ni fallor, illuſtre eſt Theorema: modo ex quibus conſtituitur dicendum eſt.

Conſtituitur ergo Theorema ex eo fundamento; ꝙ perſona verbi ex ea habet proficiſci Dei notitia, quæ eſt comprehenſiua Dei, & ob id, qua cognoſcitur ac penetratur, quantum cognoſci

C bilis ac penetrabilis eſt: ergo ex illa notitia, qua Deo nota ſunt omnia, & in quouis modo eſſendi, ſeu in quouis modo valent agnoſci penetrariq;. Et notum eſt, Deum glorioſum eo ꝙ eſt ipſum eſſe, omnem entitatis complecti latitudinem, & omnem eſſendi modum, in vnico eſſendi modo in ſeſe eminẽter admittere, a motis ſemꝑ imperfectionibus. Et hęc ſint ſatis ad laudẽ Dei.

THEOREMA SEPTIMVM.

De vera æternitatis ratione ex D. Thoma.

SICVT ratio temporis, conſiſtit in numeratione prioris & poſterioris motus: ita ratio æternitatis, conſiſtit in apprehenſione vniformitatis illius, quod omnino eſt extra motum. Prima par. q. 10. ar. 1.

Examen Theorematis ex ſingulis verbis.

Quoniam præfatum Theorema cenſetur obſcurum: verbatim excutiendum eſt. Dicit igitur. *Sicut*, Quod nota eſt ſimilitudinis: & in propoſito, ſimilitudinis proportionalis. *Ratio*, ſumitur pro diffinitione quidem, ſed non ſecundum quamlibet eius partem, ſed intrinſecam & formalẽ;

D Siquidem recolendum, ꝙ in temporis diffinitione aliquid inuenitur intrinſecum & formale, aliquid vt additum & materiale: vt notum eſt. 4. Phyſicorum. *Temporis*, Tempus non ſumitur hic pro tempore communiter dicto, ſed pro tempore proprie ſumpto: pro eo inq̃ quod eſt, velut in ſubiecto, in motu primi mobilis. *Conſiſtit*, non formaliter, ſed cauſaliter, ſicut ira conſiſtit in acceſione ſanguinis. Vnde denotatur, ꝙ ſequentia ſunt velut receptiuum, præfati intrinſeci ac formalis incluſi in ratione temporis: & vere ſic eſt, vt conſtat ex 4. Phyſ. *In numeratione.* Numeratio, actus eſt animæ, non ſimplex, ſed aſſummans, multiplicis, & partiẽs: & accipi poteſt, actiue & paſſiue. Verum in propoſito, non ſumitur actiuẽ, ſed paſsiuẽ; hoc eſt, pro eſſe numerato. Vnde 4. Phyſ. dicitur ꝙ prius & poſterius motus, vt numerata, ſunt tempus, hoc eſt, intrinſecam & formalem temporis rationem ſuſcipiunt. *Prioris & poſterioris.* Hæc non accipiantur formaliter, ſecundum ꝙ dicunt relationes: ſed fundamentaliter, prout important partes motus, ſubſtratas, vel

ſubſtrabiles

ſubſtrabiles ipſi tempori. *Motus*, qui hic ſumitur, non pro forma fluente, ſed pro fluxu ipſius. E
Hactenus prima pars: cuius in ſumma, talis eſt ſenſus.

Ratio, hoc eſt, diffinitio, ſecundum intrinſecam & formalem temporis rationem, temporis
inq̄ propriè ſumpti, conſiſtit ſicut in receptiuo eius, in numeratione prioris & poſterioris, ideſt
in partibus ſibi ſuccedentibus & numeratis, motus, ideſt non formæ fluentis, ſed fluxus eius, vt
dictum eſt. Vbi, vt res ſit illuſtrior, attendendum ꝙ fluxus pręfatus, vt prioris & poſterioris ratio-
nem induit; induhiè nonnullam difformitatem habet. Licet enim fluxus ſui ex ratione non vi-
deatur difformitatē includere: vt tamē prioris & poſterioris rationi ſubeſt, ad difformitatem de-
clinat. Quō fit vt non incongruo diceretur, tempus in numeratione difformitatis motus conſi-
ſtere, quin & inde habet ꝙ maxime innoteſcat; tam & ſi prioris & poſterioris voces ſint in vſu.
Rurſus conſiderandum, ꝙ licet ex dictis, non mediocriter innoteſcat, quid ſit intrinſecum illud
& formale temporis, quod in eiuſmodi motus difformitate conſiſtit, vt quidē in receptiuo: non
tamen innoteſcit clarè, ſed confusè, ſupponiſq; notificatum perſpicuè & abſolutè, ex ijs quæ in
4. expreſſa ſunt Phy. & a nobis ampliſsimè tractata in quæſtione ſeu tractatione de tempore. Vbi
oſtenſum eſt, naturam temporis, in genere repoſitam eſſe quantitatis, nō permanentis, ſed ſuc-
ceſsiuæ, non præcisè continuæ, aut diſcretę, ſed vtriuſq; quodam pacto. Sed hæc ſint modo ſatis, F
& pro ipſa re, & pro prima Theorematis parte. Sequitur.

Ita, proportionalis, vt tactum eſt, refertur ſimilitudo, *Ratio*, hoc eſt diffinitio, ſecundum par-
tem, vt dictum eſt, intrinſecam & formalem, vt ſaluetur, ſicut par eſt, proportio, *Aeternitatis*, ſer-
mo eſt de æternitate non participata, ſed ſimpliciter, abſolutè & propriè ſumpta; quæ menſura-
re habet, eſſe, & operari ipſius Dei, quę & in ipſo eſt eſſe vel operari, quin & in ipſo Deo glorio-
ſo, ſicut ſua pro ratione & tempus, eſt in primo motu, & mobili, *Conſiſtit*, intellige eodem pa
cto, quo de temporis dictum eſt ratione, ſed proportione ſua, *in apprehenſione*. Apprehenſio, vt
notum eſt, dicit actum animę, & in propoſito, abſtrahit a ſimplici & numeratiuo, vt quidam vo-
lunt, ſed non rectè, meo iudicio, quoniam puto ſatius dici, ſi reſtringitur ad ſimplicem, & ſuma-
tur paſsiuè, pro eſſe inq̄ apprehenſo. *Vniformitatis*, Vniformitas oppoſitum eſt difformitatis, &
oppoſitum, vt notum eſt, contrariè, & in præſenti, difformitati opponitur fluxus motus: vnde
importat æqualitatem, ſeu (vt eam ſic exprimere liceat) ſuauitatem in durando, qua caret fluxus
motus, ſub prioris ac poſterioris ratione ſumptus. *Illius quod eſt omnino extra motum*, hoc eſt, eſſe
& operari diuini.

Ad cuius meliorem notitiam, conſiderandum: ꝙ eſſe, vel operari diuinū poteſt dupliciter ſu- G
mi: vno modo abſolutè, alio modo vt quantum: & vt quātum, ēt duobus modis, nempe vt quan
tum quantitate perfectionis, quę ab aliquibus dicitur gradualis, ſeu intenſiua: & vt quātum quā-
titate durationis, & hoc pacto ſumitur ad præſens. Et attendendum, ꝙ quantitas durationis, ip-
ſius eſſe Diuini, nō abſolutè, nō vt diuiſa, aut diuiſibilis, per prius & poſterius, etiam ſi ſumerent̄
fundamentaliter, ſed vt vniformitatem oīmodam habens, ſuſcipere intelligitur æternitatē; ſicut
è diuerſo, motus vt difformitatem retinens, habet, vt dictum eſt, ſuſcipere tempus. Quo fit, vt eſ-
ſe diuinum durans vniformiter, ſit ſuō modo, æternitatis ſubiectum, & per hoc, vt quodam pa-
cto, indiuiſibiliter habens ſeſe: quoniam & vniformitas, cum vnitatem quāmpiam dicat, haud
obſcurum, ꝙ & indiuiſibilitatem pariter ponit. Ergo quantitas durationis eſſe diuini, vt indi-
uiſa, menſuratum erit ab æternitatē.

Et quamq̄ ex dictis hucuſq;, non apparet, quid æternitas eſt, niſi imperfectè, & quaſi confusè,
eo ꝙ hactenus explicatum non eſt, quid illud ſit, quod cōſiſtit in apprehēſione eius, quod eſt ex-
tra omnem motum, & ſi explicatum eſt illud, in quo ponitur: ideo dicendum eſt, ꝙ illud hoc in
Theoremate ſupponitur, & a Boetio ſatis explicatum eſſe relinquitur: qui quinto de cōſolatio- H
ne ſic dicit. Æternitas eſt tota ſimul, perfecta poſſeſsio, vitæ interminabilis. Et intendit ꝙ ea res,
quæ formaliter eſt æternitas, his habet deſcribi conditionibus: nempe, ꝙ eſt poſſeſsio, quia perfe-
ctam complet ſtabilitatem, hoc eſt, optimo habentem ſe modo, & pręter hęc, eſt tota, ac ſimulta-
nea: eſt tota, quia ſemper integra, nunq̄ ſibi quicquam deficiens, eſt ſimultanea, quia non ſucceſ-
ſiua, non labens, non tranſiens: vitę interminabilis, ideſt eſſe, & operari ipſius Dei, cuius quia vi-
uēs, eſſe eſt vita, & quia operat̄ intelligens ac volens, operari eſt viuere, & quia Deus eſt ſine prin
cipio ac fine, eſt eſſe ac operari interminabilis: quoniam tum eſſe, tum operari Deus eſt, qui
actus, ſeu actio pura ſemper eſt.

Sed petet forte quiſpiam, quo pacto tempus ſequitur ex numeratione, prioris & poſterioris
motus, & æternitas ex apprehenſione illius, quod eſt extra omnem motum: cui reſpondeo,

Et

A Et primo, ꝙ hæc, illa ſequuntur, non in ſe, ſed in cognitione noſtra: ſicut dicuntur ex inſtãtibus cauſari, iuxta ſententiam D. Thom. Vbi ſupra ar. ad tertium. Secundo, ꝙ ſequuntur illa, non ex numeratione, & apprehẽſione actualibus, ſed aptitudinalibus: hoc eſt, ex numerabilibus priori & poſteriori &c. & apprehenſibili illius quod eſt extra omnem motum. Tertio, ꝙ ſequuntur illa, non abſolute, ſed vt actuales menſuræ: hoc eſt, vt exercẽt menſurandi actum. Quod idem eſt, ac ſi dicatur: vt actu, nobis habent facere certudinem rei. Sed de hac re, aliàs plura.

Petet & alius: in quo differat æternitas, & æternitatis nunc. Cui reſpondetur, ꝙ æternitas, vt patuit, duratiuam exprimit quantitatem, eſſe & operari interminabilis, vt docet Boetius: quantitatem inq̃ duratiuam, vt indiuiſa, at non intrinſecam, ſed extrinſecam, vt ſua proportione currat cum tempore, quod extrinſeca quãtitas eſt duratiua motus. Nunc vero ęternitatis, illius dicit indiuiſionem: vnde nõ differunt re, ſed ratione, ſicut ſua pro ratione, ęuum & nunc ęui. Siquidem ęuum, quãtitas eſt duratiua eſſe primi ęuiterni extrinſeca, vt indiuiſa: & eius vnitas: nunc ęui eſt. Et aduertendum, ꝙ ſicut in tempore ponitur duplex nunc, intrinſecum tempori, & extrinſecum a tẽpore: ita & in æternitate & ęuo, ſua pro ratione. Intrinſeca dicta ſunt: extrinſeca autem ſunt, in æternitate vnitas eſſe diuini, ſecũdum ꝙ eſt interminabile, inuariabile, & omnino vniforme:
B in ęuo vnitas eſſe ęuiterni, prout eſt interminabile, inuariabile, & vniforme, non omnino, ſed in intrinſecis, quoniam in extrinſecis eſt variatio annexa. Nec in propoſito diſcrimen ſit, inter eſſe & eſſentiam, tam Dei quàm angeli ſeu ęuiterni.

Deniq;, ſi petatur quomodo tempus diſcretum diſtinguatur ab æuo: Reſpondetur breui, ꝙ tempus diſcretum, quod introductum creditur ab Auguſtino, & comprehenſum a Philoſopho in prędicamẽto quãtitatis, ſub termino orationis, dicit numerũ operationum naturalium, ipſius primi angeli: at non omnium ſed intellectualium. Et talis numerus, eſt ipſis operationibus concretus, imbibitusq;: conſtans ex earum vnitatibus, comitantibus non earum ſubſtantiã, aut quantitatem intenſiuam, ſed duratiuam: quæ & reipſa, ſunt idem cum illa. Propter quod, inſtans quod pars ponitur diſcreti temporis: vel dicta creditur quãtitas vt vna, vel illius vnitas, quod ni fallor, rectius dictum eſt; Niſi forte quis dicat, ipſam quantitatem, vt vnam, eſſe partem, & illius vnitatem eſſe inſtans: quod forſitan non diceretur abſurde, & ſi opinio noua. Et forte adderet quis quantitatem duratiuam, in propoſito non eſſe intrinſecam, ſed extrinſecam: vt proportio ſeruẽt ad tempus noſtrum. Sed quilibet abundet in ſenſu ſuo. Et hæc modo ſatis, ad laudem Dei.

C
THEOREMA OCTAVVM.

De gratia CHRISTI habituali

HABITVALIS gratia CHRISTI, *poteſt vno modo dici infinita, & alio modo finita.*
Habetur ex D. Thom. 3. par. q. 7. art. 11.

Gratia CHRISTI, non vnionis ſed habitualis, duobus valet accipi modis: vno modo, ſecundum latitudinem eſſentialem, vel (ſi mauis) entitatiuam: & ſic eſt finita. Nec mirum, cum entitas ſit creata, & contenta in genere creatarum entitatum; nempe in genere qualitatis, vt notum eſt. Et cõfirmatur, quia ſolus Deus infinitus eſt eſſentiali ſeu entitatiua infinitate: cum ipſe ſolus, ſit ipſum eſſe per eſſentiam, & ob id nulla limitatione conſtans. Alio modo poteſt accipi ſecũdum latitudinem gradualem: & ſic poteſt dupliciter intelligi infinita. Vno modo abſolute, puta quia infinitos continet formaliter gradus, ita ꝙ numerare ſiquis illos incipiat, nunq̃ peruenire poſſit ad finem. Et tali pacto, non cõceditur infinita: eo ꝙ omnis forma creata, vel creabilis, eſſe debet in quodam certo ac determinato numero: vt nõ ſolum. 7. Methaph. docet Philoſophus: Sed & ſa-
D piens. 13. Sapientię. Et merito, quia oĩs eſt propter determinatũ finẽ: vt D. tradit Tho. vbi ſ. ar. 12.

Alio modo infra latitudinem ſuam, vt idem ſit dictu, ꝙ eſt infinita, ideſt non eſt limitata, infra terminos proprię latitudinis: ideſt, eſt infinita, quia cõtinet totam latitudinem gratiæ. Et hic eſt ſenſus D. Thom. in hoc Theoremate: vnde ſeipſum exponens ait. Gratia CHRISTI dici poteſt infinita: eo ꝙ non limitatur. Habet enim quicquid pertinet ad rationem gratiæ. Hæc ille. art. 11.

Poteſt etiam dici infinita gradualiter, non formaliter, ſed virtualiter: quia inq̃, habet ſeſe, ac ſi eſſet in gradibus infinita. Vterq; dicendi modus eſt verus, & aduertẽdus; præſertim cũ D. Tho. a multis ſit perperàm, hac in re, intellectus. Ergo dicendum, ꝙ gratia CHRISTI, fuit ſimpliciter finita, & eſſentiatiter, & gradualiter: tam & ſi quia in eo, ſecundum totam gratiæ extitit latitudinem, infinita dici valeat, præinductis modis: non ſecus ac lux in Sole & calor, infinitatem dicitur habere in igne. Et hęc ſatis, ad laudem Dei.

Theorema

THEOREMA NONVM. E

De ipſo eſſe, quomodo effectus ſit Dei proprius.

ESSE *creatum eſt Dei effectus proprius.* Habetur a D. Tho. multis in locis: & maxime prima parte. q. 8. art. 1.

Ad cuius perceptionem (nam difficile admodum eſt) conſiderandum primo, ꝙ ſupponitur Deum cauſam fore ipſius eſſe: quod & multis valet ſuaderi medijs. Nempe, quia cauſæ & effectus habẽt ad inuicem proportionari, vt patet 2. Phyſi. & 5. Meth. & quia eſt ipſum eſſe ſubſiſtẽs, & ob id, eſt cuius participatione alia ſunt. Supponitur, ꝙ non ſolum cauſa eſt ipſius eſſe, ſed cauſa triplex, ſcilicet finalis exẽplaris, & efficiens: vt notum eſt Philoſophis, & nos ampliter in quæſtione, ſeu tractatione oſtẽdimus, in qua de creatione rerum eſt ſermo. Supponitur inq̃ cauſa in triplici gñe cãę: ſed in pręſenti, ſolũ de efficiẽte eſt ꝯſideratio, vt de qua ꝓcipuę ſunt difficultates.

Conſiderandum ergo ſecundo, ꝙ eſſe creatum, ſupponit in propoſito, pro eſſe exiſtentiæ, vel ſubſiſtentię, ſi mauis, vtputa ſi placet, ꝙ creari proprium ſubſtantiæ ſit, quod non detrecto, quin & de illo pręcipua eſt difficultas. Igitur accipiatur exempli cauſa, eſſe Leonis: & examinetur quo F verificetur pacto illud fore proprium effectum Dei, in genere efficientis cauſę. Vbi dico, ꝙ particula, proprius tribus valet interpretari modis. Primo, vt diſtinguitur contra communem: & eſt ſenſus, ꝙ eſſe Leonis eſt effectus Dei proprius, quia ad ipſum cauſandum, non attingit effectiuè aliqua cauſa creata: ita ꝙ illius productio, non eſt communis alijs cauſis.

Hic ſenſus, acceptus videtur a Sco. 4. diſt. 1. q. 1. Et impugnatur a Caietano. prima par. q. 8. ar. 1. Et q. 45. art. 5. Qui dicit, ꝙ Sco. malè rem accepit: & longè a mẽte D. Tho. Quin, & ꝙ pręfatus ſenſus eſt falſus: eo ꝙ oẽs cauſæ efficientes Leonem, dant eſſe Leoni. Vnde & generans aliquid, indubiè dicitur illi dare eſſe: cũ & generatio aliud non ſit, q̃ via ad eſſe, vt omnes Philoſophi docẽt. Verum mihi pręfatus ſenſus, probè intellectus, non diſſonat: nec alienum puto a D. Tho. Siquidem Leonis eſſe, ab alijs proficiſci cauſis, intelligi poteſt, vel in ſe, abſoluteq; ſumpto, vel vt contractum limitatum, & adiunctum naturæ Leonis: primo modo ad illud non attingunt ſecundæ cauſę, ſed ſecundo; ad quod nullum ſequi poteſt abſurdum.

Et vt quod dicimus agnoſcatur conſtans, oſtenditur ratione, & exemplo. Ratio eſt. Sicut Diuina virtus, in virtutibus ſecundarum modificatur, contrahitur, limitatur, ac modificata contracta, limitataq; attingit ac producit effectum; & per hoc, ſua cauſalitas modificatur, contrahitur, G limitatur, & ſic effectum producit, medijs cauſalitatibus (quibus vt dictum eſt modificatur &c.) ſecundarũ cauſarum: ita & effectus diuinus, in effectu mediarum modificatur &c. cauſarum. Ergo & ipſum eſſe Leonis, licet in ſeſe, a ſolo proficiſcatur Deo, vt tale tamẽ, & vt in hoc, à Deo eſt quidem, ſed medijs ſecundis cauſis. Ergo vtrunq; verum eſt: & reddendo (vt par eſt) ſingula ſingulis, facile omnia conſonant.

Exemplum eſt, de anima intellectiua noſtra: quæ & ſi dèforis venit, & ſi a Deo creatur, vt Auguſtinus inquit, & infunditur, eſt nihilominus, & a cœlo & ab homine: ſed a Deo abſolute, ſimpliciterq;, a cœlo & ab homine, in ſui contractione, limitatione, vnioneq;. Et ſicut propter hũc concurſum, & cœlum, & homo, generare dicuntur hominem, & ob id, ad formam hominis, quę intellectiua anima eſt, producendam ſuo modo concurrere; ita & ad eſſe Leonis producendum, etſi a Deo dimanat, vt diximus, abſolute, vt tamen limitatum, & vt in hoc, etiam a ſecundis proficiſcitur cauſis; vt conſideranti notum eſt.

Secundo intelligi poteſt, effectus Dei proprius, ſumendo proprium, vt idem eſt, quod per ſe primo: & hoc pacto, proprium diſtinguitur contra alienum. Quod & Caietanus notat, vbi ſupra H art. 1. Et tunc inſinuatur ꝙ eſſe, eſt effectus Dei, non per aliud, & aliorum per ipſum Deum: ita enim communi interpretamur lege, aliquid alicui conuenire, per ſe primo. Et tunc ſenſus eſt: ꝙ eſſe Leonis, eſt quidem effectus Dei, & aliarum cauſarum, ſed Dei ex proprijs, aliarũ ex mendicatis a Deo. Et eſt ſenſus: ꝙ Dei eſt velut primi agentis, & aliorum velut inſtrumentorum eius Et placet hęc interpretatio Caietano: & recta quidem eſt, ſed debet ſanè intelligi.

Ad cuius intellectum, recolendum eſt, ꝙ etſi ſępe inſtrumentũ, ad eſſentiam attingit effectus, hoc eſt, ad ſubſtantiam eius in ſeſe, non tamen hoc, ſemper neceſſarium eſt. Exemplum primi, in inſtrumentis apparet artificialium rerum, vt in arcu, qui inſtrumentum eſt in pulſatione citharę: exemplum ſecundi in inſtrumentis habetur ſacramentalibus. Tradit enim Eccleſia, ꝙ nouæ legis ſacramenta, inſtrumenta ſunt Dei, ad cauſandam in nobis gratiam: ſed non propterea

intendit

A intendit q ad eſſentiam illius attingant abſolutè, ſed ſatis eſt q illam cauſent in ſui communicatione, hoc eſt, ſecundum hanc rationē, quæ eſt gratum reddere. Quod dixerim, quia gratię productio, abſolutè eſt creatio, in qua non conuenit inſtrumentum vt notū eſt in doctrina D. Tho.

Ergo, cum dicitur, q cauſæ mediæ, eſſe cauſant vt inſtrumenta: intellige, non q cauſent ipſum abſolutè (id enim nō eſt opus, quin nec eſt poſsibile: quoniam & ipſi eſſe abſolutè in Leone, quodam pacto videtur admiſceri creatio, iuxta illud, prima rerum creatarum eſt eſſe, & neceſſe eſt tali pacto fore immediate a Deo, cum & participatio eius, certo modo ſit, propter quod, & apud philoſophos, res tantum participat de Diuinitate, quantum de eſſe, vnde & illud pręomnibus ſtudent ſeruare, & vt ſeruent illud omnia facere) ſed intellige in ſui communicatione, vt ſua pro ratione dictum eſt de gratia.

Tertio intelligi poteſt, q eſt effectus proprius: quia ſolus Deus poteſt facere totum, quod ad ipſum eſſe requiritur. Hic ſenſus ponitur a Caietano vbi ſupra: & eſt D. Tho. 3. contra gen. ca. 68. Et eſt verus, & indubitatus. Siquidem diſtinctis omnibus creatis in duabus claſsibus: in quarum altera ſint omnia a materia ſeparata, vt intelligētiæ, & in reliqua omnia materialia, vt corporea: nulli dubium q ſolus Deus facere poteſt quicquid ad eſſe exigitur ſeparatorum, quoniam ſolus

B ille valet intelligentias producere: Similiter & notum eſt, q ſolus ille, facere poteſt materiam, quæ ad materialia eſt neceſſaria, cum aliter nequeat fieri, q̄ per creationē. Ex ijs tribus ſenſibus, poteſt conflari completus & abſolutus ſenſus: ad laudem Dei.

THEOREMA DECIMVM.

Quo pacto a creatura naturaliter deſideretur viſio Dei.

RATIONALIS creatura dici poteſt, quòd deſideret naturaliter viſionem Dei facialem, & per hoc ſupernaturalem fœlicitatem. Peruium eſt Theorema in doctrina D. Tho. & tractatur q. 12. primæ partis.

Excuſſio, defenſioq; Theorematis.

Deſiderium naturale, duobus accipitur modis: altero pro naturali inclinatione, reliquo pro actu elicito. Horum diſcrimen amplitèr habes in principio Metha. Vbi excutimus primam pro-

C poſitionem prologi. Si ſermo ſit de naturali deſiderio primo modo: intellige tale deſiderium eſſe naturale, non formaliter, ſed ſubiectiue, ac modaliter. Dicitur deſiderium pro inclinatione ſumptum, formaliter naturale, quādo ipſa inclinatio emanat ex principijs ipſius naturæ, in qua eſt. Et quoniam natura non tendit naturaliter, niſi ad rem ſibi connaturalem propriamq; naturę perfectionem, hinc certum eſt, q ex illius principijs, naturaliter nō emanat inclinatio, ad rem ſeu perfectionem, naturam ſuperexcedentem. Dicitur deſiderium naturale ſubiectiuè, inclinatio in natura poſita ſeu recepta, non tamē a naturę illius principijs proficiſcens, ſed a Deo collata, donataq; ex peculiari rationalis creaturę affectu ac prouidentia, quibus illam placuit ad maiora, q̄ nati ſimus, euehere. Quia ergo, ſubiectum, in quo præfata poſita eſt inclinatio, eſt natura, inde denominatur naturalis: cum tamen formaliter ſumpta ad ſuperiorem pertineat ordinem, quia ad ordinem gratiæ, ſeu fœlicitatis ſupernaturalis, eo q actus & potentia ad illum, vnius generis ſunt, vt Philoſophi tradunt. Dicitur deſiderium naturale modaliter, pro quāto illa inclinatio habet modum inclinādi naturalem, eo q inclinat ad vnum: quod proprium eſſe naturę, Philoſophis compertiſsimum eſt.

Concludendo itaq; iuxta pręfatam naturalis deſiderij acceptionem, dicimus creaturam ratio-

D nalem, habere naturalem inclinationem ad viſionem Dei facialem: naturalem inq̄ non formaliter, quia eiuſmodi non eſt niſi ad actum naturalem, ſed ſubiectiuè, quia eſt vt in ſubiecto in rationali natura, a qua eam ſortitur denominationē: eſt inq̄ in rationali natura, non quia ex illius proficiſcatur naturalibus principijs, ſed quia collata a Deo, qui ſicut rationalem naturā, ſua peculiari liberalitate ordinauit ad ſupernaturalem fœlicitatem, ita & eidem ad illam ſuperaddidit inclinationem, orituram quidem cū ea, & ſi nō ex ea. Eſt inſuper & pręfatum deſiderium naturale modaliter, quia inclinat vrgetq;, vt dictum fuit ad vnum, ad ipſam ſcilicet fœlicem viſionē, ita q non ad oppoſitum, quod eſt ſingulare ipſi naturę, vt Philoſophis notum eſt. Sic autem accepto naturali deſiderio, nō opus eſt, vt in ſingulis ſe prodat hominibus, aut vt in quibus ſe prodit, q in ſingulis ſortiatur effectum, quin nec forte eſt opus, vt effectum ſortiatur in pluribus: quoniam etſi potiſsimum, pro loco & tempore apparet in pręedeſtinatis, apparet nihilominus &

nonnunq̃ in reprobis,etiam cum fidem habent:& licet qui ſaluantur,ex diuina ſaluentur volun E
tate,ea tamen non eſt in omnibus ſemper efficax. Sed de his, loco opportuno. Modo de deſiderio naturali,pro actu elicito.

Si ſermo ſit de deſiderio naturali ſecundo modo,ſic intellige:nempe ꝙ cum deſiderium naturale,ſumptum pro actu elicito ſequatur apprehenſionem cognitionemq; ipſius appetentis, neceſſe eſt, ꝙ ſi rationalis creatura, tali pacto habet Dei deſiderare viſionem, ꝙ illam aliquo pacto præcognouerit, quin (ſi deſiderium eſſe debeat efficax) vt ſibi poſsibilem apprehenderit. Quod & contingere poteſt, vel in apprehenſione ac cognitione illius, in ſeſe, vt multis placet, contigiſſe Moſi ac Paulo,vel in apprehenſione ac cognitione quorundam ſupernaturalium,qui nobis cõferuntur,effectuum,puta gratiæ ac charitatis,quibus ex lumine fidei credimus,frequenter donari fideles. Quãdo ergo tali pacto ratio noſtra,Dei viſionem apprehẽdit agnoſcitq;.haud dubium in voluntate actus quidam excitatur,produciturq;, quo naturaliter appetit ea: qui naturale deſiderium dicitur, deſiderio accepto, pro actu elicito. Verum quia deſiderium ita ſumptum,bifariam valet dici naturale,vt ad rem pertinet:nempe vel ex parte ſpecificationis tantum, vel ex parte ſpecificationis & exercitij:primum dubium non eſt, eiuſmodi deſiderium, naturale eſſe ex parte ſpecificationis. Deinde attento ꝙ naturale eſt, viſo effectu, deſiderare videre cauſam, F
haud obſcurum,ꝙ nõnihil in eo deſiderio naturalitatis ſaluatur, ex parte etiã exercitij. Et quoniam ex his credimus:rem eſſe perſpicuam,hęc ſatis ad laudem Dei.

THEOREMA VNDECIMVM.

quinque Theorematibus explicatum.

De viſione fœlici beatorum in patria.

THEOREMA PRIMVM.

NVLLVS poteſt eſſe beatus,niſi videat eſſentiam Dei, perfectiones attributales, & tres perſonas Diuinas. Hoc Theorema, etſi ex D.Tho. poteſt haberi, idq; in pluribus locis: placet tñ illud ſumere ex prima Ioan. 3. cap. vbi dicitur ꝙ videbimus Deũ, ſicuti eſt. G

Excuſſio conſtitutioq; Theorematis.

Cum tam attributales perfectiones,q̃ perſonales ſubſiſtentiæ,faciant ſuo modo, ad eſſe ipſius Dei:palam ꝙ,ſi ad beatitudinem, opus eſt, vt videatur ſicuti eſt, ſine eorum viſione, quis beatus eſſe non poſsit. Sed vt quod dicimus ſit perſpicuum, attendẽdum ꝙ perfectiones attributales,cũ ſint in Deo formaliter(vt Sapientia, bonitas, iuſtitia) haud dubium, ꝙ dant ſuo modo eſſe Diuinæ eſſentiæ,ſicut & eidem dant denominari: Siquidem ſapientia dicitur ſapiens,bonitate bona, & iuſtitia formaliter iuſta:& conſtat propriũ eſſe formæ,vt det eſſe. Ergo eſſe Dei ex illis omnibus, ſuo modo conſtat: Eſſe inq̃ Dei abſolutè, & propterea tale, quale in particula (ſicuti eſt) repromittitur. Non enim dearticulatur ad eſſe aliquod ſpeciale, puta eſſentiale præciſè, aut ſapiens precisè,ſed abſolutè,vt ipſe eſt in ſeſe,repromittitur. Quare non eſſet completa ratio obiecti beatifici nobis repromiſsi,ſi eius non viderentur attributa.

De perſonis Diuinis,haud diſsimili conuincitur ratione:quin & ni fallor,magis efficaci, cum ab illis eſſe habeat Deus, ſimpliciter perſonale, ſubſiſtenſq; perſonaliter completè, vt in Theoremate de verbi incarnatione explicatum eſt:quod non ſolum clauditur in obiecto nobis repromiſſo beatifico,ſed clauditur maxime:eo ꝙ obiectum illud,vt beet attingi habet, nõ quacũq; cognitione,ſed intuitiua,quæ neceſſario ad ſingularia, perſonaliaq; debet extendi:videbimus inquit,ſicuti eſt:ex quibus,primo veritas habetur theorematis,ꝙ ſcilicet obiectum beatificum,iuxta promiſsionem factam,continet diuinam eſſentiam,perfectiones attributales,& tres perſonas, H
cum hæc omnia ad illius pertineant eſſe:illæ quidem ad illius eſſe formale, ſeu eſſentiale: hæ ad eſſe illius perſonale completum,incommunicabileſq; ſubſiſtentias eius,quę ex perſonalibus adſunt relationibus,iuxta ea quę in Theorematibꝰ de Trinitate,& Verbi incarnatione dicta ſunt.

Et ſi conſideratum fuerit, ꝙ beatitudo nobis promiſſa,eſt velut ſtillicidium beatitudinis Dei, & propterea ꝙ vtriuſq; (modo quo decet) eędem ſunt conditiones,apparebit ſecundo, ꝙ Deus, & quælibet Diuina perſona ſimiliter beatitudinem habent,in cognitione Dei, ſicuti eſt:& propterea ꝙ hic Deus,pueniens ſuo modo tres perſonalitates Diuinas, & beatus in illa anteceſsione

exiſtens

A exiſtens (quandoquidem eſſe beatum,eſſentiale eſt,perſonale eſſe præueniens) non erit beatus, niſi cognoſcendo eſſentiam,cum attributis, & perſonalitatibus:ſi non tunc actu poſitis, virtute tamen,& ſuo modo in ea contentis. Vnde liçet non faciant actu tunc ad eſſe perſonale.faciunt tamen virtute,& ob id ad beatitudinem concurrunt huius Dei. Quod non videbitur tibi mirum, ſi attenderis ꝙ cognitio,ſeu viſio,qua hic Deus beatus eſt,in eo,quod concipimus priori,cognitio & viſio eſt, comprehenſiua Dei: & propterea intuens, & penetrans quicquid,& omne,quod ſuo quouis modo, continetur in eo, ſiue contineatur actu, ſiue virtute.

Et quod dico,de hoc Deo,dico conſequenter de Patre, in eo priori,vel ſigno : quo præcedit, vel præcedere intelligitur filium. Propter quod nō recipitur opinio Sco.1.d.prima.q. 2. qui putat ꝙ ſolius eſſentiæ Diuinæ intuitu,vel ſaltem eſſentię Diuinæ cum attributis,perſonis excluſis,aliquis poſsit eſſe beatus:quin & ſentit ꝙ Pater ſit illo modo beatus:non recipitur inq̃,quoniam vt ex dictis patet non eſſet beatus,ex penetrantiſsima Dei viſione, qua cognoſceretur penitus ſicuti eſt,tum actu,tum vt dictum eſt,virtute. Nec propterea denegatur,Diuinam eſſentiam,quemadmodum radix eſt omnium perfectionum,& perſonalitatum, ita & primum eſſe fontē, & originem ipſius beatitudinis:ſed dicitur ꝙ ad hoc,ꝙ completè beet, & abſolutè, exigit completum
B eſſe, tum eſſentiale, ſeu formale, tum perſonale trium hypoſtaſum: eſſentiale ſeu formale, forte ſimpliciter,perſonale autē ſorte, vt conditionē,ſine qua nō,&c. Hęc modo ſatis ad Dei gloriā.

THEOREMA SECVNDVM.

De Beatorum fœlicitate.

NIHIL *prohibet aliquem eſſe beatū,ſiue hominem,ſiue angelum:ſi nullam creaturam viderit in Deo.* Habetur ſatis ex D. Tho. prima parte.q.12.ar.8.ad quartum.

Conſtitutio Theorematis.

Conuincitur Theorema : tum auctoritate Auguſtini,quinto confeſsionum: Infœlix, inquit, homo,qui ſcit illa omnia,i.creaturas (de illis enim loquitur) te autem neſcit: Beatus autem, qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat: Qui vero te & illa ſcit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus: Tum euidenti ratione, nempe ꝙ eſſentia Diuina cum omnibus in ea formaliter contentis, vt ſunt attributa, & Diuinæ perſonæ, ſufficientiſsimum eſt obiectum, ad ſatiandum omnem
C appetitum creatum : non minus q̃ forma cœli omnem appetitum materiæ ſuæ. Nec oportet, vt creaturę cognoſcantur à vidente Deum, quomodocunq;, quoniam ſunt de latentioribus in eo, cum non ſint in Deo, niſi ſicut effectus in cauſa: hoc eſt, non formaliter, ſed virtualiter, licet virtute eminentiæ, de qua re, alibi opportunè.

Verum occurrit ſcrupulus: eo ꝙ creaturæ, in obiecto continētur beatifico, velut in ſpeculo. igitur in Deo continentur formaliter: ergo indubiè videbuntur in eo. Aſſumptum D. eſt Augu. in lib. de Videndo Deum. Vbi ait, ꝙ Deus ſpeculum eſt voluntarium &c. Illata ſunt euidentia, vt conſideranti notiſsimum eſt. Et confirmatur, quia eſſentia Diuina, ſiue obiectū, ſi mauis, beatificum, omnes ſortitur eſſentiales conditiones, quæ conueniunt ſpeculo : ſunt enim ſi D. creditur Thomæ de Ver.q.12.art.6.duæ: Videlicet diſtincta repręſentatio, & impreſsio, ſeu acceptio repręſentatorum ab alio. Conſtat autem ambas cōditiones ſaluari in propoſito, ſi recolatur obiectum beatificum eſſe Dei Verbum, vt paſsim dicunt Doctores, aſſerentes ꝙ beati vident in verbo: quin & ꝙ hęc radix eſt, illius ſententiæ, ꝙ non egent formare verbum, per actum beatificum. Verbum enim Dei & diſtinctè omnia repręſentat, & vt accepta ab alio, quia à Patre : vnde Sapientiæ.7. dicitur ſpeculum ſine macula.

D Dicendum, ꝙ ſi propriè loqui volumus, creaturæ in obiecto non continentur beatifico, velut in ſpeculo, & ſi intellectum vt decet, tolerabile ſit: propterea ꝙ habent ibi hanc vnicam conditionem, nempe ꝙ diſtinctè repręſentantur, non ſolum ex parte repręſentatorum, vt communiter dicitur, ſed etiam ex parte repręſentantis: ſi non formaliter, eminēter, vel ſi mauis virtualiter, & ęquiualenter. Et quia ꝙ non repręſententur propriè, vt in ſpeculo, conſtat, quia deficit ea conditio, ꝙ non ſunt acceptæ, ſeu impreſſæ ab alio, ſecundum ꝙ includi habent in obiecto beatifico, vt ſic, intellectus creati. Et illud quod adducitur ex Aug. facile conſtat ex dictis, ſi non iuxta ambas, iuxta alteram verificandum conditionem. Ad illud, ꝙ vident in verbo : Dicenda ſunt duo. Alterum eſt, ꝙ non ſumitur Verbum tunc notionaliter, vel perſonaliter, ſed eſſentialiter, iuxta illum modum, de quo dictum eſt in Theoremate de Trinitate, de quo & D. Tho. in primo. ſen. Vbi vtranq; ponit verbi acceptionem: & propterea ꝙ non oportet, ꝙ videre in ſpeculo dicantur

propriè: quoniam conſtat in verbo ſic ſumpto, illam non ſaluari acceptionẽ, quæ eſt per acceptionem ſeu impreſsionem repręſentatorum ab alio. E

Secundum eſt, ꝙ iccirco dicitur, ꝙ vident in verbo, quia in Diuina vident eſſentia: non vt vicem gerit ſpeciei intelligibilis, ſed vt rationem gerit obiecti, ſeu quod idem eſt, vt terminat viſionem, quod opus eſt ipſius verbi. Vbi etiam videri licet, ꝙ illa conditio, ſimpliciter non ſaluatur. Et hæc ſatis ad laudem Dei.

THEOREMA TERTIVM

De Beatorum fœlicitate.

C*REDENDVM eſt beatos omnes, videre in Deo, omnia genera, & omnes ſpecies rerum, quæ de facto ad præſens pertinent vniuerſum.* Habetur ex D. Tho. vbi ſupra.

Conſtitutio Theorematis.

Fundamentum Theorematis eſt: quia hæc ad perfecti onem naturalẽ ſpectant intellectus creati: & propterea ab ea valent deſiderari ſuapte natura: ergo & ęquum eſt, vt tale deſideriũ expleatur in eis. F Hac tamen in re aduertenda ſunt duo. Alterum eſt: ꝙ licet omnis intellectus, abſolutè ſatiari valeat, in eſſentia Dei, iuxta tradita in Theoremate ſuperiori: videtur tamen conſonum, ꝙ non deneget Deus, id oſtendere ei, quod in pelago ſuarum infinitarum contentũ perfectionũ, poteſt naturali illius ſatisfacere appetentiæ: præſertim cum ſit ſummè liberalis ac bonorum ſuorum profuſiſsimus. Reliquum eſt: ꝙ ſi Deus, nouam aliquam vniuerſo ſuperadderet ſpeciem, vel etiam aliquod rerum genus (quod indubiè, cum ſit omnipotens poſſet) deſiderium cognoſcẽdi illam, vel illud, non diceretur propriè (ni fallor) creato intellectui naturale, ſed præternaturale. Fundamentum eſſe poteſt, quia intellectus creatus, factus eſt vti receptaculum omnium intelligibilium naturalium, quę in vniuerſo ſunt: intellectus inq̃ creatus humanus, de quo præcipuè ſermo eſt, qui & recipit rerum ſpecies, & ſuapte natura eſt natus ad omnia fieri, quę iuxta huius vniuerſi diſpoſitionem ſunt. De angelico autem intellectu, & ſi non eſt vertendum indubium, ſuã nactum eſſe menſuram, naturalemq́; cognoſcendi appetentiam: conſtat tamen, præſertim iuxta D. Tho. ſentẽtiam, illũ non recipere ſpecies a rebus, ſed ex infuſione a Deo. Quare oporteret, vel ꝙ noua ei infunderetur ſpecies, vel aliqua, ad nouiter producta extenderetur, ad repręſentãdum ea, & ob id ad excitandam naturalem cognoſcendi appetentiam reſpectu illius. Et hæc modo G ſatis ad Dei gloriam.

THEOREMA QVARTVM

De Beatorum fœlicitate.

L*ICET cognitio ſingularium, ad perfectionem non ſpectet intellectus ſpeculatiui: ſpectat tamen, ad perfectionem intellectus practici.* Habetur hoc a D. Tho. 3. parte. q. 11. a. ad 3.

Excuſſio defenſioq́; Theorematis.

Hoc ex Theoremate rite diſcuſſo, licet inferre, ꝙ non pauca ſingularia pertinere habent ad perfectionem intellectus beati, alicuius creaturæ: & per hoc, ꝙ iuxta explicata alio in Theoremate, multa cognoſcenda ſunt formaliter, in Diuina eſſentia facialiter viſa. Id quod non ſemel exprimit ſua in doctrina, D. Thomas. Verum difficultas occurrit non modica: An inq̃ omnia ſingularia, quouis modo ad beatum ſpectantia, ſeu ſpectare debentia, non ſolum toto tempore pręſentis vitæ, ſed & duratione vitæ futuræ, videantur ab eo formaliter in Diuina eſſentia: an ea dũtaxat quæ tunc ſpectant ad ipſum, quando fit beatus. H Et ſunt hac in re ſententiæ variæ: quoniam aliquibus placet primum, aliquibus vero ſecundum. Et meo iudicio, pars vtraque defendi poteſt: & vtraq; eſt ratione fulta, licet magis ſatisfaciat mihi prima.

Quamobrem dicẽdum videtur, ꝙ puta, beatus Petrus apoſtolus a principio ſuæ beatitudinis, orationes quæ ſibi modo offeruntur, videt in verbo formaliter, non obſtante ꝙ reuelentur eidem multa, circa illos futura, qui orationes offerunt: reuelantur inq̃ a Deo, quæ in illius eſſentia nec vident, nec viderunt formaliter. Et ſi inſtes, vt quidam: ꝙ tali pacto, re ſe habẽte, ſequi poteſt ꝙ aliquis beatus Petro inferior, puta beatus Antonius, eſſet Petro beatior, eo ꝙ in Dei eſſentia, plura videret formaliter (nam plures illi offeruntur preces) & ob id, Deum magis videret (ſiquidem plura in Deo videre, apud D. Tho. infert magis Deum videre) quod eſt eſſe magis beatum:

ſi inſtes

A ſi inſtes inquàm, reſpondebitur, hunc in modum.

Et primo, ꝙ argumentum non cogit: quoniam ſiquid infert, infert ꝙ in genere talium ſingularium, puta orationum, precum, ſupplicationum, plura videt D. Antonius, q̃ D. Petrus: & non ꝙ plura videat illo ſimpliciter, & abſolutè, quin & in alijs generibus ſingularium, poterit longè plura videre Petrus: immo & plura indubitanter videre credēdus eſt: quia cum eſſet nedum apoſtolus, ſed apoſtolorum princeps & paſtor totius Eccleſiæ, multo plura ſingularia ad eum pertinebant, cum factus eſt beatus, eo ꝙ omnia ſingularia quodam pacto, totius Eccleſiæ ſpectabant ad eum, & præſertim ad eius ſorum pertinentia: quod dixerim propter cogitationes cordium, & ſpectantia ad ordinem ſupernaturalem, quæ fori eius directè non ſunt.

Secundo dicitur, ꝙ eſto beatus Antonius plura cognoſceret ſingularia, etiam abſolutè, quàm beatus Petrus apoſtolus: cognoſceret tamen beatus Petrus plura genera, & plures ſpecies, eo ꝙ Deus reuelaret ſibi, videreq́, faceret multa in verbo, quę in eius ſunt poteſtate, quę non ſpectant ad ordinē præſentis vniuerſi, quæ videre non facit beatum Antoniū, & ſi videre facit, nō tn̄ tot.

Tertio dicitur, ꝙ ex hoc nequit inferri, ꝙ beatus Antonius magis videat Deum abſolutè, ſed ſolum ꝙ magis videat ſecundum quid: quoniam cum ſingularia non habeant contineri aut re-
B preſentari in Deo immediatè, ſed mediantibus ſpeciebus aut generibus ſuis: palam, ꝙ non licet aliud deducere, niſi ꝙ magis cognoſcatur Deus, ſecundum illam ſpeciem, ſeu genus, quod non eſt magis cognoſcere abſolutè.

Verba autem D. Thomæ, ex pluribus in Deo viſis, magis Deum videri &c. intelliguntur de pluribus viſis immediatè, ſeu immediatè contētis repręſentatisq́;: & non de pluribus viſis, quomodocunq́;. Et demum dicitur quarto: ꝙ cum cognitio ſingularium, pertineat (vt dictum eſt) ad perfectionē intellectus practici, in quo non eſt beatitudo principaliter, vt quæ principaliter pertinet ad ſpeculatiuum, ex pluribus ſingularibus viſis, non poteſt abſolutè inferri, maior beatitudo, ſed forte maior ad practicum intellectum pertinens. Et hæc ſatis ad Dei gloriam.

THEOREMA QVINTVM.

De Beatorum fœlicitate.

POST *diem iudicij, omnes beati; cognoſcent quæcunq; ſcit Deus ſcientia viſionis.* Habentur hæc
C ex D. Tho. in 4. ſen. diſt. 49. q. 2. ar. 5.

Excuſſio ac verificatio Theorematis.

Etſi Theorema eſt illuſtre, & terminos penetranti, in omni parte perſpicuum: conſideratione tamen opus habet, ſi percipiendus eſt modus, quo verificari poſſit. Siquidem nulli dubium, id per diuinam futurum eſſe reuelationem, & propterea per ſpecies beatorum mentibus infuſas: non facile tamen conſtat, quo pacto illæ ſpecies, eis repręſentabunt hęc omnia. Verum ſiquis animaduertat, ꝙ ſpecies animę CHRISTI infuſæ, ab inſtanti ſuæ conceptionis, ſibi repręſentauerunt ea, & modū perpēderit quo repręſentauerūt illa, nō multo negocio, poterit acquieſcere.

Repręſentauerunt inq̃ ſpecies infuſę ea omnia CHRISTO: non ratione ſuę eminētiæ, quaſi pręſtantiores fuerint ſpeciebus quæ ſunt in angelis, immo illis fuerūt quodam pacto inferiores, vtpote magis dearticulatæ, & multiplicatę: nec ratione perſpicacioris intellectus, quoniā nō fuit maior perſpicacia intellectus CHRISTI, perſpicacia intellectus angelici, ſed natura minor; vt qui natura erat inferior: Sed ratione cuiuſdam ſingularis luminis, non quidem gloriæ, ſed gratiæ (ſic enim illud D. Thom. nominat 3. par. q. 11. art. 4.) hoc eſt gratuito collati, ſicut & innuit eo in loco Caietanus. Non enim intendit D. Th. de lumine gratiæ gratum facientis.

D Fuit inq̃ lumen ſingulare, lumen inſigne: quoniam reſplendebant ſub eo, cogitationes cordium, myſteria gratię, & alia, quę ſub naturali lumine, cuius volueris creaturæ reſplendere non poſſunt: quoniam vt diximus ex D. Tho. doctrina, ſplendebat & ſplēdet, quicquid ſplendet Deo per ſcientiam viſionis: Vnde & dici poſſet, lumen reuelationis eximiæ, excellentiſſimæq́;. Nec incongruit multiplicare lumina, ex Dei munere, ac liberali collatione eius: cum ipſe ſit pater luminum, & lucem habitet inacceſſibilem: immo ipſa ſit lux, & fons totius lucis & claritatis. Propter quod non mirum, ſi in theſauro lucis & omnipotentiæ ſuæ, infinitæ ſunt luminum ſpecies: quin & innumera genera, vt facile poteſt a quolibet concipi.

His diligenter animaduerſis palam eſt, quod diximus. Siquidem non ſolum poſſibile, ſed & rationabile eſt, vt tunc tale lumen cuilibet communicetur: vt ſua pro ratione, quilibet per illas videat ſpecies, quod per ſuas videt anima CHRISTI. Et ſi petis modum, quo eius luminis fiet

communicatio:

communicatio:facile dici poteſt, ꝙ ex redundantia quadam, præfati luminis exiſtentis in ani- E
ma CHRISTI. Sicut enim modo ex plenitudine illius gratię recipimus gratiam:ita & in patria,
omnes recipiemus gloriam,de plenitudine illius gloriæ: Ergo & poſt diem iudicij, rationabile
eſt,vt pręfatum recipiamus lumẽ, de plenitudine prędicti eius luminis. Quare & in Apocalypſi
ſcripſit Dilectus,non futurum ſolem in ſuperna ciuitate alium ab agno;qui illius lucerna eſt.

Poteſt præmiſsis addi, ſi libet:ꝙ CHRISTVS, notitiam eorum quæ Deus ſcit ſcientia viſio-
nis,omnibus beatis impartit (vltra modum præfatum, communicando lumen) per reuelationẽ
ad modum locutionis angelicę.Quod facile percipitur:ſi modus quo ſuperior angelus, inferio-
rem alloquitur,aduertatur. Siquidem cum angelus inferior, ſpecies habeat, quæ ſubſtantias re-
præſentant ſuperiores,& omnia earum accidentia naturalia,omnibus cum conditionibus natu-
ralibus,non tamen propter hoc,videt per illas ſpecies cogitata eorum, niſi ſint quædam natura-
lia,a quibus & nunꝙ abſoluuntur: ſed ſiqua talia debent videre,opus eſt, vt manifeſtẽtur eis a ſu
periori,quæ manifeſtatio locutio dicta eſt.Nam cum angelus ſuperior, intelligit aliquid per ali-
quam ſuarum ſpecierum,ordinat illud,per ſuam voluntatem ad hoc,vt intelligatur ab inferiori:
tunc talis ordinatio actualis,eſt veluti apertio ac manifeſtatio quædam,in illa ſua ſpecie,vt reprę
ſentata per ſpeciem inferioris, non prohibeatur intelligi ab eo: ipſa enim reſeratio,conditio ne- F
ceſſaria eſt,ad hoc,vt ſpecies inferioris angeli rẽpſentẽt cognita a ſuperiori,vt Theologi docent.

Ergo ſic diceretur,ſua pro ratione.Nam certũ eſt,ꝙ intellectus CHRISTI ſuperior ſuo mo-
do eſt intellectibus aliorum hominum: Item ꝙ omnes animæ humanæ præſertim beatæ, eas ha-
bent ſpecies, quas illius habet intellectus,& propterea ꝙ repręſentant eas, ſeu (quod idem eſt) ꝙ
illas vident per eas: licet non omnia videant ſicut ille. Igitur poterit ordinare ea quæ videt per
eas ſic, vt videri poſsint ab alijs: & ita loqui,ac reuelare quæcunq; in tali notitia audiuit a Patre.

Et hæc modo ſatis ad Dei gloriam.

THEOREMA DVODECIMVM
quinque Theorematibus abſolutum.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.

PRIMVM THEOREMA. G

SACRAMENTVM in noua lege complectitur duo: materiam inquàm & formam, & vtrunq; ſenſibile. Habetur ex D.Tho.3.par.q.

Excuſsio Theorematis.

Materia eſt elementum, vt aqua in baptiſmo,& forma eſt verbum,vt ego te baptizo: & ex am
bobus conſtat, quoniã vt Aug. inquit, accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Ex
ambobus inꝙ vnum fit ſacramentum,non per accidẽs ſed per ſe, non in genere rei, ſed ſigni:vn-
de & ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum:rei inꝙ ſignum, non cuiuſq; : ſed ſanctificatiuę,non cu-
iuſuis,ſed hominis. Et quia ſanctificatur homo, per paſsionem ſeu ſanguinem CHRISTI (per
ipſum enim vt docet Paulus ſanctificauit populum) velut per cauſam effectiuam,& per gratiam
vti per cauſam formalem, & per gloriam perinde ac per cauſam finalem,ſanctificationiſq; pror-
ſus abſolutiuam completiuamq; ; hinc eſt ꝙ ſignum horum omnium eſt:Sed paſsionis memoria-
le,gratiæ demonſtratorium, & gloriæ pronoſticatiuum

Si quæritur,cũ ſignificatio relationem includat,vbi ſit ipſa relatio ſignificatiõis, puta in ma- H
teria ſeu verbo:dici poteſt, quòd primo in toto eſt ſacramento, hoc eſt in compoſito reſultante
ſuo modo ex illis,in genere ſigni.Item ꝙ ſecundò eſt in vtriſq;,& ſi in verbo principaliter. Et vi-
detur ſimile,ac logici dicunt de relatione ſeu ſignificatione orationis: nempe ꝙ eſt primo in to-
ta,deinde in ambabus partibus,ſubiecto ſcilicet & prædicato &c.

SECVNDVM THEOREMA
De Sacramentis nouæ legis.

SACRAMENTA nouæ legis, ad ſalutem ſunt quidem neceſſaria, ſed neceſsitate non abſoluta ſed congruentia. Habetur ex eodem, vbi ſupra.

Excuſsio

A

Excuſſio Theorematis.

Attendendum neceſsitatem, (de qua Theorema) ſufficientię non detrahere paſsionis Chriſti, quaſi per illam non ſit vbertim operatus noſtram ſalutem, ſed fauere potius, ſi res rite perpenditur: quoniam etſi illa eſt vberrima, longeq́, maioris roboris q̃ poſsimus comprehendere, illa tamen, ex Dei diſpoſitione ſtatutoq́;, nobis non applicatur niſi per ſacramēta: quod maximè congruere ſatis oſtendunt Theologi. Et aduertendum, ꝙ ſemper poſt peccatum fuit aliquod ſacramentum in mundo: ſed in lege naturæ, non fuerat datum hominibus aliquod ſpeciale, ſed vnuſquiſq; aliqua re vtebatur vt ſacramento, prout ei ſuggerebat ratio, vt ex oblationibus tunc temporis Deo factis poteſt haberi: in lege autem Moſis fuerunt determinata, non ſecus ac determinata ſacrificia, & in lege Chrsti, ſunt ſpecialiter, ſeptem definita, quę & notiſsima ſunt.

TERTIVM THEOREMA

De Sacramentis nouæ legis.

B **S***ACRAMENTA nouæ legis, non ſolum ſunt ſigna gratiæ, ſed & illius inſtrumentales cauſæ.*

Habetur ex eodem, vbi ſupra.

Excuſsio Theorematis.

Hoc Theorema determinatum eſt, præfatis verbis, ab Eccleſia ſacroſancta, olim quidē in Concilio Floren. & poſtremo in eo, quod Tridenti celebratum eſt: ergo nefas eſt ſecus quouis pacto ſentire. Vt tamen reddatur illuſtre, conſideranda ſunt quędam: Et primo, ꝙ ſermo eſt de gratia gratum faciente, & non de ſola diſpoſitione ad eam. Diſpoſitio enim ad gratiam, actus eſt liberi arbitrij, tum in Deum, tum in deteſtationem peccati: quem ſacramenta quodam efficiunt pacto at non ſimpliciter, qnoniam in adultis illum efficiunt excitatiuè, & in infantibus applicatoriè: quandoquidem in adultis excitant actum liberi arbitrij, prouocando ad eum (ſiquidem qui fecit nos ſine nobis, non iuſtificat nos adultos ſine nobis) in infantibus aūt applicādo actum arbitrij Iesv Christi, q principalr baptizat, cōcurrēte nihilominus opera, ac ſupplicatione Eccleſię.

Secundo, ꝙ cauſa inſtrumentalis, de qua loquimur, ad genus pertinet efficientis: Vbi ponderanda ſunt duo. Alterum eſt, ꝙ inſtrumentum, quatenus inſtrumentum, cōtinere habet effectū agentis principalis, prout philoſophis exploratiſsimum eſt. Continere inq̃ vel in habitu quodam
C pacto, vt quando ipſo non vtitur de facto, principale agens. Quæ continentia, ipſa videtur inſtrumenti habilitas, ſeu (vt dicunt) idoneitas, qua aptum eſt ad tale opus (non enim quoduis inſtrumentū ad quoduis opus accommodum eſt) & certum eſt, quamlibet artem, peculiaria ſibi quærere inſtrumenta, ex intentione ad hoc, vel illud opus electa coaptataq;: vel in actu, & eſt quando ipſo vtitur de facto principale agens, & tali pacto, effectus contentus, effectus eſt qui per agēs principale efficitur, & in eſſe (vt vocant) intentionali in inſtrumento contentus.

Ergo, ſi ſacramentum, puta baptiſmus inſtrumentum eſt in conferenda gratia: primum dici poteſt, quòd in eo continetur quodam pacto, in habitu (& licet (ni fallor) extenuate, eo ꝙ aqua, & verba illa, habilia non ſunt ad id operis ſuapte natura, ſed Dei obedientia & electione, ſicut videntur habilia inſtrumenta naturæ, vel etiam artis) quoniam aquæ ex Christi baptiſmo ea acceſsit vis idoneitasùe: & verbis, Ego te baptizo, ex eiuſdem collata eſt verbo, quo dictum eſt euntes, baptizate omnes, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: Deinde ꝙ cum actu quis baptizat, continetur in actu. Siquidē miniſter tunc in perſona Christi, vel Christvs potius eſt in miniſtro baptizans: & mouendo, & applicādo ſacramentū, gratia (quę a Christo dimanat) per illud vti inſtrumentum tranſit, eo pacto quo ars per inſtrumentum artificis, & ad eum
D qui baptizatur pèruenit, in ipſoq; recipitur, niſi ſe indignum illius receptione reddiderit.

Et ſi quæras: cū baptizatur quis, cū duo in ipſi baptiſmo, quod inſtrumētum dictum eſt, poſſint attendi, nempe motus (mouetur enim per miniſtrum ſacramentum, motu applicationis) & gratia quæ per ipſum tranſit, vt ars per inſtrumentum artificis: num inſtrumentum, reſpectu vtriuſque actiuè concurrat; dicendum ꝙ ſic, & ſi non eodem ab omnibus intelligatur pacto. Sunt qui ex vtriſq; quodammodo faciunt vnum, quod & dicunt eſſe motum, at non quēcunq;, ſed virtuoſum, hoc eſt vt ab arte profectum (poteſt enim inſtrumentum moueri ſine arte & cum arte) & tuentur quidem quod dicunt. De quorum ſententia in præſenti, nil dicam, niſi ꝙ non puto mentem aſſequi D. Tho. ſi quæ in 3. parte ſcripſit diligenter excuſſa fuerint. Dicunt alij, ꝙ illa nedum ſunt in natura diſtincta, ſed & in cauſando diuerſa: eo ꝙ inſtrumentū, alia per vnum, & alia per aliud agit ratione.

Nam

Nam ex parte motus, poſtq̃ eum receptum modificauit, reſpectu effectus, qui ſequitur in re, E
pro qua ſumitur inſtrumentum, vim quadam illi largitur, propter quod & actiuè per illum cau
ſat, ſaltem diſponendo, applicando, ac introducendo effectum artis, vti effectum principalem in-
tentumq́;. Ex parte autem artis, in illo, ſuo modo, & in eſſe quodam pacto intentionali; diffuſæ
receptæq́;, etiã actiuè ſe habet, quoniam ſicut quælibet ars peculiaria exigit inſtrumenta, ita & in
eis ſuo modificatur pacto: & vim vel (ſi mauis) complementum pro executione recipit, qua & ri
te, & commodè ſortiatur effectum. Propter quod & dicunt, inſtrumenta nedum attingere ad ef
fectum artis, ſed operari nonnihil cum artifice, vti cum principali agente. Sed ad rem.

Diximus nouæ legis ſacramenta, effectiua gratiæ inſtrumenta: quod perinde eſt ac dicere, quod
eis vtitur CHRISTVS (etſi per miniſtros) vt inſtrumentis ad cauſandum gratiam. Ergo in baptiſ-
mo (exempli gratia) motus attendi poteſt, quo mouet illum CHRISTVS: motus planè ſpiri-
tualis artificioſiſſimusq́;, concurrente ad illum Spiritu ſancto, qui eſt ſpiritus CHRISTI, & om
nium artifex, per quem baptiſmus inſtrumentaliter agit ad regenerationem ſpiritualem, qua ex
filijs carnis filij efficiamur ſpiritus, & ex mancipijs Sathanæ, liberi reddamur Dei. Et præter hunc
motum, in eo eſt Spiritus ſancti gratia, vt per illum ad eum, qui regeneratur trãſeat: prout & (ſua
pro ratione) de arte dictum eſt. Ergo, & reſpectu vtriuſque baptiſmus eſt inſtrumentum: & per F
vtrunq; effectiuam (& ſi inſtrumentalem) cauſalitatem exercet.

Et per motum, diſponendo, prouocando, applicando, ſuoq́; modo ad receptionem gratiæ fa-
ciendo: & per gratiã, eam nedum vehendo, ſed & cõferendo (nam continent & conferunt eam)
agendo ſaltem ex parte gratuiti eſſe, quo illam recipiens, gratus eſt Deo. Nec modo ex parte eſſe
gratuiti, ſed & peculiaris effectus, quem vnaqueq; ſacramentalis gratia ſecum affert, actiuè con-
currendo agendoq́;: de quo in eo quod ſequitur Theoremate. Quare etſi in gratiæ gratũ facien-
tis productione quodam pacto admiſcetur creatio, pro quanto a Deo ex nihilo videtur produci
(produci vt rei congruit non ſubſiſtenti) & ob id ea de ratione nequeat creatura, in eius produ-
ctione, vt inſtrumentum aſſumi: vt tamen reddit hominem Deo gratum, & ad talem ſe extendit
effectum, nihil prohibet, opus admiſceri rei creatæ inſtrumentiq́;, præſertim ad id Diuina proui-
dentia selecti: nec in ijs admiſcetur, ſed ſupponitur ipſa creatio, vt notum eſt.

QVARTVM THEOREMA

De Sacramentis nouæ legis. G

*SACRAMENTALIS gratia, hoc eſt, per ſacramenta nouæ legis, exhibita collataq́;, non vno mo-
do intellecta videtur ab omnibus. Nam ſunt qui volunt illam eſſe donum internum, quod reſpectu quo-
rundam ſacramentorum eſt character, reſpectu aliorum appellatur ornatus: Alij conueniunt illam eſſe gratifi-
cam gratiam, ſed cum peculiari effectu, prout vnumquodq; ſacramẽtum exigit. Verum ij licet conſentiant gra
tiam hanc, in illũ nõ exundare effectum, niſi concurrente ſpeciali auxilio Dei, extendẽte promouenteq́; illam in
talem effectum: non conueniunt tamen prorſus de ipſo auxilio ſpeciali, eo quòd quidam volunt præfatæ gra-
tiæ aſſiſtere per modum habitus, quidam vero, per modum actus ſecũdi. Et demum ſunt, qui tradunt eam qui-
dem eſſe gratificam: ſed concipiendam vti gratiam virtutum, ſeu donorum. Quod mea ſententia ſatius eſt.
Et Diuo Thomæ conſonum.*

Excuſſio Theorematis.

Prima opinio vera eſt, de effectu ſacramenti, communi etiam malis, & indignè ſe ſacramento
ſubijcientibus. Siquidem qui baptizatur, aut confirmatur, aut ſacro ſe ſubijcit ordini indignè
indiſpoſitèq́;, etſi non recipiat gratificantem gratiam, recipit tamẽ, indelebilẽ charactèrem, pro H
pter quod nec poteſt præmiſſis ſacramentis amplius ſubijci. Similiter & qui reliqua ſacramenta
indiſpoſitus recipit, recipit quidem quoddam donum quod dicunt ornatum, etiam quod non aſſe-
quatur gratificantem gratiam. Verum de hoc dono, nõ fit ſermo præſens, & de charactère; Theo-
remate mox ſequenti: & cum præſens agitatur quæſtio, de gratifica gratia quæſtio eſt.

Secunda, quæ gratiam gratificam, gratiam vult eſſe de qua ſermo, indubiè veriſſima eſt, quan
tum eſt ex parte ſacramenti (ipſam enim continet, & quantum ex eo eſt, eam confert) Et notum
eſt, eam cum confert vnumquodq; ſacramentum, eo cum effectu illam conferre, quem illud ſa-
cramentum, ſua pro ratione præfefert. Et quod ſubdit de ſpeciali auxilio Dei: & ſi videtur ratio-
ni cõſonum, eo quod ſicut quælibet creatura, vt in ſuum, ſibiq́; proprium prorumpat effectum, Dei
eget auxilio fauoreq́;, ita & eo opus habet gratifica gratia: quin forte magis opus habet, non ſolũ
quia

A quia effectus eximius, ſed & quia illius effectus non ordinarius (gratificat quidem ſemper homi-
nem, in quo recipitur, Deo: at non ſemper cum effectu baptiſmi, aut alterius ſacramenti.)

Et quod dicunt, adeſſe per modum habitus, vel vt alij, per modum operationis: licet vtrunq;
valeat ſuſtineri, eo φ per modum habitus, ideo dictum eſt, quia perſeuerat ea vis, in gratia gratū
faciente, illam nedum opportune extendēdo, ſed & extenſam conſeruādo: & per modū actus ſe-
cundi, ſeu operationis, ideo dictum eſt, quia ſicut perſeuerantia non eſt habitus, ſed cōtinua ma-
nutenentia Dei, qua ſeruamur in opere bono, ita & auxilium, de quo ſermo, a Deo continuè
preſtitum, non habitus, ſed operationis potius, rationem induit. Verum quia poſtrema opinio,
mihi magrs; vt dictum eſt, quadrat, illuſtranda paucis eſt.

Gratia donorum, & virtutū, gratia eſt gratifica, ſed vt illatiua ſuoq; modo productiua dono-
rum Spiritus ſancti, de quibus 11. Eſaię: & gratia virtutum, gratia ſimiliter eſt gratifica, ſed vt il-
latiua ſuoq; modo productiua virtutum, quas dicunt infuſas, de quibus apud Theologos. Ergo
ſicut gratię donorum vis ineſt, ad adducendum inferendumq; & ſuo modo producendum dona
prędicta; & gratiæ virtutum, vis ineſt ad adducendum inferrendumq; & ſuo modo producēdum
virtutes infuſas (ſicut enim ex animę noſtrę vi naturaq;, illius proficiſcuntur poteſtates, ita ex gra-
B tia donorum & virtutum, dona & virtutes) ita & gratiæ ſacramentorum vis ineſt ad effectus ad-
ducendos, inferendos, ſuoq; modo producendos, ſecundum φ cuilibet congruit ſacramento;
De quibus Theologos conſule.

Et quamq̃ non detrecto, gratificam gratiam, tum in donis & virtutibus adducendis produ-
cendisq;, tum in effectibus ſacramentalibus largiendis efficiendisq;, eiuſdem eſſe generis: quia ta-
men quæ per illam donantur ſunt varia, haud mirum ſi ſub tali & tali ratione ſumpta, diuerſam
dicitur ſortiri nedum rationem, ſed & in alia & alia eſſe ſpecie: vt videre licet in D. Thom.
& alijs Theologis.

QVINTVM THEOREMA

De Sacramentis nouæ legis.

*CHARACTER qui (vt tactum eſt) a tribus tantum imprimitur ſacramētis, diſponere quidē habet,
pro gratifica gratia: at non proximè, ſed remotè, idq; facit, non ſecūdum ſe præcisè, ſed ſecundū Diuinæ
largitionis rationem exiſtentem in eo.* Hæc ex D. Thō. doctrina, ac illuſtrium Theologorum fonte.

C Excuſsio conſtitutioq; Theorematis.

Character, vt paſsim inſignes docent Theologi, quædam ſpiritualis poteſtas eſt: ideo potiſsi-
mum intenta, vt homo reddatur potens ad actus, qui ad Dei pertinent cultum, ſecundum reli-
gionem Chriſtianam, profitendum: reddatur inq̃ potens tum paſsiuè, hoc eſt ad recipiēdum eos,
tum actiuè, hoc eſt, ad conferendū illos. Et eſt indelebilis, & irreiterabilis: exiſtens in intellectu
ſubiectiuè, & reponitur in ſecunda ſpecie qualitatis. Ornatus quoq;, de quo attactum eſt ſupra,
haud diſsimilem denotat entitatem, diſpoſitionemq;: at non indelebilem, nō irreiterabilem: nec
paris eminentiæ, aut efficaciæ. De quo, & charactere, plura Theologi.

Quo pacto character diſponat ad gratiam, & ſi expreſſum ſatis videri poteſt in Theoremate;
non puto ingratum, ſi exprimatur magis. Ergo animaduertendum, φ character poteſt, & prece-
dere, & nō pręcedere infuſionē gratificę gratię: regulariter tn̄ non habet præcedere, eo φ ſuapte
natura, gratię ſacramentalis conſequutiuus eſt: in caſu tamen contingit vt pręcedat, ſicut cū quis
baptizatur, confirmatur, aut ordinatur indiſpoſitus. Tunc enim imprimitur character, ſed gratia
non infunditur. Ergo non immerito factum eſt, vt non vno, ſed duobus modis, character diſpo-
D ſitio ſit ad gratiam: & quando ſequitur gratiam, diſpoſitio eſt, vel pro illius conſeruatione, vel ad
illius augmentum: quando præcedit, eſt diſpoſitio pręuia, & ſi non proxima ſed remota, & iux-
ta largitionem Dei, vt dicitur in Theoremate. Nec oportet, quòd in eadem ſit animæ parte, ſi-
cut ſi eſſet diſpoſitio proxima.

Verum etſi hęc videantur, communi probari ſentētia: poteſt forſan aliter dici, & longè per-
ſpicacius, iudicio meo. Nēpe φ character, diſpoſitio eſt ad gratiam ſacramentalem, & ſi non rōne
gratiæ abſolutè, rōne per ſe ac proprij ſui effectus, vt eſt talis ſacramenti. Ad cuius illuſtrem noti-
tiam, recolendum (vt non ſemel dictum eſt) ſacramētum quodlibet, conferre gratiam ad aliquē
peculiarem effectum: puta baptiſmum, vt ſic homo regeneretur in membrum CHRISTI, ac ſi
fuiſſet mortuus, ac reſuſcitatus cum eo. Ergo antecedenter, habet conferre gratum faciētem gra-
tiam (prius enim homo redditur gratus, q̃ ſic gratus, vt mortuus & reſuſcitatus cum CHRISTO)

& non ſolum gratificantem gratiam, ſed & charactèrem (præuenit & hic effectum prædictum) quippe qui & diſponere habet pro illo effectu: Siquidem hunc effectum, gratia cauſat effectiuè, vt dona & virtutes infuſas, & character diſpoſitiuè, ſaltem (vt dictum eſt) diſpoſitione remota. E

Dico, ſaltem remota, ad tollendas controuerſias, non ꝙ ſaluari non poſſit, charactèrem quodam pacto pertinere poſſe ad diſpoſitionem proximam. Qua in re conſiderandum ꝙ licet character ſit intentus per ſe & primo, vt homo reddatur potēs, ad ea quæ ſunt Diuini cultus: id tamen non facit, niſi mediante effectu ſuo, quaſi formali, qui eſt reddere illum recipientem, formaliter membrum reipublicę, populi ac religionis Chriſtianæ (membrum inq̃ reipublicæ &c. Chriſtianæ, & non CHRISTI; quoniam fieri membrum CHRISTI, nō eſt munus charactèris, ſed baptiſmi & mediante gratia gratum faciente) Et propterea reddit ipſum potentem ad ea quæ ſunt diuini cultus. Et præter hoc, per talem effectum, proximè diſponitur ad effectum intētum principaliter per baptiſmum; quod eſt tali regenerari (vt diximus) pacto, ac ſi eſſemus mortui & reſuſcitati cum eo, attento tamen rationem diſpoſitiuam, potiſſimum ex parte ſe tenere Diuinæ largitionis in illo profuſæ: cui & proprium eſt, nedum vim prǽſtare, vt res fiat, ſed & vt bene fiat.

Qua de re, character poteſt dici, & proxima, & remota diſpoſitio ad gratiam, vt effectus ſacramenti proprius, ſiue ſecundum effectum gratiæ ſacramentalis peculiarem: remota ſecundum ſe; proxima ſecundum ſuum quodam modo, formalem effectum. Et ſi inſtetur ꝙ diſpoſitio proxima, in eodem eſt ſubiecto cum forma, pro qua eſt diſpoſitio proxima: & ob id, cum gratia ſit in eſſentia animæ, & character in intellectu; veritatem habere nō poſſit, quod dictum eſt, de diſpoſitione proxima: Dici poteſt, ꝙ aſſumptum, verum eſt, quādo diſpoſitio, habet diſponendi vim, ex ſui tantum natura, & non quando habet diſponendi vim, ex aliquo Dei peculiari munere: eo ꝙ tali caſu, res illa, non eſt ita coarctata, vt virtutem ſuam, per redundantiam quandam, extendere nequeat, etiam ad illud vbi non eſt ſubiectiuè. Quamq̃ etiam dici poteſt, ꝙ cum intellectus ſit in eſſentia animæ, nihil obſtat, ſi ea quæ in eo ſunt, quouis pacto redundent ad eam. F

Igitur in ſacramenti ſuſceptione, & confertur gratia, & imprimitur character ſeu ornatus, & habetur effectus proprius gratię, & charactèris, ſeu ornatus, & per hoc, totius ſacramenti. Si quęritur, num diſpoſitio exigatur ad gratiam, ſicut & ad effectum eius: Reſpondetur ꝙ ſic; ſed illa eſt actus liberi arbitrij, a Deo moti & ſuo auxilio fulti. Quę motio redundat quodam pacto in eſſentiam animæ: ſicut ex dictis concipi poteſt, Nam & liberum arbitrium in animæ eſſentia eſt. Poteſt forte & altius dici; nempe ꝙ illa motio liberi arbitrij, ſicut eſt applicatio volūtatis, ad Deū confitendum, amandum &c. & ad peccatum deteſtandum, perſequendum &c. ita eſt & ſuapte natura, eius vis, vt applicet, mō ſuo ad gratiam, capacitatem obiediētiæ, quæ eſt in eſſentia animæ, ad eā: & tali applicatione, ꝙ diſpoſitio ſit vltima in hac re. Et hęc mō ſint ſatis ad Dei gloriā. G

THEOREMA TERTIVMDECIMVM

ARDVVM PRIMO ASPECTV.

De eo qui eſt in peccato mortali.

HOMO *in peccato mortali exiſtens, niſi per gratiam iuſtificantem reparetur, non poteſt diu permanere ſine nouo peccato mortali.* Habetur Theorema ex D. Tho. prima ſecundæ q. 109. ar. 8.

Excuſſio conſtitutioq; Theorematis. H

Quoniam hæc doctrina, multis maximæ eſt difficultatis haud mirum, ſi ampliter examinabitur, & id quidem tali ordine. Primo difficultas eſt aperiēda, quam continet: Secundo veritas declarāda eſt, quam in ſe habet: Tertio, obiectis ſatiſfaciendum eſt, quæ afferri potiſſimū poſſunt.

Quo ad primum difficultas eſt ex triplici capite: nempe ex doctrina eiuſdem D. Thomæ: ex ipſius Theorematis fundamento; Et ex eiuſmet Theorematis veritate. Ex doctrina inq̃ eiuſmet D. Tho. eo ꝙ eodem in lib. q. 85. docet, ꝙ peccatū, non ſolum originale, ſed actuale mortale, non tollit naturalia, & per hoc, ꝙ non tollit liberi arbitrij facultatem: & ſi naturalia ac arbitrium liberum, reddit modo quodam infirmum, ſuaq; integritate aliquo pacto deſtitutum, quoniam reddit illud vulneratum. Et ſecundo ſen. diſt. 28. q. 1. ar. 2. tradit ꝙ præfata arbitrij humani infirmitas, non facit rectè operandi impoſſibilitatem, ſed difficultatem. Ex quibus argumentatur. Homo exiſtēs in peccato mortali, liberum habet arbitrium, licet infirmum: ergo habet liberam fugam mali, licet cum difficultate: ergo poteſt nouum cauere peccatum, & ob id, diu manere ſine recidiuo, ſeu nouo mortali peccato.

A Ex fundamento Theorematis. Nam ſiquis rectè animaduertat, videtur fundamẽtum ſumi ex
ſex malis conditionibus in homine repertis, qui eſt in peccato mortali, & in litera pręfati arti-
culi a D. Thom. expreſsis: quarum tres ſunt priuatiuæ, & tres poſitiuæ. Priuatiuæ ſunt: prima eſt,
priuatio gratiæ Dei. (Non enim vnà eſſe poſſunt tenebræ & lux: nec eſt conuentio CHRISTI
& Belial) Secunda eſt, priuatio ſubiectionis ſui & ſuorum omnium, ad Deum, ſicut ad vltimum
finem. Siquidem in omni peccato mortali auerſio cõtinetur a Deo: vt omnibus compertum eſt.
Tertia eſt priuatio præmeditationis aſsiduæ, circa agenda & cauenda: propterea ꝙ ex peccato ſe-
quitur varietas & inconſtantia in omnibus operibus ſuis. Peccato peccauit Ieruſalem; & ideo in-
ſtabilis facta eſt. Poſitiuæ autem ſunt: quia exiſtens in peccato mortali affectum habet ad malum
finem. Item habet malum habitum. Et demum multiplices patitur motus, & quidem turbulen-
tos, de agendis, cauendiſq;: vt ampliter in prædicto articulo.

Ex his omnibus conflat, in habente peccatum, quędam diſpoſitio mala: qua illum neceſſe eſt,
relabi cito, & ita de nouo peccare, ad vomitumq; redire. Verum hoc ex fundamento, ardua ori-
tur difficultas: eo ꝙ præfatę conditiones, Theorema non fundant ſolidè ſed inſtabiliter: propte-
rea ꝙ priuatiuę non ſufficiunt, & poſitiuæ non ſunt neceſſariæ. Et quidem ꝙ priuatiuæ non ſuf-
B ficiant ex eo conſtat: ꝙ priuatio gratiæ, non aufert a tali homine, niſi merendi principium, ergo
hoc ex capite, in peccatum relabi non cogitur. Aſſumptum probatur, quia non aufert, niſi
quod donabat: ſed palam eſt, ꝙ non donabat, niſi efficaciam ad merendum, ergo &c. conſequen
tia relinquitur, vt per ſe nota. Et confirmatur. Quia in ſtatu naturæ conſono, homo exiſtens ſi-
ne gratia vitare poſſet quodcunq; peccatum, etiam veniale, quodcunq; inq̃ ſeu omne, & non ſo
lum ſingulum: & vitare, non ſolum ad tempus breue, ſed diu.

Priuatio ſubiectionis ſui, & ſuorum ad Deum, quæ per peccatum mortale incurritur, non eſt
priuatio cuiuſuis ſubiectionis ad Deum, ſed illius quæ fit per charitatem. Nam poteſt quis natu-
rali tãtum lumine prędictus, proprioq; conatu, ſe & ſua ſubdere Deo, etiam ſi ſit in peccato mor-
tali. Sed hæc priuatio non ſufficit ad neceſsitandum hominem, ad peccandum aliquãdo, cum &
illa eſſet in ſtatu naturæ conſono, in quo (vt dictum eſt) ſe poterat præſeruare: ergo &c. Priuatio
quoq; meditationis continuę vel aſsiduæ, etiam non videtur ſufficere: eo ꝙ illa non videtur, per
vnum peccatum mortale, tantæ malignitatis exiſtere, vt ad hoc cogat. Præter id, ꝙ conſtat medi-
tationem in rebus humanis, non exigi quidem aſsiduam continuamùe ſimpliciter, ſed quando,
C vbi quantum &c. opus eſt: prout & omnes agnoſcimus.

Quòd autem poſitiuæ non ſint neceſſariæ: ſatis ſit vnico oſtendere medio, idq; hunc in modũ.
Si aliquis virtute temperantiæ præditus, nihilominus nactus occaſionem, eligat ſemel tantum
ſcortari: quin & fornicatione ſemel peracta, ſtatuat ſe non ſcortaturum amplius: quod cum poſsi
bile ſit ꝙ præſtet, admitti poteſt ſic eſſe de facto. Stante hoc caſu: poteſt conſtare primò, ꝙ in tali
pacto ſcortante, non remanet affectio ad malum finem. Poteſt conſtare ſecundo, ꝙ in eodem nõ
erit habitus malus, eo ꝙ vnica ſcortatio ad illius generationem nõ ſufficit: quin & perſeuerat in
illo habitus bonus: nempe habitus temperantiæ. Poteſt conſtare tertio, ꝙ non oportet tot multi-
plicare motus &c. niſi forſan ad horã, qbus põt reſiſtere: qm̃ põt ad horã, vt cõceſſum eſt, cauere.

Deniq; ex ipſius Theorematis veritate oritur difficultas. Et primo, quia voluntas exiſtentis in
peccato mortali, poteſt vitare hoc, & hoc peccatum, in quacũq; temporis parte: ergo poteſt illud
vitare ſemper. Antecedens eſt conceſſum, imo ſuppoſitum tanq̃ certum. Conſequẽtia vero pro-
batur: Tum quia non videt̃ maior ratio, tum quia nõ poteſt voluntas habere ſimul plures actus,
Siquidem non peccatur, niſi conſentiendo: ergo ſi cauendo hoc peccatũ, actum habet conſen-
tientem virtuti, & diſſentientem peccato, non poteſt ſimul actum habere diſſentientem a vir-
D tute, & conſentientem peccato. ergo &c. Secundo, quia ſequeretur ꝙ aliquis poſſet ſcire, ſe eſſe
in gratia Dei: quoniam dantur aliqui religioſi viri, qui per multum temporis abſtinent a mor-
tali peccato: nẽpe per menſem, per annum, per decẽnium, &c. Modo declaranda eſt veritas.

Vt veritas præfati appareat Theorematis; primo quorundam adducemus declarationẽ, eamq;
refutabimus: Deinde afferemus aliam, quã vt veram, & probabimus, & defendemus. Dicunt igi
tur quidã pręfatum Theorema, eam ob rõnem habere veritatem, quia in mortali pc̃tõ exiſtens,
ſeruare non põt præceptũ charitatis Dei & proximi, & propterea ꝙ ſeruare nequit legẽ Dei, quæ
in ijs duobus conſiſtit. Aſſumptũ eſt notũ: quia in illo præcepto imponitur, vt Deũ diligamus &
proximũ, ex charitate. Exiſtẽs aũt in pc̃tõ mortali eſt extra charitatẽ: ergo ex illa nequit diligere.
Et cum paſsim teneatur diligere, tum Deũ, tum proximũ; palam ꝙ diu perſeuerare non põt, ſine
nouo peccato mortali, ſaltẽ omiſsionis, vti conſiderare quilibet poteſt. Adde, ꝙ tenetur non raro

accipere aliquod ſacramentũ: & cõſtat ꝙ in mortali exiſtẽs, id non faciet ſine nouo mortali pctõ. E
Verum hęc declaratio, nihil valet: & inſtabili innititur fundamẽto. Nihil valet; qm̃ ad extra-
nea recurrit, nullam mentionẽ faciens fundamẽti poſiti a D. Tho. Mirum quidẽ eſſet, ꝙ D. Tho.
vellet ſuã verificari ſententiã, ex fundamento nõ ſuo, ſed alieno: de quo nullam mentionẽ facit.
Eſt quoq; quod afferunt fundamentũ inſtabile: eo ꝙ ſupponit falſum, nẽpe ꝙ in mortali exiſtẽs,
teneatur tũc, diligere ex charitate. Tenetur quidẽ conari ad habendũ eam, tenetur petere ſuppli
care, & nihil quantũ in eo eſt omittere vt aſſequatur illã: tenetur & nõ ponere quantũ ex eo eſt,
obicẽ, aut reſiſtentiã facere infuſioni eius: verũ illã nõ habẽs, haud dubiũ ꝙ illa non tenet̃ tũc vti.
Et ſignũ euidens huius rei eſt, ꝙ non tenetur remouere obicem peccati mortalis in ſe exiſten
tis, qm̃ id in ſua non eſt facultate, ſed bene tenetur conari vt remoueatur, nihil nõ tentãdo quod
credat ad negotiũ pertinere. Vnde & Sapiens dixit. Peccaſti, nõ adijcias iterũ: ſed pœnitere, & de-
precare vt dimittant̃ tibi. Et dñs peccatum habentes remittit ad confeſſarios; quibus dimittendi
& abſoluendi impartitus eſt poteſtatẽ. Illud autem quod tangitur de ſacramentorũ perceptione
conſtat per ſingula diſcurrenti, ꝙ parum iuuat: quandoquidem non eſt ea obligatio tam crebra,
ꝙ non poſſit intermitti diu, ſine nouo peccato mortali. Ergo aliter dicendum eſt: & vt Theore-
ma ſit illuſtrius, in tres partes diſtinguendum eſt. Quarum hæc eſt prima. F

Homo exiſtens in peccato mortali. Pro qua animaduerte, ꝙ homo tripliciter dici poteſt in peccato
mortali: Primo modo ſciens & volẽs, vt ille, qui ſcit ſe eſſe fornicarium, & vult permanere in for-
nicatione: vult inq̃ vel actualiter, ſicut cum de facto ſic eligit, vel virtualiter, ſicut cũ nõ curat for
nicationẽ admiſſam deteſtari. Secundo, neſciẽs, ſed volens, vt ille qui fecit contractum iniuſtum,
ex ignorantia nõ excuſante: & vult illũ contractũ ſic ſtare. Tertio, neſciens & nolẽs, vt ille, qui ne-
ſcit ſe peccaſſe mortaliter, diligẽti quidẽ, ſed nõ ſufficienti examinatione ſui præmiſſa. Hic quidẽ
nõ vult pctm̃ aliquod mortale, quin deteſtat̃ aliquali, et ſi nõ vehemẽti, nõ efficaci deteſtatione,
pctm̃. In p̃ſenti etſi ſermo eſt de oĩbus in mortali exñtibus: maxime tñ, de duob⁹ primis. Scđa pars.

Niſi per gratiam iuſtificantem reparetur. Iuſtificãs gratiã, eſt quidẽ gratia gratũ faciens: ſed innixa
meritis IESV CHRISTI. Talis gr̃a reparat naturã noſtrã collapſam, & illius ſanat infirmitates
(ſiquidẽ eſt de mẽte D. Tho. prima. ſcđę q. 83. ꝙ pctm̃ nõ ſolũ originale, ſed actuale mortale, natu
ram nr̃am reddit infirmã ac vulneratam. Et in intellectu vulnere ignorantię, in volũtate vulnere
malitię, in iraſcibili vulnere infirmitatis, & in concupiſcibili vulnere concupiſcentię.) ſanat inq̃
& reparat gratia hęc naturã nr̃am, in pręſenti quidẽ ſimpliciter perfectèq; ex parte aĩæ, vel hoĩs ſi G
mauis interioris, q alias dictus eſt mẽs, ſecundũ aũt quid, impfectèq; ex parte corporis, vel carnis
ſi mauis aut hoĩs exterioris: eo ꝙ perfecta ſanatio, hac ex parte futurę reſeruat̃ reſurrectiõi, vt oẽs
fatemur. Ergo reparatio de qua ſermo, ea eſt, quæ in hac vita, cõi curſu contingit. Tertia pars.

Non poteſt permanere diu, ſine nouo peccato mortali. Poſſe, in propoſito ſumitur, non iuxta poten-
tiam extrinſecam, qm̃ non diſcutit̃, an aliqua potentia extrinſeca, puta diuina, aliquis in peccato
exiſtens poſſit diu a Deo manuteneri ſine nouo peccato: ſed iuxta potentiã intrinſecã, quæ ex vi
ribus penſatur talis in peccato poſiti, & in pręſenti vita reperti, quod dicitur propter condemna
tos tartaro, & in eo iam receptos. De potentia inq̃ intrinſeca ac in pręſenti ſtatu ſumpta: verũ nõ
modo logico, ſed naturali, ſeu morali: qm̃ non eſt intentio examinare an ita non poſſit, quia im-
plicat contradictionem, vt ſonat impotentia logica, ſed eſt intentio de potentia naturali, ſeu mo
rali, quæ veritatem ſortitur communi curſu ferè ſemper, aut ſaltem vt in pluribus, ſic vt ſunt res
naturales & morales, ex philoſophorum doctrina, & continua experientia.

Item ſermo eſt de potẽtia naturali, ſeu morali (has enim ad præſens nõ curamus diſtinguere)
nõ ſumpta reſpectu actus remotè, ſed proximè. Exẽplum. Intellectus noſter, nudè ſumptus eſt in
potẽtia remota ad conſiderandũ aliquod ſcientificũ, & ſub habitu ſcientiæ aceeptus, eſt in poten H
tia ad cõſiderandũ quę ſunt illius ſcĩæ, propinqua proximaq;. Et merito ſic de potẽtia ſermo eſt:
quia non eſt diſceptatio de hoĩe puro pręcisè: ſed de hoĩe exiſtente in peccato mortali. In quo pa
lam voluntatẽ, quæ eſt principium operationis liberę (mouet enim ad opus) eſſe ſubiectũ pecca
ti mortalis, nõ ergo, in illo eſt nuda, ſed ſub hac mala conditione, ſub peccato ſcilicet, quod & il-
lam malè afficit, & malè inclinat, & ſuo pondere, vt Grego. dixit in aliud trahit.

Dicit hæc pars: ꝙ non põt in mortali exiſtens, potẽtia intrinſeca, naturali ſeu morali proxima,
& nõ remota (de hac, i. remota, non loquimur, nec pertinet ad rem directè) diu permanere: nam
nõ eſt dubiũ, ꝙ permanere poſſit per aliquod tempus. Sine (non dico recidiuo, aut reuerſione ad
vomitum, ſed abſolutè dico) nouo peccato mortali, non curando, ad pręſens quodcunq; ſit. Hac
declaratione præcedentibus iuncta: nẽpę ꝙ de exiſtente in mortali peccato, ſermo potiſſimũ eſt,

qui

A qui ſciat & velit ſe in eo eſſe, aut ſaltẽ velit ſi neſcit: haud dubium cuiuis conſtare poſſe quo ſen
ſu Theorema accipiendum eſt. Probatur ergo, hunc in modum.
Homo in mortali exiſtẽs, eſt ſine gratia Dei, vt notum eſt: eſt priuatus ſubiectione ſui & ſuo-
rum ad Deum, ſicut ad vltimum finem: & eſt ſermo de priuatione ſubiectionis, nõ ad horam, nõ
ſecundum quid, ſed ſimpliciter & abſolutè, vt dicetur oſtendeturq́;, quãdo ſatisfiet obiectis ſu-
prapoſitis: & eſt affectus, & ob id inclinatus, quin & extimulatus frequenter & quaſi aſſiduè, ver-
ſus finem malum: ergo niſi in aſſidua aut quaſi aſſidua fuerit meditatione, cautela, ſtudioq́;, con
tineri non poteſt, quin breui labatur, & ſequatur præfatam inclinationem malam. Id enim po-
tentia admittit naturalis, moraliſùe, de qua (vt diximus) ſermo eſt. Ergo diu ſine nouo mortali,
ſecundum communem curſum, ex huius potentiæ imbecillitate, permanere non poteſt.
Antecedens pro prima & ſecunda parte; conſtat conſtabitq́;, vt dictum eſt, ex ſequentibus ma
gis pro ſecunda parte: pro tertia autem manifeſtatur, ſiquis aduertat, quoduis mortale, duplicẽ
habere finem, proximum ſcilicet & remotum. Siquidem fornicatio (exempli cauſa) habet pro fi-
ne, ſed proximo, delectationem talem ſecundum ſenſum: & pro fine, ſed poſtremo remotouè,
amorem proprium, vſq; ad contemptum Dei. Quod & cõuincitur ex oppoſito, in opere bono,
B puta caſtitatis: nam & tale opus pro fine proximo habet bonum rationis in tali materia &c. &
pro fine poſtremo vel remoto, amorem Dei, vſq; ad contemptũ ſui. Propter quod D. Aug. illas
duas tradidit ciuitates; Dei inq̃, & Sathanæ: Volens ꝙ illius origo ſit amor Dei vſque ad contem
ptum ſui, & iſtius, amor ſui, vſq; ad contemptum Dei.
Ex ijs ergo haud difficile eſt, veritatem illius tertię partis agnoſcere: propterea ꝙ hinc poteſt fa
cile animaduerti, ꝙ in peccato quolibet mortali, duplex eſt inordinatus affectus, ſicut & duplex
malus finis. Patère etiã poteſt, ꝙ etſi alter tranſire poſſit, reliquus tamen ſemper perſeuerat quo-
uſq; non deletur peccatum: vnde in exiſtente in mortali peccato, ſemper quidam malus inueni-
tur affectus ad ſeipſum, quoniam in eo ſemper eſt amor ſui vſq; ad contemptum Dei: inuenitur
inq̃ ſemper, ſi non actu, habitu. Et experimur ꝙ ſepe prorumpit in actũ; quin & ſemper occur-
rente occaſione: etſi in aliquibus maiori, in aliquibus minori cum procacitate, vehemẽtiaq́;, iux
ta varium ſtatum, in peccato exiſtentium, de quo dictum eſt. Qua de re non immerito in pecca-
to exiſtẽs, dicitur ſacris in literis habere in ſe talentum plumbi: eo ꝙ grauitat, & ad ima deducit.
Hinc Dauid gemebat: Iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum: & ſicut onus graue gra
C uatę ſunt ſuper me. Hinc (ni fallor) noua ſequitur captiuatio noſtri in lege peccati: Quin & ſecũ-
dum nonnullos ipſa peccati grauedo, ſeu inclinatio quam affert, & impulſus ac extimulatio, &
quaſi coactio, ab Apoſtolo dicta eſt lex peccati: de quo tamen aliàs dicẽdum erit. Igitur ex dictis;
non ſolum totum conſtat antecedens: ſed & paruo negotio, tam prima q̃ ſecunda clara redditur
conſequentia. Quod oſtenditur, hunc in modum.
Siquidem ex eo ꝙ in peccato exiſtens mortali, caret gratia Dei, indubiè caret principio ſtabi-
liente mentem in bono (optimum eſt gratia ſtabilire cor) & propterea relinquitur in fluctua-
tione, & vt arundo commouenda, agitandaq́; quouis vento doctrinæ: Similiter ex hoc; ꝙ priua-
tus eſt ſubiectione ſui & ſuorum ad Deum, fontem totius immobilitatis & conſtantię, ſicut ad vl
timum finem, quẽ ſolum etiam Philoſophi agnouerunt mouere immobiliter, vniformiterq́; vt
legit. 12. Meth. Et ex eo ꝙ habet in ſeſe affectum (vt diximus) ad malum finem, i. ad inordinatum
amorem ſui, cõtinuè illum impellentẽ, grauitantemq́;, vix cogitari põt, his oĩbus animaduerſis;
ꝙ non cito. nõ paſſim labatur. Si enim cum peruerſo, & quidẽ extrinſeco, neceſſe eſt (neceſſitate
ſaltem phyſica moraliuè) peruerti, vti Propheta teſtatur: quanto magis id neceſſe erit cum per-
uerſo domeſtico intraneoq́;.
D Cui quidem malo, aliter ſuccurri non poteſt, vt planè conſideranti notum eſt, niſi meditatio-
ne ſtudioq́; aſſiduo: quod indubiè eſſe non põt (morali ſeu naturali, vt non ſemel dictum eſt, po
teſtate) potiſſimum in tanta conſtituto inſtabilitate. Quibus addi poſſunt, multiplices ſenſuali
tatis motus, continuæ infeſtationes Sathanæ, agendorum ac cauendorum, tum multitudo, tum
varietas, quibus non raro, non tam turbamur, q̃ confundimur. Qua de re, obſcurum eſſe non
debet, neceſſariò (neceſſitate ſępius dicta) exiſtentem in mortali, frequenter labi: & pręſertim,
cum multa paſſim occurrant agenda repentinè, in quibus ſe prodit habitus.
Tertio loco ſatisfaciẽdum eſt obiectis. Ergo ad difficultatem ex verbis D. Tho. Admittitur pri
mum: ꝙ peccatum ſiue originale ſiue actuale ſit, non deſtruit naturalia, & propter hoc, non de-
ſtruit arbitrium liberum. Admittitur & quod reddit ipſum infirmum, & difficile, vel pigrum ſi
mauis, ad bona opera. Verùm & dicimus cum eodem, ꝙ redditur impotens, ad vitandum omnia
mortalia,

mortalia, & ſi vitare valeat ſingula:& maximè loquendo de vitatione diutina. Quare illius do- E
ctrina non obſtat. Et eſt ſimile, ſua pro ratione, de exiſtẽte in gratia; qui ſingula poteſt vitare venialia, ſed non omnia, vt Theologi docent.

Ad difficultatem ex fundamento Theorematis: Dicitur primo, ꝙ male vel potius inſufficiẽter illę colliguntur conditiones: eo ꝙ plures q̃ ſex (ſiquis illã bñ diſcuſſerit) ponunẽ in litera. Siquidẽ quatuor ponunẽ ex parte peccati, q̃ ſunt priuatio gratię, priuatio ſubiectionis, malus affectus, & malus habitus. Tres ex parte exiſtentis in peccato: quę ſunt, occurſus tot agendorũ ac cauendorũ, pronitas ad operandũ ſm̃ pręconceptũ finẽ, vel adeptũ habitũ, & impoſitas meditationis ſtudijq; aſsidui. Et duæ ex parte naturæ corruptæ: quæ ſunt, infirmitas naturæ, a qua poteſtas ꝓficiſcitur vitandi malum, & pronitas quam ſortitur ad malum ab adoleſcentia, de qua Gen. 6.

Dicitur ſecundo, ꝙ conceſſo ꝙ ſint ſufficienter collectę, haud dubium ꝙ ex illis ſufficienter illa mala progreditur diſpõ: & ꝙ obiectiones nullã vim habent. Et cum dicitur, ꝙ priuatio gratię, non tollit niſi merendi principiũ: negatur hoc, eo ꝙ ſicut ſui præſentia, gratia non ſolum dabat merendi principium, ſed ſanabat animam, vim largiebatur ad perſiſtẽdum in bono, illuminabat mentem & dirigebat non leuiter in rebus agendis, ita & eius abſentia priuat omnibus his. Et cum additur, ꝙ in ſtatu (ſi daretur) naturæ conſono, homo poterat vitare omnia mortalia, ſine F
gratia Dei. Reſpondetur ꝙ non eſt par ratio, quia tunc natura non eſſet infirma.

Et cum ſubditur, ꝙ priuatio ſubiectionis per peccatum, eſt ea tãtum, quæ nata eſt fieri per charitatem infuſam. Dicitur (vt tactum eſt) ꝙ id nõ eſt verum abſolutè loquẽdo, & ſi verum ſit fortè formaliter. Non eſt verũ abſolutè: quoniam conſequenter remouetur ſubiectio ad Deum ſimpliciter. Cum enim naturali conatu poſsit quis ſe ſubdere Deo, in natura corrupta, ad tempus & ſecundum quid, & non ſimpliciter (id enim munus eſt hominis ſani) palam ꝙ priuatus gratia ſanante, priuatus eſt ſubiectione ad Deum ſimpliciter.

Et cum dicitur, ꝙ per vnum peccatum, nõ videtur fieri priuatio aſsiduæ conſiderationis, tam efficax &c. Reſpondetur ꝙ ſic eſt reuera: & ſi non per ſe, ſaltem per accidens. Siquidem deſinente gratia, & ſubiectione ad Deum ſimpliciter, deſinit ratio ſtabiliendi, & immobilitandi mẽtem in Deo: & additur nihilominus mala (vt dictum eſt) affectio grauitans & impellens ad malum. Et licet meditatio non exigatur aſsidua ſimpliciter, exigitur tamen, quando, quomodo &c. & notum eſt, opportunitatem eſſe frequentiſsimam.

Ad fictionẽ caſus contra cõditiones poſitiuas, Dicitur ex præmiſsis primo, ꝙ remanet affectus G
ad malum finem, ſi non proximum, de quo in caſu, remotum: & remanet, ſi non actu, habitu ſeu virtute. Dicitur ſecundo, ꝙ non remanet habitus, quia in caſu poſito nõ generatur: nec iſtud ſemper oportet, aut ſemper requiri dicimus, niſi forte modaliter: & tunc iſta conditio coincidit cum pręmiſſa, de affectu malo: quippe qui remanet ad modum habitus, quia ad modum inclinantis ac impellentis. Dicitur tertio, ꝙ multiplicatio motuum, pro tanto eſt neceſſaria, pro quanto peccãs ſubijcitur vanitati, inſtabilitati & mutabilitati, & per hoc diſtractioni multorum affectuum & appetituum: vt quotidiano experimur periculo.

Ad difficultatem deniq; contra Theorematis veritatem, reſpondendum eſt. Quare ad primũ, quod eſt argumentum Scoti. 2. diſt. 28. negetur ſequela: vt quę procedit a ſenſu diuiſo, ad ſenſum compoſitum, quod cõi curſu, non licet. Et cum dicitur, ꝙ nõ eſt maior ratio: id iure reijcitur, eo ꝙ indubiè, maiori opus eſt vi, ad vitandum omne, q̃ ad vitandum ſingulũ: ſicut & maioris cõſtat eſſe roboris, reſiſtere toti q̃ parti: prout & notiſsimum eſt. Et cum additur, ꝙ voluntas nequit habere ſimul, conſenſum in bonum, & cõſenſum in malum: ſeu diſſenſum ab vno malo, & conſenſum in aliud malũ: Dicitur primo, ꝙ id nõ eſt neceſſe, eo ꝙ non ſemper opus eſt, ꝙ peccãs actum faciat poſitiuè, cum poſsit per omiſsionẽ deficere: quare nihil cõcludit. Dicitur ſecũdo, ꝙ ſimul H
cõſentire qs põt in fornicationẽ, & nõ cõſentire in ſtuprũ: cõſentire in furtũ, & non in ſacrilegiũ.

Ad ſecundum, quod eſt aliorũ. Dicitur ꝙ conſequentia nulla eſt. Et eſt rõ, quia cõtingere põt ꝙ aliquis incurrat peccatũ mortale, & nõ aduertat, quod & maximè contingere põt in omiſsionibus. Propter quod ni fallor potiſsimũ dictũ eſt. Delicta quis intelligit? Nec mirũ cum nõ egeat poſitiua deliberatione. Quare & ſcire põt, ſe diu nõ deliberaſſe, ſineq; deliberatione in malum, diu permãſiſſe. Itẽ ſiquid valeret ſequela, in ijs valet, in quibus eſt quidẽ peccatum, ſed neſciunt, ac nolunt in eo eſſe. In ijs enim quia affectus malus, non eſt ita vehemens, aut grauitans, non eſt mirum, ſi aliquanto tempore, aut notabili mora permanere poſſunt. Verum hęc contra præfatũ non militant theorema: in quo ſermo potiſsimum fit, de exiſtente in mortali, cum ſcientia, ac voluntate: aut ſaltem cum ignorantia non excuſante ac voluntate virtualiter conſentiente.

Theorema

A ## THEOREMA QVARTVMDECIMVM.

De Angelorum lapſu.

ANGELI omnes, viatores fuere, & eorum via, duobus conſtabat inſtantibus: nō quidem temporis continui, ſed diſcreti. In quorum primo meruerunt omnes, & in ſecundo eorum meruerūt aliqui, & præmio ſunt in eodem potiti: & demeruerunt alij, & ſimul ſunt ſupplicio, vt par erat affecti. Ex D. Tho. prima part. q. 63.

Excuſſio conſtitutioq; Theorematis.

Quòd Angeli a principio fuerint viatores, nemini non eſt compertum: ſunt enim creati in gratia, vt Augu. docet (Erat inquit Deus in illis condens naturam, & largiens gratiam) ſed nō in gratia conſummata, quia non ſunt creati perfuſi lumine glorię, ſicut in ſui creatione perfuſa eſt anima CHRISTI. Quòd eorum via duobus integraretur inſtantibus, etiā potioribus ſatis probatum eſt Theologis: nec īmerito, cū conſonet eorū viā debuiſſe fore breuiſsimam, tum ob eorū pręſtantiam, tum ob vim eorum intellectus & voluntatis. Quæ inſtantia, vt in Theoremate, noo
B ſunt tpis cōtinui quale modo eſt apud nos, nec illius quod futurū creditur poſt reſurrectionē in patria, quo, vt dicunt, cōtinui mēſurandi erunt motus ſanctorum; ſed tpis diſcreti, quod Theologis ſatis compertum eſt. Et ſunt operationes angelicę ad intellectum potiſsimum ſpectātes, & naturales pręſertim, & inter oēs maximè vniſormes. Putaot quidē Doctores ſcolaſtici, ſicut & alibi diximus, cōfici ex huiuſmodi operationibus ſibi ſuccedentibus, menſurā quandā, ad quā angelorū menſurentur operationes aliæ, vel inferiorū angelorū intellectiones, volūtateſq;, mēſuram inq̄ ex partibus cōſtantē diſcretis, & eā mutuato noīe tps vocāt. De quo & loquutū aſſerunt Aug. ſuper Geneſmi, cū dixit q̄ Deus mouet creaturā rōnalem per tēpus: & Ariſt. in pñto qnantitatis, dum vnam illius ſpeciem docet eſſe orationem. Ergo huius tēporis inſtantia, neceſſario non ſunt momentanea, aut momentis noſtrī temporis correſpondentiā: quin & vnū eorum poteſt vni horæ, vel maiori temporis durationi æquari, pront & aliqua angeli intellectio maouteneri.

Qnòd in primo oēs meruerint oēs admittunt, qui illos fatentur creatos in gratia: quod Aug. vt dictum eſt, aſſerit. Et meruerunt beatitudinē, licet non conſummato merito: pp quod Damaſcenus dixit, q̄ meruerunt id, ad quod perueniſſent, ſi ſtetiſſent. Et Dñs de Sathana ait, q̄ in veritate non ſtetit. Ergo ille, aut illi eorū actus (concurrerūt enim, tum intellectus, tū voluntas) fuit,
C ant fnerūt liberi: aliter non fuiſſet in eis ratio meriti. Liberi inq̄, non ex parte ſpecificationis, aut rectitudinis, ſed exercitij: ſiquidē non potuerūt in primo inſtāti, aut intelligere ant amare aliud, ab eo quod intellexerunt, & amauerunt, nec poterant intelligēdo & amando, nō rectè illud intelligere & amare: & ſi poterant intellectionē & amationem ſuſpendere ſeu ab eis ſuperſedere.

Ergo in primo inſtanti non valuerunt peccare, oec cōmittendo, cum oō valuerint operationem habere non rectam, nec omittendo, cū omiſsionis culpa non ſit ex ſola ſuſpēſione actus, ſed ex ſuſpenſione, quæ fit vbi, & quando oon debet. Quod conſtat ſupponere ex parte intellectus notitiam loci & temporis opportuni, & ex partè voluntatis conſenſum ſaltem interpretatum: ergo omiſsio, culpa in primo non potuit eſſe inſtanti. De his conſule D. Tho. prima q. 63. qua de rè dici habet, & rectè, Angelos actum primū habuiſſe naturalem ex parte modi tendendi, eo q̄ erat determinatus ad bonum & rectè tendebat ad illud, & ita rectè q̄ nō poterat ſecus: ex partè quoque principiorum & obiecti fuit partim naturalis, prout ab iotellectu proficiſci habnit & voluntate circa determinatum obiectum, & partim ſupernaturalis, quia cum intellectu fuit fides, & cū voluntate charitas. Obiecta fuerunt eſſentia angelica, & Diuinitas, vt principium beatificū &c.

D Quòd in ſecundo inſtanti fuerit meritum & pręmium; in ijs qui remanſerunt, & culpa & ſupplicium, in ijs qui defecerunt, difficile non eſt animaduertere. Siquidem nō obſtat vnum & eundem actum, puta notitiam & amorem, eſſe viæ & patriæ: ita tamen q̄ prius natura ſit viæ, & poſterius natura ſit patriæ. Non inq̄ obſtat, non ſolum quia in momentaneis apud nos, videmus ſimul eſſe, fieri & factum eſſe, & in iuſtificatione impij ſimul eſſe deteſtationem peccati, & infuſionem gratiæ: ſed quia non inconuenit actum qui erat fidei & charitatis viæ, fieri viſionis & fruitionis patriæ, ex ſuperueniente lumine gloriæ & gratiæ conſummatæ. Licet enim ſuperueniente lumine gloriæ ſeu gratia conſummata, actus ille varietur, noo tamen variatur numero; eo q̄ aliunde ſibi vnitas conuenit numeralis, & aliunde generica, vt cuique ootiſsimum eſt. Et retinendum, actum Angeli, in ſecundo inſtanti fuiſſe ſimpliciter liberum. Et hæc modo ſatis.

Ad Dei gloriam. Amen.

Theorema

THEOREMATA SEXDECIM METHAPHYSICALIA.

THEOREMA I.

De rerum, tum materialium, tum contingentium cognitione à Deo.

ETSI non deſunt, qui a Deo optimo maximo auferre nituntur ſingularium, & materialium maximè, cognitionem diſtinctam claramq́; eo (vt inquiunt,) quòd Diuinus viluſceret intellectus: Item quòd cõtingentia, voluntariáq; eorum quæ in creaturis, præſertim inferioribus contingunt, eum prætereunt, eademmet ratione: Veritas tamen, vt vera indubitataq; notitia methaphyſicalis habet, eſt, Deum ipſum, ſicut & reliquorum omnium, nihil præmiſſorum latère. Quin & Ariſtotelem hanc non fugiſſe veritatem, indubitanter credimus. Cuius & mens eſt, Deum omnia in ſui eſſentiâ noſſe, ſuumq́; noſſe, eſſe ſuum eſſe, vt facile eſt in 12. ſuæ ſapientiæ animaduertere.

Excuſsio conſtitutioq; Theorematis. F

Theorema duabus conſtat partibus: in prima agit de notitia materialium, contingentiumq; in ipſo Deo abſolutè: in ſecunda de eàdem quidem re, ſed ad mentem Philoſophi. De prima primum. Vbi attendendum, q͂ et ſi hanc & in quæſtione de origine contingentiæ, & in calce. 12. Methaphy. ſatis diſputauimus, veritatemq; noſtra pro imbecillitate tradidimus: non grauabimur tñ & eam in pręſenti paucis aperire, ac rurſum illuſtrem omnibus reddere.

Ad illius ergo perceptioné, ſupponenda ſunt quædam, omnibus (ni fallor) indubitata. Et primum eſt q͂ Deus eſt ens infinitum; nec mirum cum ſit ipſum eſſe ſubſiſtens: & propterea q͂ in ſeſe, omnes complectitur entitatis gradus, modoſq; (ſiquidem in eſſe ſubſiſtenti tota comprehenſa eſt entis latitudo, non ſecus ac ſi daretur albedo ſeparata ſubſiſtens, omnes in ea comprehenſi eſſent ſuæ latitudinis gradus) complectitur inq͂, ſed omni remota imperfectione: eo q͂ ea complectitur ſumma eminentia, quia ſimpliciſſima diuinaq; continentia, nẽpe in vnica ac diuiniſſima ſuæ Deitatis ratione, & ob id, continentia qua præſtantior eſſe aut cogitari non poteſt.

Supponendum eſt deinde, Deum optimum maximum, eſſe primam ac vniuerſaliſſimam cauſam, a qua oĩa pendent: non ſolum quia fons eſt, vt diximus, totius entitatis, ſed & quia ad ſingula ſe extendit, & illius vi, omnes alię cauſæ cauſant, ſicut & a primo motu, omnis proficiſcitur motus, quia & ab illa potiſsimũ proficiſcũtur effectus, eo q͂ prima cauſa plus influit q͂ ſecunda, vt omnibus compertum eſt. Quare quicquid in vniuerſo fit, a prima cauſa maximè fit: quæ & in triplici genere cauſa eſt, nempe efficientis, finalis, & exemplaris, vt philoſophi docent in 12. Metaphy. G

Supponendum eſt tertio, omnem cauſam, ſuum in ſeſe præhabere effectum, licet non ſingulæ vniformiter: eo q͂ in aliqua inuenitur dearticulatior, perfectiorue, & in alia minus dearticulatè, minusq; perfectè: qua de re, ampliter in 12. diſputatum eſt Meth. Et nulli dubium, q͂ in Deo ſunt perfectiſsimo modo, & ſecundum vnumquodq; trium generum, vt dictum eſt, cauſarum. Quare etſi in eo continentur materialia, et contingentia, non tamen continentur materialiter, aliàs non eſſet actus purus: nec contingenter, quia aliàs non eſſet ſummè neceſſarius; ſed virtualiter, & eminentiſsimè, omni remota nedum materialitate ac contingentia, ſed & qua volueris imperfectione.

Supponendum eſt quarto, Deum non ignorare ſed intelligere ſeſe, aliàs non eſſet ipſum eſſe, aut quo maius cogitari non poteſt: & intelligere ſeſe perfectiſsimè, & per hoc, tantum quantum cognoſcibilis eſt, & propterea prorſus penetrare & ſe & quicquid continetur in ſe, & ob id cognoſcere in ſeſe, omnia materialia & contingentia: ergo ſcitè dictum eſt, Deum nõ ſolum omnia intelligere in ſe, ſed et q͂ ita oĩa intelligit in ſe, q͂ nihil intelligit extra ſe: nõ quia res quę ſunt extra, vt res productæ, non intelligantur, et non intelligantur vt ſunt extra, ſed quia non per aliquid quod ſit extra, et in Deo non ſit. Hactenus, quę hoc in negocio, nõ veniunt in cõtrouerſiã. H

Duo autẽ ſunt, quæ plurimos vexant: et in quibus non conueniunt omnes. Quare vt illa excutiamus, ſtatui examinare quidem vtrumq;, ſed nõ iuxta vniuſcuiuſq; ſententiam, ſed iuxta eam quam puto veritatem, conformiter D. Tho. nec forte diſſentaneè a Peripateticorum placitis, vel ſaltem a ſententia verę philoſophiæ. Alterum ergo eſt, q͂ cum in Deo ſint omnia, nõ modo quę ſunt, fuerunt, et erunt vel ſemper, vel aliquando, ſed et illa quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec erunt vnq͂: non facile apparet, quod inter hęc eſt in Deo diſcrimẽ, num vno et eodem in Deo vtraque

A contineantur pacto, num vno & eodem intelligantur modo, eademuè notitia.

1\. Ad cuius euidentiam aliqua ponderanda ſunt. Et primum eſt, ꝙ licet Deus, multo plura, longeq́; maiora potuiſſet, poſſetq́; ſemper facere, q̃ fecit, faciat, atq; facturus ſit (aliàs nõ eſſet omnipotens, & ob id, nec quo maius cogitari non poteſt, & ſic non eſſet Deus) nihilominus, non fecit, facit, aut faciet, niſi quę in hoc continentur vniuerſo, & ad illius pertinent perfectionem decoremq́;. Sed vnde inquis, hęc limitatio, coarctatioq́;? Palàm ꝙ dici nequit, Deum ad hoc ab aliquo fuiſſe compulſum, cum ſuperiorem non habeat, nec vlla detur præſtantior, aut efficacior vis, cui neceſſe ſit, cedat.

Quòd ſi dicas, id exigi ex ratione rei productæ, producendæq́;: Reſpondetur, rationem quidẽ vniuerſi ſic conſtituti, requirere vt ſit in determinato numero, põdere, & menſura: Sed id intento non ſatisfacit. Tùm quia multa in eo contingunt caſu, multa fortuito, ſine quibus nihilominus vniuerſum ſtaret (nã plura ſunt accidentia, quę amitti cõtingit, ſine lęſione ſubſtantię) Tum quia ꝙ præſens vniuerſum huius ſit capacitatis, numeri, ponderis, & menſuræ (etſi illi maximè quadret) in illud potiſsimum reijciendum eſt. quòd ſic eſt ab illius auctore diſpoſitum; qui illud non ſecus conſtitui voluit, ac vti domum quandam, vt etiam Ariſtoteles tradit. Ergo res aliun-
B de petenda eſt.

Igitur putidũ eſt, ꝙ licet (vt p̃miſimus) vniuerſum potuerit fieri longè ditius, lõgè fęcundius, decreuit tamen eius auctor Deus, inacceſſo ſuæ Sapiẽ conſilio ac iudicio, ꝙ ſi tali conſtitueretur pacto, conſtitueretur probè, ac commodum eſſet ſuæ tum bonitatis, tum poteſtatis inditium, propter quod (mox ſuæ voluntatis accedente cõſenſu, a quo illico rationem nactum eſt futuri) ꝙ ita vniuerſum factum ſit in Dei tum voluntatẽ, tum ſapientiam reijciendum eſt. Ergo in Deo mox admitti poteſt diſtinctio eorum quæ in eo ſunt: dum aliqua habuerunt ad extra prodire, & alia in Deo remanere: illa erunt nobis futura, hęc nullo pacto futura, vt facile eſt aduertere.

Adde ꝙ non indoctè concipiunt quidam, ꝙ futura, in Deo ſunt, non ſolum naturali modo, quemadmodum in eo ſunt nõ futura, ſed & ineſſe intellecto ac volito. Dico non indoctè, dummodo rectè interpretetur. Siquidem vt recta ſit interpretatio, nõ ſit ſermo de intellectu Dei ſpeculatiuo, ſed practico: & per hoc de eſſe intellecto, nõ ſpeculatiuè, ſed practicè: Et practicè quidem, non ſpeculatiuo, ſed practico modo. Nam ſicut ſpeculatiuum Dei intellectum nihil fugit, & ob id omnia intelligibilia in eſſe intellecto ſpeculatiuè conſtituit: ita & practicus, omnium
C quæ fieri poſſent eſt artifex, & in eſſe intellecto practico, ſuo modo ponit.

Verum quia non omnia, quæ factibilia ſunt, vt aliquando futura complectitur, ſed ea tantum quæ Diuino quandoq; ſunt futura decreto, ideo non omnia dicitur complecti practico modo, ſed quæ tandem ſunt deducenda ad praxim, quæ (vt iterum dicam) ea tantum ſunt, quæ a Diuina, tum ſapiẽtia tũ electione, opportunè de facto euentura ſunt. Et hæc ſic in eſſe intellecto practicè conſtituta, idearũ rationem conſtituunt, ſi propriè de ideis loquendum eſt: vt conſtat apud verè doctos Theologos. Similiter quod dicitur de eſſe volito, non ſumitur quouis pacto, quoniã omnia ſunt a Deo volita ſicut & intellecta, ſed pro eſſe volito voluntate efficaci: per quam futura, ſunt de facto futura, vti notiſsimum eſt.

Hęc quidem probari debent omnibus, ni fallor: ſed aduertendum ꝙ procedunt ſecũdum noſtrum modum intelligendi, vel potius balbutiendi Diuina. In Deo enim, cum ſit actus puriſsimus, et ſi verificari poſſunt præfatæ diſtinctiones, eo ꝙ in illius actus eminentia, quæcunq; valent rectè concipi, virtualiter, vt loquuntur, reſpondent; omnia tamen ſunt vnum, vnaq; explicanda eſſent indiuiſibili ratione, quæ Deitatis propria & adęquata ratio eſt: in qua, quicquid concipi poteſt, vt non ſemel dictum eſt, continetur, & continetur cum omni modo & ratione, imper-
D fectionibus, vt tactum eſt, ſublatis, & amotis. Futura quidem, notitia cognoſcuntur viſionis: & nõ futura, notitia ſimplicis intelligentiæ. De quarum vi ac diſtinctione, ampliter diſputatũ eſt.

Reliquum quod diuexat aliquos. hoc eſt: nempe ꝙ cum falli nequeat cognitio Dei, ſi futura cognoſceret, ea euenirent de neceſsitate, vel ſaltem infallibiliter: ergo ratio auferretur cõtingentiæ, & quod magis vrget, libertas humanæ voluntatis. Verum hæc ritè diſcuſſa, aut paruam, aut nullam vim habent: quod & nõ multo declaratur negotio. Fatemur quidẽ Dei notitiam, quam habet de futuris contingentibus fortuitisq́;, re vera falli nõ poſſe: vt quæ illa cognoſcit vt cognoſcibilia ſunt, & per hoc contingentia cognoſcit vt contingentia, & libera vt libera.

Et licet a Deo cognita, in rerũ natura ſint, vel futura ſint infallibiliter, nõ deſinunt propterea eſſe contingentia liberaq́;, & ſi in rerũ natura poſita ſtatum induant cuiuſdam neceſsitatis (nam Socrates ſedẽs, dum ſedet neceſſario ſedet, vt dicitur primo perihermenias.) Quod haud difficile

eſt animaduertere conſideranti, futura de facto, a Deo cognoſci notitia viſionis, vel intuitiua ſi E
mauis: quæ ſui ex ratione res ſupponit in actu, ac videnti præſentes, & propterea in ſtatu neceſſitatis poſitas inuentasq́; quare non ex viſione, ſed ex ſtatu præfato infallibilitatem habent. Sed de his alibi plura.

Et quamq̃ hic dicendi modus, expreſſus non ſit in Philoſopho: quia tamen principijs non diſſonat philoſophiæ, & ex iſs quæ apud eum probata ſunt, magna ex parte dependet: crediderim illius menti non aduerſari, præſertim ꝙ apud eum notum eſt, Deum non fugere ſingularia, vt conſtat 3. Metha. 15. tex. Vbi contra Empedoclem dicit, ꝙ ſi contingeret Deum, quę nos ſcimus, latère, contingeret illum eſſe minus prudentem: nam conſtat Prudentiã verſari circa ſingularia vt in ſexto docemur Ethic. Item & eiuſdem 10. cap. .0. Deum non inficiatur ſapientem inuiſere, & verſari cum eo, ſicut cum amico.

Contingentia quoq; eundem agnoſcere, quin & promouere, ex eõdem ſumitur, ex lib. de bonã fortuna: in quo vult Deum dirigere aliquos, abſq; eo, ꝙ cõſilientur. Vide pro his ſi lubet Gregorium Ariminenſem in primo diſt. 35. Et hęc pro pręſenti ſatis ſint Theoremate: cum hac de re amplius a nobis diſputatum ſit, in quęſtione, ſeu tractatu, de origine contingentiæ, &c. F

THEOREMA SECVNDVM.

De diſtinctione ſuppoſiti & naturæ in Creatis.

E*T SI in omnibus creatis ſubſtantijs, naturam realiter, & intrinſecè, diſtinguamus a ſuppoſito: non tamen naturam in ſingulis diſtinguimus re, ab hac natura. Licet enim in materialibus hæc diſtinctio admittatur ſubſtantijs, non tamen admittitur in intelligentijs. Nec mirum: cum hæ induiduentur ſeipſis, & illæ per materiam, vti per primam originem, quantitate ſignatam.* Hæc comperta ſunt in ſcola D. Thom. & ſi forte non probantur omnibus alijs.

Excuſsio, comprobatioq́; Theorematis.

Vt pręſens Theorema ſit conſtans, primo conſiderandum, ꝙ licet aliquod ſit inter ſuppoſitũ & perſonam diſcrimen, in præſenti tamen eorum paruipenditur differentia: & cum ſuppoſitum a ſuppoſitalitate (ſic enim loqui permittitur) dictum ſit, vt albũ ab albedine, ſua pro ratione deriuatum eſt, indubiè formaliter loquendo, ſignificare habet ſuppoſitalitatem, ſicut & album al- G
bedinem: tametſi in ſignificandi modo, ſignificet quod ſuppoſitalitatem habet, ſicut & album quod albedini ſubiacet.

Aduertendum inſuper, ꝙ etſi parum non digladientur de ſuppoſitalitate, deq́; hñte eam: res tamen poteſt ni fallor paruo reſolui negocio. Et quod ſuppoſitalitatem attinet, aliàs a nobis tractatum eſt, eam rem dicere poſitiuam, ad genus ſubſtantiæ pertinẽtem, & velut complemẽtum, ſeu poſtremum terminum ſingularis naturæ, qua capax ſit ſuſtinendi proprium eſſe. Quod verò ad habens pertinet, indubiè ad quartum reducitur habendi modũ, qui in 5. ponitur Metha. nempe vt regens ſuſtinensq́; rem quampiam, vt columna lapidem, & Athlans, vt fabulantur, cœlum.

Ad quartum inq̃ reducitur modum: quoniam certum eſt, ꝙ habens in præſenti non ſumitur, vt dominus habere dicitur ſeruum, aut ſubiectum accidens, aut fiala vinum: & notum eſt, ꝙ habens, vt ſuppoſitũ, eſt habens eſſe. vt ſuſtinẽs ipſum, propter quod & ſuppoſitum dicit̃ eſſe quod eſt. Et compertum eſt, ipſum habens in propoſito, naturam quidẽ eſſe ſubſtantiæ, nedum in ſpecie conſtitutam, ac ſingularem redditam, ſed ſuppoſitalitate ſotam, terminatamq́;. Terminatam inq̃ termino, naturæ ſingulari addito, illiq; connexo, ſed non illi intrinſeco: etſi ad illam promouendum ad ſuppoſiti rationem conſtituendumq́; neceſſario. H

Quare non indoctè dicunt, qui tradunt ſuppoſitalitatem, etſi extrinſecam eſſe rationi naturę ſingularis, non tamen rationi naturæ ſuppoſitalitate donatæ: eo ꝙ ſuppoſitalitas entitas eſt in ordine collocanda non naturalium, ſed perſonalium. Siquidem ſubſtantialis entitas duplicis inuenitur ordinis, naturalium & hypoſtaticalium, ſicut & ſubſtãtia duplex tradita eſt, natura inq̃ & hypoſtaſis, ſiue ſecunda & prima ſubſtantia, vt in prædicamentis, & quinto Metha. Quare complet quidem ſuppoſitalitas quodam pacto, ſingularem naturam non in latitudine naturę, ſed illam perducendo ad hypoſtaſim, conſtituendoq; ſuppoſitum ipſum.

Quo fit, ꝙ ſicut ſpecifica differentia, non eſt intrinſeca generi ſed ſpeciei, & induidualitas nõ eſt intrinſeca ſpeciei ſed induiduo: ita & ſuppoſitalitas non eſt intrinſeca naturæ induiduæ, ſed hypoſtaſi. Et hæc eſt rõ quare natura ſingularis nõ ſolum differre dicitur a ſuppoſito extrinſecè,

A eo ꝙ ſuppoſitum connotat ſubſiſtentiam ac hypoſtatica accidenna, vt ſine quibus non ſubſiſteret: ſed & intrinſecè, nempe eſſentiali conſtitutino. Eſſentiali inq̄ ſi non naturæ, vt diximus ſingulari pręciſè, naturæ ſuppoſitalitate affectæ: Nam & albedo, non eſt intrinſeca ligno; ſed eſt intrinſeca ligno albo.

Aduertendum eſt, ꝙ natura purè ſpiritualis, qualis eſt intelligentia, vt Gabrielis exempli gratia, ſeipſa eſt indiuidua. Quod vt penetres aduerte ex communi doctrina D. Tho. indiuidualitatem dupliciter ſumi poſſe, nēpe poſitiuè, & negatiuè: poſitiuè denotat gradum, vel ſi mauis modum quendam, naturæ ſuperadditum, ab aliquibus hęccheitas dictum, & ſic vt communiter dicitur, non ponitur in intelligentia. Dico (vt communiter dicitur) quoniam vt dicetur ſane intelligi poteſt, & ni fallor, non diſſonè a D. Tho. doctrina. Negatinè autem denotat vnitatem, ideſt, indiuiſibilitatem numeralem, ſecundum quam repugnat rei in qua eſt numeraliter diuidi, ac communicari: & hęc ponitur in intelligentia.

Vbi conſiderandum, ꝙ talis indiuidualitas ſequitur quidem naturam Gabrielis: at nō (vt inquiunt) per aliquem gradum modumuè naturæ ſuperadditum, ſed ſequitur naturam ipſam, vti vnitas eius, et ſi non abſolutè ſumptam, ſed vt habet irreceptibilitatem annexam. Propter quod

B & differt ab vnitate ſpecifica: eo ꝙ illa naturæ competit vt natura ſpecifica, ſpiritualis tamen. Sicut enim ex receptibilitate, diuiſio numeralis conuenit naturæ ſpecificę materiali, ita ex irreceptibilitate indiuiſio conuenit naturæ ſpecificę ſpirituali. Et irreceptibitas hoc in loco, non ſumitur negatiuè, vt ſcilicet contradictoriè opponitur receptibilitati, ſed poſitiuè, vt inq̄ opponitur eidem contrariè: & reſpectum dicit tranſcendētem, & eſt aptitudinalis repugnantia ad hoc, vt recipiaẗ in materia, pullulās, (vt videẗ) ex vbertate actus ſeu pfectionis, īmaterialis naturę &c.

Poſſet nihilominus (ni fallor) ſine præiudicio, tum veritatis, tum ſententiæ D. Tho. & meo iudicio congruè & argutè dici, ꝙ etiā in eiuſmodi ſpiritualibus ſubſtantijs, reperiatur indiuidualitas poſitiua, ſi non actu virtute: ex eo ꝙ tales naturæ tam inſignis ſunt eminentiæ præſtantiæq;, vt ex intrinſecis ſuis, vendicent ſibi, nedum differentiam ſpecificam, ſed & indiuidualem: & ſicut illa eſt poſitiua, ita & iſta: & ſicut illa no differt a natura generica, ita nec iſta a natura ſpecifica: & demum ſicut in ſeparatis prorſus a materia, non eſt diſtinctio generis & differentiæ in actu, ſed in virtute, ita nec eſt diſtinctio inter ſpeciem & indiuidualitatem, in actu ſed in virtute. Quare non indoctè dictum eſt, a materia penitus ſeparata, fore impartibilia: & ꝙ ex toto, vel apprehenduntur, vel ignorantur.

C Aduertendum inſuper, ꝙ in ſubſtantijs materialibus compoſitis (de talibus enim eſt ſermo) quæ & ſunt naturæ complete, natura realiter differt ab hac natura: eo ꝙ hęc natura includit nedum aliquam entitatem realem, quam non includit natura; ſed entitatem talem, ꝙ eſt ſuperaddita, & ab extrinſeco, quia a materia ſignata, tandē quodam pacto profecta; Quod indubiè inſufficientiam imperfectionemq; talis atteſtatur naturæ. Verùm, vt hæc ſint illuſtria conſiderandum eſt, ꝙ natura, puta, humana aut equina; quæ proprio nomine vocaẗ humanitas & equinitas, ſiue homo & equus. (Non enim in præſenti differentia ponderatur abſtracti & concreti, ſiue ex parte concipiendi ac ſignificandi ſumpta, ſiue ex natura rei in ſeſe acceptæ: ſiquidem non horrent aliqui, etiam pręciſis concipiendi ac ſignificandi modis, nonnullam in eiuſmodi, inter quo, & quod, diſtinctionem admittere, quod radicaliter, ſeu aptitudinaliter intellectum, non eſt inerudité traditum) dupliciter accipi poſſunt: nempe ſecundum ſe abſolutè, & ſecundum ꝙ de facto ponuntur, aut inueniuntur in re.

Primo modo ſumuntur ſecundum id quod ſunt ſecundum ſuam rationem pręciſè. hoc eſt, humanitas, & equinitas: & ſic nil aliud ſunt aut includunt, niſi quod formaliter ac quiditatiuè eis

D conſentit. Vnde eruditè docuit Auic. ꝙ equinitas & humanitas, tantum equinitas & humanitas ſunt. Et tali pacto dicimus ꝙ natura humana, abſtrahit nedum a ſingularitate, ſed & ab eſſe in rerum natura, & ab eſſe in intellectu, ſeu ratione: quia abſtrahit ab eſſe rato, & cognito ſeu obiectiuo: Et ſic non eſt mobilis, aut materialis, &c. Secundo modo ſumuntur, ſecundum ꝙ ponuntur in rerum natura, vbi habent realitatem, & multa ſortiuntur, vt ſingularitatem, mobilitatem, materialitatem, ſuppoſitalitatem, ſubſiſtentiam, & alia: quæ omnia, etſi formaliter adſunt naturæ, & intrinſecè, præter duo poſtremo poſita, ſunt tamen in ea ex alio, ex materia inq̄ & forma, ex quibus, & in quibus illa eſt.

Et ad clariorem notitiam, conſiderandum: ꝙ licet dictum ſit, & verè, naturam, puta humanā, ſecundum ſe abſolutè ſumptam, nō habere ꝙ ſit ex materia & forma, aut in materia & forma, de facto req; ipſa, eo ꝙ abſtrahit ab omni nedum materia & forma, ſed & a realitate, & poſitione in

rerum natura: ſi tamen ponitur in re, neceſſe eſt vt ponatur cóſici, & eſſe, ex & in materia & for- E
ma. Propter quod concipiendũ eſt, ꝙ humanitas non adueniat corpori & animę, (quę illius ſunt
materia & forma) vnitis, ab extrinſeco, quaſi prius fuerit, & illis coniungatur, ac quodam in il-
lis recipiatur pacto: ſed concipiendum eſt, ꝙ ex illis reſultet, ac extra illas non exiſtat. Ex qua re-
ſultantia ſortitur eſſe extra cauſas ſuas, & conſequenter, realitatem actualem: ſortitur & materia-
litatem quandam, & mobilitatem, vt conſequitur: ſortitur & ſingularitatem, ex eo ꝙ reſultat
ex hac materia & hac forma, ac recipitur quodam pacto in eis: ſortitur deniq; perſonalitatem vel
ſuppoſitalitatem, & ob id, capacitatem ad eſſe quod, cum tamen ex ratione ſua, potius apta nata
foret, eſſe quo. Quæ omnia etſi formaliter attribuantur ſibi; originantur tamen ex alio, quia ex
materia & forma.

Ex his habetur primo, ꝙ cum dicitur de ratione naturę, puta humanę, aut equinę, eſt materia,
intelligendum eſt, de illis naturis non ſecundum ſe abſolutè ſumptis, ſed de ijs vt in rerum natu-
ra poſitis: vbi (vt dictum eſt) realitatem induunt: (non enim aptæ natæ ſunt aliam, q̄ materialem,
realitatem induere.) Habetur ſecundo, ꝙ ſi quęritur de natura humana abſolutè ſumpta, num
ſit ſingularis, vel vna numero: Reſpódendum erit, ꝙ non eſt ſingularis nec vna numero, & ſi vna F
ſit ſpecie. Habetur tertio, ꝙ ex eo, ꝙ natura ſingularitatem trahit ex materia & forma ſingulari-
bus (ſingularitatem dico ſui in eo ꝙ talis natura eſt) materia & forma ſingulares, primæ erunt
radices, indiuidualitatis naturę humanę. Et ſi aduerteris, ꝙ inter hæc duo, potior ad indiuiduan-
dum materia eſt quàm forma, materia inquàm ſingularis, quæ materia ſolet dici ſignata: clarus
erit totius Theorematis ſenſus.

Verum vt res ſit illuſtris aduertendum, ꝙ materia hæc, habet propter multas rationes præroga-
tiuam iſtam: Et primo quia etſi tam materia q̄ forma, ſint ſingulares, anteq̄ reſultet forma totius,
forma tamen ſingularitatem quam habet, mendicat a ſingularitate materiæ, nó modo quia quo-
dam pacto natura præcedit, ſed & quia ſuapte natura, limitatiua ſeu cótractiua res eſt. Siquidem
notum eſt Philoſophis, ſicut formæ eſt ampliare, ita materiæ reſtringere: quin & forma, materiæ
largitur rationem vniuerſalis, & materia formæ in ea receptibili rationem ſingularis; vt ſciunt in
Philoſophicis exercitati. Secundo, quia materia potius eſt receptiuum formæ totius, q̄ ipſa for-
ma; quin & forma eam non recipit, niſi aliquo pacto induat rationem materiæ: ergo non imme- G
rito, in recipiendo obtinet principatũ: & per hoc, cum naturæ totius, ex receptione, qua ipſa
recipi intelligitur, maximè competat ſingularitas, haud dubium ꝙ illa potiſsimum in materiam
reijcienda eſt.

Dixi naturæ maximè ex receptione competere ſingularitatem, quod vt percipiatur aduerten-
dum eſt: ꝙ adunatis hac materia, & hac forma, reſultanteq; ex illis natura totius (etſi ex vi reſulta-
tionis habet aliquo modo ꝙ ſit hęc, pro quanto ex hac materia & hac forma reſultat) potiori ta-
men modo, habet ꝙ ſit hęc, ex eo ꝙ recipitur in hac materia, & hac forma. Vbi ſcito, ꝙ licet reſul-
tet natura, vt in ijs (quin & eſſe in ijs, terminus eſt ipſius reſultantiæ, quæ & principium præ-
habuiſſe intelligitur; & per hoc, licet tum ex parte principij, tum ex parte finis ipſius reſultantię,
concurrat & materia, & forma, vt ſingularizatę ſeu vt hęc indiuidua ſunt) potior tamen concur-
ſus earum ex parte reſultantię eſt, vt materia & forma ſunt, q̄ vt ſingularis materia & forma: pro-
pterea ꝙ ſingularitates illę, vt ex parte concurrunt talis principij, concurrunt, vt conditiones: vt
vero concurrunt ex parte finis, concurrunt vt à formaliter ſigillantibus. Ergo etſi ex parte princi-
pij reſultãtiæ, formę ratio efficacior eſſe poſsit, ad indiuiduandã ſuo modo naturam, q̄ materia: ex H
parte tamen finis, ſecus eſt, vt rem ponderanti facile compertum eſt.

Aduertendum demum, ꝙ materia ſignata, vt D. Tho. docet, materia tum quantitate eſt: at nó
actuali, vel etiam potentiali, ſed virtuali, & in ſe quodam pacto præhabita, vt effectus præhabe-
tur in cauſa. Quod aliud non ſonat q̄ dicere, materiam ſignatam, materiam eſſe, vt fundamen-
tum, vtiq; radicem acceptam huius quantitatis. Putandum enim eſt, ꝙ agẽs particulare, puta hoc
ſemen, approprict materiam exiſtentem in vtero matris, illam continuè præparando, diſponen-
doq; pro Socrate: & ꝙ in inſtanti introductionis formæ ſubſtantialis, & ſi materia inuenitur nu-
da, quia deſtituta ab omni nedum ſubſtantiali forma, ſed & quo volueris accidente, tam actuali,
q̄ potentiali: non tamen deſtituta inuenitur a ratione radicis ac fundamenti ipſius quantitatis,
aliàs deſineret eſſe materia: nec a ratione radicis & fundamenti, huius ſingularis quantitatis, pro
qua fuit diſpoſita, & appropriata, ex cuius diſpoſitionis vi, habet ꝙ fundare non poſsit, niſi quan
titatem hanc. Ex quo ſequitur, ꝙ forma in tali recepta materia ſingularizetur, & ꝙ natura quæ
reſultat indiuiduet: indiuiduetur inquàm in illo priori, quo pręuenire habet omnia accidentia,

A nedum actualia, ſed potentialia, vt & Socrates non ſolum ſit vnum per ſe in genere ſubſtantiæ, ſed & vnus numero in eodem genere.

Et ſi obijcitur, ꝙ in D. Thom. doctrina omnis numeralis diuiſio in materialibus per ſe primo conuenit quantitati: ergo materia tali pacto ſumpta, ad indiuiduandum non ſufficit. Reſpondetur, ꝙ materia ſic accepta, non eſt extra latitudinem participantium quantitatem, cũ (vt diximus) vt radix ac fundamentum huius ſit quantitatis, quam & pręhabet vt effectum cauſa in ſeſe: quod & ad ſingularizandum Socratem, ac diuidendum ſeparandumq; illũ a Platone, numerali ſeparatione vel diuiſione, ſatis eſt. Scito tamen ꝙ poſſet, & non temere dici, actualem & potentialem quantitatem concurrere ad ſingularitatem Socratis: Et actualis quidem (diſtinguendo de ſingularitate ſubſtantiali & accidentali) illa eſt, qua Socrates vnus numero formaliter eſt in prædicamento ſubſtantię, & hoc pacto, materia ſignata modo expreſſo, illius eſt ſingularitatis origo principiumq;: iſta eſt qua determinatur ad eſſe hic, & nunc, hoc eſt, in hoc loco, & hoc tempore: & hoc pacto ſingularitas adeſt Socra. ex quantitate in actu. Quod & non raro intelligit D. Tho. in hac re. Potentialis autem diſtinguendo de ſingularitate Phyſica & Methaphyſica: & quoniam Methaph. abſtrahit ab omni mobilitate, oportet ꝙ abſtrahat & ab illius principijs, & propterea
B ꝙ indiuiduum ſubſtantiæ, in tali abſtractione ſit ſine omni accidente etiam potentiali. Verùm quia quiditates Phyſicæ mobilitatem claudunt, earum indiuidua ſubſtantialiter eo in genere ſumpta, principia mobilitatis cõcernunt, & per hoc accidentia, & potentialia præſertim, non renuunt. Ergo omnia poſſunt hoc pacto conſonare. Et hęc ſatis ad præſens.

THEOREMA TERTIVM

De pręſtantia intellectus ſupra voluntatem.

LICET voluntas moueat intellectum ad exercitium actus, illum applicando ad intelligendum, in quo & præſtat ei quodã pacto: intellectus tamẽ eſt ea ſimpliciter altior, ſimpliciterq; nobilior. Et bonum cognitum, mouet quidem voluntatem, ſpeciem illius actus largiendo; non modo in genere cauſæ formalis, & finalis, vt communiter dicitur, ſed etiam efficientis: vnde balneum in anima, agens eſt deſiderium, vt Commentator dixit. Hęc in Doctrina D. Tho. ſunt, & peruia, & probata.

Excuſſio comprobatioq; Theorematis.

C Attendendum primò, ꝙ licet dictum ſit voluntatem mouere intellectum, quo ad exercitium actus: non tamen hoc, neceſſarium eſt in qualibet intellectus operatione. Siquidem primus intellectus actus, ſiue ſit primus ſimpliciter, ſiue in ordine alicuius negocij, eſt a Deo, intellectum ad actum applicante, per vim illi cum natura conceſſam, vel agentis intellectus lumine communicatam, vel phantaſmatum miniſterio commotam: de qua re Philoſophus in lib. de bona fortuna. Quòd ſi inſtes, omne mouens, & effectiuè præſertim, aliquid imprimere mobili: quid ergo, illa impriment intellectui? Reſpondetur, ꝙ imprimũt paſſiuam excitationem, impulſionemq;, qua excitatur ac reducitur ſpecies quæ in eo eſt, ad vigiliã, & per hoc intellectus fit intelligens, & conſiderans: eſt & ipſa excitatio ſeu impulſio paſſiua, ſi nõ vſus, proportionalis vſui paſſiuè ſumpto, qui proficiſcitur a voluntate, & numeratur inter operationes eius.

Attendendum ſecundo, ꝙ licet præter præſtantiam quam Theorema exprimit, duæ aliæ eidẽ attribui poſſint ſupra intellectum: eo ꝙ per actum voluntatis, qui eſt delectatio fruitioq;, perficiatur quodam pacto, (nempe accidentali perfectione) actus intellectus, propter quod & in viſione beata, fruitio illius perfectio eſt, accidentaliter perficiens eam: & quia contingit obiectum aliquando voluntatis nobilius habere eſſe, q̃ intellectus, ſicut accidit cum amamus, ac intelligi-
D mus diuina in præſenti vita, quoniam cum amor terminetur ad rem, vt eſt in ſeſe, & intellectio vt eſt in nobis, & notum ſit Deum nobiliori modo eſſe in ſe q̃ in nobis, cum in nobis, dum hic agimus, ſit velamine ac enigmate tectus, haud dubium ꝙ in tali caſu, actus voluntatis pręſtantior eſt actu intellectus: licet inq̃ & hęc adijciantur prædictæ præſtantiæ, non propterea poteſt inferri nobilitas maior ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. Et fundamentum eſt, quia nobilitas ſimpliciter vnius potentiæ ſuper aliam, ex ratione ponderanda eſt obiecti formalis: conſtat autẽ obiectum formale intellectus, nobilius eſſe, obiecto formali voluntatis, eo ꝙ eſt illo abſtractius, formali abſtractione, cum obijciatur intellectui per modum quodquideſt, quod formam ſonat, & voluntati per modum habentis eſſe, quod declinat a ratione formæ.

Attendendum tertio, ꝙ applicatio, qua voluntas intellectum applicat ad intelligendum, eſt ille voluntatis actus qui dicitur, vſus: de quo ampliter D. Tho. prima ſecundæ. Scito tamen quòd

dupliciter

duplicitер ſumitur; Vno modo propriè, & ſic eſt actiua applicatio voluntatis, qua ipſa applicat intellectum ad intelligendum, & alias animæ vires ad operandum. Ex qua infertur applicatio, in ipſis quæ applicantur potentijs, paſsiua, quæ aliud non eſt, q̃ impulſio quædam commotioq; ad operationem ſtimulans, ac formaliter applicans. Vtrum autem applicatio actiua & paſsiua ſint vnus actus: palàm ꝙ eadem videtur difficultas, qua quæritur an actio & paſsio vnus ſint motus. Et ſicut vtrumq; ſuſtineri poteſt de actione & paſsione: ita & vtrunq; dici poteſt (ſed ſuo modo) de applicatione. Si placet ꝙ actio & paſsio, re vnus ſint motus: applicatio actiua & paſsiua, re vnus erũt actus. Et ſicut motus, actus eſt mobilis: ita & applicationis actus, eius potentię erit actus, quæ applicatur per illam. Si placet (& mihi probatur magis) ꝙ actiua & paſsiua applicatio, nõ ſolum re ſint diſtinctę, ſed ſint in ſubiecto ſeparatæ, vt actiua in voluntate, & paſsiua in potentia mota, ſicut placet multis in materia de actione & paſsione; res videtur clara. E

Sed oritur alicui forſan difficultas: & in primo quidem dicẽdi modo, ex eo ꝙ voluntas agens, applicansq;, propria deſtitueretur actualitate, qua actu ſit agens applicansq;, quod videtur abſurdum. Præter id, ꝙ relatio applicationis in voluntate poſita, ſuo careret fundamento: vt quæ in ea fundatur ſuper actione. In ſecundo autem modo, etiam eſt difficultas, quia multiplicari videntur entia ſine neceſsitate: propterea ꝙ ſatis videtur ad actualitatem voluntatis applicantis actu, volitio ſeu appetentia ardens ipſius finis. Siquidem illius vis & efficacia, ſatis videtur eſſe, ad inſerendam imprimendamq; in potentiam quæ applicatur, applicationem paſsiuam: vt non indoctè dictum ſit ab aliquibus, talem applicationem, etſi non eſt re, ipſum appetere (de paſsiua applicatione loquor) eſt tamen ex ipſo appetere. Dicendum ad primam difficultatem, ꝙ licet in voluntate non ponatur actualitas re diſtincta ab appetentia finis: ponitur tamen ſufficienter in ea, prout & tangitur, in alia difficultate. Ipſa enim volitio ſeu vehemens appetentia finis, actualitatem opportunam in ſe claudit. Ad ſecundam dicitur: ꝙ entia non multiplicantur ſine neceſsitate: etſi ob alias cauſas, de quibus in quæſtione de actione & paſsione, ea tamen ſatis eſt, quæ tangitur de fundamento relationis. F

Attendendũ quartò, ꝙ omnia argumenta quæ fiunt a Scoto, & alijs in 49. diſt. quarti, ad oſtendendum beatitudinem repromiſſam, in actu conſiſtere volũtatis, afferri quodam modo poſſunt, contra primam partem Theorematis: ſed non multo negocio (ni fallor) omnibus ſatisfit. Siquidem potiſsimum eorum robur conſiſtit in eo, ꝙ bonum abſolutè, vt complectitur finem & ea quę ſunt ad finem, & ob id, vt habet rationem optimi, obiectum eſt voluntatis: quare præſtabit obiecto intellectus, & ita erit eo voluntas ſimpliciter excellentior nobiliorq;. Verum hæc parum vrgent. Et primò dici forſitan poteſt, ꝙ bonum, ſiue ſit ad finem, ſiue ſit finis, ſiue abſolutè, non ponitur obiectum voluntatis, quaſi non pertineat etiam ad intellectum (pertinet quidem ad ipſum, & eſt velut pars obiecti ſui; quippe qui intelligit nedum bonum quodcũq;, ſed & alia, quæ non ſunt bona, vel etiam indifferentia) quare ex hac parte, non poteſt præſtantia in voluntate, ſuper intellectum ſimpliciter haberi. Ratio autem, cur bonum potius pertinere dicitur ad voluntatem q̃ intellectum, ea eſt: quia ex eo ꝙ bonum obiectum ponitur voluntatis, denotatur modus, quo voluntas tendit verſus obiectum, nempe vt tracta; quod eſt proprium ipſius boni, & per hoc, ꝙ volendo progreditur quodam pacto, verſus rem volitam. G

Dici poteſt ſecundò, ꝙ licet bonum, optimumuè, obiectum ſit voluntatis, id tamen non contingit niſi medio intellectu, incognita enim non diligimus nec volumus: ergo obiectum voluntatis dependere habet ab opere intellectus: ergo non poteſt ex ratione obiecti, voluntas concludi ſimpliciter nobilior. Præter id, ꝙ perfectiori nobiliorq; modo intellectus comparatur ad bonũ, q̃ comparetur voluntas: eo ꝙ ſub abſtractiori ac formaliori conditione acceptum, vt diximus, & per modum recipientis rem in ſeſe, & non per modum egrediẽtis ad aliud &c. Sed regrediamur, H & iam, de boni cogniti cauſalitate, de qua non leuis eſt conſideratio, aliquid proferamus.

Attendendum quintò, ꝙ circa actum voluntatis, conſiderare poſſumus tria: exercitium, ſubſtantiam, & ſpecificationem. Exercitium, ſe tenet ex parte (vt loquuntur) elicitionis: ſecundum ꝙ actus poteſt elici & non elici, hoc eſt, exerceri & noo exerceri. Subſtantia, ſe tenet ex parte entitatis actus: & ſpecificatio ex parte determinationis illius. Et hæc omnibus ſunt nota, & probata. Conſiderandum eſt, ꝙ actus voluntatis ex parte exercitij plures poteſt habere motores, ſed tres ſunt præcipui, Deus, natura, & libertas: & tres minus præcipui. Conſuetudo, paſsio, & ratio. Declarentur hęc: & erunt conſtantia. Deus mouet ad exercitium actus, duobus modis: altero immediate, & id facit inclinando ad velle bonum in communi. Concipiendum enim eſt, ꝙ auctor naturæ creãdo voluntatem, infundit ei inclinationẽ impellẽtẽ illam quodam pacto, ad eliciẽdum

A actum affirmatiuè reſpectu boni in cõmuni, quemadmodum, pro ſua ratione, graui inclinatio
nem tendendi deorſum: quæ inclinatio nõ propterea violentat cogitiuè voluntatem ad exerci-
tium, eo ꝙ per modum accipitur recipientis: nec res videtur ſic ſuperaddita voluntati, ꝙ rema-
neat diſtincta ab ea. Ex quo fit, vt quando voluntas appetit bonum in communi, non oporteat
noua motione, ab ipſo Deo moueri, aut nouiter ad actum per nouam inclinationem applicari,
ſed mouetur motione ac applicatione antiqua & congenita: quæ ſi a principio ſuæ generationis
non ſortitur effectum, ex impedimento fit prohibente, puta ex non oſtenſione boni cogniti, ſi-
cut & contingit graui genito, & ſurſum retento: propter quod q̃ primũ remouetur impedimen
tum, tam primum deſcedit, &c. Reliquo mediate: & hoc, quia velle bonum in communi (quod
ex præmiſſa Deo tribuitur ratione) ſaluatur quodam pacto, in omnibus volitionibus bonorum
particularium, ſeu ſpecialiom: eo ꝙ omnia ea bona, propter pręuolitum appetantur finem. Pro
his conſule Caieta. prima ſecundæ. q. 9. & 10.
Natura quoq; mouet voluntatem ad eliciẽdum exercendumuè actum, quodam modo: quod
manifeſtatur tali pacto. Voluntas enim noſtra, quemadmodum alijs vtitur animæ viribus, incli-
nando, ſeu applicando eas ad operandum: ita & vti poteſt ſeipſa, inclinando ſeu applicando ſeſe
B ad velle &c. Et quia in voluntate ſunt quodammodo duæ rationes formales, ratio naturæ, & ra-
tio libertatis; iccirco fit vt aliquando vtatur ſeſe, ſub hac, & aliquando ſub illa ratione. Et quia
de rõne naturæ eſt, applicabilem eſſe ad vnũ, eo ꝙ ad vnũ ex proprijs determinata eſt: hinc fit ꝙ
talis vſus, eſt per modum naturæ; non cogit tamen, quia ex voluntario eſt. Quandoq; autem
vtitur ſeipſa, vt libera: & tunc vſus ille, eſt ſimpliciter liber. Verum ſciendum hoc in loco, ꝙ li-
cet omnis præfata voluntatis applicatio, ſit libera, abſolutè loquendo; poteſt tamen contingere,
ex aliqua cõditione, vel ſtatu, aut ex natura appetibilis vndequaq; optimi, vel ratione coinciden
tiæ alicuius cum alio, neceſsitatis ad exercitium: ꝙ locum non haberet prędicta libertas; vt contin
git in beatis in patria, & in diuinis reſpectu Spiritus ſancti ſpirationis. Quomodo autem volun-
tas inclinetur ex conſuetudine, ſatis eſt cõſtans: eo ꝙ illa inclinatio eſt ad modum habitus. Quo-
modo vero ex paſsione: dici poteſt duobus modis. Altero, quia paſsione ſurgente, occaſio datur
intellectui, vt aliquid apprehendat ſub ratione boni: qua apprehenſione ſtante, voluntas incli-
natur moueturq;. Et licet hæc motio videatur potius tenere ſe ex parte ſpecificationis actus vo-
luntatis, tenet tñ ſe non minus ex parte exercitij; ſiquis rem accuratè ponderet. Reliquo, ex con-
iunctione voluntatis, ad ſenſitiuum appetitum. Sicut enim intellectus ex coniunctione ad cogi-
C tatiuam, intelligere dicitur ſingularia: ita & voluntas modo ſuo moueri poteſt a paſsione, vt faci
le eſt cuiuis aduertere. Quomodo autem inclinetur, moueaturq; a ratione; non eſt opus morari:
cum id ei ſit proprium, & paſsim apud Philoſophos explicatum.
Attendendum deniq;, ꝙ ex parte ſubſtantię actus, voluntas ponitur efficiens cauſa: & in hoc,
nulla videtur difficultas. Ex parte autem ſpecificationis, cauſa ponitur ipſum obiectum: & hoc,
in triplici genere, vt Theorema exprimit. Quod vt penetretur, conſiderandum eſt, ꝙ bonum
apprehenſum dicit duo, vt patet: nempe eſſe bonum, & eſſe apprehenſum. Et ſicut bonum, non
eadem ſe habet ratione, vt cauſa effectiua, formalis, & finalis: ita & eſſe apprehẽſum, non vnifor-
miter, ad præfatas concurrit cauſalitates. Igitur bonum cum in ſua formali ratione, includat eſſe,
vt ex 6. ſumitur Methaph. & ipſa conuincatur experientia: quẽadmodum non vniformiter con-
cipitur eſſe in bono incluſum, ſed difformiter, ita & non vno eodemq; pacto, in eo, ratio aſsignat.
cauſæ. Quod vt ſit illuſtre, cõſideretur, eſſe dupl'r ſumi poſſe; nempe vt eſſe, induit rõnem eſſe, &
vt induit qnodámodo rõnem formę: vt induit inq̃ rõnem eſſe (quod perinde eſt ac dicere, vt exer-
cet rõnem eſſe) habet mouere finaliter, vt egregiè declarat Caie. prima ſecundę. q. 22. Et quia rõ
D eſſe, vt eſſe, non verè eſt, vereq; exercetur, niſi cũ ponitur in rerũ natura: haud immerito, ſi res
ad extra poſita, finalizare dicitur. 12. Metha. Nam licet boni eſſe apprehendatur ſub ratione eſſe,
hoc eſt, vt exercet rationem eſſe, aliàs non cauſaret finaliter: non finalizat tamen pro ſtatu quem
habet in mente, ſed pro ſtatu quem habet in rerum natura. Siquidem licet eſſe ſanitatis exercirè
ſumptum, in mente conceptum moueat ęgrum cauſando in genere finalis cauſæ appetitum ſui,
non tamen in eo finaliter ſiſtit, vt eſt in mente, ſed vt eſt in rerum natura. Et in hac cauſalitate eſ
ſe apprehenſum concurrit, vt conditio neceſſario requiſita, & vt remouens prohibens. Eſſe autẽ
dicitur induere rationem formæ, cum ſumitur per modum formæ, hoc eſt, velut exercens ratio-
nem formæ. Et quoniam formæ conuenit eſſe principium, tum operandi, tum ſpecificandi ope-
rationem: non iniuria, ſi vtroq; pacto, formæ rationem, ſuo ſortiatur pacto. Ergo induere po-
eſt rationem formæ, velut principium operandi, vt quo: & rationem formæ, tamq; principium
ſpecificatiuum

ſpecificatiuum formaliter: primo modo concurrit effectiuè, ſecundo formaliter. E

Verum hæc maiori egent declaratione. Ergo vt cognoſcatur, quo pacto bonum apprehenſum, ad actum voluntatis concurrat effectiuè, ex eo ꝙ eſſe induit rationem formæ &c. attendendum, ꝙ licet non deſint qui putant eſſe cognitum vt ſic, tenere ſe ex parte rationis formalis agendi ipſius boni: id tamen non eſt mihi clarum; ſed potius crediderim conditionem eſſe, neceſſario requiſitam: quilibet tamẽ ſibi ſatisfaciat. Rurſum conſiderandum eſt, ꝙ cum dicitur, bonum apprehẽſum ratione ſui eſſe vt forma &c. facere ſpecificationem; non ſic debet intelligi, ꝙ id faciat, vt agens quod, ſed vt agens quo, ſeu vt ratio agendi ipſi voluntati. Nec obſtat, ꝙ in ea non eſt ſubiectiuè, quia eſt illi adeo colligata, ꝙ ſufficit: vnde tenet ſe ex parte principij productiui, & fit quodammodo vnum principium ex vtriſq;: & ſi neutrum, totum id quod in actu eſt, faciat. Et ex hoc ſequitur ꝙ non mirum ſi actus voluntatis non aſsimilatur bono: cum agendi ratio, ſit nõ forma ſed eſſe. Et licet eſſe, vt ratio agendi ſit, induat actum formę, non tamen vt induit actum formæ aſsimilatiuum, quia non vt formę ſpecificantis formaliter ac ſpecificę. Quare ſpecificatio, quam dare dicitur in genere cauſæ efficientis, non eſt formalis aſsimilationis ad bonum, ſed cuiuſdam inclinationis ad illud. Ex quo etiam oritur ordo cauſalitatis finalis, &c. Ad intelligendũ vero quo pacto, bonum apprehẽſum cauſet formaliter, recolere opus eſt, ꝙ obiectum formaliter ſpecificat operationem, non velut forma illi intrinſeca, ſed extrinſeca: quia ſcilicet ex illo ſumitur trahitq;. Rurſum ſcire neceſſe eſt, ꝙ operatio ſumi poteſt, vt actio, & vt paſsio, & ꝙ vtroq; ſpecificatur modo. In propoſito ſermo eſt, de actu voluntatis, vt actio: quia vt paſsio potius a termino ſpeciem habet. Lege pro his, ſi placet Caietanum prima ſecundæ. q. 9. arti. 1. & rectè hæc omnia cognoſces. Et de his in præſentia ſatis. F

THEOREMA QVARTVM

De natura, & proprietate boni.

AD rationem boni pertinet, ut alijs ſe communicet. Habetur a D. Tho. 3. par. q. 1. arti. primo. Et ante D. Tho. a D. Dionyſio. cap. 4. de nominibus Diuinis.

Excuſsio declaratioq; Theorematis.

Cum ob hoc Theorema plurimæ oriantur difficultates: primum non erit ab re, illas perſtringere. Deinde quę fuerint hoc in negocio neceſſaria declarare: Et demum difficultates noſtra pro imbecillitate ſubmouere. Vt igitur præſtetur primum, argumentetur tali pacto. G

Si ad rationem boni, pertineret communicare ſe alij, haud dubium ꝙ illud, in eius definitione deberet includi; eo ꝙ (vt recte Ariſto. 1. Topic. 4. nos admonet) definitio totum debet exprimere definitum, a prima potentia vſq; ad vltimum actum: Sed iſtud non exprimitur in definitione boni, iuxta communem Philoſophorum conceptionem tradita; qua dicitur, ꝙ eſt quod omnia appetunt, vt dicitur primo Ethic. Ergo &c.

Item. Si ad rationem boni pertinet, communicare ſe alij; aut pertinet ad eam in primo, aut in ſecundo modo dicendi per ſe: hincinde inueniuntur anguſtiæ. Si datur primum: oportet dicere, an ad ipſum ſpectet vt genus, an vt differentia. Et ſi vt differentia: an vt differentia propria, quod non eſt facile determinare. Si datur ſecundum; pariformiter neceſſe eſt diſcutere, qualis ſit eiuſmodi paſsio; puta, num prima, aut ſecũda: num neceſſaria ſemper, & quonam pacto habeat ſeſe. In qua re, multa ſunt ambigua.

Item. Si ad rationem boni pertinet, communicare ſe alij: ſequitur ꝙ id erit de ratione cuiuslibet boni, & per hoc, ꝙ actu dabuntur infinitæ creaturæ: quod indubie eſt abſurdum. Prima conſequentia, ex eo eſt euidens, quia quod ſuperiori conuenit poſitiuè, & ſecundum propriam rationem, conuenit & cuiuis inferiori ſuo. Secunda ex eo conuincitur, ꝙ ſicut primum bonum communicat ſe alij, hoc eſt primæ creaturæ, ita & illa communicabit ſe ſecundæ, & hæc tertię, & ſic in infinitum. Ergo &c. H

Item. Si ad rationem boni pertinet, communicare ſe alij: oportet ꝙ ipſa communicatio dicat aliquam perſectionem, eo ꝙ ad rationem boni nequit pertinere, quod perfectionem non dicit; ſed iſtud eſt falſum, tum quia aliàs ſequeretur ꝙ communicatio, qua Deus cõmunicauit ſe creaturę; (ſiue cum perfectiones eis largitus eſt, quas in ſe cõtinet virtualiter, vt cum vniuerſum condidit, ſecundum ſtatum naturæ; ſiue quas cõtinet in ſe formaliter, vt cum largitus eſt intellectualibus creaturis viſionem ac fruitionem ſui; ſiue cum propriam largitus eſt perſonalitatem hominũ

illum

A illum eleuãdo in Deum in incarnationis ſacramento) in eo aliquam conſtitueret perfectionem;
& perfectionem talem, ꝙ ſine ea eſſe non poſſet;cum eſſe ſine eo non poſsit quod pertinet ad ra
tionem boni,aliàs non eſſet ſummum bonum,aut qua volueris ratione perfectũ. Quod eſt dictu
nedum abſonum,ſed blaſphemum:Deus enim nõ eget creatura,& minus ab ea exigit ſuam per-
fectionem:tum quia,in aliqua vel aliquibus perſonis diuinis, aliqua inueniretur perfectio, quæ
nõ eſſet in alia,puta communicare naturam in Patre & Filio,quod negatur Spiritui ſancto. De-
ducitur hoc per locum a fortiori: quandoquidem ſi cõmunicare ſe alij cõmunicatione ad extra,
perfectionem ſonat; multo magis perfectionẽ dicet,ſe cõicare ad intra:prout conſideranti patet.
Ergo vt attingamus, quæ ſecundo ſumus polliciti loco, tentabimus manifeſtare quid ſit bo-
num,& quæ illius proprietates. Primo igitur recolendum, ꝙ bonum ſolet communi conſenſu
diſtingui:nempe in morale,& eſt quod ſpectat ad virtutes:Vnde 1.Ethic.definita eſt virtus,ꝙ bo
num facit habentem,& reddit opus eius bonum. Et in tranſcendẽtale, & de hoc in præſentia eſt
ſermo. Recolendumq; ꝙ et ſi bonum hoc,vnum eſt tranſcendentium, quæ communiter nomi-
nantur ſex,vel (vt peritioribus placet) numerantur quinque, ſcilicet,vnum,res,aliquid,verum,
& bonum (nam ens non rectè dicitur tranſcendens,ſed baſis, radix & fundamentum oĩum tran-
B ſcendentium) eſt tamen poſtremum,vt cuius ratio aliorum rationes ſupponit, vt facile ex dicen-
dis erit agnoſcere. Dixi tranſcendentia fundari in ente, quod intelligas, ratione eſſe;quod & for
maliter nomine entis exprimitur. Vnde,& rectè,2.Poſterio.cap.7.docet Ariſtoteles,ens non eſſe
in ſubſtantia, hoc eſt, non prædicari quiditatiuè. Formaliter inq̃ exprimitur eſſe, et ſi totaliter
importatur,habens eſſe:propter quod & 1.Phyſi.Philoſophus, longo proceſſu agens contra Par
medinem & Meliſſum,ſynonymè vtitur nomine entis,& nomine complexo,quod eſt,ſeu habẽs
eſſe. Ratione ergo eſſe,formaliter in ente ſignificati,ens tranſcendẽtia fundat:vt ampliter in tra-
ctatu de tranſcendentibus declaramus,oſtendimusq;.

Conſiderãdum deinceps, ꝙ etſi omnia tranſcendentia fundantur in eſſe, bonum tamen maxi
mè,vt ſatis notum eſt peripateticis,nec immerito;cum eſſe radix ſit omnium appetibilium,radix
inq̃ potiſsima,cum & omnia appetantur propter illud,vt experientia teſtis eſt. Verũm vt res ex-
cutiatur penitus,recolendum eſt, ꝙ eſſe, nomine entis importatum, duplex inuenitur: alterum
quod dicitur eſſe eſſentiæ, & reliquum quod dicitur exiſtentiæ. Illud importatur, ſeu exprimi-
tur per definitionem,dicente Philoſopho 1.Topic.cap.4.ꝙ definitio,eſt oratio indicans eſſe rei.
C Et conſiſtit,vt communiter dicitur, & verum eſt in rebus creatis, in compoſitione propriæ po-
tentiæ,& proprij actus:vt ſi Metaphyſicè loquimur,in compoſitione generis & differentiæ, quę
ſe habent (vt notum eſt) vt propria potentia,& proprius actus:ſi vero loquimur Phyſicè,in com
poſitione,materię & formæ,vt corporis & animæ,&c. Iſtud importatur nomine exiſtentię:& eſt
illud eſſe,quod vnicuiq; rei creatæ donatur a prima cauſa. Et non eſt aliud q̃ actualitas,ſeu perfe
ctio quędam,immo & perfectio nobiliſsima & quaſi diuina,vt etiam Philoſophi docent:vt patet
1.Phyſi.tex.cõmen.83.Secundo de Anima.tex.cõm.33. Secundo de Cœlo.tex.cõm.17. Siquidem
in 1.Phyſi.dicitur ꝙ materia appetit formam, quatenus participet diuino eſſe: & in 2.de Anima;
ꝙ naturaliſsimum eſt omni viuenti tale,quale ipſum eſt generare, vt per hoc participent diuinũ
& ĩmortale eſſe:& in 2.de cœlo,ꝙ vnũquodq; agit quicquid agit,ad diuini ſui eſſe cõſeruationẽ.
Concipitur autem tale eſſe ab Alberto, & longè ante Albertum a D.Dionyſio, de diui. no.
cap.4.& a Themiſtio 2.de Anima, in tract.de intellectu agẽte, ad ſimilitudinem cuiuſdam lucis.
Sicut enim in colore communicata ac complantata reperitur lux Solis naturalis, ſic proportione
ſua,in vnaquaq; creatura communicata & complantata eſt lux Solis diuini; qui lux eſt, in qũa te
nebrę non ſunt vllæ. Verũm vt ad rem ſit regreſsio, accipe ex præmiſsis,bonum de quo ſermo,in
D eſſe fundari,non eſſentię,ſed exiſtentiæ:quod & per ens importari dicitur,non nominaliter (id
enim verum eſt de eſſe eſſentiæ) ſed participialiter ſumpto: de qua diſtinctione, ſępe mentio fit
apud Theologos. Et quoniam tranſcendentales rationes, quaſdam explicant realitates, ſimpli-
citer quidem poſitiuas, pręter rationem,vnius,quę realitatem dicit partim poſitiuam,& partim
priuatiuam ſeu negatiuam(vt aliàs explicatum eſt) propterea neceſſe eſt, vt omnes addant ſuper
eſſe, quid poſitiuum reale: licet (vt fatemur omnes) non diſtinctum ab eo realiter. Et nihilomi-
nus, vnicuiq; relinquitur ſua ſententia;num hæ realitates,reſpectu entis,ſeu ipſius eſſe,habeant
ſe velut illius modi,aut paſsiones generales. Et licet mea ſententia ſit,ꝙ realiter ſunt modi gene
rales,& virtualiter paſsiones communes(ſunt enim modi ſic ſe habentes, ac ſi forent paſsiones:
vel ſunt modi nonnullas retinentes conditiones paſsionum, vt alibi dictum eſt) quilibet tamen
abundet in ſenſu ſuo. His præmiſsis; quædam ad bonum magis peculiariter pertinentia,

pro exacta illius notitia, ſubijcienda ſunt. E
Et primum ſit, ꝙ licet omnia, vt dictum eſt, tranſcendentia fundentur in eſſe, ipſum tamen bo
num præexigit in ipſo eſſe, aliquas prærogatiuas anteq̃ fundetur. Et prima eſt, ꝙ ipſum eſſe ſit in
actu exercito: quod ſic habe. Siquidem, eſſe dupliciter importari ſeu exprimi poteſt: Vno modo
vt ſignificatur per nomen, vt ſi declinetur, hoc eſſe, huins eſſe, &c. Alio modo, vt ſignificatur per
verbum, vt ſcilicet infinitum eſt huius verbi, ſum, es, eſt. Primo modo dicitur ſignificari, per mo-
dum ſomni, ſeu quietis: & ſecundo modo, per modum vigilię, & exercitij. Et hoc ſecundo mo-
do ſumitur in propoſito: & ipſi eſſe. non adeſt, niſi actu poſitum ſit in rerum natura. Probatur
hæc prærogatiua de facili, ex ijs quæ ſcripſit Caieta. prima part. q. 82. artic. 4. quæ cauſa breuitatis
omitto. Secũda prærogatiua eſt: ꝙ ipſum eſſe, ſit ſpecificatum, modificatum, & ordinatum. Et ſpe
cificatio eſt quędam illius determinatio: per quam haber ꝙ ſit eſſentialiter tale, puta humanum,
Leoninum, equinum. Et habetur eiuſmodi ſpecificatio, cauſaliter quidem, ab auctore naturæ,
ipſum eſſe largiente cõmunicanteq;, occaſionaliter vero a receptiuo eins, vt ſua pro ratione, tra-
dunt D. Tho. aſſeclę, de indiuiduatione animę intellectualis noſtræ. Modificatio, eius eſt quoq;
determinatio, ſed alterius conditionis: non enim eſt eſſentialis, ſed gradualis, & quaſi adiacens F
ſeu extrinſeca; nam & modus, adiacens definitur determinatio rei. Et prouenit (vt Augu. tradit
in lib. de ordine) ex menſura: vnde dicit, ꝙ modus eſt, quẽ menſura præfigit. Menſura aũt ipſius
eſſe, in propoſito, ſecundum latitudinem attenditur intenſiuam, & per hoc gradualem, vt de ſe
notum eſt. Ordinatio, quidam eſt reſpectus, tranſcendens & non prædicamentalis: quo tendit
ad aliquod perfectibile per ipſum: Qui a D. Thom. reſpectus iccirco perfectiui nuncupatur: vt
conſtat de Ver. q. 21. arti. 1. Quòd autem ſecunda hæc prærogatiua ad fundationem prærequira-
tur boni, probatur ex Augu. qui in lib. de boni natura, docet ipſum conſiſtere, in ſpecie modo, &
ordine; conſiſtere inq̃ (ſic enim intelligo) in ijs, quia illis mediantibus tum ſurgit, tum recipi-
tur, ſua pro ratione, in eis. Et in hoc, bonitas ſapit quodam pacto naturam paſsionis reſpectu eſ-
ſe, cui proprium eſt, & progredi & recipi in ſubiecto. Dixi, ſurgit recipiturq;: quod intellige vir
tualiter, ſicut & paſsio admittitur ipſius eſſe virtualiter.

Secundum ſit, ꝙ bonitas ipſa, realiter ſuper eſſe, exercitum, ſpecificatum, modificatum, ordi-
natum, addita, tres quodam pacto, claudit in ſe gradus: primus eſt pulchritudo, ſecundus eſt per- G
fectio, tertius eſt innominatus, & eſt vltimum conſtitutiuum formaliter bonitatis, in eo ꝙ boni-
tas eſt: propter quod bonitas formaliter, nec raró, nec immeritò dicitur. Et ratione quidem pul-
chritudinis, habet emanare ac recipi ab eſſe, & in eſſe, quatenus ſpecificatum eſt: nec mirũ, quan-
do formoſitas a ſpecie in vnoquoq; ſumenda ſit; propter quod & ſpeciei nomen nonnunq̃ for-
moſitati datum eſt, vt & Porphyrius tradit in prædicabilibus. Ratione vero perfectionis, emana-
re habet & recipi ab eſſe, & in eſſe, quatenus modificatum eſt: nec iniuria, cum perfectio modum
ſequatur rectè habendi ſeſe. Vnde & Caieta. prima par. q. 4. art. 1. definit perfectionem dicens, ꝙ
aliud q̃ bonus eſſendi modus, non eſt: diffinit inq̃, ſed cauſali definitione, quemadmodum cum
ira ebullitio definitur ſanguinis in præcordijs. Quare perinde eſt, ac ſi dixiſſet, ꝙ perfectio ex bo-
no oritur eſſendi modo. Ratione deniq; illius tertij & innominati gradus qui formaliter, vt dixi-
mus, complet rationem boni, emanare habet ab eſſe, & recipi in eſſe, quatenus ordinatum eſt.
In cuius ſignum, omnes illum fatentur gradum, nõnullam reſpectiuitatem dicere: propter quod
& immediatum ponitur fundamẽtum, tum appetibilitatis, tum communicabilitatis, vt dicetur
paulo poſt. Quibus adde, ꝙ ſicut ea tria, ſpecificatio, modus, & ordo, ordinatè conſequuntur ſe, H
ita & dicti tres gradus ſimiliter: Et ſicut quãdo generatur animal, prius generari intelligitur qua
tenus corpus, deinde quatenus viuum, & deniq; quatenus ſenſitiuum; ita cum generatur bonũ,
prius generatur vt pulchrum, deinde vt perfectum, & demum vt bonum. Et hæc omnia intelli-
genda ſunt, ſic contingere, nõ actu ſed virtute, ſicut & quę dicta ſunt ſupra. Quòd ſi petas, num
præfati tres gradus contineantur in bonitate formaliter præciſè, an formaliter eminenter, poſ-
ſunt eſſe opiniones: & ùtraq, (ni fallor) ſuſtineri poſſet ſine ſcrupulo. Puto tamen altius ac per-
ſpicacius dici; ſi formaliter dicitur eminenter.

Tertium ſit (quod & tetigimus) comitari inq̃ bonum ipſum, inclinationes duas: alteram ad ap
petitum, quæ dicitur appetibilitas, & eſt reſpectus non prædicamentalis ſed tranſcendens: reli-
quam ad res alias, quæ dicitur communicabilitas, reſpectus cõſimilis appetibilitati. Iuxta primã,
bonum dicitur appetibile: iuxta ſecundum dicitur communicabile. Et appetibilitas prius intelli
gitur comitari, q̃ communicabilitas: quin communicabilitas, non videtur, niſi media appetibi-
litate proficiſci: ea quaſi proportione, qua riſibilitas in homine non oritur, niſi media præuiaq;
admirabilitate,

A admirabilitate, eo ꝙ eſſe riſibile ideo homini adeſt, quia admiratiuus ipſe eſt. Et hęc vera eſt ra-
tio, cur cum definitur bonum, in ordine definitur ad appetitũ, potiusq̃, in ordine ad res: & dici-
tur ꝙ eſt quod appetunt omnia, & non quod communicatur omnibus. Et iuxta has duas inclina
tiones (quæ & rectè paſsiones nuncupantur boni) duo ipſius aſsignantur effluxus; alter in appe-
titum, reliquus in res ad extra. Qui & eodẽ ſe habent ordine, quo præfatæ inclinationes ſeu pro-
prietates ac paſsiones eius: vnde ſicut communicabilitas non ſurgit niſi mediante appetibilita-
te, ita nec effluxus in res ad extra, niſi mediante effluxu in appetitum: propter quod neceſſe eſt, il
lum per hunc quodam modificari pacto. Et vt res (quæ difficillima eſt) intellectu ſit facilis, vterq;
effluxus, in duas partiatur rationes: nẽpe in actualitatem, quę ponitur in effundẽte, & in illatio-
nẽ quę paſsiuè ſumpta ponitur in recipiente. Exemplum habetur in actione trãſeunte: quæ con
ſimilem partitionem admittit, ſicut & fatentur omnes. Et adde, ꝙ effluxibus pro actualitatibus
ſumptis, quæ in effundente ſunt conſtitutę, nulli dubium, ꝙ bono ſunt connaturales, ſunt & co-
æui, vtpote cum ipſis emanantes inclinationibus (intellige de emanatione virtuali, veluti ſupra)
eo ꝙ emanant inclinationes ſuis cum actualitatibus, ſicut ſi emanarẽt admiratiuitas, riſibilitasq;
cum actualitatibus quas admiratione riſuq̃; ſortiuntur, dum admiramur ac ridere ſolemus: &
B ſicut de facto, ac re vera in igne emanat calor cum calefactione pro ipſa actualitate accepta. Sum-
ptis autem pro illationibus in recipiente poſitis, conſtat ꝙ nec ſunt connaturales, nec adſunt ei
ſemper: ſed ſolum, quando, & quomodo, & quantum opus eſt. Quin & compertum eſſe debet,
ꝙ ſic ſumptæ, ſunt voluntarię, & præſertim illę quę attenduntur iuxta effluxum ad extra: ſiqui-
dem ſunt voluntariæ, vel voluntate effundentis ſeipſum, vel neceſſario concurrentis ad effuſio-
nẽ: ſiue concurratur dirigendo, ſicut accidit de concurſu Diuinæ voluntatis, ſeu intelligentiæ, vt
fit in naturalibus, eo ꝙ opus naturę, opus eſt intelligentię, ſiue concurrat, vt in humanis ex amo-
re finis apprehenſi cognitiq;, ſiue aliter &c. Ex his (ni fallor) facile eſt noſſe, quid ſit bonum, de
quo ſermo; & quo pacto, ſatisfieri poſsit, præfatis difficultatibus.

Ad primam igitur, dicendum erit, ꝙ aliquid in alicuius contineri definitione contingit du-
pliciter, explicitè, ſcilicet & implicitè: & ꝙ ſatis eſt, ꝙ contineatur implicitè. Nec oppoſitum ſen
tit Ariſto. qui intelligitur de explicatione, non in actu, ſed in potentia. Vel dic, ꝙ intelligit (&
in idem redit) de explicatione, quæ fit, quando loco nominum poſitorum, eorum ponuntur ra
tiones. Adde, ꝙ illa definitio, eſt potius deſcriptio quędam, nec immerito, cum bonum ſit tran-
C ſcendens, nec diffinitionem propriè dictam admittat. Quòd ſi eſt deſcriptio, non eſt neceſſe, ꝙ
omnia complectatur: quin & ſatis eſt, ſi prima ac principalis complectatur proprietas boni.

Ad ſecundam dicendum, ꝙ ſi communicare ſe alij ſumitur fundamentaliter, indubiè pertinet
ad rationem boni, in primo modo dicendi per ſe: & ſpectat ad ipſum, velut quædam differentia
eius. Nec iſtud eſt arduum animaduertere, ſiquis recolat ſupradicta. Si vero ſumatur formaliter,
palam eſt ꝙ non poteſt pertinere ad illam in primo, ſed in ſecundo modo dicendi per ſe. Sicut
enim non ſolum riſibilitas, ſed & ridere pertinent in ſecundo modo ad rationem hominis; vt ex
ijs conſtat quæ Caieta. docet prima ſecundę q. 10. ar. 10, ita & communicabilitas, & actualis com-
municatio, pertinere habent ad rationem boni, in ſecundo modo per ſe.

Ad tertiam dicendũ, ꝙ ſumpta communicatione, vel fundamentaliter, vel formaliter pro ea
actualitate, quam ponit in bono, ꝙ ſpectat ad rationẽ boni, vt dictum eſt in ſecũdo modo: ſed ex
hoc non infertur proceſſus in infinitum, vt facile eſt cuiuis agnoſcere. Si ſumatur autem pro illa
communicatione ex parte illationis: dicitur primo, quòd non eſt de ratione boni, ſi ſumatur
actualiter, ſed ſi ſumatur aptitudinaliter, ſeu ſi mauis habitualiter: ex quo palã ꝙ nihil infertur.
Dicitur ſecundo, ꝙ cum non habeat in actum prodire niſi voluntate media, ꝙ nõ ſequitur pro-
D ceſſus in infinitum: vt cuiq; facile patet.

Ad quartam dicendum, ꝙ indubiè, communicatio pro eo ſumpta, quod ponit in communi-
cante, aliquam dicit perfectionem; immo ꝙ illa eſt naturalis ipſi bono communicanti ſe, nec ſepa
rari poteſt ab eo, ſicut & calefactio pro eo quod in calefaciente ponit accepta, perfectionem ali-
quam dicit igni connaturalem, ſicut & aliquando ſatis docuit D. Tho. & præſertim de potentia
q. 10. Et cum dicitur id eſſe falſum, quia tunc communicatio aliquam perfectionem poneret in
Deo; dicitur ꝙ ponit vtiq;, ſumpta modo quo diximus, ſicut & creatio, & conſeruatio, & proui
ſio: immo magis, quia illa magis connaturalis eſt, ſi ſic licet loqui, & magis intima eſt.

Et cum dicitur, ꝙ Deus non eget aliqua creatura, aut ab ea mendicat aliquid; patet ꝙ nullum
colorem id habet. Non enim ſequitur ꝙ accipiat vel mendicet aliquid a creatura, ſed bene ꝙ ab
eo accipiat ac mendicet creatura: nec ſi creatura non eſſet, Deo deficeret illa perfectio, & ſi non

eſſet illatio illius perfectionis:ſed illa non dicit perfectionem in Deo, eo ꝙ non ponit in illo ali- E
quid præter reſpectum rationis; & ſi in creatura ponat perfectionem.
Ad illud autem de communicatione ad intra, dicitur ꝙ cõmunicatio ad intra, pro perfectio-
ne quam ponit in communicante, eſt perfectio ipſius naturæ diuinæ: illa enim eſt cui primò con
uenit fęcunditas:& talis eſt in qualibet perſonarum, ſicut & in qualibet eſt natura diuina:ſed pro
illatione, nec perfectionem, nec imperfectionem dicit, & iſto modo eſt in Patre & Filio, & non
in Spiritu ſancto. Coincidit iſta reſponſio, immo radicem illius affert, cum illa quę diſtinguit de
communicatione eſſentiali & perſonali: quarum prima dicit perfectionem & eſt in ſingulis, ſe-
cunda non dicit perfectionem, & eſt tantum in Patre & Filio, &c.

THEOREMA QVINTVM

De oppoſitione inter vnum & multa.

VVM *& multa opponuntur contrariè.* Sumitur Theorema ex 10. Metaph. tex. cõm. 9.

Excuſſio conſtitutioq; Theorematis. F

Ad intelligentiam Theorematis, notanda ſunt quædam. Et primo ꝙ vnum & mul
ta, ſumi poſſunt duobus modis; tranſcendenter inq̃, & prædicamẽtaliter, & vtroq; modo verum
eſt Theorema. Secundo ꝙ de vno & multis prædicamentaliter loquendo, contingit loqui du-
pliciter: vno modo ſecundum ſuas proprias rationes, & ſic verificatur Theorema: alio modo ſe-
cundum ea quæ conſequuntur ad illa, & ſic dici habet, ꝙ opponuntur relatiuè, puta vt pars & to
tum, vt principium & principiatum, & vt menſura & menſuratum; iuxta ea, quæ tradit D. Tho.
primo diſtin. 24. q. 1. tertio ad quartum. Idem (ſed ſua pro ratione) dicendum eſt, de vno & mul-
tis tranſcendenter acceptis.
Tertio, ꝙ vnum ſecundum ſuam rationem ſumptum, dupliciter accipi poteſt: vno modo præ-
ciſè, alio modo non pręciſè. Primò modo, eſt vnum ſecundum rationem, qua vnum, vt ſic: quod
idem eſt dicere, vt vnum ſonat indiuiſum in ſe, vt ſic. Secũdo modo, eſt vnum ſecundum ratio-
nem, qua vnum eſt, & aliquid plus: quod eſt dicere in propoſito, vt ſonat nedũ indiuiſum in ſe,
ſed & diuiſum ab alio. Et hoc ſecundo modo, induit rationem principij numeri: & memento, vt
loquaris ad præſens, de ratione numerali fundamentaliter, hoc eſt, non pro relatione. G
Ex præmiſſis, infertur primò, quòd vnum & multa prædicamentalia, ſi capiantur ſecundum
ſuas rationes, opponuntur contrariè & priuatiuè: ſi ſecundum ea, quæ conſequuntur, opponun
tur, vt dictum eſt, relatiuè. Infertur ſecundo, ꝙ idem ſimiliter dici habet, ſua pro ratione, de vno
& multis tranſcendentibus. Infertur tertio ꝙ loqui de ratione vnius, contingit duobus modis:
nempe præciſè, & non præciſè: & quoniam hæc diſtinctio verificari habet, tam de vno prædica-
mentali, q̃ de tranſcendenti, ſequitur ꝙ vnum, principium numeri, non æquiualeat pręciſè, vni
prædicamentali. Et ſi addideris, ꝙ vnum principium numeri, non opponitur numero, niſi rela-
tiuè (licet illud met, vt vnum præciſè, opponatur contrariè ac priuatiuè) habebis multorum,
quæ tum a D. Thom. tum a Philoſophis alijs, de vno dicta ſunt, quæ & diuerſa videntur, per-
ſpicuum intellectum.
Et ad pleniorem huius rei diſcuſſionem, notandum eſt, multa tradi in D. Tho. doctrina, quæ
ad inuicem videntur repugnare, quæ ad conſonantiam operæprecium eſt reduci. Siquidem ali-
quando dicit, ꝙ vnum & multa (prout & in Theoremate) opponuntur contrariè, ac priuatiuè,
vt cõſtat. 10. Metha. Quod verificatur, vt diximus, de illis ſecundum rationem eorum formalem
præciſè: & verum eſt de vno ac multis non modo prædicamentaliter, ſed & tranſcendenter ſum- H
ptis. Aliquãdo, ꝙ vnum quod conuertitur cum ente, & multa ſimiliter ſumpta, opponunt̃ pro-
priè contrariè, vt 10. Methaphyſi. lect. 8. quandoq; ꝙ propriè priuatiuè, vt haberi poteſt prima
par. q. 11. art. 2. Sed hæc facile conſtát, ſi vtroq; opponuntur modo: & notum eſt ex Cõmentatoris
ſententia. 10. Metha. vbi ſupra, ꝙ iſta oppoſitio eſt contraria & priuatiua, ſed alio & alio modo.
Aliquando dicit, ꝙ vnum, quod eſt principium numeri, & numerus, non opponuntur con-
trariè, vt vbi 10. Meth. ſupra, ſed relatiuè: aliquando ꝙ opponuntur contrariè, vt primo diſt. 24.
Sed dicendum, ꝙ vnum principium numeri opponitur numero, & contrariè, & relatiuè: quoniã
ſi comparetur numero, vt menſura ad menſuram (vtrunq; enim menſuræ poteſt rationem habe-
re, vt patet 10. Meth.) ſic opponũtur cõtrariè: & hoc dicit in primo diſt. 24. Si vero comparetur,
vt menſura ad menſuratum, ſic opponuntur relatiuè, vt dicitur in 10. Aliquando dicit, quòd

A vnum principium numeri, opponitur relatiuè numero, ſicut menſura menſurato: aliquando ꝙ vnum prædicamentale, opponitur numero, ſicut indiuiſum diuiſo, & contrarium cõtrario. Sed iſta ſtant ſimul; quia vt dictum eſt, Vnũ principiũ numeri, & vnũ prædicamentale nõ coincidũt.

THEOREMA SEXTVM

Quod contraria in nullo ſe compatiuntur gradu.

C*ONTRARIA in nullo gradu ſimul in eodem ſubiecto eſſe poſſunt*. Habetur ex Philoſophiæ principijs.

Declaratur conſtituiturq; Theorema.

Pro notitia Theorematis, intelligitur de verè contrarijs, & de potentia naturali, & de eſſe ſimul non in potentia, eo ꝙ eadem eſt potentia contrariorum, vt cõſtat. 9. Metha. aut virtute, quia per eandem ſcientiam in vtrumq; poſſumus contrariorum: & lux Solis continet virtutes contrarias: & de adęquatione ſubiecti, ita ꝙ in ea parte vbi eſt vnum, ſit alterum: & intellige de contra-
B rijs in eſſe reali, quoniam in eſſe intentionali, nihil prohibet, vt ſæpe dicunt D. Thom. & Auer.

Conſtituitur ex duplici ratione, & duplici auctoritate. Prima ratio eſt. Contradictoria non poſſunt eſſe ſimul: ergo nec contraria. Conſequẽtia eſt Philoſophi. 4. Metha. tex. com. 27. Et formetur ratio ad propoſitum ſic. Contradictoria non poſſunt eſſe ſimul in quo volueris gradu: ergo nec contraria. tenet ſequela, quia idem fit, quo ad hoc, de vtriſq; iudicium. Cõfirmatur, quia 10. Metha. ſuper tex. com. 15. dicit S. Tho. ꝙ de ratione contrariorum eſt, ꝙ eorum quodlibet alterius excluſionem includat. Et notum eſt ꝙ in quouis gradu ſunt contraria: ergo &c. Confirmatur quoq; quia 5. Phyſi. tex. com. dicit Ariſto. ꝙ idem moueri ſimul nequit duobus motibus contrarijs, quia nõ poteſt ſimul habere duo contraria. Certum eſt autem ꝙ idem non poteſt moueri duobus motibus contrarijs, etiam remiſsis, & quouis gradu ſumptis: ergo &c.

Secunda ratio eſt. Contraria, cum ex differentijs eſſentialibus ſint contraria, vt conſtat 10. Methaphy. tex. com. 23. neceſſario in quocunq; gradu ſunt contraria: ergo inuicem ſe excludent, ergo in quouis gradu ſimul eſſe non poſſunt. Nunc ad auctoritates. Prima eſt D. Tho. in tertio diſt. 14. q. 1. art. 2. quęſtiũcula. 3ª. ad primum. Secunda eſt Caieta. prima ſecundæ. q. 52. artic. 2. Nec obſtat verbum D. Tho. de potentia. q. 5. art. primo ad ſextum. Vbi videtur velle, ꝙ aqua calida ſe ad
C frigiditatem reducit, quia in ea remanſit forma cõtraria: quoniam verbum illud, veritatem quidem habet, non quia remanſerit aliquid frigiditatis in actu, ſed quia remanſit in naturali ac proxima neceſsitante radice: eo ꝙ frigiditas emanat ab aqua neceſſario, nõ impedita. Vide ſi placet, pro hoc Theoremate. Soncinum. 10. Methaphyſice. q. 22.

THEOREMA SEPTIMVM.

De mediorum compoſitione.

M*EDIA componuntur ex contrarijs*. Habetur hoc 10. Methaphyſice. tex. commen. 23. & alibi a Philophis.

Excuſſio Theorematis.

Vt Theorematis habeatur intellectus, notanda ſunt quædam. Primum eſt, ꝙ ſermo eſt de medijs non ſubiectiuis, ſed formalibus; quæ & ſunt in duplici differentia: quædam ſunt, quæ ſpecie differunt ab extremis, quædam quæ ſolum differunt ſecundum magis & minus: exemplum pri-
D mi membri, eſt rubedo, viredo &c. inter albedinem & nigredinem: exemplum ſecundi, eſt tepiditas inter caliditatem & frigiditatem. Nam tepiditas vt dicit Auer. 6. Phyſi. com. 32. nihil aliud eſt q̃ calor remiſſus, ſermo in ꝓpoſito, eſt de medijs formalibus, ſpecie ab extremis differentibus.

Secundum eſt, ꝙ media hæc, componi ex contrarijs, poteſt duobus modis intelligi: vno modo per aggregationem, ſicut aceruus ex lapidibus, alio modo per reſultantiam, ſicut mixtum iuxta veritatem ex elementis: & hoc ſecundo modo intelligitur in pręſenti. Nam primo modo, medię formæ non eſſent ſpecies, eo ꝙ ex pluribus ſpeciebus remanentibus ac incorruptis non fiat vna ſpecies: Vnde & Ariſto. 5. Metha. tradit, ꝙ ſenarius non conſtat ex quaternario & binario, ſed ex ſex vnitatibus. Præter id, ꝙ media, non eſſent entia per ſe vna, quod nullus dicit.

Tertium eſt, ꝙ media componi ex contrarijs per reſultantiam, verificari poteſt duobus modis: altero per viam generationis, reliquo per viã mixtionis (nam colores medios, vtroq; videmus

fieri

fieri pacto) oritur rubeus color in flore, & fit ab arte, vt experientia docet. In huiuſmodi autem E medijs extrema contraria, non ſunt actu, ſed virtute: non quidem eminentiæ, ſed partipationis. Propter quod, non poſſunt in omne illud, quod poſſent ipſa contraria: ſicut ſi in illis eſſent eminenter. Et adde ꝙ participantur, ſicut cauſæ ab effectibus.

Quartum eſt, ꝙ cum in hac re, diuerſa dici videantur a Philoſophis, & aliquando ſonent eorum verba ꝙ in medijs contraria ſunt in actu, exponi eorũ poterunt dicta, altero è duobus modis. vel diſtinguendo, de eſſe in actu abſolutè, & comparatione, & dicendo ꝙ non intelligunt primo, ſed ſecũdo modo: vel ꝙ aliud eſt eſſe in actu ſimpliciter, & aliud quo ad officium; primo modo non intelligitur, ſed ſecundo: nam medium facere poteſt officium vtriuſq; contrarij, & nunc vnius nunc alterius rationem induere, & pro vtroq; accommodari &c.

THEOREMA OCTAVVM.

De ratione propria quantitatis.

R*ATIO quantitatis, eſt ratio menſuræ.* Habetur ex D. Thom. doctrina, & multorum Philoſophorum aſſenſu. F

Excuſſio Theorematis.

Notandum primo, ꝙ ratio quãtitatis formaliter & intrinſeca, nobis re vera eſt incognita: vt in quæſtione de natura ac prædicamentorũ diſtinctione, oſtenſum eſt. Quare cum de ratione quantitatis in præſentia ſermo fit, de ratione deſcriptiua, atq; (vt dicunt) per proprietatem aliquam, intelligendum eſt: nam & menſurabilitas, non ſecus ac diuiſibilitas, paſſio in præſenti conceditur; & non vt conſtitutiuum eſſentiale &c.

Notandum ſecundo, ꝙ dupliciter concipi poteſt menſurabilitatẽ quantitati congruere: actiuè ſcilicet & paſſiuè, & vtroq; verificatur pacto. Mẽſurabilitas paſſiuè, congruit quãtitati, quia vnumquodq; (vt notum eſt) menſuratur ratione quantitatis: vnde & menſura certificamur de quantitate rei. Menſurabilitas actiuè, ideo cogruit quantitati: quia quantitas eſt, per quam, velut per inſtrumentũ intellectus rẽ quantam mẽſurat. De vtraq; intelligitur, ꝙ de rõne ſit quãtitatis.

Notandũ tertio, ꝙ meritò ratio menſurabilitatis pręponitur rationi diuiſibilitatis: qm̃ ùtraq; illi congruit; potiori tamen modo menſurabilitas congruit ei: quod conſtat, tum quia menſurabilitas quantitati congruit ſecundum id, quod eſt in ea formale, & diuiſibilitas ſecundum id, G quod eſt in ea materiale, tum quia menſurabilitas eſt paſſio, prius q̃ diuiſibilitas quantitati conueniens, prout difficile non eſt videre.

Et quidem ꝙ menſurabilitas quãtitati congruat, ſecundum id quod formale eſt in ea, & diuiſibilitas ſecundum id quod eſt materiale in illa; manifeſtatur duplici ratione. Prima eſt, ꝙ cum certum ſit quantitatem habere in ſe aliquid actualitatis, & aliquid potentialitatis, non modo ex Caieta. prima parte. q. 7. artic. 3. ſed ex Ariſto. 12. Metha. in tractatu de prædicamentorum principijs, haud dubium, ꝙ & ſi comitatur ſubſtantiam dimenſionum capacem, comitatur illam ex parte actualitatis ratione formæ, & ex parte potentialitatis ratione materię. Et licet quantitas multum habeat de potentialitate, propter quod & materiale accidẽs ſimpliciter dicitur: potior tñ præſtantiorq; ratio ſemper in ea eſt, qua actualitatẽ habet. Vnde & ſecundum eam potiores ac præſtantiores ei conditiones attributæ ſunt. Siquidem ratione actualitatis ei congruit finitas, & ratione materialitatis infinitas (actus enim eſt determinare & finire, & potentiæ determinari & finiri,) Ratione actualitatis competit ſibi vnitas, & ratione potentialitatis diuiſibilitas: ergo & ratione actualitatis conueniet ei ratio menſuræ, cum ad rationem menſuræ ſpectet vnitas, vt dicitur. 10. metha. ergo & menſurabilitas potiori modo attribuenda eſt quantitati q̃ diuiſibilitas. H

Et de menſurabilitate actiuè ſumpta, res eſt perſpicua: ex eo ꝙ ipſa debet certificare, vt dicitur in eodem. 10. & propterea vnitatem exigit, vt quę velut indiuiſibilis, & ob id inuariabilis, certificare poteſt: de menſurabilitate quoque paſſiue accepta, idem conuincetur, quia aliàs certificare non poſſet, vt conſideranti notum eſt. Confirmatur, quia menſurabilitas tam actiuè q̃ paſſiuè ſumpta, finitatem exigit: aliter non poſſet certitudinem rei pàrere, eo ꝙ infinitum vt infinitum, eſt ignotum, & ob id ad certificandum inualidum. Confirmatur rurſum, quia certificabilitas (vt ſic loquar) per menſuram tam actiuè q̃ paſſiuè de re ſumenda, indubiè actualitatem claudit, aliàs per ſe cognoſcibilis minime foret (vnũquodq; enim per actum cognoſcitur, & tantum per ſe habet de cognoſcibilitate, quantum de actualitate. 2. Metha. ergo & in menſuræ ratione, ratio includitur actualitatis: aliter menſura ac menſuratum non forent homogenea.

A Secunda ratio eſt,quia aut quantitas,cuius rationem quærimus,habet partes,aut non:Si non, habet, ei nequit attribui diuiſibilitas,cũ omnis diuiſio ſit in partes,ſi habet,tunc ſic.Cum partes bifariam comparari poſsint ad ſuum totum;nẽpe via compoſitionis,& via reſolutionis.In priori via, terminus eſt forma,& in poſteriori, terminus eſt materia. In illa proceditur ad vnitatem, & in hac ad multitudinem : ergo ſicut eſt prior compoſitio q̃ diuiſio, & vnitas q̃ multitudo, ita & prior eſt ratio menſuræ in quantitate q̃ ratio diuiſionis;cum in illa claudatur forma & vnitas, in hac materia & multitudo. Et licet nos non fugiat, diuerſis reſpectibus eandem rem, nunc priorẽ nunc poſteriorem dici:quia tamen actus eſt ſimpliciter prior potẽtia,vt dicitur. 9.Metha.& menſuræ ratio fundatur ſuper actum,& diuiſibilitas ſuper potentia:nemini debet eſſe obſcurum,rationem menſuræ, rationem diuiſibilitatis abſolutè debere pręcedere. Et hæc ſatis ad pręſens.

THEOREMA NONVM

De potentijs rationalibus & irrationalibus.

B *POTENTIAE rationales,ſe habent ad oppoſita:irrationales vero ſunt determinatæ ad vnum.* 9.Methaphyſice.com.3.

Excuſsio Theorematis.

Tria tentanda ſunt : Quid ſonet ùtraq; potentia : Quo pacto rationalis ſe habet ad oppoſita, & irrationalis eſt determinata ad vnum:Et quæ vtriuſq; radix. Quo ad primum conſiderandum ꝙ rationale & irrationale in præſenti non opponuntur contrariè,ſicut cum animal diuiditur in recta linea, vbi rationale & irrationale opponuntur tanq̃ duo gradus contrarij, ac ſi irrationale ſumeretur pro rudibili &c.ſed opponuntur contradictoriè,per modum affirmationis & negationis,ita ꝙ irrationale idem in propoſito ſonat,ꝙ non habens rationem, & rationale rationem habens. Conſiderandum rurſum,ꝙ potentia denominatur rationalis a ſubiecto, ſicut albedo humana,& intellectus angelicus:& denotatur,ꝙ talis eſt ſicut in ſubiecto, non in quacunq; re, ſed in anima:& in ea, nõ ſecundum omnem partem,ſed rationalem, vt clare vbi ſupra Philoſophus docet.Similiter potentia irrationalis dicitur a ſubiecto, quia eſt in ſubiecto nõ habente rationẽ: propter quod reperiri poteſt nedum in corpore,ſed & in anima, ſed non ſecundum partem rationalem,vt conſtat de potentia vegetatiua. Conſiderandum demũ, ꝙ potentia rationalis diuj-
C ditur in potentialem,& habitualem (vt ſic loqui liceat) Et ratio diſtinctionis eſt quia nedum potentia,ſed & habitus dicitur rationalis,vt ars,& ſcientia practica,vt ibidem Ariſto.dicit.Potentia autem rationalis primo modo,ſufficienter diuiditur in intellectum & voluntatem, eo ꝙ in parte rationali , non ſunt aliæ potentiæ. Potentia rationalis ſecundo modo , diuiditur in artem & ſcientiam practicam.

Quo ad ſecundum conſiderandum ꝙ potentia rationalis,tam primo,q̃ ſecũdo modo,dicitur (ordine ſuo) habere ſe ad oppoſita,tum contrariè,tum contradictoriè:& intelligitur quidẽ tam in agendo,q̃ in modo agendi, & in termino actionis per ſe intento. Exemplificetur, & patet. Siquidem ars medicinæ operari poteſt ſanitatem & infirmitatem,& tali modo,& oppoſito modo, & facere vtrunq; effectum per ſe,& ſi vnum vt principalem,& alium vt ſecundarium vel minus principalem.Similiter operari,& non operari ſanitatem,& tali modo,& ſine tali modo, & facere iſtud,& non facere iſtud. Conſiderandum quoq; ꝙ potentia irrationalis eſt determinata,tum ad agendum, tum ad talem modum agendi, & ad talem effectum , ſaltem in ſpecie, & ad vnum oppoſitorum ſaltem per ſe;& ſi contingat aliud ſequi per accidens. Exemplum eſt de potẽtia calefactiua ignis. Vide pro his,ſi vacat Caieta.ſecundo de Anima cap.2.

D Quo ad tertium:primùm dicendum eſt de potentia rationali,vnde eſt ꝙ ſe habet ad oppoſita; deinde de habituali,vt clarior ſit reſolutio. Pro primi notitia,diſtinguendum eſt id quod hac in re eſt certum,ab eo quod eſt dubium.Certum quidem eſt, ꝙ ratio quare intellectus & voluntas, ſe habent ad oppoſita,libertas eſt vtriuſq; : in hoc enim non inuenio diſcrepantiam. Clarum & certũ etiã eſt,ꝙ libertas intellectus,vel eſt idem,ꝙ eius indifferentia,vel proprietas indifferẽtiam conſequens:& ſi placet ſecundũ,ſicut & mihi probatur magis,dicendum ꝙ eſt proprietas nõ realiter,ſed virtualiter ab intellectu diſtincta,ſicut ęternitas proprietas dicitur eſſe Dei.Similiter dicitur de libertate voluntatis: eſt ſiquidem ipſa vel eius indifferẽtia, vel & rectius eius proprietas, ſed modo dicto.Clarum & certum eſt demũ,ꝙ dicta indifferentia in intellectu,non ſequitur omnem illius rationem, quia ſecundum aliquam rationem intellectus inuenitur determinatus , & non indifferens:ſimiliter & in differentia in voluntate,non ſequitur omnem eius rationem &c.

Et non eſt obſcurum rationem illam, quam ſequitur indifferentia, communem quodam pacto E eſſe intellectui ac voluntati, necnon in vtroq; rationis eiuſdem, ſi non vniuocè, ſaltem proportionalis: conſtat hoc, quia indifferentia ſequens, tali pacto ſe habet in vtraq;.

Dubium autem eſt, vnde intellectus & voluntas, illam communem ſortiãtur rationẽ, quidq; illa ſit: quod quidem eſt valde difficile determinare; propterea ꝙ natura intellectus & volũtatis non eſt nobis perfectè explorata ac in omnibus cognita. Ego autem dicam quod ſentio, ſaluo ſemper meliori iudicio. Ad cuius explicationem, recolendum eſt primò, ꝙ potentia animæ dupliciter accipi poteſt, vno modo vt proprietas, alio mõ vt potentia. Primo modo attẽditur in ordine ad ſubiectum: ſecundo modo in ordine ad obiectũ. Hæc ſunt de ſe nota. Recolendum eſt ſecundò, ꝙ pars animæ rationalis, in qua radicantur intellectus & voluntas, habet ex ſui immaterialitate amplitudinem & indeterminationem quandam, quin & capacitatem vt fiat quodammodo omnia, vt habetur 3. de Aĩa. Recolendum eſt tertio ꝙ obiectum intellectus & voluntatis, habent infinitatem aliquo pacto, cum ſint ens inquantum ens, & bonum vt bonum. Ex quibus ſic ad memoriam reuocatis, mihi videtur conſonare primùm, ꝙ illam ſortiuntur, tum ex fundamento, tum ex obiecto: ex fundamento radicaliter, & ex obiecto completiuè. Patet hoc de facili. Et quidem ꝙ ex vtroq; palam, quia vtrunq; quodamodo illimitatum & indeterminatum eſt. F Quòd ex illo radicaliter, & ex hoc cõpletiuè; patet quia ex illimitatione fundamenti, illimitatio proficiſcitur obiecti eiuſdem potentiæ, vt non raro docet Caiet. & alij Methaphyſici. Et ſi dicatur ex his ſequi intellectum & voluntatem ſecundum oẽm ſui rationem fore indifferentes illimitatosq; ; negatur ſequela, cum in vtroq; ratio ſaluetur naturæ, præueniens rationes vtriq; proprias. Videre potes, hac pro re Caieta. prima. part. q. ... Et prima ſecundæ. q. 10. art. 1.

Dico vlterius, ꝙ ratio illa, eſt quidam gradus, vtiq; eſſentialis; ſed innominatus ac non penitus explicabilis: poteſt tamen vtcunq; exprimi, dicendo ꝙ in intellectu annexam habet vim iudicatiuam, & in voluntate vim electiuam. Quo fit vt indifferentia & libertas in voluntate, & in intellectu, non eodem pacto ſe habeant: cum in intellectu ſint ad iudicandum, & in voluntate ad eligendum. Fit quoq; ꝙ libertas vtraq; non ſit ſimpliciter cõparabilis, præſertim quærendo, quæ ſit maior vel minor: licet dici poſsit, ꝙ vna prior ſit naturaliter altera, ſicut & intellectus naturaliter prior eſt voluntate: Item & ꝙ vna quodam pacto radicetur in alia vel ex alia, ſicut voluntas in intellectu ſeu ex intellectu: propter qđ fortè dictũ eſt, ꝙ vna maior eſt radicaliter, & alia maior formaliter, eo ꝙ formaliter loquendo libertas videtur maximè attendi diciq; reſpectu ele- G ctionis. Quamq̃ & aliter dictum illud verificari poteſt, ſumendo intellectum & voluntatem pro actibus: & non vt factum eſt pro potentijs. Multa ad hanc materiam pertinentia dicta ac explicata ſunt in quæſtione de contingentiæ radice: quæ ibi potes videre. Supereſt vt aliquid attingatur de rationalibus habitibus: quod & paucis expedietur. Tangitur quidem ab Ariſto. vbi ſupra. Et dicitur, ꝙ eſt, quia earum principium ſpecies eſt repreſentatiua vtriuſq; oppoſiti.

Vbi recolendum eſt primo, ꝙ habitus practicus, de quo ſermo, & cauſatur ex ſpeciebus, & vtitur eis. Recolendum deinde, ꝙ intellectualis ſpecies, tum ex ſua immaterialitate, tum ex eo ꝙ eſt in intellectu, qui potentia eſt penetratiua, & quodãmodo ſuffoditiua, habet ꝙ ducere poſsit in cognitionem vtriuſq; oppoſiti: licet vnius principaliter, & alterius ſecundariè. Recolendum deniq;, ꝙ propter hoc ſortitur quandam illimitationem & indeterminationem, Quo fit vt non ſit mirum, ſi habitus contrahere habeat, indifferentiam quandam, & in eſſe, & in operari: & ob id facultatem ſortiri, habendi ſe ad oppoſita, &c.

THEOREMA DECIMVM

De generatione compoſiti. H

ILLVD *quod generatur, non eſt forma, neque materia, ſed compoſitum ex vtraq;.* Septimo Methaphyſice com. 26. & 27.

Excuſsio Theorematis.

Pro Theorematis excuſsione, notanda ſunt quædam. Et primo ꝙ in propoſito generatio ſumitur phyſicè. Patet hoc, tum quia ſic ſaluatur ſermo formalis, tum quia ſic ſumpta intenta eſt a Philoſopho, ſicut conſideranti patet; propter quod hoc non prohibetur ex loco, formas ſubſiſtentes creari.

Secundo, ꝙ generatio ſumitᵉ phyſica in præſenti in tota latitudine, ſicut ſumitur. 8. Phyſi. tex.

& propterea

A cõ.24.& propterea ſumitur vt cõprehendit & ſubſtantialem & accidentalẽ generationẽ. Patet hoc, tum ex tex.com.20.eiuſdem ſeptimi; vbi ſermo fit de vtràq; generatione; tũ ex tex.com.29. vbi declarat Philoſophus ſic verificandum eſſe Theorema.

Tertiò, ꝙ illud in propoſito dicitur fieri, quod eſt præfatæ generationis terminus, terminus inq̃, qui, & non terminus, quo. Patet hoc, tum quia terminus, qui, propriè dicitur generari, tum quia aliter, non rectè in præſenti excluderetur forma.

Quartò, ꝙ terminus, qui, de quo ſermo, eſt qui non per accidens, ſed per ſe generationem terminat; contingit enim ꝙ generatio habeat duos terminos, qui, alterum per ſe, & reliquum per accidens, ſicut foſſio ſepulchrum, & inuentionem theſauri. Patet hoc, quia in doctrinalibus, quæ ſunt per accidens relinquenda ſunt.

Quintò, ꝙ non ſolum ſermo eſt de termino, qui, per ſe, ſed primo, ſumendo particulam, primo, pro immediato, & principali. Patet hoc, quia terminus ſecundarius, & non principalis, eſſe poteſt, etiam formã: vt dicendum erit paulo poſt.

Sextò, ꝙ forma ſumitur (cum dicitur ꝙ non eſt forma) pro forma partis, & non pro forma totius. Patet hoc, quia de illa intelligi debet forma, ex qua fit compoſitum: conſtat autem ꝙ forma

B ex qua fit compoſitum, non eſt forma totius, ſed partis.

Septimò, ꝙ forma partis, in præſenti, in tota ſumitur latitudine, & propterea vt complectitur, & ſubſtantialem, & accidentalem formam. Patet hoc, quia etiam tali ſumitur pacto, vt ſatis notum eſt, quod generatur, vt qui.

Octauò, ꝙ materia (cum ſubditur in Theoremate, nec materia) amplè capitur, hoc eſt, pro potentiali paſsiuo, quod non coarctatur ad genus ſubſtantiæ. Patet hoc, quia ex illo potiſsimum fit compoſitum, in genere ſubſtantiali & accidentali, & illud correſpondet formę partis.

Nonò, ꝙ potentiale paſsiuum proprio cum actuali, in quouis genere, facit vnum per ſe (id enim Peripateticis exploratum eſt) & propterea non immeritò compoſitum, de quo in Theoremate, intelligendum eſt compoſitum eſſe per ſe: Nam & compoſitum per accidens, non poteſt eſſe terminus per ſe.

Decimò, ꝙ compoſitum per ſe in præſenti coincidit cum quiditate, patet quia ſic in præmiſſis tex. loquitur Ariſto. cum quiditate inq̃ non coarctata ad genus ſubſtantię, quod cõſtat ex prætactis, ſed fundamentaliter, non tamen abſtractiuè, ſed concretiuè: puta pro humanitate & albedine, vt in materia & forma. Patet hoc ex calce tex.28. ſeptimi.

C Vndecimò, ꝙ non ſolum ſumitur pro quiditate concretiuè, ſed & indiuidualiter, hoc eſt pro quiditate in materia & forma indiuiduatis: patet quia generationes ſunt circa ſingularia 1. Meth. quin & ſuppoſitaliter ſumpta, patet quia huiuſmodi eſt proprium ſuſceptiuum eſſe, quod per generationem acquiritur.

Duodecimò, ꝙ de quiditate ſuppoſitata intelligendum eſt, ſiue formaliter, ſiue inhæſiuè. Subſtantiæ quiditas dicitur ſuppoſitari formaliter, quia ſuppoſitatur ex proprijs: accidentis vero ex inhæſione, quia ex eo ꝙ eſt in ſubſtantia. Patent hęc, quia de vtràq;, vt non ſemel dictum eſt, intelligitur Theorema.

Tertiodecimò, ꝙ ſi petatur, quo pacto, quiditas ſiue natura (idem enim re ſunt) compoſita ſit ex materia & forma, & præſertim phyſica ſiue ſubſtantię materialis, in alio explicabitur Theoremate. Siquidem duobus intelligitur modis, nempe intrinſecè, & extrinſecè: ſed quo hæc accipienda ſint ſenſu, ſuo reſeruandum eſt loco.

Quòd autem forma dici valeat aliquã generari, non ſolum vt terminus, quo, ſed (vt tactum eſt) vt terminus, qui, modo paucis oſtendendum eſt. Ergo dicam, ꝙ forma, non dicitur generari, vt

D terminus, qui, ſimpliciter & immediatè, ſed ſecũdum quid, & quodam pacto mediatè. Declaratur ex hoc, ꝙ non generatur abſolutè ſumpta, ſed quo ad ſpecificum eſſe. Siquidem abſolutè educitur, & cum educitur, & fit compoſitum, ipſa acquirit eſſe ſpecificum: ergo patet vtrumq; & ꝙ eſt terminus, qui, ſecundum quid, & mediatè: & propterea non dicetur generari ſimpliciter, & ſi dicetur, educi ſimpliciter.

Poteſt & de ipſa quæri materia, num quouis pacto, dico, valeat generari: Et reſponderetur ꝙ ſic. Et primò ſubiectiuè, hoc eſt, vt generationis ſubiectum (habet enim ꝙ ſubijciatur in generatione, vt patet 5. Phyſi. tex.8.) ſecundò aliquo modo terminatiuè, ſicut & ſua pro ratione forma, eo ꝙ acquirit eſſe ſpecificum, ſicut & illa, immo & magis q̃ illa; cum forma, ſuapte natura, initium ſit ſpeciei. Nec obſtat ꝙ materia dicitur ingenerabilis. 1. Phyſi. tex. com. 82. quoniam id intelligitur de materia ſimpliciter & abſolutè ſumpta, & non quo ad hoc, ideſt, eſſe ſpecificum

Et hæc ſatis pro intellectu totius Theorematis. Ergo talis ipſius eſt ſumma. E

Quod, inquit, generatur, Phyſica generatione, ſiue illa ſit ſubſtantialis, ſiue accidẽtalis, dummodo generetur vt terminus, qui, per ſe, primò, non eſt forma partis, ſiue ſubſtantialis ſiue accidentalis ſit, nec eſt materia, hoc eſt potentiale paſsiuum, ſiue de genere ſit ſubſtantiæ, ſiue de genere ſit accidentium, ſed eſt compoſitum per ſe, ex materia & forma, dicto modo acceptis: compoſitum inq̃, ideſt, quiditas fundamentaliter ſumpta, quæ idem eſt ꝙ natura, & compoſita eſt, ex materia & forma, i. ex potentiali paſsiuo & actuali: quiditas inq̃ ſiue de genere ſubſtantię, ſiue de generibus accidentium: quiditas, non aſtractiuè, hoc eſt, præſcindens a materia & forma, extrinſecè importatis, ſed concernens eas, non in communi, ſed in ſingulari, & præter id, ſuppoſitata aliquo mõ, hoc eſt, formaliter, vel inhęſiuè, nõ per excluſionẽ eſſe, ſed per incluſionẽ eius, &c.

THEOREMA VNDECIMVM.

De inchoatione artificialis formæ in materia.

NON omnes effectus artificiales, fieri poſſunt a caſu: ſed tantum quorum aliqua præexiſtit pars formæ introducendæ, cum principio actiuo proximo. Ex 7. Metha. tex. com. 29. F

Excuſſio Theorematis.

Pro Theorematis huius notitia. Aduertendum eſt primò, ꝙ forma artificij introducenda in actu in materia apta nata, eſt forma compoſita, ex proprio potentiali & actuali: quo fit, vt ſi præexiſtat; ſecundum potentiale præexiſtet, & ſic ꝙ præexiſtat ſecundum vnam partem ſui: & ſic eſt de facto, eo ꝙ materiæ artificialium, ſicut congenita ſunt reliqua accidentia in ea receptibilia, ſaltem in potentialibus ſuis, ita & potentiale pro forma artificij, eidem congenitum eſt. Nec obſtat, ꝙ tale potentiale non nuncupetur naturale, ſed artificiale potius: quoniam ſicut potentiale, totum quod eſt, propter actum eſt, ita & tota ſua formalis denominatio, ex actu, nõ iniuria, profecta eſt.

Aduertendum eſt ſecundo, ꝙ ſicut habetur 3. de Anima. tex. com. 17. in omni natura (nempe generanda) requiritur proprium principium, tum paſsiuum, tum actiuum, nec modo propriũ, ſed proximum: quod in animalibus vis eſt ſeminalis, in naturalibus vis proportionalis ſemini, G & in artificialibus vis proportionalis naturali: quare nõ immeritò. 2. Phyſi. dictum eſt, artem imitari naturam. Coniungitur autem eiuſmodi actiuum proximum ipſi paſsiuo, vt notum eſt, procedens, communi curſu, ab agente principali, puta in animalibus a maſculo generante, in naturalibus, puta ab igne calefaciẽte, in artificialibus ab artifice operante. Siquidem ignis, ſua pro ratione, incalefactibile vim quandam introducit largiturq́; vnà cum calore, ſicut maſculum animal in generatione animalis, in vterum fœminæ, vnà cum materia ſpermatis, nec diſsimiliter artifex lignarius mediante alteratione ligni puta dolatione ſectione &c.

Aduertendum tertio, ꝙ contingit aliquando, reſpectu quorundam effectuum artificialiter producendorum, vt præexiſtat in materia artificiali, non ſolum potentiale paſsiuum ſed & actiuum, & actiuum quandoq; imperfectum, aut impeditum ne poſsit exire in actum, effectumq́; producere: ſicut patet cum in corpore ſanabili, potentiale exiſtit ad ſanitatem, & vis quædam actiua, puta in corde ad cauſandum eam: verum eſt imperfecta, aut impedita & egens ob id extrinſeco auxilio. Reſpectu itaq; taliũ effectuum artificialium, verum eſt, ꝙ eiuſmodi fieri contingit caſu: cum enim non requirant agens niſi auxiliarium, aut remotiuum impedimenti, conſtat ꝙ per ſe non exigunt agens ordinarium, ſicut eſt effectiuum per ſe, per quod vis communicetur H actiua reſpectu eorũ per ſe, vnde & contingit fieri, non iiſdem ſemper auxiliarijs: propter quod èadem poteſt cauſari ſanitas, & arte & fricatione, vt Ariſtoteles docuit vbi ſupra.

Ex his palam eſt, ꝙ non ſequitur dari inchoationes formarum naturalium, ſumendo formam, pro ea quæ eſt altera pars compoſiti: ſed benè ſequitur, ꝙ ex conueniẽti proportione dantur inchoationes formarum naturalium, ſumendo formam, pro forma totius, hoc eſt, pro quiditate naturali: quæ inchoationes, ſunt earum potentialia, vt ſatis conſideranti notum eſſe poteſt. Quomodo autem ſaluetur commune dictum, nempe formas, quæ altera ſunt compoſiti pars, in materia præexiſtere, alterius negocij res eſt; Et veritas eſt, ꝙ præexiſtunt in ea ſicut effectus præhabetur in cauſa: & per hoc, ꝙ præxiſtunt in potentia, & potentia quidem paſsiua & materiali, quia in potentia materiæ &c.

A ## THEOREMA DVODECIMVM

De prioritate ſubſtantiæ ſuper accidentia.

S*VBSTANTIA eſt prior omnibus accidentibus, natura, cognitione, diffinitione, & tempore.* Habetur ſeptimo Methaphyſicę.tex.com.quarti.

Excuſſio Theorematis.

Ad intelligentiam Theorematis, ſingula ipſius excutienda ſunt verba. Et quod nomen attinet ſubſtantiæ, diuerſimodè intelligitur hoc in loco, ab expoſitoribus. Quidam, ſicut eſt Auerroes, reſtringunt illud ad ſubſtantiam materialem, conſtantem ex materia & forma: & dicunt Theorema veritatem habere, quia ſaltem ratione partis, quæ materia eſt, præcedit omnia accidentia natura, cognitione &c.

Quidam reſtringentes quoq; nomen ſubſtantię, volunt in propoſito, ſumendã eſſe pro eſſentia ſubſtantiæ in vniuerſali, dicentes ꝙ ſic eſt prior natura, cognitione, & diffinitione, vt patet; tempore verò, quia nullum tempus ſibi vendicat. Ponitur hæc interpretatio ab Alberto.

B Quidam, ſubſtantiæ nomen in ſua relinquentes amplitudine: dicunt, ꝙ accipienda eſt indefinitè, & per hoc, ꝙ ſufficit ſi verificatur pro aliqua. Vnde dicunt ꝙ eſt prior, natura &c. quia ſaltem Deus eſt talis, & per tempus intelligunt durationem, & per hoc, per tempus, interpretantur æternitatem. Et hæc eſt ſententia Pauli de Soncino.

Quidam demum relinquentes pariter eam vocem in ſua latitudine, dicunt ꝙ verificatur quidem vlr, ſed eſt intelligenda de ſubſtantia omni, vt ſubſtantia, & de prioritate temporis, non poſitiuè, ſed non repugnanter. Et hæc eſt interpretatio Sco. Ergo vult ꝙ cuiuis ſubſtantiæ quatenus ſubſtantia, conueniat priorem eſſe natura &c. poſitiuè, ſed tempore non repugnanter.

Vt autem in tanta opinionum varietate, dicam quid ſentiam, notãdum erit primò, ꝙ ſubſtantiæ vox ſumenda eſt in tota ſua amplitudine: quod & cõuincitur, non ſolum ex D. Thom. 2. contra gen. ſed & ex Ariſto. qui in tex. 1. ſeptimi huius, vtitur eo nomine pro latitudine ſubſtantię prædicamentalis, prædicamẽto accepto, vt par eſt, iuxta amplitudinem Methaphyſicã, in quo continetur etiam ſubſtantia increata. Et licet ita ſit, licet omnis ſit hac voce comprehẽſa ſubſtantia, ea tamen nõ eſt accipienda ſub quacunq; ſui ratione: ſed ſub ratione qua ſubſtantia eſt, quicquid de ea ſit, qua talis, aut talis ſubſtantia eſt.

C Notandum erit ſecundò, ꝙ etſi nomine accidentium in ſua pariter acceptione latiſsimè debemus vti, nulli tamen ambigendum eſt, de illis ſimpliciter intelligendum, quæ a ſubſtãtia ſunt reipſa diſtincta: propter quod in diſcuſsione non veniunt ea prædicata, quæ etſi veluti accidentia non iniuria reputanť, quia tamen non ſolum non ſunt diſtincta re, ſed nec afficiunt actu ſed virtute, vt attributa in Deo, & iuxta aliquorum opinionẽ intelligentiarum accidentia: (Licet enim & in ijs poſſet forſan, quodam pacto habere locum, quia tamẽ non admitteretur niſi extenuatè) ideo non fit ſermo de eis.

Notandum erit tertiò, ꝙ etſi vox prior, multas admittat acceptiones, vt cõſtat 5. Metha. cap. de priori; in propoſito tamen reſtringitur ad eas, quę in Theoremate expreſſę ſunt. Cum ergo dicitꝰ ꝙ eſt prior natura, prioritas ſumitur pro perfectione, & independentia, ſecundum ꝙ aliquid dr̃ alio prius, quia perfectius, & quod nõ dependet, ab eo, ſed illud depẽdet ab ipſo. Ergo ſenſus eſt, ꝙ ſubſtantia in eo ꝙ ſubſtantia, eſt prior natura quibus vis accidentibus, ab ea reipſa diſtinctis, quia eſt illis perfectior, nec ab eorum aliquo dependet, ſed illa dependent ab ea.

D Notandum erit quartò, cum dicitur ꝙ eſt prior cognitione, ꝙ id duobus poteſt modis exponi: altero vt intelligatur ex merito ſui, & ſic nullũ patitur ſcopulum, qm̃ omnes id ſine cõtrouerſia cõfitemur, eò ꝙ ſubſtantię cognitio, ex merito ſui, priorem exigit cognitionem, vt rectus ſit ordo notitię, a cauſa & principio progrediẽs ad effectũ, & ad id quod progreditur ex principio: reliquo, vt intelligať ex merito noſtri, vt a ſubſtantia & non ab accidentibus noſtra proficiſcatur cognitio, non ſenſitiua, ſed intellectiua, non diſtincta ſed actualis confuſa; de qua re aliàs plura.

Notandum erit poſtremò, cum dicitur prior diffinitione, quòd ſpectat ad ordinem notitię diſtinctę actualiſq;, & res eſt perſpicua, cum ſubſtantia cadat in diffinitione accidentis, & ſubſtantia diffiniatur ſimpliciter, accidens vero ſecundum quid. De prioritate quoq; temporis, non eſt cur multis moremur: & intellecta de prioritate durationis realis, ſatis ſi veritatem habet in eo ꝙ ſubſtantia, non repugnanter. Non enim repugnat ſubſtantiæ vt ſubſtantia eſt pręcedere accidentia reali duratione &c.

THEOREMA TERTIVMDECIMVM. E

Quo pacto materia ingrediatur quiditates naturalium rerum.

M*ATERIA eſt pars ſubſtantiæ naturalis.* Habetur ex ſeptimo & octauo Methaphy.

Excuſsio Theorematis.

Vt plenius tractetur Theorema, primo excutietur ſecundum veritatem, deinde ſecundum quorundam opinionem. Pro rei veritate, conſideranda ſunt ſingula verba. Materia ſumitur pro materia prima non particulari ſeu ſignata, ſed in communi ſumpta : & non ſolum vt ſubſtantia, ſed vt ſubſtātia talis, hoc eſt, potentialis. Pars, pro parte accipitur intrinſeca, eſſentialiq;, ſecundum ꝙ diſtinguitur, in genus & differentiam : ergo ſi materia eſt pars, neceſſe eſt ꝙ ſit, vel genus, vel differentia. Et aduertendum eſt, ſi materia, locum ſortitur generis, vt genus ſumat radicaliter. Quiditas ſumitur, pro natura, eſſentia, & definitione ſed fundamentaliter ſumptis, prout inq̃ claudunt ſolum intrinſeca & eſſentialia.

Verùm hac in re conſiderādum eſt, ꝙ ea quatuor. eſſentia, natura, quiditas, & diffinitio, ſunt F
idem re, & differunt tātum ratione: ſiquidem Eſſentia, eamet realitas dicitur, ſecūdum ꝙ eſt principium eſſendi proximum, formale tamen: Natura, ſecundum ꝙ principium eſt operandi, nam & natura eſt principium motus 2. de Phyſico auditu: Quiditas, ſecundum ꝙ redditur interrogāti ea de re interrogatione facta, per quid: Diffinitio; ſecundum ꝙ explicatur per orationem decernentem, claudentem, & eam rem terminantem explicantemq;, a prima potentia, vſq; ad vltimum actum, ſi Philoſophi placet vti verbis. Subſtantia autem naturalis, compertum eſt, ꝙ ſumitur pro ſubſtantia mobili: verùm ſub certa ac peculiari, vt modo explicandum eſt ratione.

Igitur hac in re notanda ſunt duo: Primū eſt, ꝙ quiditas, natura, eſſentia & diffinitio fundamentaliter ſumpta, accipi poſſunt tribus modis: abſtractè, concretè, & abſolutè, & hoc, idem eſt ac ſi diceretur, vt præueniunt illos duos modos. Secundum eſt, ꝙ materiam eſſe partem, poteſt duobus modis intelligi: vno modo de materia in ſe ſumpta, alio modo de materia, in ſuo effectu accepta: in quo effectu, quodam pacto, virtualiter continetur, cum regulare ſit in omni effectu, contineri virtualiter, quodam pacto, cauſam ſuam. Quid ergo? Dico ꝙ loquendo de quiditate,
natura &c. concretiuè, verum eſt ꝙ materia eſt pars vtroq; modo ſumpta : loquēdo verò, de qui-
ditate, natura &c. abſtractiuè vel abſolutè, verum eſt de materia in ſuo effectu accepta. Hactenus G
de veritate. De hac re vide Caieta. de ente. cap. 3.

Opinio quorundam, ſicut conſtat de Auer. & Alber. 7. Metha. eſt, ꝙ materia ſit pars extrinſeca: & addatur in diffinitione ſubſtantię naturalis, ſicut ſubſtantia (proportione ſua) in diffinitione accidentis. Concipiunt enim iſti, ꝙ non ſit realis differētia inter formam partis, & formam totius, & per hoc, ꝙ tota quiditas rei naturalis, ſit forma partis reuera. Volūt quoq;, ꝙ forma partis, puta anima, poſsit duobus modis conſiderari, altero vt informat materiam, quæ eſt pars compoſiti, & ſic appelletur forma partis, & merito, quia vnius partis forma: reliquo, vt conſtitutiua ſuppoſiti, vel compoſiti in eſſe ſpecifico, & ſic dicitur forma totius. Contra hanc opinionem adducuntur multa, ſed meo iudicio ſuſtineri poteſt: licet ſuperior ſententia, vt diximus, ſit vera, & ni fallor magis Peripateticis conſentanea.

THEOREMA QVARTVMDECIMVM

De priuationum ac negationum entitate ac conſiſtentia. H

P*RIVATIONES & negationes, ſunt entitates: & non repugnat eas extra animam reperiri, nullo intellectu conſiderante.* Habetur ex 4. Metha. & a D. Thom. in aliquibus locis.

Excuſsio Theorematis.

Principio animaduertendum eſt, ꝙ entitas, quatenus entitas, abſtrahit a poſitiuo & negatiuo, non minus q̃ ab eſſe reali & rationis: vt in methaphyſicis aſſuetis exploratum eſt. Quo fit, vt entitas quatenus entitas, non repugnet negationi & priuationi: quin & negatio & priuatio neceſſario ſunt entitates, & ſi entitates tales, hoc eſt negatiuę. Et hæ quando adſunt rebus realibus nullo intellectu conſiderante, ſunt reales : & quando adſunt entibus rationis quæ non ſunt niſi intellectu conſiderante, ſunt rationis.

Sunt inq̃ reales, quādo adſunt entibus realibus: vt patet de cæcitate, ſurditate &c. Nec propter

A hoc ſequitur, ꝙ ponant aliquod reale, ſed ꝙ ponunt entitatem, eamq; priuatiuam, & contrahũt realitatem. In quibus rebus realiter poſitæ, exercere (ſua pro ratione) habent actum entitatiuũ, ſeu entitatis, & priuatiuum ſeu priuationis: Et de actu entitatis, non eſt dubium ꝙ eſt abſtrahens a poſitiuo & negatiuo, quemadmodum & entitas: licet dici poſſet (vt aliquando loquuntur) po ſitiuus negatiuè, id eſt, non negatiuus, ſicut & dici contingit rem aliquam abſolutam negatiuè, hoc eſt, non reſpectiuam: formaliter tamen & propriè loquendo abſtrahit, ſicut dictum eſt. De actu vero priuationis patet etiam ꝙ eſt negatiuus: & propter actum negationis, priuatio ſortiri habet rationem mali vel boni, prout res priuata eſt bona vel mala.

Animaduertendũ eſt deinde, ꝙ ſi petatur, quo nam intelligãtur pacto: an inq̃ per ſe, ſeu proprio cõceptu intelligibiles ſint, reſpõddẽum eſt, ꝙ in eo ꝙ entitates, poſſunt per ſe intelligi, proprioq; apprehendi conceptu, & ſi non adæquato, & quodammodo tranſcendente, & velut generico: in eo vero, ꝙ tales, id eſt, priuatiuę, habent cognoſci per habitum, vel concernẽtiam eius. Solet & illud deſiderari, quo accipiendum ſit ſenſu, de priuatione ad habitum, non dari regreſſum, nempe ſm vim naturæ: & veritas eſt, ꝙ non intelligitur de priuatione habente ordinem ad ſubiectum immediatum, ſed de habente ordinem mediatum: nec de quacunq; priuatione ha

B bẽte talem ordinẽ, ſed de priuatione perfecta. Rurſum, ꝙ via naturæ dari nequit regreſſus ad eundem habitum numero: cum quo ſtat, ꝙ dari poſſit ad eundem habitum ſpecie, ſi non vnica generatione, generationibus pluribus, &c.

THEOREMA QVINTVMDECIMVM.

De medio contrariorum, & priuatiuorum.

INTER *extrema contrariè & priuatiuè oppoſita, poteſt dari medium.* Habetur ex 10. Metaphy. a tex. 14. vſque ad 20.

Excuſsio Theorematis.

Sciendum pro eius intellectu, ꝙ medium ſolet diſtingui pro forma, & pro ſubiecto: pro forma, quale eſt pallidum inter album & nigrum: pro ſubiecto, quale eſt corpus animalis inter ſanum & ægrum. Subdiſtinguitur medium pro ſubiecto, in medium per abnegationem, & per indifferentiam: exemplum primi, lapis medium eſt inter bonitatem & malitiam moralem: exem-

C plum ſecundi eſt, colorabile reſpectu albedinis & nigredinis.

Rurſum. Medium per indifferẽtiam ſubdiuiditur, per indifferentiam inclinationis, & participationis: exemplum primi patet de colorabili præinducto: exemplum ſecundi eſt tepidũ, quod participat calidum & frigidum, & non ſolum verſus illa inclinatur: & intellige de participatione indifferenti ſeu æquali, & hoc ſiue ſimpliciter, ſiue proportione. Cum audis caliditatẽ & frigiditatẽ participari a tepido, nõ intelligas actu, ſed virtute, aut officio, vt in alio dictũ eſt Thoremate.

THEOREMA SEXTVMDECIMVM

De differentia corruptibilis & incorruptibilis.

CORRVPTIBILE *& incorruptibile differunt genere.* Habetur 10. Metha. tex. cõ. vltimi.

Excuſsio Theorematis.

Occurrit prima facie non leuis dubitatio: quia aut intelligitur nomen genus, pro genere logi

D co, & ſic Theorema non videtur verum, eo ꝙ ſic ſumpto genere, ſuperiora vt cœli & intelligentiæ, quæ ſunt incorruptibilia, eiuſdem generis ſunt cum inferioribus & materialibus ſubſtantijs, quæ ſunt corruptioni obnoxię: aut intelligitur de genere phyſico; & ſic, non videtur intentum ab Ariſtotele cum tali pacto non concluderet contra Platonem, quod facere ſtudet.

Sed reſpondetur de facili: verũm vt res ſit maximè conſtans, præmittendum paucis, quid ſit vtrunq; genus, & quotuplex incorruptibile. Genus logicum diffinitum eſt a Porphyrio, id eſſe quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, in eo ꝙ quid: & diuiditur in decem generaliſſima, & quodlibet generaliſſimum, in plura ſubalterna, vt notum eſt. Genus phyſicum eſt, quod conſideratur a phyſico ad imitationem generis, quia vt informe, formabile tamen. Et vt vno explicetur verbo, eſt potentiale paſſiuum, ſeu purum, quod ſubſtantiatur per poſſe: & diuiditur in decem generaliſſima potentialia, eo ꝙ vt dicitur 12. Metha. in tractatu de prædicamentorum

principiis,

principijs,in vnoquoq; decem prædicamentorum datur proprium actuale,& proprium poten- E
tiale:& quodlibet eorum in plura diuiditur ſubalterna. Vnde (vt exemplum afferatur)in genere
qualitatis, reperitur generaliſsimum, puta qualefactibile, & plura ſubalterna, puta colorabile,
calefactibile, odorabile &c.

Duplex eſt incorruptibile, quantum ad præſens attinet:nempe phyſicum, vt corpus cœleſte,
& Methaphyſicum,vt intelligentia. Et Methaphyſicum adhuc duplex, illimitatum, vt Deus,&
limitatum,vt intelligẽtia Iouis. His præmiſsis,Dico primò,ꝙ corruptibile & incorruptibile Me
thaphyſicũ illimitatũ,differunt non ſolũ genere logico ſed & plusq̃ gn̄e logico:patet quia Deus,
nullo modo eſt in genere logico, & ſi eſſe poſsit in genere Methaphyſico, de quo aliàs dictum
eſt. Dico nullo modo eſſe in genere logico: nempe vt contentum in eo. Dico ſecundò, quòd
corruptibile & incorruptibile Methaphyſicum limitatum,differunt genere logico, non gene-
raliſsimo,ſed ſubalterno: patet quia vtrunq; continetur ſub ſubſtantia, non tamen vtrunq; ſub
corpore. Dico tertiò,ꝙ corruptibile & incorruptibile phyſicum, differunt genere, tum logico,
tum phyſico, ſubalternis tamen, & non generaliſsimis:patet,quia illud continetur ſub corpore
mixto,iſtud ſub ſimplici,ſeu cœleſti,quorum vtrunq; genus ſubalternum, eſt in genere ſubſtan
tiæ,vt cuiuis compertiſsimum eſt. F

Ex his habetur reſolutio dubitationis: & intellectus totius Theorematis, &c.

THEOREMATA QVINDECIM
PHYSICA ET ANIMASTICA.

DE VNIONE FORMÆ, CVM MATERIA DISPOSITA.

THEOREMA. PRIMVM

FORMA *ſubſtantialis in materia introducitur diſpoſita.* Habetur Theorema ex pluri-
bus locis, apud Peripateticos, & præſertim ex 2. de Anima.

Excuſsio Theorematis.

Actus fiunt in materia diſpoſita Ariſtoteles inquit:Sed videndum eſt quo id ac- G
cipiendum ſit pacto. Ergo pro rei excuſsione, aduertendum eſt primò (ſuſtine-
mus enim in compoſito vnicam eſſe ſubſtantialem formam) ꝙ in generatione ſubſtantiali, reſo-
lutio ſemper fit vſq; ad materiam primam:quamobrem per materiam diſpoſitam, quid debea-
mus accipere conſiderandum eſt. Duobus ergo modis id cõcipi poteſt,altero vt intelligitur ma-
teria diſpoſita per diſpoſitiones actuales,quæ ſcilicet actu ſint in materia, reliquo per diſpoſitio-
nes virtuales, quæ in materia non ſint actu, ſed virtute, & vtroq; modo conceditur, & Theore-
ma verificatur.

Aduertendum itaq; eſt ſecundò, ꝙ etſi de materia diſpoſita virtualibus diſpoſitionibus nulla
ſit controuerſia,ſicut nec eſt aliqua difficultas,de materia tamẽ diſpoſita diſpoſitionibus actuali-
bus, non parua difficultas, ac controuerſia eſt. Verum ſuperfluis prætermiſsis, conſiderandum,
eam poſſe duobus modis intelligi:vno modo de diſpoſitionibus præcedẽtibus duratione, inſtan
taneam introductionem formæ, & ſic res ſine ſcrupulo eſt, vt conſideranti notum eſt: alio mo-
do de diſpoſitionibus non precedentibus duratione introductionem formæ, ſed ſimultaneis, &
ſic quoq; verificari poteſt, dummodo ſane intelligatur:poteſt enim duobus modis intelligi: Al- H
tero ꝙ ſint ſimul, pro quocunq; ſeu in quocunq; ſigno naturæ, & tali pacto male intelligitur,&
non verificatur: reliquo ꝙ ſint ſimul pro quocunq; & in quocunq; inſtanti temporis, & ſic re-
ctè intelligitur, & veritatem habet: ſed eget declaratione.

Aduertendum igitur tertiò, ꝙ intelligi poteſt de inſtanti præcedẽte introductionem formæ,
& de inſtanti introductionis illius. De inſtanti pręcedenti non loquimur, nec de eo verificatur:
quoniam licet forma introducenda ſit tunc in materia in potentia, & in potentia quæ incipit ap
propriari,& appropriata quodammodo eſt pro tali forma;actu tamen materia eſt ſub forma abij
cienda, & erit per tempus, quia vſq; ad inſtans introductionis (nam inter duo inſtantia neceſſa-
rio mediat tempus, vt notum eſt) De ſequenti res eſt vera & notoria: ſed non habent rationem
diſpoſitionis ad introductionem formæ,ſed ad conſeruationem introductę. De ſimultanea cum

introducenda

A introducenda forma, totum negocium eſt, & in hoc ſenſu potiſsimum res verificanda eſt.
Quod ex paucis ſubiungendis perſpicuum reddendum eſt.

Aduertendum ergo poſtremò, ꝙ formam ſubſtantialem in inſtanti ſuæ introdnctionis prę-
exigere diſpoſitiones in materia actuales, prout de illis eſt ſermo, poteſt duobus modis intelligi:
Altero de forma intelligendo ſubſtantiali, abſolutè, ſiue vt ſubſtantialis forma eſt, & hoc non
intelligitur, quin nec eſt neceſſarium, nec verum (id enim nõ requirit vnio aut introductio for-
mæ ſubſtantialis abſolutè, vt quę contentatur de diſpoſitionibus virtualibus &c.) Reliquo de
forma ſubſtantiali, quatenus talis eſt; & hoc pacto admittitur & veritatem cõtinet. Intelligimus
enim formam ſubſtantialem, vt talem confert gradum, diſpoſitiones præexigere actuales, vt faci
le eſt concipere. Vide Caieta. prima par. q. 76. arti. 2. ad primum. &c.

THEOREMA SECVNDVM.

De anima animalis perfecti quomodo eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.

B *ANIMA animalis perfecti, puta, hominis, bouis, leonis, eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.*
Vulgatiſsima eſt propoſitio, & ab omnibus probata, ſaltem de anima humana.

Excuſsio Theorematis.

Anima animalis perfecti, & non tantum hominis, dicitur eſſe in toto illius corpore (vt ſenſus
diſtribuatur propoſitionis) triplici, vt loquuntur, totalitate, eſſentiali, potentiali, & perfectiona
li: in qualibet autem parte, eſt tota totalitate duplici, eſſentiali inq̃, & perfectionali. Verùm vt
hæc ſint cuilibet peruia, pauca animaduertenda ſunt.

Primò ergo animaduertendum eſt, ꝙ cum totum, ſeu totalitas, neceſſariò dicatur in reſpectu
ad partes, dupliciter ſumi poteſt, formaliter ſcilicet & fundamentaliter: primo modo dicit reſpe-
ctum, & parum ad propoſitum facit: ſecundo modo dicit fundamentum reſpectus, & ſic in pro-
poſito ſumitur: & importat integritatem, ſeu nullius ſibi debitarũ partium deficientiam. Et ſic
ſumpta totalitas (de ea quæ animæ cõgruit ſermo eſt) diſtincta eſt in eſſentialem, poteſtatiuam,
& perfectionalem vt præmiſſum eſt. Eſſentialis, integritas ſeu indeficientia, eſt prædicatorum
eſſentialium; ex qua habet, ꝙ vbi eſt, cum tota ſui eſſentia, quiditate, diffinitione ſit. Poteſtatiua,
C integritas ſeu indeficientia eſt, potentiarum animæ, quæ illius dicuntur partes poteſtatiuæ, ſicut
prædicata eſſentialia partes eſſentiales: ergo oportet ꝙ vbi tota eſt anima totalitate poteſtatiua,
ibi ſint omnes illius poteſtates. Perfectionalis, integritas ſeu indeficientia eſt perfectionis ſeu
perfectionalium partium, quam eſt apta nata ſortiri, ita ꝙ vbicunq; eſt tali pacto, perfectionum
omnium cumulus neceſſariò ſit. Sed hoc declaratione opus habet.

Secundò igitur animaduertendum eſt, ꝙ integritas ſeu indeficientia perfectionalium partiũ,
in præſenti de perfectione intelligitur, nõ qualibet, ſed eſſentiali ſeu ſubſtantiali, & per hoc, de
perfectione boni modi eſſendi (id enim ſonat perfectionis vox, prout & Caieta. notat prima par.
q. de perfectione Dei) ſubſtantialis animæ, animalis perfecti, & per hoc, nõ eſt bonus eſſendi mo-
dus animæ, cuiuſuis animalis, aut animæ animalis abſolutè, ſed animę talis, qualem exigit animal
perfectum. Conſiſtit autem talis modus eſſendi benè, in huiuſmodi animabus, in hoc, quod eſt
indiuiſibiliter habere ſeſe, ad totum corpus, & ad quamlibet eius partem: habere inq̃ ſe indiuiſi-
biliter, prout opponitur diuiſibiliter, diuiſibilitate quantitatiua, quę per accidens animabus ani-
maliũ imperfectorũ ineſt, vt ſunt annuloſa, & quæ diſſecta viuũt. Quare ſicut earum imperfectio
conſiſtit in extendi, quantificari, diuidi: vel ſi mauis in eſſe extenſibili, quantificabili, diuiſibili:
D ita & iſtarũ perfectio è diuerſo, conſiſtit in non extendi, non quantificari, non diuidi, ſeu non
eſſe extenſibiles, nõ eſſe quantificabiles, non eſſe diuiſibiles, nec per ſe, nec per accidens, ſed indi-
uiſibiliter ſe habere ad totum, & ſingulas ſui corporis partes. Ex his conſtat quid ſit integritas, &
perfectionalium partium indeficientia: & facilè conſtare poteſt, quæ partes in propoſito dican-
tur perfectionales, & cur perfectionales eſſentialiter.

Ergo vt res neminem fugiat, partes perfectionales ſunt hac in re nõ extendi, ſeu non eſſe, etiã
per accidens extenſibile, non quantificari, non diuidi, ſeu non eſſe vel per accidens quantifi-
cabile, non eſſe diuiſibile. Dicuntur autem perfectionales eſſentialiter, ſeu ſubſtãtialiter, quia in
ijs conſiſtit, vel potius manifeſtatur perfectio, hoc eſt bonus, & inſignis modus eſſendi harũ ani-
marum. Et propterea liquet, q̃ doctè dictũ eſt, eiuſmodi animas eſſe totas in toto, & totas in qua-
libet parte: vt quilibet poteſt aduertere, curq; annuloſorũ animę, eo nõ potiantur priuilegio, & ci

THEOREMA TERTIVM E

De naturali conſtitutione intellectus & ſenſus.

INTELLECTVS humanus, etſi præſtantior ſenſu, quin & longè eminẽtioris ordinis agnoſcatur quàm ille, ipſe tamen cum deforis in corpus ingreditur, perinde eſt ac raſa tabella, in qua nihil eſt ſcriptum: at ſenſus fit conſtituiturq́; in actu primo a generante. Qua de re, intellectus duabus ad ſecundum actum peruenit generationibus: ſenſus verò vnica mutatione. Ex 2. de Aĩa.

Excuſſio Theorematis.

Intellectum humanum præſtantiorem ſenſibus, nemo it inficias, ſimiliter & altioris eſſe gradus, compertiſsimum eſt, cum de ordine ſit immaterialium, & nullius ſit corporis actus: quare non immeritò mens deforis accedit (ſiquidem non actuat corpus, nec ex materia extrahitur corporis, & ob id, vt colligunt docti, cum corpore non corrumpitur, de qua re ampliter in tractatu de animæ immortalitate.) Igitur circa Theorematis reſiduum, aliqua & pauca quidem attingenda ſunt: pauca inq̃; eo ꝙ ſpeciali tractatu, quem de ſenſu ac ſenſibili inſcripſimus, vberrime res excuſſa eſt. F

Conſiderandum ergo pro rei quam Theorema ſubiungit, clara notitia: ꝙ intellectus & ſenſus conueniunt in hoc, ꝙ vterq; vim quandam nactus eſt apprehendendi cognoſcendiq;, quæ ad ſuum ſpectant obiectũ: verùm vis quæ ſpectat ad intellectum (loquimur de intellectu in ſui principio, quando incipit exire in opus) eſt veluti pueri, & quæ ſpectat ad ſenſum veluti iuuenis (his exẽplis hac in re vſus eſt Ariſtoteles. 2. de Anima.) Adde ꝙ intellectus ſuapte natura, a principio, prout & in Theoremate; eſt vti tabula raſa, in qua ſcilicet, nihil eſt depictum, nihil impreſſum, & per hoc eſt in potentia pura, vel, vt dicunt, eſſentiali ſeu ad actum primum, velut (ſua pro ratione) dicitur de potentia materiæ primę: ſenſus autem ſuapte natura eſt velut habens habitum, & ob id, eſt in potentia, vt vocant accidentali, ſiue ad actum ſecundum.

Conſiderandum quoq;, ꝙ potentia accidentalis, ſeu ad actum ſecundum, eſt quodammodo media inter potentiã puram ſeu eſſentialem, & actum, vt quæ vtrunq; participat, & in hoc conſiſtit illius ratio eſſentialis. Quo fit vt potentia hæc, non immerito, potentia ſit velut potentia habitus, & vt potentia ſcientis, vt notat Philoſophus, dummodo in ſciente ſeparemus quod ad ſcientiæ habitũ ſpectat per ſe, ab eo quod ei cõuenit ex re in qua eſt, quod eſt, ei conuenire quodam pacto per accidens. Siquidem vis ſeu potentia ſcientifici habitus, id habet vt eſſentiale & per ſe, vt vim ac facultatem præſtet intellectui, vt exire poſsit in actũ; quod eſt complere ita innatam illius vim, vt valeat quantum eſt ex ſe, ſtatim intelligere: Verùm quia ſcientiæ habitus eſt in intellectu, cui vt intelligat non ſatis eſt illam nanciſci vim, non ſatis vt fiat res quam intelligit, pro tempore quo actu intelligit, ſed eget conſeruatorio rei quam intelligit; propterea ꝙ ſic firmatur habitus acquiſitus, & ſeruitur nobilitati intellectus, vt ad libitũ habeat obiectum præſens, propter quod & locus dicitur ſpecierum, (loci enim eſt rem conſeruare locatam;) hinc fit ꝙ eiuſmodi addita ſunt rationi ſcientifici habitus: quæ opus non eſt vbiq; ſaluari. G

Quid ergo? Potentia ſenſus, eſt velut habitus, ſumpta potentia habitus, pro eo quod illi conuenit eſſentialiter, vt potentia habitus eſt, & propterea eſt vti potentia habitus ſcientifici, remoto eo quod illi conuenit ex ratione eius in quo eſt, quod illi conuenit, vt patet, quodam modo per accidens. Et ex his palam, q̃ fragile ſit argumentum quod ſumitur vel ex 8. Phyſi. vbi traditur vniuerſaliter, potentias has medias ſemper operari non impeditas, vel ex 9. Metha. vbi dicitur ꝙ habentes habitum, operantur cum volunt: quoniam non negaretur ſenſum ſemper ſentire, ſi nõ adeſſet impedimentum, ſed inter impedimenta ſunt, tenebrę & abſentia rei ſenſibilis: Et ſi non ſentimus cũ volumus, non eſt quia deſit facultas ſentiendi, ſed quia deſunt extrinſecus requiſita, & ſic executioni impedimentũ obſtat: Quin & ſcientię habitu prædito, contingit aliqñ non poſſe ad libitum intelligere, propter indiſpoſitionem aut defectum phantaſmatum, quorum miniſterio opus habet. Videre hac in re poteris Caieta. 2. de Anima. H

Conſiderandum demum, pro eo quod dictũ eſt intellectum duabus moueri mutationibus, ad hoc ꝙ procedat ab eo actus ſecũdus (quippe qui moueri habet a ſpecie intelligibili per modum ſomni, & ab eadem per modum vigilię:) ſiquidẽ ꝙ vtraq; requiratur, ſemperq; adſint tali pacto, ſaltem ordine naturę, difficile non eſt agnoſcere animaduertenti, ꝙ naturæ curſu, de extremo ad extremum non venitur niſi per medium: Primo. n. opus eſt, ſpeciẽ intelligibilem cõplere vim intellectus, & deinceps cũ eo prorumpere ad intellectionẽ: & eſt ſermo de mutatione intellectus,

quatenus

A quatenus intellectus; & de ſpecie intelligibili, ratione intelligibilis in ea ſuo modo contenti. Quòd autem ſenſus vnica moueatur mutatione; ideo rectè dictũ eſt;quia mouetur a ſpecie ſenſibili, tantum per modum vigiliæ, (loquor de motione, non intentionali præcisè ſed intentionali vitali:(Notum quidem eſt, id quod accidit in ſenſu viſus, accidere poſſe in reliquis ſenſibus: experimur quidem oculos ĩmutari à viſibili ſpecie, tantum per modum intẽtionis, vt cum apertis oculis aliquid cogitamus attentè: & conſtat ꝙ oculi immutantur à viſibili præſenti, ſicut & immutatur ſpeculum, ſed non immutantur vitaliter, niſi cum ſenſus ſentit, & eſt cum vigilat, hoc eſt, attendit rei à qua immutatur. Et hæc modo ſint ſatis.

THEOREMA QVARTVM

De natura intellectionis noſtræ.

B *LICET noſtrum intelligere ſit per ſe cauſaliter pati, ipſum tamen ab intellectu in actu tanquàm à per ſe primo agente procedit. Cuius terminus intrinſecus eſt ipſum verbum realiter ab eo diſtinctum.* Theorema eſt Peripateticum, & in doctrina D. Tho. compertum.

Excuſſio Theorematis.

Aliquid poteſt dici, pati, tripliciter, nempe formaliter, cauſaliter, & conſequenter ſeu concomitanter. Illud dicitur pati formaliter, quod non eſt aliud q̃ ipſum pati, hoc eſt, quod eſt pati pręcisè: & hoc modo certum eſt noſtrum intelligere non eſſe pati, aliàs intellectus noſter non eliceret intellectionem, ſed ſolum reciperet eam. Illud dicitur pati cauſaliter, quod naſcitur ex paſſione, & hoc pacto, noſtrum intelligere eſt pati, quia oritur ex paſſione, eo ꝙ ad hoc, ꝙ intellectus noſter intelligat, néceſſario prærequiritur intellectum pati, recipiendo ipſum intelligibile. Illud dicitur pati concomitanter, quod etſi non innaſcitur ex paſſione, habet tamen annexam paſſionem: & hoc pacto noſtrum intelligere indubiè eſt pati, quia ipſa intellectio quæ producitur, eſt actio immanens, in ipſo intellectu recepta. Hactenus nulla controuerſia: & eſt ſermo de pati ſeu paſſione, non phyſica, quæ tantum in rebus inuenitur corporeis, & eſt actus imperfecti, ſed Methaphy. quæ in rebus inuenitur ſpiritualibus, & eſt actus perfecti. Controuerſia eſt, de pati cauſaliter, an ad noſtrum intelligere exigatur per ſe.

C Scotus itaq; in primo diſt. 3. q. 7. & alibi, tenet ꝙ licet noſtrum intelligere neceſſariò ad præſens oriatur ex paſſione, ex receptione ſcilicet ſpeciei intelligibilis, ea tamen paſſio exigatur per ſe, ſeu ex ſui natura & ratione. Sed quia intelligibile recipitur in intellectu per ſpeciem intelligibilem: S. Thom. oppoſitæ ſententiæ eſt, & propterea, quia ad illius mẽtem poſitum eſt Theorema, dictum eſt, noſtrum intelligere eſſe cauſaliter pati. Et indubiè D. Tho. ſententia eſt peripatetica, ſiquis rem expendat. Docent enim peripatetici intellectum noſtrum ſuapte natura, potentiam eſſe eſſentialem, in genere intelligibilium: quin & velut inchoationem quandam omnium intelligibilium, propter quod, non immeritò ſcriptum eſt, eum eſſe in omnia fieri: & ab Auerroe eſt celebratum, intellectum noſtrum, etſi in eo ꝙ recipere poteſt quoduis intelligibile, vt materia omnem formam, comparari materię primę; in eo tamẽ ꝙ vniri habet cum intelligibili, longè vnionem excedere materiæ & formæ, eo ꝙ ex horum vnione; nõ fit tertium, ſicut fit ex vnione illorum, ſed vnum trãſit in aliud &c. Ergo neceſſe eſt, ſi intellectus habet intelligere, vt intelligibile nedum recipiat, ſed & in ſeſe quodam pacto abſorbeat.

Conſiderandum autem pro eo, quod dictum eſt, intelligere ab intellectu in actu, vti ab agente per ſe primo procedere, ꝙ intellectus in actu, duo complectitur, vt patet, intellectum ſcilicet,

D & intelligibile, ipſum actuans complenſq;: & per hoc, ꝙ dicendo ipſum à tali agente per ſe primo procedere, inſinuantur, quædam digna conſideratione. Et primum eſt, ꝙ vtrunq; concurrit non per accidens ſed per ſe & primò, quod idem eſt dictu, ac ſecundum quodlibet ſui: ergo vtrunq; per ſe concurrere opus eſt. Secundum eſt, ꝙ ex ambobus vnum fit agens, non velut ex duobus partialibus, velut in tractu nauis, ſed ſicut ex duobus, quorum vnum eſt complementum alterius (complet enim vt attactum eſt, intelligibile intellectum:) ergo non ſunt duo agẽtia partialia, ſed vnum agens completum abſolutumq;: vnde rectè dicunt intelligibile quodammodo ab intellectu imbibi, ac in ſe traijci, ipſumq; fieri in genere intelligibilium. Et licet ab intellectu produci dicatur intellectionis ſubſtantia, & ab intelligibili ſpecificatio eius, id tamen non ita recipiendum eſt, quaſi non vnum agens, & vnamet vis ſit in vtroq;, ſed ꝙ ipſa vis, vt in intellectu, eſt actiua ſubſtantiæ, & vt in intelligibili, ipſius ſpecificationis: abſolutè tamen vnum eſt agens,

vna vis productiua, quæ in intellectu & intelligibili modificata, appropriat ſibi facere vtrunq; E
ſua pro ratione, vt conſideranti perſpicuum eſſe poteſt.

Conſiderãdum & pro eo, ꝙ verbum terminus dicitur intellectionis intrinſecus, ꝙ vt aliàs declaratum eſt, nõ ea ratione dicitur intrinſecus, quia eiuſdem generis ſit cum intellectione, quoniam tunc non diſtingueretur ab ea (motus enim & terminus motus regulariter idem ſunt) ſed dicitur intrinſecus, quia intra intelligentem eſt. Siquidẽ intelligere, quo intelligo lapidem, habet duplicem terminum, alterum intra ipſum intelligentem, qui dicitur verbum (dixi, dicitur, quia propriè & formaliter loquendo, verbum terminus eſt intellectionis quatenus locutionis vim habet, vt aliàs ampliter declaratum eſt) & alium extra, qui eſt lapis in rerum natura. Neceſſitas autem ad ponẽdum terminum intrinſecum, ex multiplici aſsignatur capite: & primò ex communi ratione actionis immanentis, qualis eſt intelligere (id enim commune eſt omni actioni immanenti, quæ immanens eſt ſimpliciter: quod dico propter ſenſationes extrinſecas, quæ aliquo pacto ad naturas vergunt actionum tranſeuntium. Secundò ex eo ꝙ res intelligibilis, ſi actu fieri debet intellecta, neceſſe eſt ꝙ ab ordine transferatur intelligibilium, ad ordinem intellectorum; quod fit per productionem verbi, vel ſpeciei ſpecularis, vt in quodam ex præcedentibus theoremate dictum eſt. Tertiò, ex naturali connexione, quæ eſt inter noſtrum intelligere & dicere: experimur enim nihil nos intelligere, niſi dicendo exprimendoq;, & conſtat ꝙ dicere ad verbum terminatur ſuapte natura: quin & ipſius verbi prolatio ſeu expreſsio eſt. F

Ad illud ex 9. Metaphy. quo dicitur per actionem immanentem nihil produci, conſtat quid reſpondendum ſit: nempe ꝙ nihil producitur neceſſariò, vel ꝙ ſit finis. Sed de hoc latius in non ſemel adducto Theoremate, &c.

THEOREMA QVINTVM

De notitia animæ tum in corpore tum extra corpus.

ET SI anima humana, dũ in corpore eſt, ſeipſam per ſeipſam præciſè, intelligere nequeat, eo quòd hoc in ſtatu, intellectus noſter intelligibilis eſt ſicut intelligibilia, vt Ariſtoteles dicit: Separata tamen à corpore, ſeipſam per ſeipſam intelligit. Singularia quoq; directè, & omnia ſimul in illo ſtatu intelligere poteſt: quorum neutrum ſibi competere dicimus, dum corpori coniuncta eſt.

Excuſſio Theorematis. G

Supponitur animam humanam ſuo ex genere intellectualis eſſe naturæ, nõ attinctione, ſicut ſupremum infimi attingere dicitur infimum ſupremi, ſed ſimpliciter, vtpote in ordine ſubſtantiarum intelligentium incluſam, etſi in poſtremo loco, & ob id nõ mirum, ſi alicui imperfectioni ſubditam: & propterea non iniuria ſi ſibi datum eſt vniri materiæ, & eſſe communicare organico corpori.

Supponitur quoq;, ꝙ licet anima humana actu ſit in genere intelligibilium; non tamen eſt in eo, vt intelligibilis actus, ſed vt intelligibilis potentia. Eſt enim intellectus eius pura potentia, nõ in genere entium, ſed in genere intelligibilium. Quo fit vt nõ ſit abſurdũ dicere, neceſſariò eſſe illam in aliquem deducẽdam actum, ſi intelligi debet: & ob id ꝙ actu fit intelligibilis, ſicut reliqua, quæ actu fiunt intelligibilia.

Quod haud diſsimili declaratur exẽplo. Color quidem ſuapte natura potẽtia eſt viſibilis, etiã ſi in tenebris eſt, fit autem actu viſibilis ex ſuperueniente luce corporea vt experientia docet: ſimiliter intelligibile in potentia, fit intelligibile actu, ex ſuperueniẽte luce ſpirituali, quę vt Philoſophi docent, lumen eſt intellectus agentis: quo perfuſum intelligibile in potentia, redditur intelligibile in actu, vt ex 3. de Anima notum eſt. H

Et licet ex doctrina Philoſophi plenius diſcuſſa, compertum ſit (ſicut & veritas eſt) lumen intellectus agentis eſſe in anima noſtra, ſicut in ſubiecto; non tamen erga ipſam dum in corpore eſt, exercere poteſt actum luminis illam illuminando immediatè. Et ratio eſt; quia ſicut anima & ſe, & eſſe ſuum immediatè communicat corpori, ita & omnes vires proximè conuertit ad corporalia. Ergo non niſi corporeo aliquo illuſtrato, ipſa perfundetur.

Verum quando eſt à corpore ſeparata, ſicut eſſe retrahit ad ſe, ita & alias ad ſe conuertit vires: & per hoc, & intellectus agens illam valet immediate perfundere. Et quia non vltra ad corporalia conuertitur, ſed ad ſuperiora intelligibilia, ideo informatur ſpeciebus infuſis & fouet lumine ſuperiori. Ergo non erit difficile conſiderare, ꝙ ſeparata poſsit per ſeipſam ſeipſam intelligere.

At

A At pro meliori præmiſſorum notitia, conſideranda ſunt duo. Alterum eſt, pro eo quod dictũ eſt, lumen intellectus agentis reddere intelligibilia in potẽtia, vt ſunt res naturales & corporeę, intelligibilia actu, ſicut lumen Solis corporeũuè, viſibilia in potentia, vt colores in tenebris, viſibilia actu; vt ſciatur quo nam pacto res contingat, iuxta ſententiam D. Thom. & doctr. nam Peripateticam: Et eſt.

Quòd cum phantaſmata ad noſtrum ſe habeant intellectum, vt colores ad viſum, egeátq; illuſtrari lumine intellectus agentis, non minus q̃ illi lumine Solis (ſi res eſt accuratè tractanda) videndum quomodo hęc illuſtratio fiat. Quare etſi non reijcimus ſpeciem idolumuè, quod eſt in virtute phantaſtica, & ſpecies ſeu intentionem coloris in medio, beneficio foueri luminum præfatorum: de his tamen, non fit modo ſermo, ſe de rebus repręſentatis & contentis in eis.

Ergo concipiendum eſt, ꝙ ſicut coloribus nonnulla complantata eſt lux corporea, vt notum eſt Philoſophis, qua redduntur viſibiles in potentia, & ea completa ſuffultaq; luce corporea extrinſecus aduenıente, redduntur viſibiles actu: ita & naturis corporeis lux complantata eſt intelligibilitatis, qua intelligibiles ſunt in potentia, quæ ſi lumine perfundatur compleaturq; intellectus agentis, intelligibiles euadunt in actu.

B Igitur exiſtente phantaſmate in me, huius hominis, & in ea poſito diſpoſitione, vt perfundi poſsit lumine intellectus agentis, res repręſentata ac contenta in eo (quæ diſpoſitio ex pluribus cogitatiuæ fit actibus, vt alibi dictum eſt) perfunditur natura hominis, ſeu homo abſolutè, non perfuſis illius conditionibus indiui.lualibus, vt quæ non ſunt aptæ natæ, ſub tali lumine, ſaltem directè apparere: & ſic tota completaq; intelligibilitatis luce, natura humana, vel homo fit intelligibilis actu.

Quid ergo? Sicut color, Solis lumine illuſtratus, ſimilitudinem ſui producit in viſu, quæ ſpecies dicitur viſibilis, qua & viſus mox fit in actu; ita & natura humana, vel homo (ſi mauis) lumine perfuſus intellectus agentis, ſui ſimilitudinem producit in intellectu poſsibili, quæ ſpecies dicitur intelligibilis, qua & mox intellectus fit in actu: licet non mox fiat in actu per modum vigiliæ, ſicut viſus. Quod tamen accidit ex peculiari ratione ſenſus: prout alibi declaratum eſt.

Et quanq̃ non imprimatur ſpecies, tum viſibilis in viſu, tum intelligibilis in intellectu, niſi pręfatorum luminum opera, ac beneficio, ſicut tamen viſibilis ſpecies non pertingeret ad viſum, niſi colore illuſtrato, quin & medio lumine Solis perfuſo, & per hoc, non niſi his præmiſsis redderetur
C tur in actu; ita & intelligibilis ſpecies ad intellectum nõ accederet, aut illum redderet in actu, niſi intelligibili in potentia, facto intelligibili in actu. Cuius ratio ex pręmiſsis eſſe poteſt in prõptu.

Reliquum eſt: pro eo, quod dictum eſt (intellectum hoc in ſtatu, intelligibilem eſſe a nobis, ſicut intelligilia) ꝙ bifariam poteſt intelligi. Primo modo, ꝙ fiat intelligibilis actu, ſicut intelligibilia actu alia, fiunt intelligibilia: ita ꝙ licet ille ſuapte natura incluſus ſit in genere abſtractorum, quia tñ in eo eſt vt pura potentia, opus habet actuari ac perfici, vt fiat intelligibilis actu, per lumẽ intellectus agẽtis, & ſpeciei intelligibilis receptionem, quibus fit intelligibilis actu, vt alia.

Secundo modo, ꝙ eſt intelligibilis ſicut ipſe eſt intelligibilia. Iam enim notum credimus, intellectum fieri ipſa intelligibilia, cum id paſsim Peripatetici doceât. Ergo eſt intelligibilis ſicut eſt ipſa: & per hoc, ſi illa eſt in potentia, eſt intelligibilis in potentia ſi in habitu, in habitu: ſi in actu in actu; vt facile eſt cuiuis animaduertere. Et licet vterq; ſenſus ſit verus; prior tamen a Philoſopho videtur intentus, & directè ſeruit in præſenti loco.

Et vt reliquum excutiatur Theorematis, attendendum pro eo, quod dicitur, animam ſeparatam intelligere ſingularia: ꝙ non eſt ſermo, de omnibus ſingularibus, ſed de actu exiſtẽtibus tempore talis notitiæ: item nec verificari id opus eſt de omnibus tunc actu exiſtentibus, ſed ſatis eſt,
D ſi verificetur de ijs, ad quę eſt quodam pacto affecta, puta amicitia, affinitate, peculiari memoria, aut habituali notitia.

Amplius, ſermó eſt de cognitione ſingularium, non indirecta, aut vt loquuntur, arguitiuo modo, ſed directa, quod eſt dictu, per ſpeciem propriam, & ſi non neceſſariò adæquatam, immo & ſuperexcedentem: quæ in propoſito ſpecies eſt ſuo ex genere infuſa, quales ſunt ſpecies angelis inditæ. Tales enim ex ſententia D. Tho. quia ex diuina effluunt eſſentia, in qua nihil non lucet, non ſolum naturas repreſentant rerum quarum ſunt, ſed & earum omnia accidentia etiam quæ contingẽtia ſunt.

Et vt res ſit illuſtris, ſpecies (puta hominis) infuſa, repreſentat nedum hominem ſed Socratem, & curſum, & accidentalem amborum coniunctionem; non tamen repreſentat ſortem actu currere, niſi quando in rerũ natura currit: ita ꝙ realis coexiſtẽtia rei ſingularis & fortuitę, neceſſariò

exigitur ad illius repręſentationem, vt conditio ſine qua non. Verùm hac de re amplius opportuno loco. Interim conſulere quis poteſt Caieta. in materia de cognitione ſingularium, cum agit de angelis. E

Attendēdum,& pro eo quod dicitur,ſimul omnia noſſe,quorum ſpecies habet, ꝙ id ideo veritatem habet,quia anima ſeparata perfectè agnoſcit ſeipſam, &ob id agnoſcit omnia quæ actu ſpectant ad eam, ſiue ſint in genere entium, ſiue in genere intelligibilium. Ergo & omnia agnoſcet repręſentata per ſpecies ſuas, cū & illa ſint intelligibiliter in ea. Nec ſequitur, ꝙ fruſtra in ea exigantur affectiones,de quibus dictum eſt; quoniam exiguntur ad cognitionem magis peculiarem, magiſq; diſtinctam.

Nam licet cognitio animæ ſeparatæ ſit ampla, & ad innumera quodammodo ſe extendat: eſt tamen primo eſſentiæ ſuæ, & deinceps eorum, quæ ſunt in ea, tam realiter q̄ intelligibiliter: verùm non eſt opus,vt ſit ęque intēta reſpectu ſingulorum. Quare etſi generalitate quadam eſt omnium,maximè tamen eorum eſt,erga quæ aliqua tenetur affectione: & notum eſt ꝙ cum peculiariter determinatur ad cognitionem ſeu conſiderationē alicuius, non eſt ita intēſa erga alia.

Aduertēdum demum,pro eo quod dicitur,neutrū animę,dum in corpore eſt,competere poſſe: ꝙ de cognitione ſingularium directè, compertum eſt omnibus Peripateticis: cognoſcit quidem dum eſt in corpore,ſingulare,ſed vt dicūt per reflexionem,arguitiuo quodam pacto,ſiquidem ex eo ꝙ cognoſcit naturam, arguit reperiri ſingulare illius naturæ. quanq̄ & intellectus noſter iunctus cogitatiuæ,formet propoſitionem ſingularem. F

Quòd in præſenti,non cognoſcat ſimul omnia quorum ſpecies habet,ideo eſt,quia non perfectè nouit ſemet,& quia cum ad cognoſcendum ei neceſſaria ſint phantaſmata,impoſsibile eſt, eorum omnium ſimul illa haberi.&c.

THEOREMA SEXTVM

De natura vel ratione motus.

MOTVS *eſt actus entis in potentia, quatenus in potentia.* Habetur 3.Phy.& ab omnibus probatur.

Excuſsio Theorematis.

Vt paucis res declaretur; Videtur prima facie,ex hac diffinitione ſequi,effectum formalem nō eſſe comitem naturalis formæ:quod eſt impoſsibile.Probatur quod dicitur. Calefiat aqua ad tepiditatem vſq;,hoc eſt recipiatur calor in aqua vſq; ad quatuor gradus præcisè, & ſiſtat calefactio: tunc certum eſt de tali calore verificari diffinitionem hanc (ſiquidem ille eſt actus, & actus imperfectus,quod volunt plurimi ſubintelligi) & actus entis,quia aquæ, in potentia,quia calefactibilis, inquantum in potentia, quia non inquantum actu, cum vt in actu, non conueniat ei moueri,ſed potius mouere; Et tamen aqua tepida,vt in caſu,non mouetur, non fluit actu formæ:ergo deeſt formæ effectus formalis. G

Declaranda eſt diffinitio,& vna ab obiectione purganda. Si vox motus accipitur hac in re amplè,vt aliquibus conſonat,conſtat ſub ea comprehēdi non ſolum motus qui ſunt in quinque generibus accidentium,ſed & mutationes quæ etiam ſunt in prædicamento ſubſtantię: ergo & ſic ſumpto motu, facile eſt ſoluere argumentum.Siquidem effectus formalis motus ſic accepti,non eſt precisè rē in qua eſt formaliter mutare,aut ſub actuali fluxu conſtituere,ſed eſt etiam rem in qua eſt,ſub mutato eſſe formaliter ponere. Ergo non eſt opus, vt tepiditas in aqua recepta,vt in caſu fit, formaliter aquam mutet, aut ſub actuali conſtituat fluxu:ſed ſatis, ſi cōſtituit ſub mutato eſſe. Quod in caſu gratis concedendum eſt. H

Si vero vox,motus accipiatur ſtrictè, pro motu inq̄ qui propriè dicitur motus; nempe contra mutationem diſtincto,etſi diſtinctionem patitur,ſemper tamen fauet intento. Diſtinguitur motus ſic ſumptus, vt etiam Auer. docet, in fluxum formæ, & in formam fluentem: & licet primo aſpectu parua videatur inter membra differentia, ſecundum tamen membrum, eſt formalius & proprius. Quid ergo? Si placet, motum ſumere pro fluxu formæ,haud dubium, ꝙ in aqua tepida,vt in caſu non eſt motus:ergo nec opus eſt ibi effectum eſſe ipſius motus formalem. Si placet, motum ſumere pro forma fluente, idem manifeſtè conuincitur; quoniam per caſum præfatum calor in aqua non fluit. Ergo motus eſt actus,hoc eſt,forma fluens,entis,nempe compoſiti,quatenus in potentia,quæ reducitur ad actum &c.

Theoremā

A

THEOREMA SEPTIMVM

De natura vel ratione loci.

L*OCVS eſt terminus continentis, immobilis primus.* Habetur 4.Phyſi.tex.com.41.

Excuſsio Theorematis.

Adhuius Theorematis intelligentiam, conſiderãdum eſt, ꝙ locus de quo ſermo, locus eſt propriè ſumptus, & propterea ꝙ locus non eſt mathematicus, ſed naturalis (ſiquidem locus propriè ſumptus, ad naturalem ſpectat, vt patet ex principio tertij, & quarti Phyſicorum.) Et aſsignatur duplex in 4.Phyſi. à Philoſopho. idq; non ſemel, & præſertim in tex.commẽ.14. & 32. Nempe communis & immediatus: ſiue ſecũdum ſe, & ſecundum alterum. Immediatus & ſecundum ſe dicitur, qui primo circundat ac circunſcribit locatum: commonis & ſecundum alterum, qui noo immediate, ſed alio mediante locat, & circunſcribit. Exemplum primi eſt aeris ſuperficies mihi configurata: exemplum ſecundi, eſt ſuperficies locans totum aerem. In propoſito, ſermo eſt de loco immediato & ſecundum ſe, quod inſinuatur in ea voce, primus: vt omnes tradunt

B expoſitores.

Sic igitur acceptus locus, definitus eſt. Vbi dicitur ꝙ eſt terminus, hoc eſt, ſoperficies: non quidem abſolutè, ſeu abſtractiuè ſumpta, & more (vt ſic dixerim) mathematico, ſed concretiuè, ac more phyſico naturaliq; (ſic enim ad conſiderationem pertioet naturalem) Quare & meritò additur, continentis. Et hucuſq; genus loci. Quod Ariſto. concludit in 4. Phyſi.tex.com.35.36.37.38.& 39. ſyllogiſmo hypotetico diuiſiuo, in hunc modum. Locus eſt, vel materia, vel forma, vel ſpatium, vel dicta iam ſuperficies (patet aſſumptum, à ſufficienti diuiſione: ſiquidem vt ait, ferè tot ſunt dicta de loco, & in ijs clauſæ videntur, omnium Philoſophorum ſententiæ) Sed non eſt materia, nec forma, nec ſpatium, vt ipſe, eo loci deducit, ergo eſt ſuperficies, &c. hic quædam excutienda ſunt dubia.

Et primum eſt, quia Ariſto. videtur ſibi contrarius, vt qui in prædicamentis dicit locum aliud eſſe à ſuperficie, ponendo inter ſpecies quantitatis præter ſuperficiem, ipſum locum. Reſpondetur ꝙ in prædicamentis, & præſertim in exemplis, locutus eſt ſecũdum opinionẽ antiquorum dicentium locum eſſe ſpatium. Secundum eſt, quia idem in 4. Phyſi.tex.com.4. & 30. dicit, ꝙ locus eſt attractiuus, & conſeruatiuus rei locatę: quod & confirmat 1.Cœli.tex.com.88. Ergo lo-

C cus non eſt ſuperficies: nam illi nec attrahere nec conſeruare congruit. Reſpondetur ꝙ duobus modis poteſt accipi ſuperficies. vno modo abſolutè, alio modo vt cõtinentis terminus. Primo modo illi non congruit attrahẽre vel cõſeruare: ſed ſecundo nihil prohibet. Sic enim virtutem participare habet cœleſtis influxus, ſecuodùm quam vtrunq; illi congruit.

Tertium eſt, quia idem in eodem 4.tex.com.5.& 30. docet loci differentias, eſſe ſurſum, deorſum, &c. Ergo non eſt ſuperficies: patet ſequela, quia talia ſunt differentiæ ſitus, vt conſtat ex prædicamento ſitus. Reſpondetur ꝙ ſurſum & deorſum, ſunt differeotię, & ſitus, & loci, ſed alio modo ſumpta. Siquidem in ſitu ſunt in re ſituata, & in loco ſuot in re locante. Vbi recolendum, ꝙ ſurſum & deorſum in ſitu ſunt reſpectu partium in toto ſituato, ſiue ſitus ſumatur vt eſt differentia quantitatis, ſiue vt eſt vltimum prædicamentum: ſemper enim pars ſuperior ipſius rei ſituatæ dicitur ſurſum, & inferior, dicitur deorſum. Ex hæc nota ſont omnibus. Verùm ſurſum & deorſum in loco, vt illius ſunt differentiæ, non ſunt in re locata, ſed ſunt in loco ipſo, locante ſituanteuè: Et ob id, nullum apparet abſurdum.

Quartum eſt, quia ſi locus eſt ſupercies, ſequitur ꝙ idem ſimul ſit, io pluribus locis: patet hoc ſi detur palus infixus pro vna parte in terra, pro alia circũdatus aqua, & pro tertia aere. ergo &c.

D Reſpondetur duobus modis. Primò ꝙ non inconuenit idem eſſe in diuerſis locis inadæquatis, ſeu ſecundum diuerſas partes. Secundò, ꝙ ſuperficies illæ poſſunt cõſiderari dupliciter, nempe in genere accidentis, & ſic tot ſunt quot earum ſubiecta: & in genere loci ſeu cootinẽtis, ſic computantur pro vna. Quintum eſt, quia ſequeretur, ꝙ idem ſine ſui mutatione eſſet continuè in diuerſis locis. Patet hoc, quia turris circa quam flant venti mutantq; continuè aerem ambiẽtem, ſemper eſt in alia & alia ſuperficie: & tamen remanet in eodem loco. Reſpondebitur declarata immobilitate loci: de quo in ſequentibus.

Excuſſum eſt loci genus: excutiatur nunc illius differentia, quæ ex verbo ſumenda eſt, immobilis: quam & Philoſophus hac videtur deducere diſtinctione. Continere aliquid rem aliam, contingit dupliciter: vno modo mobiliter, alio modo imobiliter. Primum congruit vaſi, ſecundum

congruit

congruit loco: propter quod ſubdit, ꝙ vas eſt locus tranſmutabilis, & locus vas eſt immobile. Vbi E
conſiderandum ꝙ licet immobilitas videatur paſsio loci, quia tamen rectè intellecta eſt adęqua
ta, non iniuria, ſi ponitur loco differentiæ. Et vt res ſit perſpicua, non eſt hic ſermo de omni im-
mobilitate (non enim repugnat loco, eſſe mobilem ſecundum alterationem: ſiquidem, & ter-
ræ centrum, & mundi polos alterari contingit, & centrum per influentias, & polos per illumi-
nationem) ſed ſermo eſt de immobilitate ſecundum locum: vt ſenſus ſit, ꝙ locus immobilis eſt
localiter: & in hoc omnes conueniunt.

Verùm ardua oritur controuerſia; quo nam pacto id verificari contingat. Quidā putant ideo
dici immobilem, quia non eſt mobilis ad motum locati, cum locatum tranſmutari ſecundum lo
cum contingit. Quare diſtingunt: locum eſſe localiter immobilem, poteſt duobus modis intelli
gi: vno modo abſolutè, & ſic non intelligitur, alio modo, ad motum locati, eo ꝙ non transfertur
cum eo, & ſic intelligitur. Fundamentum afferī, nedum Simplicius, & Alexander, ſed & Ariſto.
in 4. Phyſi. tex. com. 17. Verùm hæc poſitio eſt contra Ariſto. mentem: quoniam ſi ſic res intelli-
geretur, indubiè locus nō differret a vaſe, cuius oppoſitū perſpicuè in tex. habeť. 41. ipſius quarti.
Conſtat enim, ꝙ vas non eſt mobile eo motu locali, quo mouetur contentum in eo: cum moue- F
ri poſsit vinum vegetis, locali motu, ſine motu vegetis &c.

Quidam volunt, ideo dici immobilem, quia non eſt mobilis per ſe localiter, ſed per accidens
tantum. Et quoniam quæ ſunt per accidens intermittuntur, de ijsq; nō diſponit artifex; non iniu
ria ſi non veniunt in conſiderationem, & ob id, haud mirum, ſi locus abſolutè pronuncietur im-
mobilis. Ergo diſtingunt hi inter mobile per ſe, & per accidens: & volunt nihil obſtare, ſi locus
mobilis admittatur per accidens. Fundamentum, ſunt verba Auer. in commen. Et illa maxima,
etiam ſenſu deprehenſa, ꝙ accidens ad motū mouetur ſui ſubiecti. Sed hæc poſitio, non aſſequi-
tur mentem Philoſophi. Cum enim īmobilitas de qua ſermo, ſit differentia, vel vt differentia lo-
ci; neceſſe eſt, vt ſic ſumatur, ꝙ conuerti poſsit cum eo. Ergo neceſſe eſt vt hæc immobilitas, con-
gruere nequeat cuiuis accidenti: vt etiam Philoſophus innuit 4. Phyſi. tex. com. 32.

Igitur aliter eſt dicendum. Vbi conſiderabitur, locum poſſe duobus modis excuti: nempe ra-
tione ſui materialis, & ſic nihil prohibet illū moueri, ſi non per ſe per accidens: & ratione ſui for
malis, & ſic repugnat ipſum moueri, & per ſe & per accidens. Ad cuius perceptionem attenden-
dum ꝙ locus (ſicut & reliqua quæ directè ſpectant ad phyſicum) dicit rem compoſitam ex ma- G
teriali & formali: & materiale in eo eſt ſuperficies, & propterea meritò poniť loco generis, quod
ſumitur a materia, & maximè genus phyſicum: & formale eſt conſtitues formaliter ſuperficiē, in
eſſe locum. Quod etſi non eſt propria voce expreſſum, eſt tamen quod dat locatiuitatem ipſi ſu-
perficiei formaliter. Ergo ex vtroq; conſtituto loco, ex vtroq; licet aliquid ſortiatur, quod tamē
ſortitur ex parte formali, ſimpliciter eſt enunciandum de eo.

Et vt res ſit illuſtris, conſiderandum ꝙ licet formale loci, non ſit fortè plenè notum, nō igno-
ratur tamen ipſum comitari (ſiue antecedenter ſiue conſequēter in præſenti nō refert) vim quan
dam continendi, attrahendi ac conſeruandi locatum: & propter hoc & quandam, ſeu quaſdam
relationes, ad polos mundi, & centrum terræ: ſeu ad cœlum (vt loquuntur quidam) ratione po-
lorum, & terram ratione centri. Et quoniam hæc ſicut formale comitantur, ita & ex illius parte,
ſuo modo tenent ſe ſe: haud dubium ea, ſua non deſtitui immobilitate. Et quanq̄ hæc eſſentiali-
ter accidentia ſunt, & in ſuperficie quodam pacto velut in ſubiecto, in ſuperficie inq̄ locante am
bienteq;, quæ indubiè eſt mobilis, de factoq; mouetur localiter; non tamen ob id, ea dici ha-
bent mobilia, ſimpliciter & abſolutè.

Ad cuius plenam notitiam animaduertendum, ꝙ vis præfata, licet eſſe habeat in continentis H
(vt dictum eſt) ſuperficie, progreditur tamen a cœlo, & progreditur per cōtinuam influentiam:
& quod propoſitum attinet, de ea dici poteſt, quemadmodum diceretur de Solis radio in certa
aeris parte recepto. Siquidem notum eſt, ꝙ Solis radius percutiens hunc locum, in ipſo aere eſt,
qui indubiè aer, flante borea, nedum frequenter impellitur ſed mutatur, & nihilominus radius
perſeuerat, nec cum labente labitur aere; ergo ſi idem, ſua pro ratione de illa vi dicitur loci, aut
de formali loci parte, res non dicetur abſurda: quin & eo res videtur conſtantior, quo radius So-
lis ex motu Solis admittit aliquam mutationem quam non admittit vis præfata, aut formale lo-
ci, progrediens à polis mundi & centro quæ immobilia ſunt.

Nec obſtat ſiquis dicat (quod eſt ni fallor rationi conſonum) ꝙ ſicut radius Solis educi credi-
tur de potentia aeris, ita & multo magis, præfata loci vis, & per hoc, ꝙ neceſſariò mouetur aere
concitato motoq;: quoniam eo admiſſo non variatur propoſitum. Siquidē & radius, & prędicta

vis

A viſſumi poſſunt ſecundum dependẽtiam cauſæ materialis, ſecundum quam pendent ſuo modo, ab aere:& ſecundum dependẽtiam cauſę efficientis, ſecundum quam pendẽt a Sole, polis & centro. Ergo admiſſo ꝙ variarẽtur ex parte ſubiecti, non proptèrea opus eſſet vt variarẽtur ex parte efficientis, à quo pendẽt aſiduè, tum in eſſe, tum in conſeruari; Quod ſatis eſt ad hoc vt locus dicatur immobilis. De relatione ſeu relationibus diſtantiæ, haud diſsimili ratiooe diſtinctioneq; proportionali loquendo, facile conſtare de immobilitate cuilibet poteſt.

Vt autem, & de ijs pauca non diſsimulemus; ſuppoſito ꝙ ad rationem loci formalem, vis præfata concurrat, certum eſt ꝙ locus ipſe habere debet habitudioem ad cœlum, a quo illa pendet, & ad centrum terræ, ad quod tandem, vt ad extremum, omnes cœli influxus pertingunt. Et quoniam ex alia, & alia diſtantia a cœlo, dicta vis alio & alio modo ſe habet, (quia alius & alius roboris, maioris & minoris efficaciæ:) hinc eſt ꝙ quilibet locus, certam & inflallibilem vendicat ſibi à cœlo diſtantiam. Et per hoc, vt illius quæ conſequuntur relationes, fixos & inuariabiles ſortiãtur terminos:& ob id non iniuria, ſi mundi concernuntur poli, & centrum terræ. Ergo non immeritò ſi eiuſmodi relationes, relationes dicuntur diſtantiæ, à polis cœli, & centro ipſius terræ.

Et licet relationes hæ, ſint in locantis ſuperficie, & moueri contingat eas, ſuo modo, cum illa; B non tamen propter hoc, ſimpliciter (vt doctis notum eſt) variantur. Siquidem cum relatio vnitatẽ ſortiatur, nedũ ex ſubiecto, ſed & ex termino, & magis formali usq; ex termino q̃ ex ſubiecto, (quin ex ſubiecto habet materiale, nempe ꝙ ſit accidens, & ex termino formale, nempe ꝙ ſit relatio:) cõſtat ꝙ licet ex parte materialis cõtingere poſsit, relationes moueri cum mobili ſuperficie; ex parte tamen formalis, remanẽt prorſus immobiles, ſicut & cœli poli, & terræ centrum prorſus immobilia ſunt. Et quia vt relationes diſtantiæ ad locum pertioent, formaliter loquendo, palam ꝙ vt ad formale loci reducuntur, ſimpliciter immobiles, haud immerito enunciantur, &c.

THEOREMA OCTAVVM

De natura, ſeu ratione temporis.

T*EMPVS eſt numerus motus, ſecundum prius & poſterius.* Habętur 4. Phy. tex. cõ. 101.

Excuſsio Theorematis.

Quoniam de tempore diffuſè in ea tractauimus quæſtione, qua diſcutitur diſcrimẽ C eius à motu, & ni fallimur rem expendimus, noſtra pro imbecillitate, ſatis ſuperq;: non mirum, ſi in præſentia, rem tam arduam paucis pertranſimus. Quæ etiam pauca fuiſſent diſsimulata, niſi ſic petitum foret ab amicis.

Notãdum igitur primò, ꝙ tempus definitur formaliter, hoc eſt, in eo ꝙ tempus. Ad cuius perceptionem, conſiderandum ꝙ tempus poteſt capi, vt accidens, vt affectio, vt paſsio, ipſius motus, vt ampliter in præinducta expẽditur q̃one: & vt menſura eiuſdem motus, & hoc pactoaccipitur io eo ꝙ tempus. Quare Philoſophus intendit definire, ſeu ſi mauis deſcribere, formale temporis in eo ꝙ tempus, & dicit, ꝙ tali pacto ſumptum, eſt numerus.

Notandum ſecundò, ꝙ ſi formale temporis eſt, eſſe menſuram motus, neceſſe eſt tempus, formaliter ad genus pertinere quantitatis: eo ꝙ ratio menſuræ primum quantitati congruit. Et animaduertendum ꝙ formale præfatum, vtranq; complectitur quantitatem, cootinuam inq̃ & diſcretam: vnde Commentator 4. Phyſi. com. 109. dicit ꝙ ex continua & diſcreta cõponitur quaotitate. Quod & confirmãt Alber. & D. Thom. & ſi Alber. placet ꝙ principalius ſit continua, & D. Tho. ꝙ principalius ſit diſcreta: quod quomodo concilietur, diximus io prędicta quæſtione.

D Notandum tertiò, ꝙ tempus eſſe numerum, duobus poteſt intelligi modis. Vno modo de numero tranſcendenti, & ſic non eſt intentum: quoniam numerus, qui eſt tempus, de quo ſermo, non eſt numerus tranſcendens, cum ſit numerus rei materialis. Alio modo de numero prædicamẽtali, & ſic eſt intentũ: ſed adhuc opus eſt ſubdiſtinguere, eo ꝙ dupliciter ſummi poteſt, actualiter inq̃ & potentialiter (vtroq; pacto diſcretio accipi poteſt) in propoſito directè de actuali ſermo eſt. Ergo eſt numerus (formaliter ſumptum) ipſum tempus, actualis, ac de facto diſcretus.

Notandum quartò, ꝙ ipſa actualis diſcretio, tempori non adeſt, niſi concurrente, actuali animæ apprehenſione: quę apprehenſio in propoſito, ipſa numeratio eſt. Quare plenè animaduerſa, cognoſcitur primò, quanto iure, ad complendam rationem temporis, concurrat opus animę: & ꝙ non exiſtente anima, tempus eſt vtcunq; ens: ſecundò q̃ ſapiẽter a D. Tho. dictum ſit. prima. q. 10. artic. 1. ꝙ tempus conſiſtit in numeratione &c. qua de re extat Theorema peculiare.

Notandum

Notandum quintò, ꝙ tempus dicitur numerus, non abſtractus, quod ſæpe D. teſtatur Thom. E ſed concretus: & non ſimplici, ſed duplici concretione: quod facilè rem expendenti manifeſtum eſt. Nam cum numerus conſtituaẽ ex vnitatibus, ſicut contingit vnitates conſtituentes numerũ, qui eſt tẽpus, eſſe in duplici quodam pacto ſubiecto, ita & eſſe cõcretas, duplici quodã modo concretione: nempe partiũ fluxus nunc, & partiũ fluxus vbi, vt facile eſt, hunc in modũ aĩaduertere.

Notandum ergo eſt ſextò, ꝙ (vt in non ſemel iam citata dictum eſt quæſtione) duplex fluxus concurrit ad ipſum tempus: alter ipſius nunc, qui eo ꝙ tempori intrinſecus & eſſentialis, non rarò dicitur tempus: reliquus ipſius vbi, qui eſt fluxus motus, qui & fluxui pręſupponitur nunc. Et nulli dubium vtrunq; fluxum diuidi poſſe, diuidiq; de facto in partes priores & poſteriores: & ob id vtrunq; gaudere proprio numero, confecto ex vnitatibus earum partium, & per hoc numerum conſtituentium concretum.

Notandum ſeptimò, ꝙ cum fluxus nunc, non ſit extra fluxum vbi, negari non poteſt, partes fluxus nunc, correſpondere partibus fluxus vbi. Et licet vnitates partium fluxus nunc, ſint in eis ſolum vt in ſubiecto; non tamen ita ſunt ab vnitatibus partium fluxus vbi ſegregatæ, vt non valeant ſuo modo & cum illis dici concretæ. Ergo vnitates quæ numerum conſtituunt, qui eſt formaliter tempus, ſunt vnitates in partibus fluxus nunc, vt in ſubiecto, & in partibus fluxus vbi, ſaltem vti menſura, coniunctæ. F

Notandum octauò, ꝙ tempus dicitur numerus motus, vt Commentator dicit; quia illius numeratiuus, hoc eſt menſuratiuus eſt, planè vti menſura extrinſeca. Nam motus numerari põt ex intrinſecis vnitatibus, nẽpe in partibus fluxus vbi, vt in ſubiecto exiſtẽtibus, & per hoc ex intrinſeco numero: & ex extrinſecis, ex exiſtentibus, vt dictũ eſt, vt in ſubiecto, in partibus fluxus nũc, ex quibus conficitur numerus, qui eſt, vt præmiſimus, tempus. Primo modo, menſuratur motus ſecundum exiſtentiam: ſecundò menſuratur ſecundum durationem.

Notandum nonò, ꝙ cum dicitur ſecundum prius & poſterius, non eſt ſermo de priori & poſteriori formaliter ſumptis, hoc eſt pro relationibus prioritatis & poſterioritatis, ſed fundamentaliter acceptis, hoc eſt, pro priori & poſteriori partibus motus: ſeu (& idẽ eſt) ꝓ difformitate ſucceſsionis motus, hoc eſt fluxus ipſius vbi. Et eſt ſermo, de motu primi orbis, cuius tempus proprium accidens eſt. Licet enim & alios motus ſequatur tempus aliquod, non tamen propriè tempus dicitur, niſi quod motum ſequitur primi mobilis: vt latius in ſæpe adducta quæſtione.

THEOREMA NONVM G

Quòd nihil mouetur à ſeipſo primò.

OMNE *quod mouetur, ab alio mouetur.* Habetur 7. Phyſi. tex. com. primi, & ſecundi.

Excuſsio Theorematis.

Præfatum Theorema à Philoſopho, non in ſe probatur formaliter, ſed in alio æquiualẽti: & eſt, ꝙ nihil mouetur a ſeipſo primò. Et id probat ducendo ad impoſsibile, tali pacto. Si aliquid moueretur a ſeipſo primò, ſequeretur ꝙ non moueretur a ſeipſo primò: ergo &c. Conſequentia deducitur à Philoſopho tex. com. 2.

Verùm ad rei euidentiam attendendum eſt primùm; ꝙ moueri a ſeipſo primò, eſt eſſe ſibi primam & pręciſam cauſam ſui motus. (Non enim ſumitur primò, in propoſito, vt ſumitur in principio. 5. Phyſicorum, ſecundum ꝙ ſonat hoc, quod dico, ſecundum quamlibet partem: aut in eiuſdem. 6. tex. com. 44. Vbi dicitur ꝙ ſi aliquid mouetur in aliquo tempore primò, mouetur in qualibet illius temporis parte:) ſed ſumitur primò, ſecũdum ꝙ imponitur a primitate, vt loquuntur, cauſalitatis præciſæ, prout acceptum eſt 1. Poſte. cap. 6. Vbi ſermo fit, de vniuerſali, ſeu ſecundum quod ipſum. Ergo ſenſus illius propoſitionis. Aliquid mouet ſeipſum primo, eſt idem ac ſi diceretur. Aliquid eſt ſibi, prima & præciſa cauſa ſui motus, ita ꝙ non pendet ſuum mouere vel moueri, quouis pacto, ab aliquo alio. H

Attendendum eſt ſecundò, ꝙ ſi accipiatur aliquid totum, puta cubitalis ignis, vel animal aliquod, & ponatur ꝙ moueat ſeipſum primò, neceſſe erit, ꝙ eius motus ſic ab ipſomet pendeat ꝙ nullo pacto pendeat ab aliquo, quod ipſum nõ ſit (id enim conſtat ex terminis) ergo neceſſe eſt ꝙ illius motus, non pendeat ex ſuis partibus: patet hoc ex eo, ꝙ illius partes non ſunt ipſum, ſed aliud realiter ab eo: quin nec partes motus pendent ex motibus partium, propter eandem rationem, (non enim partes motus, ſunt totus motus: ſiquis rem prorſus excutiat) Quare licet partes

rei

A rei quæ moueretur, neceſſariò mouerentur cum ea: ea neceſſitas, non eſſet neceſſitas cauſalis dependentiæ, ſed ſimplicis concomitantię: & per hoc ſi poſſet dari caſus, ꝙ aliqua earum quieſceret, verè non impediretur motus de quo ſermo eſt.

Attendendum eſt tertiò, ꝙ ſi aliquis motus attribuẽdus eſt toti, profectò ille, & eſt, & dicitur motus totalis, ſicut & motus partis & eſt, & dicitur motus partialis: ergo ſicut totum ipſum mobile dependet cauſali dependentia, ex ſuis partibus, ita & ipſe totalis motus, ex ipſis dependebit cauſali dependentia partialibus motibus: Ergo manifeſta eſt contradictio, dicere ꝙ totũ aliquod mouet ſeipſum primò, hoc eſt, ſine cauſali dependentia, à quocunq; alio, quod non eſt ipſum. Siquidem ſi mouet ſeipſum primò, neceſſe eſt, ꝙ eius motus, totalis & ſit, & dicatur motus: ergo neceſſe eſt vt a partialibus dependeat motibus: ergo & ꝙ dependenter moueatur à partibus: ergo & ꝙ moueatur ab alio. His præacceptis, ſic probatur conſequentia ab Ariſto.

Si aliquid mouet ſeipſum primo, hoc eſt, independenter ab omni alio: cum illud neceſſariò eſſet diuiſibile (id enim ex 6. conuincitur Phyſi. tex. com. 32.) non effugeret rationem totius, & tamen non penderet in mouere, aut moueri à ſuis partibus. Ergo ſi vna (per caſum) quieſceret, oportet alterum dicere, nempe quòd moueretur, vel quieſceret ipſum totum. Si admittitur ꝙ

B moueretur, ergo non totali moueretur motu, cum talis non niſi ex partium motibus pendeat, quod cõtradicit ſuppoſito: ſi datur ꝙ quieſceret, ergo depẽdenter mouebatur ab alio, & ſic quod mouebitur per ſe primò, non mouebitur per ſe primò. Ergo (in ſumma) mens philoſophi eſt. Quòd ſi aliquid mouetur a ſeipſo primò, oportet ꝙ moueatur motu totali, ſed independenti: quod vt patuit implicat contradictionem.

Hæc deductio, ſeu interpretatio conferri poteſt, cum iis, quæ hac in re tradit Sco. 2. diſtin. 2. q. 10. & cum illis quæ in eàdem affert Magiſter Fran. de Ferra. primo contra gen. cap. 13. Et conſiderare quæ magis quadrent, &c.

THEOREMA DECIMVM

De prioritate motus localis ſuper alios motus.

MOTVS localis præcedit alios motus, cauſalitate, tẽpore, & perfectione. Ex 8. Phy. tex. 55. & 60.

C Excuſsio Theorematis.

Quòd præcedat cauſalitate, manifeſtatur: quia non exiſtente motu locali, alij motus eſſe non poſſunt: propter quod dicitur, & verè, ꝙ motu cœli ceſſante, ignis non combureret ſtuppam. Sed dices. Ceſſante motu cœli, nonne aerem illuminaret Sol, & conſequenter calefaceret eum? ergo &c. Reſpondetur ꝙ admiſſo ꝙ Sol illuminaret, eius tamen lumen non calefaceret: non quia Solis lux vim non habeat calefaciendi, ſed quia deficit tali caſu conditio ad calefaciendum neceſſaria, quæ eſt cœli motus. Et licet illuminatio, poſſit dici quædam alteratio; quia tamẽ inſtantanea, & perfectiua, non rectè dicitur motus, iuxta doctrinam philoſohi in 7. Phyſi. Et poſſet etiã admitti, ꝙ ſiquis tali caſu, reſpiceret ſpheram Solis, corrumperetur viſus: verùm id non contingeret ex lęſione organi, aut motu aliquo Phyſico corruptiuo, ſed ex defectu proportionis viſibilis, quo violaretur ſimphonia viſiuę virtutis. Et demum cum eiuſmodi intentionales alterationes motionesuè, non pendeant a corporibus abſolutè, ſed vt quodam pacto attingunt ad ſubſtantias ſeparatas, vt eſt de mente D. Tho. haud mirum ſi contingere poſſint ſine dependentia a motu corporeo.

D Quòd præcedat tempore, manifeſtatur: Et cum totus ſcrupulus ſit propter Philoſophum, qui non ſolum localem motum, ſed alios, nempe generationes & alterationes ponens ab ęterno, negocium nobis facit, vt ſaluemus temporaneam hanc præcedentiam: dici poteſt eo pacto, quo dici conſueuit de temporanea pręceſsione ſubſtantiæ reſpectu accidentium, de qua idem loquitur. 7. Metha. tex. com. 4. & nos, alio in Theoremate ſatis abundeq;. Et in præſenti acceptari poteſt interpretatio Sco. 2. diſt. 1. q. 5. nempe ꝙ intelligitur, non repugnanter. Et erit ſenſus, ꝙ ſicut ſubſtantiæ in eo ꝙ ſubſtantia, non repugnat eſſe per tempus, ſine omni accidente: ſic & motum localem, in eo ꝙ motus localis, non repugnat, per tempus præcedere omnes alios motus. Et hęc, pro mente Philoſophi. Apud veritatem autem, notum eſt, rem eſſe ſine ſcrupulo: cum catholica fides non horreat motum cœli, etiam tempore præceſsiſſe motus inferioris mundi, vt conſtat ex iis, quę tradunt ſacri Theologi.

Quòd pręcedat perfectione, manifeſtatur: & vt communiter fit, ex duplici oſtenditur ratione.

Altera eſt, quia cum in vno & eodem in quo fit proceſſus de potentia ad actum, ſemper procedatur de imperfecto ad perfectum, neceſſe eſt ꝙ id quod eſt generatione prçciſè poſterius, ſit perfectione prius. Conſtat autem ꝙ poſt alios motus, localis conuenire habet rei genitæ. Reliqua eſt, quia cum omnis motus Phyſicus imperficere videatur, quodam pacto ſuum ſubiectum, propter quod actus dicitur imperfecti, hoc eſt, conſtitutiuus in eſſe imperfecto, nempe in via fluxuq; tendente ad acquiſitionem illius quo caret: cõſtat ꝙ motus localis, vt ſic, minus imꝑfectiuus eſt, tum quia minus remouet a ſubiecto, cum nec ſubſtantiam, nec qualitatem, nec aliquod accidens abſolutum ſimpliciter, ſed reſpectiuum tãtum remoueat ab eo, puta vbi cõtrarium, ſeu diuerſum; tum quia priuationem ponit formaliter actus minus imperfecti (ſiquidem in omni motu; cum ſit actus imperfectus, aliqua clauditur imperfectio) regulare autem eſt priuationem deteriorem eſſe, quæ maiori perfectione priuat; & quę minori priuat, melioris conditionis eſſe: ergo cum in motu locali priuatio ſit alicuius vbi, & in alijs, rei ſimpliciter abſolutæ, palam ꝙ motus localis, minus alijs imperfectus eſt. E

Verùm his addendum eſt, Motum localem reperiri in nobiliſsimo corpore, nempe cœleſti; quod nulli alij cõgruit; & poſſe eſſe vniformiſsimum, & penitus à ſui diſpoſitione inuariabilem, F vt cõſtat in motibꝰ ſphericis ſuperiorum corporum: poſſe eſſe perpetuũ, vt Ariſto. credit de motu primi orbis: poſſe & habere multas alias præeminentias, vt continuitatem ſimpliciter, & alia, quæ reddunt illum, ſuo ex genere longè perfectiorem motibus alijs. Sed hæc modo ſint ſatis.

THEOREMA VNDECIMVM.

De continuitate, ſeu vnitate motus.

VNITAS *motus, eius continuitas eſt.* Habetur ex 8. Phyſi. tex. com. 64. & alibi.

Excuſſio Theorematis.

Notandũm primò, ꝙ ſermo eſt de vnitate numerali motus, in eo ꝙ motus. Vbi conſiderandum ꝙ in motu poſſumus numeralem vnitatem excutere, ex varia ratione: puta, in eo ꝙ actus, in eo ꝙ imperfectus, & in eo ꝙ motus, quod eſt dictu, in eo ꝙ eſt in actuali fluxu, fieri, & acquiri; ex hoc enim habet & nomẽ & rationem motus. Siquidem motus, actus eſt imperfectus, in eſſe fluido. Cùm ergo nec in eo ꝙ actus nec in eo ꝙ imperfectus, conſtituatur formaliter in eſſe G motus (alias tepiditas in aqua, & albedo vt duo in pariete, quieſcentes eſſent motus) ſequitur ꝙ ex actuali, vt dicebatur fluxu, motus ſit, & dicatur formaliter motus.

Notandum ſecundò, ꝙ ſi vnitas numerialis motus, quęratur in eo ꝙ actus: liquet, ꝙ cum actus in ratione motus incluſus, ſit accidens (loquimur de motu & non de mutatione) ſecũdum generales regulas, ex ipſo mobili, in quo eſt vt in ſubiecto, ſumenda eſt; Id enim cõe eſt cuiuis accidenti. Si in eo ꝙ imperfectus, conſtat ſecundum cões canones, ex perfectione, qua priuat accipiẽdam fore: nã priuãs perfectione aliqua numerali, eſt vna numero, priuãs perfectione ſpecifica, eſt vna ſpecie, & generica vna genere. Si in eo ꝙ motus, ſic illius vnitas numeralis, continuitas eius eſt. Et meritò, quia motus vt motus, dicit quẽdam progreſſum ad modum quantitatis continuę, cuius vnitas indubiè continuitas eſt: quare non iniuria, ſi motus qui fluxum habet interpollatum ſeu interruptũ, nõ dicit̃ vnus numero, & ſi vnus eſſe poſsit numero in eo ꝙ actus, & imperfectus.

Notãdum tertiò, ꝙ continuitatẽ eſſe vnitatẽ motus numeralem, intelligi põt duobus modis; formaliter inq̃, & cauſaliter. Si intelligatur formaliter, ſenſus eſt, ꝙ ipſa continuitas eſt formaliter ipſa vnitas: ſi intelligat̃ cauſaliter, ſenſus eſt, ꝙ ipſa cõtinuitas non eſt formaliter ipſa vnitas, ſed ꝙ ex continuitate ſequitur & cauſatur ipſa vnitas. Si placet primum, intellige de continuitate vt ra- H tionẽ habet indiuiſi, ſeu indiuiſiui: eſt. n. continuitas, vnitas formaliter, ſecundũ ꝙ non eſt diuiſa I aut diuiſiua, ſed è diuerſo vt indiuiſiua & cõiunctiua eſt. Si placet ſecundũ, intellige ꝙ ipſa cõtinuitas vt indiuiſa, dat eſſe cõtinuũ, indiuiſumq; ipſi progreſſui ſeu motui, vt motus eſt, quod eſſe continuũ indiuiſumq; comitat̃ vnitas: quę eſt entitas quędã indiuiſibilis, differẽs a puncto, quia non hẽt ſitũ. Et hic ſenſus magis arridet. Pẽdet tñ res, ex cõi difficultate, q̃d formalr̃ vnitas ſit, &c.

THEOREMA DVODECIMVM

An aliquando localis motus contingat in inſtanti.

SI *motus localis contingere poſſet in inſtanti, maximè ille eſſet, qui ad motum cõſequeretur augmenti.* Hoc Theorema ponitur propter quædam argumenta, vt excutiantur ſiquid valent.

Excuſſio

A Excuſſio Theorematis.

Ex quarto Phyſi.tex.com.32.docemur, ꝙ ad motum augmenti, ſequitur mutatio ſecundum locum; eo ꝙ ſequitur occupatio maioris loci: Et ex 6.eiuſ.net.tex.cõ.44.habetur ꝙ mutatum eſſe cuiuslibet motus, eſt in inſtāti: Et liquet ꝙ in augmento, mutatum eſſe, præſertim ſi ſit finale, eſt auctio quanti, ſeu alicuius adeptio quantitatis. Nec etiam fingi poteſt, ꝙ quantitas acquiſita, non ſit acquiſita per partes, ſed ꝑ indiuiſibilia. Et vt res ſit illuſtrior, accipiatur aliquod augmentabile, puta cucurbita, continget quidem ꝙ in hoc inſtanti erit facta mutatio, & erit aucta per digitum, ergo in illo inſtanti erit adeptio ſeu ampliatio quãtitatis cucurbitę, ampliatione digitali: ergo & in inſtāti, fiet occupatio maioris loci, ergo motus localis in inſtanti. Et confirmatur, quia nemo ibit inficias, tale augmentum factũ in pleno, nẽpe in ambiẽte aere: ergo & in eodem inſtanti expellitur aer (aliàs duo corpora eſſent ſimul) ergo partes aeris mouebuntur localiter: ergo motus localis in inſtanti.

Præterea, Conſtat ex 2.de Genera.tex.com.24.& 25.ꝙ quodlibet elemẽtorum poteſt in aliud conuerti immediatè. Conſtat ex eodem libro, ꝙ generatio elemẽti ſuperioris ex inferiori fit, ſecundum multiplicatã ꝓportionem, ita ꝙ ex pugillo terræ (exempli gratia) fiunt decem pugilli

B aquæ, & ex vno pugillo aquæ, decem pugilli aeris. Accipiatur itaq; pugillus terræ & immediatè conuertatur in ignem, haud dubium ꝙ excedet pugillum terræ, in millecupla, vt ſic dixerim proportione: & tamen tota illa ignis amplitudo acquiritur in inſtanti, eo ꝙ naturali ſequela comitatur extenſio formam ignis, ſicut & alia naturalia accidentia ſua: ergo in inſtanti magna fit loci acquiſitio, & notabilis expulſio aeris, vel alterius corporis continẽtis. ergo & motus localis in inſtanti. Sed cum motum quemcunq; fieri in inſtanti implicet contradictionem, conandum præmiſsis rationibus reſpondere.

Ad primam ergo diceremus, concedendo auctionem inſtantaneam, & ꝙ in inſtanti acquiſita ſit aliqua magnitudinis portio, & vt conſequitꝰ, ꝙ maior ſecuta ſit loci occupatio: ſed negatur, ꝙ ex hoc, motus localis ſit in inſtanti. Et fundamentum eſt, quia occupatio maioris loci contingit, vel per viam motus, vel per viam mutationis: primo modo non poteſt eſſe in inſtanti, ſecũdo modo nihil prohibet; & ita eſt in propoſito: Quantum enim acquiſitum eſt de quantitate, tantum eſt occupatum de loco, vna & eàdem mutatione, vel ſaltem vna & eàdem mutationis menſura. Et ſi inſtatur, ꝙ ex 6.Phyſi.tex.com.55.56.& 57.omnem mutationem, ſeu mutatũ eſſe, præcedit mutari: & in propoſito non apparet, quòd mutari præceſſerit, ſaltem ex parte aeris expulſi; Reſpon-

C detur ꝙ ſi non apparet, eſt ex minori, quàm opus eſt, conſideratione. Siquidem aer in illo inſtanti non expellitur, ſed eſt expulſus, ſicut & cucurbita in eodem, nõ augetur, ſed aucta eſt. Et ideo ſicut in tempore præcedenti cucurbita dicebatur augeri pro quanto diſponebatur, præparabaturq; a virtute cœleſti, ad auctionem, adeo ꝙ in vltimo illius inſtāti dicitur aucta. ita in illo eodẽ tempore aer pręparabatur ac diſponebatur ad expulſionẽ, & in vltimo illius inſtanti expulſus eſt.

Nec aliquem turbet, ꝙ non videtur aer aliquid pati, eo in tempore: quoniam non oportet ꝙ appareat, ſed oportet ꝙ ita ſit. Item. Sicut aer præparatur diſponiturq; ad receptionem lucis non patiendo aliquod abſolutum, ſed reſpectiuum, pro quanto ex cõtinua appropinquatione Solis, & ſit & dicit eſſe modo in vna & modo in alia, in maiori & minori diſpoſitione pręparationeq;, ſicut eſt in alia & alia, in maiori vel minori diſtantia: ita vel hoc, vel alio conſimili, occultoq; modo, toto illo tempore dicetur expelli; eo ꝙ præparatur ac diſponitur ad expulſionem, ſicut ignis qui generatur in inſtāti, dicitur toto præparationis ac diſpoſitionis tempore generari, vt Ariſto. docet vbi ſupra tex.com.59. Et ex his non modo prima ratio, ſed & illius confirmatio, ſufficiẽter (ni fallor) ſunt excuſſæ ac exploſę. Nunc ad aliam, quę de ignis generatione ex terra, formata eſt:

D cui, vt videtur, duobus poteſt ſatisfieri modis.

Primus modus conſiderat duo: nempe preparationem ad formam ignis introducẽdam, & quę conſequuntur formam ignis introductam: propter primum conſtat ꝙ materia terræ, præparatur per calefactionem & leuigationem, & propterea extenditur quo quo modo, eo ꝙ calori propriũ eſt dilatare ac raritatem inducere: propter ſecundum non videbitur abſurdum dicere, ꝙ tam etſi forma ignis introducitur in inſtanti, & in eodem momento quantitas & accidentia eius, non tamen neceſſe eſt, ꝙ tunc primùm in eo ſit, in maxima ſui extenſione, præſertim cum non ſit illius accidens proprium; ſed accidet forte ſicut de animali mox genito, ꝙ licet in eodem inſtāti ſequaxur in eo quantitas, & tota quidem in radice, ſeu virtute, non tamen tota in extenſione, ſicut cũ opportuno ſit tempore: ita ergo dicendum videretur in propoſito. Nec obſtat, ꝙ multiplicata generatur analogia: quoniam illud dictum ſatis eſt verificari, vel ex parte ſubſtantiæ, vel ſi ex

parte quantitatis, quando completum fuerit augmentum, vel ſi mauis extenſio eius. Tunc enim ex parte quantitatis, erit ſimpliciter ignis expleta generatio. E

Secundus modus eſt, ꝙ obiectio procedit ex malo intellectu verborum Philoſophi in 2. de generatione. Siquidem ille dixit, ꝙ elementa poſſunt in inuicem immediatè mutari: ſed non eo ſenſu, ꝙ ita fieri habeat immediatè, vt opus non ſit alia media generatione, ſed ita ꝙ non oportet ꝙ in medium mutetur elementum. Non enim oportet, ꝙ ſi terra eſt mutanda in ignem, ꝙ primo mutetur in aquam, vel aerem, ſed non excluditur quin mutari habeat in aliud proximum corpus puta vaporem, qui ſtatim conuertatur in ignem. Quod ſi verum eſt, paruæ remanent anguſtiæ in propoſito, eo ꝙ illud corpus ęquari poſſet in extenſione ipſi igni. Et licet ille vapor eſſet quid compoſitum, rem non infirmat, eo ꝙ elementa quæ transmutantur, non oportet pura eſſe elementa. Hæc & reliqua, quæ circa præfatum diximus Theorema, noſtro iudicio ſunt plenæ difficultatibus: & vt verum fateamur, in eis non aquieſcimus: Quare aliorum erit afferre probatiora, quibus & ſubſcribemus ſemper, &c.

THEOREMA TERTIVMDECIMVM. vel TRACTATIO De alimento compendiaria. F

Auctore Reuerendiſſimo P. D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

TRIA nobis ſunt ſub compendio de alimento tractanda, quid ſit: Quo pacto obiectum ſit nutritiuæ, augmētatiuę & generatiuę poteſtatis: Et q̄ mira ſit vnaquęq; harum poteſtatum in opere ſuo.

Quo ad primum, vt agnoſcatur quid ſit, tria exprimenda ſunt. Primum eſt, ꝙ cum alimenti vox ab alēdo deducta ſit, nec aliud ſonet, niſi quo res alēda alatur, nō incommodè ſiquid de re alenda attingitur. Ergo, ſicut Ariſto. docet 2. de Anima a tex. cōm. 46. vſq; ad 49. res quę alitur, eſt res viua, eo ꝙ eſt res animata: & ſi non omnis, quoniā non cœleſtis, ſi cœli ſunt animati, ſed cuius corpus conſtat ex elementis, cōgerens in ſeſe, calidum, humidum, frigidū & ſiccum. Ergo ſi verū eſt, quod idem. 1. tradit de generatione, ex eiſdē ex quibus cōſtat rē ali; neceſſe eſt alimentum quatuor elementa complecti claudereq; in ſeſe quodam pacto. De qua re ſtatim pauca. G

Secundum eſt itaq;, ꝙ quemadmodum in rei alendæ corpore, elementa ſunt ſecundum ſubſtantiam quidem materialem, ſed non formalem; ſunt ſecundum qualitates formales, ſed non actualiter ſed virtualiter ſumptas, eo ꝙ in qualitate ſunt complexionali, cōſequente ſubſtantialem formam mixti quod alitur: ita & in ipſo alimento ſunt elementa ſecundum materialem & non formalem ſubſtantiam, ſecundum qualitates formales, nō actualiter ſed virtualiter, in qualitate quidem alimentali concomitante, conſequenteq; formam ſubſtantialem alimenti, ſecundum ꝙ alimentum eſt. Hęc non ſunt difficilia captu: Et ꝙ elementa ſint ſecundum materiam in corpore alendo, nemo dubitat: ꝙ non ſint ſecundū formam ſubſtantialem, experientia docet: ꝙ ſint ſecundū qualitates formales liquet, quia in ea eſt caliditas, humiditas, frigiditas, & ſiccitas, vt notum eſt: ꝙ non actualiter ſed virtualiter, non ſolum ex eo patet, ꝙ contraria actu nō ſe compatiūtur, ſed quia complexionalis qualitas ea cōtinet in virtute, & ſuperfluerēt ſi eſſent in actu. Quòd demum ſic ſentiendum ſit, ſua pro ratione, de alimento; nemo niſi proterue ibit inficias.

Tertium eſt, ꝙ ſicut in qualitate complexionali rei alendę, ita quatuor elementorum continentur qualitates, ꝙ caliditas vberiori in illa continetur modo, prædominaturq; quodam pacto: ita & in qualitate alimentali rei quæ alit, etſi præfatę elementorum continentur qualitates, humiditas tn̄ præualet, & abundat præ alijs. Manifeſtantur conuincunturq; omnia hæc. Et quidē ꝙ in complexionali qualitate dominetur caliditas, oſtenditur ratione, auctoritate, & exemplo. H Ratione, quia ſicut accidit in mundo maiori, ita (& vt 8. legitur Phyſi.) accidit, ſua pro rōne in minori: ſed cōſtat in maiori excedere caliditatem, prędominariq; quodammodo ignem alijs elementis, vt illius teſtatur amplitudo: ergo idem dicendum eſt ſua vt dixi pro ratione, de minori qui eſt homo, animalue, quæ res alendæ ſunt. Auctoritate, quia id docet Auerro. 2. de Anima com. 39. vbi tradit rem alendam maximè abundare caliditate &c. Exemplo, quia experimur in pueris, Iuuenibuſq;, in quibus vberiori opus eſt alimento, maximo eos donari calore, &c.

Quòd autē in alimentali qualitate prędominetur humiditas, haud diſsimili oſtenditur pacto. Et ratione quidem, quia cum alimentum, formam ſubingredi habeat rei quæ alitur, per quam

& modo

A & modo quopiam formetur ſigilleturq́; : oportet ꝗ humiditate abundet; eo ꝗ per eam maximè
habile eſt vnumquodq; ad recipiendum impreſsiones, configurationesq́;, vt conſtat exemplo ce-
ræ, & notum eſt organa ſenſuum apprehendentium, humiditate iuuari foueriq́; . Auctoritate
vero, non ſolum Alberti Magni, ſed & ferè communis animi cóceptionis, & Philoſophorum ma-
ximè, qui & paſsim hanc tradidere doctrinam. Exemplo demum, quia experientia eſt comper-
tum, & continuo comprobatur periculo, omnia humiditate nutriri, & illam eſſe fomentum ca-
lidi. Ex his, ſatis conſtare poteſt, quid nam alimentum ſit : quod primo loco polliciti ſumus.
Modo, quod ſecundo promiſſum eſt.

Quo ad ſecundum, quo ſcilicet pacto, aliméum obiectum ſit nutritiuę, augmentatiuę, & ge-
neratiuę, tria pariter animaduertenda ſunt: nempe, quod, qualiter, & quo ordine.

Primum ergo, quod animaduerti volumus, eſt, ꝗ aliméum, non quidem crudũ, ſed coctum,
obiectũ conſtituendũ eſt præfatarum poteſtatum. Appellatur aũt alimentũ crudum, alimentum
indigeſtum; & coctum quando eſt digeſtum. Vbi vt res ſit illuſtris, conſiderandum eſt: ꝗ vt dige-
ratur coquaturq́; (vt par eſt) alimentum, a natura de quatuor prouiſum eſt poteſtatibus, ad hoc
muneris perficiendum ſuas præſtantibus operationes, ordine quodam. Prima vocari poteſt, ali-
B menti appetitiua: Secunda, alimenti attractiua: Tertia, alimenti retentiua: Quarta, alimenti di-
geſtiua. Addunt aliqui, ſed noſtro iudicio non eſt opus, quintam, quam dicunt, alimenti deſę-
catiuam, purgatiuamq́;. De ſingulis pauca.

Appetitiua vis eſt in ſtomacho, aut in nõ habẽtibus illum, in proportionali ſtomacho: & appe
tit naturaliter alimentũ crudum indigeſtumq́;. Et iuuatur excitaturq́; ad appetẽdum illud, ex pri
uatione: ſicut regulare eſt omni appetitui, ex priuatione excitari iuuariq́; ad appetendum. Et illa
priuatio eſt duplex: altera eſt carentia cibi, quæ vacuitas dicitur ſtomachi, aut proportionalis ſto-
macho: reliqua, eſt indigentia in membris nutriẽdis ex cõtinua deperditione ſubſtãtiæ proprię.
Huius autem appetitiuę potentię appetitio, dicta eſt in animalibus famés vel ſitis : fames quãdo
appetitio eſt calidi & ſicci, ſitis quando appetitio eſt frigidi & humidi.

Attractiua quoq; vis eſt in ſtomacho, aut illi proportionali: & eſt qua animal nutriendum, ci-
bum attrahit. Et Alberto teſte. 2. de Anima. tract. 2. cap. 8. ad attrahendum communi curſu, iu-
uatur ſimilitudine, vacuitate, & calore: Similitudine ideſt connaturalitate, propter quod facilius
attrahuntur cõnaturalia, & complexioni cõformia: Vacuitate, quia ſtomacho pleno, fieri nequit
attractio: calore, quia calor naturalis, ſugit cibum, vt Albertus dicit, ſicut ignis oleũ. His addun-
C tur in animalibus villi (nam plantis præmiſſa ſunt ſatis) in ſtomacho, aut in inteſtinis in nõ haben
tibus ſtomachum, iuxta lõgitudinem: qui motu ſuo ingurgitant quodam pacto cibum crudum.

Retentiua, vis eſt etiam in ſtomacho, vel circa ſtomachũ, vel ei proportionale, ad retinendum
cibum attractum: & iuuatur, vt idem Albertus notat, diſsimilitudine ſeu cruditate cibi, ſiccitate
ſtomachi, & frigiditate rei. Siquidem quanto diſsimilior eſt cibus, magiſq́; crudus, tãto diutius re
tinetur in ſtomacho: & quanto ſtomachus magis eſt ſiccus, tanto fortius ac diutius illũ retinet. ſi-
cut enim humidi eſt relaxare, ita & ſicci retinere. Frigiditas autem rei, iuuat quidem ad retinen-
dum, vt quæ conſtringit ſubſtantiam cibi, redditq́; non peruium ad calori, & propterea ꝗ non
facile digeratur; ſed id facit per accidens, vt quæ ſuapte natura, non eſt animali ſalubris, ſed de-
trimentum afferens, & ſi vt inſtrumentum retentiuę ſit cõferens. His adde villoſitatem ſtomachi
inteſtinorumq; per tranſuerſum: qua cibus comprimitur, & ob id non cito mouetur de loco.

Digeſtiua demum vis, quæ prædictis longè nobilior eſt, illiſq; videtur vti quaſi præparatorijs,
inuenta eſt ad digerendum, & cõſequẽter deſęcandum cibum alimentumuè: propter quod nec
opus eſt quinta poteſtate, quæ deſęcatiua ſit dicta: ſiquidem experientia docet, eàdem vi tum de-
D coctionem, tum deſęcationem fieri. ſuum quoq; ſubiectum habet, ſed nonnulla diſſenſio vide-
tur de eo: dum quidam putant eam eſſe per totum corpus expãſam, & quidam ei largiuntur de-
terminatum locum. Sed fortè ſatius erit dicere, ꝗ eſt multiplex: quoniam alia eſt alteratiua, alia
maturatiua, alia ſanguinifactiua, alia lactificatiua, & alia mẽbris aſsimilatiua. Prima eſt in ore,
Secunda in ſtomaco, Tertia in epate, Quarta in venis nutrimentarijs, & maximè in extremitati-
bus, Quinta in ſingulis membris corporis. Nec digladiarer ſiquis diceret, vires has, non re diſtin
ctas, ſed operatione: ſicut nec prorſus compertum habeo, an tres anteriores, ſint quoque tres po-
teſtates diſtinctę (vt communiter dicitur) an vna, eas operationes ſucceſsiuè prę ſtans exercenſq́;.

Quæ de digeſtiua ſunt præmiſſa, haud difficile eſt oſtendere; aduertendo, quinq; fieri cibi vel
alimenti digeſtiones ſeu decoctiones, & in ſingulis deſęcationes opportunè. Et rationi conſen-
tit cuilibet digeſtioni propriam aptãdam digeſtiuam, vel re, vel opere ſaltem diſtinctam ab alia.

Prima autem digeſtio, quæ alteratiua nuncupata eſt, maſticatione fit, & propterea in ore poſita eſt: eo ꝙ maſticatio, non eſt quæuis cibi contuſio, ſed tali modo peculiari. Propter quod, non mirum, ſi (vt Albertus docet) triticum maſticatum confert ad maturandum apoſtema: & non alio pacto contuſum. In hac digeſtione, nota eſt defecatio: cum conſtet comedentē, modo ſpinas, modo oſſa, aut aliud maſticationi digeſtioniq; non fauens, eijcere. E

Secūda digeſtio, fit in ſtomacho, quam maturatiuam diximus: eo ꝙ per illam cibus ſeu alimentum non tantum alteratur, ſed decoquitur, & ob id ad maturitatem deducitur. In qua digeſtione ſubſtātia ſubtilis ſeparatur à craſſa, & ſic ſeparatio fit mundi ab immundo: & vocatur ſubtilis, à medicis, chilos, ſeu ſuccus. Tertia fit in Epate, ad quem præfatus defertur ſuccus, per venas vt vocant meſeraicas: vbi rurſum decoctus fit rubeus & ſanguineus, vnde & ſanguinifactiua nomē trahit: In qua & fit defecatio, eo ꝙ ſeparatur humor colericus, qui per ſuos meatus, ad ciſtim defertur fellis, humor malēcolicus & defertur ad ſplenem, humor ſanguineus, qui ſanguis ſolet dici nutrimentalis, & defertur ad cor, & humor flegmaticus, & ad colatorium defertur vrinæ.

Quarta digeſtio, in venis fit nutrimentarijs (ſunt enim quædam viæ meatusq; deferentes nutrimentum, ſicut Albertus habet) & fit maximè in earum extremitatibus. Et dici poteſt lactificatiua, ex eo, ꝙ illa cibi ſeu alimenti portio, quæ præfatis humoribus maxima ex parte ſeparatis, & per hoc à fęcibus ex magna parte purgata, colorem accipit lactis, fitq; quodammodo lac: nec immeritò, cum compertum ſit, lac ad nutriendum aptiſſimum eſſe. In hac quoq; digeſtione ſua nō deeſt defęcatio, eo ꝙ præfatum alimentum fit indubiè purius, ſicut & magis digeſtum: emittunturq; fęces purgamentaq;, per quaſdam poroſitates corporis, & præſertim exiſtentes ſub brachiorum aſcellis, & alijs in partibus. F

Quinta demum digeſtio, fit iuxta membra, & ſingulas rei alendæ partes, & appellari valet, vt diximus, aſsimilatiua, eo ꝙ proximè per illam, alimētum diſpoſitum redditur, vt in ſubſtantiam conuertatur rei quæ alenda eſt: immo in vltima fit diſpoſitione, & per hoc rei alendæ ſimile. Defęcatur & in hac alimentum: eo ꝙ nonnullę effluūt, & quodammodo euaporant immūditiæ per poros, in toto exiſtentes corpore: propter quod immunda redduntur veſtimenta, quæ proximè corpus tegunt. In his digeſtionibus, velut inſtrumenta, concurrunt calor, & humidum: & ſi non in ſingulis eodem pacto præcisè. Et vtrunq; exemplo conſtat in decoctionibus varijs, quibus coqūtur carnes, & alia commeſtibilia. Sic ergo digeſtum, decoctumq; alimentum, obiectum ponitur Nutritiuæ, Augmentatiuæ, Et Generatiuæ: &c.

Secundum autem quod animaduerti volumus eſt, qualiter alimentum ſic diſpoſitum, earum conſtituatur obiectum. Quod vt explicetur breui, dicimus earum conſtituēdū obiectum, nō principale, nō ſimile: ſed miniſteriale, & quodāmodo auxiliatiuū. Ad cuius rei perceptionē, recolēdū duplex alicui potentiæ aſsignari obiectum, principale ſeu finale, & miniſteriale: principale ſeu finale eſt id, quod eſt finis, aut ſaltem ad quod illa ordinatur potētia: miniſteriale eſt quod ei deſeruit ad principale: Exēpli gratia. Fabri lignarij obiectū principale finaleq; eſt facere arcā: miniſteriale eſt lignum. Illud ſolet dici materia ſimpliciter circa quā, vel circa quā, & ad quā: Iſtud etſi materia dici poteſt circa quam, non tamen ſimpliciter, & non ad quam. Ergo obiectum principale nutritiuæ, eſt conſeruare rem quæ nutritur, vegetatiuæ augere quod augetur, & generatiuæ generare alterum quale eſt quod generat, vt conſtat ex 2. de Anima, à tex. com. 46. vſq; ad 50. miniſteriale eſt alimentum, eo ꝙ illis ſeruit ad ea. G

Tertium quod animaduertendum eſſe dicimus, eſt quo ordine, alimentum pręfatis deſeruiat poteſtatibus, in ſuis operibus: & breuì ſic habeas. Primum deſeruit, vt par eſt, nutritiuæ, Deinde augmētatiuę, & demum generatiuæ: & ratio adeo eſt in promptu, vt importunum foret, aliquid ea ſuper re proferre. Quin & non ſeruit augmentatiuæ niſi prius ſatis ſeruierit nutritiuæ: immo non ſeruit augmentatiuæ niſi quod ſuperfluum eſt nutritiuæ, ſicut nec ſeruit generatiuæ, niſi quod ſuperfluum eſt nutritiuæ, & vltra non expenditur in opere augmentatiuę. Quare rectè dictum eſt ſemen animalis, ex ſuperfluo eſſe alimenti: ſuperfluo inq̄, non quale eſt excrementum, aut alimenti fęces, vt quidam de mēſtruis opinati ſunt mulieris, (& ni fallor) non rectè, ſed quale quod operi ſuperfluit nutritiuæ, & augmentatiuę, vt, quod eſt pars alimenti puriſsimi. Conſul. pro his ſi placet, Caieta. prima par. q. vltima. artic. penultimo. H

Quo ad tertium, q̄ mira ſit cuiuſuis præfatarum poteſtatum operatio, in vſu ipſius alimenti: vt procedatur clarius, de vnaquaq; dicetur ſeorſum. Ergo quod nutritiuā attinet, prætacto quid ſit, & in quo reſideat loco, expediendum eſt primm. Vis nutritiua indubiè eſt quædam vis animæ, a natura potiſsimum intenta, vt conſeruetur res animata, cuius proprium eſt nutriri: res

inq̄

A inq̄ animata quæ obnoxia eſt corruptioni, vti 2. habetur de Anima: quam conſeruat reſtauran-
do deperditum, vt paulo poſt dicendum eſt. Reſidet autem, vt quidam volunt in Epate, ſicut &
vitalis in corde: Verùm quia ſuam exercet operationem in toto corpore & in qualibet eius par-
te, addũt ꝙ diffunditur quodam pacto, per quoſdam vitales ſpiritus, in quibus recipitur per mo-
dum cuiuſdam intẽtionis: quemadmodum &, ſua pro ratione, dicunt de virtute vitali ipſius cor-
dis: & ſic pertingit, & operatur in omnibus membris. Hæc eſt mens Alber. 2. de Anima.

Alijs placet, ꝙ hæc vis, nullum habeat determinatum organum, licet magis, ac peculiari mo-
do demonſtretur in Epate: & ob id dicunt ꝙ eſt in toto corpore, & in qualibet eius parte, prout
opus eſt, inuenitur: ſicut & de nonnullis alijs animæ poteſtatibus compertum eſt. Et hæc ſenten-
tia mihi magis conſonat: eo ꝙ in plantis, animalibusq́; imperfectis, indubiè nutritiua vis, eſt dif-
fuſa per totum, & apparet in qualibet parte: & conſtat ꝙ in eis non eſt Epar. Opera autem nutri-
tiuæ ſunt duo: nempe animatum conſeruare, & ipſum, vt par eſt, pingue reddere. Illud eſt præci-
puum, & propterea eam ſemper comitans: hoc minoris ponderis, & propterea nõ ſemper adeſt.
Conſeruare ſemper eſt comitans, non quia ea ſemp & cõtinuo nutriat, ſed quia illud opus, quod
eſt conſeruare, in omni exercet ſuppoſito: quod tamẽ non oportet de impinguatione cõcedere.

B Exiſtentibus ergo duobus nutritiuæ operibus, vt præſtemus, quod ſumus polliciti, de vtroq;
aliquid attingendum eſt. Et vt ordiamur a conſeruatione, per quod diximus reſtaurari deperdi-
tum in corpore animato, pro clara huius rei notitia, decernẽda ſunt quatuor: Primum eſt, quod
ſit, & quale illud deperditum: Secundò quo pacto, illius fiat reſtitutio: Tertiò, quo peragatur in-
ſtrumento: Et quartò an fiat in omnibus partibus. De primo, dicendum eſt, ꝙ deperditum illud
ſine controuerſia, eſt ſubſtantia: at non formalis, ſed materialis. Conſtat enim omnibus, in quoli
bet quod corrumpitur animatorum corpore eſſe materiam, quæ ſubſtantia dicitur materialis: &
ſubſtantialem formam, quæ ſubſtantia appellatur formalis: illa continuè diffluit deperditurq́;,
hæc nec diffluit nec deperdibilis eſt. Materialis eſt duplex: quædam orta cum re animata, & quæ-
dam per alimentum ſuperadiecta: propter quas non leuis eſt controuerſia.

Sunt quidam qui crediderunt non fieri deperditionem ſubſtantiæ cum re animata acceptæ.
(Putant enim & in hoc rectè, quia ſic eſt veritas, cum oritur animal, vel Socrates, ea ſecum ferre
ex vtero matris quandam ſubſtantiæ portionẽ, quod humidũ vocant radicale) ſed cui per alimen
tum ſuperadditur: quin & acceptam cum re animata dicunt indeperdibilem, eo ꝙ ex illa conſtat
C idemptitas animalis: quare non eſſet inquiũt idem numero animal dum viuit, ſed aliud & aliud
inueniretur numeraliter ſępe. Ergo ſubſtantia per alimentum adiecta, eſt quę deperditur, & per
alimentum reſtauratur: quare & tradunt ſubſtantiam quæ deperditur, reſtauraturq́;, non eſſe de
veritate naturæ corporis quod habet nutriri, ſed illi fore vti rem accidentariam. Alij ſunt qui in
omnibus præmiſsis conſentiunt: præter id, ꝙ ſubſtantiam ex alimento ſuperadiectam (etſi non
principaliter, aliquo tamen pacto) de veritate faciunt nutriendi corporis. Vtrunq; refert, & re-
ſpuit D. Thom. ſæpe; & inter alia, prima par. q. vltima.

Verùm opinionibus miſsis dicendum eſt, cum D. Tho. & Ariſto. in primo de generatione, ꝙ
materialis ſubſtantia, quæ continuè diffluit & reſtauratur, non ſolum ea eſt quæ aduenit de no-
uo, ſed & quæ de matris trahitur vtero, aut oritur cum re animata quæ nutritur. Quare putan-
dum eſt, ex vtraq; materiali ſubſtantia commixtione quadam, vnam confici quodam pacto ſub-
ſtantiã, quæ & continuè deperdatur & cõtinuè reſtauretur; quod & ſupponatur ad præſens. Er-
go difficile non erit, quæ ſecundo pollicebamur loco animaduertere: nempe quo pacto præfata
contingat reſtauratio, ꝙ ſcilicet fit per appoſitionem alimenti, ſeu (quod idem eſt) nutrimentalis
humidi ad humidum radicale, & commixtionem eorundem ad inuicem, & conuerſionem illius
D in corpus, quod eget nutritione, & hoc mediante calore, vt dicetur, naturali. Sed vt hæc ſint ma-
gis illuſtria: quædam ſubijcienda ſunt.

Dixi, commixtione quadam: quę immaginetur ad inſtar mixtionis duorum liquorum. Et qm̃
humidum nutrimẽtale ignobilius impuriusq́; eſt humido radicali, vtpote minus decoctum mi-
nusuè digeſtum, vt rectè docet Alber. neceſſe eſt ꝙ ipſum nutrimentum continuè deterioris red
datur conditionis. Dixi, mediante naturali calore: ſanè vti per instrumentum accommodum.
Ipſo ſiquidem attrahitur, imbibẽdo quodammodo ipſius humidi commixti opportuna portio,
& vi nutritiuæ in carnem conuertitur, oſſa, & neruos, & tãdem reſtauratur prout opus eſt, quod
deperditum erat: Et putandum eſt (ſicut & rei ratio poſtulat) ꝙ ad reſtaurandũ nutriendumq́;
os, nutrimentum accipitur magis terreſtre, carnem magis aqueum, ſanguinem magis aereũ, &c.
Ex his autem, etiam facile eſt agnoſcere, quid ſit ſentiendum de tertio: iam enim conſtat ꝙ eius

inſtrumentum

inſtrumentum eſt calor,& humidum. Ergo ad quartum procedendum eſt. E

De quarto itaq;, An inq̃ nutrimentum,fiat in omnibus partibus, pauca attingenda ſunt:& in
ſumma dicendũ eſt,ꝙ fit quidem in omnibus partibus, ſed maximè in pręcipuis : & meritò cũ de
illis natura ſit magis ſolicita. Cum autem dico in omnibus partibus: intellige de formalibus , hoc
eſt, de potentibus per ſe exiſtere , & operari. Tales enim dicuntur formales, eam ob rationem:
quia formæ attribuitur vtriuſq; eſſe principium,eſſe inq̃ & operationis. Et vt res explicetur,par
tes formales , partes ſunt potentes ſeparatæ exiſtere, & per hoc tot ſunt,quot minima naturalia:
hęc enim omnia nutriuntur per ſe. At partes punctales vt ſic loquar, quæ nequeunt exiſtere ſe-
paratę,non nutriuntur niſi per accidens,ad aliarum ſcilicet nutritionem. Magis quoq; in iuueni
bus augẽtur partes ſuperiores q̃ inferiores, ſed ſecus in ſenibus & in mulieribus : & ratio eſt quia
calor in eis validior,ac vehementior eſt. Hactenus de pręcipuo opere nutritiuæ : nunc pauca de
impinguatione,quod minus præcipuum eſt.

Impinguatio cum ob viſcoſitatem proficiſcatur alimenti,indubiè ex abundantia oritur humi
di craſsi minusq́ forte decocti digeſtiq;. Ex his enim obturantur quodãmodo pori, & ſuperfluũ
non poteſt conſequenter, vt par eſſet, exhalare;quod & ad pinguedinẽ confert. Et vt res ſit per- F
ſpicua, attendendum ꝙ alimentum ex quo habet corpus animatum nutriri, in quibuſdam reci-
pitur poris, ſeu poroſitatibus:& ob id,quando alimentum eſt ſubtile, & non viſcoſum, tantum
ſugitur de illo,quantum ad reſtaurandũ opus eſt, & mox ſiquid ſupereſt, dimittitur reijciturq́;.
Sed quando alimentum eſt viſcoſum,non poteſt facile dimitti vel reici, & propterea oritur non
iniuria,impinguatio:quanq̃ nec detrectandum,ſed confitendũ impinguationis cauſam,rei quæ
nutrienda eſt , complexionem eſſe. Modò de augmentatiua poteſtate , deq; illius opere , attin-
genda ſunt quædam.

Augmentatiua vis, cuius nunc opus explicandũ eſt, vis quædam eſt, à natura intenta ad per-
ducendum rem animatam ad quantitatem debitã:& eſt in toto quod augendũ eſt corpore, vtens
alimento à nutritiua relicto,vt quod exuberabat, & ad nutriendum opportunum non erat. Pro
cuius rei notitia animaduertenda ſunt quatuor. Primùm eſt, ꝙ alimentum quo augmentatiua
vtitur,non ei ſeruit vt ſubſtantificatiui rationem habet(ſiquidem tali pacto,eo non augmenta-
tiua, ſed nutritiua vtitur) ſed vt quantificatiui rationem induit, ſicut & Philoſophus docet 2. de
Anima. Ad cuius perceptionem immaginandum eſt,ipſum alimentum habere nedum vim re-
ſtaurandi deperditum:ſed & extendendi quantitatem nutriti,& per hoc, augendi illud ſuo mo- G
do. Ergo ſic accepto alimento,eoq́; ſubintrante ſubſtantiam animati,extenditur animati quanti
tas, & propterea,vt par eſt,augetur.

Hìc animaduertendum eſt perſpicaciter,ꝙ etſi aliquibus forte ſit viſum, eam extẽſionem quæ
interuenit in augmento,haud diſsimilem eſſe extenſioni,quæ in rarefactione contingit;ſecus eſt
tamen. Et quantum occurrit , differt in duobus. Primò quia in rarefactione nec additur rei quæ
rareſit noua ſubſtantia, nec noua quantitas:in auctione autem & noua indubiè additur ſubſtan
tia,& noua quodam pacto quantitas. Secundò,quia in rarefactione,quantitas fit maior, per ma-
iorem eductionem de eadem ſubſtantia penitus: ſed in augmentatione, quantitas fit maior,per
eductionem quodammodo nouæ quantitatis,ex noua ſubſtãtia, vt dicetur. Vbi ſi res exactè per-
ſpicienda eſt,animaduerte ꝙ ſubintrante ſubſtantia, ſubintrat & cum ea quicquid virtute con-
tinetur in ea:& ob id vis producendi(ſua pro ratione)quantitatem & alia,quæ illam habent con
ſequi accidentia.

Quare ſicut ſubſtãtia ſubintrans,in ſubſtantiam conuertitur rei quæ nutritur,ita & illius ſub-
ſtantiæ vis,ad quantitatis ac aliorum accidentium ſpectans productionem,in rei vim tranſit quæ
augmentum ſuſcipit. Ergo etſi rei quæ augetur, quantitas extenditur:etſi ſubſtantiam quæ ſub- H
intrauit quodam pacto afficit:id tamen non niſi aucta facit. Et quoniam auctio ex aucta profici-
ſcitur poteſtate ad quantitatis productionem, hinc eſt ꝙ ad ipſum augmentũ vtrunq; poteſt ad-
mitti,nempe & ꝙ per augmentum ſeu additionem fiat quantitatis, & ꝙ contingat per maiorem
eiuſdem quantitatis extenſionem. Siquidem aucta poteſtate ad quãtitatem, indubiè & quodam
pacto augetur quantitas:& quia ſi non remanẽt duæ ſubſtantiæ,ita nec duę poteſtates;haud du-
bium,ꝙ & vna & eadem non minus,remanet quantitas quæ & aucta,& extenſa, ſine iniuria dici
poteſt, & non ſine ratione admitti valet. Ex his fortè conciliantur quæ tradit Caieta. dum 2. de
Aĩa,augmentũ fatetur non fieri per additionẽ: Et oppoſitũ docet 2. ſecũdæ. q.24. ar.5. ad primũ.

Secundum eſt de partibus,quæ augentur:an omnes augeãtur,an non:& an quæ augentur,au-
geãtur æqualiter. Et dicendum eſt, ꝙ omnes formales augeatur , formalibus acceptis vt ſupra:

Et

A Et maximè membrorum principalium, propter eandem rationem, qua & illa potiſſimum nũ-
triuntur. Augentur & omnes æqualiter: at non æqualiter ſimpliciter, ſed æqualiter ſecundũ pro-
portionem. Et augentur magis per directum q̃ per tranuſerſum præſertim in animalibus: vt Al-
bertus dicit vbi ſupra.

Tertium eſt, de tempore augmenti. Et dicendum eſt, ꝙ habet certam ac determinatam perio-
dum, vt conſtat in animalibus, & pręſertim in homine; qui augetur communiter vſq; ad tertium
ſeptenium. Et fit auctio potiſſimum in certis temporibus anni, vt in vere &c. Vtrum autem aug-
menti motus ſit continuus, alterius negocij eſt, & 8. Phyſic. dicitur ꝙ non.

Quartum eſt de inſtrumentis: & dicendum ꝙ ſunt animalis caliditas & humiditas: & caliditas,
vt dicit Alber. acuta & fortis: & per hoc differt ab inſtrumento nutritiuæ.

Generatiua vis, de qua remanet ſermo, haud diſſimili methodo excutienda eſt: ergo primum
dicetur quid ſit, deinde quotuplex, quæ cuiuſq; opera, quæ materia, & quæ inſtrumẽta. Genera-
tiua, vis eſt animæ, ad hoc intenta vt talis gignatur fœtus, qualis generans eſt: vt Ariſto. dixit. Et
diſtingui ſolet in duas: altera in generãte ponitur principali, quod eſt ipſum animatum, reliqua
in inſtrumentali, ſeu minus principali, aut vt volunt aliqui, ſecundario, quod eſt ſemen. Primò
B dicẽdum de illa, deinde de iſta. Eſt ergo vis generatiua principalis, ſecundum aliquos, in toto ge-
nerantis corpore, ſubiectiuè; & ſi apparet potiſſimam in genitalibus membris. Sed rectius dicen-
dum videtur, cum Alber. ꝙ eſt in genitalibus mẽbris ſubiectiuè, & ſi transfundi valeat per quoſ-
dam ſpiritus, quodam pacto per totum corpus.

Opera huius poteſtatis ſunt quatuor: nempe attrahere ſuperfluum alimenti, diſponere ipſum
diſpoſitione ſeminaria, infundere vim formatiuam, & emittere ſemen extra. Primum opus, ha-
bet pro termino à quo, omnia & ſingula membra animalis, & præcipuè cerebrum, vt dicit Alber
tus: pro termino autem ad quem habet genitalia mẽbra. Modus attrahendi, eſt ſimilis attractioni
ventoſæ: & iuuatur vi nutritiua expellente alimenti ſuperfluum. Secundum opus, habet pro ter
mino à quo, alimenti ſuperfluum: & pro termino ad quem, ipſum ſemen, in quod illud conuer-
tit. Et rẽ perficit tali pacto: primò reſecatur humor ſuperfluus, ſecundò redditur ſpumoſus, ter-
tio fit, vt Alber. dicit, granduloſus: primum exigitur ad conuenientem complexionem, ſecun-
dum ad continendum ſeruandumq; ſeminarium ſpiritum, tertium ad cõmodam formationem
ac conſiſtentiam membrorum fœtus; ad quæ cõcurrit calor, ſiccando, ſubtiliando, cõdenſando.

C Tertium opus, cum ſit infundere ſeu largiri vim formatiuam (nempe organici corporis) red-
dendo illud potens ad hoc, ſua pro ratione, nil aliud videtur eſſe, q̃ præfatam vim communicare
ſeipſam ſemini, eo pacto quo ars communicatur inſtrumẽtali materię organouè, quod fieri per
quãdam ſui diffuſionem notiſſimum eſt. Sed de hoc paulo poſt. Ergo & quartum nunc perſtrin-
gendum eſt opus. Et dicẽdum ꝙ emittere extra ſemen, eſt quidem ab ipſa virtute, ſed poſtq̃ eſt in
conuenienti ſeminis ſtatu: ad quod fauet præſtatq; auxilium ventoſitas quædam in genitalibus
membris reperta, &c. Et hęc ſint in preſentia ſatis de vi generatiua principali: modo pauca de ea,
quæ in ſemine eſt: Quæ cum à generatiua transfundatur principali; indubiè illa eſt formatiua ars,
de qua nonnulla attacta iam ſunt. Sed vt illuſtretur magis haud diſſimilia, & de ea attingenda, vt
de principali factum eſt.

Ergo dicendum de illius ſubiecto, quæ illius opera, quæ inſtrumẽta, & quæ illius materia eſt.
Igitur ſicut in ſubiecto eſt in ſpiritibus, in ſeminis ſpumoſitate repertis, vt docet D. Tho. in pluri
bus locis: in quibus eſt, quodam intentionali pacto, velut lumen in aere. Et meritò, in ipſis collo-
cantur ſpiritibus, & non in materia ſeminis corporali: quoniam cum ſemen frequenter diuerſis
ſubijciatur corruptionibus, corrumperetur conſequenter & ipſa virtus. Licet enim ſpiritus, fœ-
D tu producto euaneſcant, vt qui ſuo functi videntur munere; non tamen tempore productionis
fœtus corrũpuntur, quin nec corruptiuam alterationem patiuntur, eos natura conſeruante pro-
tegenteq; : idq; non ſolum, quia de illis, vti de re inſigni, eſt magis ſolicita, ſed & quia cœleſtium
influentiarum receptaculum vehiculumq; , & vt multis placet, & ni fallor, non ſine ratione, de
natura ſunt, quodam pacto, quintæ eſſentiæ.

Opera eius ſunt duo, vt tradit Alber. nẽpe organizatio corporis, & ordo debitus partibus cor-
poris organizati. Inſtrumenta ſunt ſimiliter duo: alterum ſunt ipſi vitales ſpiritus, qui ſua agili-
tate præſto prędictam exhibent vim, in qualibet vel ad quamlibet ſeminis partem, vt ritè recteq;
diſponantur omnes. Reliquum eſt calor, de quo dubium eſt, an ſit vt in ſubiecto, in ipſa materia
ſeminis, an in ſpiritibus pręfatis: ſed credendum videtur ꝙ ſit in ſemine, & in qualibet eius parte,
ſua pro ratione ac capacitate. In quo calore tres quodammodo reperiuntur vires, prout & trium

actionum inſtrumentum eſt. Prima eſt illi naturalis vel propria in eo ꝙ calor, quam ſortitur à ſubiecto in quo eſt, à quo & habet eſſe & agere, ſicut & reliqua accidentia. Secunda eſt illi cõmunicata à cœlo & accepta per aſtrorum influxum. Tertia illi elargitur ab aīa, vel generante proximo à quo ſemen eſt deciſum. Per primam alterat, ſubtiliat, & purgat ſemen: per ſecundam viuificat ſuo tempore adducendo ſeu educendo animam: per tertiam organizat aſſimilatq́;. Ergo Sol & homo generant hominem. E

Materia duplex eſt: altera principalis, reliqua in ſupplemẽtum. Principalis eſt ſubſtantia ſeminis potiſſimum grandulosa: ſuppletiua ſunt mẽſtrua fœminæ, ex quibus capitur prout opus eſt: & aliquando plus aliquando minus, prout defectus vel copia ſeminis exigit: propter quod non mirum, ſi fœtus aliquando eſt ſimilior patri, & aliquando matri. Nec modo diſputandum eſt, an fœmina ſpermatizet & quo pacto ſemen ab ea progrediens concurrat ad fœtum: omittẽdum eſt quoq; examen de menſtruis quæ concurrunt an ſint ſanguines puri, vel immundi, eo ꝙ longiorem hæc exigerent diſcuſſionem: compertum tamen creditur, fœminam ſpermatizare, & ꝙ ſanguines menſtrui; etſi non ſolum ſunt impuri, ſed noxij, vt tamẽ ad fœtum concurrunt, tum conſtituendum, tum alendum (illis enim nutritur in vtero, & portionem quam inde trahit defertq́; ſecum, & humidum dicitur radicale, ex illis vt dicunt accipit) puri ac defęcati ſunt cõi curſu: ꝙ ſi qñ accidit ſecus, proles egreditur malè ſana, & malis ſcatens humoribus. & hęc modo ſatis, &c. F

THEÓREMA QVARTVMDECIMVM.

SEV TRACTATIO COMPENDIARIA.

De ſenſu & ſenſibili.

Auctore Reuerendiſsimo P. D. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo.

QVATVOR de ſenſibili & ſenſu declaranda ſunt: Quid & quotuplex ſit ſenſibile: Quid ſenſus, & quot: Quo pacto, & quot modis, ſenſibile vniatur ſenſui: Et demum, Quid ſit ſentire, & quomodo fiat.

Vt agnoſcatur quid ſit: attendendum, ꝙ cum ſenſibile deductum ſit à ſenſibilitate, velut album ab albedine, expedit pauca de ſenſibilitate perſtringere. Senſibilitas, indubiè quandam exprimit entitatem poſitiuam, ceu actualitatem aliquam, in rebus repertam corporeis, affectis qualitatibus tertiæ ſpeciei. Fundamentum huius, ex proportione ſumitur intelligibilitatis: quod ſi non eſſet ponderandum Ariſto. 3. de anima, ſuper eo fabricam non erexiſſet intellectualis ædificij, ſicut fecit, aſſerens, ꝙ ſi intelligere eſt velut ſentire, oportet intellectui has ineſſe conditiones, &c. Ergo ſicut intelligibilitas, quædam eſt actualitas rerum abſtractarum à materia: ita & ſenſibilitas rerum concernẽtium materiam (nam ex hac concludènda eſt illa, ex Ariſtotelis canone) Et ſicut intelligibilitas, ad ſimilitudinem concipitur cuiuſdam lucis, ſeu ſplendoris ſpiritualis; quæ & tandem perfici habet luce ſplendoreq́; intellectus agentis: ita & ſenſibilitas concipienda eſt ad ſimilitudinem cuiuſdam lucis ſeu ſplẽdoris corporei, quę & compleri habet, ſaltem in multis, i. in omnibus coloratis, lumine ſeu ſplẽdore Solis; & in omnibus, vt nonnullorũ ſententia eſt, lumine ſeu ſplendore ſenſus agẽtis; vel vt alijs placuit, ſenſus communis. Et hæc dicta ſint, de ſenſibilitate abſoluta, & non de reſpectiua; de qua aliàs opportunè. G

Radix autem & origo ſenſibilitatis in rebus corporeis, ac tertiæ ſpeciei affectis qualitatibus, vt ex ſententia ſumitur Caietani conſormiter doctrinę D. Tho. ſumenda eſt ex participatione, quã modo quopiam nactæ ſunt, abſtractarum rerum, ſeu ſubſtãtiarum ſeparatarum. Vbi conſiderandum ꝙ bifariam hæc ſententia valet exponi. Vno modo, participatione ſumpta in natura: reliquo modo, ſumpta in cauſalitate. Hæc declarantur & patét. Si participatio intelligitur in natura, ſenſus eſt; quòd exiſtentibus duarum rerum ordinibus in vniuerſo, materialium inq̃ & imaterialium ſubſtantiarum, illo inferiori, & hoc ſuperiori, neceſſe eſt, ſecundum communes canones naturæ creatæ, ꝙ inferior pertingat ſuperiorem, & ſuperior attingatur ab inferiori, aliàs non eſſet connexio inter eos, & careret vniuerſum ea intrinſeca perfectione, de qua ſub nomine ordinis Philoſophus ſcripſit. 12. Methaphy. in qua attinctione, indubiè, nonnulla fit naturę cõmunio participatioq́;, non minus (ſed pro ratione ſua) q̃ fiat in mutua attinctione elementorum, & ordinata contiguaq; naturarum tum mixtarum, tum abſtractarum inter ſe. Et conſtat ſuperiora & inferiora habere nonnulla prædicata cõia, & naturalia, & vtraſq; quidditatiua. Si participatio H

intelligitur

A intelligitur in cauſalitate:ſenſus eſt. Quòd res materiales,ſubſtãtias participãt immateriales, pro quanto in eis inuenitur aliquid cauſalitatis, ex illarum participatione: quod hunc in modum redditur manifeſtum.

Recolendum eſt,ꝙ ſi opus naturæ,opus eſt intelligentię,eo ꝙ intelligentia operatur in natura ſeu per naturam,eaq; vtitur vt inſtrumento, iuxta doctrinam Philoſophi.2. Phyſi.non minus opus ſenſationis,opus erit ſubſtantiæ ſeparatæ; nec minus materialia corpora tertiæ ſpeciei qualitatibus affecta, illius in ſuis operibus dicenda ſunt inſtrumenta; quin & multo magis, cum eorum opera ſint magis præſtantia,& ſpiritualia non parum redolentia. Ergo in cauſalitate manifeſta eſt participatio: cum compertum ſit, inſtrumenta nedum principalibus proportionata eſſe cauſis, ſed & earum opera, ex principalium maximè proficiſci recepta ac participata virtute. Et quoniam vterq; dicendi modus eſt verus,vterq; intento confert,neuter reijciatur, ſed vterq; acceptetur: Quin & vterq; forſan neceſſarius eſt,ad plenam præſentis doctrinæ notitiam. Ad cuius perceptionem conſiderandum,ꝙ ſenſibilitas ipſa, duplicem induit rationem,nempe proprietatis corporalis ſubſtantiæ,affectę &c.& rationis agendi in ſenſum(ſequitur enim ſubſtantiam affectam veluti eius naturalis paſsio,& eſt qua ipſa agit in ſenſum) primo modo à participatione pẽ-

B det ſubſtantiarum abſtractarum in natura:ſecundo modo,à participatione pendet earundem in cauſalitate. Vtrum autẽ ſenſibilitas paſsio ſit formaliter, an virtualiter ;& per hoc,ſit vel non ſit proprietas,re, a ſubſtantia affecta &c. diſtincta:nihil ad præſens.

Finis ad quem ſenſibilitas proximè eſt intenta, ſatis eſt exploratus: eo ꝙ fatemur omnes ideo eſſe inſtitutam, vt per illam materialis ſubſtantia qualitatibus præfatis affecta, non ſolum attingere,ſed & penetrare habeat ipſum ſenſum:quin & cũ illo ita vniri,vt modo quopiam (de quo ſuo loco) imbibatur in eo.Dixi per illam,ſubſtantiam materialem attingere,& penetrare &c.eo pacto quo calor eſt,per quem ignis comburit,& lux per quam Sol ſuam vim exerit.Et hæc ſint ſatis ad cognoſcendum ſenſibile quid ſit: modo paucis oſtendatur,quotuplex ſit.

Senſibile quotuplex.

Triplex eſt ſenſibile,vt dicitur 2.de Anima.tex.com.63.ſcilicet,proprium,Commune, & per accidẽs:prioribus modis dicitur ſenſibile per ſe,ſed proprium, per ſe primò, & commune,per ſe ſecundò,vt Commentator dicit com.65.ſecundi de Anima.

Ad quorum euidentem perceptionẽ,aduertenda ſunt tria.Primum eſt,ꝙ ſenſibile poteſt du-

C pliciter ſumi:vno modo abſolutè,ſecundum ꝙ ſonat,hoc,quod dico,perceptibile ſenſu, non curando qualis ſit ille ſenſus,puta an interior vel exterior:& ſic pręfata non diuiditur diſtinctione. Alio modo poteſt ſumi limitatè,pro perceptibili inq̃ ſolũ exteriori ſenſu,& ita ſumitur in propoſito:nec immeritò,cum omnium aſſertione,intentiones non ſenſatæ, inter ſenſibilia connumerentur per accidens, prout & non longè poſt manifeſtum fiet: & tamen per ſe à ſenſu percipiuntur interiori, puta cogitatiua,ſeu æſtimatiua poteſtate.

Secundum eſt, Quid ſit ſenſibile proprium, quid commune,& quid per accidens. Proprium eſt,ad quod eſt àpta nata ſubſtantia ipſius ſenſus, vt Ariſto.inquit 2.de Anima. tex.com. 65. ideſt ad quod ſenſus, ſuapte ordinatur natura, ac propter quod percipiendum inuentus eſt. Et duas exigit conditiones:altera eſt, ꝙ ab vno tantum externorum ſenſu ſit perceptibile, puta color reſpectu viſus, & odor reſpectu olfatus: reliqua eſt, ꝙ circa illud, præfatus non decipiatur ſenſus. Vbi conſiderandum eſt,ꝙ ſenſum circa obiectum proprium non decipi, ſecundum Commentatorem, verum non eſt abſolutè, ſed vt in pluribus: quia inquit in maiori parte non fallitur, ſed tantum quandoq;. At ſecundum Themiſtium, verum eſt abſolutè, eo ꝙ ſanè intellectum ſemper eſt verum:& tunc putat ſanè intellectum,quando tres apponuntur conditiones.Prima eſt,ꝙ

D organum non ſit infectum,ex qua inſtantia excluditur de febricitãte,cui dulcia videntur amara: Secunda eſt, ꝙ medium non ſit indiſpoſitum, ex qua inſtantia remouetur de varia apparitione Solis in mane ac meridie:Tertia eſt ꝙ indebita ſit diſtantia,ex qua obiectio excluditur de ijs,quæ videntur a remotis. Verùm ſecundum D.Tho.prima.q.17.& alibi, verum eſt reſpectu actus ſenſationis,& non reſpectu actus iudicij·Siquidem & ſentit,& iudicat ſenſus de ſuo ſenſibili,etſi iudicare illi competat,non ex ſe pręcisè,ſed vt connexus coniunctusq; eſt ſenſui cõmuni.Ergo mẽs eſt D.Tho.ꝙ nunq̃ decipitur in ſenſatione; & ſi decipi poteſt in iudicio. Et ſic intelligas Ariſtotelem. Et ex hoc octo excluduntur experimentales inſtantiæ ex Aureolo, à Capreolo recitatæ, & fortè ad plenum non reſolutæ, in primo.diſt.27.q.2.

Senſibile commune,illud dicitur,quod pluribus exteriorum ſenſuum percipi poteſt:& communiter aſsignatẽ quincuplex,nẽpe figura,magnitudo,numerus,motus, & quies. Vbi aduertẽda

ſunt duo. Alterum eſt, ꝙ dicuntur communia, quia ab exterioribus ſenſibus percipi habẽt, ſecun E
dum quandam ſenſus rationem, quæ illis omnibus eſt communis. Siquidem concipiendum eſt,
quinque exteriores ſenſus, conuenire in multis prædicatis quiditatiuis, quæ etſi dici poſſunt cõ-
munia, videtur tamen de quodam illorum peculiariter intelligendum eſſe, quo peculiariter eis
congruit præfata ſenſibilia ſentire apprehendereq́;; quod prædicatum innominatum eſt. Quare
non rectè dicunt, qui putant, ideo dici cõmunia, quia à pluribus ſenſibus perceptibilia: nõ quia
rem aſtruant falſam, ſed quia non afferunt rei huius baſim, vel rationem propriam. Nec etiam
eorum recipienda eſt ſententia, qui volunt ſic nuncupari, quia communi ſenſu, qui primus inte
riorum eſt, habeant apprehẽdi: id enim eſt falſum, vt D. docet Tho. 2. de Anima. tex. com. 65. & ſi
id Auerroes videatur ſentire. Reliquum eſt, ꝙ omnia quinque præfata, à viſu percipiuntur & ta-
ctu, tria autem, nempe, motus, quies. & numerus, ab alijs tribus ſenſibus. Et ratio forſitan eſt, quia
illud prædicatum, etſi omnibus cummune, nobiliori tamen modo, in viſu ſaluatur & tactu: er-
go & non mirum, ſi ad plura eius vis ſe extendit in eis.

Senſibile per accidens, vt Philoſophus inquit tex. com. 65. eſt, quod ſentitur quidem, ſed non
per ſpeciem ſuam, ſed per ſpeciem ſenſibilis proprij; ita tamen, ꝙ ab eo, nihil patiatur ſentiens. F
Vbi cõſiderandum eſt primò, ꝙ ſenſibile per accidens, vt communiter dicitur, duplicis eſt ratio-
nis: eo ꝙ aliquod eſt ſubſtantia particularis, & aliquod intentio eſt nõ ſenſata. Siquidem fatentur
omnes particularem ſubſtãtiam, aliquo interiori ſenſu percipi, ſed nullo pacto, exteriori ſentiri:
Fatentur & ꝙ ſunt intentiones quędam, ſicut eſt paternitas, maternitas, vtilitas, amicitia, &c. quę
non cadunt ſub ſenſu exteriori, ſed ab interiori, cogitatiua ſeu extimatiua, ſuapte apprehẽdun-
tur natura. Igitur de ijs loquendo, quæ ſenſibilia dicuntur per accidens, dicimus; ꝙ ſentiunẽ qui-
dem, ſed non per propriam ſpeciem. Conſiderãdum eſt ſecundò, ꝙ cum dicitur, ſenſibile per ac-
cidens, ſentiri: ſentiri non intelligitur per ſenſum exteriorem, ſed abſolutè, pro ſentiri, vel ſenſu
interiori, vel etiam intellectu: vt aliquando docet D. Tho. Conſiderandum eſt tertiò, cum dici-
tur non per propriam ſpeciem, ſed per ſpeciem ſenſibilis proprij, ita intelligendum eſſe: nempe
ꝙ ſubſtantia particularis, aut intentiones non ſenſatæ, nullam habẽt propriam ſpeciem in aliquo
ſenſu, tam exteriori, q̃ interiori. Siquidem nec in cogitatiua, nec in extimatiua reperiuntur;
quod intellige non virtualiter, ſed formaliter: quoniam ſpecies propriorum ſenſibilium in cogi
tatiua, cum ſint valde ſpirituales, nõ prohibentur parere ſuo modo, cognitionẽ ſenſibilium per G
accidens. Conſiderandum eſt quartò, cum dicitur ſentiens nihil pati ab eo; id iccirco verum eſ-
ſe, quia à ſenſibili per accidens, nulla in ſenſibus fit impreſsio.

Sed mox difficultas emergit; quo nam pacto ſenſus, puta cogitatiua, vel extimatiua cognoſcat
ſenſibile per accidens. Et dicitur, ꝙ ſuffodiendo quodammodo id facit. Siquidem ex ſpeciebus
ſenſibilium propriorum, quas habet, nõ tantũ ſenſibilia cognoſcit, vt tales res ſenſibiles, ſed ſub-
ingrediendo quodam pacto, & ad intima procedendo penetrandoq́; modo quopiam, cognoſcit
quæ præfatis ſenſibilibus proprijs, ſunt nedum annexa, ſed & ſub illis contenta, occluſaq́;: cuiuſ-
modi ſunt, vt diximus, intentiones non ſenſatę, & ſubſtantia particularis. Qua in re attendẽdum
eſt, ꝙ cogitatiua multa mirabilia facit: & quidem vt cõuenit cum extimatiua, noſſe habet ſubſtã-
tiam particularẽ, vt hęc, & vt hęc ſubſtantia, & vt terminus, alicuius operationis: vt dicit D. Tho.
quæ & præſtat nobiliori modo, quàm illa: quia etiam extimatiuæ vim, nobiliori obtinet mo-
do, vt omnibus conſtans eſt. Quibus adde, ꝙ ex eo ꝙ modo quopiam participat intellectum (eſt
enim in eadem animæ eſſentia cum illo) diſcurrere habet aliquo pacto, circa particularia: & attin
gere ad vniuerſale, imperfectum tamen & confuſum: Et ſi in neutrũ valeat, niſi vt actualiter ſub
actuali ſtat influxu intellectus, quemadmodum nec intellectus cognoſcit ſingulare directè, niſi H
vt participat cogitatiuã modo ſuo, & illa in ſuo ſit ſimul exercitio negociationeq́;. Propter quod
dicitur ꝙ cogitatiua cognoſcit, nedum ſubſtantiam particularem, vt ſubſtãtia particularis, ſed &
vt ſtat ſub vniuerſali: quo fit vt in tribus excellat extimatiuam, quo ad cognitionem: nempe in di
ſcurſu, quod extimatiuæ non conuenit, licet naturali inſtinctu, diſcurſui proportionabiliter ope
retur: in cognitione vel attinctione vlis, quod extimatiuę non conuenit: & in notitia ſubſtantię
particularis ſub vniuerſali, ad quod extimatiua non peruenit. Siquidem extimatiua cognitionẽ
non tranſcendit ſubſtantiæ particularis, vt ſubſtantia particularis eſt.

Tertium eſt, ꝙ nõ iniuria, aut ſine ratione ſenſibile proprium, dicitur ſenſibile per ſe primò,
& ſenſibile commune dicitur ſenſibile per ſe ſecundò: vbi attendenda ſunt duo. Alterum eſt, cur
vtrunq; dicatur per ſe: Reliquum eſt, quomodo verificetur, illud dici per ſe primò, & hoc per ſe
ſecundò. Quo ad primum, dicendum ideo vtrũq; dici per ſe, quia vtriq; ſenſibilitas congruit, vti

paſsio

A paſsio,& per hoc,in ſecundo modo dicendi, per ſe. Siquidem ſenſibilitas proprietas eſt vtriuſq;,
& per illam vtrúq; eſt ipſius ſenſationis actiuum: etſi altiori,nobilioriq; modo , hæc vera ſunt de
ſenſibili proprio,q̃ de communi,ſicut & pręſtantiori pacto ad ſenſationem cauſandũ habet ſeſe.
Qua in re attendendum, ꝙ ſenſibile proprium, ad ſenſationem habet ſe vt impreſsiuum ſpeciei
ſenſibilis,per quam fit ſenſatio:ſed ſenſibile commune, habet ſe vt modificatiuum,quodam pa-
cto impreſsionis ſpeciei prædictę. Siquidem concipiendum eſt, ꝙ ſenſibile proprium , ad hoc vt
agat in ſenſum,exigit vt modificetur per ſenſibile commune,ita ꝙ commune ſenſibile,ad impri
mendum concurrit vt modus,modificatiouè ſenſibilis proprij: ergo ſenſibile proprium,per com
mune modificatum,impreſsionem facit modificatam , & vt ſequitur, ſpeciem modificatam. Er-
go de primo ad vltimum,proprium ideo eſt per ſe ſenſibile, quia per ſe impreſsiuum eſt ſpeciei:
commune autem ideo ſenſibile eſt per ſe, quia per ſe modificatiuum impreſsionis,ſpecieiq; im-
preſſę,quod tẽtabamus inferre. Et hæc quæ de communi ſunt dicta, præſertim ꝙ modificatiuum
eſt per ſe, intelligenda ſunt de communi ſenſibili formaliter, hoc eſt, quatenus commune ſenſi-
bile: quoniam commune ſenſibile, vt res talis(quod eſt ipſum materialiter ſumi)eo in ꝙ talis res,
poſſet fortè contingere, ꝙ imprimeret ſpeciem, ſicut ſi fingatur quempiam tangere cœlum Lu-
B næ:cum enim non ſit calidum vel frigidum,aliauè tangibili affectum qualitate,palam ꝙ ſi ſenti-
retur,non ſentiretur per ſenſibile proprium ſenſus tactus.

Quòd ſi quæratur,an vno eodemq; pacto, an alio & alio,ſenſibilitas de vtroq; dicať ſenſibili;
reſpondetur ꝙ cum ſenſibilitas tribus valeat accipi modis:nẽpe pro ſenſibilitate ſenſibilis pro
prij,quæ dici poteſt ſenſibilitas impreſsiua,& pro ſenſibilitate ſenſibilis communis,quæ dici po-
teſt modificatiua,& abſolutè pro ſenſibilitate ſcilicet vt abſtrahit ab vtràq; modo ſuo : palam ꝙ
nequit vno verbo res abſolui. Dico ꝙ ſenſibilitas poteſt tribus accipi modis:quod de ſe manifeſtũ
eſt. Siquidem riſibilitas hominis,& alię rerum paſsiones ſeu proprietates,conſimilem admittunt
diſtinctionem:nã poteſt riſibilitas ſumi,pro riſibilitate ſpecifica,pro Socratica,& pro abſtrahen-
te ab vtraq;. Dico ꝙ nequit queſtio,vno verbo reſolui ; quia ſi creditur, ſenſibile proprium , di-
ctum per ſe ſenſibile, à ſenſibilitate impreſsiua,& commune à modificatiua: conſtat ꝙ nõ dicun-
tur ab vna & eàdem ſenſibilitate. Siquidem impreſsiua & alia,& alterius eſt rationis à modificati
ua. Si creditur , tam ſenſibile proprium q̃ cõmune , dici ſenſibilia per ſe, à ſenſibilitate abſolutè:
palam ꝙ tunc ab vna & eadem denominabuntur ſenſibilitate: vna inq̃, & eadem, ſi non ſimplici
ter analogicè:quod & communiter videtur intellectum,cum dicitur ꝙ per ſe ſunt ſenſibilia nũ
C cupata. Quod & ni ſallor, ſatis eſt conſonum.

Quo ad ſecundum, præmittẽdum eſt, ꝙ aliquid dici per ſe primò tale, poteſt tribus modis in-
telligi. Et primo, primitate, vt ſic loquar, adęquationis ſubiecti, eo pacto, quo riſibile per ſe pri-
mò competit homini (eſt enim homo adæquatum illius ſubiectum) Deinde primitate prædica-
tionis analogicę, ſicut dicimus, ſanum animali competere per ſe primò, quod non dicitur de vri-
na, de cibo, & alijs quibus conuenit nomẽ ſani:& eſſe ens cõpetere per ſe primò ſubſtãtię,& non
accidenti. Siquidem ſicut animal eſt primum analogatum ſub ſano, ita & ſubſtantia eſt primum
analogatum ſub ente. Tertio primitate principalis cauſæ, eo pacto, quo Deum dicimus per ſe pri
mò cauſam omnis creaturæ , & cœlum corruptibilium rerum . Eodem modo diſtingui poteſt,
& per ſe ſecundò : vt dicatur aliquid alicui competere per ſe ſecundò, ſecunditate (ſi ſic loqui li-
ceret) recipientis ſubiecti, ſicut eſſe riſibile, conuenit Socrati ; non enim illius eſt adæquatum ſu-
biectum, & ob id non primò, ſed ſecundò illi habet conuenire per ſe. Deinde, vt dicatur ſecun-
ditate prædicationis analogæ , ſicut eſſe ſanum competere diceretur vrinę, & eſſe ens accidenti;
ſunt enim ſecundo analogata. Tertio ſecunditate cauſæ . Siquidem omnes aliæ cauſæ à prima,
D quæ cauſant per ſe , non cauſant per ſe primò , ſed ſecundò : vt cuiq; compertiſsimum eſt. His
præacceptis, ad rem progrediendum eſt.

Dicendum igitur, ꝙ ſuſtinendo ſenſibile proprium & commune , à ſenſibilitate denominari
abſolutè ſumpta, ſenſibile proprium, dicitur ſenſibile per ſe primo, ſecundo, ac tertio primitatis
modo:& ſenſibile commune dicitur, ſenſibile per ſe ſecundò , ſecunda ac tertia ſecundatis acce-
ptione. Prima pars patet, eo ꝙ ſenſibile proprium, primum & principale eſt analogatum ſub ſen
ſibili,& eſt principale actiuum in ſenſum: Secunda quoq; eſt conſtans, eo ꝙ ſenſibile cõe, & ſe-
cundum eſt analogatum ſub ſenſibili,& ſecundariò eſt actiuum in ſenſum, vt ex pręmiſsis mani-
feſtum eſt. Hunc intellectum habet, ni fallor, Commentator in illa propoſitione : non enim vo-
luit (licet id multi illi aſcribant) ꝙ ſenſibile proprium eſſet per ſe primò ſenſibile, primitate adę-
quati ſubiecti , quoniam illud non eſſet verum , niſi reſpectu ſenſibilitatis impreſsiuæ , & non
abſolutè

abſolutè ſumptæ,de qua tamen Commentator intelligit. Nec eſſet verum, ꝙ ſenſibile commune,diceretur ſecundò ſenſibile, ſecunditate receptiui ſubiecti: quoniam cum non contineatur ſub ſenſibili proprio, vti pars ſubiectiua,non poteſt ei propriè formaliterue,iſta ratione ſenſibilitas ſenſibilis proprij conuenire. Et præter hæc, ſenſibilitas modificatiua ei per ſe primò,primitate conuenit adæquati ſubiecti & non aliter. E

Senſus quid ſit:& quotuplex.

Senſus dictus eſt ab aptitudine ad ſentiendum, quæ dici poſſet (ſi loquendi vſus admitteret) ſenſitas,ſeu ſenſiuitas:ſicut & à ſenſibilitate ſenſibile, ſicut explicatum eſt. Vbi cõſideranda ſunt tria:Primum eſt,quid præfata ſit aptitudo, in quo conueniat cũ ſenſibilitate, & in quibus differat ab illa. Ergo aptitudo prædicta,vis quædam eſt cognitiua,reperta in potẽtijs animę ſenſitiuæ velut in radice,& ſi in animali vel illius organis vt in ſubiecto.Concipiendum enim eſt,animam in corpore exiſtentem multas comitari vires,quas potentias dicunt, non ſecus ac truncum rami, vel radicem arboris ramuſculi:hæ ſunt accidentia animæ & proprietates quædam;ideo potentię nuncupatę,quia ad operandum,per illas,anima ſeu animal redditur potens. Et poſſunt dupliciter diſcuti,vno modo vt ſunt accidentia,alio modo vt vim habẽt ad operandum:hoc eſt,ſentiendum. Vt accidentia dicuntur eſſe in genere rei,vt vim habent, dicuntur eſſe in genere ſenſus: illo modo dant eſſe accidentale,iſto dant eſſe ſenſitiuum. Poteſt dicta vis cõcipi,vt actualitas quędam, quaſi vt de ſenſibilitate dictum eſt, ſua tamen pro ratione: propter quod dicendum eſt, in quibus conueniunt. Vbi dico ad præſens,ꝙ conueniunt in duobus: in genere inq̃, & in eſſe tale; vt quo. In genere quidem,ſumendo genus,non tantum pro genere prędicamentali,quantũ pro coordinatione ac ordine rerum,eo pacto.quo omnes res mundi in duo reducuntur genera, ſenſibilium, ſcilicet & intelligibilium: ſunt ergo ambo in eodem genere, quia ambo in ſenſibilium ordine, licet,& cum hoc,in genere ſint qualitatis. Sunt quoq; ambo,talia vt quo:quoniam ſicut ſenſibilitas eſt, qua ſenſibile,& eſt,& denominatur ſenſibile, & operatur per modum ſenſibilis, ita & ſenſitas vel ſenſiuitas eſt, qua ſenſus, & eſt, & dicitur, & operatur per modum ſenſus. F

Differunt autem in tribus ad præſens:in origine,in actualitatis ratione,in ratione operandi vt quo. Differunt in origine:quia ſenſibilitas, vt dictum eſt, rẽ comitatur corpoream, qualitatibus affectam tertiæ ſpeciei, ex eo, & pro quanto, ſubſtantias participat ſeparatas. Senſitas autem ſeu ſenſiuitas, pro ſua habet originẽ & radicẽ, animam animalis, ex eo ꝙ inde pullulat vti à primo fonte. Differunt in actualitatis ratione:quia licet ùtraq; ſit actualitas quædam, vt diximus, ſenſibilitas tamẽ,eſt actualitas perfectiua,ſenſitas vel ſenſiuitas eſt perfectibilis, propter quod illa nobilior eſt. Vnde & dici conſueuit,ꝙ ad inuicẽm habent ſe,vt potentia ad actum, in eodem genere,ſenſibilium ſcilicet,vti prætactum eſt. Differunt in ratione operandi, vt quo:quoniam ſenſibilitas habet rationem operãdi vt quo,per modum penetrantis,propter quod eius ratio operandi, ratio eſt principij purè actiui:at ſenſitas ſeu ſenſiuitas rationem habet operandi, vt quo, per modum imbibentis,propter quod, nõ eſt ratio purè actiui. Siquidem neceſſe eſt prius recipere, &deinde receptum imbibere:& ſenſitate vel ſenſiuitate mediante recipitur,imbiturq; ſenſibile. Quod ſi cupis id aliqua ſaltem ex parte percipere (paulo enim poſt dicetur diffuſè) cogita ſenſibile adeo coniungendum eſſe ſenſui, vt ex illo ac ſenſibili fiat magis vnum,q̃ ex materia & forma:immo ꝙ non tantum fiat vnum,ſed ꝙ vnum fiat alterum. Adde & ꝙ dici poſſunt differre ſenſibilitas & ſenſitas,ſeu ſenſiuitas,etiam in ratione operandi vt quo, reſpectu ipſius ſentire; eo ꝙ ſenſibilitas habet vim ſpecificandi illud, & ſenſitas ſeu ſenſiuitas ſubſtantificandi illudmet. Propter quod dici ſolet, ꝙ in ſenſatione, ſenſus facit ſubſtantiam,& ſenſibile facit ſpecificationem. Sed & de hoc ad plenum paulo poſt. G

Solent ſenſus diſtingui,in exteriores,& in interiores: illi ſunt quinque, & omnibus noti, iſti etſi ab Auicenna creduntur totidẽ,melius tñ ſentit Auerroes,qui voluit eſſe tñ quatuor:videlicet,ſenſus cõis,imaginatiũa,cogitatiua ſeu extimatiua, & memoria ſeu reminiſcia: de quib' aſt. H

Quo pacto,& quot modis,ſenſibile vniatur ſenſui.

Quoniam ùtraq; ſunt connexa,ſimul ſunt pertractanda,& tria erunt dicenda: videlicet quem ſtatum exigat ſenſibile,ad hoc,ꝙ vniatur ſenſui: quot valeat vniri modis: & quo pacto vniatur ſecundum vnumquemq;.

De primo dicendum,ꝙ ſenſibile, ad hoc ꝙ vniatur exigit ſtatum immaterialem,ſeu ſpiritualem ſi mauis:eo ꝙ omnis cognitio in materialitatem aliquam poſtulat,ſequiturq;: ergo & ipſum ſenſibile ſpiritualizari aliquo modo neceſſe eſt. Quod vt fiat, natura prouidit ei, de ſtatu intentionali: ad quem anteq̃ vniatur,reducendum eſt. Qua in re conſiderandũ eſt,omnia entia mundi

realia,

A realia, diſtingui à Philoſophis in naturalia, & intentionalia: illa ſunt à natura intenta, vt termini quodam pacto, vt quæ quæruntur vt res per ſe communi lege: iſta ſunt intẽta, vt viæ quodammodo, quia vt tendẽtia in aliud à ſe, ſicut ſunt rerum ſimilitudines. Ad tale igitur eſſe intentionale, reducendum eſt ſenſibile, vt dictum eſt: nam puta coloratum, ſi debet vniri viſui, neceſſe eſt vt prius illius ſimilitudo producatur in medio, & in organo viſus. In qua ſimilitudine continetur ipſum coloratum, nõ materiali ſed immateriali ſeu ſpirituali modo: quare in tali ſtatu repertum, ad oculum coloratum pertinget ipſiq; vnietur, eo pacto quo immediatè dicetur.

De ſecundo ergo dicendum eſt, ꝙ duobus modis contingit, ſenſibile prætacto modo ſpiritualizatum vniri ſenſui: vno modo, in genere rei, ideſt vt res quędã: alio modo in genere ſenſibilis, ſeu ſenſus, ideſt vt ſenſibile, & ſenſus eſt &c. Vbi attendendum, ꝙ ſicut ipſe ſenſus, accipi poteſt, vt res, & vt ſenſus, eo ꝙ potentia ſenſitiua accipi poteſt, vt quoddam accidens, & vt quædam vis, ſicut dictum eſt: ita & ipſa intentionalis ſimilitudo, puta colorati, poteſt dupliciter diſcuti: vno modo vt res, & ſic eſt accidens quoddam, alio modo ratione colorati in ſe contenti, vtq; gerit vicem illius, & ſic indubiè, eiuſdem eſt naturæ cum eo: quin & ipſum eſt coloratum, ſed in eſſe vel ſtatu ſpirituali. Igitur cum duo reperiantur, tam ex parte ſenſus, q̃ ſpeciei vniendæ ſenſui, ratio
B inq̃ rei, & ſenſibilis ſeu ſenſus: conſequens eſt, ꝙ duobus modis poſsit eorum vnio imaginari: in genere inq̃ rei, ſecundum, ꝙ vt res, & res vniuntur, & in genere ſenſibilis, ſeu ſenſus, ſecũdum ſcilicet ꝙ vt ſenſibile & ſenſus copulantur.

Verũ attendendũ, ꝙ ſenſibile vt ſenſibile, & ſenſum vt ſenſum vniri vel copulari, poteſt duobus adhuc modis intelligi: vno modo, vt vniatur ad modum ſomni, alio modo, vt vniatur ad modum vigiliæ. Dicit autẽ Caietanus, ꝙ ſenſibile vnitur ſenſui ad modum vigiliæ: eo ꝙ ſenſus ſunt in actu primo à generante, & id ait, & rectè, ex intentione Philoſophi. 2. de Anima tex. com. 59. Vbi docetur, vim ſenſitiuam, eſſe vim iuuenis, & non vti vis pueri ad pugillandum, vt ſubdit. tex. com. 61. Quo fit vt ſemper, cum ſenſibile vnitur ſenſui, vti ſenſus eſt, neceſſe ſit ipſum ſentire, ſeu ſenſibiliter immutari. Hęc Caieta. ſententia, & ſubtiliſsima, & veriſsima eſt; dummodo apprehendatur vt debet. Et quoniam ipſe illam manifeſtat vberrimè: non eſt opus in præſentia laborare. Verùm tres dubitationes, quæ videntur in promptu, non diſsimulabo: & ſi melius ſentienti, lubens cedam ſubſcribamq;.

Prima eſt, Num quę tradit, de omnibus, tam internis, q̃ externis verificẽtur ſenſibus. Ad quã,
C reſpondeo, me non habere rationem cogẽtem, pro vna magis, q̃ pro altera parte. Siquidem cum intueor vicinitatem internorum ad intellectum, ſuſpicor illos in potentia eſſe ad duas mutationes, ſicut & intellectus noſter. Quod & confirmatur, quia duo eorum ſaltem, imaginatiua & memoria, ſenſibilia per modum retinent ſomni. Verùm cum pondero, ꝙ ſunt ſenſus, & ꝙ natura ſenſus vim continet vti iuuenis; rem aliter iudico. Quam ob rem videtur ꝙ vtrunq; defendi poteſt: inclinor tamen in mediam quandam opinionem, vt dicam apprehẽſiuas internas, in potentia ad vnicam tantum mutationem, conſeruatiuas autem, ad duas. Ergo apprehenſiuæ tantum mutabũtur ad modum vigiliæ, & conſeruatiuæ ad modum vigiliæ, & ad modum ſomni. Verùm abundet quilibet in ſententia ſua.

Secunda eſt, Num ſtando in latitudine externorum ſenſuum, verum ſit omnes & ſingulos, in quo volueris animalium, ita habere ſeſe, vt in potentia ſint ad vnam mutationem præciſè. Ad quam reſpondeo (ſaluo meliori iudicio) ꝙ ſolum id in animalibus ſaluatur perfectis: at in imperfectis non videtur neceſſe, immo nec fortè eſt conſonum rationi. Fundamentum eſt, quia ſicut vnumquodq; habet per ſenſum ꝙ ſit animal, ita & per perfectos ſenſus ꝙ perfectum ſit animal, & per imperfectos, vt imperfectum ſit ſimiliter. Igitur puto ꝙ in animalibus imperfectis, vt ſunt
D oſtreę, ſpongiæ, lumbrici, ſenſus in potentia ſint ad duas mutationes, &c. Tertia eſt. Cur intellectus noſter, in potentia ſit à natura conſtitutus, ad duas mutationes, & ſenſus ad vnicam: cum tamen natura magis ſit ſolicita de nobilioribus ac pręſtantioribus rebus, ſicut & ratio ac ſanum iudicium exigit. Verùm reſponſio, non eſt difficilis: ſi quæ proximè ſunt allata, comprobẽtur vera.

Dicẽdum igitur erit, ꝙ cum èadem ſit, quodam pacto, proportio intellectus humani ad intellectum angelicum, ſeu ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ eſt lumbrici ſeu animalis maximè imperfecti, ad hominem ſeu animal valde perfectum, & ſenſus illius ad ſenſum iſtius: non indoctè, noſter intellectus conferetur cum ſenſu animalis, non perfecti ſed imperfecti, quo ad eſſe in potẽtia ad mutationem vnam vel duas. Ergo dici haud immeritò poterit; ꝙ licet ſimpliciter & abſolutè loquendo, natura magis ſolicita ſit erga præſtantiora, ſolicitudo tamen eius eſt verſus vnumquodq;, vt lex naturæ exigit. Quare conſonat, ꝙ ſicut ſolicitudine debita erga ſenſus, non deeſt, & infimis &

ſupremis: ita & ſolicitudine debita erga intellectus, præſto omnibus adeſt, vnicuiq; ſua pro ratione. Ergo ſicut ſenſibus adeſt aliquando ad vnam, aliquando ad duas mutationes, ſolicitudine opportuna, ita & intellectibus aliquando adeſt ad vnam, & aliquando ad duas, ſolicitudine quæ illis vt præſtantioribus rebus debita eſt. Ex quibus facilè difficultas euacuata eſt. E

De tertio dicendum eſt, ꝙ quando ſenſibile vnitur ſenſui in genere rei, fit vnio accidentis & ſubiecti, ſicut cum albedo vnitur parieti. Et ratio eſt, quia per talem vnionem, ſenſus non fit ipſum ſenſibile in eſſe ſenſibili ſpirituali &c. ſed res quæ eſt ſenſus, recipit ſpeciem ſenſibilis intentionaliter, per quam etſi fit in actu, etſi accipit denominationem, non tamen fit in actu vt ſenſus eſt, & recipit eſſe accidentale, & denominatur ab ea ſicut ab intentione, ſicut aer denominaretur ex coloris intentione coloratus, aut ſpeculum denominaretur tale, ex impreſſa in illo ſimilitudine. Quãdo autem vnitur in genere ſenſibilis vel ſenſus, fit vnio per modum, vt tactum eſt, imbibitionis: adeo ꝙ ſenſibile in genere ſenſibili ſpirituali, imbibitur ac (vt ſic dicaſ) & abſorbetur à ſenſu, vt ſenſus eſt. Quam tñ imbibitionem ſeu abſorptionem, & mirã methamorphoſim, cũ de intellectu ac intelligibili egimus, plenius diſputatũ eſt. Quare hæc pauca in pſenti ſint ſatis.

Sentire quid ſit: Et quo pacto contingat. F

Sentire, quandoque dictum eſt, eſſe ſentientis vt ſentiens eſt: quandoque ſentientis operatio, puta ſenſatio ipſa: & vtrunque eſt verum. Cum enim ipſum ſentire, re vera ſit eſſe, non quodcunque, ſed vitale, conſtat ꝙ nihil habebit abſurdi, ſi quandoque nomine exprimatur operationis: & ſi licuit Ariſtoteli dicere, ipſum viuere, modo eſſe, modo opus viuẽtis, vt in 2. de Anima, cur non licebit & eàdem & maiori adhuc ratione: conſimilia admittere de ipſo ſentire? Et vt res ſit illuſtris, aduertendum, ꝙ cum dicitur ſentire, fore eſſe ſentiẽtis, vt ſentiens eſt; ipſum ſentiẽs accipitur non tantũ pro ipſo ſuppoſito ſentiente, ſed & maximè pro ſenſu in actu, quatenus ſenſus eſt: quod perinde eſt, ac dicere, pro ſenſu vt imbibitum habet ipſum ſenſibile ſenſibiliter. Ergo concipiẽdum eſt, ꝙ ſenſum ſic ſe habentẽ, ipſum ſequatur ſentire; quod & eſſe, & operationis rationem ſubeat: Verùm qua id ratione dictum ſit, ex proximè ſubiungendis, manifeſtũ eſt. Ergo de modo dicamus.

Modus, quo contingit ipſum ſentire, ſolet quandoq; explicari, ꝙ progreditur à ſenſu & ſenſibili, velut à duobus agentibus partialibus, ſic ꝙ à ſenſu ſit ſentire ſubſtantia, & à ſenſibili ſentire ſpecificatio, ſeu determinatio: quandoq; verò (& altius excellẽtiusq;) dici, ꝙ progreditur ab ipſo G ſenſu in actu, ſicut à per ſe primo agẽte. Vtrunq; à Caietano probatur, ſed poſterius magis: & meritò iudicio meo. Verùm præſtat id explicare. Concipere ergo debemus, ꝙ adueniẽs ſenſibile ad ſenſum, ſecum ſuum afferat eſſe (venit enim in concreto, puta album in eſſe intentionali ad ſenſum viſus) afferat inq̃ eſſe, non materiali, ſed ſpirituali ſeu intentionali modo, eſſe inq̃ eſſentiæ, quod in compoſitione, ſuo cum ſubiecto, quodam pacto conſiſtit. Cum ergo vnibile vnitur ſenſui, in genere ſenſus, haud dubium, vnionem illam, ab vnione, eiuſmet ſenſus, vti res eſt, precedi: Nec ambigendũ pariter, vnionem eſſe per ſenſibile allatam, in eſſe vitali; & ratione ſenſationis eiuſmet eſſe, in eſſe rei (quæ accidentalis eſt) preueniri.

Ergo, in eo priori, in quo eſſe vnitur allatum, fitq; ſenſus in actu vt res eſt, licet eſſe illud, à ſolo pendeat ſenſibili ex parte ſpecificationis realis, & ſenſu velut à ſubiecto & quaſi ſubſtantialis portionis largitore; mox tamen vitale cum redditur, & per hoc ſentire ſeu ſenſationis vim & rationem induit, ab ipſo intellectu in actu, vt à per ſe primò agente eſt. Nec obſtat, ꝙ ſentire dicatur pati: quoniam hæc non excludunt ſeſe. Vbi recolendum eſt, ꝙ ſentire poteſt dici pati, tribus modis: nempe cauſaliter, formaliter, & conſequenter: primo & tertio modo, eſt pati, & ſi non ſecundo. Non inq̃ ſecundo, quoniam ſentire, eſt formaliter agere, cum ſit vitaliter operari. Declarantur hæc, & nulli erunt non probata. Sentire eſſe cauſaliter pati, nihil aliud eſt, q̃ ſentire ex paſſione cauſari proficiſciq;. Quod ideo verum eſt; quia ex receptione, ſeu paſſiua ſenſibilis imbibitione in ſenſu, ad quam ſenſus habet ſe pure paſſiuè, cauſatur. H

Sentire, eſſe pati formaliter, idem eſt dictu, ac ꝙ in ſua formali ratione, nõ eſt actio ſed paſſio: quod vt oſtenſum eſt, non eſt verum: tam etſi rectius dicitur, ſentire fore quoddam eſſe vitale, q̃ agere, vel pati: in quo tamen aliquid relucet operationis ſaltem modaliter: propter quod dici valet formaliter actio, & non formaliter paſſio. Sentire eſſe pati conſequenter, eſt illud comitem habere paſſionem: quod & verum eſt. Cum enim ſentire, actio ſit immanens, oportet ꝙ in ipſo recipiatur ſentiente, & ob id, ꝙ ſine aliqua paſſione non ſit. An autem recipiatur in ipſo ſenſu in actu per ſe primò, quemadmodum ab eo proficiſcitur per ſe primò, non eſt opus multa diſcuſſione, ſed ſatis conſtat ꝙ non, quia in ipſo ſenſu, ſecundùm ꝙ eſt in potentia recipi habet, & non

ſecundum

A ſecundùm q; in actu eſt: eo q; recipere vnicuiq;, non ex actu, ſed ex potentia congruit. Et hæc ſatis ad præſens. Modo pauca, de viſibili & viſu.

De viſibili & viſu.

Circa obiectum viſus, quod viſibile dicitur: quædam animaduertenda ſunt. Primum eſt, q; ſicut ſenſibile dictum eſt à ſenſibilitate, ita & viſus à viſibilitate, quę & ſenſibilitatis eſt ſpecies, vel quaſi ſpecies. Quod dico, quia non conſtat, ſenſibilitatem eſſe vniuocam, an analogam, vt probatius multis eſt. Id tamen eſt indubitatum, q; ſicut ſenſibilitas, eſt ſenſibilis paſsio fundamentaliter ſumpti, ita & viſibilitas viſibilis, eodē modo accepti: ſicut & Ariſto. docet 2. de Aia. tex. cō. 67.

Qua in re conſiderādum, q; res viſibilis, prout ſumitur ab Ariſto. vbi ſupra, à tex. cōm. 66. vſq; ad 77. eſt multiplex: aliqua eſt res colorata, aliqua eſt res lucida: & hæc diuiditur, quia quędam lucida ſimpliciter, vt Sol, quędam ſecundum quid, vt putrida quercus. Quo fit, vt viſibilitas conſequatur hæc omnia ratione alicuius gradus communis, & ſi innominati: & ſi fortè non eadem pręcisè ratione participati à ſingulis. Sicut enim alia eſt natura colorati, alia lucidi; ita & gradus quē viſibilitas ſequitur, quodam pacto, habet ſe aliter & aliter in eis. Ergo alia & alia eſt viſibilitas colorati, alia lucidi ſimpliciter, & alia lucidi ſecundum quid.

B Siquidem viſibilitas colorati, non eſt in ſtatu actuali completouè, niſi medium ſit de facto lucidum: propter quod colores in tenebris, non ſunt actu viſibiles. Viſibilitas ſimpliciter lucidi, ſemp eſt in ſtatu actuali ſimpliciter, nec mediū exigit ab alio illuminatū: ſed viſibilitas lucidi ſecundum quid, eſt in ſtatu actuali, quem nata eſt habere in tenebris. Ex quibus habetur, q; colorata, videntur tantū in die, aut in lumine proportionali: lucida ſimpliciter, & in die, & in nocte: lucida ſecundum quid in nocte tantum. Siquidem eorum lumen offuſcatur in die. Hæc omnia ex Philoſopho, vbi ſupra.

Secundò animaduertendum, q; in hac materia dici ſolet, quid ſit Diapahnum, quid lumen: an colores in tenebris ſint actu colores, & alia conſimilia. De quibus aliqua tantum attingam. Corpus Diaphanum, eſt corpus tranſparens, ſic dictum, quia tranſitum præbet rei apparenti; ſicut conſtat de aere, aqua, vitro, cœlis &c. in quibus res viſibiles, quæ res dicuntur apparentes, intentionaliter tranſeunt ac deferuntur ad viſum. Et exigit tale corpus tres conditiones, vt Alber. refert. Prima, q; ſit rarum, vel ęquiualenter, quod dico, propter eos, qui nō audent dicere cœlum eſſe rarum (& ſi id dicant ſine ratione:) ſecunda, q; ſit ſubtile: tertia, q; ſit imateriale, ideſt parum habens de materia.

C Solet & diſtingui Diaphanum, in ſimpliciter, & ſecundum quid. Simpliciter eſt diaphanum peruium, & interminatum aliqua opacitate: ſecundum quid, eſt diaphanum terminatum, & habet latitudinem, ſecundum magis & minus, vt conſtat de ſpeculo, ſphera, Incētibus, & coloratis. Lumen quid ſit, multæ narrantur opiniones, tum à D. Thom. tum ab Alber. 2. de Anima: dnę tamen ſunt magis celebres, altera dicens q; eſt qualitas intentionalis, & reliqua q; eſt naturalis. Sed veritas eſt ex tribus conſtans: nempe q; lux non eſt ſubſtantia lucidi, ſed vis illius actiua, & eſt in tertia ſpecie qualitatis: quòd & intentionale & naturale eſſe complectitur, vt aliquando etiam Caietanus aduertit: & q; differt quodam pacto à radio & ſplendore.

Vnde ſolet dici, q; luminare eſt corpus lucidum, ſeu lucem habens in magna copia, vt Sol, Luna, & Stellæ. Lux eſt id, quo luminare lucet, lumē eſt participatio lucis ī medio, ex luminaris diffuſione. Radius eſt idē quod lumē, ſed per directū: & ſplēdor refulgentia luminaris in come, &c.

THEOREMA QVINTVMDECIMVM, SEV REGVLAE IN CALCE SEPTIMI PHYSICORVM.

D

Poſitę, excuſſæ: ac genuino ſenſui redditę.

ARITOTELES in ſeptimo Phyſicorum libro, à tex. com. 35. vſq; ad 39. qui totius libri poſtremus eſt, aliquot tradit regulas, pro explicandis motuum proportionibus opportunas: quarum vna eiuſmodi eſt. Si tanta virtus, mouet tantum mobile, in tanto tempore, per tantum ſpatium: illamet virtus, vel alia ſibi æqualis, mouebit dimidiatum illud mobile, per idem ſpatium in dimidio tempore. Hæc regula videtur pati oppoſitionem, & multis ſatis difficilem. Apparet enim ex hac regula ſequi hoc incōueniens: nempe q; maior virtus mouebit eiuſdem rationis mobile, per idem ſpatium in æquali tempore, cum virtute minori. Quod eſt m aniſeſtum inconueniens: tum quia in præſente regula, ſermo eſt de virtute

m mouente

mouente naturaliter,& ob id mouente ſecundùm vltimum de potentia: tum quia repugnat iis, quæ Philoſophus tradit.8.Phyſic.tex. com.78.& 79. E

Deducitur conſequentia. Sit virtus vt octo, quæ moueat mobile, vt quatuor, per vnum miliare in vna hora (caſus vt conſtat eſt poſsibilis) ſit quoq; mobile vt octo, & moueatur per miliare, ſed tardius mobili vt quatuor, ſupradicto, puta in duabus horis: Et hic caſus nullam impoſsibilitatem habet. Inueniatur autem virtus motiua, quæ ad ipſum mobile vt octo in tali proportione ſe habeat, quæ ipſum mouere ſufficiat, quę erit fortè, virtus vt decem. Nam hęc videtur habere ſe ad mobile vt 8. in proportione duplo minori, q̃ ſe haberet virtus vt 8. ad mobile vt 4. Nec ſit modo difficultas, an ea virtus ſit præciſè vt decem, an non: quoniam ſatis eſt propoſito, ꝙ illa, maior erit virtus q̃ octo, aliàs motus à proportione non proficiſceretur maioris inæqualitatis. His ſtantibus, vtatur quis præmiſſa regula, & dicat. Si tanta virtus, puta vt decem, mouet tantum mobile, puta vt octo, per tantum ſpatium, puta miliare, per tempus duarum horarum: illamet virtus, per regulam dictam, mouebit dimidiatum mobile, per idem ſpatium in vna hora: ergo decẽ, mouebunt quatuor, per idem ſpatium, in æquali tempore in quo mouent octo. Ergo maior & minor virtus, in ęquali mouebunt tempore idem mobile per tantundem ſpatium.

Ad hanc tollendam difficultatem, quidam negant caſus, quidam admittunt caſus, ſed dicũt ꝙ ad inuicem ſunt incompoſsibiles, quidam deniq; cõcedunt & caſus, & compoſsibilitatem, ſed dicunt ꝙ malè arguitur ſecundum regulam Ariſto. eo ꝙ illa regula non tenet, niſi quãdo virtus motiua ſe habet ad mobile in proportione dupla, & non aliter: conſtat autem ꝙ virtus vt 10. non ſe habet ad mobile vt 8. in proportione dupla: ergo &c. Verùm nulla harum reſponſionũ eſt efficax ad tollendam difficultatem: ſed inanes ſunt euaſiones. Et prima quidem eſt inanis, non aduertens, diuerſas eſſe proportiones motiuarũ virtutũ ad mobilia eadem, vel diuerſa: aliàs motus, non foret velocitabilis, vel retardabilis in infinitum, cõtra id, quod traditur. 6. Phyſi. tex. com. 15. Cum ergo, præmiſsis in caſibus, non ſit aliud q̃ diuerſa proportio motiuæ virtutis ad mobile, nõ põt, niſi à proteruo negari. Secunda eſt non minus inanis, cum nulla appareat diſſonãtia, ſi duo ponantur motus ſimul in duobus mobilibus eiuſmet ſpeciei: quorum alter ſit velocior reliquo. Quin & experientia facilè eſt rem deprehendere, ſi quis illud attentet. Tertia etiam eſt inanis, tũ quia voluntariè aſſertur, ac ſine ratione reſtringit regulam Ariſto. tum quia & D. teſtatur Tho. eã regulã eſſe generalem, & in omnibus veritatẽ habere, dummodo ea quis vtatur rectè, ſiue vis motiua ad mobile habeat proportionem duplam ſiue triplam, ſiue centuplam &c. F

Vt ergo meo pro captu rem explicẽm: duo attingam. Alterum eſt illuſtris intellectus regulæ: Reliquum eſt ſolutio difficultatis. Quo ad primum, ſinguli excutiendi ſunt termini, ſeu ſingulæ terminorum complexiones: ſunt enim ſex; tanta virtus, tantum mobile, tantum ſpatium, tantum tempus: Dimidiatio mobilis, & dimidiatio temporis. Quarum tres ſunt ſatis claræ, nempe tantum ſpatium, tantum tempus, & dimidiatio eius: ſiquidẽ quantitas ſpatij, illius eſt longitudo, puta vnius miliaris: ſimiliter quantitas temporis eſt illius duratio, puta vnius horæ: Dimidiatio quoq; temporis altera illius eſt pars, quando in ęquales diuiditur partes. Reliquarum autem cõplexionum termini, non ſunt ita illuſtres: quare de ſingulis pauca. Ergo primùm illuſtranda eſt, quæ dicit, tanta virtus: & attendendum ꝙ motiua virtus poteſt dici quanta dupliciter. Vno modo abſolutè: alio modo formaliter, in eo ſcilicet ꝙ virtus motiua. Dico igitur ꝙ ſermo eſt, de quantitate virtutis motiuę, non abſolutè ſed formaliter. Declarantur hæc, & patet. Et quidem ꝙ motiua virtus, vtroq; quantificari valeat modo: vel inde eſt manifeſtum, ꝙ dupliciter in ea poteſt accipi latitudo, abſolutè, & vt motiua. Ad cuius perceptionem attendẽdum, ꝙ eamet virtus motiua habet niti contra reſiſtentiam mobilis, & habet illi præualere, cum habeat mouere illud: & ob id non immeritò in illa conſiderandi ſunt gradus quibus reſiſtit, & quibus præualet mouetq;: & hi ſunt proprij motiuæ virtuti, prout motiua eſt. G H

Ergo etſi motiua virtus, ſecũdum omnes gradus, re ipſa motiua virtus eſt: quia tamen non ſecundum omnes exercet formaliter motionem, ſed ſecundum aliquot tantum, quia non ſecundum eos quibus reſiſtit, ſed ſecundum eos, quibus excedit: formaliter ſecundum illos, vt motiua graduanda eſt. Exempli gratia. Si ſit virtus motiua, vt octo, puta calefactiua, quæ calefaciens habeat calefactibile reſiſtens vt quatuor; ipſa virtus dicetur calefactiua formaliter loquendo, nõ ſecundum quatuor gradus quibus contra reſiſtit, ſed ſecundum quatuor quibus excedit; quoniam ſecundùm hos tãtum efficit motionem. Nec modo ſit curæ, an omnes prædicti gradus, quos octo diximus, ſimul reſiſtant, & ſimul moueant, vel potius quatuor reſiſtant, & quatuor moueant: quoniam etſi omnes c. nce dantur reſiſtere, & omnes mouere, vt fortè veritas habet, eorũ tamen

efficacia,

A efficacia, ſolum eſt quatuor graduum motionis, & quatuor reſiſtentiæ: quoniam erunt, ſi ſic loqui licet, ſemiocto mouentes, & ſemiocto reſiſtentes, qui æquiualent quatuor gradibus integris. Ex his ergo, facilè conſtat ſenſus diſtinctionis præmiſſæ; cum dicitur ꝙ virtus motiua quantificari poteſt abſolutè, intelligitur iuxta abſolutam graduum multitudinem realitatemq́;, non attenta diſtinctione motionis & reſiſtentiæ: & cum additur ꝙ poteſt quantificari formaliter, in eo ꝙ motiua virtus eſt, intelligitur de illa, diſtinctione præmiſſa attenta, & de illius quantitate quæ illi, vti motiua eſt, ſeu vti motionem facit, propria eſt. Et hoc pacto quantificanda eſt virtus motiua in propoſito: & meritò, quia ſic eſt ſermo formalis & dignus tanto Philoſopho. Cõſonat & ſic rem intelligere, dictis Auer. & D. Tho. ſuper tex. 35. docentium velocitatem & tarditatẽ motus proportionari quantitati virtutis, quam ſatis oſtendunt attendendam ſecundum exceſſum, & non abſolutè.

Secunda terminorum complexio eſt, tantum mobile: Vbi conſimilis eſt conſideranda diſtinctio, eo ꝙ intelligi põt de quantitate abſolutè, & de quantitate reſiſtentiæ, & hoc ſecundo modo ſumitur hoc in loco. Ergo perinde eſt, ac ſi diceretur, mobile tantum reſiſtens. Declaratur hoc, & probatur. Pro declaratione aduertenda ſunt duo: alterum eſt, ꝙ omne mobile habet reſiſten-
B tiam aliquam ad virtutem, quæ ipſum mouet, ſiue moueatur naturaliter, ſiue violenter, ſicut expreſsè tradit Commentator. 7. Phyſi. com. 35. Cuius ratio eſt: quia mobile ſemper eſt, in contraria diſpõne ab ea, quam vellet illud habere, ſuum mouens, ſicut & D. Tho. dicit in 4. Phyſic. propter quod & vniuerſaliter verificatur, ꝙ mouens mouendo repatitur. Reliquum eſt, ꝙ nomine reſiſtentiæ comprehenditur, non ſolum reſiſtentia, quæ ex intrinſecis oritur ipſius mobilis, puta pondere & magnitudine, ſed & quæ proficiſcitur ex qualitate figuræ, groſsitie medij, &c. de quibus ampliter in 4. Phyſic. Siquidem ex omnibus vna in propoſito integraretur reſiſtentia, vt conſideranti notum eſſe poteſt. Ergo tantum mobile, hoc in loco, idem eſt ac mobile tantum reſiſtens, vndecunq; proficiſcatur illa reſiſtentia. Probatur autem ex communi expoſitorum aſſertione: vt qui docent quantificandum mobile, iuxta quantitatem reſiſtentiæ, & omnem reſiſtentiam volunt ad mobilis quantitatem ſpectare, pertinereq́;.

Tertia terminorum complexio eſt, dimidiatio mobilis: in qua aduertendũ eſt diligenter ꝙ & hæc duobus modis contingit: nempe abſolutè; & in comparatione, ſeu proportione ad virtutem motiuam, & hoc poſtremo modo, dimidiatio facienda eſt. Declaratur & probatur, quod dicitur.
C Declaratio cõſtat ex exemplo. Sit virtus motiua, vt octo, quæ moueat mobile vt ſex, in tanto ſpatio, per duas horas. In tali caſu, dico ꝙ ſi dimidiandum eſt mobile, id eſt reſiſtentia eius, conſtat ꝙ dimidiatio facienda non eſt abſolutè, ita vt tres ſubtrahantur gradus, ſed in ordine, ſeu proportione ad virtutem motiuam formaliter ſumptam, & per hoc iuxta exceſſum eius. Quare tãtum erit ſubtrahendum ab ea, quantum opus eſt, ad duplandum exceſſum virtutis: ergo tunc mobile vt ſex, quod à virtute mouetur vt octo, rectè dimidiabitur, quando duo gradus ab eo ſubtrahentur reſiſtentiæ, tunc enim exceſſus efficietur duplatus ipſius virtutis (prius quidem excedebat vt duo, & modo excedit vt quatuor) & ob id motus in dimidio efficeretur temporis. Probatur autem ſic. Et primò, quia ſi aliter dimidiatio fieret, puta ſi mobile diuideretur abſolutè: haud raro contingeret falſificari regulam, eo ꝙ contingeret ſæpe dimidiato mobili, virtutem mouere illud in minori tempore q̃ dimidio. Quod ſic conſtat.

Sit quidem virtus vt decem quæ moueat mobile, vt octo in hora, ſi mobile dimidiandum eſſet abſolutè ſubtractis, ſcilicet quatuor reſiſtẽtię gradibus, remaneret virtutis exceſſus in ſex gradibus, & ſic non duplaretur ſed triplicaretur exceſſus (nam prius excedebat in duobus) ergo mouebit non in dimidia, ſed in tertia parte temporis: velocitas enim (vt Commentator ait) propor-
D tionatur exceſſui. Idem accideret, ſi virtus vt viginti moueret mobile, vt ſexdecim, vt patet applicanti. Accideret quoq;, ꝙ dimidiato mobili abſolutè, virtus motiua moueret, in plus, q̃ in dimidio: puta, ſi virtus vt decem moueret mobile vt quinque, per horam: tunc enim dimidiato mobili, cum non duplaretur exceſſus, motus non fieret in duplo velocior. Ergo cum regulæ Ariſto. ſint (vt tactum eſt) generales & vniuerſaliter veræ, vt D. atteſtatur Thom. ſequitur ꝙ dimidiandum ſit mobile eo quo verificantur vniuerſaliter pacto, & non eo quo non raró ſunt falſæ. Secundò probatur: quia dimidiatio mobilis ſic facienda eſt, vt ſequatur analogia, hoc eſt, proportio, vt teſtatur Philoſophus, ita (vt D. exprimit Thom.) ꝙ ſecundum proportionem, qua ſubtrahitur aliquid à mobili, aliquid ſubtrahatur à tempore: conſtat autem quòd talis nõ ſeruaretur proportio, niſi dimidiaretur mobile in comparatione, ſeu proportione ad virtutem motiuam, vt notum eſt ex præmiſsis.

 Confirmatur,

Confirmatur, quia auctio virtutis, dimidiatio mobilis, & augmentum velocitatis debent eſſe proportionata: ergo dimidiatio mobilis, ſacienda eſt, vt diximus. omnia perſpicua ſunt, rem vt par eſt, expendenti. Et ſic declaratæ ſint terminorum complexiones. Ergo hic clarus eſt regulæ intellectus. Si tanta virtus, hoc eſt, virtus tantum excedens, mouet tantum mobile, hoc eſt, tantæ reſiſtentiæ, in tanto tempore, per tantum ſpacium, hoc eſt in tanta duratione ac longitudine ſeu diſtantia: eamet virtus mouebit dimidiatum mobile, non quidem dimidiatum abſolutè, ſed in proportione ad virtutem motiuam, ſic quòd ex eius ſecatione dupletur exceſſus, mouebit inquàm per idem ſpatium, in dimidio tempore. Sic ergo intellecta regula, vera inuenitur ſemper, ſine omni ſcrupulo: dummodo in terminis ea quis vtatur augmenti capacibus, talis dimidiationis, quod dico, quia accidit aliquando, ꝙ mobile nequit tali dimidiari pacto; eo quòd ſibi repugnat: vtputa mobile vt quatuor, quod à virtute mouetur vt decem: licet enim dimidiari valeat abſolutè, non tamen in proportione ad talem virtutem: eo quòd quantacunque ſubtractione, nunquàm duplari poteſt exceſſus. Nec propterea vniuerſalitati præiudicatur regulæ, quæ in terminis capacibus intelligitur: nec ſequitur motum non fore uelocitabilem aut tardabilem in infinitum: quoniam ſi non poterit, reſpectu talis uirtutis, poterit reſpectu alterius. Nunc ad difficultatem. E F

Soluitur ergo & facilè ex ſupradictis. Cum enim dicitur quòd maior uirtus moueret in æquali tempore cum minore: admiſsis caſibus adductis, negatur ſequela, ſi ut par eſt utamur regula prædicta. Et cum probatur, dicitur ꝙ non rectè diuiditur mobile ut octo, non enim eſt diuidendum abſolutè, ita vt remaneant quatuor, ſed vt ſæpe dictum eſt, in proportione ad virtutem: quod tunc erit cum fuerint ſubtracti duo gradus, quia ſic tantum duplatur exceſſus, vt conſtat ex præmiſsis. Et hæc ſatis ad laudem Dei.

Expliciunt Thoremata tum Theologalia, tum Methapgyſica, Animaſtica, ac Phyſica, omni ſubtilitate, ac maxima perſpicuitate tractata, diſcuſſa & reſoluta: vt verè digna dicere poſſis Authore ſuo R$^{mo.}$ P. & Dño. Iacobo Naclanto Clugienſi Epiſcopo ex ordine Prædicatorũ aſſumpto, Theologo, ac Philoſopho ſingulari.

OPVS DOCTVM AC RESOLVTVM IN QVATVOR TRACTATVS, SEV QVÆSTIONES DISSECTVM:

IN QVO EX NATVRALI LVMINE ET PERIPATETICO FONTE, eorum Philoſophorum reuincuntur errores, qui aſſerunt ex philoſophię principijs, haberi non poſſe, creationem rerum, immortalitatem animæ, contingentiam in vniuerſo, & vigorem infinitum, in primo principio.

ILLVSTRISS. AC REVER. P. ET D. D. ANTONIO TRIVVLTIO, S. R. Eccleſiæ ampliſs. Cardinali, ac in toto Venetorum dominio Legato a Latere, Domino ſuo colendiſſimo.

Iacóbus Naclantus Clugien. Epiſcopus Fœlicitatem.

B

SAEPE mecum reputans Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Præſul, & multorũ ſcandalum qui piè viuunt ex lumine fidei, & non paucorum admirationem, qui ritè ſapiunt ex luce naturæ, dum noſtra audiunt tempeſtate, nonnullos qui aliàs egregiè habentur Philoſophi, quæ religionis ſunt, tàm modice reputare, vt non ſolum priuatim, ſed publicè, non vereantur nimis liberè, immo & temerè, ex principijs Philoſophiæ, negare creationem rerum, immortalitatẽ animæ, vel vnicum in hominibus aſtruere intellectum: Audet & rerum detrahere cõtingentiæ, & liberum ob id aliquandò ſubmouere arbitriũ, & demùm infinitũ vigorem præripere à principio primo: arbitratus ſum, fore non longè à noſtro munere (cũ & iure, omni congruere videatur fideli) ſi noſtra pro imbecillitate, & philoſophiam à tam inſigni vindicemus calumnia, & pios à tam graui ſcandalo, à Sathana, qui totius eſt falſitatis origo, indubitantèr ſatofotoq́;. Vt qui nunquàm nõ molitur mortales ſeducere, quin & præcipitare, & in barathrum quorũuis flagitiorum demergere. Ergò ſicut currẽte lege, falſos excitauit prophetas, de quibus dominus, prophetauerunt ſed nõ ex me, & narrauerunt ſomnia ſua, planè vt populum Iſrael, à diuinis auerteret promiſſionibus, & incredulos redderet ſanctorum vatũ oraculis: & renaſcente eccleſia, falſos ſuboriri fecit apoſtolos, de quibus & Paulus, multi ſunt, de quibus & flẽs dico, inimici crucis, quorum deus venter eſt, & finis interitus animarũ noſtrarũ, haud
C *dubium, vt tenebras offunderet euangelio, & homines reuocaret à religione: & tẽporibus noſtris falſos diſſeminauit euangeliſtas (de lutheranis loquor, alijsq́; peſtibus, mõſtrisq́;, quæ paſſim vidimus pullulaſcere, qui libertatem ſpiritus, in petulantiã laſciuiãq; contorquẽtes carnis, doctrinã eccleſiæ ſacroſanctæ, ſunt labefactare conati, tam etſi illam aduersùs, cõpertiſſimum eſt, nec illos, nec inferorũ portas, in aliquo præualere poſſe, nimirùm quia ſuprà firmiſſimã erecta eſt petrã, & colũna ac baſis facta eſt euãgelicæ veritatis. vti Paulus ſcripſit) propria iniquitate allectus, perſuaſusq́;, quòd creſcentibus zizanijs, aliqua ſaltèm ex parte, bonũ ſuffocaretur ſemẽ, aut cũ illis non nihil tandẽ eradicaretur tritici: ſed ſecùs Dei prouidentia factũ eſt, quandòquidẽ zizaniæ, igni & tradiſæ & tradẽdæ erunt incombuſtibili, & triticum in horreum recõdetur cœli, vti dominus dixit: quin etſi permiſſum eſt, inimicum hominẽ, illas ſuperiàcere, in frugem permiſſũ eſt boni ſeminis, tũ & hæreſes aliquãdò ſuccreſcant neceſſè ſit, vt qui probati ſunt, fiãt ſalui, vt apoſtolus docet: Haud alitèr & præſenti tẽpeſtate, falſos cõcitauit Philoſophos, vt nullum tandèm nõ moueat lapidẽ, exturbando fideles, vt etſi illos penitus non ſubuertat, ſegnes ſaltèm & frigidos in vera religione efficiat. Hæc dicimus, non quòd* CHRISTI *conſtantiſſima fides, egeat ex ſe, adminiculis naturalis lucis, nimirùm quæ nitet lõgè fulgentius, ac mirũ in modum ſplẽdet rutilãtius, nec ſcintillis opus illi eſt cuiuſuis alterius veritatis: ſed quia non ignari imbecillitatis noſtræ, & quàm difficilè videatur carni, in captiuitatem reducere intellectũ in obſequium* CHRISTI, *ſaluberrimum eſſe credimus quan-*
D *tùm fas eſt, tentationes extinguere, vel ſaltèm attenuare, propter infirmos: paruulosq́; quorum nõ paruus eſt numerus. Ergò, ni fallimur, non fruſtrà pandimus hæc, non quidem editã proximè, ſed ſuperiori tempore, & ſanè non ea intentione, vt pluribus forent aliquãdo cõmunia, ſed vt nobis & paucis ex amicis eſſent familiaria: propter quod, nec rẽ tentaſſemus modò, niſi præmiſſa occaſione cõpulſi, veritiq́; ne facientes ſecùs, forſan & in deũ & proximum cõmitteremus aliquid, de quo & tãdèm, opus foret, reddere rationem. Quòd ſi tractãdi modus, barbarie reſperſus eſt, ad id impulit, & rei compendium, & non inſolitus philoſophis mos, qui non modò veritatem ſine fuco tradunt, ſed & proprijs, certisq́; ſibi vocibus vtuntur, ſicut & cõtingit in qua volueris facultate. Quare omnia boni cõſuli poſſunt, & ſiquid ex his cõmodi, à Deo cõceſſum fuerit proficiſci, Deo agãtur gratiæ, à quo & fide, & naturali luce foti ſumus. Placuit autem & debui Illuſtriſs. D. tuæ, rem offerre, non quia pertenue opus, tua exiſtimauerim celſitudine dignum, ſed vt illius ſententiã ſubeat, & meæ ergà illum meritiſſimæ obſeruantiæ ſignum exiſtat. Quam dominus ſeruet, & amplificet, ad eccleſiæ ſuæ frugem.*

CHRISTIANIS AC VERE DOCTIS PHYLOSOPHIS. E

Iacóbus Naclantus Clugien. Epiſcopus.

*CVM exploratiſſimum ſit, verum non diſſonare ſed fauere vero, vt & Phyloſophus docet,
compertum & gratiam Dei, non modò non præiudicare ſed conferre naturæ, non poſſum
maximè non mirari, ſi quandò, & præſertim ab his qui inſignes habentur Philoſophi, cir-
cumfertur, plura verè indubieq́; ex literis, accipi ſacris, fideiq́; dogmatibus, quæ non ſecùs
ac falſa, naturalis reijcit Philoſophia, quippè quæ pro veris conſtantibusq́; oppoſita eorum
habet celebratq́;. Siquidem inſpecto cadauere, ſi petat quis, vtrùm poſſit reſurgere, vitæq́; reſtitui, & na-
turalis pernegeet abſolutè, haud dubium, quòd pernegat temerè, cum diuina valeat ſuſcitari virtute, cui ni-
hil eſt impoſſibile. Ergò cum biſariam poſſit intelligi quæſtio, iure erat diſtinguendum problema, & intelle-
ctum de virtute naturæ, haud dubium, quòd non diſcrepant Philoſophus & fidelis, ſed de omnipotentia Dei,* F
*conſtantiſſimè affirmat fides, cui non niſi ſtultè naturæ opponitur notio: quandòquidem etſi motum rerumq́;
quas cernit, varietates paruipendit excedere, nequit tamen inficiari, quàm ineptè præſumit aſtruere, quod
ipſe non curat animaduertere. Nec renuo naturalem, diſſimulare rem poſſe, nempè quæ ſuam facultatem exce-
dit, ſed ſententiam ferre, intolerabilis arrogantiæ eſt. Præter id, quòd ſiquis vt par foret, rem naturæ luce
diſcuteret, licèt forsàn in Phyſicis mobilibusq́; rebus arctatus: ad Dei incomprehenſibilem maieſtatem, im-
menſamq́; omniquaq́; virtutem, non valeret aſſurgere, nulli dubium tamen quòd ea quæ extrà motum ſunt,
exactius contemplatus, ad quæ nec renuo, ex mobilibus non inconſtantèr attolli, rem altèr perſentiret: quip-
pè qui ad primum ens per eſſentiam, & per hoc perfectionis tàm pereximiæ, quòd nihil illud quod vis nobi-
litatis effugiat, ſed quicquid eſt dignitatis in ſeſe eminentiſſimè colligit, vniceq́; concludit, indubia ratiocina-
tione perductus, certiſſimus fiet, quòd quemadmodùm infinitus neceſſariò, in propria inuenitur natura, ità
& immenſus ac infinitus in propria inuenietur poteſtate. Quòd ſi nullius apud nos offertur effectus, in quo
infinita illius deprehendatur vis, id quidem, ſi ſapimus, non ex illius agnoſcitur progredi imbecillitate, ſed ex
creaturæ extenuatione: Vndè & probatiores Philoſophi, vt effectum qui infinitatis præſeferret vmbram
obijcerent, motum finxerunt perpetuum, vt peripateticis notiſſimum eſt. Nec probandum, ſiquis intrà na-
turalis ſcientiæ limites, proteſtetur ſe ſententiam facere, aſſeratq́; propter hoc, cadauer ſuſcitari non poſſe;* G
*quoniam anceps eſt ſermo: dùm naturalis ſcientia, & arctari poteſt, ad eam quæ eſt de motu, & extendi ad
quicquid comprehenderetur naturæ luce. Et ſi priori ſumitur ſenſu, fortè quòd inoffensè poſſet audiri, ſed ſi
poſtremo haud dubium quòd ſententia, vel non erit fidem aduersus, vel cum aliqua feretur limitatione, vtpu-
ta retento ordine vniuerſi, aut determinatione diuinæ voluntatis. Nec mirum quandòquidem ſub notitia in-
tellectus humani, & latitudine ſcibilium rerum, præclara continetur notitia Dei, ſicut palàm eſt, Methaphy
ſicis, & ob id, & illius (vt tactum eſt) immenſæ perfectionis & poteſtatis, cuius comparatione, nihil eſt
impoſſibile. Tàmetſi non me fugiunt multorum deliria Philoſophantium: ſed cum profecta non ſint ex natu-
ræ luce, ſed illorum temeritate, palàm quòd pro his ſolicitum eſſe ſtultum eſt. Addam, quòd etſi in nonnul-
lis ethnicis, fortè conniueri permittitur, Chriſto tamen initiatis, in his hallucinari piaculum execrabile eſt: vt
in quibus lumen eſt fidei, ſub quo non caligat, ſed perficitur lux intellectus. Quos & obteſtor quàm maxi-
mè, vt quæ religionem poſſunt attingere, omni cum circumſpectione tractent, ne faueant ſathanæ aut ſatel-
litibus ſuis. Verùm nec dixerim hæc, quaſi hic ſit præſentis operis ſcopus, cum ex his quæ ſunt in natura per-
ſpecta, & non ex his quæ ſola fide ſunt reuelata, intendamus procedere: ſed quia inſignitèr doleo, illos qui-
bus Deus eòuſque ſua pro clementia fauit, vt non modò naturæ luce perfuderit, ſed & Chriſti fide donaue-
rit, ingratos exiſtere: & non ſolùm fidelibus non conſulere, ſed & Dei munificentias floccipendere: Cui rei* H
Deus proſpiciat & omnes in pietate locupletiores faciat.

QVAESTIO 1. *de Creatione rerum.*

QVAESTIO 2. *de Anima immortalitate.*

QVAESTIO 3. *de Origine contingenti.*

QVAESTIO 4. *de Infinitate primi motoris*

DE CREATIONE RERVM
QVÆSTIO PRIMA.

Quæritur, Vtrum neceſſarium ſit, ſecundum principia ſcientiæ naturalis, abſolutè ſimpl:ce: Et ſpecialiter ſecundum mentem Ariſtotelis, ponere creationem rerum à Deo.

IN HAC quæſtione ſic procedemus. Primò declarabimus titulum. Secundò explicabimus veritatem, ſecundùm principia naturalis ſcientiæ abſolutè. Tertiò determinabimus, quid ſentiendum ſit, de mente Philoſophi.

Quò ad primum, vt plenius pertractet̃, ſingulę particulę tituli, explicandę ſunt.
Primò ergo explicanda eſt particula (Neceſſarium.) Vbi attendendum ꝙ cum deriuetur à neceſſitate, ſicut album ab albedine: & neceſſitas impoſſibilitatem aliter eſſendi, ſignificet: nec ſonet cauſalitatem, vel cauſam, ſed potius, modum, cõditionem, & diſpoſitionẽ, ratio-
B nis cauſę, vt rectè innuit S. Thomas, quinto Methaphyſicæ, ſuper tex. com. 6. abſq; cognitione ra
tionis cauſæ, rite cognoſci non poteſt. Quare conſiderãdum, ꝙ ratio cauſę (ſi rectè diſcutitur) in
eſſe illatiuo effectus, conſiſtit: adeò ꝙ ipſa illatio, formale videtur eſſe in ea. Quo fit, vt neceſſitas
aliud prorſus non ſonet, q̃ modum, cõditionem, & diſpoſitionem illationis eiuſmodi. Siquidem
hẽt ipſa illatio, ſine cõtrouerſia, ꝙ modificari multipliciter poſſit, vtputà contingentia, neceſſita
te, libertate, &c. propter qđ, & cauſarũ aliquæ ſunt contingentes, aliquę neceſſarię, aliquę libe-
rę &c. Ab hac ergò neceſſitate, neceſſarium indubitantèr accipitur. Et ſcito ꝙ ſicut ſunt quatuor
cauſæ, vt 2. Phyſi. & 5. Methaph. edocemur, ſ. materialis, formalis, efficiens, & finalis: ita & quadru
plex inuenitur neceſſitas, materialis, formalis, efficientis, quæ & aliàs dicitur coactionis, & finis,
quæ & ſubdiſtinguitur in ſimplicitèr, & ad benè eſſe. Neceſſitas materialis, & formalis, vt ex 5. ha
betur Metha. neceſſitates, ſunt abſolutè, & perfectiſſimo modo, vtpotè conſequentes cauſas rerũ
intrinſecas: ſicut in homine neceſſitas, vt corrumpatur, quæ naſcitur ex materia, & neceſſitas, vt
ratiocinetur, quæ ortũ habet ex forma. Neceſſitates autem, coactionis, & finis, vt in eodem tradi
tùr, neceſſitates ſunt ſecũdùm quid, vtpotè conſequentes cauſas rerum extrinſecas; ſicut neceſſi-
C tas, quà aliquis ex violẽtia, rẽ cogitur cõfiteri, quæ oritur ex agente, & neceſſitas cibi ſimpliciter,
quę oritur ex appetitu conſeruãdi vitã, abſolutè, aut cibi delicati, quæ oritur ex appetitu conſer
uandi vitam delitiosè. Exiſtente ergò quadruplici neceſſitate, licet à qualibet neceſſariũ deriuari
poſſet: in præſenti tñ, neceſſariũ deriuat̃ à neceſſitate abſolutè, ex cauſis prouenientẽ intrinſecis.

Secundò explicãda eſt particula (ſecũdùm principia naturalis ſcientiæ) Vbi notãda ſunt duo.
Alterum eſt, ꝙ ſicut ſub nomine cauſæ, comprehendũtur intrinſecę & extrinſecę, ità & ſub nomine principij (cum cauſa & principiũ ferè eandem habeant intentionem, eundemq; ambitum & cõmunitatem, vt patet 5. Methaph. tex. com. 1.) principia cõprehendũtur intrinſeca, quæ ſunt, quæ rem conſtituunt & cõponunt, velut materia & forma, & extrinſeca, quæ non ingrediuntur rem, quam cauſant, ſicut efficiens & finis. Ergò cùm ſcientia naturalis, habeat vtroq; modo principia, & intrinſeca quidem, vt propoſitiones, concluſiones, &c. extrinſeca verò, vt lumen intellectus agentis, quod eſt velut efficiẽs, & ſcire, quod eſt veluti finis: palàm ꝙ & ſi vtroq; modo, principia in ſcientia naturali, licet accipere; in præſenti tamẽ illa non accipimus pro extrinſecis: & meritò: quia nec diſputamus de qualibet neceſſitate, ſed de illa, quæ ex intrinſecis prouenit. Ergò diſputationis ſenſus eſt, an neceſſarium ſit abſolutè, ex principijs ſcientiæ naturalis intrinſecis: puta
D ex propoſitionibus & concluſionibus eius &c. Reliquum eſt, ꝙ ſcientia poteſt dici naturalis du-
pliciter; vno modò obiectiuè, quia ſcilicet obiectum habet naturale, quo pacto à ſcientijs diſtinguitur, quæ obiectũ non habent naturale, ſicut eſt Methaphy. & Mathema. & (vt vno verbo dicam) ſcientia naturalis ſumitur iſto modò, pro Phyſica, quæ eſt de ente mobili, & naturali, tanquàm de obiecto proprio: & hoc pacto, naturalis ſcientia non ſumitur in præſenti: alio modo effectiuè pro omni ſ. ſcientia, & cognitione, quę in nobis oritur ex cauſa efficiente naturali, putà, ex lumine intellectus agẽtis; & ſic ſcientia naturalis diſtinguitur ſolùm à ſacra Theologia, quę in nobis ex cauſa generatur effectiua ſuper naturali: & cõprehẽdit in ſe, Phyſicam, Mathematicã, & alias quas volueris ſciẽtias, ſiuè cognitiones, naturalitèr acquiſitas: & hoc modò accipit̃ in propoſito; ita ꝙ & ſenſum reddit, an neceſſarium ſit ſecũdùm principia naturalis ſciẽtiæ cuiuſcunq;.

Tertiò explicanda eſt particula (Abſolutè, & ſecũdum mentẽ Philoſophi.) Vbi cõſiderandũ, ꝙ ſcientia effectiuè naturalis, dupliciter accipi poteſt: vno modo abſolutè, ſiue ſecundùm ſe, alio

modo,

modò,vt reperitur in nobis. Scientia effectiuè naturalis abſolutè,& ſecundum ſe importat ſcien E
tiam naturalem, ſecundùm eam perfectionem,& illas prærogatiuas,quæ ſibi ex natura ſua côue-
niunt abſolutè : ſcientia effectiuè naturalis, vt in nobis, importat ſciẽtiam naturalẽ, ſecundùm
illas conditiones, & attributa, quæ ſibi ex eo, quòd in nobis eſt,competunt. Qua in re conſide-
randum,ꝙ ſi daretur ſcientia naturalis ſecundùm ſe,putà ſeparata ab omni ſubiecto, ꝙ talis ſciẽ-
tia,omnem haberet nobilitatem,prærogatiuam,& perfectionem,quę reperiri poſſet in latitudi
ne ſua,ſicut ſi albedo daretur ſeparata,omnem haberet perfectionem,pręrogatiuam, & nobili-
tatem,quam reperiri contingeret in latitudine eius, ſicut S.Thomas teſtatur in quolibet ſuo : &
de ſcientia naturali hoc pacto diſquirit, an ex eius principijs, neceſſariò poſsit haberi creatio, &
hoc importatur per hunc terminum abſolutè. Scientia autem naturalis, vt in nobis, ſolum illas
habet perfectiones & nobilitates,quas patitur natura recipiẽs, putà intellectus; in quo eſt: quo-
niam & vnumquodq;,per modum recipientis,recipitur,vt habetur 2.de Anima:propter quod,
naturalis ſcientia,in eo intellectu,qui melius eſt diſpoſitus,aut qui nobilioris, & altioris eſt gra-
dus,indubiè lõgè nobilior & perfectior eſt, ſicut & albedo perfectiori modo inuenitur in niue,
q̃ inueniatur in cigno,& in cigno perfectiori modo,q̃ in pariete. Et hac de cauſa,non ſatis viſum
eſt,quærere in propoſito,an ſecundùm principia naturalis ſcientiæ abſolutè, vt diſcuteretur ſo- F
lùm,quid iudicandum eſſet ſimpliciter, niſi & adderetur etiam ſecundùm mentem Philoſophi:
vt & diſcuteretur pariter, quid iudicandum foret ſecundùm Ariſtotelis mentem : & ſciretur an
ipſe ex talis ſcientiæ participatione, ad hanc veritatem peruenerit.

Quartò explicanda eſt particula (ponere creationem à Deo)Pro qua animaduertendũ,ꝙ crea
tio,vt communiter dicunt,& bene, productio eſt alicuius ex nihilo,vndè & creare aliud non eſt
q̃ aliquid ex nihilo facere. Vbi conſideranda ſunt tria. Primum eſt,ꝙ ex hoc ꝙ creatio eſt produ-
ctio, manifeſtè implicatur dependentia, à cauſa effectiua:non enim eſt productio, niſi effectiuè
proficiſcatur ab aliquo:immo nec alicui cauſæ creatio attribui poteſt,niſi efficiẽti: quò fit, vt qui
ponunt rem quampiam,ſolùm depẽdere à Deo, ſicut à fine,vel ſicut à cauſa exemplari, indubiè
non poſſunt creationem admittere:de quorum opinionibus patebit inferius. Secũdum eſt, ꝙ ex
hoc quod dicitur,productio alicuius,ſatis clare habeť,quis ſit proprius creationis terminus,ꝙ ſci
licet ſubſtantia eſt ſubſiſtens:hæc enim propriè creationem terminare poteſt, cum accidentia, &
quę nõ ſubſiſtunt,nõ dicãtur creari,ſed côcreari potius,apud veros Philoſophos. Aliquid enim,
à quo alicuius,teſte S.Thoma,ſonat hoc,quod dico,aliud quid:& cõſtat ſanè,ex parte quid, im-
portari ſubſtantiã:(vt enim dicitur 5.Methaphyſicę:ſubſtantia importat quid,ſicut qualitas qua- G
le) ex parte verò aliud,importari ſubſtãtiæ diuerſitatem,ſiue diuiſionem (nam aliud, relatiuum
eſt diuerſitatis ſubſtantię) quare idem,aliquid,ſonare videtur,quod ſubſtantia ab alia diuerſita-
tem habens:& per hoc idem ꝙ ſubſtantia,quæ ab alia eſt diuiſa,& ſubſiſtens in ſe:ꝙ ſi ſubſtantiã,
propter diuiſionem huiuſmodi,non concedis,côcedes ſaltem ex eo,ꝙ ſubſtantia, per aliquid in
præſenti expreſſa,ponitur terminus creationis per ſe:& cõſtat,ꝙ terminus actionis per ſe,eſt ſin-
gulare,& conſequenter ſubſiſtens. Tertium eſt,ꝙ particula (ex nihilo) cõſtat,ſicut patet,ex prę-
poſitione ex, & nihil: & quod ad præpoſitionem attinet,licet ex 5.Methaph.tex.com.29.multi-
pliciter videatur accipi poſſe,omnes tamẽ acceptiones(vt eo loci Cõmentator animaduertit)re-
ducũtur ad duas,ſcilicet ad illam,qua dicitur importare ordinem,& ad illam qua dicitur impor-
tare circũſtantiam,ſeu habitudinem materialis cauſę:quare in propoſito prępoſitionem, ex, aut
vtroq; modo ſumi opus eſt, aut altero tantùm. Et vt procedamus perſpicuè, tunc præpoſitio,
ex, importare dicitur ordinem,quãdo idem ſonat quod poſt,ſicut cum dicitur, ex nocte fit dies,
ſonat enim particula ex nocte,hoc quod dico,poſt noctem: Tunc autẽ importare dicitur circun-
ſtantiam,ſeu habitudinem materialis cauſæ,quandò importat dependentiam à materia,vel edu- H
ctionem,ſi mauis,de materia,ſicut cum dicitur ex ære fit ſtatua,ſonat enim particula,ex ęre,hoc,
quod dico,per dependẽtiam,ſeu eductionem de ære. Ex quibus ſequitur, ꝙ quandò prępoſitio,
ex, denotat ordinem,terminus cui adiungitur,ſtat pro termino à quo, trãſmutationis & motus:
quandò autem denotat circũſtantiam,ſeu habitudinẽ materialis cauſę, terminus cui adiungitur,
ſtat pro ſubiecto,ſiue materia. Ergò ad propoſitum veniẽdo,particula,ex nihilo, ſumi poteſt,&
prout idem eſt,quod poſt nihil,& pro ut idem ſonat,quod per dependentiam, ſeu eductionẽ de
nihilo;primo modò,vt patuit,terminum dicit,à quo, ſecundo modo ſubiectum, ſeu materiam
importat, de qua.

Quod autem ſpectat ad particulã, Nihil,liquet ꝙ dictio eſt negatiua,ſiue negationẽ includẽs:
& ſicut notat,& benè,Grægo.de Arim. 2. diſt.p.q.2.ar.1.ad 3^{m}. & cathegorematicè,;& ſincathe-
gorematicè

A gorematicè accipi poteſt. Et cathegorematicè quidẽ ſumpta, idem valet, quod non ens: Sinca-
thegorematicè verò accepta, idem quod nullum ens: & vtroq; modo, inuenitur in vſu. Non pa-
rùm aũt refert, vtro modo ſumatur, adeo vt eadem propoſitio, vno modo exponẽdo nihil, ſit ve
ra, alio modo exponẽdo illud, ſit falſa: vno modo ſit indefinita, alio modo ſit vniuerſalis: vt patet
in iſta. Nihil docuit me volare. Nam ſi nihil, idẽ eſt ꝙ nõ ens, propoſitio eſt indefinita, & falſa, ſi
verò idẽ eſt, ꝙ nullũ ens, eſt vniuerſalis & vera. Vnde & phyloſophi dicendo, Nihil, fit ex nihilo,
ſincathegorematicè interpretantur nihil, ex parte ſubiecti, & cathegorematicè interpretantur
nihil, ex parte prædicati: ꝓp quod nolunt, ꝙ propoſitio illa ſit vera: Non ens fit ex non ente, ſiue
ex nullo ente, qm̃ non ens, non fit: Sed ſi nihil, ex parte ſubiecti ſincathegorematicè ſumitur,
ꝓpoſitio apud illos eſt vera. Nullũ ens fit ex nõ ente, ſiue ex nullo ente. Ex quibus accipitur, ꝙ cũ
dicitur, Creatio eſt ex nihilo, ſiue ſumatur vt ex termino, ſiue vt ex ſubiecto & materia, dupli
citer intelligi põt: vno modo cathegorematicè ſumpto nihilo, & ſenſus eſt, ex nihilo, hoc eſt ex
non ente: alio mõ ſincathegorematicè accepto eodẽ, & ſenſus eſt, ex nihilo, ideſt ex nullo ente.

Sed ſupereſt vt determinemus duo: Alterum eſt, an cum dicitur, Creatio eſt ꝓductio alicuius
ex nihilo, particula, ex nihilo, accipiatur tanq̃ ex termino, an tanq̃ ex materia vel ſubiecto. Reli-
B quum eſt an hoc determinato, particula ex nihilo, interpretari debeat cathegorematicè, vel
ſincathegorematicè, an vtroque modo. Primum determinabitur explicando duo: Vnum eſt, ꝙ
ſimpliciter & ſine controuerſia particula, ex nihilo, accipitur tanq̃ ex termino, ita ꝙ creatio dici
tur productio alicuius ex nihilo, ideſt poſt nihil, ſecundùm quod ſuprà expoſitum eſt, & hoc fate
tur non ſolùm S. Thomas in pluribus locis, & maximè prima par. q. 45 1. ad. 3. Sed ferè oẽs Theo-
logi, tam & ſi Durandus in. p. diſt. 2. hoc nõ approbet, motiuo ſatis leui immò nullius efficaciæ,
& verè recitatione indigno. Aliud eſt, ꝙ etiã aliquo pacto ſuſtineri poteſt, ꝙ particula, ex nihi-
lo, accipiatur tanq̃ ex materia, ſiue ſubiecto, ſed tunc opus eſt, vt S. Thomas docet ibidẽ, & de po.
q: 3. 1 ad. 7. ꝙ negatio incluſa in nihilo, cadat etiã ſuper præpoſitionẽ, ex, adeò ꝙ negetur habitu-
do depẽdẽtiæ, vel materialis circunſtantię: alitèr ſi dictum, ex, ſeu habitudo p̃fata affirmata relin-
quitur, ꝓpoſitio, Creatio eſt ꝓductio alicuius ex nihilo, eſt ꝓpoſitio falſa. Et vt res ſit illuſtrior,
conſiderãdum ꝙ cum ex nihilo, aliquid depẽdere non poſſit, neceſſe eſt, cum aliquid ex nihilo,
tanq̃ ex materia fieri dicitur, ꝙ à nihilo, oĩs remoueatur dependentia: & ob id ꝙ negatio virtua-
litèr extendat ſe ad excludendam habitudinẽ dictam, aliàs propoſitio non eſſet vera. Nam licet,
C fieri, factionẽ alicuius importet, non tñ neceſſe eſt, ꝙ vel fieri, vel id quod fit, ex nihilo pendeat,
immò eſt impoſſibile, cum impoſſibile ſit, aliquid, vt dictum eſt, ex nihilo pẽdère. Quo fit, vt nõ
oporteat negationẽ extẽdi, vſq; ad fieri, ſed ſat eſt, ſi ad depẽdẽtiam vſq; extẽdatur: & conſequen
ter ꝙ cadat ſuꝑ p̃poſitionẽ ex. Et ſi non capis, quo pacto negatio incluſa in nihilo, cadere poſſit
ſuper p̃poſitionem, ex, reſolue particulam, nihilo, in non aliquo: vt perinde ſit ac, nõ ex aliquo,
& facilè capies. Et ſi dicitur, quo ergo, ſi dicta negetur depẽdentia ex nihilo, cauſam poterit de
notare materialem? Reſpondetur, ꝙ cauſam vtiq; denotabit materialem, ſiue materialem habitu
dinem & depedentiam, in dicta propoſitione: at non modo affirmatiuo, ſed negatiuo. Et de tali
modo loquendi, nõ pauca extãt exẽpla: Dicimus quidẽ, nec ineptè. Iſte loquitur de nihilo. Ille tri
ſtatur de nihilo, &c. In quibus palã, ꝙ negatio in nihilo incluſa, cadit ſuꝑ p̃poſitionẽ de: qm̃ idẽ
eſt, ac ſi dictũ eſſet, ꝙ loquitur non de aliquo, & ꝙ triſtatur non de aliqua re. Ergo concludendũ
eſt, ꝙ verè quidem vtroq; modò interpretari licet, ex nihilo: tametſi verius, communius, & cla-
rius interpretetur, cum interpretatur ſicut ex termino, à quo; quemadmodùm diximus.

Quòd demùm ſecundo loco determinandum accepimus, de facili conſtat. Siquidem dicendũ
eſt primò ꝙ ſi, ex nihilo, accipiatur velut ex termino, vtroque modo exponi poteſt, particula
D nihil, & cathegorematicè ideſt, ex non ente, & ſincategorematicè ideſt, ex nullo ente: &
hoc ſatis conſtat ex ſe. Secundò dicendum eſt, ꝙ accipiendo, ex nihilo, ſicut ex materia vel ſubie-
cto, vtroq; modo pariter interpretabitur: quandoquidem, & dicere poſſumus, ex nihilo, ideſt
ex non ente, & ex nihilo, ideſt ex nullo ente, ſeu quod in propoſito diuerſum non eſt, non ex ali-
quo ente: nam & negatio, etiam ex, debet includere, ſicut in præcedentibus explicauimus. Ex
his ergò omnibus, clarus eſt titulus.

Quęritur itaq; an neceſſarium ſit neceſſitate non qualicunq; ſed abſoluta, ſecundùm princi-
pia non extrinſeca, ſed intrinſeca, ſcientiæ naturalis, ideſt naturalitèr acquiſitæ, vt comprehenda
tur non ſolùm phyſica, ſed methaphyſica, & quæuis naturalis cognitio certa & indubitata. Et
quęritur non ſolùm abſolutè, ideſt ſecundũ merita ipſius ſcientiæ, & cognitionis ſecundũ ſe, ſed
etiam ſecundùm quòd fuit in mente philoſophi: an ſcilicet tantũ in illa profecerit, vt habuerit

concedere creationem,ideſt productionem aut omnium quidem rerum,aut aliquarum ſaltèm, E
ex nihilo,ideſt poſt non ens,ſen non ex aliquo ente.Hactenus de manifeſtatione tituli.

Quò ad ſecundum procedemus hoc pacto. Primò ſeorsùm perſtringentur opiniones falſæ,
ſuis tamen cum fundamentis,reprobationibus,& ſolutionibus neceſſariis. Secundò explicabi
tur ſententia vera,& conuincetur efficacibus mediis. Tertiò ſiquid remanere videbitur ſcrupu
li,obiicietur: vt penitùs eruatur.Opiniones falſæ ſunt quatuor. Cum enim quæſtio huc deue-
nerit:An ſecundùm principia naturalis ſcientiæ,neceſſarium ſit aliquid ex nihilo fieri, fuit quæ
dam opinio,quæ dixit,ꝙ abſolutè id implicat contradictioné,& iccircò ꝙ creatio non modò nó
eſt neceſſaria,ſed penitùs impoſsibilis.Hanc opinionem, vt videtur:ſequitur Aureolus in prin-
cipio.4.ſent.vt colligitur à Capreolo.2.diſt.1.q.2.conc.4.Vndè& illam argumentis pluribus ni-
titur ſuadere: ſed eorum vis, potiſsimú in his duobus conſiſtit.Argumentatur igitur primò: Ex
nihilo aliquid fieri,& nihil aliquid fieri,idem eſt.Ergò ſi implicat contradictioné, nihil aliquid
fieri: implicabit & ex nihilo aliquid fieri,& ità implicabit creationem ponere: Sed ſic eſt,ꝙ im-
plicat contradictionem,nihil aliquid fieri,ergò &c.Conſequentia nota eſt.Antecedès inductio
ne probatur.Siquidem idem eſt,ex aere fieri ignem,& aerem fieri ignem:Idem,ex albo fieri ni-
grum,& album fieri nigrum,& ita de reliquis.Quòd verò implicet,Nihil aliquid fieri,ſic oſten F
ditur:Si nihil aliquid fieret,aut id verum eſſet formalitèr,aut ſubiectiuè:nó formaliter,quia ſen
ſus eſſet,ꝙ vnius ratio,in rationem verteretur alterius,hoc eſt ꝙ ratio nihili in rationem vertere
tur alicuius,quod palàm fore impoſsibile,non minus quàm ſi ratio albedinis,in rationem verte
retur nigredinis,immò & magis,ſi quis rem rectè conſideret:nec etiam ſubiectiuè, vt ſit ſenſus,
ꝙ ipſum nihil ſubiectum fiat illius,quod eſt aliquid·quod pariter eſſe nó poteſt, cú ipſum nihil,
nequeat cuiuis enti ſubſterni,ergo &c. Argumentatur ſecundò. Crectur lapis,ſi creatio eſſe po
teſt: Aut igitur antè creationem ſuam, lapis erat in actu, aut in potentia,aut neutro erat modo.
Non primnm,quia non erat opus,illum creari,cum eſſet;nec tertium,quia ſi non fuiſſet in poté
tia,fuiſſet quid impoſsibile,& ita non potuiſſet creari:ergò ſecundum,& ſic lapis creationé præ
cedens,non erat penitùs nihil,quia quod in potentia eſt,non penitùs nihil eſt &c.

Verùm his non obſtantibus,difficilè non eſt reuincere,opinionem hanc eſſe falſam, vel hoc
ſolo medio,Argumentetur igitur contrà illam,hoc pacto. Si ex nihilo implicaret fieri aliquid,
profecto à nullo artifice,creatin admitti poſſet, ergò nec à Theologo, vel fideli: ſed hoc eſt im-
pium,ac manifeſtè falſum,ergò &c.Conſequentia nota eſt. Quoniā quod implicat, indubiè eſt G
quauis potentia impoſsibile.Nec euaditur,ſi quis dicat,ꝙ implicat quidem,ſed naturalitèr, nó
tamen ſupernaturalitèr,vt nonnulli ignorantèr dicunt,quoniam quod implicat,verè,ſimplici-
tèr,& abſolutè(ſiue naturalitèr,ſiue ſupernaturalitèr dicas)ſemper eſt impoſsibile, vt & diuinæ
etiam poteſtati ſubiacere non poſsit. Et hæc modò ſatis,contra primam opinionem; quoniam
ex dicendis,plenius euertetur.Ad primum igitur Aureoli,dicitur duobus modis.Primò negan
do antecedens,& ad probationem dicendo,quòd inductio eſt falſa, quoniam datur exemplú,
in quo non ęquiualent: Vt cum dicitur,ex mane fit meridies,aut ex veſpera nox: & tamen ma-
ne non fit meridies,nec veſpera fit nox.Secundò,antecedente cóceſſo, dicitur: ꝙ non implicat,
nihil fièri aliquid.Et cum probatur,dicitur ꝙ diſtinctio eſt inſufficiens,& dari poteſt tertiū mé-
brum:qm̄ intelligi poteſt non ſolum formalitèr & ſubiectiuè,ſed etiam ordinatê ſeu ordinabili
tèr,vt ſenſus ſit,ꝙ ex nihilo,hoc eſt poſt nihilum, fit aliquid,ſicut in præmiſsis oſtendimus. Ad
ſecundum dicitur in caſu poſito,ꝙ lapis non præexiſteret actu,nec in potentia qualicunq; paſsi
ua,ſed in potentia præexiſteret creatoris,quæ indubiè potentia eſt actiua:quare non ſequitur,ꝙ
antequàm creetur,aliquid exiſtat in ſe,aut qua volueris creatura, ſed ſolùm in poteſtate,vel mé
te diuina: quod nullum eſt inconueniens. H

Secunda opinio eſt,ꝙ & ſi ex nihilo aliquid fieri,contradictionem non implicat abſolutè,re-
pugnat tn̄ principiis naturalis ſcientiæ,& propter hoc repugnat & eiſdem creationem ponere.
Hæc opinio videtur Commentatori attribui,eò ꝙ rationes,que adducútur pro ea ſunt rationes
Auerrois.8.phyſicorum com.4.Et potiores ſunt tres,quibus directè oſtenditur principiis repu-
gnare ſcientiæ naturalis,ex nihilo aliquid fieri,& per hoc repugnare,creationem concedere.Et
prima eſt,ex eo ꝙ cóis animi conceptio,omnium extitit phyloſophorum,&obid peritiſsimorú
in ſcientia naturali,ꝙ ex nihilo,nihil fit: vt patet.1.phyſicorum,tex.com. 33 ergo &c.Secúda eſt.
Quia ſi ex nihilo fieret aliquid,ſine dubio,aliqua daretur mutatio,quæ eſſet ſine ſubiecto: quod
repugnat expreſſe his,quæ tradit Ariſtoteles phyſicorum 8.tex.com. 4. vbi docet oēm motum,
& quamlibet mutationé, neceſſariò ſupponere mobile & mutabile:ergò &c. conſequétia nota
eſt,quia

A eſt, quia conſtat in quouis fieri, mutationem includi &c. Tertiò. Quia ſi ex nihilo aliquid fieret,
profectò non fieret niſi per accidens; ergo oporteret, ꝙ reduceretur ad fieri, quod fieri eſſet per
ſe, quod planè fieri, eſt ex aliquo, hoc eſt ex ſubſtantia, ſiue materia. ergo &c. Antecedens patet,
quia ex oppoſito non fit oppoſitum niſi per accidens, ergo &c.

Sed iſta opinio eſt ſimiliter falſa, vt ex dicendis ſuo loco conuincitur. Modò ſatis, ſi ex duobus
Commentatoris dictis, obijcio contrà eam. Quorum primum, eſt in lib. de ſubſt. orbis. cap. 2. vbi
habet ꝙ cœlum virtute indiget, non ſolùm dante ſibi motum, ſed & largiente eſſe, & permanen
tiam. Ex quo argumentor. Cœlum indiget virtute largiente eſſe: ergo eſt creatum, ergo ex nihi-
lo aliquid fit. Antecedens eſt Commentatoris. Prima conſequẽtia deducitur. Quia ſi cœlum ha-
bet cauſam dantem eſſe, aut illi dat ex nihilo, & ſic habetur intentũ: aut ex materia aliqua, & hoc
ab illo dici non poteſt, cum in cœlo materiam eſſe neget. Nec dici poteſt, ꝙ loquitur, de eſſe lar-
giente formaliter, eo pacto, quo illud largitur ſubſtãtialis forma: quoniam & ſi verum eſt apud
Auerrorem, cœlum eſſe animatum, & per hoc ab anima eſſe recipere, nõ tamen id eo loci inten-
dit: cum ex his, paucis interiectis ſubiungat, ꝙ ignorantes quidam rem hanc, dixerunt Ariſtote-
lem non dicere cauſam agentem, ſed cauſam mouentem tantùm. Verùm ꝙ Auerroes exiſtima-
B uerit Cœlum creatum à Deo, in ſequenti quæſtionis parte, clariſſimum fiet. Secundum eſt 7. Me
thaphyſicæ, com. 31. vbi habet, ꝙ id quod mouit Ariſtotelem, ad ponendum mouens, quod ſepa-
ratum eſt à materia, fuit in factione ſubſtantiarum ſeparatarum, ſiue virtutum intelligibilium.
Ex quo argumentor. Subſtantiæ ſeparatæ ſunt factæ, ergo ex nihilo ſunt productæ, ergo creatæ.
Antecedens eſt Commentatoris. Prima conſequentia ſic deducitur, quia ſi ſunt factæ, aut ſunt
factæ ex aliquo, & hoc non, quia materiales forent, aut ex nihilo. & hoc eſt intentum. Sed de his
inferius eodem loco diffusè. Ad primum ergo, quod inductum eſt pro opinione, dicendum.
Quòd fuit quidem communis cõceptio animi, ex nihilo nihil fieri, ſed per viam motus & tranſ-
mutationis, quod indubiè veriſſimum eſt, non autem per viam creationis, aut emanationis ſim-
plicis, de qua ſermo fit in præſenti. Ad ſecundùm dicitur conſequenter, ꝙ omnis quidem motus
vel mutatio ſupponit reuera mobile vel mutabile, non tamen id ſupponit creatio, aut ſimplex
emanatio, quoniam non ſunt motus vel mutatio, niſi ęquiuocè, vt docet S. Thomas. 8. Phyſic. ſu-
per tex. com. 4. Ad tertium negatur antecedens, & ad probationẽ dicitur, ꝙ ex oppoſito aliquid
fit per accidens, ſicut ex ſubiecto: ſed per ſe fit ex illo, ſicut ex termino; & ſenſus eſt, ꝙ fit ex oppo
ſito, ideſt poſt oppoſitum, iuxta præmiſſa. Aliter dici poſſet, ſed hæc modo ſufficiunt.

C Tertia opinio eſt, ꝙ licet ex nihilo aliquid fieri contradictionem non implicet abſolutè, nec
repugnet ſimpliciter principijs ſcientiæ naturalis: non tamen neceſſariò habetur ex eis. Hæc opi-
nio q̃ pluribus eſt accepta, & conformis eſt, ni fallor, dictis Grego. dè Arim. diſt. 1. q. 2. artic. 2.
Quorum potiſſimum fundamentum eſt, quia rationes, quæ inducuntur pro parte contraria, vt-
puta, ꝙ neceſſariò habeatur ex illis, ab eis reputantur ſolubiles. Et poſſet nihilominus argumen-
tari hoc pacto. Ea neceſſariò ex principijs naturalis ſcientiæ deducuntur, ad quæ per ſenſibilia,
neceſſariò deuenimus: ſed hoc in propoſito nõ videtur poſſibile, cum in illis omnia fieri conuin
canẽ ex aliquo, ergo &c. Sed & hæc quoq; vera non eſt, vt ex ſequentibus conſtat. Ad præſens au
tem ſolùm per locum ab authoritate ſic inſto. Sãctus Thomas tenet oppoſitum: & id rationibus
efficacibus, vt patet 2. contra Gen. cap. 16. Similiter & Scotus primo. diſt. 8. & 2. diſt. 1. ergo &c.
Nec eſt verum, ꝙ rationes pręcipuę pro hac parte ſint ſolubiles, ſi ritè formẽtur, vt ſuo loco vide-
bitur. Nec ſubiuncta ratio aliquid valet, quoniam licet ex ſenſibilibus oriatur omnis noſtra co-
gnitio, non tamẽ omnis terminatur in eis. Quare dicendum, ꝙ ſicut ſufficienter ex ſenſibilibus
ad inſenſibilia, ĩmaterialiaq; concipiẽda, ac ſtatuẽda deducimur, ita & ad creationem productio-
D nemuè concedẽdam ex nihilo, neceſſitamur. Nec valet, quæcunq; in ſenſibilibus fiunt, ex aliquo
& nõ ex nihilo fiunt, ergo ad creationẽ ex ſenſibilibus deduci non poſſumus: ſicut nec valet ſenſi
bilia oĩa ſunt cũ materia, ergo ex illis ad intelligibilia, quæ ſunt ſine materia, erigi non valemus.

Quarta opinio eſt, ꝙ ſecundùm principia ſcientię naturalis, ex nihilo nihil fieri, vno modo eſt
neceſſè, alio autem modo, eſt impoſſibile. Siquidem ex nihilo, vt dicunt, exiſtẽtię eſt neceſſè, ſed
ex nihilo, vt ſubdunt, eſſentiæ, eſt impoſſibile. Et hæc opinio eſt Henrici de Gandauo in quoli-
bet. 1. q. 5. & quolibet. 3. q. 9. & quolibet. 6. q. 3. Pro cuius clara perceptione conſiderandum ꝙ cùm
nihil opponatur enti (ſiquidem idem eſt, ꝙ non ens) ſicut ens bifariam accipi ſolet, ſcilicet pro
ente exiſtentiæ & pro ente eſſentiæ, ita & nihil, ſeu non ens pariter, & pro non ente exiſtentiæ,
& pro non ente eſſentiæ accipi conſentaneum eſt. Ens autem, iccircò dicitur exiſtentiæ, quia
ab eſſe exiſtentię ſumitur, illudq; formaliter exprimit, non ſecus ac proportione ſua, ab albedine

dicitur album, quod & puram qualitatem ſignificat, vt dicitur in prædicamentis: & hoc pacto E
ens quoq; participialiter dicitur, quia in vi ſumitur participij, idemq; eſt qđ exiſtẽs, de quo alibi
plura: ens quoq; ideo eſſentiæ, dictum eſt, quia pariter ab eſſe eſſentiæ trahitur, & illud formali-
ter dicit, nec ſumitur in vi participij, ſed nominis, vnde & ens nominaliter nũcupatur, ab eſſe exi
ſtentiæ abſtrahens, immo & præſcindens. Ergo cùm dicit opinio, ꝙ creatio eſt ex nihilo, hoc eſt,
non ente; de non ente intelligit participialiter ſumpto, & cum negat, ꝙ eſt ex nihilo, hoc eſt non
ente, de non ente intelligit nominaliter accepto. Conſiderandum rurſùm, ꝙ eſſe eſſentiæ (vt de
mente eſt dicti opinãtis) eſt eſſe æternum, non ſolùm à Deo increatum, ſed increabile, nec ab il-
lo dependet effectiuè quouis modo, ſed dependet exemplariter tantùm, à qua dependẽtia exem
plari, rei quiditas, rationem induit eſſe: immo & ipſum eſſentiæ eſſe, apud Henricùm, aliud non
eſt, q̄ reſpectus exemplati à prima cauſa: Eſſe verò exiſtentiæ, cum non ſit æternum, ſed ſecũdum
illud, res creata dicatur à Deo, eſt quo res effectiuè dependet ab eo, immo & ipſum eſſe exiſtẽtię,
ipſa dependentia, ſeu dependẽtiæ reſpectus eſt, quo res effectiuè dependet, ſeu quo dicitur crea-
ta ab illo. Et ad planiorem notitiam conſiderandum eſt demùm, ꝙ ſi quis ab Henrico quæſiſſet,
vbi forent rerum quiditates ante creationem ſuam, præſertim cùm ipſe neget creationem æter-
nam, ex principijs ſcientiæ naturalis; reſpondiſſet ꝙ nullibi, ſi formaliter loquamur, quia nullũ F
ſibi determinabant locùm, ſed ſi loquamur, largè, ꝙ erant in mente diuina; nõ eo pacto, ꝙ eſſent,
ipſe Deus, aut illi idem ſecundùm rem, ſed in ea erant, in eſſe (vt dicunt) obiectiuo; hoc eſt, ideo
in ea erant, quia erãt in proſpectu eius. Et poteſt dici ꝙ emanauerũt ex exemplaribus, in eſſentia
Dei repertis, ante actum intellectus & voluntatis, productiuum ad extrà, & tales quiditates, fun-
dant apud Henricum, eſſe creabile, & potẽtiam obiectiuam &c. Fundamentum autem opinio-
nis, eſt ſatis debile. Siquidem pro prima parte, ꝙ ſcilicet ex nihilo, hoc eſt, non ente exiſtẽtiæ, ſeu
quod idem eſt, participialiter ſumpto, neceſſe eſt, vt aliquid fiat; non aliter probat, q̄ ex hoc, ꝙ
apud ipſum, impoſsibile eſt, aut mundum, aut creaturam aliquam, ab ęterno fuiſſe. Ex hoc enim
ſequitur manifeſtè, ꝙ neceſſarium ſit, ponere aliquid eſſe productum, & per hoc ex nihilo etiam
creatum. Pro ſecunda verò, ꝙ ſcilicet ex nihilo, hoc eſt, non ente eſſentiæ, ſeu quod idẽ eſt, nomi
naliter accepto, impoſsibile ſit, vt aliquid fiat: validius non oſtendit, niſi quia illud, quod non
habet eſſentiam, eſt quid fictitium, & ob id, vt creetur eſt impoſsibile. ergo &c.

Hanc opinionem etſi in concluſione videatur tenere Capreolus. 2. diſt. 1. q. 2. ad arg. contra. 4.
licet non ſine formidine: eam tamen, in multis reputamùs erroneam. Et licet prima pars, vera ſit G
in ſe: eſt tamen ſine fundamento ſolido poſita. Nec admittimus, ꝙ nihil ſecundùm exiſtentiam,
aliquid ſit in ſe, ſecundùm eſſentiam: quoniam fictitium eſt, ꝙ rerum eſſentię, ſiue quiditates, ab
æterno ſint aliud in realitate, ab ipſa eſſentia Dei. Secunda tamen pars, præter id, ꝙ non eſt tuta
in fide, eſt ridicula in ſcola Peripatetica: & illius fudnamentum, nullius eſt roboris: quoniam ad-
miſſo ꝙ id, quod non habet eſſentiam, ſit fictitium, non tamen eſt fictitium, quod non habet eſ-
ſentiam aliam, ab eſſentia Dei: ſufficit enim eſſentias rerum anteq̄ ſint in rerum natura in men-
te reperiri diuina, in qua nec ſunt ſine exiſtentijs proprijs, licet non exercitis, ſicut nec poſitis in
ſtatu naturæ vnicuiq; propriæ. Hactenus de opinionibus falſis.

Vera ſententia itaq;, vnica explicatur concluſione, quæ talis eſt. Neceſſariũ eſt ſecundùm prin
cipia ſcientiæ naturalis, ex nihilo aliquid fieri, & ob id, creationem concedere. Senſus concluſio-
nis, ex titulo eſt perſpicuus. Siquidem de neceſsitate loquitur abſolutè, & de principijs intrinſe-
cis ſcientiæ naturalis, hoc eſt, à ſupernaturali diſtinctę: & particula, ex nihilo, ſumitur ex parte ter
mini, & perinde ac, poſt nihilum, ſonat. Et licet concluſio poſsit rationibus multis oſtendi, ſicut
oſtenditur à S. Thom. 2. contrà gentes. cap. 15. & 16. Et de poten. q. 3. art. pri. Tres tamen ſolùm
adducendas ſtatui, quæ iudicio meo conuincunt. H

Prima eſt. Intelligentiæ, ſecundùm principia ſcientiæ naturalis, dependent ſecundùm eſſe, à
primò ente, Deo ſcilicet benedicto, ſecundùm genus efficientis cauſæ: ergo ex nihilo ſunt ab eo
productæ, ergo ſunt creatæ, ergo neceſſe &c. Prima conſequentia, eſt conſtans ex ſe. Siquidem,
cũ effici ſit produci, palàm ꝙ ſi pendent effectiuè, ꝙ pendent & productiuè; & cũ effici nequeant
ex materia, aliàs eſſent materiales, liquet ꝙ opus eſt, vt producantur ex nihilo. Secunda pariter,
& tertia, ſunt manifeſtæ ex terminis: quare totum pondus deuoluitur ad antecedens. Pro quò, vt
validè ſtatuatur, ſupponendum eſt, ꝙ Intelligentię omnes, citrà primam quę Deus eſt, non ſunt
entia per eſſentiam, ſed per participationem. Ad cuius euidentiam, præconſiderandum, quid ſit
rem eſſe talem per eſſentiam, & quid rem eſſe talem per participationem. Et eſſe quidem rem ta
lem per eſſentiam, poteſt duobus modis intelligi. Altero vt idem ſit ꝙ eſſe talem quiditatiuè,

A ſicut homo dicitur eſſe animal ꝑ eſſentiam, quia eſt talis eſſentialitèr. Et hoc pacto eſſe talē per
eſſentiam diſtinguitur contrà eſſe talem per accidens,& hoc modo in pręſenti nō ſumitur. Reli-
quo, vt idem ſit ꝙ eſſe talem, infinito, ſiue illimitato ac perfectiſsimo modo, & hoc pacto eſſe ta-
lem per eſſentiam, diſtinguitur cōtrà eſſe talem per participationem, & ita ſumitur in hoc loco:
& eſt in vſu, nō ſolum Platonicis, ſed Theologis, & Peripateticis. Et vt dici ſolet, & rectè (ſicut ha-
bes à Caietano.p.par.q.45.ar.1.) tres conditiones exigit. Prima eſt, ꝙ ſit natura abſtracta, Secunda,
ꝙ ſit in abſtractione illimitata, Tertia, ꝙ ſit ſubſiſtens per ſe. Propter defectum primi, album, ſeu
albedo in pariete, non dicitur per eſſentiam talis: Propter defectum ſecundi, albedo vt quatuor,
ſi fingeretur ſine ſubiecto, & in tali limitatione ſeparata, conſeruari concederetur à Deo, albedo
non diceretur per eſſentiam: Propter defectum tertij, albedo in tota latitudine ſua ſumpta, ſepa-
rata & abſtracta, non diceretur albedo per eſſentiā, quia per ſe non ſubſiſteret. Eſſe verò per par-
ticipationē tale, eſt aliquid dici tale, ſed non infinito ſeu illimitato ac perfectiſsimo modo. Vnde
& conditiones habet ſupradictis oppoſitas, vt cuiq; facile eſt animaduertere. Quibus præconſide
ratis, difficilè nō eſt videre, quid ſit ens per eſſentiā, & quid ens per participationē. Nam ens ſicut
ab eſſe ſumitur exiſtentię (de tali enim ente nunc loquimur) ita & in ſuo formali ſignificato, eſſe
B exprimit exiſtentię, eſt enim concretum ſicut & album, vt aliquando teſtatus eſt S. Tho. propor-
tione ſua. Ergo ens per eſſentiam idem erit quod eſſe abſtractum, & per ſe ſubſiſtens. Et ens per
participationem erit, vel habēs eſſe, vel etiam ipſum eſſe nō quidem abſtractum, aut illimitatum,
aut per ſe ipſum ſubſiſtens, ſed concretum, limitatum, & quodammodo in habente receptum:
Sed fundamento declarato, abſurdum nō erit, ſi probetur. Probatur ergo & pro prima parte ſic:
Intelligentię, ſi forent entia per eſſentiā, quęlibet foret ipſum eſſe abſtractū, & per ſe ſubſiſtens:
ergo quælibet eſſet Deus, ergo plures Dij, quod implicat contradictionem. Antecedens conſtat
ex declaratione. Prima conſequentia, ex eo euidens eſt, quia aliud nō eſt Deus, q̄ ipſum eſſe abſtra
ctum, & per ſe ſubſiſtēs, vt & Commentator docet.12. Metha.com.51.& Ariſto. nō tacet. 2. eiuſdē,
tex.com.4. Secunda conſequentia, nota eſt ex terminis. Et ꝙ implicet plures eſſe Deos, nemo eſt
qui neget. Siquidem cum eſſe abſtractum, & per ſe ſubſiſtens, conſtet tota latitudine entis: ſi plu
res forent Dij, omnes forent eiuſdē perfectionis, & nobilitatis præciſè, ergo nulla eſſet inter illos
diſtinctio, & per conſequens nulla multitudo, ergo eſſent plures, & nō plures. Cōfirmatur, quia
eſſe non multiplicatur: niſi ex aliquo contrahente, quoniam non multiplicatur, niſi recipia-
C tur: propter quòd dicitur 12. Methaphyſicæ, tex.com.49. ꝙ ſi plures inuenirentur Dij, ꝙ mate-
riam concernerent neceſſariò; ergo ſi eſſe, ponitur in ſua abſtractione, & per hoc conſtare tota
ſua latitudine, ponitur ſine contrahente, & recipiente: ergo ponitur immultiplicabile. Probatur
vel potius deducitur pro ſecunda parte hoc pacto. Si intelligentiæ non ſunt entia per eſſentiam,
ſequitur neceſſariò ꝙ (ſi ſunt entia) ſint entia per participationem: ꝙ eſt ſecunda pars fundamēti:
Conſequentia eſt clara à ſufficienti diuiſione: Quia omne ens, aut eſt ens per eſſentiā, aut eſt ens
per participationem: quemadmòdū & ſine controuerſia, omnes admittimus, ergo &c. Poſito igi
tur fundamento ſupereſt conſtituere acceptum antecedens. Probatur ergo ſic. Intelligentię, non
ſunt entia per eſſentiam, ſed per participationē, ergo dependent in genere cauſę efficiētis, à pri-
mò ente: quod indubiè Deus eſt, qui ens eſt per eſſentiā, vt & Cōmētator dixit. Antecedēs patet
ex fundamento, conſequentia verò probatur. Certum quidem eſt, ꝙ entia per participationem;
entia non ſunt ſecundùm eſſe, à ſe: aliàs eſſent principiū primùm, ſecundùm eſſe, & per hoc, non
eſſent entia per participationem, ſed per eſſentiam, nec eſſent plura, ſed vnum, ſicut præoſten-
ſum eſt: ſed ſunt ſecūdū eſſe ab aliò, ſicut riuuli ſunt à fonte, & radij ſolares à Sole. Ergo aut ſunt
ſecundùm eſſe ab alio, quod ens ſit per participationem, aut ꝙ ens ſit per eſſentiam: non primū,
D quoniam & quęſtio pariter ſupereſſet de eo, à quo & illud, ſecūdū eſſe, foret, & ita proceſſus iret
ad infinitum, ꝙ natura non patitur: ergo ſecundū. Tunc vltra. Entia per participationem, ſecun-
dū eſſe, ab ente ſunt per eſſentiam, ergo quodam pacto ſecundū eſſe pēdent, à primò ente, ergo
& ſecundū dependētiam causalitatis pendent à Deo benedicto: patet hoc, quia dependère ſecun
dùm eſſe ab aliquò, & cauſari ſecundùm eſſe ab eò, idem eſt: imo ſi nulla depēdentia eſt ſine cau-
ſalitate, palàm ꝙ dependentia ſecundùm eſſe, maximè erit ſecundùm cauſalitatē; vnde & proprię
cauſę ſunt, quę ſua ex ratione ad rem ſecundùm eſſe concurrunt. Igitur vel cauſantur à primò en
te, in genere cauſæ efficientis, vel in genere cauſæ finalis, vel formalis, ſiue qđ idē eſt exemplaris:
nam quartùm membrum dari non poteſt, non modo quia intelligentiæ, ſunt ſine materia, ſed
quia primum ens cauſa materialis non eſt: vnde & 12. Metaph.com. 6. rectè Commentator dicit,
ꝙ primum ens non eſt niſi forma, agēs, & finis: ſed quodcunq; dicitur, habet intentum, ergo &c.

Manifeſtatur

Manifeſtatur ſubſumptum ex hoc, ꝙ in qualibet earum, aut exprimitur, aut includit cauſalitas E
ipſius efficientis: nam vt patet, explicatur in primò, & includitur in ſecundo, & tertio. Siquidem
cauſalitas finis cauſalitatem concernit agentis, non ſolum quia finis, vt Com. dicit lib. de ſubſtan
tia orbis, agens ſignificat neceſſaria ſignificatione: & notum eſt ex eodem. 12. Methaphy. com. 6.
& 36. ꝙ in ſeparatis a materia, idem eſt agens & finis; ſed quia ex ratione finalis cauſæ, id conuin-
citur proficiſci. Cum enim cauſalitas finis ſit, vel reſpectu agẽtis, quod interueniente appreheh
ſione excitat, ad ſe conuertit, & trahit, & ſuo modo in ipſo, appetitionem (cauſalitate quidẽ; non
ſimplici, ſed quodam pacto multiplici, putà formali, effectiua, finali, vt acuti Metha. animaduer-
tunt) efficaciter cauſando, ad ſui aſſequutionem accendit, vel reſpectu mediorum, quæ ad illius
adeptionem, neceſſaria, aut accommoda ſunt, quibus peculiarem in ordine ad ſe bonitatem cõ-
municat, dum ſe in illa quodam pacto diffundit, ſuiq; nõnullam participationem facit: haud du-
bium ꝙ vtroq; modo, agentis cauſalitatem implicat, ac propria ex ratione concludit. Et vt res ſit
clarior, primò ùtraq; cauſalitas explicanda eſt ſub exemplo, ſecundò intentum ex vtraq; conuin
cendum eſt q̃ dilucidè. Sit finalis cauſa, putà ſanitas, quæ reſpectu ęgroti finis eſt acquirendus, &
reſpectu ſani, finis eſt conſeruandus: conſtat primò ꝙ reſpectu ægroti, ab illo apprehenſa, excitat, F
conuertit, & trahit illius appetitum ad ſe, cauſatq; in eo actum deſiderij, & effectiuè (nam bal-
neum in anima eſt agens deſiderium, vt & Commen. dicit) & formaliter, ſpeciem largiendo ei
(eſt enim deſiderium ſanitatis, & non acquirẽdi diuitias) & finaliter, quia ita cauſat, vt ea demum
acquiſita fruatur: reſpectu ſani pariter ſe habet vt conſeruetur, quemadmodum reſpectu ægroti
vt acquiratur, vt cuiq; facile eſt applicare. Conſtat deinde, ꝙ ſanitas ſiue ſit acquirẽda, ſiue ſit con-
ſeruanda, nõ nulla exigit media: & aliqua quidem videntur neceſſaria: aliqua verò vt conferen-
tia, putà flobotomiam, potionem amaram, dietam, & id genus alia, per quæ media gradiendum
eſt, volenti vel ſanitatem aſſequi, vel aſſequuta potiri: ergo reſpectu horum excutiẽda eſt cauſa-
litas eius, & facile liquet, ꝙ in eo ipſo conſiſtit, quòd peculiarem illis bonitatem, & per hoc appe
tibilitatem confert. Nam cùm flobotomia, amara potio, dieta, abſolutè non ſint nobis bona, nec
appetibilia, ſed potius deſtabilia, & non niſi vrgente neceſsitate reputentur bona & appetibilia;
palàm ꝙ ex ipſo fine, ſanitate ſcilicet, bonitas illis accedit, & velut ex fonte ab illa dimanat, effun-
ditur, communicaturq;: immo ſi quis rem acutè perſpiciat, non aliter ea bona appetibilia ad ſa-
nitatem ſunt, niſi quia ſanitas, in illis quodam pacto relucet, & veluti cauſa, ſuo in effectu dignoſ-
ſcitur. Ergò non eſt obſcurum accipere, ꝙ & in hoc cauſalitas finis, non eſt prorſus ſine cauſalita- G
te agentis, quoniam non eſt ſine cauſalitate bonitatis, quæ conſiſtit in ſui effuſione, & communi
catione; immo cum finis maximè habeat rationem boni, neceſſe eſt, vt illi maximè & inſigniter
conueniat cauſalitas eius: ergò cũ illa expers non ſit cauſalitatis effectiuę, nec iſta expers erit eiuſ-
dem. Immo ſi quis rem exactius ponderaret, videret forsàn, ꝙ ſicut finalis cauſa eſt potiſsima om-
nium, & per hoc eo modo, quo poteſt, reliquarum, quæ perfectionem dicunt, perfectiones inclu
dit: ita & cauſalitas finis, omnium eſt prȩſtantiſsima, & reliquarum cauſalitatum perfectiones ag
gregans: ſed hæc in Methaphyſica latius. Nunc ſi placet ad intentum accedere: palàm ꝙ facile eſt,
illud, vt pollicebamur, euincere. Si enim nulla ex parte, cauſalitas finis, ſine cauſalitate inuenitur
efficientis, haud dubium ꝙ illam non ſolum de neceſsitate concernit, ſed illam propria ex ratio-
ne implicat & includit. Et ſi addis, ꝙ in præſenti opus non eſt loqui de dependentia entium per
participationem à primò, quod ens eſt per eſſentiam, ſecundùm operari, ſed de eorũdem depen-
dentia ab eodem, ſecundùm eſſe: & facilius & euidentius, conſtabit quod volumus. Siquidẽ omiſ
ſa cauſalitate finis reſpectu agentis, quippe quæ aut nihil, aut parũ facit ad rem (nam operari prȩ-
uenitur ab eſſe, & agens moueri non poteſt, vt agat, niſi ſit) haud dubium ꝙ finis cauſalitas rema
nens, & intento accommodari valens, cauſalitas eſt boni finalis, qua ſcilicet ad bona, quæ ad finẽ H
media ſunt, ſe diffundit: & propterea ꝙ talis cauſalitas eſt, qualis quodammodo cauſalitas eſt ſon
tis, reſpectu riuuli, aut ſolis reſpectu radiorum eius: Vbi & videre licet etiam cęcis, ꝙ ſine effecti-
ua cauſalitate nec eſſe nec intelligi poteſt. Rurſum & cauſalitas exemplaris, neceſſariò cauſalita-
tem concernit agentis, cum exemplar aliud non ſit, q̃ id, ad cuius ſimilitudinẽ aliquis operatur.
Ergò ſi entia per participationem, in genere exemplaris cauſæ, ab ente quidem pẽdent, quod eſt
ens per eſſentiam, haud dubium, ꝙ ad illius ſimilitudinem ab aliquo producta ſunt: aut ergo ab
eo, & habetur intentum, aut ab alio, quod ens ſit per participationem, & ſic, vt deductum eſt,
proceſſus erit ad infinitum, quod omnes abhorrent. Confirmatur idem Antecedens ex hoc,
quòd naturaliſsimum eſt cuiuis perfecto, inquantùm natura patitur, producere ſibi ſimile, vt
experientia docet, & Philoſophus non ſemel teſtatur: ergo non remouendum eſt hoc ab omniũ

A perſectiſsimo, quod eſt ens per eſſentiam, ergò & illi naturaliſsimum erit aliquid, prout rei natu
ra permittit, ſimile ſibi producere: aut ergò ſibi naturaliſsimum erit producere ens per eſſen-
tiam, & hoc natura, non patitur; aut ens per participationem, & hoc eſt, quod inpræſenti do-
cetur, ergo &c.

Secunda ratio eſt Accipiatur ex.2.metaphyſicæ tex. com 6. ꝙ in ordine efficientium cauſarũ,
non eſt procedere in infinitum, ſed eſt deuenire ad vnum primum efficiens: quod quidem, vt ex
octauo ſumitur phyſicorum, non poteſt eſſe efficiens per accidens, ſed per ſe. Nàm implicat, ꝙ
ſit primum efficiens, & ꝙ non ſit efficiens per ſe, ſed per accidens: qm̃ cum oẽ per accidens, redu
cendum ſit ad per ſe, ſequeretur ꝙ eſſet, & non eſſet primum efficiens. Accipiatur ex 2. Phyſico-
rum, &. 5. Methaphyſicæ. Tùm ꝙ oĩs cauſa quò ſuperior, eò communior, & vniuerſalior, & per
hoc ꝙ primum & ſupremum efficiens, communiſsima & vniuerſaliſsima cauſa eſt: Tùm ꝙ effe-
ctus & cauſæ, ad inuicem proportionem habent, adeò vt non ſolùm cauſæ per ſe, correſpondeat
effectus per ſe, & cauſæ per accidens, effectus per accidens, ſed & cauſæ vniuerſali. effectus vni-
uerſalis, & particulari particularis, & cõmuniſsimæ, & vniuerſaliſsimæ, effectus vniuerſaliſsimus
& communiſsimus. Quibus acceptis, ſic argumentatur. Datur primum efficiens, quod eſt per ſe
B & vniuerſaliſsima cauſa, ergò ſibi aſsignari debet, per ſe & vniuerſaliſsimus effectus: ergò ſibi aſsi
gnari debet productio entis ſecundùm ꝙ ens, non per accidens ſed per ſe. Antecedens, cùm pri-
ma conſequentia, patet ex acceptis. ſecunda autem ex eo manifeſta eſt, ꝙ ens in eò ꝙ ens, eſt quid
vniuerſaliſsimum, & ab omnibus aſsignatur pro effectu primæ & vniuerſaliſsimæ cauſæ: Vndè
& dicitur in lib. de cauſis, ꝙ prima creatarum rerum eſt eſſe: & ſermo eſt de ente quidem, in eò,
ꝙ ens ſed depẽdente, vt reſtringatur ad ens, quod cauſam habere poteſt, & excludatur ens, quod
ad ens per eſſentiam ſe extendit: Siquidem res, quę dependent (vtpotè, quæ per participationem
entia ſunt) multis poſſunt rationibus diſcuti: & vt entis rationem induunt, ens dependens, vti effe
ctum communiſsimum dicunt, ſicut & peripateticis notiſsimum eſt Ergò ſequitur ꝙ illa produ-
ctio ſit ex nihilo, & per hoc, ꝙ illa productio ſit creatio. Probatur ꝙ ſit ex nihilo, qm̃ ꝙ ſit creatio,
conſtat ex terminis ex hoc ꝙ primò phyſicorum tex. com. 76. illud dicitur fieri per ſe. cuius ra-
tio non præexiſtebat antequàm fieret: propter quod canis non fit per ſe ex cane, ſed fit per ſe ex
non cane, ſicut ibi Ariſtoteles docet. Ergo ſi ens aſsignãdum eſt in eò, ꝙ ens, vt effectus primæ,
per ſe & vniuerſaliſsimæ cauſæ neceſſe eſt ꝙ in illius productione, entis ratio, non pręcedat; & ꝑ
conſequens, ꝙ ex non ente, & ob id, ex nihilo fiat. Nec valet, ſi quis dicat, ꝙ vtiq; ens fit ex nõ en
C te per ſe, ſed nõ ex nõ ente ſimpliciter, ſed ex non ente quidẽ, in actu, ente vero in potentia: qm̃
(præter id ꝙ hæc fuga, rem nõ penetrat, eò ꝙ ens quod fit, ens eſt. vt diximus, communiſsimum,
vtpote reſpondens communiſsimæ cauſæ, & per hoc, ens eſt, quod in ſe claudit ens, quod eſt in
actu, & ens quod eſt in potentia) conſtat quod reſtringendo rem, ad immateriales ſubſtantias,
nullum poteſt habere colorẽ: qm̃ nec dici, ne intelligi poteſt, ꝙ entia immaterialia, ex ente fiant
in potentia, & maximè eo pacto, quo aliquid ex ente fieri dicitur in potentia. Nam licet ante ſui
creationem, illa in potẽtia ſint actiua creantis, licet & admitteretur quòd eſſent in potentia ob-
iectiua eiuſdem; eo tamen pacto (quo ritè poteſt admitti, de qua re alibi dictum fuit ad plenum)
non tamẽ admitti poteſt, quòd eſſent in potentia alicujus materiæ, ſicut in potentia eſſe dicitur,
quod ex aliquo fit antequàm fiat.

1. Tertia ratio eſt. Supponatur primò, ꝙ in Deo ſunt omnes perſectiones, non ſolùm repertæ,
ſed & reperibiles in quibus volueris creaturis. Patet hoc, quia eſt ens per eſſentiam, & ob id, eſt
ipſum eſſe ſubſiſtens, in tota ſua latitudine, & abſtractione, & conſequenter eſt habens & conti-
nens quicquid ſub entis ratione comprehenditur, & propterea rerum omnium perſectiones.
(Nam & omnis perfectio, ſecundùm aliquod eſſe, neceſsè eſt attẽdatur, vt & S. Tho. docet. 1. cõt.
D gen. ca 28.) Immò in Deo, non ſolùm ſunt omnes perfectiones repertę, ſeu reperibiles in quibus
volueris creaturis; ſed & longè (quin & infinitè) plures, quæ nec ſunt, nec aptæ natæ ſunt reperi-
ri in illis. Patet hoc, quia tantæ eminentiæ, tantæq; pręſtantię eſt natura diuina, vt nullis, etiam
ſi infinitæ fuerint creaturę, adæquari in perfectionibus poſsit: Vndè & com. 5. Metaphyſicæ cap.
de perfecto, non modò vult in Deo perſectiones eſſe omnium generum, ſed eſſe ſecundùm ex-
ceſſum vel hyperbolem &c. Supponatur. 2. ꝙ omnes perfectiones, & maximè quæ ſunt creaturis
cõmunicabiles, ita ſunt in Deo, ꝙ nõ ſolùm omnes ſunt in illius eſſentia, ſed omnes in illius ſunt
intellectu, oẽs in illius voluntate, & oẽs in illius potentia creatiua, quicquid ipſa ſit. Patet hoc,
quia cùm illa ſint vnùm & idem, non eſt maior ratio, cur concedãtur in vno, & non concedãtur
in alio: ſunt tamen in quolibet, alio & alio modo: qm̃ in eſſentia ſunt in eſſe naturali ipſius Dei,
vndè & ibi

vndè & ibi habent eſſe diuinum, in intellectu ſunt in eſſe intellecto, vel cognito, in voluntate E
ſunt in eſſe volito, ſiue amato, & in potentia creatiua ſunt in eſſe creabili, ſeu quouis modo pro
ducibili. Et hæc communia ſunt non ſolùm Theologis, ſed & verè phyloſophis. Supponatur ter
tiò, ꝙ in materia prima non ſunt oẽs perſectiones abſolutè, ſed ſolum materiales, ſeu quod idem
eſt, de illa educibiles, quales ſunt oẽs formæ, quæ extrrahi habent de potentia eius: vt & Com. do
cet in pluribus locis, & maximè. 12. Metaphyſicæ com. 39. Quibus ſtantibus argumentor. In po-
tentia creatiua, ſiue productiua Dei, ſunt plures perfectiones, q̃ ſint perfectiones educibiles de
materia prima: ergò non repugnat, aliquem effectum, poſſe correſpondere Deo, in quò materia
non communicet: ergò non repugnat, immò maximè eſt conſentaneũ, aliquid poſſe ex nihilo
dimanare ab eo; quod eſt poſſe creationẽ admittere. Antecedẽs & cõſequẽtiæ, notæ ſunt ex ſup
poſitis: vt opus non ſit amplius immorari. Quare cùm oẽs hæ rationes, ex propoſitionibus con-
ſtent, lumine naturali acceptis, per illudq; notiſsimis; indubia remanet concluſio, quæ pro vera
ſententia explicata eſt, vt omnibus facile eſt agnoſcere.

Verùm contrà cõcluſionem hãc, nonnullæ fiunt obiectiones, quibus æquum eſt ſatisfacere:
Et qm̃ præcipuæ ex authoritatibus procedunt, philoſophi, & Commentatoris, quę per ſe nõ ſunt
contrà determinata, & in ſequentibus vendicant ſibi locũ, icciredò ab illis abſtinentes, quæ aliun F
de robur accipere poſſunt, paucis adducemus, ac reſponſiones dabimus. Sit ergò prima. Ex nihi-
lo, impoſsibile eſt, aliquid per intellectum quemcunq; concludi; ergò ex nihilo, impoſsibile eſt,
aliquid per quam volueris potentiam fieri. Antecedens eſt notum. Conſequẽtia verò probatur,
quia concludere opus eſt rationis, fieri verò actiuę poteſtatis, immò poteſtatis, quæ agit ad extrà:
certũ eſt aũt, ꝙ ratio minus aliquo eget in opere ſuo, q̃ poteſtas ad extrà in ſuo, ergo &c. Secũda
eſt, ſi ex nihilo, ideſt poſt nihil, aliquid fieret; indubiè, nõ eſſe præcederet eſſe, & per conſequẽs,
negatio præcederet affirmationem, quod eſt manifeſtè falſum, ergò &c. Cõſequentiæ ſunt adeò
ex ſeipſis notæ, vt probari illas opus non ſit. Tertia eſt. Vbi diſtantia eſt infinita, ibi nõ poteſt eſſe
tranſitus, de extremo ad extremum: ſed inter nihil & ens, diſtantia eſt infinita, ergò de nihilo nõ
poteſt tranſiri ad aliquid: ergò ex nihilo nequit aliquid fieri. Maior pater, quia infinitum trãſiri
non poteſt, Minor ex terminis euidens eſt.

Sed his difficilè non eſt reſpondere, Et ad primam reſpondetur, primò, ꝙ cùm concludere, vt
conceditur, opus ſit rationis, neceſſariò rationis motum, qui diſcurſus eſt, continet: ergò ſi quid
huiuſmodi concluderetur obiectione, profectò concluderetur, ꝙ ſicut ex nihilo non poteſt ali-
quid, veluti ꝑ diſcurſum rationis concludi, ita ex nihilo non poteſt aliquid fieri, veluti per mo- G
tum actiuæ poteſtatis, quæ operatur ad extrà, quod gratis conceditur: qm̃ non dicimus ꝙ ex nihi
lo aliquid fiat velut per motum. (ſcimus enim, ꝙ ſic dicere cõtradictionẽ concerneret: qm̃ ꝑ mo-
tum aliquid non fit, niſi ſuppoſito mobili, cùm motus actus eius ſit, vt dicitur. 3 phy. tex com. 6)
ſed per ſimplicẽ emanationẽ, vt inferius latius declarabitur. Quare, proportione conceſſa, ſicut
ex nihilo, ideſt poſt nihilum, contingit aliquid concipi, conceptione non diſcurſiua, ſed ſimpli
ci, ita ex nihilo, hoc eſt, poſt nihilum, contingit aliquid fieri, non via motus, ſed ſimplicis emana
tionis. Reſpondetur ſecundò, ꝙ antecedente conceſſo; neganda conſequẽtia eſt; quia non proce
dit à ſimili. Nam cùm in concluſiuo diſcurſu, principia ex quibus proceditur, concluſionem infe
rant velut actiuæ cauſæ, non mirũ ſi impoſsibilè eſt, ꝙ procedatur ex nihilo, quia nihil vim agen
di habere non poteſt: in creatione aũt, quæ eſt ex nihilo, nemo dicit, ꝙ nihil vim habeat agendi
aliquid, cùm nequeat cauſalitatẽ actiuã induere, ſed ſatis ei eſt, ſi dicat ordinẽ, vt in præcedẽtibus
ſæpe eſt dictũ, nec aliud eſt, aliquid ex nihilo fieri, q̃ poſt nihilũ aliquid fieri: ergò cõſtat, ꝙ con-
ſequentia non procedit: & propterea ꝙ obiectio nihil valet.

Ad ſecundam reſpondetur, ꝙ non eſt inconueniẽs, ꝙ non eſſe rei creabilis, præcedat eſſe rei H
creabilis, & cùm infertur, ꝙ tũc negatio affirmationẽ præcederet, dicitur ꝙ id poteſt duobus mo
dis intelligi: altero loquẽdo de affirmatione, & negatione formalitèr, hoc eſt de enunciatione,
ſeu propoſitione affirmatiua & negatiua, & hoc pacto verum eſt, ꝙ ſemper negatio affirmatio-
nem ſubſequitur, vndè & prima noſtri intellectus cõpoſitio, affirmatiua cõpoſitio eſt: reliquo
loquẽdo de affirmatione, & negatione fundamẽtalitèr, & hoc pacto dicitur, ꝙ licèt abſolutè lo-
quẽdo, affirmatio negationem præcedat, & per hoc, & eſſe abſolutè, non eſſe præueniat; nihi-
lominus reſpectu vnius & eiuſdem, ſecus eſt. Vndè & ſi non eſſe creaturæ, præceſsit eſſe crea-
toris, non tamen ipſum, præceſsit eſſe creaturæ: nam via originis, prius eſt non eſſe creaturę: q̃
eſſe eiuſdem creaturæ &c.

Ad tertiã, Dicitur primò, cùm S. Thoma de po. q. 3 ar. 1. Quòd ibi non eſt tranſitus ſimplicitèr,
ſed

A ſed ſimilitudinariè,quia vbi non eſt motus non eſt verè tranſitus:Secundò dicitur etiam cùm eò
dem,ꝙ non entis ad ens,non eſt diſtãtia infinita,niſi fortè particula,ad ens,ꝓ ente accipiatur in
finito: Sed ſi pro ente accipiatur limitato,quale eſt omne ens creabile,diſtantia ſemper eſt termi
nata ergo &c.Hactenus de.2.parte.

Quo ad 3.tranctanda eſt quæſtio de mente phyloſophi:In qua re ſic procedetur. Primò non-
nullæ afferentur opiniones,quæ falsò attributæ ſunt Ariſtoteli.Secundò explicabitur vera ſentẽ
tia eius.Tertiò obiicietur,& obiectionibus fiet ſatis.

Verùm vt ꝓceſſus reddatur illuſtrior,ante oĩa tres conditionales prępono.Prima eſt.Si Auer
roes poſuit creationem,& Ariſtoteles poſuit creationem.Probatur ex cõi peripateticorum aſſen
ſu:cum oẽs fateantur hac in re, Auerroem mẽtem phyloſophi aſſequutum, quemadmodum &
in pluribus aliis. Secũda eſt·Si Ariſtoteles poſuit creationem,maximè illam poſuit reſpectu ſem
piternorum entium.Probatur. Tum quia indubiè,hæc nequeũt produci per motum & mutatio
nem,aliàs nõ forent ſempiterna ſed noua; cùm oĩs motus ſit in tempore,& mutari,quamuis mu-
tationem præcedat,vt conſtat in.6.phyſicorum: Tum quia de his potiſsimum eſt difficultas,nec
de aliis rebus dubitatur à phyloſophis,an ex nihilo ꝓductæ ſint,Tertia eſt. Si Ariſtoteles poſuit
B creationẽ ſempiternorum entium,indubiè illam poſuit ab æterno,& ſine durationis initio. Pro
batur.Tum quia aliter non verè eſſent ſempiterna:Tum quia certum eſt,ꝙ in.8.phyſi.& 12.Me-
thaphyſicæ,& motus cœlorum,& cœli,& eorum motores,ſtatuuntur æterni, & ſine durationis
principio. Ex his ergò conditionalibus ſumitur,ꝙ quæſtio potiſsimùm,immo tota,ex hoc ipſo
pendet: An entia æterna ſint creata,ſiue producta ex nihilo,iuxta mentem phyloſophi, & ꝙ in
hoc caſu,pro eodem habenda eſt authoritas Commentatoris & Ariſtotelis.

Quo igitur ad opiniones,quatuor mihi occurrunt,quæ falsò imponuntur phyloſopho: quas
ſigillatim perſtringam,cum fundamentis & reprobationibus ſuis.Prima ergo eſt,quę dicit Phy
loſophũ,non poſuiſſe entiũ ſempiternorũ creationẽ, à primo principio, ſed bene eſſentialẽ col
ligationem & cõnexionem illorum cùm eo,ſine oĩ tñ dependentia ab illo.Tria ergo dicit,vt pa-
tet:primò, negat creationem eorum: ſecundò,ponit eſſentialem ordinem, ſeu colligationem
& connexionem cum Deo:tertiò, aufert oẽm dependentiam, in quouis genere cauſæ,illorum
ab eo.Et primũ probat,quia Ariſtoteles videtur negare,ex nihilo aliquid fieri poſſe: vt patet pri
mo phy.tex com.33.& in.7 Metaphyſicę dicit tex.com.22.ꝙ oĩa, quæ fiunt ab aliquo,fiunt ex ali
C quo,& aliquid,&c.Comm.quoq;.8.phy.com.4.non ſolùm idem aſſerit, ſed & dicit,ꝙ ſiqui exi
ſtimant,ex nihilo aliquid poſſe fieri,exiſtimant impoſsibile eſſe poſſe:& primo cœli comm.109.
ait,ꝙ nullus ex antiquis,poſuit mũdum ex nihilo genitum eſſe,qm̃ id eſt inopinabile,& impoſ-
ſibile &c. Secundum verò, & tertium, & ſi opinio iſta non probet,poteſt tñ vtrunq; hoc pacto
probari:ſecundum quidem,quia 12.Methaphyſicæ tex com.51.docet Ariſtoteles bonũ intrinſe-
cum vniuerſi,eſſe ordinem,ſeu connexionem entium,tùm ad inuicem,tùm ad principium pri-
mum,nõ ſecus ac bonum exercitus,ordo & connexio eſt,tum acierum inter ſe, tùm acierum ad
ducem eius: & talis ordo,ordo eſt eſſentialis,cùm ſit inter rerum eſſentias ordinatas &c. Tertiũ
vero probatur,quia in numeris & figuris,conſtat ordinem eſſe eſſentialem & tamen non depen
dent ab inuicem,vt patet,& communiter confitemur.

Sed contra opinionem hanc argumentor:& maximè contra primum & tertium dictum,quo
niam ſecundum conceditur,& veritatem habet. Et contrà primum quidem duabus authoritati-
bus Cõmẽtatoris ad præſens, quibus oſtenditur, ꝙ creationem negare non eſt ad mentem phy-
loſophi.Et prima ſumitur ex.2.de cœlo com.56 ſuper verba phyloſophi, ſecundùm interpreta-
tionem antiquam(Natura ſtetit,cùm fecit ſtellas non motas, quaſi ſciret hoc, quod accideret ex
D earum motu:quapropter fuit ingenioſa hoc ingenio,& fecit illas remanentes fixas)vbi ſic ſcribit
Auerroes: cum creator poſuit eas cęli partes non motas, proceſsit via qua conſeruarentur oĩa,
quæ ſunt hìc; quoniam ſi eſſent motæ per ſe,neceſſariò corrumperent ea,quæ ſunt hìc: Sed crea
tor optimè fecit,cùm poſuit ſubſtantiam earum conuenientem ſaluti eorum, quæ ſunt hìc,&c.
Ex quibus cõſtat,ꝙ factionem ſtellarum,eſſe vult à creatore,& conſequenter earum productio
nem creationem eſſe: cum cœlum & ſtellæ,aliter produci non poſsint. Secunda autem ſumitur
ex lib.Deſtructio deſtructionum.3.diſputatione.2.dubio,& ſunt verba Commentatoris:licet nõ
ſint completa,niſi in vera & noua tranſlatione Calo Calonymos,ait ergò.Hæc eſt doctrina prin
cipis phyloſophorũ,ideſt Ariſtotelis,in quibuſdam libellis ſuis in Methaphyſica. Nam aliqui
dixerunt:quõ incepit Deus glorioſus,mundũ ex nihilo,& fecit aliquid ex nihilo? Reſpondemus
ꝙ cum ſit agẽs,aut eius vis erit, ſicut eius poſſe,& eius poſſe,ſicut eius voluntas,& eius voluntas,

ſicut eius ſapiétia:aut eius vis erit debilior eius poſſe,aut eius poſſe debilius eius volũtate,aut eius E
voluntas debilior eius ſapientia: Si aũt iſtarum potentiarum,aliæ fuerint debiliores alijs,tunc in
ter primã cauſam,& nos,nulla erit differentia,& eſſet ei diminutio, ſicut & nobis,& hoc eſt ma-
ximè inconueniens:Si aũt erit quęlibet potentiarũ harum,in vltimitate perfectionis,cùm vult,
poteſt,& cũm poteſt,vigoratur,& oĩa in vltimitate ſapientiæ,adeò ꝙ reperietur actio,eius quod
voluerit,& vt voluerit ex nihilo. Hæc Com.ad verbum. Et planè nihil deſiderari poterit magis il
luſtre. Contra tertium verò: ex authoritatibus páritèr argumẽtor,Ariſtotelis & Com. Et Ariſto
telis quidem,quia.12 Methaphyſicæ tex.cõm.38.habet hæc verba. A primo principio pendet cœ
lum,& tota natura. Ex quibus ſequitur manifeſtè,quòd nõſolum ęterna entia,ſed & totum vni-
uerſum,ordinem habent dependentiæ à primo ente &c. Com.verò,quia ponit entia ſempiter-
na, & neceſſaria, cauſata à primo principio, Deo ſcilicet benedicto, vt patet.12.Methaphyſicæ
tex.com.51.vbi dicit,ꝙ ſcientia Dei,cauſa eſt totius entis. Et.4.cœli com.1.ait,ꝙ entia ęterna,cau
ſam habent formalem,finalem,& efficientem,ſecundùm ſimilitudinem. Quæ aũt ſit iſta cauſa,
exprimit.10.Methaphyſicæ,vbi docet,ꝙ primum ens,eſt primum efficiens,prima forma,& vlti-
mus finis. Quod repetit eiuſdem.12.com.6 36.38.41.48.& 5 .&c.

Quę aũt pro fundamentis attulit hæc opinio,facilè conſtat,ꝙ nihil valent. Et textus quidem, F
quos attulit pro primo dicto,ſiquid concludunt,aliud non concludunt,niſi,ꝙ via motus, gene-
rationis,& mutationis,impoſſibile eſt,ex nihilo aliquid produci,ita quidẽ intelligẽdus eſt Ari-
ſtoteles,ſiue Com.tàm.in.1. &.8 phy.q̃.7.metaphyſicæ,& 1.de cœlo: Et hæc interpretatio, con-
formis eſt dictis Auerrois.1.de cœlo .com.20.vbi loquens de generatione cœli,ſic dicit. Et dixit
Ariſtoteles,ꝙ corpus(ſcilicet cœleſte) neque generabile eſt ab aliquo(hoc eſt ex aliquo,vt patet
ex contextu)& non dixit,neq; generabile ſimpliciter, qm̃ hæc eſt differentia inter opinantes,ꝙ
hoc corpus eſt creatum à prima cauſa,& opinantes ipſum eſſe primam cauſam: ꝙ ſcilicet opinan
tes ipſum eſſe primam cauſam,opinantur ipſum,non eſſe generabile ſimplicitèr,& dicẽtes ꝙ eſt
cauſatum à prima cáuſa,opinantur ꝙ non eſt generabile ab alio(id eſt ex alio,vt dictum eſt,) Et
ſubdit,ꝙ ſi diceretur eſſe generabile à nullo(ideſt ex nihilo)& in nullo tp̃e,benè poſſet hoc in-
ſtitui ſecundùm vocem, & ſecundùm tranſumptionem: generabile verò, quod eſt generabile
ab aliquo(ideſt ex aliquo)quod dicitur generabile ſimpliciter, eſt terminatum tp̃e: Et hoc no-
men generationis,eſt vulgaritèr,quod Ariſtoteles vult remouere à cœlo. Hæc,Com. Ex quibus
habes,non ſolùm diſtinctionem de generatione,quę poteſt multis textibus & obiectionibus de G
ſeruire:ſed & quòd non repugnat cęlo creari,ſeu generari ex nihilo,quod non intendit Ariſto
teles remouere. Quæ verò pro ſecundo dicto allata ſunt,conceduntur gratis: Quæ vero pro ter
tio ſunt quidem vera,ſed rem declarant & non probant,vt conſideranti patet.

Secunda opinio,dicit Ariſtotelem poſuiſſe entia ſempiterna,pendère quidem à primo prin-
cipio in genere finalis cauſæ non quòad eſſe,ſed quòad operari ſolum Quare ſumma eius,in tri-
bus conſiſtit:Primum eſt:ꝙ negat philoſophum creationem ponere. Et hoc eiſdem fundamen
tis,quibus & præcedens. Secundum eſt,ꝙ ponit Ariſtotilẽ non ſolum velle ordinẽ & connexio-
nẽ ſempiternorum entium,ad primum & cum primo principio,ſed & dependentiam eorundẽ
ab eo,ſicut à fine tm̃. Et hoc ſuadere nititur ex tex. com.38 & 51.12.metaphyſicæ Siquidem depẽ
dentia abſolutè habetur in.38.& ſpecificatio ſicut à fine,haberi poteſt in.51. Tertium eſt,ꝙ eorũ
depẽdẽtia ſicut à fine,non eſt reſpectu eſſe,ſed operari,ſempiternorum entium: Quod & proba
re ſatagũt ex duobus Commẽtatoris dictis in.12.metaphyſicæ. Et primum eſt com.37. vbi habet,
ꝙ ſerui ſunt ꝑꝑ dñm,veluti ꝑꝑ finem:& ꝙ oẽs actiones eorum ꝑꝑ intẽtionẽ ſunt dñi ſui. Et ſub-
dit ſimiliter & oĩa entia ſe habẽt cum primo principio. Secundum eſt com.52.quo habet. Appa
ret ꝙ hoc cõe eſt oĩbus intelligẽtiis,ꝙ alia ſunt ꝑꝑ primum:& ſubdit modũ,& dicit. Et actiones H
iſtorum ſunt ergà illud vnum,quemadmodum oĩa ſunt in domo,ꝑꝑ dñm domus. Ex iſtis igitùr
argumentantur: Entia ſempiterna pendent à primo,ſicut ſerui à dño,ſed illi à domino,non pen
dent in eſſe,ſed tantùm in operari,ergò &c.

Sed contrà hanc opiniónem,& maximè contra ſecundum & tertium dictum, affero Commẽ
tatoris verba ſimiliter ex duobus locis Et primo ex lib. Deſtructio deſtructionum,diſp.3 vbi ſol-
uens decimum octauum dubium,propè finem ſic dicit: Amplius,declaratum eſt à philoſophis,
ꝙ id quod dat finẽ entium ſeparatorum à materia, eſt illudmet,quod dat eis eſſe: Forma enim &
& finis,vnum & idem ſunt in hac ſpecie entium: ergò illud,quod dat finẽ entibus, illudmet dat
formam,& quod dat formam,eſt agens,ergo quod dat finẽ,eſt agẽs. Apparet igitur ꝙ principiũ
primum iſtorum omnium, eſt principium ſicut agens, & forma, & finis. Hæc ille. Ex quibus

A reiicitur vtrumq; dictum: Et ſecundùm quidem, quia manifeſtè traditur, ꝙ dependentia illa, nõ
ſolùm eſt in genere finalis cauſæ, ſed etiam efficientis: Tertium verò, quia dicitur expreſsè, ꝙ nõ
modo dependentia eſt in operari, ſed etiam eſt in eſſe. Secundò ex lib. de ſubſtantia orbis. 2. cap.
vbi dicit. quòd cœlum, virtute indiget largiente ſibi eſſe, & permanentiam. Ex quibus habes, ꝙ
aliquod æternum, pendet à primo ente: non ſolùm in operari, ſed etiam in eſſe. Nec euaditur, ſi-
quis dixerit ꝙ illud eſſe, idem eſt, ꝙ operari, ſiue moueri: quoniam diſtinguit in eodem capite
Com. dependentiam cœli ſicut à mouente, à dependentia ſicut ab agente. Vnde & dicit. Vide-
mus cœlum habere vnam virtutem, non ſolùm mouentem, ſed largientem eſſe, & conſeruantē.
Et paulopoſt. Et cum ignorauerunt hoc quidam, de opinione Ariſtotelis, dixerunt ipſum nõ di-
cere cauſam agentem, ſed cauſam mouentem tantum; & illud fuit valde abſurdum, &c. Alia ad-
duci poſſent, ſed hæc modo ſint ſatis.

Ad ea autem, quæ adducta fuerunt pro ſecũdo, & tertio dicto huius opinionis, facilè dici po-
teſt, propterea ꝙ negari non poſſunt à Peripateticis, ſi eo pacto ſumuntur, quo dicuntur ab eis: Si
quidem nec à phyloſopho, nec à Commentatore, cum dictione excluſiua dicta ſunt: ſed dicta
ſunt abſolutè. Quare concedimus ꝙ æterna entia, dependent à primo ente, ſicut à fine: ſed non
B propterea dicimus (ſicut nec illi dicunt) quòd dependent ſolũ ſicut à fine. Fatemur ſimiliter, ꝙ
dependent ab eo in operari ſed non tantum in operari, quia etiam ab eo dependent in eſſe: nec
oppoſitum in dictis locis habetur.

Tertia opinio, dicit pariter Ariſtotelem tenuiſſe æterna entia, à primò pendère principio, &
ab eo cauſata eſſe, in genere ſolùm cauſę finalis: ſed addit talem dependentiam, non modo depē
dentiam eſſe in operari, ſed etiam in eſſe. Vnde & pariter in tribus dictis conſiſtit. Primum eſt, ꝙ
Ariſtoteles creationem non poſuit. Secundum eſt, ꝙ ſempiterna entia pendent à primo in ge-
nere finalis cauſæ, & hęc eiſdem fundamentis, quibus & præcedens. Tertium eſt, (& in hoc à prę
cedenti ſecernitur) ꝙ dicta dependentia eſt ſecundùm eſſe, & non ſolùm ſecundùm operari. Et
hoc nititur declarare, & pluribus rationibus ſuadere. Et declaratio eſt, quia ex 2. phyſi. & 5. Me-
taphyſicæ, finis eſt prima & potiſsima cauſa, immò & cauſarum omnium cauſa: ex quo ſequitur,
ꝙ omnes cauſas pręcedere habeat, & per hoc ꝙ in ſua cauſalitate à nulla aliarum dependeat, &
ob id, ꝙ poſsit effectum cauſare, ſine aliis cauſis, niſi aliundè impedimentum accedat. Quo ſtan-
te, modum ſubdit, quo debemus concipere, ſempiternorũ entium dependentiam à primò ente,
C in genere finalis cauſæ, & eſt: ꝙ intendente Deo, entia ſempiterna producere, immò & omnia,
quæ creabilia ſunt; mox in illo priori, in quo cauſa finalis, præcedere habet efficientem, emanaue
runt ex eo, ſiue ab eo, ſola emanatione cauſæ finalis, & ita non expectata cauſalitate efficiēte, ſim
pliciter prodierunt in eſſe; non tamē eo pacto, ꝙ mox emanauerint omnia creabilia abſolutè, quia
non emanauit motus, non quoduis generabile & corruptibile, ſed tantùm æterna ac permanen
tia, hoc eſt intelligentię, cœli, & quæ ſunt de eſſentiali cõſiſtentia vniuerſi: cuius ratio eſt, ꝙ æter
na tantum entia, finali poſſunt cauſalitate eſſe cõtenta cùm ex alio nõ poſsint educi, vel extrahi:
reliqua autem, præter cauſalitatem finalem, exigunt efficiētē, eo ꝙ de potentia ad actum educi-
bilia ſeu extrahibilia ſunt. Suaſio eſt, ex ꝗ pluribus dictis Auerrois: Verùm quia potiſsima ſunt,
quæ paulò ante, contra ſecundam opinionem adducta ſunt: & reliqua non ſunt multi momēti,
iccircò aliter non immorabimur. Sed contrà opinionē hanc argumentor, & maximè pro ea par-
te, ꝙ ęterna entia, pendent à primo, ſolùm in genere cauſę finalis, & non in genere cauſæ efficiē-
tis, oſtendens ꝙ etiam pendent effectiuè: licet non medio motu, aut mutatione, ſed eminentiori
modo, hoc eſt, per emanationē ſimplicem, vt paulò poſt explicabitur. Et primò argumentor ex
Cõmētatore, de ſubſtantia. 2. cap. Vbi habet: ꝙ finis ſignificat agens, neceſſaria ſignificatione. Ex
D quo ſequitur ꝙ ſi æterna entia pendent à primò ente finaliter, ꝙ pendent etiam effectiuè Con-
firmatur, quia in ſeparatis à materia idē eſt agens & finis, vt idem docet. 12. Metaphyſicę com. 6.
36. & 45. & conſtat ꝙ ens primum, ens ſeparatum eſt ab omni materia. Nec poteſt reſponderi, vt
vult reſpondere Greg. de Arim. 2. d. 1. q. 1. qui hãc opinionem habet, quòd agens dicitur duobus
modis, altero propriè, & ſecundùm veritatem, & tale eſt cum motu, & diffinitur principium vn-
de motus, & hoc pacto diſtinguitur ab aliis cauſis: altero impropriè & ſecundùm quandam ſimi-
litudinem, & hoc modo, omne quod eſt cauſa, propter quam ſequitur effectus, illius poteſt
agēs appellari, & ità ab aliis non diſtinguitur cauſis, & pręſertim à forma & fine. Et poteſt
hæc diſtinctio accipi, vt dicit, ex Commentatore. 4. de cœlo comm. 1. vbi dicit, quòd res ęternæ,
non habent agens, niſi ſecundum ſimilitudinem, & ꝙ ex quatuor cauſis non habent niſi forma-
lem & finalem cauſam. Non poteſt inquàm, ſic reſponderi, vt dicatur, quemadmodũ ille ſubdit

ꝙ verba Commentatoris ſuprà adducta, de agente verificentur impropriè, ac iuxta ſimilitudinẽ E
ſumpto: qm̃ & ſi conceditur, ꝙ verba eius, verificari non egeant, de agente per motum, egent tñ
vt verificentur de agente, condiſtincto formæ & fini: condiſtincto inquam, ſaltèm ſecundùm ra
tionem formalẽ, quod propoſito ſufficit. Et hoc ex eo conuincitur, quia Com. in de ſubſtãtia or
bis poſt ea verba, immediatè ſubiungit, ꝙ finis agẽs ſignificat, ſignificatione neceſſaria, ſicut mo
tum ſignificat mouens. Patet aũt, ꝙ diſtinctio eſt inter mouens & motum, & per hoc diſtinctio
erit inter agens & finem: & ſi perſpicacius conſideratum fuerit, talis inuenitur diſtinctio inter
agens & finem, qualis inuenitur inter mouens & motum. Nam & finis mouet agens neceſſario:
in quo & prærogatiua eius cõſiſtit, qua reliquis præponitur cauſis. Nec eàdem diſtinctione, alia
poteſt labefactari authoritas, ex. 12 ſumpta: qm̃ Commentator eo loci, rationem agentis, diſtin-
guit à ratione finis, dum vult ꝙ idem ſint, primum efficiens, prima forma, & vltimus finis; idem
planè ſubiecto, & ſi non idem ſecundùm eſſe: propter quod & primò phy. com. 1. dicit, ꝙ ſciẽtia
diuina conſiderat tria cauſarum genera, ſcilicet motorem, formam, & finem: & conſtat, ꝙ diui-
nus non conſiderat motorem primum, vt producentem per motum, quia hoc pacto conſidera-
tur à naturali, quemadmodùm, & ſpectat ad eum, vt idem docet. 12. Metha. com. 5. Oportet autẽ
& Greg. hanc doctrinam recipere, eo ꝙ vbi ſuprà. 2. ar. q. 1. declarans Commentatoris verba ex. F
12. com. 41. in quibus habet ꝙ cęlum à duplici mouetur motore, ait ꝙ illud verum eſt, quo ad di-
uerſas mouentis diſpoſitiones, ſcilicet in genere cauſæ efficientis, & in genere cauſæ finalis. Vn-
de vult ꝙ idem met mouens, ſecundùm aliam & aliam mouendi rationem, ſit agens & finis, & ſe
cundùm ꝙ agens, ſit motionis finitæ, & ſecundũ ꝙ finis, infinitæ. ergò alia erit rõ cauſæ finalis, &
alia erit efficientis, tametſi nonnunq̃ ſint idem ſubiecto, & ſecundùm rem &c. Secundò argumẽ
tor ex verbis eiuſdem in 12, com. 44. vbi contra Auicennã dicit, ꝙ in intelligentiis non eſt actio,
nec paſsio, nec conſequutio: nec prouentus, ità vt vna actio &c. ſed eſt illic cauſa & cauſatum, ſe-
cundùm ꝙ intellectũ cauſa eſt intelligentis, &c. Ex qbus argumentari poteſt. Intellectum nõ eſt
cauſa finalis intelligentis, ſed ipſum intelligere: ergo alia eſt dependentia intelligentiarum à pri
mò ente, q̃ finalis. Antecedens eſt notum, quia intellectum quæritur propter intelligere conſe
quentia eſt manifeſta ex terminis. Poſſet & alia formari ratio, ex eodem tex. quia intellectum, ef
fectiua videtur cauſa intelligentis, vt intelligens eſt, eo quòd. 3. de aĩa tex com. 54. obiectum mo-
uet effectiuè, &c. Ad ea aũt quæ hæc opinio adducit pro ſe, facilè dicitur admittendo quòd vera
ſunt, ſed non concludunt intentum: quia etſi dependentiam concludunt à cauſa finali, nõ tñ de G
pendentiam ſufficientèr excludunt à cauſa efficienti, vt conſideranti patet.

Quarta opinio eſt, quæ aſſerit ad mẽtem Ariſtotelis & Commentatoris aliqua quidem entia
ſempiterna, à primò ente effectiuè, producta, & conſequentèr creata, vt putà cœlos: aliqua verò
non effectiuè producta, ſed ſolùm in genere finalis cauſæ dependentia, vt putà abſtractas intelli-
gentias, quas aſſerit increatas. Et vtrunq; nititur ſuadere: & quòd cœli quidem ſint effectiuè pro
ducti, ex verbis probat Commentatoris, & maximè in de ſubſtantia orbis, quia ſcilicet virtutem
habent largientem eſſe. Quòd verò intelligentiæ non ſint productæ, ex. 2. probat Metaphyſicæ
tex. com. 4. vbi Phyloſophus præmiſſo quòd illud quod eſt maximè tale, in quouis genere, cau-
ſa eſt omnium aliorum, ſubdit. Quapropter principia ſemper exiſtentium, eſſe vereſsima neceſ-
ſe eſt, nec illis eſt cauſa aliquid vt ſint, ſed illa aliis. Et planè loquitur de cauſa efficiente. Com-
mentator quoq; addit in eodem loco, quòd principia ſemper exiſtentium, principia ſunt cœle-
ſtium corporum. putà motores eorum. Ergo motores cœleſtes, ſeu intelligentiæ abſtractæ, non
habent cauſam effectiuam.

Sed contrà hanc opinionem, vnica argumẽtor ratione, fundata in verbis Auerrois. 2. Metha-
phyſicæ com. 4. non quidem improbando primam partem, cœlos ſcilicet, eſſe productos, ſed ſe- H
cundam, intelligentias ſcilicet, non eſſe productas ſiue creatas. Et argumentor hoc pacto. Dicit
Commentator ibi hæc verba. Manifeſtum eſt, ꝙ ſi eſt prima cauſa oĩum entium: prout declaratũ
eſt: in ſcientia naturali, ꝙ illa eſt cauſa magis digna, & in eſſe & in veritate, q̃ oĩa entia: oĩa enim
entia non acquirunt veritatẽ & eſſe, niſi ab iſta &c. Quibus ſi adiungas, ex cõceſſo ab iſta opinio
ne, ꝙ eo loci, ſermo eſt de cauſa effectiua, vt patuit, ſequitur indubitantèr, ꝙ etiam intelligẽtiæ
ſint effectiuè productæ: quare &c. Ad ea aũt, quæ ex verbis Auerrois adducta ſunt in cõtrarium,
conſtantèr dicitur: ꝙ noluit ſomniare Commẽtator, principia cœleſtium corporum, & maximè
aliorum à primo, hoc eſt intelligentias ipſas. eſſe improductas, ne ſibi in paucis verbis turpitèr
contradicat; quippè qui, paucis interiectis, aſſerit vnum eſſe principium, quod effectiuè produ-
cit omnia entia. Sed per principia cœleſtium corporum, primum intelligit agens, ſupremam

formam,

A formam,& vltimum finem, quæ vnũ ſunt ſubiecto.vt.12.explicat Methaphyſicæ com.6.Ex qui-
bus,velut ex principiis,ſunt cœleſtia corpora,& oĩa alia. Necaccipit Commentator eo loci cęle
ſtia corpora, excluſis ab illis aſsiſtentibus intelligentiis, ſed incluſis:propter quod indubiè non
eſt pro illa opinione,ſed contrà illam,ſi benè examinetur &c.

Obmiſi volẽs,adducere opinionẽ Bachonis,qui vult ꝙ Ariſt & Cõmentator in hac re ſibimet
contradicant,eo ꝙ indigna viſa eſt recitatione.Quare hæc de opinionibus ſatis.

Quò ad veritatem procedetur hoc modo.Primò declarabitur vera ſentẽtia Ariſtotelis, oſten
dendo illum ſempiternorum creationem tenuiſſe.Secundò explicabitur modus,quo poſuit ſem
piternorum creationem fieri.Tertiò ſatisfiet ſiquæ emerſerint difficultates.De primo ſit iſta con
cluſio.Neceſſarium eſt ſecundùm mentem philoſophi creationem ponere ſaltèm ſempiterno-
rum entium,& ab æterno.Concluſio(vt cõſtat)tres habet particulas.Prima eſt . Neceſſarium eſt,
ad mentem Ariſtotelis creationem ponere.Secunda eſt. Quòd hoc ſaltèm verum eſt,reſpectu
æternorum entium.Tertia eſt.Quòd illam poſuit ab æterno . Quarum particularum poſtremæ,
ſatis ex ſupradictis habentur,& maximè in conditionalibus in principio huius partis, vti præam
bulis poſitis,ac declaratis; adeò vt vltrà immorari non ſit opus, Quarè totus labor erit in ſtatuẽda
B prima particula,quam conabimur tribus rationibus ſtabilire.

Prima ergò ratio eſt.Illud quod eſt maximè ens,per ſe cauſa eſt eſſendi cæteris entibus,ſecun
dùm mentem phyloſophi:ergò primum ens (quod Deus eſt)per ſe cauſa eſt effectiua omnium
entium:ergo neceſſe eſt,ad mentem philoſophi,admittere productionẽ ex nihilo: ergo & crea-
tionẽ.Antecedens habetur,nedùm verbatìm ab Ariſt.2.Methaphyſicæ tex:com.4. ſed & decla-
ratur ab eo in eodem loco,vbi aſſumit:ꝙ ſicut in vnoquoq; genere datur primum, quod eſt ma-
ximè talę,& eſt per ſe cauſa reliquis eiuſdem generis,ꝙ ſint talia,ſicut inquit,in genere calidorũ
datur maximè calidum &c.ita reperitur,vt ſubdit & in genere, ſeu latitudine entium &c, Prima
conſequentia probatur.Et quia in conſequente includuntur tria,ſcilicet primum ens , quod eſt
Deus,eſſe per ſe cauſam,& cauſam eſſe effectiuam,iccirco debent ſingula ex antecedente dedu-
ci.Et primum quidem deducitur ex hoc,quia maximè ens,& primum ens, & Deus , idem ſunt.
Secundum verò ſimiliter,quia primum ens,ſiue Deus,idem ſunt,quod cauſa prima, vt etiam ibi
Commentatòr tangit:ergo cauſa ſunt per ſe.Patet iſtud:quia niſi cauſa eſſent per ſe,cauſa eſſent
per accidens , & ſic non eſſent cauſa prima , cùm oẽ per accidens reducatur neceſſariò ad per ſe,
Tertium demùm ex hoc,quia ſi cauſa ſunt per ſe,aut ſunt effectiua , & habetur intentum,aut fi-
C nalis,vel formalis(non enim poſſunt eſſe materia)Sed cùm iſtæ neceſſariò implicent efficientẽ
ſaltèm ex neceſſaria connexione,habetur indubiè quod intendimus. Quòd aũt cauſalitas finis,
& formæ,ſine effectiua eſſe non poſſit,præter ea,quæ dicta ſunt ſupra in ſecũda parte, etiam hoc
pacto probatur.Et de finali, quidem patet,quia vbicunq; diffiniuit eam phyloſophus, ſicut eſt.
2.phyſi.tex.comm.29:2. Methaphyſicę tex.comm.8.& 5 eiuſdem tex.comm.2 ſemper in illius
diffinitione poſuit agens.Nam dicit quòd finis eſt, cuius gratia operatur agẽs : ergo inter agens:
& finem , & è conuerſò,neceſſaria connexio eſt . Et confirmatur xe Commentatore. 2.cap.de
ſubſtantia orbis,qui ait,finem ſignificare agentem ſignificatione neceſſaria,ſicut& motũ ſigni-
ficat mouens.Et com.6.&.36.12.Metaphyſicæ habet, ꝙ in ſeparatis à materia idem eſt agens & fi
nis,ſicut & in præmiſsis adduximus.De formali verò,hoc eſt exemplari,quia illa eſſe non poteſt
cauſa prima,ſed neceſſariò ꝓſupponit agentem & finem : præſupponit inq̃,agentem,quia eſt, ad
cuius ſimilitudinem aliquid ab agẽte fit : prędupponit verò finem,quia oẽ agens, ꝓꝑ finem agit:
ergo &c.Secũda aũt conſequentia,quæ dicit.Ergo neceſſe eſt ponere creationem ex nihilo &c.
probatur.Quia ſi ponitur primum ens per ſe cauſa entium,quatenus entia ſunt,neceſſe eſt ꝙ il-
D la per ſe cauſentur ab eo,qm̃ à cauſa per ſe: prouenire habet effectus per ſe,vt.2.ſumitur phyſi.&
5.Metaphyſicæ: ergo opus eſt , ꝙ ratio entis effecti, quatenus ens, non præceſſerit,iuxtà doctri-
nam philoſophi.1.phy.tex.com.76.ergo relinquitur, ꝙ præceſſerit nihil, ergo productio fuit ex
nihilo:& conſequenter creatio &c.

Secunda ratio fundatur in dictis Auerrois, & eſt hæc.Habet Commentator in lib.Deſtructio
deſtructionum.diſp.3.in ſolutione.18.dubij, ꝙ oĩs intelligẽtia,quæ aliquid intelligit extra ſe,cau-
ſata eſt.Habet & in.12.Metaphyſicę,com. 4. ꝙ intelligentiæ quæ mouent orbes,intelligunt mo-
torem primum,& ei cupiunt aſsimilari : ex quo ſequitur ꝙ cauſatę ſint. Tum quęro, aut cauſatæ
ſunt à cauſa materiali,& hoc conſtat ꝙ nõ, aut ab efficientè,aut finali, vel exemplari,& habetur
intentũ:vt patet ex ſupradictis.Nec valet ſi quis dicat, ꝙ intelligentię aliquid intelligentes extrà
ſe,cauſatæ quidem ſunt,reſpectu non ſui eſſe,ſed ſuæ intellectionis:qm̃ hoc ſiue verum;ſiue fal-

A ab artificio vniuerſali continenti ea &c. Et vt res ſit magis illuſtris, conſiderandum ex doctri
na Alberti.12 metaphyſicæ, ꝙ intelligentiæ artes eſſentialiter ſunt, & opifices, vt earum inſtru
menta, corpora ſcilicet cęleſtia euidenter oſtendunt. Conſtat aũt inter artes talem inueniri ordi
nẽ, & proceſſum, ꝙ cõis & principalis, artes cauſat ſubſeruientes ſibi: cauſat (inquàm, & exempla
riter, & effectiuè) partialiter ſaltèm, prout diuerſis modis imitabilis eſt. Exempli gratia. Militaris
ars, cauſat equeſtrem, & frenefactiuam, etſi quæ aliæ, ſub ea ſunt, prout hoc, aut illo modo imita
bilis eſt Propter quod & illę formant, faciuntq; operationes ſuas, proportionatas & accommo
das militari. Quarè & Deus glorioſus, qui primà eſt & vniuerſaliſsima ars, vt commentator teſta
tur, loco quo ſuprà, non mirum ſi reliquas cauſat intelligentias, quæ minus vniuerſales artes ſub
ea ſunt, prout aliter & aliter ab vnaquaq; imitabilis eſt. Vnde vt hoc pacto imitabilis, puta per ta
lem artem, qualis eſt ars Saturni, intelligẽtiam cauſat ipſius Saturni, eamq; primò & per ſe, & ex
conſequenti animam, & orbem Saturni. Vt autẽ imitabilis per talem, qualis eſt ars Iouis, cauſat
intelligentiam Iouis primò & per ſe, & ex conſequenti animam & orbem Iouis: cauſat in-
quam, non ſolùm exemplariter, ſed finaliter & efficienter, idq; non partialiter, ſed totaliter. Et
quidem ꝙ cauſet exemplariter, ſatis conſtat, cum in eo ꝙ imitabilis cauſet. ꝙ verò finaliter, etiam
B patet, quia cauſat ad ſubſeruiendum ſibi: ꝙ demùm efficienter, ex hoc conuincitur, ꝙ apud nos
ars cõis effectiuè artes cauſat ſpeciales. Siquidem militaris cauſat equeſtrem, dum videmus mili
tem inſtruere, & equitem, & facientem fręnum, &c. Sed benè verum eſt ꝙ apud nos ars commu
nis effectiuè cauſat ſpeciales, non quidem totaliter, ſed partialiter, eo ꝙ non poteſt ſpecialis ars,
in intellectũ cauſari alterius, niſi concurrente luminè intellectus agentis: At ars diuina cauſat ar
tes, quæ intelligentiæ ſunt ex toto, quia artes ſunt ſubſiſtentes in ſe, & non accidentia in aliquo
intellectu recepta, quæ requirant cauſam intellectum agẽtem. Hanc cauſalitatem triplicem ſatis
inſinuauit Auerroes, in ſuprapoſitis verbis. Et exemplarẽ quidem, cum dixit ꝙ impoſsibile non
eſt, ꝙ id quod per ſe eſt intelligentia, & intellectum, cauſa ſit plurium entium, ſecũdùm ꝙ ex eo
multi intelliguntur modi. Nàm ars diuina, quæ per ſe pura intelligentia, & purum intellectum
eſt, ſecũdùm ꝙ intelligitur à ſe, imitabilis pluribus modis, & fit, & eſt exemplar plurium ſpecia-
lium artium: Effectiuam verò, cum addidit, ꝙ illic non eſt tantùm cauſa, & cauſatum ſecundùm
ꝙ intellectum (hoc eſt ars cõis, intellecta, & ſine dubio practica intellectione) cauſa eſt intelligẽ
tis, hoc eſt artis, ſeu artificis ſpecialis ſubſeruẽtis ſibi. Ars enim & artifex in ſeparatis, idem ſunt,
C q̃m in illis abſtractũ & concretum idem eſt. Vbi & perſpicere potes, ꝙ Auerroes non modo inſi-
nuare voluit cauſalitatem actiuam, ſed & exprimere cauſalitatis eius modum, immo quaſi ſuppo
nens cauſalitatem actiuam artis primæ, reſpectu artium ſpecialium, edocere voluit, proprium eſ
ſe cauſalitatis modum, ſicut intellectum, & practicè cauſa eſt artificii. Eſt ergo ſenſus, ꝙ prima &
vniuerſaliſsima ars, eo modo producit intelligentias quõ intellectum, practice producit artifi-
cium, Et quia in propoſito productum artificium abſtractum eſt à materia, & ſubſiſtens in ſe; &
oẽ tale intelligens eſt, vt dicitur. 3. de aĩa tex. com. 16. iccircò dicit, ſicut intellectum cauſa eſt intel
ligentis. Finalem deniq; in verbis eiuſdem commenti, quæ ſubdit. Illud (inquit) quod intelligit
motor corporis cœli de primo motore, & eſt cauſa ĩ aĩa cęli, aliud eſt ab eo, quod intelligit ex eo
motor orbis Saturni: & ſimiliter de vnoquoq; aliorum; ſcilicet ꝙ perfectio vniuſcuiuſq; eorum
eſt, intelligendo cauſam primam & propriam, & ſecundùm hoc oẽs motus eorum, idẽ intendũt,
ſcilicet ordinem totius. Hęc Commentator. Vbi manifeſte ſermo eſt de cauſa finali, vt facile con
ſtat. Multa alia & pulchra & in hac materia cõſideranda ponit in eodem. 44. com. quæ ſi placet,
ibi require: illud t̃n hoc in loco nõ tranſeo, quòd non eſt de mente philoſophi, & Commẽtato-
ris ꝙ vna intelligentia producta ſit antè aliam, aut vna aĩa vel vnus orbis, antè aliã aĩam vel aliũ
D orbẽ; nec ꝙ pluribus intellectionibus, plures productæ ſint intelligentiæ, ſecundùm ꝙ pluribus
modis prima ars eſt imitabilis, &c. Sed mens eorum eſt, ꝙ omnes intelligẽtiæ, orbes, & ipſorum
animæ, productæ ſint ſimul, & vnica ac ſimpliciſsima intellectione, quę Dei ſubſtantia eſt, immo
ipſa, Deus eſt. Hæc de modo ſint ſatis.

De tertio autem, hoc eſt de difficultatibus, tres emergunt dignæ, ni fallor, conſideratio-
ne & reſolutione. Prima eſt. An apud Ariſtolem ea intellectio, qua Deus intelligit imitabilem
ſe; hoc aut illo modo, formaliter ipſa ſit productio, ſeu intelligentiarum creatio: an verò ipſa
productio formaliter alius actus ſit ab intellectione, puta actus voluntatis, vel creatiuæ potentię:
& rurſùm an illè actus, quicunque ſit, liber an neceſſarius ſit, ſtando ſemper in principiis Ariſto-
telis, & Commentatoris.

Scd̃a eſt, an poſsit vllo pacto admitti apud Ariſt. creatio noua, ſicut apđ illũ admiſſa ẽ æterna.

Tertia eſt. An, ſicut cōceditur creatio ad mentem phyloſophi, ità & concedi poſsit anhilatio E
ad mentem eius.

Ad primam difficultatem breuibus ſatisfit, conſiderantibus maximè tria. Primum eſt, ꝙ licet
quęcunq; ſunt in Deo, ſint idem, quia ſunt ſimplicisſimus actus, immo ſunt ipſe Deus, ſicut tā in
tellectum in illo formaliter diſtinguimus à volūtate, & vim creatiuam formaliter diſtinguimus
ab vtriſq;, ita & formaliter debemus diſtinguere actus eorum proprios, hoc eſt, itelligere ab ipſo
velle, & creare, à velle & intelligere. Secundum eſt, quòd ipſa creaturarum productio; actus eſt
intellectus practici, quia ipſa intellectio eſt, qua Deus intelligit imitabilem ſe. &c. Eſt (inq̄) actus
intellectus practici, ſed directiuè: eſt & actus voluntatis, puta conſenſus, vel electio &c. ſed impe
ratiuè, ſeu motiuè, ſi maius. Eſt deniq; & actus potētię creatiuæ, ſed executiuè. Tertiū eſt ꝙ crea
tio ſiue actus ille, per quem res eſſe accipiunt, non eſt naturalis ſimpliciter, nec liber ſimpliciter,
ſed altius quid, & eminentius perfectionem continens, modi cauſandi naturaliter, & cauſandi li
berè: licet apud peripateticos neceſsitatem videatur annectere. Hæc tria non ſunt ignota phylo
ſopho, immo & poſita ſunt ad mentem eius. Et primum quidem habetur. 12. Metaphyſicæ com.
59. vbi Commentator ponit attributorum multiplicitatem in Deo. Secundum ſumitur ex dictis
eiuſmet, vbi ſuprà com. 44. vbi dixit Deum eſſe vniuerſaliſsmam artem, ex qua alię, quę ſunt ſpe F
ciales, emanant. Conſtat aūt ꝙ emanatio ab arte, nō eſt ſine opere intellectus, vnde & artem po-
ſuit intellectam: nec ſinè voluntate, immo neceſſario concurrit ad practicam productionem:
nec quoq; ſinè executiua poteſtate, vt manifeſtum eſt: ex quibus indubitanter accipitur, ꝙ actus
trium prædictarum poteſtatum concurrunt. Et ſi rem adhuc clariorē deſideras, recole Commen
tatoris verba, ex lib. Deſtructio deſtructionum diſp. 3. in ſolutione. 2. dubij, quæ & ſuperius in ſe
cunda quæſtionis parte, contrà primam opinionem allata ſunt: & videbis q̄ expreſsè ponat po-
tentiam creatiuam, voluntatem, & ſapientiam neceſſario ad creationem concurrere. Quòd aūt
concurrant modo, quo diximus, dirigendo, mouendo, exequendo, palam eſt ex iis, quæ con-
ſtanter admittimus in mouentibus per intellectum, & voluntatem. Tertium denique trahitur
et ex iis, quæ Commentator ſcripſit. 12. Methaphyſicæ commē. 51. vbi habet quòd ſcientia Dei,
nec eſt vniuerſalis, nec particularis, ſed nobilius quid: et clarius, & expreſſius ex iis, quæ ſcripſit
in lib. Deſtructio deſtructionum, diſp. 3. in ſolutione primi dubij, vbi dicit, ꝙ Deus non eſt agens
naturaliter, nec per voluntatem, loquendo propriè, ſed alio modo, qui eſt excelſus valde, vt dici
tur in eodem lib. diſp. 1. dubio primo. Cōſonat & hòc tertium rationi, quia ſicut Deus, ſi propriè G
loquimur, non eſt intelligens, ſed ſuper intelligens, non eſt intellectus, ſed ſuperintellectus: ita
nec eſt volens, ſed ſuperuolens, nec eſt producens, ſed ſuper producens. &c. Quòd autem in rerū
creatione, Ariſtoteles neceſsitatem poſuit interuenire, adeò ꝙ illam Deus non potuit remora-
ri, patet ex conſenſu omnium Peripateticorum: Et meo quidem iudicio, ideò factum eſt, quia
Deum poſuit ipſam bonitatis eſſentiam, cui non videbatur conſentaneum, remorari poſſe efflu
xum ſeu communicationem ſui.

Ad ſecundam difficultatem oporteret multas excutere quæſtiones, vt plenius tractaretur. Nā
potiſsimum introducta eſt propter animam intellectiuam, quæ de nouo videtur creari, cum ab
Ariſtotele in lib. de aīalibus de foris dicatur aduenire. Si quidem opus eſſet tractare, an producta
ſit ab æterno, vt dicunt qui circulū ſtatuunt aīarum, an multiplicetur iuxta numerum indiuiduo
rum, & ita de pluribus aliis. Quare ſatis ſit conditionaliter reſpondere. Dico itaq; ꝙ ſi aīa intellē-
ctiua, apud philoſophum de nouo producitur, creatio poteſt apud illum de nouo quodā pacto
concedi: & hoc non indiget probatione. Solùm aīaduerte, ꝙ non ſine cauſa nō dixi ſimpliciter,
ſed aliquo pacto: qm̄ diceret fortè quis, quemadmodum dicit Scotus. 4. diſtin. 43. q. . . ꝙ antece-
dente illius conditionalis conceſſo, creatio non infertur ſimpliciter, ſed ſolum ſecundùm quid, H
& aliquo pacto, eo ꝙ aīa non admitteretur creationis terminus per ſe primò, cùm non ſit ſuppo
ſitum, ad quod creatio neceſſe eſt, vt per ſe primò terminetur.

Ad tertiam dicitur, ꝙ Ariſtoteles annihilationē non concederet, quia, vt dictum eſt, neceſſa-
rium ponit creaturarum effluxum à Deo, quia ipſa bonitatis eſſentia eſt, Hactenus de veritate.

Quo ad obiectiones, Et ſi multa obiici poſſent, tria tamen ſolum obiicimus, quæ (ſi non fal-
lor) videntur potiſsima. Et primum eſt, apud Ariſtotelem aliud non datur agens, ſeu producens
ad extra, niſi per tranſmutationem & motum, ergo apud illum non datur agens, ſiue producens
ex nihilo, nec conſequenter creatio. Conſequentiæ notæ ſunt. Antecedens probatur, tùm quia
vbicunq; potentiam deffiniuit actiuam, ſiue in phyſicis, ſiue in Methaphyſicis, ſemper dixit, ꝙ
principium eſt trāſmutandi aliud, in quantū aliud: tùm quia primo de generatione tex. com. 45.

dicit

A dicit ꝙ omne agens aliquid, agit illud per motum. Et Commentator. 12. Methaphyſicæ com. 44.
dicit ꝙ ab agente nihil prouenit, niſi extrahere illud ad actum, quod eſt in potentia. quod non
fit, vt patet, niſi media tranſmutatione.

Secundum eſt quia. 1. de cœlo tex. com. 111. 112. & 113. docet ꝙ omne genitum eſt corruptibile,
& ſumitur genitum ſecundùm quod oppoſitum eſt ingenito, de quo & ibi ſubdit, ꝙ illud dici-
tur ingenitum, de quo non fuit verum prius dicere: nõ eſt, & poſtea eſt. Similiter & docetur ibi-
dem, ꝙ omne æternum eſt ingenitum, Ergo ſequitur, ꝙ non datur creatio. Et cõfirmatur. Quia
genitum & corruptibile, & ingenitum & incorruptibile: apud Ariſtotelem habent coincidere,
vt in eodem loco.

Tertium eſt, quia omne productum ab alio, non eſt neceſſarium ex ſe, ſed ex ſe poſsibile eſt,
vt haberi poteſt. 12. Methaphyſicæ ab Auerroe com. 41. Aeterna autem, qualia ſunt intelligen-
tiæ, & cœleſtia corpora, neceſſaria ſunt ex ſe, vt ibi Commentator docet, ergo non ſunt produ-
cta ab alio &c.

Ad hæc breuibus reſpondetur: & ad primum negatur antecedens, immo dicimus, ꝙ apud Ari
ſtotelem datur agens, ſiue producens, non tantùm per tranſmutationem & motum, ſed & per
B emanationem ſimplicem: cuius rei multiplex teſtimonium affero Siquidem hoc habetur à Com
mentatore 1. cœli com. 2. vbi dicit, ꝙ generatio alicuius eſt duplex, ſcilicet, ex aliquo & ex nullo,
& ꝙ primò modo generatio ſumitur ſecundùm famoſitatem, & ꝙ talem Ariſt. remouit à cœlo,
non generationem, quæ eſt ex nullo. Hæc Commentator, licet loco præpoſitionis ex, vtatur præ
poſitione, ab, vt conſideranti patet. Item Commentator. 4 de cęlo, com. 1. & 12. Methaphyſicæ,
com. 44. ponit duplex agens: alterum quod appellat verum, & eſt agens per tranſmutationem:
reliquum, quod vocat ſecundùm ſimilitudinem, & eſt quod nos dicimus agens per emanatio-
nem ſimplicem. Ariſtot. quoq;. 9 Metaphyſicę tex. com. 1. dicit, ꝙ potentia & actus, habent ſe in
plus, quàm eorum quæ dicũtur ſolùm ſecundùm motum. &c. Et cum probatur antecedens. dici
tur ad probationem primam, ꝙ Ariſt. vtiq; rectè diffiniuit in phy. poteſtatem actiuam, quòd eſt
principium tranſmutandi aliud &c. quia actiuum phyſicum, non niſi per motum & trãſmutatio
nem actiuum eſt. In Methaphyſicis, quoq; etiam rectè dixit, ſi rectè intelligatur. Siquidem non
vſus eſt nomine tranſmutationis reſtrictè, ſed largè, hoc eſt non vt coarctetur ad tranſmutatio-
nem naturalem, ſed vt extendatur etiam ad emanationem ſimplicem. Quod etiam conſonat am
C plitudini ſcientiæ metaphy. quæ vt &. 2. eiuſdem à Commentatore decemur, terminis etiam phy
ſicis vtitur, ſed latiori ſignificatione. Ad ſecundam dicitur, ꝙ ſermo ibi eſt de agente quidem
per tranſmutationem & motum, quod nos gratis concedimus, & non de agente producente per
emanationem ſimplicem.

Ad ſecundùm dicitur, ꝙ oẽ genitum per tranſmutationem eſt corruptibile, immo quia geni
tum, vt. S. Tho. in eo loco teſtatur, in eo ꝙ genitũ, neceſſariò videtur tranſmutationẽ cõcernere,
non immeritò æterna negantur eſſe genita. Etſi dicatur, ꝙ de illis prius verificari poteſt nõ eſſe
quàm eſſe, reſpondetur, ꝙ ſi particula prius, prioritatem ſignificet temporis, ſiue durationis, ne-
gatur, prius verificari non eſſe q̃ eſſe, & hoc excludit eo loci phyloſophus ſi verò ſignificet prio-
ritatem naturæ, conceditur prius verificari non eſſe, quàm eſſe, & hoc non repugnat his quæ ibi
traduntur. Ad tertium negatur maior, nec illa habetur à Commentatore, licet habeatur ab eo,
ꝙ poſsibile ex ſe, neceſſarium eſſe non poteſt ex alio, niſi ſit motus: Sed nos non dicimus de in-
telligentiis, ſiue cęlorũ orbibus, ꝙ poſsibilia ſint ex ſe &c. ſed dicimus ꝙ neceſſaria ſunt ex ſe, hoc
eſt ex intrinſecis ſuis, quia carent materia, per quam ineſt vnicuiq; potentia, vt non ſit. & præter
hæc dicimus, ꝙ pendent ab alio vti ab extrinſeco, à Deo ſcilicet producente, & pendent depen-
D tia neceſſaria, & per hoc: ꝙ neceſſaria ſunt ab intrinſeco, & ab extrinſeco, quod non remouet
Commentator. Siquidem non negat, ꝙ neceſſarium ex ſe, neceſſarium quoq; eſſe poſsit ex alio
immo vt in principio quęſtionis diximus, neceſsitas non ſolũ naſci poteſt ex intrinſecis, ſed ẽt ex
extrinſecis, tametſi in ęternis ſecundũ naturæ ordinẽ, prima neceſsitas ab intrinſeco eſt, propter
quod rectè dicitur ꝙ non ſunt ex ſe &c, Hæc de obiectis. Et per hoc de tertia parte quæſtionis, &
conſequenter de tota quæſtione ſint ſatis.

FINIS.

DE

DE IMMORTALITATE ANIMÆ HVMANÆ B

QVAESTIO SECVNDA.

Quæritur vtrum conuinci poſsit, apud intellectum rectè diſpoſitum, ex principiis ſcientiæ naturalis: & peculiariter ſecundum mentem Ariſtotelis, animam humanam, eſſe incorruptibilem, & immortalem.

IN qua re quatuor explicanda ſunt: Primò titulus: Secũdò diuerſæ opiniones: Tertiò veritas; Quartò difficultates.

Quò ad primum, ſingulæ particulæ, ponderandę ſunt: Et primò particula (Cõuinci poſsit) Quæ perinde eſt ac efficaci ratione deduci, & concludi. Secundò particula: (Apud intellectum rectè diſpoſitum) quæ poſita eſt, non ſolum ad excludendum intellectum imbutum ignorãtia diſpoſitionis prauæ, aut obſtinatum proteruè, ſed etiã vt ad memoriam reuocetur, ꝙ indiſciplinati eſt, de vnaquaq; re, fidem indifferenter attentare. Siquidem vt Ariſtoteles 2. Metaphyſicæ monet. Acribologia mathematica non in omnibus expetenda eſt: Et de rebus arduis & diuinis, vt alibi docet, ſatis aliquãdo eſt probabiliter dicere. Ergò, hoc ex verbo accipiendum eſt, ſatis fore, ſi rationes ſint efficaces, eo pacto, quo natura rei permittit, etſi intellectum cõuincunt, qui nec perperàm ſit affectus, nec ignoret diſcrimen inter naturalem & mathematicam efficaciam, de quo habes 2. phy. & 2. ac 6. Methaphyſicæ. Tertiò particula (Ex principiis ſcientiæ naturalis) Quæ, eodem ſumitur pacto, quo ſumpta eſt in quæſtione de creatione, & propterea vt idem eſt, quod ex propoſitionibus naturali lumine notis, ſiue acceptis. Quartò particula (Et peculiariter, ſecundùm mẽtem philoſophi) Quæ addita eſt, qm̃ in hoc peculiaris eſt ſcrupulus, & variæ ſunt peripateticorum ſententiæ. F

Quinò particula (animam humanam) quæ, vt conſtat, idem ſonat, quod anima ſubſtãtialiter conſtitutiua hominis, in eſſe hoĩem, ſiue ſecundùm ꝙ homo: per quod exprimitur, ꝙ non quæritur de quauis anima, quia non de cœleſti, nec de brutali: ſiquidem certum eſt, ꝙ illa eſt incorruptibilis, & ꝙ iſta eſt morti obnoxia. Et ſi quæras quæ ſit illa eſſentialis differentia, qua aĩa, de qua ſermo: à reliquis animabus diſtinguitur, ſiue, quod idem eſt, qua in hoc, ꝙ humana eſt. eſſentialiter conſtituitur, dicitur ꝙ cum in hac re varię ſint opiniones, nec modo ad rem neceſſariò iſtud pertineat, & ex ſequentibus ſufficienter poſsit animaduerti, in pręſentia opus non eſt ſolicitari: præſtat tamen, quidnàm anima ipſa ſit, hoc loci perſtringere, cùm ex hoc, non mediocre lumen, his quæ dicturi ſumus accedat. G

Aduertẽdum itaq;, ꝙ vt ex 2. lib. de anima, tex. com. 24. euidẽter accipitur, Anima definitur, Vitæ principium primum. Vbi pauca repetẽdo de his, quæ eo loco tractauimus, particula (Vita) ſumitur pro eſſe vitali, & non pro operatione vitali, vt etiam Caietanus dicit in eodem loco, licet & illius etiam, anima principium ſuo modo ſit. Et merito ita ſumitur, quia vt dicitur prima. p. q. 18, ar. 2. etſi vita de vtriſq; dicitur, magis, tamẽ propriè, dicitur de eſſe vitali, iuxta illud 2. de aĩa tex. commen. 37. Viuere eſt eſſe viuentibus. Et vt res clarior, conſiderandum ꝙ cum dicitur, eſſe vitale: duo dicuntur, eſſe ſcilicet, & vita, vt ex ſeipſo liquet. Et licet ex parte, eſſe, difficile non ſit concipere quid ſignificet, cum, vt fatentur omnes, perfectionẽm ſeu actualitatem importet, quàm vt diuus teſtatur Dionyſius, & poſt illum, magnus Albertus, ad modum lucis, immaginari debemus: difficile tamen videtur concipere, quid ſit ex parte vitæ: ſiue vitalitatis, ſi mauis,

Et vt de eſſe, paucis proſequamur, certum eſt, ꝙ diſtingui ſolet, & rectè, in eſſe eſſentiæ, & exiſtentiæ, vt alibi dictum eſt: & conſtat ꝙ in præſenti potiſsimùm pro eſſe eſſentię audiendum eſt, non ſolum quia id docet Caietanus. 3. q. 57. ar. 2. ad. 2. Sco. contra concluſio. ſed id ſuadet ratio, eo quòd diffinitiones abſtrahunt ab eſſe exiſtentiæ: vnde & dicitur quòd diffinitiones exprimunt eſſentiam, & quidditatem rei, propter quod & primò Topic. dicitur cap. 4. quòd diffinitio, oratio eſt, indicans eſſę rei. Dico potiſsimum, quoniam nemini dubium eſt, animam quoque eſſe principium ipſius exiſtentię, cum id commune ſit omnibus formis, & maximè ſubſtantialibus, inter quas, vt ſcribitur, 2. de anima, ipſa inſigniter collocata eſt. Nec ſit modò curæ, quo pacto illa diſtinguantur ab inuicem: ſed ſatis, quòd etſi eſſe exiſtentiæ ſit ab anima, & communicetur toti, eſt tamen in ſeipſo ſimplex: eſſe autem eſſentiæ, & ſi ab eadem maximè ſit, in compoſitione tamen conſiſtit. In compoſitione, inquàm, quæ eſt proprij actus, & propriæ H

potentię,

A potentiæ,quæ(vt in communi dicatur)in naturalibus ſunt materia & forma,& in Methaphyſicis genus & differentia,&(vt deſcẽdatur ad animam,quæ apud nos eſt)in compoſitione eius, & corporis phyſici organici,in potentia vitam habentis.

Conſiſtit autem in horum compoſitione,non eo ſenſu,vt dicatur ipſum eſſe eſſentiæ, in ipſa compoſitione conſiſtere, velut in re, in qua ſit,vel recipiatur;aut ſicut in cauſa, à qua cauſetur, præſertim ſi compoſitio formaliter ſumitur:propterea,ꝙ cum ita ſumpta,iuxta poſitionem, aut coniunctionem, aut conſequentem relationem importet,haud dubium quòd incapax eſt, eiuſmodi eſſe in ſe ipſa recipere:ſed eo ſenſu vt in illa conſiſtat,veluti in conditione,ſine qua non:ſecus tamen ſi non formaliter, ſed fundamentaliter, vel materialiter accepta ſit (ſiquidem cum illius partes ſint actus & potentia,materia & forma, genericus & differentialis gradus, anima & organicum corpus,ſub dubio poni non debet) certum tamen eſt, ꝙ illam non ſuſciperent, niſi ſimul eſſent,& adinuicem copulata,immo & adinuicem,& reſpectu reſultantis compoſiti,cauſalitates proprias exercentia:de qua re tamen alibi latius, vbi etiam dictum eſt,quomodo eſſentia, & eſſe eſſentiæ in re vnum & idem ſunt, tametſi in ſignificandi modo non mediocriter differunt,cum alterum importetur per modum nominis,& reliquum per modum verbi, non ſe-
B cus ac curſus & currere.

Amplius: eſſe eſſentię eſt quod primò,ordine ſaltem naturæ, per corruptionem amittitur. Siquidem cum corruptio aliud non ſit,vt ex.5.phy.habetur,niſi eſſe perditio,conſtat de eſſe eſſentiæ,ſimpliciter id veritatem habere: Vnde & in CHRISTI morte,quæ & mors veriſsima fuit, exiſtentiæ eſſe non deſiit,aut corruptioni ſubiacuit,& merito,quia erat eſſe diuinum, & penitus incorruptibile,ſed ſolũ deſiit eſſe humanũ,quod in cõpoſitione animæ & corporis conſiſtebat, quod erat creatum,& deſitioni obnoxiũ:ꝓpter quod & in triduo mortis eius,vt fatentur Theologi, CHRISTVS non fuit homo. Et apud phyloſophos animam ponentes immortalem, & actũ nihilominus corporis,idem conuincitur,cum & eſſe exiſtentiæ,quod anima coniuncta communicabat corpori,quando ſeparatur ab eo,retrahat ad ſe,& ſolum in morte hominis,deſinat eſſe, in compoſitione conſiſtens.

Et licet non rarò ſcriptum ſit à phyloſophis,ꝙ eſſe eſſentiæ perpetuũ eſt & incorruptibile,id tamen verum eſt dum loquimur in abſtractione,ſeu in vniuerſali(ſiquidem in abſtractione, & vniuerſalitate,cum rerum eſſentiæ,maximè ſint immateriales,earum eſſe neceſſaria & incorru-
C pabilia ſunt)'& non in particulari,& prout reperiuntur in rebus, quo pacto in præſenti loquuti ſumus. Item eſſe eſſentiæ primus & principalis effectus eſt,ſubſtantialis formæ, propter quod & forma à phyloſophis dicitur,quod quid erat eſſe,id eſt, eſt illud,per quod eſt eſſe quid,principaliter ac maximè vnicuiq;: Et cum dicitur ꝙ forma eſt,quę dat eſſe,& ſi verum eſt reſpectu eſſe exiſtentiæ,ſimpliciter tamen verum eſt reſpectu eſſe eſſentiæ. Vnde & reſpectu eius,forma habet propriè & verè,cauſalitatem formalem:reſpectu vero eſſe exiſtentiæ,habet quidem cauſalitatẽ ſpectantem ad genus cauſæ formalis,at non propriè,ſed quodam pacto,& potius diſpoſitiuè,veniẽte illo eſſe,de foris à Deo ſcilicet glorioſo,ſicut alibi declaratum eſt propter quod &.S.Thomas.3.q.17.2.ad.4. eſſe eſſentiæ,vocat effectum formæ intrinſecum,à quo ſeparari etiam per intellectum ipſa non poteſt. Hactenus dictum ſit de eſſe, nunc breuibus dicamus de vita, vel vitalitate ſi mauis.

Vbi attendendum primò,ꝙ & ipſa importat perfectionem quampiam, eſſe eſſentiæ ſuperadditam: veluti modum quendam intrinſecum,aut differentiam eſſentialem. Quod facile conuincitur,ſi quis animaduertat, vitales rerum eſſentias,longè præſtare in dignitate non vitalibus, ex intrinſecis ſuis:quod & pariter indubiè fatendum eſt, eſt de illarum eſſe,cum vt diximus, reali-
D ter non diſtinguantur ab eis. Attendendum ſecundò,ꝙ perfectio,nomine vitæ,ſeu vitalitatis expreſſa,concipienda non eſt,ad modum differentiæ gradualis,quæ attẽditur penes intenſionem, & remiſsionem,quaſi eſſe eſſentiæ vitale,& nõ vitale,differant ſicut intenſum, & remiſſum,pũta albedo vt octo,& albedo vt quatuor: nec ad modum ſpecificę differentiæ,ſed genericę,vel potius,vnius rerum ordinis conſtitutiuæ,ſicut moralitas,ordinis operationum moralium,conſtitutiua perfectio eſt,qua morales à non moralibus,non modo diſtinguntur,ſed longè præferuntur eis: vnde & viuentes eſſentiæ,non ſolum diſtinguntur à non viuentibus ipſa vita, ſed illis longè præſtantiores indubiè iudicantur: immo & vita tantæ conſtat eſſe præſtantię,vt ad ea, in quibus eſt,cõſequatur poſſe mouere ſeipſa.vt phyloſophus docet.2.de anima tex.com.14. Ex his modo fit ſi vtcunq; concipere,quid vita,ſiue vitalis ſit,& cõſequenter quid eſſe vitale, quod primus & principalis effectus eſt animæ.

Subditur mox(principium)quod certum eſt,nõ ſumi pro materiali, cum aĩa ſit actus:nec pro finali,cum illud in cõi loquendo, videatur eſſe compoſitum viuens,cuius aĩa eſt pars,& cõſtat ꝙ pars,hoc ipſum,quod eſt,ꝓ compoſitum eſt:nec pro efficienti,cum Sol & homo generent hominem(nam licet aĩa effectiuè cauſet vitam, hoc eſt operationes vitales, vt dicitur ſecundo de anima,tex.com.36;non tñ effectiuè cauſat eſſe vitale)ergo relinquitur, ꝙ accipiẽdum ſit,pro formali:id quod Ariſtoteles innuit qñ ſecundo de anima tex.com.24.dixit,quòd ipſa principiũ eſt, quo viuimus. Siquidem conſtat ꝙ particula(quo)accommodatiſſima eſt ad exprimendum principium formale,apud omnes philoſophos:cui & conſonat,ꝙ anima,vt communiter volũt: ab animandi officio,dictã perhibetur:& ꝙ animare eſt formaliter viuificare, & propterea quòd illius eſt formale principium. E

Et attendendum ꝙ in anima conſiderantur duo;alterum eſt ratio formę:& propter hoc dicitur actus,& quod quid erat eſſe,ſecundo de anima tex.com.4.& deinceps: Reliquum eſt,ratio animæ in eo ꝙ anima,propter quod dicitur anima,& ſecundùm hoc,eſſe vitale proficiſci habet ab ea(Primum)denique adiunctum eſt, quod exprimit non ſolum proximitatem, pròut primum dicitur proximum, ſed & adæquationem, ſecundùm ꝙ primum dicitur adæquatum:& proximitatem quidem,vt denotetur ꝙ ab anima non proficiſcitur mediatè, puta interuentu alicuius ſuperadiunctæ potentiæ, ſicut progrediuntur ab ea operationes vitales; ſed quòd proficiſcitur à ſubſtantia eius nuda, vt quæ ſeipſa eſt potens,ad formaliter cauſandum, ſicut & materia, ad materialiter recipiendum, prout peripatetici tradunt: adæquationem verò quia cuicunq; communicatur eſſe vitale:eidem indubitanter formaliter communicatur ab anima, & nõ ab alio formali principio. Nam licet intelligentiæ, Deusque glorioſus viuant, non tamen vita viuunt communicabili formaliter, alicui corpori:propter quod non ſunt animæ, aut primum viuendi formale principium. F

Quintò ponderanda in titulo eſt particula(Eſſe) Quod pro eſſe ſumitur in rerum natura, in ſingulari,& non in abſtractione,more mathematico.Item pro eſſe de facto, & non de poſſibili: quia non eſt curæ, an potuerit eſſe;vel non eſſe immortalis, & incorruptibilis, tam abſolutè q̃ de mente phyloſophi.Item pro eſſe,in ſua naturali diſpoſitione relicto,vt ſecludamus quicquid ſit per diuinam gratiam, vel perpetuam manutentionem Dei.Sextò,particula(Incorruptibilis) ſiquidem cum ſonet impotentiam ſeu incapacitatem deficiendi à proprio eſſe, haud dubium, ꝙ incorruptibilitas in propoſito pro incapacitate deficiendi ab eſſe exiſtentiæ propriæ,accipienda eſt:& eo maximè,ꝙ eſſe eſſentię,ſi propriè loquimur,non conuenit animæ, & maximè extra compoſitum, quod eſt homo, niſi veluti parti, quod palam eſt competere, debili ac diminuto modo. Plura de incorruptibilitate congeri poſſent, vtputa quod entitas eſt poſitiua, per modum proprietatis, tametſi non ſit verè proprietas,ſed modus rei potius,quemadmodum de infinitate,immobilitate,immaterialitate,& ſimilibus alias diſputatum eſt;quæ ſunt quidem entitates poſitiuæ ſed modales,habentes tamen modum quendam paſſionum: propter quod Ariſtoteles primo phyſi.tex. commen.15. dixit infinitatem; quantitatis paſſionem eſſe: ſed præſens locus plura non exigit. G

Septimò particula(Immortalis)Nam denotatur pariter incapacitas, impoſſibilitasq; deficiendi, à propria vita: & ſumi poteſt vita, hoc in loco,& ꝓ eſſe vitali,prout illi competere poteſt, quod competit illi ſaltem vti principio quo,hoc eſt formali,quemadmodum diximus,& ꝓ operatione vitali,cui aĩa principium effectiuum eſt:ſed primo modo eſt melius,& in præſenti accommodatius.Quæ immortalitas,dicit pariter ſicut & incorruptibilitas, entitatem poſitiuam modalẽ,quæ ſicut & illa,vnam et res eſt cùm aĩa,in qua eſt: ſicut & corruptibilitas,& mortalitas vnum & idem ſunt cum illis,in quibus ſunt. Ex his euidens eſt quęſtionis titulus. H

Quæritur enim. An concludi efficaciter poſſit,ex principiis naturali lumine acceptis, animã humanam, à qua homo habet, quòd ſit eſſentialiter homo,eſſe verè ac de facto, incorruptibilem,& immortalem,ita vt abſq; defectione, proprii eſſe exiſtentiæ, in perpetuum duratura ſit. Et hoc non ſolum abſolutè,ſed & ſecundum mentem philoſophi. Hæc de titulo. Et per hoc de prima quæſtionis parte.

Quo ad ſecundum, priuſq̃ ad opiniones deſcendam, tria prælibanda ſunt. Primum eſt,ꝙ etſi variæ fuerunt phyloſophorum ſectæ,quæ & in hac re proprias reliquerunt ſententias, placet tñ duntaxat habere rem cùm peripateticis,quorum princeps Ariſtoteles eſt:qui vt Commẽtator dicit.3.de aĩa.com.14. ꝓ regula datus eſt nobis à Deo,in tota natura.Scdm eſt, ꝙ oẽs peripatetici, qui tractauerunt de aĩa,in hoc conueniſſe videntur. quòd humana,partim incorruptibilis eſt & immortalis,

A immortalis, partim verò corruptibilis, & morti expoſita. Siquidem ſecundùm intellectiuam par
tem, immortalem dixerunt & incorruptibilẽ, eo ꝙ ſecundùm illam, caret oĩ materia, quæ princi
pium & origo eſt corruptionis & mortalitatis: ſecundùm verò vegetatiuam, ac ſenſitiuam, affir-
mauerunt mortalem, ac corruptioni ſubditam, eò ꝙ ſecundùm illam caduco corruptibiliq; or-
gano nectitur ac ſuſtinetur. Tertium eſt ꝙ cum corruptibile & incorruptibile, mortale, & im-
mortale, à ſe maximè diſtent immo & ſeiungantur plusq̃ genere, vt 10. Metaphyſicæ clariſsimè
conſtat, & propterea neceſſe ſit, vt maximam adinuicem repugnantiam habeãt, alterum è duo-
bus ſine dubio opus erit aſſerere. Aut ꝙ in homine duæ inueniãtur animæ, quarum altera ſit cor
ruptibilis & mortalis, reliqua incorruptibilis & vitæ perennis. Aut ſi in hoie vnica anima eſt, in
qua ratio vtriusq; ſaluetur, ꝙ in illa ùtraq; inæqualiter inueniatur: & per hoc opus eſt dicere, ꝙ
ſit vel corruptibilis, & mortalis ſimpliciter, & incorruptibilis, & immortalis nõ ſimpliciter, ſed
ſecundùm quid: vel corruptibilis & mortalis ſecundùm quid, & incorruptibilis & immortalis
ſimpliciter. Siquidem vt dicitur 1. de cœlo tex com. 7. & 2. de generatione tex. comm. 47. & 10. me
taphyſicæ tex. com. 23. in conſtante ex contrariis, neceſſarium eſt, vt alterum ſemper prædomine
tur, & ſuperet: ergo neceſſe eſt ſi vnum adeſt ſimpliciter, vt reliquum in eodem, niſi ſecundum
B quid, eſſe non poſsit. Qua de re factũ eſt, vt in hoc negocio, tres fuerint peripateticæ claſſes. Vna
eorum, qui duas in homine poſuerunt animas, vt eo pacto, vnam ſaluarent ſimpliciter corru-
ptibilem & mortalem, & alteram ſimpliciter incorruptibilem & immortalem. Alia eorum qui
poſuerunt vnam tantum animam, ſed ſimpliciter corruptibilem & mortalem, & non niſi ſecun
dum quid, incorruptibilem & immortalem. Tertia econtra, eorum ſcilicet, qui vnicã nihilomi-
nus animam ſuſtinentes, illam ſecundùm quid, aſtruxerunt corruptibilem & mortalem, & ſim-
pliciter incorruptibilem & immortalem. De quarum ſingulis, in hac parte differendum eſt, &
eo quidem ordine, vt primo recitetur opinio ſuis cùm fundamentis, deinde, vt ſingillatim no-
ſtra pro tenuitate ſubiiciatur cenſura.

His prælibatis, prima claſsis primò offert ſeſe, cuius auriga eſt Auerroes, vt perſpicuè conſtat
ex pluribus commentis ſuis, & maximè ex. 7. ſecundi: & 5. 20. & 36. tertij de anima, quæ vt dixi-
mus duplicem illam conſtituit: alteram ſimpliciter corruptibilem & mortalem, reliquam ſimpli
citer incorruptibilem & immortalem: aſſerens non modo ita ſibi perſuaſum eſſe naturali lumi-
ne, dum palam atteſtatur. 5. com. tertij, ſcribere in hac re, quæ ſibi vera eſſe videntur, rogatq; fra-
C tres, vt adiuuent, quod ipſe dicit: ſed & docet in eodẽ loco, hanc eſſe mentem philoſophi, inter-
pretans dicta eius, quæ videntur diuerſa, nunc de vna aĩa, nunc vero de alia: vt eo pacto omnia cõ
ſonent. Siquidem cùm in 2. lib. à tex. 7. vſq; ad. 24. oſtẽditur ꝙ aĩa omnis informat, ſiue actuat cor
pus, interpretatur de corruptibili & mortali: cùm verò in 3. tex. com. 5 habetur quòd intellectus,
nullius corporis eſt actus, interpretatur de incorruptibili & immortali, vt cuique facilè eſt ex il-
lis locis agnoſcere. Tradens igitur hæc opinio (vt ſummatim dicamus de ea) homini duas attri-
buendas animas, (etſi ambas appellat humanas, non tamen vniuocè, ſed æquiuocè, hoc eſt,
non vna & eàdem ratione, ſed alia ac diuerſa: vt clarè ſumitur ex ſecundo de anima, comm. 7.)
aſſerit quantum mihi in præſenti, ex diuerſis Commentis occurrit, quòd ex quinque capiti-
bus diuerſitatem habent.

Primò ex parte ſubſtantiæ: propterea ꝙ ſubſtantia vnius, clauſa eſt in ordine formarum mate
rialium ac ſenſibilium, & per hoc corruptibilium & mortalium, ſubſtantia verò alterius clauſa
eſt in ordine formarum intelligibilium & immaterialium, & per hoc immortalium & incorru-
ptibilium, vt conſtat ex com. 12. ac. 20. tertij Secũdò ex ratione formæ, eò ꝙ corruptibilis & mor-
talis eſt ſimpliciter forma hominis, dans illi eſſe ſpecificum & eſſentiale, per veram informatio-
D nem, incorruptibilis verò & immortalis, eſt forma hominis ſolum ſecundum quid, illi non dans
eſſe, ſed operari ſolum, idq; nõ niſi per denominationem, vt patet ex eiſdem locis. Tertiò ex vni
tate ac multiplicatione, q̃m corruptibilis & mortalis multiplicatur iuxta multiplicationem hu-
manorum corporum: incorruptibilis vero & immortalis non multiplicatur iuxta numerum
corporum, ſed vnica eſt reſpectu omnium hominum, vt traditur com. 5. & 36. tertij. Quartò ex
propria appellatione. Nam licet vtriſq; plura nomina ſint cõia. vt puta (Anima humana) quod di
ximus illis conuenire equiuocè, vel ſi mauis, analogicè (ſiquidem corruptibili & mortali conue-
nire habet ſimpliciter, incorruptibili vero & immortali ſecundùm quid, (Intellectus) quod &
propriè quidem dicitur de incorruptibili & immortali, impropriè verò de corruptibili, & morta
li, vt plenius explicatur. 2. com. tertij. (Ratio) quod quoq; ꝓpriè dicitur de incorruptibili & im-
mortali, & impropriè de corruptibili & mortali, cuius ſignum eſt, ꝙ cũ de corruptibili dicitur,
ſemper

ſemper cùm diſtrahẽte additione dicitur: nam ratio dicitur particularis, ſicut & cùm explicatur E nomine intellectus, vt in eodem com. 20. videre facile eſt, explicatur cum additione paſsiuus. Nihilominus ſunt & earum cuilibet nomina propria. Siquidem corruptibilis & mortalis à Commentatore peculiariter appellata eſt cogitatiua, non quidem eo ſenſu, ꝙ aliud aĩa illa à cogitatiua non ſit, ſed quia cogitatiua ſuprema eius portio eſt: incorruptibilis verò & immortalis, peculiari quidem nomine, dicitur intellectus, tametſi vt ab agente intelligatur diſtinctus, non rarò poſsibilis additionem recipit, Quintò ex operis excellentia, licet enim vtriuſq; opera excellẽtia ſint, incorruptibilis tamen & immortalis longè excellentiora ſunt.

Et quantum memoria in pręſenti aſſequi poſſum: Cogitatiua apud Commentatorem, Primò eo in opere eſt excellẽs, ꝙ cogitare ac cognoſcere poteſt ſingularia vt ſingularia ſunt, cuiuſlibet prædicamẽti, puta hanc ſubſtantiam, hanc quantitatem, hanc paternitatem, & ita de reliquis, vt Commentator docet. 2. de anima com 63. Secundò eſt excellens, & in hoc, ꝙ adiuta, imaginatiua ac memoratiua, deuenire poteſt in cogitionem alicuius futuri, ſiue præteriti, puta ꝙ iſte qui infirmatur, ſanabitur, vel morietur: ꝙ cras erit vel non erit pluuia Siquidem ex eo, quod in memoria remanet, ꝙ alia vice vel pluries aliquis eadem laborauit ęgritudine & fuit ſanatus vel mortuus & ꝙ ſtante tali conſtellatione pluuia deſcendit, vel non deſcendit, repręſentanturq; à Memoratiua hęc cogitatiuę, poteſt aliqualiter, vt diximus, de futuris ꝓnoſticari, vt accipitur ex eodẽ Com. 33 tertij. Tertiò eſt excellens, & in alio, ꝙ diſcurrit ſcilicet particulari diſcurſu, & format ex particularibus ſillogiſmos: propter quod & ſortita eſt nomen rationis particularis. Verũ etſi his in operibus cogitatiua eſt excellẽs, longè tñ, etiam in eiuſmodi excellentior eſt intellectus, quippè qui nõ ſolùm valet indiuidua, vt indiuidua ſunt: cuiuſuis prædicamenti, pernoſcere. ſed & eorum vniuerſalia, vt vniuerſalia ſunt exactiſsimè contemplari. Poteſt & longè efficaciori modo diſcurrere, & pluribus ac certioribus modis, futura conijcere, & de occultioribus, & frequẽtius, & & per cauſas vniuerſales pronoſticari. Sed vt plenius hęc percipiatur opinio, duo adhuc manifeſtanda ſunt, quę primo occurſu non modo videntur ardua, ſed vix intelligibilia Alterum eſt de vnione intellectus, quo ſcilicet ad mentem Auerrois, vniatur hoĩbus, & præſertim tali vnione, vt per illum denominemur formaliter intelligere. Reliquum eſt de ſimplici, ſeu multiplici intellectione rei, & maximè vnius & eiuſdem præcisè, in diuerſis hominibus.

Circa primũ ſatis videtur mirum, ꝙ vnus intellectus numero, vniri poſsit infinitis hominibus, hoc eſt ꝑteritis, præſentibus, & futuris, qui apud Auerroem, indubiè infiniti ſunt: nec modò mirum, ſed vix cogitabile, & maximè tam arcta vnione, vt dicta ſequatur denominatio: quare in G hoc, non facile negotium habent eius aſſeclæ: & quantum vidiſſe me memini, nullus eſt, qui eo pacto rem reddat illuſtrem, vt illuſtriorem deſiderare non poſsis. Ego aũt, nõ vt reliquis me pręponam, ſed vt explicem quod occurrit, hunc in modum explanandam credere. Et quidem quo ad vnionem intellectus cum hominibus abſolutè, de illa ſic ex Commentatore diſtinguerem, vt altera quidem ſit naturalis, altera verò ſit acquiſita. Naturalis imperfecta eſt, nec mirũ vt quæ adeſt nobis à principio natiuitatis, propterea & tale nomen adepta eſt. Vnde & Commentator. 3. de aĩa, com. 20. dicit ꝙ intellectus potentialis continuatur nobis, prima continuatione, per naturam: & talis vnio, meo iudicio importare habet non ſolum naturalem coaptationem, aut habitualem inclinationem eius, ad vniri nobiſcum, ſed & præſentiam quandam actualẽ; non quidem operis, ſed ordinis immediati, quæ negationem includit, nõ ſolum diſpoſitionis contrariæ, ſed & diſtantiæ ſecundùm locum, immo & poſitionem concernit promptitudinis expeditæ & præparationis, actualis. Siquidem putandum eſt intellectum humanũ talis eſſe naturæ, vt ex propria eſſentia & conditione, vendicet ſibi oĩa hæc, & per ea omnia, maximè ſimul iuncta, naturalis vnionis prædictæ rationem induat, quæ, vt conſtat, imperfecta eſt, quĩa ad actualem vnionis H rationem ſimpliciter nõ attigit, Acquiſita eſt, quæ vſu acquiritur, & eſt ex ſuo genere perfecta, tametſi ad perfectionem perducatur in paucis. Et hæc, ad mentem Commentatoris fit, tum per receptionem intelligibiliũ ſpecierũ in intellectu, quæ abſtractę ſunt à phantaſmatibus, per opus intellectus agentis, tum per colligationem operis poſsibilis intellectus cum operibus phantaſiæ; propterea quòd neceſſe eſt ad hoc, vt homo intelligat, non modo intellectum intelligere, ſed & phantaſiam negociari, ac operi ſuo vigilanter attendere. vt habetur. 3. de aĩa com. 36. & de hac vnione frequenter loquitur Cõmẽtator, & præſertim. 3. de anima com. 5. & 36, In quibus planè, receptione, ac colligatione, q̃ plures relationes, nec non & ſpiritualis intellectus cõtactus, ſunt; vt facilè conſideranti perſpicuum eſt.

Quò vero ad vnionem talem, hoc tali efficacia, vt verè per illum denominemur, formaliter

A intelligere,conſtat ꝙ examinare neceſſe eſt,an vniones prædictę, naturalis ſcilicet,& acquiſita,
tam arctum gluten faciant,inter intellectum & homines,vt verè tali pacto denominare nos va-
leant,quod profecto res ardua eſt:puto tamē ꝙ poſſet forſàn Auerroes,nec magno quidem ne-
gocio,hunc in modum rem ſuadere,dicendo ſcilicet,ꝙ intellectus,cum nobis per vniones præ-
dictas,ſit non ſuperficietenus copulatus,immo & per contactum, cum ſpiritualis ſit, & ob id,ad
intima penetrans,factus ſit non mediocriter intimus,facilè concipi poterit,ꝙ ipſius actio nō mo
do illum,ſed nos intrinſecè denominare poſsit:& maximè ſi nomine intelligentis hominis,acci-
pitur aggregatum,quod ex homine,& intellectu vnitis,ſuo modo reſultat,ſicut & nomine cęli,
cum ipſum dicimus intelligere,deſiderare,amare,vt ſæpe explicat Commentator, & maximè.2.
cœli,com.4.& 12 Methaphyſicę cō.36.aggregatum accipitur ex anima,quæ ſine dubio intellecti
ua eſt,& cœleſti corpore:& ſaluaret forſàn etiam cœlum ſic ſumptū intelligere,deſiderare,ama-
re,ſi anima illi coniuncta,per informationem non vniretur ei.

Circa ſecundum non minor eſt difficultas,quia ea ſtante poſitione,indubiè admittendum vi
detur,intellectum poſsibilem,ſimul eodemq; momento,innumerabiles intellectiones elicere,
tum reſpectu diuerſarum rerum,tum quod maioris videtur abſurditatis,reſpectu vnius & eiuſdē
B rei præciſè:quod hunc in modum facile eſt animaduertere.Et quidem quod ad diuerſas res atti
net, ex ſeipſo quodam modo liquet, quandoquidem nemò detrectare poteſt inter homines,
quorum pene infinitus eſt numerus,multos & innumerabiles ſimul eodem tempore aliquid in-
telligere:hūc quidem leonem,illū lapidem,aliū ignem,& ita de reliquis.Ergo opus eſt vt intel-
lectus vnus & idem in ſingulis,ſimul eodemq; momento innumeras intellectiones, rerum qui-
dem diuerſarum,nec ſubordinatarum eliciat.Quod eſſe abſurdum haud difficilè ſuadebitur, ſi
quis attendat ꝙ diuerſę intellectiones,diuerſas requirunt formas intelligibiles, & per hoc opus
eſſe,vt ſimul intellectus,actu informetur ab eis & tamē conſtat, ꝙ ſicut impoſsibile eſt ſubiectū
aliquod,ſimul figurari diuerſis figuris,& ſuperficiē aliquam ſimul pingi coloribus varijs, ita &
impoſsibile videtur eſſe,eūdem intellectum ſimul informari diuerſis intelligibilibus formis, &
maximè in ſua actualitate ſumptis.

Quod vero ſpectat ad rem eādem præciſè,facilè demonſtratur,ſiquis ponat,vt quidem poſsi-
bile eſt,innumeram quampiam multitudinem in Theatro amplo,coactam, intentam eſſe circa
rem aliquam particularem,puta,hoc album,in eminentiori loco poſitum,vt clarè conſpiciatur
C ab eis.Ponat rursùm,quod facilè ſequitur,ꝙ quilibet de multitudine phātaſietur, de illo,& per
hoc ꝙ opera intellectus agentis,in eorum quolibet,fiat abſtractio formę intelligibilis,& recipia
tur in poſsibili, vt neceſſe eſt, intellectu:palam ꝙ ſtante caſu, non ſolum ab illo intellectu in-
numeræ ſimul elicientur intellectiones,ſed & ꝙ ille innumeris ſimul informabitur ſpeciebus;
& cum omnes ſint vnius & eiuſdem rei,quia omnes albi,circa quod quilibet videntium inten-
tus eſt.ſequitur ꝙ non modo plura ſed innumera accidentia,numero tantum diſtincta,erunt in
eodem ſubiecto,quod indubiè implicat contradictionem.Cum enim accidens non ſortiatur nu
meralem vnitatem,niſi à ſubiecto,certum eſt,ꝙ vbi plura vnius ſpeciei accidētia ſunt neceſſariò
ibi ſubiecti pluralitas conſtituenda eſt.

Verùm his impoſsibile non eſt ſatisfacere.Et quo ad intellectiones diuerſarum rerum ſimul
elicitas,facilè diceret Commentator non eſſe abſurdum,immo nec aliquod inconueniens, vnū
agens ſimul diuerſas actiones producere,præſertim per diuerſa formalia principia,quorum nul
lum exhaurit totam agentis virtutem:& propter hoc,ꝙ conceditur intellectum poſsibilem,poſ-
ſe ſimul diuerſas intellectiones habere,& diuerſis ſpeciebus intelligibilibus informari,cum nul-
la expleat totam capacitatem eius, immo cum ſit in oīa fieri,vt habetur. 3.de anima, com.6.nec
D omnes ſimul,quas in caſu contingeret illum recipere,ſufficiunt illius facultatem explere,& pe-
nitus adæquare.Id enim illi tunc accidit,vt Commentator credidit,qn̄ adeptis omnibus intelligi
bilibus ſpeculatiuis,& per hoc ſibi intellectu agente perfectiſsimè copulato, poſſet in actionem
propriam intellectus agentis:& per hoc intelligere ſubſtantias ſeparatas,& ita propria ſibi felici
tate frui.Et quod affertur de diuerſis figuris & coloribus,qui in eodē ſubiecto recipi nequeunt,
nihil facit:qn̄ quidem aliud eſt loqui,de diuerſis rebus,etiam cōtrariis,ſumptis in eorum eſſe rea
li,& aliud de eiſdem acceptis in eorum eſſe intelligibili,ſeu intentionali.Siquidem in eſſe reali,
repugnat ſubiectum aliquod,ſimul figurari diuerſis figuris, aut ſuperficiem colorari diuerſis co
loribus,ſed non in eſſe intentionali,ſiue intelligibili:vnde ſicut in eadem parte aeris,eſt ſimilitu
do albi,& ſimilitudo nigri,ita & figura tetragona,& penthagona,quæ annectebantur albo & ni
gro,(nam continget dari triangulum album,& quadrangulum nigrum)in eſſe intentionali,ita

& in eodem intellectu, poſſunt eſſe in eſſe intelligibili. Et fundamẽtum eſt, quia in eſſe reali, di- E
uerſæ rerum ſpecies ſeipſas habent excludere, eo ꝙ inter ſe contrarietatem continent qua tamẽ
in eſſe intentionali, & intelligibili deſtitutæ ſunt: Vnde & contrariorum ſpecies, in mente non
ſunt contrariæ, vt etiam Commentator docet.

Quò autem ad intellectiones vnius & eiuſdem rei, Commentatori etiam difficile reſpõdere
non foret. Siquidem poſſet primò cõcedere, ſtante caſu, in intellectu plures eſſe intellectiones,
& per hoc plures ſpecies eiuſdem rei præcisè, & addere ꝙ illæ ſpecies poſſent examinari dupliciter
vno modo ex parte ſubiecti, in quo ſunt, & ſic habent rationem accidentis, & accidentis ſpeciei
vnius, & ita numero plurificari non poſſunt: alio modo ex parte obiecti, quod repræſentãt,
& hoc pacto rationẽ habent formalis principij, quibus intellectus intelligit, & ita plurificari poſ-
ſunt, immo plurificantur de facto: exemplum eſt de diuerſis luminibus, à diuerſis proficiſcenti-
bus candelis, quæ vniuntur in medio aeris. Siquidem ea lumina in ordine ad ſubiectum, ſecun-
dùm quem accidentia ſunt, vnum numero accidens ſunt, in ordine tñ ad candelas, à quibus de-
pendent, pluralitatem habent, ſicut & dependentias diuerſas retinent & admittunt. In propoſi-
to autem, vt rés ſit perſpicua, attendenda ſunt duo: alterum eſt, ꝙ etſi ſpecies albi, de quibus eſt
ſermo, dependent, vt à primo & remoto principio, ab hoc albo in eminentiori loco poſito, vt ta- F
men à principio proximo & immediato, dependent à phantaſmate huius albi, licet concurren-
te intellectu agente, cuius opera (vt alibi dictum eſt) ſpecies intelligibilis generatur & in intelle-
ctu imprimitur: Reliquum eſt, ꝙ etſi principium remotum in hoc caſu ſit vnius rationis prçcisè,
non tamen oportet, principium proximum eodem pacto penitus ſe habere, immo videtur ꝙ
eiuſdem rei phantaſmata in diuerſis hominibus, aut raro, aut nunquàm eiuſdem ſint penitus ra-
tionis: cum in vno ſit phantaſma clarius, aut acutius, aut excellentius: in alio debilius, aut ob-
ſcurius, aut depreſsius, tum propter diſpartitatem complexionis, tum propter diſpoſitiones va-
rias, & affectiones, in quibus hominem eſſe contingit: quin & experimur, quòd vnus & idem
homo, circa eandem, rem vno tempore rectius phantaſiatur quàm alio, ſicut & illum affici
diuerſo modo videmus.

Ergo diceret Commentator, ꝙ etſi in intellectu poſsibili, ſtante caſu, eſſent innumerę intel-
lectiones. eſſent quòque innumeræ formæ intelligibiles, non quidem in eo ꝙ accidentia ſunt,
ſed in eo ꝙ principia formalia ſunt, propterea ꝙ pẽderent proximè à diuerſis phantaſmatibus, ſi
cut ſuo modo, lumina in eodem medio, pẽdent à diuerſis candelis. Et adderet, ꝙ inter illas intel G
lectiones innumeras, ipſius albi, contingeret vnam eſſe limpidiorem, ac excellentiorem alia, ſi-
cut & ſpecies deſeruiens vni limpidior & perfectior eſſet, deſeruiente alij: eo ꝙ etſi oẽs repręſen
tarent vnam & eandem rem; non tamẽ omnes repræſentarent illam eodem penitus modo.

Secundò, poſſet dicere Commentator ꝙ ſtante eo caſu, intellectus non niſi vnicam eliceret
intellectionem, per quam oẽs illi, qui tunc viderent, ac phantaſiarentur, circa hoc album, deno
minari poſſent intelligentes illud: & ſimiliter ꝙ non niſi vnica ſpecies eius reciperetur in intel
lectu poſsibili, quæ & eſſet maximę excellentiæ, cum ad illius productionem concurrant phanta
ſiationes innumerabilium hoĩum, & q̃ plurimæ illuſtrationes intellectus agentis. Vnde & dici
poſſet ꝙ æquiualeret ſpeciebus innumeris, & conſequenter, vt eliceretur vna intellectio, quæ &
foret tantæ prętantiæ, vt ſupplere poſſet, vt diximus, ad denominãdum oẽs, qui negociabantur
circa illud album, non minus q̃ ſuppleat intellectus, ad denominandum plures homines intelle-
ctuales, cum fuerit copulatus cum eis. Quę quidem intellectio etiam dici poſſet ſingulis eſſe pro
pria, licet nulli eorum penitus adæquata: propter quod non eodem pacto Socrates illa diceretur
intelligere: quo diceretur intelligere Plato, ſicut non eſſet eiuſdẽ prorſus perfectionis vinculo,
intellectui intelligenti aſtrictus. Nec ſequeretur ꝙ Socrate diuertente, ac negociari circa album H
deſinente, prorſus deſineret intellectio albi, ſed ſolum quòdd eſineret ex ea parte, quę ſuo modo
dependebat ab eo, ſicut & in exemplo de lumine, extincta aliqua candela non deſinit ſimpli-
citer lumen, ſed ſolum vt dependebat ab illa. Et certum eſt: ꝙ paternitas remanet in patre, etiam
mortuo vno filio, ſi alij eidem ſuperſunt.

In hac poſitione Auerrois, duo illi maximè peculiaria ſunt. Alterum eſt, ꝙ intellectus ſeu aĩa
intellectiua, nõ eſt forma hoĩs. Reliquum, ꝙ vnus eſt in omnibus hominibus. Et licet ad vtrunq;
plures adducãtur rationes, tum ab ipſo, tum à poſterioribus eius claſsis, duæ tñ, meo iudicio, ſunt
præcipuæ: & prima eſt pro primo dicto, ſecunda eſt pro ſecundo. Ad primum igitur ſic argumen
tatur. Si aĩa intellectiua, ſiue, quod pro eodem in præſenti accipitur, intellectus eſſet forma hoĩs,
foret neceſſariò actus corporis, conſtat illud ex ſe, ergò eſſet actus organi, probatur, quia corpus,
cuius

A cuius ponitur forma, corpus organicum eſt: ergo eſſet corruptibilis & mortalis: probatur, quia tunc caleſieret, ac frigeſieret, & alias peregrinas pateretur paſsiones, & alterationes: hoc aũt eſt abſurdum, ergo &c. Ad. 2. ſic argumentatur. Si ad multiplicationem hominum, multiplicarentur intellectus, palam ꝙ nullus conſtaret tota latitudine intellectus humani: probatur, quia quãdo ſub vna ſpecie, multa ſunt indiuidua, indubiè nullum gaudet tota latitudine eius: ergo nullus conſtaret illius tota capacitate: probatur, quia hæc ſe mutuò conſequuntur, ergo nullus eſſet in omnia fieri: probatur, quia hęc eſt capacitas totius intellectus humani, ergo nullus poſſet eſſe beatus: probatur, quia nulli intellectus agens poſſet copulari ſimpliciter, ergo naturale deſiderium in ſingulis eſſet fruſtra: probatur quia omnes naturaliter ad fœlicitatem tendunt, hoc autẽ eſt abſurdum: ergo &c.

Quanquàm hæc opinio eſt ingenioſa, quanquàm multis forsàn applaudet, re vera tamen, ſi quis illam rectè conſideret, nõ ſolum impia eſt in fide, ſed erronea in philoſophia. Et quidem ꝙ vtrunq; dictorum ſit impium, haud difficilè eſt videre, nam dicere quòd nõ ſit forma corporis, repugnat catholicæ determinationi, vt patet in Clemẽtinis de ſumma Tri. & fide catho. dicere ꝙ non multiplicetur ad numerum corporum deſtruit rationem præmij & ſupplicij in hominibus,
B quod paſsim ſcripturis ſacroſanctis reclamat. Quòd verò & vtrũq; in philoſophia ſit erroneum, facile eſt probare. Et primum quidem dictum ex hoc conuincitur, quòd ab ipſo intelligere, homo & eſt, & denominatur intelligens, ſicut ab actione vitali (aliàs intelligere hominis, non eſſet intellectualiter eius viuere, & fruſtra docerent philoſophi, hominum vitam diſtingui, in contemplatiuam & practicam, quarum, illa potiſsimùm, ad ſpeculatiuum pertinet intellectũ, hæc vero maximè ſpectat ad practicum) ergo neceſſe eſt, ꝙ proficiſcatur in eo à principio ſibi intrinſeco, immo à principio quod informet eum. Pro prima parte probatur, quia viuere ex intraneis proficiſci neceſſe eſt: pro ſecunda conuincitur, quia vita proficiſci habet ab anima, quæ eſt principium, quo viuimus, quam conſtat ex. 2. de anima, eſſe actum corporis: nec ſolùm quodcunq; viuere, ſed & viuere, quod eſt intelligere, alias non diceretur, vbi ſupra, non ſolùm principium eſſe quo viuimus, ſed & quo intelligimus: præter id ꝙ ſicut operari pręſupponit eſſe, ita & operari vitaliter pręſupponit eſſe vitale, & per hoc ꝙ non ſolùm homo per intellectum intelligat, ſed & eſſe intellectiuum ab eo recipiat: ſiquidem viuere eſt eſſe viuentibus, vt etiam in ſuperioribus tactum eſt.

C Nec obſtat, quòd apud Platonẽ intelligere hominis foret opus vitale, & tamen anima intellectiua non informabat hominem: quoniam, vt conſtat, apud illum homo aliud non erat quàm anima. Similiter non ſatisfit rationi, quòd cœlum dicitur intelligere, & amare, & tamen apud multos non eſt animatum anima largiente eſſe: quoniam vt alias diximus falſum forsàn eſt cœlum non eſſe animatum, quod tamen ſi concederetur, certum eſt quòd intelligere & amare, & ſit vitales actiones ex ſuo genere ſunt, non illis tamen cœlum diceretur vitaliter intelligere, & amare, niſi fortè accepto cœlo, non ſolum pro cœlo, & ſed pro aſsiſtente intellectu, quaſi vtrunq; ſimul appelletur cœlum: quod ſanè non minus foret abſurdum quàm ſiquis plauſtrum diceret, currum & boues trahentes eum, quod conſtat ridiculum fore in philoſophia: quod ſiquis non duceret pro inconuenienti, in hoc poſſet tali pacto defenſare Auerroem, & eo facilius, quo inter intellectum & hominem, arctius poneretur vinculum quàm inter boues & plauſtrum.

Secundum aũt dictum, etiam facilè erroneum demonſtratur; propterea quod ſi non multiplicarentur in hominibus intellectus humani, non multiplicarẽtur quoq; voluntates humanæ: probatur, quia hæc ſe mutuo conſequuntur: hoc autem eſt manifeſtè falſum, quia etiam ante copu-
D lationem intellectus nobiſcum, vt Auerroes loquitur, experimur in nobis volẽdi liberam facultatem, qua & potimur ad plenum: quod tñ Commentator non concederet de intellectu, niſi poſt longum tempus, & exercitatis in ſcientijs ſpeculatiuis. Nec admittitur ꝙ ita ſenſerit Ariſtoteles, cum hęc neceſſariò non ſequantur ex doctrina ipſius, immo ipſe longè aliter opinatus eſt, vt ex ſequẽtibus conſtat. Nam licet manifeſtè doceat, intellectum humanum nullius corporis eſſe actum, id tñ non docet eo ſenſu, quo intellexit Auerroes, quod. ſ. anima intellectiua non det eſſe, nobiſq; vniatur non vt forma, aliàs non foret principium, quo intelligimus: ſed vel eo ſenſu, quo intelligit. S. Thomas, ꝙ ſcilicet verùm eſt, ratione nõ intellectiui gradus, ſed intellectiuæ potentię. vel intelligit ꝙ non eſt actus ſecundùm immerſionem, ſed ſecundùm quandam eminentiam: nimirum ꝙ ſicut non eſt eductus de corpore, ita excedit facultatem corporis. Sed de hac re diffusè pertractatum eſt. 3. lib. de anima.

Ergò, etiam ad rationes Auerrois, facile eſt ſatisfacere. Cum ergo dicit. Si intellectus eſ- E
ſet forma hominis, eſſet actus corporis, & per hoc rei organicæ, non negatur in eo ſenſu quo diximus: & cum infertur quòd foret mortalis, negatur ſequela, nec ſequitur quòd calefieret, aut frigefieret, quoniam hæc vera ſunt de informantibus corpus cum dependentia ſua à corpore, & nòn cum excedentia, ac ſupereminentia ſupra corpus. Et cum ſecundò inducitur quòd ſi multiplicarentur intellectus, nullus conſtaret tota ſpeciei ſuæ latitudine, & per hoc nec tota ſua capacitate, admittitur: ſed cum ſubditur, ergo nō eſſet in omnia fieri, reſpondetur quòd intelligendo hoc, vt multi dicunt ad mentem Ariſtotelis, hoc eſt de omnibus naturalibus, ſiue inferioribus, negatur ſequela, propterea quòd ſicut indiuiduum ſuperioris ordinis tranſcendit infinita indiuidua ordinis inferioris, ita & quilibet intellectus humanus in immenſum excedit omnia naturalia, cum eo longè inferiora ſint, & per hoc nihil obſiſtit, quin poſsit ea omnia fieri: ſi vero ea verba aliter aliquis vult intelligere, rem aſſumit quā probare tenetur. Quod adiungitur de fœlicitate, palam ꝙ etſi omnis intellectus humanus naturaliter nititur ad fœlicitatem, non tamen eo pacto, quo poſuit Commentator. Sed de hoc non oportet in ꝓſentia amplius laborare. Hæc de prima claſſe.

Secunda claſsis offert deinde ſeſe: cuius auriga eſt Alexander, qui ſua tempeſtate tantæ extitit F
exiſtimationis, vt teſte Auerroe. 3. de aīa com. 14. qui non erat Alexandrinus, non dicebatur philoſophus. Hic aīam humanam poſuit ſimpliciter corruptibilem, & mortalem, & ſecūdùm quid tm̄ incorruptibilē & immortalē, aſſerēs hoc non ſolum ex principiis naturalis ſciētiæ, ſed ex mēte philoſophi. Conſiſtit aūt hæc opinio ī quatuor principalibus punctis. Primum eſt, ꝙ aīa humana (vt iam diximus) eſt ſimpliciter corruptibilis & mortalis. Secundum: ꝙ ipſa eſt nobiliſsima inter aīas corruptibilium aīalium. Tertium, ꝙ oritur & reſultat ex nobiliſsima complexione corporis noſtri. Quartum, ꝙ eam comitatur potentia quædam, quam vocat præparationem, hoc eſt idoneitatem ad ſuſcipiendum quæuis materialia intelligibilia, quam dicit immixtam corpori, nullum habere intelligibile actu, aſsimilari raſuræ tabellæ, & cætera, quæ ab Ariſtotele attribuūtur poſsibili intellectui, huic aſſerit conuenire: & deniq; ſecūdùm eā, animam humanam, quodam (licet diminutiſsimo) modo immortalitatem habere.

Fundamentum primi puncti accipiebat ex doctrina philoſophi & maximè. 2. de anima, à tex. commē. 7. vſq; ad. 24. vbi docet omnem animam actum eſſe corporis phyſici, organici, potentia vitam habentis: per informationem: & ꝙ id vniuerſaliter competit omni animæ, quod Alexan- G
der intelligebat vniuocè, & ſecundùm vnāmet rationem. Ex hoc argumentabatur. Anima quæ eſt actus corporis &c. per informationem, eſt ſimpliciter corruptibilis & mortalis, ſed anima humana eſt huiuſmodi, ergo &c. Minor ex dictis habetur, Maior ex eo probatur, ꝙ omnis eiuſmodi, de potentia materiæ educta eſt, ergo &c. Confirmatur. Quia omne acceptum per generationem eſt corruptibile, ſed ita eſt in propoſito, iuxta illud. 2. phyſicorum tex. com. 26. Sol & homo generant hominem. Fundamentum ſecundi accipiebat ex hoc ꝙ materia eſt propter formam, ſicut & vniuerſaliter potentia eſt propter actum, vt habetur. 9. Methaphyſicæ tex. com. 15. propter quod & neceſſe eſt, vt forma ſemper præſtet in nobilitate ipſi materiæ. Ex hoc argumentabatur. Materia animæ humanæ eſt corpus humanum, vt patet. 2. de anima, tex. com. 7. ergo eſt nobiliſsima: patet, quia nullum aliud corpus eſt ita nobile: patet, quia nullum aliud eſt tam delicati tactus, vt dicitur vbi ſupra tex. com. . . . ergo anima humana, quæ illius eſt forma, omnium animarum nobiliſsima eſt.

Fundamētum tertij accipiebat ex eo, ꝙ experientia conſtat, ꝙ ex diuerſitate mixtionis elemētorum, & conſequenter complexionis corporum, variantur mixtorum formæ, & ꝙ quanto melior eſt mixtio & complexio, tanto melior & perfectior illius eſt forma. Ex hoc argumētabatur. H
Complexio corporis humani perfectiſsima eſt inter complexiones corporum corruptibiliū aīalium, ergo aīa humana, quæ forma eſt nobiliſsima, in eiuſmodi corpore eſt: conſequentia ex fundamento patet. Antecedēs probatur, Quia in corpore humano elemēta, ſeu quæ miſcibilia ſunt in eo, ad optimam proportionis ęqualitatem redacta ſunt. Fundamentum quarti eſt primum caput. 3. lib. de anima, quod eſt caput de intellectu poſsibili &c. Pro hac opinione videre potes, ſi placet, Auerroem. com. 5. tertij de anima, & S. Thomam. 2. contra gen. cap. 62.

Huius claſsis extitit Pomponacius vir ſuo tēpore celebris, qui librum inſcribēs de immortalitate animę, poſuit tū animam humanam, tum ſecundùm principia naturalis philoſophiæ, tum ſecundùm mentē Ariſtotelis, ſimpliciter corruptibilē & mortalē, & ſecundùm quid incorruptibilem & immortalē. quæ etſi multis rationibus nititur ſuadere, ſatis tamen erit potiores adducere.

Quòd

A Quòd igitur ſic ſentiendum ſit, ex principiis naturalis ſcientiæ, aſtruit his potiſsimis mediis, Ex
primo ac.6.phyſi. Omnis denominatio fit à ſuperabundanti, ergo cum in anima humana plu-
ra videamus mortalia q̃ immortalia, mortalis abſolutè & ſimpliciter pronuncianda eſt. Aſſum-
ptum eſt notum ex hoc, ꝙ in anima humana longè plures ſunt potentię ſenſitiuæ, & vegetatiuę,
q̃ intellectiuę, & multo plura ſunt opera earum, quàm opera intellectus: ſed ea oĩa defectibilia
ac corruptibilia ſunt, ergo &c. Præterea ſi luſtremus climata, quæ habitari poſſunt, longè plures
inueniũtur homines ferini, & brutales, quàm rationales: longè plures ſenſualibus, ac mortalibus
dediti, q̃ intellectualibus, & diuinis: multo plures affectantes terrena, q̃ cęleſtia, ergo &c. Præte-
rea ſi reſpicimus ad naturam intellectionis noſtræ, videbimus eam parum, aut nihil naturam trã-
ſcendere cognitionis ſenſus: ſiquidem in multis animalibus apparet relucere prudentiam, multa
mechanicè ac artificioſè fieri, puta, conſtrui domos. multa politice exerceri, vt conſtat in regi-
mine apum, immo multa videmus ab aliquibus animalibus fieri elegantius ac ſapientius, quàm
à multis hominum fierent; & tamen in illis certum, eſt ꝙ non ponitur intellectus. Item licet in-
tellectio attingere dicatur vniuerſale, id tamen debili modo attingit, quia modo confuſo, & vt
in ſingularibus eſt: quod non multum cogitationi, id eſt actui cogitatiuæ repugnat, quæ & quo-
B dam pacto etiam ad vniuerſale pertingit: ergo videbitur intelligere noſtrum non iniuria adnu-
merandum cum operibus ſenſuum, licet in ſupremo loco; & propterea vt ſapiens potius aliquo
pacto, naturam intellectionis, q̃ ſimpliciter intellectionem fore, & per hoc intellectum noſtrũ;
potius inter vires annumerandum quodammodo ſenſitiuas, tametſi melius forſàn ſit, vt colloce-
tur medius inter intellectum & ſenſum &c.

Quòd etiam idem dicendum ſit de mente philoſophi, oſtendit hac præcipua ratione. Ani-
ma humana nullam habet operationem, cui non communicet corpus vel ſimpliciter, vel ſecun-
dùm quid, vt ſumi pòteſt ex philoſopho, & non ſemel, in lib. de anima; & nihilominus ex indu-
ctione conuincitur, propterea ꝙ eius operationes ſunt, aut vegetatiuæ, aut ſenſitiuæ, & in his
proculdubio communicat corpus ſimpliciter, (hoc eſt, vt communiter intelligitur: organicè &
obiectiuè,) aut intellectiuæ, & in his conſtat quòd communicat corpus, ſaltem ſecundùm quid,
hoc eſt vt omnes admittunt, obiectiuè tantum: ergo anima humana non eſt ſeparabilis à cor-
pore ſimpliciter, ſed ſecundùm quid: ergo eſt ſimpliciter corruptibilis & mortalis, & ſolùm ſe-
cundùm quid incorruptibilis & immortalis. Antecedens patuit. Prima conſequentia probatur
C ex.12.tex.1.de anima: vbi dicitur, quòd ſi non habet operationem propriam, hoc eſt, non com-
munem ſibi & corpori, non eſt ſeparabilis: & de communione intelligit, non ſolum ſicuti
organo, ſed etiam vti obiecto, vnde & ſubdit, quòd ſi intelligere (quod maximè videtur aſsimi-
lari proprio) eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, non erit ſine corpore, hoc eſt ſine commu-
nione corporis. Inferius autem, hoc eſt in tertio lib. oſtenditur clarè quòd intelligere non eſt
ſine corpore obiectiuè, quia opus eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari: ergo anima ſepara-
bilis non erit à corpore ſimpliciter, ſed tantum ſecundùm quid, quia ſcilicet in aliquo ſuo ope-
re, erit ſeparabilis à corporis communione organicè: Secunda conſequentia, nota eſt ex ſe, quia
ſi non eſt à corpore ſimpliciter ſeparabilis, cum illud ſit ſimpliciter corruptibile (quippe quod
conſtat ex contrariis) neceſſe eſt vt eo corrupto, corrumpatur & anima: nec eam ſaluat immor-
talitas ſecundùm quid, quoniam abſorbetur ſecundùm quid, à ſimpliciter. Nec inquit, re-
ſponderi poteſt, quòd intelligere animæ noſtræ, commune quidem eſt corpori obiectiuè, non
tamen abſolutè ſed pro ſtatu præſenti: quoniam alium ſtatum ab iſto non nouit Ariſtoteles,
immo in. 12. Methaphyſicæ tex. commen. 39. ait, quòd ſumma illa delectatio, quæ continuò
adeſt ſubſtantiis ſeparatis, ſeu, ſi mauis, animabus cœleſtibus, vtpote ad earum beatitudinem
D pertinens, adeſſe nobis non poteſt, niſi modico tempore. Præterea, ex ratione animæ hu-
manæ, ſeu intellectus noſtri eſt, vt non poſsit intelligere niſi concurrentibus phantaſmati-
bus, & per hoc corporeo quodam obiecto: ergo vel non poterit anima à corpore ſeparari,
vel in perpetuum, intellectus erit vacans & ocioſus. Secundum dari non poteſt, quia na-
tura ocioſitatem abhorret, ergo remanet primum, ergo &c. Antecedens probatur, tum quia
intellectus humanus medius eſt inter ſenſum & intellectum abſtractum, & per hoc in operan-
do naturam debet ſapere vtriuſque: ergo ſapiet de abſtracto, quia non per organum intelli-
git, ſapiet de ſenſu, quia non niſi obiecto corporeo concurrente intelligit: tum quia ridiculum
in philoſophia eſt, alicui naturæ plures attribuere operandi modos eſſentiales: Siquidem vt phi-
loſophi docent, & experientia atteſtatur, vnius naturæ, vnus tantum eſt operandi modus
eſſentialis. &c.

Verùm hæc opinio,nō ſolùm eſt impia,immo maximè impia,ſed nec ex lumine naturali ve- E
rè dependens:ac minus Ariſtoteli ſatisfaciens.Et vt de primo,ac principali eius puncto,aliquid
dicam,conſtat quidem,ꝙ in illo eſt impia,& maximè impia,ex hoc, ꝙ non modo repugnat chri-
ſtianæ fidei,ſed & cuicunq; humanæ religioni,immo & omni rectè inſtitutæ reip.Siquidem poſi
ta mortalitate animæ,non ſolùm euertitur fides catholica,ſed deſtruitur quæuis religio , & pe-
reunt oēs leges.Conſtat ꝙ ex naturali lumine,non verè dependet,vel ex hoc, ꝙ philoſophorum
præcipui,vt Socrates,Plato,cum multis ex peritioribus Græcis,oppoſitum eodem ex fonte hau-
riunt.& excipiunt.Conſtat ꝙ nec Philoſopho ſatisfacit ex his,quæ inferius ſubiiciēda ſunt.Nec
eſt difficile illius fundamenta deſtruere,aut inductis rationibus penitus ſatisfacere. Vnde & pri-
mum Alexandri fundamentum, quod pro primo ac principali puncto conſtituit, facilè euerti-
tur:propterea ꝙ conceſſo,ſicut & concedendum eſt,ꝙ anima humana per informationem actus
ſit corporis,negatur ꝙ iccirco corruptibilis ſit & mortalis,aut ꝙ de materiæ poteſtate educta ſit.
Et ratio eſt,quia anima,ſeu forma corporis quantùm in præſentia attinet , in duplici differentia
eſt:quædam quæ per immerſionem informat,& hęc indubiè corruptibilis eſt & mortalis,& edu
cta de poteſtate materiæ:quędam quæ informat per ſuperexcedentiam,& hæc incorruptibilis eſt F.
& immortalis,& de poteſtate materiæ nō profecta:illa quidem ſicut non excedit materiæ poſſe,
ita nec eius facultatem ac cauſalitatem; & per hoc, ſicut ab illa dependet , ita & ſine illa eſſe non
poteſt hæc vero ſicut excedit materiæ poteſtatem,ita excedit & facultatem,ac cauſalitatē, & per
hoc ſicut ab illa non educitur,ita nec ab illa dependet,& ideo non mirum , ſi non corrumpitur,
quando illam ſeparari contingit.

Ad confirmationem,negatur ꝙ anima humana,per generationem habita ſit abſolutè,licet ꝑ
generationem habita ſit in hoc,ſeu ab hoc:eo ꝙ per vim generationis, huic corpori eſt vnita,ac
vinculo naturali coniuncta,quod voluit Ariſt.in eo loco.Et vt res ſit magis perſpicua, conſide-
randum ꝙ anima humana creatur quidem à Deo,ſed nō creatur extra corpus,aut ſine hoc, ꝙ in
fundatur in corpus:vnde & Auguſtinus dixit,ꝙ infundendo creatur,& creādo infunditur.Quo
fit,vt ſiquis rectè perſpiciat , duplex in hac re inueniatur productio:altera, quę creatio eſt , quæ
pro termino,eſſe habet ipſius animæ abſolutè,& hæc indubiè à ſolo Deo eſt: altera quę eſt ge-
neratio,& pro termino habet eſſe quidem animæ,at non abſolutè , ſed vt communicatum ſup-
poſito:ita ꝙ ad eſſe humani terminatur ſuppoſiti,quatenus eſt ſuppoſiti , & hoc etiā eſt à Deo,
ſed mediante cœlo & hoīe : & propterea philoſophus non dixit,ſol & homo generant animam, G.
ſed dixit generant hominem,probè ſciens, ꝙ anima non eſt genita ſed creata : licet illius eſſe, vt
communicatur ſoppoſitò generationem hominis terminet.Nec eſt neceſſe ad hoc,ꝙ aliquid ge
neret vel producat compoſitum , ꝙ illius partes generet vel producat,ſed ſatis eſt , ſi illas vnit &
nectit.Vnde & opus non eſt,ꝙ ſi pictor facit parietem album, vt parietem vel albedinem faciat,
ſed ſufficit ſi vnum alteri copulet,ex qua copula compoſitum ipſum reſultat. Et quidem ſic acci
dit in propoſito:nam generans Socratem,non producit animam,neq; materiam,ſed alterum al-
teri vnit,& ita reſultat homo,&c.

Ad ſecundum conceditur ꝙ anima humana nobiliſſima eſt.Et inter oēs ſenſitiuas, quatenus
ſenſitiua,& inter oēs vegetatiuas,quatenus vegetatiua:eo ꝙ illas cōtinet eminēter. Et quatenus
intellectiua,eo vſq; illas in nobilitate tranſcendit, ꝙ eſt alterius , & ſuperioris ordinis: nimirum
quia ordinis intellectualis,ex quo & immortalitatem ſortitur.Ad tertium dicitur ꝙ non probat
intentum : Oſtendit enim(Siquid oſtēdit)ꝙ ex mixtionis diuerſitate variantur ſubſtantiales for
mæ,& non ꝙ ex illa reſultent: quare non negatur,ꝙ in corpore humano,quod melioris eſt com
plexionis,nobilior inueniatur aīa,immo hoc neceſſarium eſſe videtur; qm̄ cum materia eſt me-
liori modo diſpoſita,nobilior ſine dubio inducitur forma:ergo cōceſſo ꝙ forma ſequatur in no H.
bilitate materiam,non habetur ex hoc,ꝙ aīa humana deforis aduenire non poſſit.Ad quartum
dicit Auerroes,ꝙ Alexander totum illud caput,interpretatur peruersè,& verè ſic eſt : quod ta-
men non fit,ſi anima immortalis ponitur,& incorruptibilis.

Nunc ad rationes Pomponacij. Ad primam igitur dico,ꝙ denominatio quidem fit à ſuper-
abundanti,at nō qualitercunq; ſed abundanti in perfectione,vt colligi pōt ex.2.de aīa, in tracta
tu de vegetatiua:Quia ergo intellectus in aīa longe ſupra ſenſum in perfectione abundat , & ſe
cundùm illum aīa immortalitatē habet,iccirco ab illo,vti à ſuperabūdanti, immortalis ſimplici
ter denominanda eſt.Ad ſecundam dico,ꝙ licet multi hoīes,in moribus videantur brutales , id
tū contingit vt plurimùm,ex mala complexione,aut diſpoſitione organorum corporis,propter
quod non concluditur , quin eorum mens incorruptibilis ſit,& licet plures affectare videamus
terrena,

A terrena, id tamen contingit ſæpe ex mala inſtitutione. Sed vtcunq; res ſit, conſtat quòd affectāt
magis inſempiternùm viuere: quod deſiderium, ſorte animę atteſtatur immortalitati, cum il-
lud non videatur fruſtra; & certum eſt quòd in corpore huius vitæ, expleri non poteſt. Ad ter-
tiam dico, quòd ſalſum eſt, quòd noſtrum intelligere naturam non tranſcendat cognitionis
ſenſus, immo eſt longè altioris ordinis: & cum dicitur, ꝙ non attingit vniuerſale niſi in confuſo,
& vt in ſingularibus eſt, negandum eſt hoc: immo attingit ad vniuerſale verum, & vt à ſingulari-
bus diſtinctum, cuius & cognoſcit proprietates, & attributa, vt palam eſt in ſcientiis. Quòd autē
vniuerſale attingat in ſingularibus, non aliundè eſt, quàm ex ratione materialis quiditatis, quę
illius eſt obiectum, & vendicat ſibi, vt in ſingularibus ſit, de qua re alias diximus. Singularia aūt
non attingit niſi reflexè, vt Ariſt. docet. 3. de anima, tex. com. 8. Ad ea autem, quæ adducit de api
bus, formicis, & huiuſmodi, palam ꝙ nihil proficiunt, cum illa non operentur per intellectum,
ſedpotius per naturalem inſtinctum.

Deniq; & quę ſubdit pro mente phyloſophi, facile eſt eludere. Vnde ad primum dicitur, ꝙ re
ſponſio ibi data optima eſt: & cum ait ꝙ philoſophus non nouit ſtatum aīæ ſeparatum, reſpōde
tur ꝙ iſtud eſt ſalſum, immo illum videtur attingere. 12 Methaphyſicę, tex. comm. 17. vbi dicit, ꝙ
B nihil prohibet intellectum humanum poſt mortem hominis remanere. Et ad illud de delecta-
tione paruo tempore nobis, &c. dicitur ꝙ ex illis verbis non ſequitur animam eſſe mortalem, ſed
benè ꝙ homines ſunt mortales, ſiquidē, nobis, philoſophus dixit, & non animabus noſtris. Et ſi
dicatur voluit ne philoſophus (ſi alium non negauit ſtatum) ꝙ aīa perpetuò perſiſteret ſine cor-
pore? Reſpondetur, ꝙ hoc eſt impertinens, verùm in vltima quæſtionis parte dicetur de eo. Ad
aliud negatur antecedens. Et cum dicitur, ꝙ eſt medius &c. reſpondetur ꝙ eſt quidem medius,
ſed alio pacto. Primò enim medius eſt in eſſe, vel potius eſſendi modo: eo ꝙ aīa intellectiua eſt
partim coniuncta, & partim ſeparata, vt dicitur. 2. phy. tex. com. 26. Secundò, medius eſt in ope
rari, vel ſi mauis, operandi modo: eo ꝙ abſtractus circa rem operatur penitus immaterialem, ſen-
ſus vero circa rem penitus materialē, iſte autem circa rem quodam pacto immaterialem & quo-
dam pacto materialem, ad quam ſic ſe habet proportione ſua, ſicut illi ad ſuam: & hoc ſufficit ad
ad hoc, ꝙ ſit medius. Et cum dicit, ꝙ vnius naturæ vnicus eſt operandi modus, & ꝙ ridiculum eſt
intellectum humanum, cum phantaſmatibus, & ſine phantaſmatibus intelligere poſſe: reſpōde-
tur ꝙ cum modus operandi, modum conſequatur eſſendi, illius quidem naturę vnus tantum mo
C dus eſt operandi, cuius vnus tantum eſt modus eſſendi: ſed anima humana non vnum tātum, ſed
duplicem modum ſortitur eſſendi, alterum in coniunctione ad corpus alterum in ſeperatione
ab eo: iccirco mirum non eſt, ſi non vnum tantum, ſed duplicem modum ſortitur operandi &c.
Hæc de ſecunda claſſe.

Tertia claſsis tandem offert ſeſe, cuius auriga eſt S. Thomas, qui in q̃ pluribus ſuæ doctrinæ lo-
cis indubitanter aſſerit, non modo ex principiis ſcientiæ naturalis, ſed etiam ex mente phyloſo-
phi, aīam humanam eſſe ſimpliciter incorruptibilem & immortalem, & ſolum ſecundùm quid,
morti & corruptioni obnoxiam: non quidem eo ſenſu, ꝙ aliquid ſubſtantiæ eius perire poſsit,
ſed quia in reſolutione compoſiti, illæ animę vires, quæ vendicant ſibi organa, nequeūt ſine
illis non ſolū ſua opera exercere, ſed nec in rerū natura ſubſiſtere, cuiuſmodi ſunt, oēs tum vege
tatiuæ, tum ſenſitiuæ poteſtates. quæ neceſſariò habent ab illa deſinere, & deficere (non in radi-
ce, cum vt diximus, nihil deſinat ſubſtantiæ animæ, quæ omnium radix eſt: vnde & cum rurſum
ſuo tempore copulabitur corpori, denuo pullulabunt ex ea) ſed in ſeipſimet ex defectu organo-
rum, quibus illas alligari neceſſe eſt.

Conſiſtit aūt hæc poſitio, vt in ſumma dicatur, in quinq; principalibus punctis. Primū & præ-
D cipuum eſt quod diximus. Secundum eſt, quòd etſi anima humana non eſt educta de poteſtate
materiæ, ſed creata ac corpori infuſa à Deo; non tamen infunditur, immò nec creatur, niſi mul-
tis diſpoſitionibus ac generationibus p̄uiis. Tertium eſt, quòd etſi eadem corpori vnitur, vt for-
ma; non ſic tamen vnitur, vt extendatur in eo, immo nec immergitur in illo, ſed ſupergreditur
facultatem ipſius. Quartum eſt, quòd etſi eſt forma non immerſa corpori, ſed ſupergrediens fa-
cultatem corporis; non tamen aliam compatitur animam in corpore, in quo eſt, immo nec aliā
ſubſtantialem formam, ſeq; ipſa vnica exiſtens, ſupplet pro omnibus formis. Quintum eſt, ꝙ etſi
multiplicentur animæ humanæ iuxta numerum humanorum corporum (quoniam vna, vendi-
cat ſibi vnum, cui coaptatur, cuiuſq; occaſione ſingularitatem ſortitur:) nihilominus cum à cor
poribus remanent abſolutæ, & eandem multitudinem faciunt, & eaſdem ſingularitates retinēt.
Primum, in quo totum eſt pondus aggreditur multis modis euincere, tum ſecundum principia

ſcientiæ

ſcientiæ naturalis,tum ſecundum mentem philoſophi: propter quod & illud nõ immeritò præ E
omnibus abſoluendum eſt.

Quòd igitur anima humana de qua ſermo, ſit ſimpliciter immortalis &c.multis quidem ra-
tionibus probat,vt patet prima.q.75.&.2.contra gen.cap.55.& 79.& alibi ex quibus tres tantum
adduco.Et prima eſt.Anima intellectiua humana,appetit naturaliter eſſe ſemper,& id conſtan-
ſtanti ac ſolido appetitu,ergo poteſt naturaliter eſſe ſemper,ergo erit ſemper,ergo eſt incorru-
ptibilis & immortalis ſimpliciter &c. Antecedens, in quo totum negocium eſt, declaratur ac
probatur: declaratur animaduertendo tria primum eſt,ꝙ particula(anima intellectualis huma-
na)poſita eſt ad explicandam ſubſtantiam,ſiue eſſentiam animæ noſtrę:propter quod denotat ꝙ
illa res,actus & perfectio,quæ eſt anima noſtra,habet quidem,ex ſua eſſentia & natura, ꝙ ſit aĩa,
hoc eſt apta nata largiri corpori,cui nectitur eſſe,& operari vitaliter,quemadmodum eſt dictum
in titulo,eo ꝙ de ratione aĩæ eſt,eſſe primum principium vitæ:habet rurſum ex natura & eſſen-
tia ſua,ꝙ ſit intellectiua,non quidem ex attinctione:ſed ex ordine.

Ad cuius euidentiam recolendum eſt,ꝙ eſſe tale ex attinctione, non eſt eſſe tale ſimpliciter;
& abſolutè,ſed eſt eſſe tale ſecundùm quid ac minutiſsimè,propter quod non poteſt rem illam;
denominare ſimpliciter abſolutè talem: eſſe tale ex ordine; eſt eſſe tale ſimpliciter & abſolutè; F
quia eſt eſſe in ordine ac latitudine eorum, quibus competit eſſe tale ſimpliciter & abſolutè.
Et vt res ſit illuſtris,conſiderandum,ꝙ exiſtentibus,quantum ad rem ſufficit, tribus animarum
ordinibus,nimirum vegetalium,ſenſilium,& intellectualium,certum eſt ꝙ oĩs quę eſt in aliquo
priorum ordinum,ſimpliciter talis eſt.puta vegetalis, vel ſenſilis: ergo & quę erit in ordine intel
lectualis,ſimplicieter talis,hoc eſt intellectualis ſit;neceſſe eſt. Verùm quia exigit vniuerſi conne
xio,vt ſupremum inferioris ordinis attingat infimum ſuperioris ordinis,vt ſcitè Dionyſius ſcri-
pſit,iccirco factum eſt,vt aliquando res vnius ordinis,quodã pacto inueniatur pertinere ad aliũ;
pro quãto aliquo modo attingit ad illum:puta in latitudine vegetalium animarum,fortè ſupre-
ma,eſt aĩa ſpongiæ,& quia ſuprema,attingit ad infimum ſuperioris ordinis, hoc eſt ſenſilis aĩæ:
vnde & non niſi tactum,& illum quidem imperfectiſsime,participare poteſt, qui tactus vt con-
ſtat,infimus omnium ſenſuum eſt: quæ ſanè anima ſpongię, proculdubio, ſi aliud non accedit,
ſenſilis nec eſt,nec dicitur,ſimpliciter & abſolutè,ſed ex illa ſolũ ꝙ̃ tenuiſsima attinctione.Simi-
liter ſi in latitudine animarum ſenſilium,ſuprema ſit(verbi gratia)anima ſimiæ, nõ negabitur ꝙ
ad eam.quæ ſimpliciter,maximè & abſolutè ordini intellectuali conueniunt,quodam pacto,ac G
modo diminutiſsimo tantum,poſſit attinere,aliquid ſortiẽdo ex vicinitate ad eum: puta miram
& inſignem,vt præſefert apprehenſionem & diſcurſum,ſuper reliquas ſuę claſsis, quæ tamẽ pro
pter hoc,extra ordinem ſenſilium reponi non poteſt.Palam ergo,ꝙ cum dictum eſt,aĩa intelle-
ctiua,accipiendum eſt,ꝙ ex natura & eſſentia ſua, & non ex attinctione aliqua intellectiua ſit:
cui additum eſt humana,vt ex eàdem eſſentia & natura,diſtincta percipiatur à cęleſti,cum,vt ali
bi diximus,& cœleſtis aĩa intellectiua ſit,& per hoc,vt innuatur,ꝙ etſi ex ordine intellectiua eſt,
habet tñ ex propria eſſentia & natura,(qua ſcilicet eſt intellectiua humana,)vt miro modo con-
tineat in ſeſe vegetalem & ſenſilem, quod cœleſti non congruit. Contineat,inq̃,mirificè in ſe:
quia non eo pacto,quo ſpecies continet genus,puta, homo animal,& animal viuũ: ſed eo pacto
quo perfectius certo modo continet imperfectius,& vt verbis vtar philoſophi,quo penthagonũ
continet tetragonum,& tetragonum trigonum: propter quod non opus eſt vt recipiat dè ſe for
malem prædicationem eorum &c.

Secundum eſt,ꝙ particula(appetit naturaliter eſſe ſemper)de appetitu,qui volũtas eſt,intel-
ligitur,quoniam in anima intellectiua ex ordine, ſicut proximè ponitur intellectus, ita pariter
eſt ponenda voluntas,cum vterq; ex eodẽ ſonte proficiſcatur in ea:& licet voluntas, ſicut & in- H
tellectu ,vis & potentia quædam ſit, & non rarò iſto pacto ſumatur, in propoſito tamen, non
pro ipſa vi,ſiue potentia,ſed pro ipſius voluntatis actu,appetitus accipiendus eſt. Et quoniam in
voluntate animę noſtræ, multi inueniũtur actus,vt alibi latius explicatũ eſt,& quidam liberi, vt
electio: quidam naturales,vt velle bonum abſolutè;& in propoſito ſermo non eſt de libero, ſed
naturali; iccirco naturaliter additum eſt, & ꝓpterea perinde eſt,ac ſi dictum ſit appetitu ſuapte
natura profecto.Eſſe antem ſemper,cum duo in ſe claudat,eſſe,& ſempiternitatem, vt conſtat,
non ſecus ac eſſe temporale,eſſe & temporalitatem complectitur, vtrunq; naturaliter appetitũ
eſſe intelligas,nõ curando tamen an ſempiternitas ſit negatiuè ſumpta, an poſitiuè accepta, qm̃
vt patebit,in idem reincidunt: Sumitur quidem negatiuè, vt cum vniuerſale dicitur ſempiter-
num,cum enim ſenſus ſit,ꝙ non ſubditur cuiuis temporis differentię palã ꝙ ſempiternitas in eo,

A res poſitiua non eſt,& ideo rectè negatiuè accipitur : Sumitur poſitiuè , vt cum Deus aut intelli
gentia dicitur ſempiterna,tūc enim ſenſus eſt,ꝙ ſempiternatem vti perfectionem ,ac entitatem
quandam habent,non ſecus ac cum eiuſmodi dicuntur immobiles,& infinitæ,quæ indubiè po-
ſitiuæ in eis entitates ſunt.Quòd autem in idem in præſenti reincidant,facilé conſtat:qm̄ ſi appe
titur eſſe ſemper poſitiuè,conſequitur ꝙ appetatur & eſſe ſemper negatiuè,qm̄ ad illud ſine cō-
trouerſia ſequitur iſtud;vnde nec Deus nec intelligentia cuius ſubditur temporis differentiæ:
ſi vero appetitur eſſe ſemp negatiuè , cōſequitur pariter ꝙ appetatur & eſſe ſemp poſitiuè , eo ꝙ
appetitus naturalis eſſendi, cum nō ſit ad eſſe vagum,ſed determinatum ad maximum vel ad mi
nimum,vt habetur primo de cęlo.tex.com.116.opus eſt vt appetat eſſe ſemper,aut pro aliqua de
terminata periodo,aut pro aliqua in determinata,aut pro ſempiterna:primum eſt contra expe-
rientiam:ſecundum eſt contra doctrinam primi de cœlo; ergo relinquitur tertium , quod nullū
habet inconueniens,& infert quod diximus.

Tertium eſt,ꝙ particula(conſtāti ac ſolido appetitu)poſita eſt,vt excludatur appetitus leuis
& nutans,qualem Philoſophi & Theologi velleitatem nuncupant:qui & eſſe poteſt impoſſibi
lium,vt cum homo appetit volare,aut eſſe vbiq;. Siquidem talis appetitus non poteſt eſſe niſi le
B uis,& propterea nutans & inſtabilis:nec mirum , cum ad primum aſpectum frequēter occurrat,
nec impoſſibilitatem ponderet,vel attendat.Quia ergo ſermo præſens de appetitu eſt naturali,
qui non eſt rei impoſſibilis,quippe qui à natura ſuggeritur,quæ nunquàm ad impoſſibile incli
nat, quæ ſuis in operibus ſolida ac conſtantiſſima eſt , iccirco & illius appetitus ,opus eſt,vt ſoli-
dus ac conſtantiſſimus ſemper ſit.Declarato antecedente,conſequens eſt vt probetur illud:pro-
batur aūt hoc pacto.Anima intellectiua humana,per intellectum apprehendit eſſe ſemper , vti
excellentiſſimum bonum , & maximè appetendum intellectuali naturæ : ergo per voluntatem
naturali appetitu appetit illud ſibi,idq; conſtanter ac ſolidè.Aſſumptum eſt euidens. Siquidem
ꝙ aīa intellectiua humana,per intellectum apprehendat eſſe ſemper,non ſolum conuincitur ra
tione,ſed experimēto continuo.Ratione quidē,quia cū intellectus ſit vniuerſalium,vt ſcriptum
eſt primo de anima,neceſſe eſt dicere ꝙ apprehēdat eſſe, vt abſtrahit ab hìc,& nunc,& ob id , ab
omni temporis differentia,quod eſt apprehendere eſſe ſemper,negatiuè ſaltem, vt patuit. Expe
rimento verò,quia quotidie periculo comprobamus,nos illud apprehendere,nec ſolum ſempi-
ternitate negatiua,ſed poſitiua: ergo & idem eſt dicendum de aīa,immo magis eſt dicendum de
C ea,ſicut illi magis proprium eſt intelligere : nam ſi Ariſtoteli creditur,ipſa eſt,quæ intelligit ſim
pliciter per intellectum,vt patet in principio tertij lib.de aīa,tametſi & nos,quia nobis vnitur vt
forma,intelligere denominemur per eam.

Similiter ꝙ apprehendat illud,vt excelletiſſimum bonum,& ratio,& experientia docet . Ra-
tio,quia cum oē bonum fundetur in eſſe, vt conſtat.6.Methaphyſicæ , palam ꝙ quale eſt eſſe in
ꝑfectione,tale erit & in bonitate:ſed eſſe ſemper eſt maximæ perfectionis , quia vt dicitur.2.de
cœlo,tex.com.17.res tm̄ habent de diuinitate,quantum habent de ſempiternitate; ergo eſt maxi
mę bonitatis,& ita eſt excellentiſſimum bonum.Experientia,quia experimur ꝙ illud ſuper oīa
reputamus,& pro illo,hoc eſt: vt tueàmur ac conſeruemus ipſum,vt in eodem loco etiam Com
mentator dicit,facimus quicquid facimus.Et demum ꝙ ſit maximè appetendum intellectuali na
turæ , multa probatione opus non eſt:& quidem ꝙ ſit maximè appetendum , conſtat ex ſe:qm̄ ſi
bonum eſt,quod oīa appetunt,vt dicitur primò ethi. cōſequens eſt , vt maximè bonum maximè
appetendum ſit:ꝙ vero maximè appetendum ſit intellectuali naturæ,etiam ſatis eſt euidens,at-
tendentibus ꝙ vnumquodq; maximè appetit naturaliter,quod ſibi maxime congruit,vt philoſo
phus nō ſemel ſcripſit in æthicis: certū eſt aūt ꝙ eſſe ſemper,naturis intellectualibus maximè cō
D gruit,tum quia ſunt naturæ nobiliſſimæ ac præſtantiſſimæ, ergo illis maximè congruit, vt maxi
mè conſeruentur in eſſe,& poſſideant tā excellentiſſimum bonum;tum quia ſi conceditur eſſe
ſemper cęleſti corpori,quod longé eſt imperfectius quauis intellectuali natura.& cōceditur illi
non ſolum ſine naturali repugnātia,ſed cum debita congruentia;cur negabitur intellectuali na
turæ,cui non modo non repugnat,ſed iure optimo,maximè conuenit : Præter id , ꝙ nemo po-
teſt ire inficias,illud indubiè congruere Deo,cōgruere intelligentiis & cœleſtibus animabus,cū
& illę,oīum iudicio ſint perpetuæ . Et palam etiam eſt,ꝙ in aīa humana nihil eſt ,quod illi repu-
gnet, immo multa & innumera ſunt,quæ oſtendunt,ꝙ illi miro modo conſentit,ſicut ex ſequē
tibus animaduertere licet:ergo obſtinati & non benè diſpoſiti eſſet nō concedere , eſſe ſemper
cuiuis intellectuali naturæ,quàm maximè attribuendum fore.

Conſequentia ex præmiſſo aſſumpto deducta, etiam manifeſta eſt. Siquidem conſtat ex ea
parte,

parte, quæ dicit, ergo per voluntatem appetit, eo ꝙ vis appetendi in intellectuali natura volun- E
tas ſine controuerſia eſt: ſimiliter ex ea, quæ dicit naturali appetitu, eo quòd naturaliter per voluntatem ab illa appetitur eſſe, nō minus quàm appetatur viuere, & non ſolum eſſe, ſed eſſe ſemper, quoniam ſi id commune eſt omnibus viuentibus, quæcunq; non orbata &c. vt Ariſto. dicit 2. de anima tex. commen. 30. (cuius ſignum eſt, quòd agnoſcendo ſe corruptibilia, naturaliter appetunt generare, vt potiantur modo, quo poſſunt, eſſe perpetuo:) maximè commune erit viuentibus illis quæ viuunt intellectuali vita, ſicut ſunt intellectuales naturæ, quæ cum generare non poſsint, contentari nequeunt, vt perpetuò ſint in ſpecie, ſed requirunt vt ipſæmet perpetuò ſint in indiuiduo. Et denium ꝙ illud appetant ſibi, etiam probatione nō eget, ſiquis conſideret quòd opus eſt, vt illud appetant vel ſibi, vel aliis; & ꝙ ſi aliis, opus eſt vt primò illud appetant ſibi. quoniam etſi amabile quidem bonum, vnicuiq; autem proprium, & amicabilia, quę ſunt ad alterū, ex amicabilibus proueniunt, quæ ſunt ad nos, vt Ariſt. docet. Et quòd appetant ſolidè & conſtanter liquet ex ſe, quoniā illud appetunt appetitu, qui ſuapte natura pullulat in voluntate, quemadmodum & dictum eſt.

Cum ergo hactenus & declaratum & probatum ſit primum antecedēs, quod erat, Aīa intelle- F
ctiua humana appetit naturaliter eſſe ſemper, idq; conſtanti, ac ſolido appetitu, reliquum eſt vt clarè deducantur quæ inſeruntur ex eo. Ergo probanda eſt prima conſequētia, quæ dicebat, ergo poteſt naturaliter eſſe ſemper. Et probatur ex eo, ꝙ appetitus naturalis, cum vt oſtenſum eſt, ſit conſtans & ſolidus, hoc eſt, non lenis, vel nutans, ad impoſsibile eſſe non poteſt. Nec obſtat ꝙ appetitus, de quo loquimur, non ſumatur pro ipſa vi, ſeu appetitiua potentia, ſed pro appetitione, quæ actus eſt eius, hoc eſt pro ipſo velle, ſeu deſiderare, ipſius voluntatis: quoniam & illud cum eſt conſtans & ſolidū (quod eſt profecto quotieſcūq; eſt naturale, vt iā pluries diximus) eiuſdē cēſetur vis cū pſa potētia, nec immerito, q̄m aliud non eſt quàm appetere eius: ſine quo vis illa non appetit, immo nec appetere intelligi poteſt. Secunda conſequentia, quæ dicebat, ergo erit ſemper, etiam probatur, & probatur ex eo, quia aliàs illa naturalis potentia eſſet fruſtra, quod natura, non patitur: nam Deus & natura nihil agunt fruſtra, vt ſumitur ex primo phyſi. & in 2. de cœlo docet Ariſt. ꝙ ſi aſtra vim haberent progreſsiuam, natura illis dediſſet inſtrumenta vt progredi poſſent, ne fruſtra inuenirentur in natura.

Nec obſtat ꝙ in aliquibus videātur aliquæ eſſe naturales potentiæ, quæ nunq̄ reducuntur ad actum, & tamen non videntur fruſtra, ſicut potentia augmentatiua, in ſene, generatiua in mula, G
viſiua ī talpa, & ſic de ſimilibus, q̄m ſi res rectè diſcutitur, videbitur primò ꝙ in ſene potētia augmētatiua iam functa eſt officio ſuo, & propterea non dicitur eſſe fruſtra, quoniā non opus eſt, vt ſemꝑ quæuis naturalis potētia prorumpat in opus, ſed loco & tpē opportunis &c. in mula aūt generatiua, & viſiua in talpa, in quibus nunq̄ funguntur ſuo officio, etiam nō dār fruſtra, ſiquis attēdat cur illis à natura datæ ſunt: nam vt ex primo ſumitur phy. illud dicitur fruſtra, quod non aſſequitur finē, ad quem inſtitutum eſt. Siquidē non illis datę ſunt ex naturæ intentione, in rōne potētiæ, quod patet, quia illis nō ſunt datę, vt exeant aliq̄n in opus (ſiquidem potētia, hoc ipſum, ꝙ potētia eſt, ad actum indubitanter eſt, vt. 9. habetur Methapyſicę tex. com. 15. 16.) q̄m non data eſt generatiua mulæ, vt generet, & viſiua talpæ, vt videat, cuius ſignum eſt, ꝙ etſi quædam mula appetit aliq̄n delectationē veneream, non tn̄ appetit generare, ſimiliter nec talpa videre: ſed illis ex naturæ intētione datæ ſunt in ratione proprietatis; quod patet quia illis datæ ſunt, vt quædam conſequētia naturam aīalis, & quodammodo ad perficiēdum eam. Siquidem conſtat ex Auerroe 1. de aīa cō. 65. ꝙ poteſtates aīæ, vtroque modo ſumuntur, ꝑꝑ hoc ꝙ diuerſas rationes habent: & iccirco non eſt mirum, ſi nō vni naturæ intētioni ſubduntur. Ergo clarum eſt, ꝙ hæc in præſenti non obſtant, propterea ꝙ potētia ad eſſe ſemper, cum annexum habeat appetitum naturalem ad H
eſſe ſemper, vt potētia ſine dubio ex intētione à natura conceſſa eſt. Et meritò, q̄n quidem in rebus valde nobilibus, & ꝑcipuis ī ordine vniuerſi, nihil fas eſt admittere, (de naturalibus loquor) quod vndiq; ex naturæ intētione non ſit profectum, cum in eiuſmodi, toto nixu natura occupata maximè ſit. Tertia conſequētia: quæ dicebat, ergo eſt incorruptibilis & immortalis, ſimpliciter &c. ex ſe euidentiſsima eſt. hæc pro prima. S. Thomæ ratione ſint ſatis, quæ ſi ab intellectu ponderetur ritè diſpoſito, meo iudicio efficaciſsima eſt.

Secunda ratio eſt, ſi anima intellectiua humana, foret corruptibilis & mortalis, vtiq; ad corruptionem & mortem ab aliquo reduceretur contrario, ſed hoc eſt impoſsibile: ergo aīa intellectiua humana non eſt corruptibilis & mortalis. Maior eſt nota, tum experientia, quoniam album non corrumpitur niſi à nigro, & frigidum à calido, & ita de reliquis, tum doctrina philoſophi

in 5.

A in 5.phyſi.vbi docet & iuſto proceſſu, omnes generationes & corruptiones fieri ex contrariis,& & in contraria. Minor eſt probanda,& probatur ex hoc, ꝙ animæ intellectiuæ humanæ nihil eſt contrarium: quod conſtat, quia nihil ſibi inuenitur repugnans, vt quæ ſuſceptiua eſt omnium, immo euaſura eſt omnia, vt habetur.3.lib.de anima,& dum ſit vnum, aliud non amittit, ſed potius perficit: vnde & contrariorum rationes in anima non ſunt contrariæ, & vna eſt vtriuſq; ſciétia, vt ex.9.ſumitur Methaphyſicæ. Nec obſtat quòd in anima recipiantur aliquando opiniones contrariæ, dum aliquando aliquis credit, quòd dentur, exempli gratia, ecentrici, & epicycli,& paulopoſt nō credit quòd dētur ecentrici & epicycli: vt dicitur.2.perhier. item quòd anima mutatur aliquando in ſcientiam ex prauæ diſpoſitionis ignorantia; & conſtat quòd omnis mutatio de contrario in contrarium eſt, vt.3.& 5.phy.legitur. Non obſtat inquam, quoniam vt Auerroes docet.3.de anima.com.5.opiniones & vniuerſaliter entia, quæ recipiuntur in anima, poſſunt dupliciter ſumi, vno modo ex parte ſubiecti, hoc eſt ipſius animę, in qua ſunt,& ſic verum eſt, quod diximus,& facit ad rem, quam intendimus, eo ꝙ corruptio & mors ex parte ſubiecti attendendę ſunt, ſicut & generaliter omnis motio & alteratio, vt ex.3.phy.habetur, attendenda eſt alio modo ex parte obiecti, ad quod ordinata ſunt,& hoc pacto, nihil prohibet habere rationem contra

B rii. Siquidem cum ex hac parte habeant conformari, vel non conformari rebus, quas repræſentant, palam ꝙ induere poſſunt rationem veri, vel falſi,& propterea vtriuſq; oppoſiti, ſed hoc vt patuit, non eis congruit.vt ſunt in anima, ſed vt repræſentant res(nam ab eo ꝙ res eſt, vel nō eſt, oratio dicitur vera, vel falſa, vt dicitur in prædicamentis) ergo cum anima de opinione mutatur in opinionem, aut de errore inſcientiam, mutatio quidem fit de contrario in contrarium, ſed nō ex parte ſubiecti, ſed obiecti: vnde & eadem propoſitio ſucceſsiuè eſt vera & falſa abſq; ſui mutatione, vt ibidem philoſophus dicit.

Tertia eſt. Si intellectus noſter eſt incorruptibilis & immortalis, etiam anima humana incorruptibilis eſt & immortalis, ſed intellectus eſt incorruptibilis, & immortalis, ergo & anima humana incorruptibilis eſt & immortalis. Maior ex eo euidens eſt, ꝙ intellectus noſter pars poteſtatiua humanæ animæ eſt, vt habetur.3. de anima in principio, quam conſtat ſine anima eſſe non poſſe. Minor ex eo conuincitur, ꝙ intellectus ſuapte natura, in genere eſt intelligibilium,& per hoc in genere incorruptibilium & immortalium. Nec obſtat, ꝙ in eo eſt, veluti pura potentia, & vt dicitur.3.lib.de anima, tāquam tabula raſa, aut quòd eum locum tenet in eo genere, quem

C materia in corruptibilium genere, vt Commentator dicit, 3.de anima, commē.5.ſed rem potius promouet, cum in omni genere id, quod habet locum potentiæ, maximè ſit incorruptibilè, & & præſertim in ſenſibilium genere, quod licet, vt conſtat, ſit maximè corruptibile, materia tamē quæ in eo pura potētia eſt, penitus incorruptibilis eſt. Etſi additur, ꝙ intellectus noſter, ita eſt in intelligibilium genere pura potentia, ꝙ cum intelligibili ſuperueniente coniunctus, ita illi connectitur, vt illud miro modo euadat.(Siquidē vt Commētator docet.3.de anima com.5.ex intelligibili & intellectu, fit magis vnum, quàm ex materia & forma, eo ꝙ non ſit tertium, ſed vnum tranſit, modo quodam in aliud: propter quod & cum definitur intellectus ab Ariſtotele, non dicitur ꝙ eſt in recipere omnia, ſed in fieri omnia) maximè apparebit, quod dicimus: propterea ꝙ ex hoc ſequitur expreſſè, ꝙ ita eſt potentia in genere intelligibilium, ꝙ veluti inchoatio eſt omnium intelligibilium: ergo illi maximè cōgruit, vt incorruptibilis & immortalis ſit. Si enim intelligibilia, incorruptibilia & immortalia ſunt, vt omnes philoſophi docent,(alias ſcientiæ incorruptibilium, ſiue æternorum non eſſent,) haud dubium, quòd intellectus noſter, cum illorum inchoatio quædam ſit, omnium quodam pacto incorruptibilitatem, & immortalitatem adeptus eſt. Nec obeſt quòd intelligibilia,& maximè naturalia, quorum & potiſsimùm intelle-

D ctus noſter receptio & inchoatio eſt, in ſingularibus corruptibilia quidem ſunt & mortalia: quoniam ſingularia non ſunt intelligibilia, ſed ſenſibilia,& per hoc ad intellectum directè non pertinent; ergo & officere illi in hoc ipſo non poſſunt. Ex his abſolutum ſatis credimus primum punctum ſententiæ. S. Thomę, propter quod eſt ad ſequentia procedendum, & breuibus vnum quodq; tractandum.

Secundum igitur punctum eſt, quòd etſi anima intellectiua humana non eſt educta de poteſtate materiæ, ſed creata, ac corpori infuſa à Deo, non tamen infunditur, immo nec creatur niſi multis diſpoſitionibus ac generationibus præuiis. Quod probatur. Et quidem ꝙ educta non ſit de poteſtate materiæ, habetur ex eo, quòd ſi eſſet ab ea educta, indubiè eſſet ab ea in genere cauſę materialis cauſata(hoc enim ita intrinſecum eſt eductioni ex materia, vt ſecus intellectu, qui terminos nouit, capi nō poſſit) ergo nō excederet vim ſiue facultatē materię,(has voces intellige

eo modo, quo poſſunt conuenire materiæ, qnas certum eſt, cauſalitatem eius in hoc circumſcri- E
bere) ergo non excederet genus formarum ſenſibilium, cum vltra illas non valeat ſe extendere,
vt quæ in genere ſenſibilium tantum potentia & cauſa eſt. Conſtat autem ex dictis, quòd anima
intellectiua humana, in genere non ſenſibilium, ſed intelligibilium ſimpliciter & abſolutè con
ſtituta eſt. Quòd vero creetur, ac corpori infundatur à Deo, ſatis eſt euidens, ſi quis animaduer-
tat, quòd anima, de qua ſermo, ſicut & vniuerſaliter verum eſt de omni forma, non pręcedit cõ-
poſitum, vt etiam Ariſt. dicit. 12. Methaphyſicę tex commẽ. 17. & per hoc, ꝙ neceſſe eſt, vt ſimul
oriatur cum eo, ergo cum non educatur de materia opus eſt, vt accedat dèforis, & per hoc vt pro
ducatur ex nihilo, & conſequenter à Deo, vt patet ex ijs, quæ dicta ſunt in quæſtione de crea-
tione, à quo & infunditur mediis tamen cœlo & homine, vt in præcedentibus attactum eſt.
Quòd demum non infundatur, aut creetur, niſi multis diſpoſitionibus, ac generationibus præ-
uiis, facilè demonſtratur conſiderantibus nobilitatem animæ noſtræ, quæ requirit materiam ex
cellenti modo diſpoſitam, vtpote quæ ſit corpus organicum, & potentia viuens; ad quod con-
ſtat quòd vnica diſpoſitione, aut generatione natura non pèruenit: vnde & philoſophus dicit
in lib. de generatione animalium, quòd in vtero mulieris prius ſit embrio quàm animal, & ani- F
mal priuſquàm homo.

Tertium eſt. Quòd etſi eadem corpori vnitur vt forma, non tamẽ ſic vnitur, vt extendatur in
in eo, immo nec immergitur in illo, ſed ſupergreditur facultatem ipſius. Quod probatur. Et ꝙ ſit
forma corporis notum eſt, quia aliter, nec intelligere eſſet homini opus vitale, nec homo dicere
tur formaliter ꝑ animam intelligere, vt latius dictum eſt cõtra Auerroem. Quòd ei non vniatur
ſic ꝙ extẽdatur in eo palam eſt, quia aliàs nõ eſſet tota in toto, & tota in qualibet parte, vt planè
omnes admittunt. Quòd nõ immergatur in illo, ſed ſupergrediatur facultatem eius liquet, quia
aliàs neceſſe eſſet, intellectum concedere actum alicuius organi, & ob id, ꝙ non intelligeret ſim
pliciter vniuerſale.

Quartum eſt. Quòd etſi forma eſt non immerſa corpori, ſed ſupergrediẽs facultatẽ eius non
tñ aliam compatitur animam in corpore, in quo eſt immo, nec ſubſtantialẽ formã, ſed ipſa vnica
exiſtẽs ſupplet pro omnibns formis. Quod probatur. Et ꝙ aliã non cõpatiatur aĩam, conſtát, quia
aliàs homo non eſſet vnum ꝑ ſe. Siquidẽ eſſent in eo duo ſubſtantiales actus, qui nequeũt facere
vnum ꝑ ſe, vt philoſophi tradunt. Et hoc quidẽ non ſolùm excludit plures aĩas, ſed plures ſubſtã
tiales formas: ſed hæc latius proſequi, locus non poſtulat. Quòd vero ipſa ſuppleat pro omnibus G
formis, facile eſt aduertere recolẽtibus, ꝙ præcedentes eam, cõtinentur in illa eo pacto, quo tetra
gonum continet trigonum, vt Ariſtoteles docuit.

Quintum eſt, ꝙ etſi multiplicantur animę humanę iuxta numerum humanorum corporum,
(qnoniam vna vẽdicat ſibi vnũ, cui coaptatur, cuiuſq; occaſione ſingularitatem ſortitur); nihilo
minus cum à corporibus remanẽt abſolutæ, & eandem multitudinem faciunt; & eaſdem ſingu-
laritates retinent. Quod probatur. Et quòd multiplicẽtur iuxta numerum corporum, ex hoc fa-
cile eſt conuincere, quòd anima humana actus eſt corporis, nec cuiuſcunq;, ſed ſibi proportiona
ti, ac coaptati: ergo neceſſe eſt, vt vna correſpondeat vni, vt immediatè ſubiungitur. Et quòd
occaſione corporis, quælibet ſingularitatem accipiat, S. Thomas oſtẽdit, qui formam ſemper ex
materia, non qualibet, ſed ſignata indiuiduari demonſtrat, de quo alibi ampliter dictum eſt. Et
licet anima, de qua ſermo, proximè producatur à Deo, & certum ſit ꝙ omne productum eſt ſin
gulare, immo & opus eſt, vt ab eo, à quo anima eſſe ſortitur, & ſingularitatem pariter ſortiatur;
quia tamẽ anima à Deo infundẽdo creatur, & creando infunditur, neceſſe eſt, vt ſimul ſit crea-
tio & infuſio: iccirco, vtrunq; dici ſuo modo poteſt, & ꝙ ſcilicet à Deo, & ꝙ à corpore ſingulari
tatem obtinet, ſed à Deo, vt ab agẽte, & à corpore, vt ab occaſione. Nam licet anima bruti à cor- H
pore indiuiduetur bruti, ſicut à cauſa, eo quòd à materia, ſicut à cauſa pẽdet, anima tamen ho-
minis, cum minimè depẽdeat à corpore hominis, non niſi ſicut ab occaſione indiuiduari habet
ab eo: putandum enim eſt, quòd ſicut Deus occaſionem nactus nobilioris corporis, nobiliorem
creat animam pro illo corpore, vt. S. Thomas docet, ita & occaſione accepta ex ſingularitate cor
poris, animam creat ſingularem, conformem ſingularitati corporis: quod aliud nõ eſt quàm ani
mam commenſurare ita huic corpori, quòd commẽſurata non ſit alteri &c. Et demum quòd ſe-
paratæ retineant eandem multitudinem, eaſdemq; ſingularitates, etiam difficile non eſt accipe-
re, aduertẽtibus maximè, quòd ſingularitates illæ, etſi non ſunt de eſſentia animarum noſtrarum
abſolutè; vt tamen ſingulares ſunt, adeo ſunt illis intrinſecæ, vt ab illis quouis modo remoueri
non poſsint: immo & anima Platonis ſeparata, ita retinet ſingularitatẽ Platonis, vt ſine illa plenè
cognoſci,

A cognoſci, aut definiri non valeat; quo fit vt, ſi rurſum vnienda eſt corpori; non Socratis, ſed
Platonis corpori neceſſariò vnienda ſit, vt latius Theologi proſequuntur, & fortè à nobis am
plius reſumendum erit &c. Ex his ſatis perſpicuum eſſe poteſt, quàm conſonet lumini natura
li, animam intellectiuam, humanam ponere ſimpliciter incorruptibilem & immortalem, cum
hæc omnia ex propoſitionibus ſcientiæ naturalis accepta ſint.

Supereſt, vt idem ita fore oſtendatur, de mente philoſophi, vt iam cõſtitutum eſt ex ſententia
S. Thomæ, quod ab ipſo fit, tum authoritatibus, tum rationibus. Anthoritates ſunt plurimæ, ſed
hæ potiores, ſiquidem primo de anima tex. com. 65. inquit, ꝙ intellectus videtur alterum genus
animæ eſſe, & nõ corrumpi. Et. 12. Methaphyſicæ tex. com. 17. dicit, ꝙ etſi nulla forma eſſe poteſt
ante compoſitum, nihil tamen prohibet aliquam remanere poſt ipſum, & ſubdit. Vt ſi eſt ani-
ma talis, non omnis, ſed intellectus, nam omnẽ, impoſsibile forſàn. Et. 2. de generatione ani-
malium. cap. 4. ait. ꝙ mens dèforis venit: Ex quibus ſatis apparet quid ſentiat. Nec obſtat ſi ver-
bo, videtur, vſus eſt in duabus primis, quoniam non eſt dubitantis, ſed rem differentis ad pro-
prium locum, qui non eſt in lib. de anima, ſed in lib. Methaphyſi. & quidem in calce, vnde &
12. vbi ſupra, promittit poſtmodum velle perſcrutari, an aliqua forma remanet poſt compoſitũ,
B & anima maximè & potiſsimùm intellectus. Similiter non debet quempiam offendere, ſi in ter-
tia, vtitur nomine mentis, quoniam id non fit ad exprimendum ſolum intellectum agentem, vt
aliqui dicunt, addentes ꝙ ille non eſt pars animę, & propterea ꝙ rectè extrinſecus dicitur adueni
re, qm̃ præter id ꝙ nullibi apud Ariſtotelem legitur, intellectum agẽtem appellari mentem, im
mo nec forte ab illo appellari mẽs poſſet, cum illius officium non ſit officium mẽtis, (quippè qui
ſe habet, vt habitus tñ & lumen, vt dicitur. 2. de anima tex. com. 17.) certum eſt ꝙ eo loci philoſo-
phus loquitur de anima humana, quærens an illa ſit in ſemine, ſicut eſt anima bruti, & dicit ꝙ ve
re non eſt in ſemine, ſed dèforis accedit: & ſenſus eſt, ꝙ non obſtante, ꝙ vniatur corpori cõcurrẽ
te vi ſeminis humani, cui quodam pacto cõiungitur, quia tamen ex vi ſeminis nõ proficiſcitur, vt
quæ longe ſuperat facultatem eius, neceſſe eſt vt extrinſecus copuletur ei. Rationes ſunt pariter
multæ, ſed tres videntur præcipuæ.

Prima fundatur ſuper eo cõſtantiſsimo fundamẽto, ꝙ anima intellectiua humana, habet ope-
rationem propriam, cui ſcilicet non communicat corpus, & formatur hoc pacto. Anima de qua
ſermo, habet operationem propriam, puta ipſum intelligere (eſt enim quæ ſapit & intelligit. 3.
C de anima tex. comm. 1.) quia non elicitam, nec receptam per organum, vel in organo corporali
(non enim eſt illi conueniens intelligere, ſicut triſtari ac texere) ergo eſt ſufficiens per ſeipſam
præcisè elicere ac ſuſtinere ſuam intellectionem: ergo eſt ſufficiens per ſeipſam pręcisè cauſare
ac ſuſtinere proprium eſſe: ergo eſt ſimpliciter incorruptibilis, & immortalis. Antecedens
eſt notum, prima conſequentia ex eo videtur euidens, quia ſi corpus non adiuuat ad elicien-
dum, nec recipiendũ intelligere, videtur ꝙ ſine corpe eſſe poſſit. ſecunda quoq; videtur clara, qa
eſſe & operari, ſe inuicem conſequuntur, immo & vnaquęq; res efficacius videtur ſeſe habere ad
eſſe, quàm ad operari, &c. Nec valet reſponſio Scoti, quam ponit in. 4. d. 47. q. 2. dicens, quòd etſi
anima intelligendo non pendet à corpore partialiter ſumpto, vti à coeliciente, quia per nul-
lum certum, ac peculiare organum intellectionem coelicit, pendet tamen ab illo totaliter acce-
pto, quia nihil prohibet totum corpus ſimul cum intellectu intellectionem elicere. Non (in-
quam) valet, quia eo pacto, intelligere minus diceretur operatio propria, quàm ſi eliceretur per
organum: quoniam tunc communicaretur toti; & ſi eliceretur per organum, non communica-
retur niſi parti. Nec valet quoq; quod dicit Põponacius in ſuo lib. de immortalitate animæ, aſſe-
rens ꝙ etſi intelligere non pendet à corpore organicè, pẽdet tamen ab illo obiectiuè, quoniam
D ſine phantaſmate non intelligit anima: Et ideo licet quantum eſt ex parte principij elicitiui, ac
receptiui, valeat operari, & operationem recipere, ac ſuſtinere, nõ tamen id valet ex parte termi-
ni, & propterea ex hac ratione non ſequitur, ꝙ poſsit intelligere & conſequenter ſubſiſtere ſine
corpore, quia dum eſſet ſine corpore, eſſet ſine phantaſmatibus & per hoc neceſſariò eſſet ſine
operatione, & conſequenter eſſet ocioſa, quod natura non ſuſtinet. Et hoc, inquit, voluit Ariſt.
primo de anima tex. com. 13 vbi dicit, ꝙ ſi intelligere eſt phantaſia, aut non ſine phantaſia, non
erit ſine corpore. Non, inquàm valet, quoniam etſi intelligere animæ noſtræ, & maximè in ſta-
tu pręſenti, verſetur circa quiditates materiales, vt patet. 3. lib. de anima, vti circa proportiona-
tum obiectum, ac prorſus penetrabile ab intellectu humano, præſertim, (vt dictum eſt,) dum ani
ma corpori eſt coniuncta, & hac de ratione neceſſe ſit intelligentem phantaſmata ſpeculari,
vt dicitur in eodem. 3. tex. commen. 36. non tamen oportet id neceſſarium eſſe animæ noſtræ,

in quouis illius ſtatu, vel abſolutè ſumptæ: propterea ꝙ ſeparata à corpore ſicut habet modum E
eſſendi ſine corpore, ita habet & modum intelligendi ſine corpore, nec reſtringitur eius intel-
lectus, ad quiditates materiales: ſed extenditur etiam ad immateriales, quanquã etſi reſtringere-
tur ad eas, non propterea opus eſſet habere phantaſmata; ſicut nec opus eſt intelligentias habe-
re illa, immo nec ea habent cęleſtes animę, de quibus dubiũ nõ eſt, ꝙ exactiſsimè illas intelligãt

Et ſi dicatur, ꝙ cum anima noſtra naturaliter ſit in corpore, & præternaturaliter ſine corpo-
re (eo ꝙ ſuapte natura pars hominis eſt) propterea naturalis eius intelligendi modus eſt, quem
habet in corpore, & non quem habet ſeparata à corpore, & ob id ꝙ reſponſio iſta declinat ad ex-
tranea; Facilè dicitur, ꝙ cum intentio quæſtionis huius ſit perquirere de animæ immortalitate
ſimpliciter, eius pariter intentionis eſt, vti ipſius intellectione ſimpliciter, & non pro ſtatu ali-
quo determinato, tametſi ex intellectione, quam experimur, manuduci volumus, prout & debe
mus, ſi poſsibile, eſt ad eam, quam in ſeparatione experturi ſumus. Addimus quoq;, ꝙ etſi ſtatus
aĩæ ſeparatæ admittitur, vti pręternaturalis ſtatus, & maximè à catholicis, qui probãt, vt vere pro
bandum eſt, reſurrectionem corporum: non tñ erraret, ſiquis in hoc Auicennam ſequens, & vti
philoſophus, qui reſurrectionem ignorat, poſt naturale lumen incedens diceret, animæ noſtræ
vtrunq, ſtatum naturalem eſſe, vt ſicut infanti ante nonum mẽſem naturale eſt, eſſe in vtero ma F
tris, & poſt, naturale eidem eſt, viuere extra vterum eius; ita & noſtræ animæ in hac vita naturale
eſt, eſſe in corpore, & in alia eſſe ſine corpore. Et licet aĩa ſuapte natura, ſit pars hominis, ex quo
non vulgare à Theologis pro reſurrectione ſumitur argumentum, quoniam pars ſuapte natura
inclinatur ad totum, & non ſine violentia eſſe videtur ſine eo; nihilominus non recedendo ab
iis, quæ philoſophus nouit, haud difficile eſt animaduertere, ꝙ id perennitati animæ non præiu
dicat: eo ꝙ dici poteſt, ꝙ ſicut in ſeparatione quodammodo ſortita eſt ſtatum ſuppoſiti, ita & ami
ſit quodammodo officium partis: dico quodammodo quoniam non me fugit, ꝙ ſuppoſitum, vt
in vſu eſt Theologis, ſimpliciter non eſt, niſi in natura completa, tamen ſiquis aduertit, ꝙ ſubſi-
ſtere in ſe, præcipuum eorum eſt, quæ ad illius rationem concurrunt, forſan non detrectabit
prorſus, & illam ſuppoſitum appellare, & ob id, non verebitur ab eadem quoq; officium partis
deponere: quod & eo facilius poteſt admitti, quando & eo officij in corpore ſat fuit, locupletiſ-
ſime fungi, & certum eſt ꝙ ſeparatio, etiam integralibus partibus, non raro totius largitur ra-
tionem, & quòd ſatis eſt naturali inclinationi ad hoc, vt non ſit fruſtra, ꝙ pro tempore, quo effe
ctum ſortiri habet, ſit illum ſortita. G

Deniq; nec euaditur, ſi dicat quis, eſtò ad intellectionem animæ, non concurrat corpus orga-
nicè, eſto non concurrat obiectiuè, concurrit tñ conditionaliter, hoc eſt, vt conditio neceſſaria
ad hoc, ꝙ aĩa ipſa intelligat, & ſine qua intelligere impoſsibile ſit; vt dicamus ꝙ cõiunctio ad cor
pus, ad intellectionem quaſi eo pacto exigenda ſit, ſicut approximatio ignis ad combuſtibile, ad
combuſtionem exigenda eſt. Non euaditur quidem, qm̃ præter id, ꝙ fuga eſt voluntaria, cum ſit
ſine ratione, eſt & inconſiderata, cum ſit ſine iuſto rei examine. Siquidem ſi ipſa cõiunctio cum
corpore, ad intellectionem exigenda eſt, ſine dubio exigẽda eſt vel ad eliciendum, vel recipien-
dum, vel terminandum eam, aliud profecto fingi non poteſt, ſed ad horum nullum exigẽda eſt:
nam ꝙ exigẽda non ſit ad eliciẽdum, conſtat, quia & ſi ad intellectionem exigitur coniunctio in
tellectus cum intelligibili, qm̃ intellectus in actu eſt qui intellectionem elicit, non tamen exigi-
tur coniunctio intellectus cum corpore, immo exigitur ſeparatio intellectus à corpore: quo-
niam etſi Anaxagoras poſuit intellectum corpori immixtum, vt imperaret, Ariſtoteles tamen
docuit illum debere eſſe immixtum, vt intelligeret: ſimiliter quòd exigenda non ſit ad recipien
dum palam, quia intellectio eſt actio immanens, non modo intellectum perficiens, qui non eſt
actus corporis, ſed etiam illum eleuans, & à corpore quodammodo abſtrahens, immo tantum H
abeſt, vt coniunctionem ad corpus, ad recipiendum eam, neceſſariam habeat, quòd niſi eſſet ſe-
paratus à corpore, illam claram, ac lucidam non reciperet, eo ꝙ à corpore, quod materia conſtat,
quæ ſuapte natura hyle & chaos eſt, non poteſt niſi obſcuritatis aliquid prodire ac proficiſci:
Quod autem ad terminandum attinet, haud dubium, quòd etſi reſpectu intelligibilis materialis
concedi poteſt, eo quòd requirit de neceſsitate phantaſma, liquet tamen quòd parum in præ-
ſentia proficit, quoniam non negatur eiuſmodi coniunctio neceſſaria in hoc ſtatu, & in ordi-
ne ad eiuſmodi.

Secunda ratio, etiam validiſsimo nititur fundamento, ꝙ ſcilicet intellectus noſter cognoſci-
tiuus eſt omnium corporum, quod nihilominus ſumptum eſt ex. 3. lib. de anima, tex. com. 4. Et
formatur hunc in modum. Intellectus noſter cognoſcitiuus eſt omnium corporum, ergo nulli

immixtus

A immixtus eſt corpori,ergo eſt independens à corpore,ergo poteſt eſſe ſine corpore,ergo incor-
ruptibilis eſt,& immortalis. Antecedens notum,prima conſequẽtia probatur,tum ratione,tum
experientia. Ratione:quia ſi mixtus eſſet alicui corpori,aut ita foret mixtus,ꝙ corpus illud in ſui
eſſentia,& natura reciperet,eo pacto,quo homo,aut quoduis animal recipit illud, & hoc non,
quia intellectus eſt res ſimplex:aut foret mixtus eo pacto,quo ſenſus eſt mixtus, hoc eſt,quia fo-
ret actus alicuius organi corporalis,& hoc etiam non,quia intus apparens prohiberet extraneũ,
& obſtrueret,vt Ariſtoteles dicit. Experientia,quia periculo comprobamus in ſenſu guſtus, ꝙ ſi
conſtaret ex colera,aut foret coniunctus coleræ,indubiè prohiberetur à diſcretione aliorum ſa
porum &c. Secunda conſequentia ex eo conuincitur,ꝙ oppoſitum conſequentis infert oppoſi-
tum antecedentis:Siquidem ſi intellectus dependeret à corpore,neceſſariò alicui corpori con-
uinceretur admixtus,quod hoc pacto deducitur. Nulla eſt vera dependentia ſine vera cauſalita-
te(ſiquidem de dependentia loquimur non ad aliud , ſed ab alio)ergo ſi dependeret intellectus
à corpore,aut dependeret ab illo,ſicut à cauſa efficiente,& hoc non,quia materia & efficiens nõ
coincidunt in idem numero,vt.2.dicitur phy.aut ſicut à cauſa finali, & hoc etiam non,quia for
ma non eſt propter materiam,ſed materia eſt propter formam,ſicut & potentia vniuerſaliter eſt
B propter actum,vt traditur,9.Methaphyſicę: aut ſicut à cauſa formali,& hoc etiam non;quia cor
pus non eſt forma animæ,aut intellectus,ſed anima eſt forma corporis, cuius animæ pars eſt in-
tellectus,vt dicitur.2.& 3.lib.de aĩa:aut ſicut à cauſa materiali,& tunc infertur quod diximus: nã
ſi corpus eſt materia,ex qua pendet intellectus,neceſſe eſt, ꝙ comprehẽdatur ſub facultate eius,
aliàs non cauſaretur ab eo,ergo neceſſe eſt,vt recipiatur in eo,patet quia materię cauſalitas,maxi
mè in recipiendo conſiſtit,ergo erit immixtus &c. Tertia conſequentia ex terminis clara eſt, eo
quòd vnumquodq; eſſe poteſt ſine eo,à quo nullo modo dependet. Quarta ſimiliter probatio-
ne non eget,quia ex ſe ipſa conſtat.

Tertia ratio fundatur ſuper eo,ꝙ intellectus agens intrinſecus eſt aĩæ noſtrę. Et formatur hoc
pacto. Intellectus agẽs indubiè eſt incorruptibilis, & immortalis,ergo & aĩa, cui eſt intrinſecus,
eſt incorruptibilis & immortalis. Antecedens patet ex.3.lib.de aĩa,tex com.23. Vbi dicitur quod
ſeparatur in hoc,ꝙ verè eſt. Ex quo oẽs expoſitores accipiunt illum fore incorruptibilem & im-
mortalem. Cõſequentia clara eſt,quia ſi eſt intrinſecus aĩæ,immo pars poteſtatiua eius,haud du-
bium,ꝙ ſine illa eſſe non poteſt,& ob id opus eſt,illam corrumpi aut mori nõ poſſe. Hæc pro ſen
C tentia.S.Thomæ. Quam ſequuntur oẽs Thomiſtæ, & multi,qui non ſunt prorſus Thomiſtæ,vt
Niphus,& ante illum Durandus,& ante illum,immo & ante Thomam, & maximè in primo &
præcipuo eius puncto,Auicenna, vt patet in.6.naturalium parte.5.cap.4. Et merito quidem ſe-
quuntur plures, immo & ſequi debent omnes,qm̃ ſententia & conſtantiſſima ac veriſſima eſt,
vt quæ non ſolum conſonat naturali lumini,ſed doctrinæ catholicæ. Ergo non modo eſt omni-
bus amplectenda,ſed iure optimo exoſculanda. Hactenus de tertia claſſe, & per hoc de ſecunda
quæſtionis parte.

Quò ad tertium,etſi ſatis conſtat veritas ex ſententia.S.Thomæ,nihilominus,vt inſtitutus or-
do ſeruetur,adhuc pauca adiiciẽda ſunt. Et primò reſolutè reſpondendũ eſt quæſtioni ſecundũ
principia ſcientiæ naturalis: Secundò iuxta mentem Ariſtotelis. Tertiò ex ſententia fidei. Quo
ad primum ſit iſta concluſio. Secundùm principia ſcientiæ naturalis apud intellectum rite diſpo
ſitum conuincitur animam intellectiuam humanam,incorruptibilem & immortalem fore ſim
pliciter & abſolutè. Vnde & probatur ex propoſitionibus lumine naturali acceptis, & quidem
quadruplici ratione.

Et prima ſumitur ex capacitate intellectus humani,& formatur hoc modo. Intellectus noſter
D & ſi naturaliter cupit cognoſcere materialia & incorporea,maximè tamen cupit cognoſcere im
materialia & incorporea. Prima pars patet,tum quia cum ex ꝓpria natura & cõditione ſit in om-
nia fieri,vt dicitur.3.lib.de aĩa,nulli dubium,ꝙ vtrunq; affectat agnoſcere, tum quia niſi vtrũq;
deſideraret agnoſcere,nõ vtriusq; cognitioni iſiſteret: nã & materialibus ac corporeis inſiſtit in
ſciẽtia phyſica,immaterialibus vero & incorporeis in ſciẽtia Methaphyſica. Secũda pars ꝓbatur,
tum quia eſt ſententia Ariſtotelis in ꝓlogo Methaphyſi. tum quia in earum cognitione eſt po-
tior illius delectatio,vt idem in.6.animalium tradit,& certa experientia docet. Nec ſolùm val-
de cupit cognoſcere immaterialia & incorporea,ſed præ omnibus entia abſtracta & ſeparata, vt
Deũ & intelligentias. Cõſtat hoc,quia in horum cognitione,quantum ex natura accipi poteſt,
cõſiſtit illius cõſummata perfectio,cum vt dicitur primo & 10. ethicorum,in eorum contempla-
tione ſit intellectus humani fęlicitas & beatitudo: & certum eſt ꝙ ad fęlicitatem,veluti ad vltimũ

finem

finem, maximum eius deſiderium eſt. Cui deſiderio nõ ſatisfit, ſi Deum & intelligentias in ſuis E
cognoſcat effectibus, eo pacto, quo relucent in phantaſmatibus: cuius ſignum eſt, ꝙ in hoc natu
raliter nõ quieſcit, cum & naturale ſit viſis effectibus, deſiderare, & cauſam illorum videre effe-
ctuum: ſiquidẽ admiramur ex viſione effectus, & ob id philoſophari incipiamus neceſſe eſt, cau-
ſam perquirendo illius effectus; ſed opus eſt, ſi debet quieſcere, vt Deum & intelligentias cogno
ſcat in eiſdemmet: Et cum hoc aſſequi nõ poſsit in ſtatu coniunctionis animæ noſtræ ad corpus,
cum nullus ſi non fallor, hactenus id periculo comprobauerit, relinquitur (vt deſiderium nõ ſit
fruſtra) vt illud in ſtatu aſſequatur ſeparationis à corpore, & ita aĩa noſtra eſſe poterit ſine corpo
re, & per hoc incorruptibilis erit & immortalis. Hęc ratio eſt quidem ſine ſcrupulo, ſiquis reti-
nuerit tria. Primum eſt, ꝙ etſi dicitur intellectum noſtrum maximè cupere Deum, & intelligen
tias cognoſcere in eiſdemmet, non tamen dicitur, ꝙ cupiat comprehendere Deum, aut intelli-
gentias, vt in ſeipſis ſunt, hoc eſt cognoſcere illum aut illas, quantũ cognoſcibiles ſunt: hoc enim
ſine dubio falſum eſſet, cum illius capacitatem excedat & naturale deſiderium, non tendat ad im
poſsibile, vt iam diximus. Secundum eſt, ꝙ non oportet hoc loci perquirere, quo pacto contin-
gat intellectum noſtrum (anima à corpore ſeparata) Deum & intelligentias in ſeipſis cognoſce-
re, an ſcilicet contingat per ſpeciem aliquam, an per naturam propriam vniuſcuiuſq;, quoniam F
etſi primum diceret S. Tho. fortè tamen ꝙ ſecus placeret aliis, & per hoc vt immediate naturas
illas in ſeipſo ſuo modo reciperet, præſertim cum ex propriis ſuis, intelligibiles ſint, & eo mo-
do forſan, & pacto quibus diximus in. 12. Methaphyſicæ de animabus cœli. Tertium eſt, quòd
deſiderium intellectus noſtri cognoſcendi Deum in ſeſe, cum ſit, vt diximus, naturale, exten-
di non poteſt ad Deum, niſi vt naturalis fœlicitatis fons eſt: propter quod non oportet in præſen
tia, difficultatem ingredi, de fœlicitate nobis ex gratia repromiſſa, & quomodo conſiſtat in vi-
ſione Dei, ſicuti eſt, vt Theologi docent, & quomodo poſsit, vel non poſsit naturaliter appe-
ti, vel concupiſci.

Secunda ſumitur ex libertate arbitrij, & formatur ſic. Anima intellectiua humana, eſt tantæ
libertatis, vt nõ ſolùm ꝓ arbitrio deliberare valeat de rebus agendis, non ſolùm pro arbitrio vnũ
poſsit præeligere alij, ſed & certas leges ſibi ꝓſcribere, paſsiones animi moderari, cohibere, com
peſcere, & inſignem ac ſingularem vitam ſibi. aſciſcere, ac inſtituere: ergo non ſolùm non eſt ne
ceſſariò alligata corpori, ſed inſigniter diſponere valet de ijs, quæ alligata ſunt corpori, ergo lon
gè tranſcẽdit genus brutalium animarum, ergo eſt generis intelligibilis, immo diuini, ergo eſt G
incorruptibilis & immortalis. Antecedens experientia notum eſt. Prima conſequentia ex termi-
nis eſt ſatis clara. Siquidem ſi foret alligata corpori, non ſolùm corporis tangeretur affectibus,
ſed non poſſet deliberare niſi pro eis, & ita diſponere non valeret de illis pro arbitrio ſuo. Secun
da ex eo eſt euidens, quia animæ bruti ſicut libertate carent arbitrij, ita & de ſuis diſponere non
poſſunt affectibus. Tertia ex ſeipſa liquet: qm̃ conſtat ſuper ordinem ſenſibilium mox ordinem
eſſe intelligibilium. Et quod additur, immo diuini, ideo additur, tum quia libertate pollere ex
diuinitatis participatione, dubium non eſt ꝓficiſci, cum certum ſit ꝙ Deus, ſicut eſt liberrimus,
ita & fons & origo cuiuſlibet libertatis, iure optimo eſt; tum quia ſi moderari maiorem mũdum
pertinet ad Deum, & minorem ad aĩam intellectiuam humanam, conſequẽs eſt, vt ſicut à maio-
re mundo, minor mundus peculiari ratione dependet, ita & aĩa intellectiua moderatrix mino-
ris mundi, à moderatore maioris mundi inſigni depẽdentia ꝓficiſcatur, oporteat, & ita in delibe
randis rebus, & ſtatuendis ꝓ arbitrio legibus, illius libertatem participet, neceſſe eſt. Quarta ex ſe
pariter eſt conſtantiſsima, vt cuiq; patet.

Tertia ſumitur ex illius immaterialitate ſimpliciter, & formatur ſic. Anima intellectiua hu-
mana eſt immaterialis ſimpliciter, ergo eſt incorruptibilis & immortalis. Conſequentia eſt cla- H
ra, & ꝓcedit à priori, eo ꝙ ex immaterialitate velut ex cauſa, ſine cõtrouerſia infertur incorrupti
bilitas, & immortalitas, immo & immobilitas. Vnde philoſophi, ex hoc medio, Deum conclu-
dunt immobilem, & immortalem, & intelligentias prorſus incorruptibiles, nõ ſecus ac effectus
ex propria cauſa, nõ eo quidẽ ſenſu, ꝙ in Deo, aut intelligentiis admittant rõnes ꝓprias, vel re ip-
ſa diſtinctas inter effectũ, & cauſam, ſed quia acutè ꝓſpiciunt, ꝙ ſi in illis diſtinguerentur hæc, nõ
aliter quidem, q̃ vt cauſa, & proprius illius diſtinguerentur effectus, vt ſatis exercitatis liquet. Et
fundamentum eſt, quia prima materia, prima mobilitatis eſt radix, & ob id corruptionis & mor
tis, quę veluti ſpecies mobilitatis ſunt. Antecedẽs quoq; ſatis eſt clarum. ſed ſi reddatur illuſtrius,
ſine dubio probatione non eget. Redditur autem illuſtrius. ſi duo declarentur termini, immate
rialis ſcilicet, & ſimpliciter. Et immaterialis quidem, cum terminus ſit negatiuus, ex materiali,

qui eſt

A qui eſt affirmatiuus, declarandus eſt. Certum igitur eſt, ꝙ materiale dicitur, tum de compoſito, tum de forma: & de compoſito dicitur, qñ conſtat ex vera materia, ſicut animal, lapis, & quoduis aliud corpus: de forma dicitur, qñ educta eſt de poteſtate materiæ, qm̃ eo pacto materiam neceſſariam habet, vt ſuſtineatur in ea, ſicut eſt forma ignis, mixti, plãtæ, & bruti. Poteſt etiam dici, ſed aliquo pacto, de forma quæ de materia non eſt educta: pro quanto in materia eſt recepta, vt aïa cæli, & aïa hoïs. Ergo ĩmateriale dicetur, quod vel nõ recipitur in materia, vel nõ depẽdet à materia, vel non cõponitur ex materia. In propoſito, anima intellectiua humana, immaterialis dicitur duobus vltimis modis, & merito, quoniam materia excluditur in illis ſimpliciter, vt conſtat ex immediatè ſubiunctis. Simpliciter ergo, apud philoſophos, ſolet duobus modis intelligi: altero vt idem ſit, ꝙ omnibus modis, iuxta illud in topicis, ſimpliciter dico, quod modis omnibus dico, & hoc modo in præſenti non ſumitur, qm̃ non eſt verum ꝙ anima intellectiua humana, immaterialis ſit oïbus modis, qm̃ cũ ſit actus corporis, eſt vnita materiæ: reliquo, vt idem ſit ꝙ abſolutè, & propterea vt diſtinguitur à ſecundùm quid, & hoc modo ſumitur hoc in loco, qm̃ anima intellectiua humana, etſi ſecũdùm quid materialis eſt, quia ſcilicet vnita eſt corpori, ſimpliciter tñ immaterialis eſt, quia de poteſtate non eſt educta materiæ, nec ex illa eſt, quouis modo compo

B ſita: quę duo, vt diximus rem materialem ſimpliciter, ſiue, quod idem eſt, abſolutè conſtituunt. Quod ſufficere ad inferendam incorruptibilitatem, & immortalitatem ſimpliciter & abſolutè animæ noſtræ, ex eo euidenter conuincitur, quia & id euidenter ſufficiens eſt in anima cœli, vt pariter omnes admittimus.

Quarta ſumitur ex ſapienti ac iuſto regimine Dei, & formatur ſic. Certum eſt lumine naturali Deum eſſe prouiſorem omnium, vnde & hoc Ariſtoteles, teſte Alexandro, vt S. Tho. refert. 2. de cœlo, ſuper tex. com. 56. non ignorauit, qui & . 10. ethi. ait ꝙ Deus viſitat ſapiẽtem virum, ſicut amicus viſitare ſolet amicum. Certum eſt & eodẽ lumine, ꝙ Deus eſt iuſtus, & ob id ꝙ vnicuiꝗ, tribuit ſecundùm opera eius, quod etiam ex dictis Ariſtotelis difficile non eſt oſtendere, & maximè ex ijs, quę tradit. 12. Methaphyſicę, vbi illum aſſerit principem vniuerſi, & quę non ſemel repetit, in ethicis, ac politicis: ſcilicet ꝙ Principem iuſta decent, & ꝙ munus eius eſt leges condere, quibus ſtatuuntur bene agentibus præmia, & prauè agentibus redduntur digna ſupplicia. Certum eſt deniꝗ, & non minori luce, quod illimitatæ eſt poteſtatis, non ſolum propter ea quæ tradita ſunt. 8. phy. & 12. Methaphyſicæ, ex quibus ſumitur ꝙ eſt infiniti vigoris, ſed & maximè quia

C ens eſt per eſſentiam, à quo omnia pendent, qui & ſe habet ad res creatas, ſicut dux ad milites totius exercitus: & demum quia eſt extra ordinẽ rerum, vt nullis poſsit legibus cogi, niſi illis fortè; quas ſibi pro voluntate ſtatuit, à quibus tum ſine ſui mutatione, tum ſine alicuius rei præiudicio poſſet, ſi vellet, recedere. Ex quibus omnibus cõſtanter deducitur ꝙ indubiè remuneraturus eſt bonos, & multaturus eſt malos. Et cum hæc non appareant in præſenti vita, immo è diuerſo ſępe contingat, remanet vt exequutioni mandentur in alia, & ita neceſſe eſt, animæ incorruptibilitatem ac immortalitatẽ concedere. Nec audiendi ſunt qui dicunt naturali lumine non haberi Deũ prouiſorem eſſe omnium particularium, & maximè humanarum rerum, ſed rebus ſolum prouidere in ſpecie, vt dicit Auerroes. 12. Methaphyſicæ, com. 37. non ſolũ quia hoc detrahit ſummæ prudentiæ, ſumæq; ſapientiæ eius, quæ in eo ex ſua immenſitate neceſſe eſt ad omnia ſe extẽdat, non ſecus ac ſuum eſſe ex eadem cauſa, ad oïa, quæ quouis modo eſſe participant, ſed quia etiam repugnat iis, quæ Ariſtoteles docet. Siquidem, præter ea quæ tacta ſunt ex. 10. ethi. & teſtimonio Alexandri, tradit. 3. Methaphy. tex. com. 15. contra Empedoclem, ꝙ ſi contingeret Deum fœliciſſimũ ignorare ea, q̃ nos ſcimus, puta odium, vt ille dicebat, contingeret illũ eſſe minus prudentẽ q̃ alij. Et loquitur indubiè de notitia ſingularium rerum, cum loquatur de prudentia, quæ vt no

D tum eſt in ethicis, circa ſingularia eſt. Et in lib. de bona fortuna clarè dicit, Deũ dirigere aliquos, & ad veritatem deducere ſine eo ꝙ conſilientur. Quare quod Commentator dixit, ex errore & non ex vero lumine intellectus proceſsit: licet non detrectarim multa forſan ad ſingularem prouidentiam Dei pertinere poſſe, quæ ſolo naturæ lumine penitus non aſſequimur, ſed illa palam eſt propoſito non officere. Similiter nec illos auſcultabimus, qui extenuãdo iuſtitiam ac poteſtatem Dei, illas retrahunt ab operibus noſtris, quaſi iudex illorum non ſit, nequeatꝗ ſingulis pro actis retribuere, propterea ꝙ euidẽtiſsimè conſtat, Deo has perfectiones nullo pacto deeſſe, immo & in illo oĩ cũ excellentia, immo & infinitate fore, quin & vt in fonte, & oceano in eo ſunt; è quo omnis tum iuſtitia, tum poteſtas dimanat: quare & in eo eſſe tali pacto neceſſe eſt, vt ad omnia ſe diffundant, & ad hominem maximè, quem & finem rerum omnium fecit, vt. 2. phy. & primo polit. habetur.

Sed dices. Eſto hæc veriſsima ſint. Eſto Deus omnium prouidentiam habeat, iuſtè vniuerſa de E
cernat, hominum acta diiudicet, bona coronet, & mala caſtiget, nõ propterea incorruptibilitas,
ſeu immortalitas conuincitur animarum, qñquidem ſi loquamur de præmio, & ſupplicio veris
eſſentialibusuè, illis in præſenti vita eo nullus deſtitutus eſt; tametſi de pręmio & ſupplicio appa
rentibus, ſeu accidentalibus, vt diuitiæ, honores, dignitates, ſecus non raro contingat, de quo tā-
men non multum ſolicitandum eſſe, etiam ſapiẽtibus, res exploratiſsima eſt. Manifeſtatur quod
dicitur. Siquidem eſſentiale præmium, quod probè agentibus videtur congruere, quies eſt ani-
mi, ac delectatio in opere bono, quod non inuenitur niſi in poſſeſsione virtutis, quæ reddit ho-
minem tutum, & ab omni perturbatione penitus alienum: Vnde & Plato ſcripſit in Critone, ꝙ
viro bono, ſiue viuo, ſiue defuncto nihil mali poteſt accidire: nam nihil timet, nihil ſperat: tam
in proſperis q̄ in aduerſis, vniformiter habet ſeſe. E contra vero mali, habent omnia diſſona: vt
etiam. 7. ethi. Ariſtoteles dicit, nemini ſunt fideles, ſunt ſemper inquieti, & cõtinuis agitati ꝓcel
lis. Vnde & in 30. problematum, proble. 10. quærens philoſophus cur pręmia proponuntur in cer
taminibus, & nõ in virtutibus, & ſcientiis: reſpondet id probè fieri, quia virtus ſibi præmium eſt.

Quibus reſpondeo, ꝙ etſi non imus inficias virtuti annecti tranquillitatem animi, & vitio in- F
quietudinem mentis, etſi non reiicimus ꝙ ſicut inquietudo animi, nõ leuis eſt pœna delicti. Au
guſtino dicente, ꝙ Deus ita iuſsit, vt pęna ſibi ſit inordinatus animus, ita & tranquillitas mentis
non contemnẽdum præmium videatur virtutis, philoſopho atteſtante, ꝙ ipſa ſibi præmium eſt;
nihilominus non admittitur, ꝙ virtuti aliud non maneat præmium eſſentiale, & longè excellen
tius, aut vitio paratum non ſit ſupplicium aliud eſſentiale longè execrabilius. Siquidem bona-
rum operationum præmium eſſentiale, cõueniensq́;, vt philoſophus docet, eſt ſumma fœlicitas,
& beatitudo; malorum vero ſupplicium eſſentiale eſt extrema calamitas, & miſeria, quæ cum
communi curſu, nobis non obueniant in præſenti, immo nec forſan obuenire poſsint, palam ꝙ
neceſſe eſt in alio ſtatu admittere, in quo boni potiantur fęlicitate, & mali multentur meritiſsi-
ma pœna. Verùm, vt appareat magis, vis præpoſitę rationis, attendẽdum, ꝙ cum de præmio, deq́;
ſupplicio, quæ a principe, interuentu iuſtitiæ diſtribuẽda ſunt, ſermo eſt, certum eſt, ꝙ de illis ſer
mo non eſt, quę non dependent ab eo: nam princeps reipublicæ niſi præmiaret milites, qui ſtre-
nuè agonizant pro illo in bello pulchro, vt verbo vtar philoſophi, ſed vellet illos eſſe cõtentos,
ſolo valore animi, haud dubium ꝙ non ſolum deficeret à ratione munificentiæ, ſed & committe
ret in rationẽ iuſtitiæ. Similiter ſi õn execraretur deſides, aut nõ appenderet fures, contentus ſo- G
la inquietudine mentis, quam patiuntur mali, nullus niteretur à praua vita recedere, & ita prin-
ceps ſuo officio nõ ſatisfaceret. Ergo licet ex Deo, ſine dubio profectũ ſit, ꝙ rectè agẽs, quiete po
tiatur animi, & prauè operãs inquietudine afficiatur mẽtis, quippe qui virtutẽ ſic inſtituit, & vi
tium hac inſeparabili multa damnauit; nihilominus niſi aliud vtriſq́; maneret, longè videretur
deficere à munere ſuo: quod munus, vt diximus, munus eſt maximi principatus, quia munus mo
narchæ omnium rerum. Ergo ad illum maximè ſpectat benefacere bonis, & miſeriis afficere ma
los. Et cum id in hac vita, communi curſu, non faciat, ſupereſt vt reſeruetur in alia. Siquidem cũ
optandum ſit, vt mens ſit ſana in corpore ſano, plerumq́; euenit, vt mens infirma in corpore ſit
robuſto, & ſana in corpore non ſimplici infirmitati ſubiecto: optandum vt adſint facultates pro
bo, vt valeat præclara agere, vt etiam philoſophus dicit, & non raro illum mendicare contingit,
vt verè philoſophus dicat, illi ſatius eſſe attendere lucro, quia pauper, quàm contemplationi
etiam ſi ſit philoſophus. Et demum licet bona fortunę, bona non ſint, in quibus fœlicitas no-
ſtra conſiſtit, etiam ex doctrina philoſophi, ſunt tamen, ſine quibus non contingit, vt idem
probè approbat, ex mente Empedoclis: Et nihilominus ſcripſit, & experientia docet, quòd vbi
minimum eſt de intellectu, ibi plurimum eſt de fortuna, & vbi maximum eſt de intellectu, ibi H
minimum eſt de fortuna. Ergo vt res non ſubſint tanto diſcrimini, & rite principẽ totius vniuer
ſi, illas appareat moderari, ſupereſt, vt in alia vita, in qua nullus eſt caſus, nulla fortuna, hæc lo-
cum ſibi reſeruent.

Quo ad ſecundum, vt mens excutiatur philoſophi, conſiderandum, ꝙ etſi nõnullis viſum eſt,
& fortè non malè, Ariſtotelem circa immortalitatem animę fuiſſe inconſtantem dubiumuè, vt
Scoto. 4. diſt. 43. q. 2. ar. 3. & Heruęo quolibet primo. q. 11. circa finem, propter quod & in ſuis ſcri
ptis videtur aliquando quidem in vnam, aliquãdo verò in partem aliam declinare, immo vt Du
randus ſcripſit. 2. diſt. 18. q. 3. in hoc negocio incompoſsibilia dicere: nihilominus rectius illius
mentem illos aſſequutos eſſe puto, qui volunt poſuiſſe animam ſimpliciter immortalem, ſicut
S. Thomas, Albertus, & alij. Nec obſtat, ſi diuerſa in ea re videatur adducere, & nunc fauere vni

parti,

A parti,& nunc aliȩ:quandoquidem notum eſt id fore conſuetudinis eius: vt antequàm veniat ad
locum proprium, irreſolutè loquatur, & nunc in vnam,nunc in aliam partem modo quodam
inflectat:conſtat autem,quòd non erat locus determinandi rem hãc, niſi ĩ Methaphyſica,& pla
nè quidem in fine: propter quod & in 12.dixit poſterius perſcrutandum,an aliqua forma rema-
neat poſt diſſolutionem compoſiti. Quod & fortè poſtmodum fecit, tametſi non peruenit ad
nos. Accedit ad hanc partem,quòd tempore Ariſtotelis famoſum, immo & celebre erat om-
nibus,animam eſſe immortalem,& quòd ferè omnes expoſitores græci id ſibi aſcribunt. Et de-
nique licet in dictis ſuis aliqua ſonare videantur oppoſitum, haud tamen difficile eſt aduertere,
quòd non obſint iis, quæ immortalitati fauent.Siquidem in contrarium videtur facere, quod
ſcripſit primo de anima,tex.commen.12.& 13.vbi dicit ꝙ ſi habet operationem propriam, eſt ſe-
parabilis, etſi non habet, quòd non eſt ſeparabilis; & quòd ſi intellectus eſt phantaſia, aut non
ſine phantaſia, non erit ſine corpore, & ita non erit ſeparabilis. Sed conſtat quòd ibi non lo-
quitur abſolutè, ſed ad modum proponentis difficultatem. Et licet in 3.lib.tex.commen.36.ſub
dat, quòd ſine phantaſmate non intelligit anima, id quidem verum eſt in preſenti ſtatu, vt
in præcedentibus diximus, & non in alio, quem Ariſtotelem non ignoraſſe ſatis teſtimonio
B ſunt verba ſua 12.Methaphyſicæ tex.commen.17.Item in contrarium eſſe videtur, quod ſcripſit
in 3.de anima,tex commen.20.vbi dicit ꝙ paſsiuus intellectus corruptibilis eſt: Sed certum eſt,
vt non ſolum expoſitores notant, ſed vt contextus ipſe præfefert, ꝙ loquitur non de intellectu,
ſed vel de appetitu,vt quidam volunt,de quo & 1.ethic.dicitur ꝙ per participationem rationalis
eſt,vel de cogitatiua,vt videtur aliis,quæ & particularis ratio à philoſophis nũcupata eſt, de quo
& S.Thomas prima.q.79.2 ad.2.Item in cõtrarium videtur, quod ſcriptum eſt primo de Cœlo,
tex.commẽ.121.quòd ſcilicet omne genitum corruptibile eſt,& geniti nomine intelligitur om-
ne illud,de quo verum eſt dicere,modo eſt,& prius non fuit,vt eo loci conſtat. Sed nec iſtud obſi
ſtit, ſi rectè intelligatur: quandoquidem certum eſt, quòd anima noſtra non eſt genita, ſed alio
modo producta, & ob id,ſub nomine geniti non eſt comprehenſa:& licet de illa verum ſit dice
re,modo eſt,& prius non fuit, non eſt tamen verum ad mentem philoſophi; qui de genito lo-
quitur,& non de creato,aut alio modo,quàm per generationem in eſſe poſito. Et quidem ꝙ
Ariſtoteles animam noſtram crediderit ſimpliciter immortalem, præter ea, quæ non ſemel in
præcedentibus allata ſunt ex.2.de anima,tex.com.21.et 12 Methaphyſicæ tex.com.17.& 2.de ge
C neratione animalium cap.4.ſatis conſtare poteſt ex.3.eth.cap.11.& 9.eiuſdem,ca.9. Vbi traditur
fortem ſecundùm rectum iudicium intellectus,debere ſeſe exponere morti pro ſalute reipubli-
cæ ſuæ. Quod planè verum non eſſet, ſi fortis moriendo prorſus eſſe deſineret;eo ꝙ non eſſe ſim
pliciter,nullo pacto appetibile eſt. Amplius & eandem ſtatuit formam corporis, vt non ſolum
innuit.12.Methaphyſicæ tex.cõ.17.ſed expreſſe oſtendit.2.de anima,vſq; ad tex.com 24.Nec mo
dò ſtatuit formam corporis,ſed multiplicatam iuxta numerum hominum, aliàs non verè infor-
maret corpus,cum forma & materia debeant eſſe proportionata, & actus & potẽtia ad inuicem
neceſſe ſit maximè correſpondere, vt ſumitur.2.de anima,& 9.Methaphyſicæ. Et hæc modo ſa-
tis de mente philoſophi.

Quo ad tertium, Docet fides catholica aĩas humanas non modo eſſe ſimpliciter incorruptibi
les & immortales,non modo informare corpora ſua,& multiplicari iuxta numerum hoĩum,ſed
& poſt reſolutionem compoſiti,tpe à Dei ſapiẽtia cõſtituto,corporibus eiſdem refictis reunien
das fore,non quidem facultate naturȩ,ſed oĩpotentia Dei;tametſi non renuit naturalẽ in illis,vt
reuniantur inclinationem eſſe,& ob id non nihil naturȩ conſonare,hoĩum reſurrectionẽ admit
tere. Quibus oĩbus fideles tali pacto conſentiunt, vt verè certiores de illis exiſtant, hoc eſt illis ve
D hementius,agglutinatiuſq; adhæreſcant, q̃ quibuſuis principiis lumine naturali acceptis. Siqui-
dem tam eximia eſt vis catholicæ fidei, vt certitudinem (adhæſionis reſpectu) ſuperet cuiuſcunq;
ſciẽtiæ,vt nõ modo Theologi docent, ſed periculo comprobamus: ſed aliàs de hac re,& comodio
ri loco. Hactenus de rei veritate,& per hoc de tertia quæſtionis parte.

Quo ad quartum· Difficultates, quȩ ſe offerunt explicandȩ, ſunt tres,& breues & non magni
momenti. Et prima eſt circa concluſionẽ principalem, quȩ docet naturali lumine cõuinci poſſe,
aĩam fore ſimpliciter incorruptibilẽ & immortalẽ,& talis eſt. Nõ cõuincitur aliqua cõcluſio niſi
per medium,vel per media neceſſaria,& perſpicuè euidentiam faciẽtia,& talem quidem euidẽ-
tiam facientia,vt non modo verè impoſsibile ſit, ſed & verè illi impoſsibile eſſe cõſtet, cui euidẽ-
tiam faciunt, rem aliter ſe habere: alias ſicut non eſſet cõclnſionem ſcire, ita & rem non eſſet eui
denter percipere, & per hoc nec eſſet de concluſione conuinci. Sed hoc palã videtur repugnare

doctrinæ catholicę fidei, quæ animæ immortalitatem non minus ac mortuorum reſurrectio- E
nem præcipit, ac omnibus, & ſingulis credendam conſtantiſsimè ſtatuit. Siquidem certum eſt,
de eadem re fidem & ſcientiam, ſimul eſſe non poſſe, cum hæc euidentiam exigat, illi verò repu-
gnet, eo ꝙ de non viſis, ſeu de non apparentibus eſt, vt Apoſtolus ſcribit.
Secunda eſt circa mentem philoſophi, & eſt ſatis in promptu. Certum quidem eſt apud Ari-
ſtotelem mundum ab æterno fuiſſe, vt conſtat. 8. phy. & 12. Methaphyſicæ. Certum & homines
nunquàm defuiſſe in eo, nimirum quia finis ſunt quodammodo omnium, vt dicitur politico-
rum primo, & phyſicorum ſecundo: ergo hactenus fuerunt infiniti, & per hoc iuxta ea, quæ di-
cta ſunt de illius mente, infinitæ animę: & cum quælibet, vt concluſum eſt, peculiare ſibi vendi-
cet corpus, ita vt illo dimiſſo nequeat tranſmigrare in aliud: haud dubium, ꝙ & modo animæ
ſunt infinitæ, quod manifeſtè repugnat his, quæ philoſophus tradit phy. 3. Ergo dici non poteſt,
quod de illius mente dictum eſt.
Tertia eſt circa animam ſeparatam, & eorundem corporum reſurrectionem. Si enim in ani-
ma ſeparata eſt inclinatio naturalis, vt ſuo reuniatur corpori, primò ſequitur ꝙ reſurrectio pote
rit naturali ratione cognoſci, cum naturaliter cognoſcatur, naturalem inclinationem in vanum
eſſe non poſſe, & nihilominus etiam naturaliter ſcitur, ꝙ de priuatione ad habitum non eſt re- F
greſſus: quare naturalis cognitio naturalem cognitionem oppugnat, quod eſt impoſsibile: ſe-
cundò ſequitur, ꝙ in reſurrectione opus ſit eandem numero materiam pro quouis humanorum
corporum reparari, & per hoc & quæcunq; ad eſſentialem vniuſcuiuſq, conſiſtentiam pertinẽt,
reaſſumi: ſed hoc non videtur poſsibile, cum non pauci ſint, qui carnibus veſcuntur humanis,
& propterea vt eadem materia eſſentialiter ad multos pertineat, neceſſarium ſit &c.
Ad primam facilè reſpõdetur; ꝙ etſi de eadem re, in eodem homine ſcientia ſimul & fides eſſe
non poſsint, aliàs idem eſſet videns, & non videns vnam & eandem rem; tamẽ nihil eſt abſurdi,
ſi eadẽ res, q̃ in aliquo homine ſcitur, fide in alio teneatur: Siquidem Deum eſſe ruſticus credit,
quod philoſophus per ſcientiam noſcit; ergo & animæ immortalitas apud capientes terminos, &
rationum efficaciã penetrantes, haud dubiũ ꝙ res eſt ſcita; tametſi apud amborũ incapaces ſit ſo
lummodo credita. Et licet fides præcipiat omnibus credendam immortalitatem animæ, non ta-
men prohibet, vt ſiquis illam naturali lumine noſſe poſsit, naturaliter illam ſcire non curet.
Et licet in eo fides, pro quanto non apparentium eſt, locum non habeat, id tñ, quod per donum
fidei illi commodo eſſe poteſt, minimè denegatur. Siquidem donũ chriſtianę fidei talis eſt ener G
giæ, vt etiam ſcientibus ea quę fides proponit, non mediocriter faueat, etſi, vt diximus, non ad vi
dendum, ad conſtanter tamen in aduerſitatibus perſiſtendum, & in multis ſortunandum, vt faci
le eſt, iis, qui illud experiuntur agnoſcere. Ergo rectè fides catholica, non ſolum præcipit quæ
longè ſuperant captum humanum, vt myſterium Trinitatis, incarnationis Verbi, & ſacramenti
Altaris, ſed etiam quæ humano lumine aſſequi poſſumus: & quia ad id non omnes pertingũt. &
quia etiam qui pertingunt, fide non leuiter conſolantur.
Ad ſecundam dicitur, ꝙ ſine dubio difficultas hæc negocium magnum Ariſtoteli faceret, ſi
vellet, omnia quæ tradidit, ſuſtinere: Et fortè cum de animæ immortalitate, loco conſtituto tra-
ctaſſet, aduertiſſet ꝙ re vera mundus non fuiſſet æternus, ſicut & aduertit, ꝙ illum æternum eſſe
cõuinci non poſſet: propter quod & in topicis aſſerit, illud eſſe problema. Quarę ſtantibus quæ
hactenus ab eo dicta ſunt, fatendum eſt, mea opinione, illum dixiſſe incompatibilia, nimirum
non ſolum quia homo erat, ſed quia errorem ſectatus eſt de perpetuitate mundi. Vnde ſi non ve
ritus eſt Scotus dicere, illum non conſtare ſibi de contingentia rerum, & influentia primæ cau-
ſæ, & Durandus circa animæ immortalitatem, illum tradere repugnantia: non puto fore magnũ
facinus, ſiquis dicat, mundum eſſe æternum, & animam eſſe immortalem cum reliquis, quæ tra- H
dit in ſuis libris, ſimul ſtare non poſſe.
Ad tertiam dicendum eſt, quòd etſi certiſsimum eſt, animas ſeparatas naturalem inclinatio-
nem habere, vt reuniantur corporibus, immo & quæ in cœlo ſunt, Deum, vt reuniantur conti-
nuis petere precibus, etſi non renuũt fideles, illas (vſq; quo reunitæ non ſunt) ſtatum vndiq; per
fectiſsimum, ac conſummatiſsimum non penitus aſſecutas, eo ꝙ ſuapte natura, nõ eunt inficias
animã partẽ eſſe hominis, & certum eſt, quòd pars (& eſſentialis maximè, cuiuſmodi anima eſt)
ſine toto nonnullam imperfectionem habet: etſi non dubitant inclinationes naturæ, & maximè
quæ conſequuntur ſpeciem, non eſſe fruſtra, & ꝙ eſſentialis pars, non ſolùm præter naturam ſed
& contra naturam remanet ſeparata, & conſequenter quod nõnullã patitur violentiam, quæ
communi lege perpetua eſſe non poteſt: & ſi propter hæc concedunt naturaliter fore ſatis
probabile,

A probabile, reſurrectionem eſſe futuram: Nihilominus quia mors eſt priuatio vitæ, & natura ſug-
gerit quòd de priuatione ad habitum naturaliter non eſt regreſſus, iccirco reſurrectionem aſſe-
runt futuram, non naturalibus viribus, ſed ingenti miraculo Dei. Quare difficultati pro prima
parte reſpondent, quòd etſi aliquo pacto reſurrectio naturalis dici poteſt, ſimpliciter tamen na-
turalis dici non poteſt: quoniam etſi naturalis eſt ex parte inclinationis animæ, non tamen na-
turalis eſt ex parte executorialis modi: quandoquidem ad hoc vt executioni tradatur, neceſſe
eſt, vt omnipotentia Dei miraculosè concurrat. Pro ſecunda autem parte, ſic paucis ſatisfa-
ciunt, quòd ſcilicet etſi anima quantum fieri poteſt, eidem præcisè corpori reunienda eſt, ſicut
tamen accidit, vt idem ſit corpus, quod in vtero matris accepimus, cum eo, quod in ſenecta ge-
ſtamus, (cum tamen multa eidem materia appoſita ſit, propterea quòd aliquid eſſentialiter reti-
net, quod ad illius ſingularitatem ſufficit,) ita & illorum corporum, quę in cibum tranſierunt
hominum, ſemper veſtigium aliquod remanet, quod ad illorum ſingularitatem ſeruandam ſuf-
ficiens eſſe poteſt. Quare etſi caro comeſta ad corpus pertineat comedētis, & ꝓpterea in reſurre
ctione in comedēte reſumenda eſt; nihilominus etiã cõmeſti corpis remanēt nonnullę reliquię,
ꝗbus collectis, & Dei oĩpotentis virtute materiæ appoſitione auctis, ac locupletatis, reintegratur
B idem corpus præcisè, quod ante mortem anima peculiariter informabat; vt adueniente anima
idem ſit homo prorſus, qui prius exiſtebat: quod non eſſe impoſsibile, non ſolum ex hoc de-
prehendi facilè poteſt, quòd Deus valet quicquid voluerit, adimplere, ſed quia anima reuer-
ſa ad corpus non habet amplius indiuiduari per illud; eo quòd indiuiduationem habeat, & ad
corpus illam pariter deferat, ſed potius corpus quodam pacto habeat indiuiduari per eam, vt
etiam aliqui ex Theologis docent. Ergo etſi difficultas hæc aliquid habere videbatur ſcrupuli,
re tamen planè diſcuſſa ſine omni ſcrupulo eſt. Hactenus de difficultatibus, per hoc de tota
quæſtione ad laudem Dei.

FINIS.

DE ORIGINE CONTINGENTIÆ.

QVÆSTIO TERTIA.

C

Quæritur, quæ ſit prima, contingentiæ radix in vniuerſo.

IN quæſtione, tria obſeruanda ſunt. Primum eſt, vt manifeſtetur titulus. Secũdum,
vt determinetur veritas. Tertium, vt aliquibus ſatisfiat difficultatibus.

Quo ad primum, tria de contingentia perſtringenda ſunt, ex quibus manifeſta-
tur intentum Videlicet, An eſt, Quid eſt, Et quotuplex eſt. Circa An eſt, ſic proce-
demus. Primò tangemus opiniones, Secundò explicabimus veritatem, Tertiò illam
rationibus ſuadebimus. Opiniones de An eſt, contingentiæ, reperiuntur tres. Prima eſt auferen
tium illam prorſus à rebus, ac dicentium omnia neceſſariò euenire. Cuius opinionis meminit
Ariſtoteles 6. Methaphy. tex. com 7 & ſicut teſtatur diuus Thomas primo perhier. 14. lect. attri-
buitur Stoicis. Secunda huic è diuerſo oppoſita, eſt auferentium prorſus neceſsitatem, & dicen-
tium omnia contingenter caſualiter euenire. Et hæc opinio, vt dicit S. Thomas. 1. q. 22 ar. 2. attri-
buta eſt Epicureis. Tertia media graditur via, Et opinio eſt dicentium aliqua in vniuerſo fieri
neceſſariò, aliqua vero contingenter. Et hanc tangit philoſophus, & primo perhier. in fine:
D & 2. phyſi. tex. commen. 48. & 6. Methaphyſicæ tex. commen. 5 &. 6. & ſine controuerſia attri-
buitur Peripateticis.

Explicatio veritatis, ad præſens ſufficienter fit, primò eligendo vnam ex opinionibus dictis,
ſecundò declarando electam, tertiò inſerendo vnum corollarium. Opinio quam eligimus, opi-
nio eſt peripatetica, & meritò, dicente Commentatore. 3 de anima commen. 14. quòd Ariſtote-
les fuit regula in natura, & exemplar, quod natura inuenit ad demonſtrandum vltimam perfe-
ctionem humanam, in materiis. Quod quoq; confirmat in prolog. 1. phyſi. & 1. de generatio-
ne commen. 38. & 3. Metheororum cap. de Iride. Declaratio eiuſdem fit animaduertendo, quòd
neceſsitas & contingẽtia habent ſe vt vnum & multa, ſeu vt vniforme, & difforme, vt etiam Ca-
ietanus dicit. 1. q. 14. ar. 13. Ex quo infertur, quòd contingentia eſſe non poteſt ſine neceſsita-
te; ſed è contra neceſsitas eſſe poteſt ſine contingentia. Siquidem multa eſſe non poſſunt

ſine vno, ſed vnum eſſe poteſt ſine multitudine. Quod quoq; non tacuit Caietanus.1.q.41.ar.2. E
Quo fit vt illis in rebus, in quibus contingentia eſt, oporteat aliquam neceſsitatis rationem con
cedere: at non è contra: quod & inductione manifeſtari facilè poteſt. Corollariū eſt, ꝙ eadem &
neceſſaria & contingentia ſimul dici, ſecundùm aliam tamen, & aliam rationem, nullo modo re
pugnat; & hoc tam in cauſis quàm effectibus. Propter quod à Scoto.2.diſ.1.q.3.non rectè repre-
henduntur hiloſophi, quaſi implicent in dictis ſuis, dum dicunt primam cauſam neceſſariò cau-
ſare & nihil illius effluxum effugere, & nihilominus aliquos effectus fieri contingenter: quo-
niam cum contingentes effectus, non ſolùm pendeant à prima cauſa, ſed etiam pendeant à ſe-
cundis, nihil prohibet, (conceſſo quòd à prima habeant neceſsitatem) ab aliqua ſecundarum
ſortiri contingentiam.

Suaſio habetur modo ex tribus. Primum eſt, ex perfectione debita vniuerſo, Secundum ex
euitatione multorum inconuenientium. Tertium ex experientia quotidiana. Prima ergo ſuaſio
eſt. Vniuerſum debet eſſe perfectum, ergo in aliquibus neceſsitas, & contingentia: in aliquibus
neceſsitas, & in aliquibus contingentia. Antecedens eſt notum, & probatum non ſemel in do-
ctrina philoſophi, Auerrois, & S. Thomæ. Prima conſequētia patet, tum quia eſt S. Thomæ.1.q.
19.ar.8. tum quia illa ſunt de primis entis differentiis, & ideo ea ratione, qua aliæ habent in vni F
uerſo reperiri, eadem reperiri habent & iſtæ. Secunda videtur nota, præſertim ex iis, quæ in ex-
plicatione veritatis attacta ſunt. Secunda ſuaſio eſt, ſi in aliquibus rebus vniuerſi non inuenire-
tur neceſsitas, profecto omnia euenirent caſu, periret ordo rerum, & omnia forent in vniuerſo
confuſa. Similiter ſi in aliis non reperiretur contingentia, indubiè perirent omnia conſilia: peri-
rent omnes leges: fruſtra niteremur ad virtutes, & declinaremus à vitiis: immo & oēs deſtrueren
tur mores. Hæc omnia ſunt abſurda, & maximè inconuenientia, ergo ſi debent vitari, oportet ſu
pradictam veritatem recipere. Tertia ſuaſio eſt, quia experimur quotidie, quòd operamur, quia
operari volumus, & iſtud operamur, quia iſtud operari volumus, & tali pacto operamur, quia ta
li pacto operari volumus: Experimur quotidie caſus fortuitos, euentus caſuales, & inopinatos,
ergo &c. Hactenus de An eſt. contingentiæ.

Circa Quid eſt contingentiæ, ſic ꝓcedemus. Primò quaſdam ponemus adnotationes. Secūdò
quædam ſubiiciemus corollaria. Tertiò quaſdam ſoluemus dubietates. Adnotationes ſunt tres.
Prima eſt, ꝙ contingentia, de qua ſermo, non eſt contingentia propoſitionis, de qua loquitur
Ariſtoteles 2.perhier. vbi propoſitiones diſtinguit in neceſſarias, impoſsibiles, & contingentes. G
(Siquidem de tali contingentia loqui, magis ſpectat ad logicum, ſicut & loqui de earundem ve
ritate & falſitate, vt ex.6 Methaphyſicæ tex.com.8.accipi poteſt.) Sed eſt de cōtingentia rei, quæ
magis pertinet ad philoſophum, & præſertim ad philoſophum primum, qui rimatur potius re-
rum proprietates, q̄ propoſitionum. Secunda eſt, ꝙ cōtingentia rei diuidi habet in cauſalem, vt
ſic loquar, & effectualem. Cauſalis dicitur quæ ſe tenet ex parte cauſæ. Effectualis, quę ſe tenet ex
parte effectus. Huius diſtinctionis fundamentum, euidens eſt ex 2.phy. & 5.Methaphyſi. vbi do
cemur, quòd effectus contingens habet contingentem cauſam, & è conuerſò: eo quòd cauſæ &
effectus proportionantur adinuicem. In propoſito propriè ſermo eſt, de contingentia cauſali: &
meritò, quia circa illam ſunt præcipuæ difficultates, & nihilominus, ex dicendis effectualis
non remanebit ignota.

Tertia eſt, ꝙ cōtingentia cauſalis poteſt hoc pacto deſcribi. Videlicet, ꝙ entitas eſt, poſitiua,
modalis, per quam vis cauſę, illatiua effectus, habet modificari, & proximè fallibilitatem in cau-
ſando ſortiri. Quod manifeſto de verbo ad verbum: Et quidem ꝙ ſit entitas, cōſtat, tum quia nō
eſt nihil, tum quia quoddā intelligibile eſt per ſe. Quòd vero, ſit poſitiua, probatur: tum ex ſuo
compari, neceſsitate ſcilicet, quę indubiè poſitiua entitas eſt: tum ex communi ferè omnium ani H
mi cōceptione. Vnde & Scotus hoc expreſsè docet primo diſt.29.q.prima, Quòd autem ſit, moda
lis, oſtenditur; tum quia de primis eſt entis differentiis, quod proculdubio, per modos primo di
uiditur: tum quia exiſtētibus tribus entitatum ordinibus, hoc eſt eſſentialium, modalium, & paſ
ſionalium (vt latius 4. & 5. oſtenditur Methaphyſicæ) non eſt facile aſsignare, ad quam commo-
dius ꝑtinere poſsit. Quod quoq; ſubditur, per quā vis cauſæ, effectus illatiua modificatur, ex iis,
quæ in.5.Methaphyſicæ cap. de neceſſariò dicta ſunt, difficile nō eſt cōuincere. Siquidē oſtenſum
eo loco eſt, ꝙ neceſsitas & cōtingentia cauſalis, circa vim cauſę illatiuam effectus attenduntur, &
ꝙ per hæc modificātur: ꝓpter quod, & aliqua dicitur effectum inferre tali modo, hoc eſt, neceſſa
riò, & aliqua alio modo, hoc eſt cōtingēter. Et deniq; quod ſubiungitur: & fallibilitatem ꝓximè
in cauſando ſortitur, etiam facile eſt demōſtrare, ꝓſertim aīaduertētibus duo: Alterum eſt ꝙ ſicut

infallibilitas

A infallibilitas in cauſando comes eſt neceſsitatis, ita & fallibilitas in cauſando, comes eſt cõtingen
tiæ. Reliquum eſt, quod ꝓximè dictũ eſt, vt inſinuetur ꝙ prima fallibilitatis radix, nõ eſt contin-
gentia, ſicut nec prima infallibilitatis radix eſt neceſsitas. Sed primę vtrarũq; radices, ſunt neceſ
ſitatis cõtingẽtiæq; radices, de quibus ex dicendis patebit. Cõfirmatur deſcriptio ex eo ꝙ illi om-
nia conſonant, & omnes per illam ſoluuntur difficultates: quod ſignum eſt optimæ deſcriptio-
nis, vt dicitur. 4. phyſi. tex. com. 35.
Corollaria ſunt duo. Primum eſt ꝙ contingentia cauſalis imperfectionem includit. Quod cõ
ſtat, quia eſſe proximam fallibilitatis radicem ſonat defectum & malum, vt patet: & haberi nihi-
lominus poteſt ex diuo Tho. prima q. . . Secundum (& ſequitur ex primò) quòd contingentia in
prima cauſa formaliter reperiri non poteſt. Quod ex eo conuincitur, ꝙ in prima cauſa, quæ eſt
Deus benedictus, nihil formaliter poni poteſt, quod imperfectionem claudat: vt omnes ſine con
trouerſia conſentimus.
Dubitationes quoq; ſunt duæ. Prima eſt. Aut prima cauſa cauſat neceſſariò, aut cauſat contin
genter: non cauſat contingenter, vt dicis, ergo cauſat neceſſariò. Tenet ſequela à ſufficienti di-
uiſione: ſed conſequens eſt erroneum, quia ſequeretur omnia fieri ex neceſsitate, cum prima cau
B ſa in cauſando præueniat cauſalitates omnium aliarum, & magis influat in effectum quàm reli-
quæ. Secunda eſt. Prima cauſa videtur liberè cauſare, vt ſæpe S. Thomas dicit, & omnes confitea
tur Theologi, ergo videtur quòd cauſet contingenter. Tenet ſequela, eo ꝙ libertatis, contingen
tia ſemper videtur eſſe comes.
Reſpõdetur ad primam, ꝙ ſi propriè loquimur, prima cauſa nec cauſat neceſſariò, nec cauſat
contingenter, ſed altiori quodam modo, in quo per eminentiam ac ſuperexcedentiam virtuali-
ter habetur vterq; cauſandi modus, ſecundùm perfectionem tamen, & non ſecundùm imperfe-
ctionẽ, quæ in eorum quolibet reperiri poteſt. Et hoc cõſonat, & Peripateticis, & Thomiſtis, &
lumini naturali. Conſonat Peripateticis, vt conſtat perſpicuè ex verbis Auerrois ex lib. Deſtru-
ctio deſtructionum, ſicut & allatum eſt in quæſtione de creatione: vbi & aſſerit id etiam fore
de mente philoſophi. Cõſonat Thomiſtis, vt patet in prima parte. q. 22. ar. vltimo ad primum, tũ
à S. Tho. tum à Reuerendiſsimo Caietano. Cõſonat tandem & lumini naturali, vt facilè animad-
tere poteſt, ſiquis eminentiam, vnitatẽ & vt ſimplicitatem conſideret primæ ac ſupræmiſſimæ
cauſæ. Siquidem ex hoc conſtanter infertur, eminentiſsimus, vnicus ac ſimpliciſsimus cauſandi
C modus: & ſicut in illius naturæ eminentia (imperfectionibus reſecatis) rationes ac perfectiones
naturarum omnium, altiori ac excellentiori continentur modo, ita & in illius eminentiſsimo
cauſandi modo, omnes rationes, ſeu perfectiones (dummodo imperfectiones abiicias) continen
tur, cuiuſuis cauſandi modi.
Verùm vt res ſit illuſtrior, conſiderandum ꝙ cauſatio primæ cauſę, nil aliud (ſi formaliter lo-
quimur) importare videtur, quàm actualem ſuæ bonitatis, ſuæq; veritatis effluxum: bonitatis qui
dem communicandæ, veritatis vero repræſentandæ, ſeu manifeſtandæ, vt S. Tho. in pluribus lo-
cis habet. Talis autem effluxus, dupliciter cõſiderari poteſt. Vno modo ſecundùm ſe, & abſolutè
Alio modo vt diuinę ſubeſt ſapientię, & eiuſdem liberrimę voluntati. Primo modo, ſimpliciter,
quod diximus, veritatem habet. Secundo vero, etſi quod diximus veritatem habet; ſuperaddere
tamen opus eſt, quòd ille altior cauſandi modus & ſapientiſsimus & liberrimus eſt: quę additio,
vt patet, ſupradictis non officit. Quo fit, vt cum prima cauſa non cauſet niſi concurrentibus il-
lius ſapientia & voluntate (vt latius quoq; ex dicẽdis patebit) & eius cauſatio vel effluxus, quo
vniuerſa fiunt, etſi eſt eminentiæ illius, quam diximus: eius tamen vſus & exercitatio cum ſum-
ma ſapientia & libertate ſit.
D Ex quibus infertur primò, ꝙ rectè dicunt omnes Theologi, ꝙ prima cauſa liberè & non ali-
qua neceſsitate, prę ſertim ſimpliciter dicta, vniuerſum produxit, à quibus nec Paripatetici re ve
ra diſſentiunt, vt clarè accipitur ex Auerroe in lib. Deſtructio deſtructionum diſp. 3. 18. dubio: ta
metſi putauerit Ariſtoteles & qui illum ſequuntur ꝙ Deus neceſſariò, (congruentiæ, vt mihi vi
detur, neceſsitate,) mũdum ab æterno produxerit: vnde & æternum illum; in phyſicis ac Metha
phyſicis ſtatuit. Siquidem illi videbatur indecens, bonitatem ac veritatem Dei, in infinitum ſine
germine perſtitiſſe: de qua re tamen alibi latius. Infertur ſecundò, ꝙ ſi tantum iſte mundus & nõ
plures, vel etiam infiniti, aut ꝙ ſi iſte, hòc vel illo pacto productus eſt: id reduci non habet in im-
potentiam Dei, ſed potius in eius ſapientiam & voluntatem. Vnde abſolutè loquendo, & alius
fieri potuit & forte melior, & id in infinitũ: licet ſtante diuinę ſapientiæ, diuinæq; voluntatis de-
terminatione, in ſubſtantalibus melior eſſe nõ poſsit. Infertur tertiò ꝙ opus non eſt oĩa quæ fiũt
quotidie

quotidie in vniuerſo (etiam quatenus pēdēt à cauſa prima, q̃ plus influit in effectum q̃ ſecunda) E
fieri ex neceſsitate, aut ꝙ pereat liberum arbitrium noſtrum: qm̄ ſicut oīa pendent ab ea, ſecun-
dùm ſapientiam & voluntatē ſuam, ita omnia ab ea cauſantur & fiunt, ſicut illa cauſari & fieri de
cernit & vult: propter quod & ſcitè diuus Thomas, effectus tam contingentes quàm neceſſa-
rios, in efficaciam tandem reücit diuinæ voluntatis, vt patet.1.q.19. ar.8. de quo tamen am-
plius, in alia in quęſtionis parte. Quare ſatis ſoluta eſt obiectio, quæ ſupra, quando hæc mota
eſt dubitatio, poſita eſt.
Sed inſtas, ꝙ ſi prima cauſa altiori modo cauſat q̃ modus ſit cauſandi neceſſariò, & cōtingēter,
ſequitur ꝙ ab ea oīa pendent pluſquàm neceſſaria dependentia, & per hoc ꝙ oīa fiunt non tam
de neceſsitate, quàm pluſquàm de neceſsitate, & per hoc ꝙ nihil fiat vel cōtingenter, vel liberè:
At facilè ex dictis habetur ſolutio. Verùm vt res ſit clarior, potes primū diſtinguere conſequens.
Siquidem dependere omnia pluſq̃ neceſſaria dependentia, dupliciter poteſt intelligi: vno mo-
do ſumendo neceſſarium ſecundùm ꝙ opponitur libero, & ſic falſum eſt conſequens, nec ſe-
quitur ex antecedente: alio modo ſecundū ꝙ opponitur defectibili, vel impedibili, (aut vt vno
verbo dicam) ſecundùm quòd opponitur contingenti, & ſic verùm eſt conſequens, & conceditur
tūr conſequentia: ſed vlterius inferri non poteſt, ꝙ omnia hic fiāt de neceſsitate, aut ꝙ nihil hīc F
fiat liberè. Quoniam etſi dependentia primæ cauſæ, fruſtrari, aut impediri non poteſt, non tamē
alia, quæ ſub ea ſunt, fruſtrari habent aut impediri per eam, ſed omnia relinquūtur in ſuis cau-
ſandi modis, ita moderante ac ſuauiter diſponente ſapientia & voluntate Dei: & ſic patet ad pri
mam dubietatem reſponſio. Nam eſtò ꝙ prima cauſa, aliarum cauſalitates præueniat, eſtò ꝙ &
plus influat q̃ omnes exiſtentes ſub ea: illas tamen non deſtruit, aut effectum extra contingentē,
neceſſariamuè naturam nullo modo educit.
Reſpondetur ad ſecundum, ꝙ prima cauſa (vt dictum eſt) liberè cauſat: Et cum infertur ergo
cauſat contingenter, negatur ſequela: qm̄ non oē liberum cauſare cōtingentiam habet annexā,
ſed illud tm̄, quod poteſt fallibilitatem habere. Conſtat aūt ꝙ libertas primæ cauſæ non eſt eiuſ-
modi, exiſtente primæ cauſæ voluntate omnium regula, & quidem efficaciſsima; vt habetur ex
dictis, non ſolum S. Thomæ.1.q.63.ar.1.ſed & communi ſententia Theologorum omnium. Ha-
ctenus de Quid eſt contingentia.
Circa quotuplex cōtingentiæ, ſic procedemus. Primò aliquas ponemus diſtinctiones. Secūdò
cōtingētiam colligemus quadruplicem. Tertiò ſingulas adinuicem comparabimus. Diſtinctio-
nes ſunt tres. Prima eſt. Contingentia cauſalis eſt duplex: quædam, quæ ad cauſam pertinet mate- G
rialem, & quędam, quę ad cauſam pertinet efficientem. Fundamentum horum ex doctrina ſumi
tur peripatetica: eo ꝙ à philoſopho de vtràq; tractatur. Et de pertinente quidem ad cauſam ma-
terialem, in fine primi perihier; de ſpectante vero ad efficientem.in.2.phy.in tractatu de fortu-
na & caſu. Secunda eſt. Contingentia pertinens ad cauſam efficientem eſt duplex, quædam quæ
pertinet ad efficientem naturalem: & quędam quæ pertinet ad efficientem liberam. Fundamen
tum horum, ex eodem ſumitur fonte. Nam Ariſt.2.phy. vbi ſupra, vtriuſq; meminit: docens for
tunam pertinere ad cauſam agentem liberam, & caſum ad cauſam agentem naturalem. Tertia
eſt: quòd in agente libero, triplex cauſalis contingentia eſt. Vna ex parte intellectus, Alia ex
parte voluntatis, Tertia ex parte exequutiuæ potentiæ. Fundamentum horum eſt, non ſolùm
ex doctrina philoſophi, ſed ex communi omnium confeſsione: quandoquidem omnes admit-
tunt, & quòd agens liberum tribus illis poteſtatibus agit, & quòd earum quælibet (vt etiam
experimento probatur) fallibitatem ſortitur; ergo earum quælibet, habet propriæ contin-
gentiæ ſubiici &c.
Collectio quadruplicis contingentiæ eſt; Vt primò aſſummentur, dictarum diſtinctionum H
membra: Secundò oſtendatur, duo illorum coincidere: Tertiò vt adunentur quæ remanent, &
ſingulis ſua imponantur nomina. Aſſummatio membrorum patet. Sunt enim quinq; Siquidem
contingentia cauſalis, aut eſt ex parte materialis cauſæ, aut ex parte naturalis efficientis, aut ex
parte efficientis liberi, quæ, vt patuit, triplex eſt, Coincidentia eſt, inter contingentiam poten-
tię exequutiuę agentis liberi, & contingentiam agentis naturalis: nam ùtraq; contingentia eiuſ-
dem eſt rationis, quod ex eo conuincitur, ꝙ agentia naturalia, aliam de viribus agendi non ob-
tinēt, præter exequutiuam poteſtatem. Vnde & dici ſolet, & rectè, quia ex.2.phy. acceptum eſt,
ꝙ agentia naturalia à non errante aguntur intelligentia, cuius & exequuntur iuſſa & imperia.
Adunatio contingentiarum remanentium perſpicua eſt. Nam remanent quatuor, quę & diffe
runt ex propria ratione, & poſſunt his nominibus exprimi: Vt quæ ſe habet ex parte materiæ,
contingentia

A contingentia appelletur materiæ, quæ ex parte intellectus, cõtingentia intellectus, quę ex parte
voluntatis, cõtingentia voluntatis, & quæ ex parte potẽtię executiuæ, contingentia potentiæ exe
cutiuæ. Comparatio demum earum in hoc eſt, vt videatur quæ illarum, in cõtingẽtiæ ratione ma
ior aut minor contingentia ſit. Quod vno verbo reſoluitur, dicendo ꝙ inter omnes maior eſt
contingẽtia voluntatis. Deinde eſt contingẽtia materię. Tertiò videtur contingẽtia intellectus.
Et quartò potẽtię executiuæ. Ratio horum eſt, quia tali ordine ſe videntur habere ad eſſe deter-
minabile, fallibile, & variabile in eo ꝙ cauſę ſunt: quę comites ſunt contingentiæ, vt ex ſe faci-
lè conſtat. Hactenus de quotuplex contingentię.

His pręmiſſis manifeſtus eſt quęſtionis titulus. Quæritur enim de prima radice contingen-
tiæ, & maximè cauſalis, ſiue ſit contingentia voluntatis, ſiue materiæ, ſiue intellectus, ſiue po-
tentiæ executiuę. Et particula, prima, non ſolùm denotat radicem proximam, ſed ſupre-
mam: Nam conſtat quòd vtroq; modo, ea voce vtuntur philoſophi. Hæc de titulo, & per hoc de
prima quęſtionis parte.

Quo ad ſecundum, veritas per concluſiones determinanda eſt, quę quidem erunt quinq;, &
ſingulæ ſua cum declaratione, probatione, debietate, & corollario. Et prima erit de radice pri-
B ma, hoc eſt ſuprema contingentię cauſalis, in communi quidem, & abſolutè: reliquę autem erũt
de radice prima hoc eſt proxima contingentię cauſalis, ſed ſecundùm vniuſcuiuſq; genus in par
ticulari. Sit ergo prima concluſio. Suprema radix omnis contingentię, loquendo in communi
& abſolutè, eſt ſapiẽtia, voluntas, & poteſtas diuina. Declaratur animaduertendo tria. Primum
eſt, quid nomine ſapientię, voluntatis, & poteſtatis diuinę, in propoſito accipiẽdum ſit. Vbi con
ſiderandum ꝙ ſapientię nomẽ, in præſenti nõ ſumitur pro cognitione ſpeculatiua, quę eſt de al-
tiſſimis cauſis, ſicut, 6. ſumitur Ethicorũ, ſed pro cognitione practica, valdè tñ nobili, & excellẽ
ti, quemadmodũ & frequenti vſu excellẽtes aliqua in facultate, ſapientes vocare ſolemus, ſicut &
& S. Tho. docet primo con. gen. cap. 1. Nomẽ quoq; voluntatis, non accipitur pro potẽtia voliti-
ua, ſecundùm quamlibet ipſius rationẽ, ſed ſecundùm ꝙ libera eſt, ſiue ſi mauis, pro actu volun-
tatis libero. Nomẽ deniq; poteſtatis, accipitur quidẽ pro potẽtia executiua, quęcunq; illa ſit, ſed
non curetur ad præſens quomodo ab intellectu, & Dei voluntate diſtincta ſit. Secundum eſt, ꝙ
ſapiẽtia radix eſt contingẽtię, excogitando ac iudicando, voluntas conſentiẽdo & applicando,
potẽtia executiua obediẽdo & exequẽdo. Sapiẽtia, inquàm, radix eſt excogitando, & iudicando
eo ꝙ concipere poſſumus Deum multos modos penes ſe habuiſſe, ac (vt ita dixerim) excogitaſſe
C fabricandi mundum, & deniq; iudicaſſe, decẽtiſſimum fore tali pacto fieri, vt in eo eſſent & res
neceſſariæ, & contingentes, & quòd neceſſariis cauſæ aptarentur neceſſariæ, & contingentibus
contingentes: vt ex S. Thoma accipitur prima. q. 19. ar. 8. Voluntas conſentiendo & applican-
do. Siquidem propoſito tali modo, taliq; producendi modo, diuinæ voluntati, ipſa conſenſit,
acceptauit, & executiuam potentiam applicauit, vtendo ea (nam applicatio eius, & vſus idem
ſunt) ad efficiẽdum illum, pro tempore à ſapientia excogitato, & veluti opportuno iudicato ac
definito. Quo pacto executiua potentia obediuit, & pro conſtituto tempore effectum producen
do, executioni mandauit. Tertium eſt, ꝙ licet radicis nomine, conſuetum ſit principium accipe-
re, & quidem originale, ſed intrinſecum, à quo res pullulet, velut truncus in arbore: in propoſi-
to tamen ſumitur pro origine prima, ſed extrinſeca, quandoquidem & prima cauſa, cum nõ cau
ſet niſi vt agens, finis, & exemplar, vt Commẽtator dicit 12. Methaphyſicæ, com. 6. & 36. non niſi
origo creaturarum extrinſeca dici poteſt. Probatur concluſio. Prima cauſa habet pro ſuo primo
effectu, ens in quantum ens, vt ex 2. phy. & 5. Methaphyſicæ ſumitur, cum docemur cauſas & effe
ctus proportionari: ergo prima radix eſt entis, in quantum ens: ergo & omnium differentiarum
entis in quantum ens: ergo & cuiuſcunq; contingẽtiæ ſaltem in communi, & abſolutè: conſequẽ
D tia prima, ex terminis nota eſt, ſimiliter & ſecunda, & maximè recolentibus ꝙ contingentia in-
ter entis differentias eſt. Quibus ſi ſubiungas, ꝙ prima cauſa non cauſat niſi per ſapientiam, volũ
tatem, & potentiam executiuam, quia cauſat veluti artifex, & nobiliſſimus artifex, vt ſatis pa-
tet ex ſe, & nihilominus dictis ex habetur Auerrois 12. Methaphyſicæ, com. 44. perſpicuè habe-
tur intentum. Dubitatur ſimiliter an ſuprema radix effectualis contingentiæ ſit ſapientia, volũ-
tas, & poteſtas diuina. Et eſt ratio dubij, quia vtrinq; rationes ſunt. Et quidem pro affirmatiua par-
te eſt, ꝙ quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Pro negatiua verò, quia vt dicitur & rectè, ef-
fectus contingentia, reducenda eſt in cauſam proximam. Reſpondetur pręmittendo quid effe-
ctualis contingentia ſit. Vbi conſiderandũ ꝙ dupliciter ſumi poteſt, potẽtialiter ſcilicet & actua
liter. Potẽtialiter dicit entitatẽ poſitiuam, modalem, per quã aptitudinalis effectus depẽdentia,

habet proximè(extrinſece tñ)in cauſam, fallibilitatem, ſeu deceptibilitatem inducere. Patet hæc E
tota deſcriptio ex dictis, de contingentia cauſali, (præſertim ſi potentialiter ſumitur) præter vlti-
mum verbum, ꝙ habet ſcilicet in cauſam fallibilitatem, ſeu deceptibilitatem inducere. Ad cuius
euidentiam attẽdendũ; ꝙ deceptio ſiue fallibilitas cauſę, indubiè ex hoc ipſo attẽditur ꝙ effectus
ſubſequi aptus natus eſt præter intentionem. (Siqnidem ꝑꝑ hoc falli aut decipi dicitur.) Conſtat
aũt ꝙ omnis effectus contingens eſt eiuſmodi, vnde & 6. Meth. cõtingentes effectus attribuũtur
cauſis, quæ cauſant vt frequenter, ſiue vt in pluribus, ſecundùm tñ ꝙ deficere habent vt raro, ſeu
vt in paucioribus; qui defectus, vt conſtat, ꝑter intentionẽ eſt. Et intellige ꝙ habet inducere non
per modum cauſantis, ſed per modum adimplentis. Actualiter vero, dicit entitatem poſitiuam,
dependentiæ actualis, per quam induci habet (adimplendo ſcilicet) actualis deceptio. Et ſcito ꝙ
effectualis contingentia, actualiter ſumpta, non modo habet ſe ad effectualem, potẽtialiter acce
ptam, vt completiuum ad complebile, (quemadmodum vniuerſaliter, & actus proprius habet ſe
reſpectu potentiæ propriæ) ſed etiam reſpectu deceptionis cauſæ, vt conſideranti facile eſt aĩad-
uertere. Etſi petatur quę ſit proxima, & intrinſeca radix vtriuſq;. Reſpõdetur, ꝙ indeterminatio
poſitiua, ſeu contrariè ſumpta, dependentiæ ambarum eſt: ſecundùm quam dependentiam nul
lam ſibi certam habet determinare cauſam, ſed à diuerſis indifferenter eſſe poteſt, vt ex 6. Meth. F
ſumitur, ſatis longo proceſſu. Et horum oĩum cauſa eſt, quia tales effectus cauſam non ſunt ſorti
ti per ſe, ſed ſolum per accidens, vt ex eodem loco docemur. Quo præmiſſo, dicendum erit ad du
bium; ꝙ effectualis contingentiæ in potẽtia, ſeu aptitudine ſumptę, radix ſuprema eſt ſapientia,
volũtas & poteſtas diuina: Effectualis vero in actu acceptæ, ſuprema radix efficacia eſt diuinæ vo
luntatis. Prima pars ex dictis ad concluſionem eſt euidẽs. Secunda ex S. Thoma ſumitur prima. q.
19. ar. 8. ꝑꝑ quod nõ recipimus opinionem Scoti ex 1. diſt. 39. ꝙ illa, libertas ſit volũtatis diuinę. Vi
de ſi placet, diuum Thomam, vbi ſupra: Et Caiet. etiam in eodem loco, qui non modo perſpicuè
illuſtrat mentem diui Thomæ, ſed efficaciter deſtruit poſitionem Scoti. Quòd ſi petitur, cur non
potius in conditionem reiicitur ſapientiæ, aut executiuę poteſtatis: dicitur quòd ideo eſt, quia
voluntati, in interiori agentis regione, primò cõgruit rõ motiui: ꝑꝑ quod nec ſapiẽtia, nec potẽ
tia executiua, applicantur ad opus, niſi à prohæreſi, vt & 9 Metha. traditur. Ad illud autem quo
effectus contingentiam, dicebatur reducendam eſſe in cauſam proximam: dicitur ꝙ modo dictis
nõ obſtat. Siquidem habet in vtranq; reduci, ſed ordine ſuo. Poteſt & ùtraq; radix appellari (ex-
trinſeca tamen:) illa quidem ſuprema: hæc vero proxima, ſiue propinqua. Et quia regulare eſt: G
quòd à proximiori, vt pote cognatiori, ſemper denominatio ſumitur, iccirco & rectè reducendã
dicitur in cauſam proximam.

Corollariũ ẽ. Licet prima cã, mõ quo diximus, radix ponatur cõtingẽtiæ potẽtiæ abſolutè, & ĩ
cõi, oĩs tñ effectus, qui hoc in vniuerſo fit, ſecũdũ illius euenit intentionẽ. Patet hoc, eo ꝙ prima
cauſa (vt dictum eſt) non cauſat niſi quia vult; & conſtat ꝙ non vult, niſi pręcognita, ergo &c.
Etſi dicatur, cum eius intentio fruſtrari aut impediri non poſſit, ſequitur ꝙ euenient omnia de
neceſſitate: reſpondetur negando ſequelam, quia non vult ꝙ omnia eueniãt neceſſariò ſed quæ
dam eueniant neceſſariò: & quędã contingenter. Sed vrges. Certũ eſt quòd non ſolum vult mul
ta fieri contingenter, ſed vult fieri tot & talia contingenter, & ita vult tot & talia, ꝙ non vult alia
nec plura ab eis: aliàs nõ vellet, in numero, pondère & menſura, fierentq; aliqua quæ illius effu-
gerent voluntatem; quod conſtat fore abſurdum, quia ſicut nihil fugit eius cognitionem, ita ni-
hil ſine illius euenit voluntate ergo cum ſua voluntas fruſtrari, ſiue impediri non poſſit, palam
ꝙ infallãter euenient, & ita tandem parum aut nihil diſcriminis inter neceſſaria eſſe videbitur,
& contingentia. Quòd ſi dicas. Cõtingentia quidem in ſeipſis accepta, natura fallibilia, ac impe
dibilia ſunt, vt tamen ex diuina pendent voluntate, de facto falli, aut impediri non poſſunt: Etſi H
ob id concedas, ꝙ reſpectu diuinæ voluntatis, quæ ſuprema cauſa eſt, non attenditur contingen-
tia, ſed reſpectu cauſę inferioris ordinis, quæ proxima cauſa eſt, reſponſio quidem eſt vera; &
reſpectu eorum, quę caſu & fortuna fiunt, eſt ſine ſcrupulo: reſpectu tamẽ eorum quę ex noſtro
pendent arbitrio, non videtur ſufficere. Et vt res ſit perſpicua, ſumatur aliquod ex noſtra liberta
te contingens, puta me ſcripturum eſſe cras: Si voluntas diuina, voluit me ſcripturum cras;
haud dubium quòd ego ſcribam cras: ergo meę libertati non ſubierit non ſcribere cras: ergo in
hoc nihil faciet arbitrium meum. Et ſi omnia ex diuina volũtate determinata ſunt, haud dubiũ,
ꝙ in quibuſuis aliis actionibus meis, nõ ſuberit meę voluntati facere illas, vel ſuperſedere ab eis.
Quibus reſpondeo, & ex quo ad ea deuoluta eſt quęſtio, quę ex noſtro libero pendent arbitrio,
ſatis erit (quantum tamen in pręſentia opus eſt) de hoc ipſo loqui.

A Conſiderandum itaq; ꝙ cum arbitrij noſtri libertas non nihil habeat diuinitatis, mirum non eſt, ſi ad ea, quæ ab ipſo dependent, diuina voluntas habeat ſe quodam peculiari modo. Siquidẽ cum diuinitatis ſit eſſe primum motionis principium, negandum non eſt, & id libertati noſtræ quodam pacto cõgruere. Quare & rectè ſcriptum eſt, ꝙ homo dimiſſus eſt in manu conſilij ſui. Quod tñ non eo pacto accipiendum eſt, ꝙ poſsit quouis ſecluſo mouere ſeſe, quãdoquidem certum eſt, ꝙ non ſolum prærequiritur apprehenſio boni, ſed ꝑrequiritur, & maximè, motio Dei. Et poſthabita ad præſens apprehenſione boni, attendendum ꝙ motio Dei, quæ indubiè opus eſt ſuæ voluntatis (nõ enim mouet niſi quia vult) reſpectu libertatis noſtræ, motio ſuauiſsima eſt, eo ꝙ mouet ſecundùm inclinationem eius, hoc eſt, non præiudicando, ſed noſtræ libertati fauendo. Quarè etſi Deus vult me ſcribere cras, non cogit tamen me ſcribere cras, ſed mouendo me, ſuauiter excitat voluntatem meam ad ſcribẽdum cras, & ſuauiter ſuadet intellectui meo (ali qua intrinſeca vel extrinſeca ratione, occaſionem nactus ex diuerſis rebus,) ꝙ bonũ eſt ſcribere cras. Quare etſi infallanter ſubſequetur effectus, vt tamen à mea progreditur voluntate, non progreditur niſi contingẽter & liberè: quoniam etſi de facto, eius non impedietur progreſsio, non tamen mea voluntas ita à diuina agitur motione, vt abſolutè loquendo, ne progrediatur, im

B pediri non poſsit. Dico abſolutè loquendo, quia diuina motio poteſt cõſiderari dupliciter: Vno modo, vt motio ad ſcribẽdum cras, abſolutè, ſiue præciſe, & hoc pacto verum eſt quod diximus, effectum impediri poſſe: Alio modo vt habet paſsiuam perſuaſionem annexam. & hoc ſine incõ uenienti conceditur, ꝙ impediri non poteſt, quia eo caſu perſuaſione facta, voluntas erit determinata ad vnum, & per hoc latitudinẽ ingreſſa naturalis cauſæ. Quare ab illa tali pacto ſumpta, contingenter effectus proficiſci non poteſt; ſed hoc non prouenit ex diuina voluntate, ſine voluntatis noſtræ libera cooperatione: à qua cum poſſemus abſtinere, indubiè effectus poſſet contingentiam ſubinduere: ſed poſtq̃ cooperatio, puta conſenſus, in actu poſita eſt, iam effectus, etſi libertatem quodã pacto retineat, ſtatum tamẽ neceſsitatis, & per hoc infallibilitatis, ſiue inimpedibilitatis ingreditur. Nec ſequitur ꝙ diuina motio, reſpectu noſtrę libertatis minus ſit efficax, q̃ reſpectu cuiuſuis alterius cauſæ, tametſi ſequitur ꝙ alio modo ſit efficax q̃ in naturalibus cauſis, à quibus caſualia ſunt, & fortuita. Siquidem reſpectu libertatis noſtræ, efficax eſt aliter & alia ratione, ſicut & eam aliter & alia ratione mouet. Poſſet principali dubio aliter ſatisfieri, ſed iſta modo ſint ſatis.

C Secunda concluſio. Prima radix contingẽtiæ, repertæ in intellectu creato agẽtis à propoſito, eſt proxima radix facultatis indeterminatæ, & defectibilis eiuſdem in iudicãdo de rebus agẽdis. Declaratur prænotando quatuor. Primum eſt. Quòd cõtingentia intellectus ad præſens, cum ſit cauſalis, & agentis liberi, eſt contingentia intellectus practici. Secundum eſt. Quòd talis maximè inuenitur in iudicando, qm̃ etſi fortè poſſet & in cognoſcendo admitti, in iudicãdo tñ magis ad propoſitum pertinet. Tertium eſt. Quòd licet intellectus practicus reſpectu quorũdam & determinatus, & indefectibilis in iudicando ſit, reſpectu tñ aliquorum & eſt indifferẽs, & deficere poteſt, vt ſatis periculo comprobatur. Quartum eſt. Quòd cum iudicium intellectus practici ſit de vtili, de nociuo, de conuenienti, de inconueniẽti, &c. accidit ꝙ quædam proponantur ſibi, quę, vt ſibi videtur, euidentem non habent vtilitatem, aut certum nocumentum &c. & horum reſpectu, facultatem habere dicitur indeterminatam, ac defectibilem. Probatur: Et ſumitur probatio ex eo, quòd contingentia intellectus practici, &c. vel idem eſt quod dicta facultas, vel inſeparabilis proprietas eius (aliud enim non eſt facile fingere) vtrunq; aũt, vt patet, ex ſe infert intentum. Et ſi petatur quę eſt radix facultatis dictæ: reſpondetur ꝙ eſt modica perſpicacia intellectus, quæ & tandem reducitur in naturalem ac paſsiuam potentialitatem eius. Nam cum non videatur poſ

D ſibile, ꝙ duæ res ex ſe aptæ natæ ſint æqualem vtilitatem, &c. præſeferre, ſi hoc ipſum nõ valet intellectus diſcernere, ſua vtiq; imperfectione contingit.

Dubitatur à quo determinetur dicta intellectus facultas, quæ naturaliter indeterminata, ac defectibilis eſt. Et eſt ratio dubij, quia ex vna parte certum eſt, ꝙ illam determinari oportet ſi habet exire in opus: ex altera vero quia non facilè apparet, quid ſit determinatiuum eius. Reſpõdetur ꝙ vtiq; determinari habet ab aliquo, ſed non neceſſariò, ab hoc, vel ab illo: Item ab eo, à quo determinabitur, non ita determinabitur, quòd deficere, aut falli non poſsit. Vbi cõſiderandum ꝙ determinatiuum eius videtur eſſe, vel paſsio, vel habitus, vel voluntas, vt facile patet. Et quicquid ſit de medio, certum eſt ꝙ primum & vltimum, deceptionem inducere poſſunt, eo ꝙ & rectè & non rectè illum determinare contingit. Et paſsio quidem determinat illum cum aliqua offuſcatione, hoc enim paſsionum proprium eſt, vt experientia docet: habitus vero per modum

inclinationis naturalis, id enim proprium eſt habituum, vt ex.2.accipitur metha. volũtas deniq; E
per modum applicationis,& motionis,quod ad illam pertinere.9.Methaphyſicę euidentiſſimũ
eſt.Corollarium eſt. Quòd in intellectu eſt nonnulla libertas , & cõſequenter ꝙ non rectè fecit
Scotus remouendo eam.Prima pars probatur,eo ꝙ dicta facultas,aut libertas eſt,aut libertatẽ co
mitem habet.Secunda vero pars,cõſtat ex illius primo ſuper ſen.diſt.38.vbi vult libertatem quę-
rendam eſſe in voluntate,& nullo modo in intellectu &c.

Tertia concluſio.Proxima radix contingentiæ,repertę in voluntate creata agentis ad propoſi
tum,proxima radix eſt facultatis defectibiliter eligẽdi ea,quę ad finem ſunt. Declaratur animad-
uertendo tria.Primum eſt,ꝙ voluntas creata.reſpectu eorum,quæ ſunt ad finem,& non habent
neceſſariam connexionem cum fine,plenam habet facultatẽ eligendi iſtud,vel illud prout vult:
& in hoc decipi poteſt,immo & ſæpe decipitur:quę quidem facultas communiter liberum appel
latur arbitrium,eo ꝙ,vel idem eſt illi formaliter, vel quia idem eſt illi realiter,vel quia illi eſt cõ
nexa indiſſocialibiter:vnde & huius & liberi arbitrij radix proxima,vna & eadẽ eſt.Secũdum eſt,
ꝙ cum dicitur voluntas eligendi,vt vult facultatem habere,intelligi debet,nõ ſolum ex parte eli
citionis actus,ſed etiam ex parte ſpecificationis eius. Quod perindè eſt ac ſi dicatur ꝙ facultatem
habet,tùm eligendi;& ceſſandi ab electione pro libito,tum eligendi hoc, & eligendi illud , vel F
etiam eligendi oppoſitum. Tertium eſt quòd voluntatem,hanc facultatem habere, poteſt tri-
bus modis intelligi : vno modo non ſolum præuia apprehẽſione practici intellectus, ſed & prę-
uio illius pleno ac determinato iudicio, ea de re quæ à volũtate eligenda eſt: ſecundo modo prę
uia quidem apprehenſione,ſed non pręuio pleno ac determinato iudicio,ſed ſemipleno & non
penitus reſoluto: quo ſcilicet etſi intellectus inclinat in partem alteram voluntatem;non tamen
inclinat ſine aliqua alterius partis formidine,eo ꝙ pro ea parte,non habet rationes vrgentes, vt
in ea penitus reſolui poſſit. Tertio modo præuia ſimiliter apprehenſione(nam voluntas nun-
quàm agit niſi illa ſuppoſita) ſed non pręuio,ſed prorſus ſuſpenſo intellectus iudicio,eo ꝙ neſcit
in alteram inflecti partem,cum neutra præponderet reliquæ,ſicut accidit,quando media ad cõ-
ſecutionem finis , aut prorſus indifferentia ſunt,aut ſaltem omnibus conſideratis, vt indifferen-
tia prorſus eidem eſſe videntur. Tunc enim certum eſt ꝙ intellectus nequit ferre iudicium, quo
alterum præferatur alteri,aut ſi ferri poteſt,non modo feretur ęquale,ſed idem penitus de vtro-
que, quod quantum ad rem attinet,perinde eſt,ac ſi non ferretur, cum vtrumque offeratur pa-
riter voluntati.

Et quanquàm in oĩbus iſtis modis,admitti aliquid forſitan poſſit contingentię in voluntate, G
id tñ maximè admitti poteſt,immo & admitti debet,in poſtremo modo , ſicut & in illo maximè
libertas voluntatis eſſe conuincitur. Et licet in eo modo voluntas,ne temere videatur eligere,ſę
pe ſuſpendat actum,licet non rarò inſtet apud intellectum,vt rem acutè diſcutiat,peritiores cõ-
ſulat,& qua poteſt circumſpectione diſquirat,accidere tamen poteſt, aut ꝙ res moram non pati
tur,ſed mox neceſſe eſt negocium executioni committere:aut ſi mora aliqua poteſt admitti,non
poteſt tamen euſq; protrahi, vt noua ſuperueniẽte occaſione, altera pars valeat ipſo iure pręfer
ri:aut ſi protraheretur mora fortè ꝙ natura rei inæqualitatem non patitur, ſicut in multis vide-
mus , quæ committuntur ſorti:aut deniq; & ipſa voluntas in hac re prorſus ſuę libertati dimiſſa,
vult ad libitum alteram partem eligere , atq; iſto pacto facultatem propriam pręferre . Ergo pa-
lam quomodo in voluntate,contingentia maximé reperiri contingit. Probatur ex eo ꝙ contin-
gentia voluntatis,vel idem eſt quod dicta facultas,ſiue arbitrium liberum,vel ſi idem non eſt,in
ſeparabilis tamen eius proprietas eſt:aliud enim non eſt facile fingere:ergo &c. Etſi petatur quæ
ſit radix facultatis huius,reſpondetur ꝙ illa eſt facultas intellectus,quam declarauimus ſuperio-
ri concluſione. Vnde & dixit philoſophus Iſaac,ꝙ liberum arbitrium,aliud nõ eſt, q̃ facultas in- H
tellectus,& voluntatis. Etſi dicatur,ꝙ hęc radix quidem eſt,ſed extrinſeca,& nõ intrinſeca,& ta-
men de intrinſeca petitio erat; reſpondetur, quòd intrinſeca , eſt conditio,ſiue natura volunta-
tis creatæ,vel ſaltem,vt rectius dicam,voluntatis humanæ,& eo pacto ſumptæ,quo fundamenta
liter electiua eſt.

Dubitatur, quæ maior aut potior libertas,ſeu facultas in ꝓpoſito ſit, an ſcilicet, quę eſt in in-
tellectu,an q̃ eſt in voluntate : reſpondetur ꝙ ſi propriè loquimur, neutra maior aut potior ſim
pliciter dici poteſt , eo ꝙ loquendo propriè , cum diuerſarum rationum facultates & libertates
ſint , adinuicem comparari nõ debent:tamen dici poſſet,ſicut & dicit Caietanus prima par. q. de
libero humanæ voluntatis arbitrio,ꝙ quæ eſt in intellectu, libertas eſt radicalis, quę vero in vo-
luntate , libertas eſt formalis;& quòd vtraque magna & excellens in ſuo ordine, ſeu genere eſt.

Corollarium.

A Corollariũ. Falſum eſt quod ſcripſerũt multi, facultatem ſcilicet habendi ſe ad oppoſita, in natura creata, rationalitatem radicaliter eſſe, in eo ꝙ rationalitas eſt. Cõſtat ſiquidem ꝙ facultas huiuſmodi, in intellectu ex modica illius perſpicacia naſcitur, & in voluntate ex propria illius, progreditur ratione, quatenus tamen electiua eſt. Nec obſtat, quod ſcriptum eſt. 9. Methaphyſicæ. potentias rationales ad oppoſita habere ſeſe, quoniam id cum reduplicatiua dictione, ſcriptum non eſt. Nec negamus quòd illæ poteſtates, in quibus huiuſmodi reperitur facultas, ſint rationales, cum conſtet & intellectum & voluntatem, & etiam executiuam potentiam, rationales dici poſſe iuxta, ea quæ ſcripta ſunt in Ethicis: ſed negamus ꝙ rationalitas, in eis ſit radix pſata &c. Quarta conclnſio. Prima radix contingentiæ in potentia executiua, impedibilitas, ſeu defectibilitas in exequendo eſſe videtur, quæ & reducitur tandem in limitationem talis poteſtatis. Declaratur, oſtendendo ꝙ talis eſt diſpoſitio, omnis agentis creati, & potiſſimum corruptibilis. Nam conſtat ꝙ virtus proportionatur eſſentiæ rei, & ꝙ omne creatum eſt limitatæ naturæ; & propterea defectibile, & maximè ſi fuerit corruptioni obnoxium &c. Probatur ex eo, ꝙ illa ſemper videtur adduci pro cauſa & radice, & maximè à S Thoma. Et videtur ꝙ illa tria. ſcilicet impedibilitas, defectibilitas in cauſando & contingentia, tali ordine habeant ſeſe; quòd vnum quodam-
B modo proficiſcatur ex alio, vel ſaltem ſupponatur ab eo. Pro hac concluſione vide; ſi placet, Caietanum prima. q. 115.

Dubitatur quomodo ſub tali contingentia diſtinguatur caſus, & fortuna: Et reſpondetur ꝙ accipiendo caſum & fortunam, non pro ipſis effectibus, hoc eſt non pro caſualibus, & fortuitis, vt cõmuniter fit, ſed pro caſualitate, & vt ſic dixerim, fortunitate cauſalibus, quæ ſpecies videtur quodammodo contingentiæ, in hoc diſtinguuntur: Quòd Caſus eſt contingẽtia cauſalis, in potentia executiua agentis, quod eſt ſine intellectu & voluntate: & conſequenter intellectione, & intentione propriè ſumpta, Fortuna verò eſt contingentia cauſalis, in potentia executiua agentis à propoſito, hoc eſt per intellectum & voluntatem. Patent hæc ex. 2. phyſi. longo proceſſu. Corollarium. Sola Dei omnipotentia, omni contingentia, omniuè fortuna, tam de facto quã de poſsibili, expers ſimpliciter eſt: Intelligentiæ verò, ſecundùm quid de facto, & ſimpliciter de poſsibili, contingentiæ & fortunæ ſubduntur. Declaratur, & probatur. Declaratio habetur, prænotando quomodo intelligentię ſubſint talibus, de facto ſecundùm quid, & quomodo de poſsibili ſubſint illis ſimpliciter. Primum patet, aduertendo ꝙ ea quæ ab intelligentiis in his inferiori-
C bus fiunt, comparari poſſunt & ad intentionem earum in communi, & ad intentionem earum in particulari. Iuxta primam comparationem nulli ſubſunt contingentiæ, nulliuè fortunę: quippe quæ communi intentione per ſuam executiuam potẽtiam extrahere intendunt omnes effectus, qui ſunt in paſsiua poteſtate primæ materię, vt etiam accipitur ex Commentatore 12. Methaphyſicæ commen. 39. Vnde patet ꝙ nullus effectus eiuſmodi intentionem effugere poteſt. Iuxta ſecundam vero multa euenire poſſunt pręter intentionem earum, & hoc pacto nihil prohibet in illis ponere quodammodo contingentiam & fortunam. Siquidem contingit illas in aliquibus, in particulari intentis, aliquando fruſtrari, & ſuam executionem impediri, vel propter defectũ ſecundarum inſtrumentalium cauſarum, ad ea concurrentium, vel propter indiſpoſitionem materię, quę illis non obedit ad nutum. Secũdum conuincitur quia omnes ſub manu continentur diuinę poteſtatis, & quocũq; voluerit, vertet eas. Vnde & poſſunt omnibus illis contingentiis ac, fortunis ſubeſſe, quibus & famulus actus à dño ſuo, pro dñi arbitrio & volũtate ſubeſſe poteſt. Et hoc verum eſt, abſolutè loquendo de poteſtate diuina, & non de ordinata ac definita à ſapientia ſua, quæ iam ſtatuit talem ordinem in vniuerſo, & inuariabilem eſſe decreuit. Probatio patet, recolendo ꝙ diuina poteſtas maximè eſt infinita, maximèq; illimitata, & nullum pati valet impe-
D dimentum. Et ꝙ intelligẽtiarũ poteſtas non eſt tam ampla: Et ꝙ diuinę poteſtatis ſubiicitur &c. Quinta & vltima concluſio eſt. Proxima radix materialis contingentię, potentia eſt contradictionis materiæ primę. Declaratur recolendo, ꝙ materia prima ſubſtantiatur per poſſe, vt Commentator dicit de ſubſtantia orbis cap. 1. & ꝙ tale poſſe, poſſe contradictionis eſt, vt ex multis locis ab Ariſtotele, & Commentatore docemur. Probatur, quia ſecundùm omnes, eiuſmodi contingentia in potentiam reducitur materię primę. Vide & pro hac concluſione & probatione, ſi placet, Caietatanum vbi ſupra ar. 6.

Dubitatur an materialis contingentia indifferenter ſit reſpectu cuiuſuolueris formę, quę in materia introducenda eſt. Et eſt ratio dubij, quia ſuppoſito ꝙ primò attendatur in ordine ad formam, eo ꝙ illius eſt immediatus effectus, pro vtràq; parte videtur ratio ſuffragari. Et pro affirmatiua quidem, quia illi nulla videtur coęua, aut coniuncta de neceſsitate. Pro negatiua vero,

quia ſi reſpectu cuiuſcũ q; in potẽtia cõtradictionis eſt,ſequitur ꝙ nulla erit implicatio,illã eſſe E
poſſe ſine oĩ forma.Reſpõdetur,ꝙ vno modo reſpectu eſt cuiuſcunq;,alio aũt modo non eſt reſpectu cuiuſcunque. Siquidem eſt reſpectu cuiuſcunq; in particulari, ideſt ſecundùm ꝙ quælibet talis eſt,& non eſt reſpectu cuiuſcunq; in cõi,ideſt ſecundũm gradus illius cões. Vnde ſecundùm gradum corporei,potentia materiæ ad formam,ſemper eſt determinata,& ſine illa reperiri non poteſt:ꝑꝑ quod non conceditur,ꝙ contingenter ex ea generetur corpus,ſed bene ꝙ contingenter generetur corpus. Et aduerte vt dicta interpreteris,de materia prima ſimpliciter,& abſolutè ſumpta,tametſi,& de eàdem,vt diſpoſita difficile etiam non eſt, quid dici debeat ex dictis aĩaduertere,retẽta ſemper congrua proportione &c. Corollarium. Ex potentialitate paſsiuę materiæ,pullurare habet(virtualiter ſaltem aut modo,quo poteſt)nedum contingẽtia dicta, ſed & impedibilitas,& ante hanc defectibilitas eius:nam & illa ſupponitur contingentię,vt conſtat ex dictis. Quo fit vt & illę quoq; pro proxima radice in propoſito aſsignari poſsint: potentialitas tã paſsiua,ideo potius adducta eſt,quia & videtur potior,& eſt magis in vſu. Hactenus de concluſionibus,& per hoc de ſecunda quæſtionis parte.

Quo ad tertium,tres ſunt difficultates, quibus paucis ſatisfaciendum eſt. Prima eſt. Quo pacto ſaluetur ſatum cum contingentia rerum. Secunda. Quomodo cum eàdem ſaluetur pręſcien F
tia Dei: Tertia. Quomodo cum prædictis verba ſaluentur S. Thomę, quæ ab illis videntur diſſonare. Ad ſatisfaciendum primæ difficultati hoc pacto procedendum eſt: Primò videbitur punctum,in quo difficultas conſiſtit. Secundò manifeſtabitur,quid ſit ſatum. Tertiò ſatisfiet difficultati. Punctum difficultatis conſiſtit in hoc,quòd ſatum(vt communiter dicitur)habet cõnotare ordinem, & perſeitatem,ſeu neceſsitatem effectus;immo & dici ſolet,ꝙ ſatati effectus,& ordinati, & ineuitabiles ſunt. Rurſum & dicunt omnes, quòd cuncta reducuntur ad ſatum, & ꝙ ad omnia ſe extendit. Manifeſtatio quid ſit ſatum, habetur perſpicuè, animaduertendo quid certi, & quid dubij ſit, in hac ipſa re, & demum clarificando illud quod eſt dubium. Certum igitur eſt,quòd ſati nomine, omnes intelligimus cauſam quandam, ſecundùm ſeipſam occultã, à qua nihil declinare poteſt,ſicut & Caietanus dicit, prima.q.116.ar.primo, in titulo: quæ cauſa quodam pacto manifeſtat ſeſe,in actuali cauſatione fortuiti,& caſualis effectus. Vnde & ſati nomen accepiſſe dicitur,eo quòd tunc cum manifeſtat ſeſe, fari quodammodo,videtur. Siquidem ſatum, vt S. Thomas, in eodem loco in corpore innuit, à fando deductum eſt. Dubium vero
eſt,Quid illa cauſa ſit,exiſtentibus circa hoc, quàm pluribus doctorum ſententiis, quas & vide- G
re licet in 4.lib. contra Aſtranomos Ioannis Pici: Communiores tamen, ac magis acceptæ ſunt tres. Prima eſt, ꝙ ſatum eſt illa ſtellarum diſpoſitio, aſpectus, & influxus, ſub quibus res genita eſt: propter quod, & cuilibet rei genitę proprium ſolet aſsignari ſatum. Et addit hęc opinio,ſatum excludere contingentiam,& ponere neceſsitatem,& cõmunis eſt multis aſtrologis. Secunda eſt, quòd ſatum eſt diſpoſitio,ſeu effectũ producendorum ordinatio exiſtens in mente diuina. Qua acceptione ſati, aut ſaltem illi proxima, vſus eſt Anguſtinus.5.de ciuitate Dei cap.1. Et ſatum hoc modo acceptum, coincidere habet cum prouidentia Dei. Vnde & de remouenda contingentia, aut ponenda neceſsitate idem iudicium ſubit cum ea: Et hæc opinio non paucos ſectatores habet ex Theologis. Tertia eſt,quòd ſatum eſt diſpoſitio,ſeries, vel ordo,ſecundarum cauſarum ad producendum effectus, progrediens ex prouidentia Dei: ſicut & S. Thomas in locis quàm pluribus docet,& præſertim prima.q.116.& 3.contra gen.cap.93. Et hęc opinio noſtro tempore eſt in vſu,nõ modo apud Theologos,ſed apud omnes chriſtianos;& ſtat cum contingentia effectuum,vt ex dicendis patebit: Et qm̃ hác ſequimur,eam pro viribus declarare tentabimus, eo ꝙ illam duntaxet reputamus ſimpliciter veram. Nam licet prima opinio,in
multis ſuſtineri poſsit, quod tamen dicit ſatum imponere neceſsitatẽ, & excludere cõtingetiã, H
falſum & erroneum eſt,nec ab aliquo,etiam vero Aſtronomo,admitti poteſt,pręſertìm vniuerſaliter intellectum,prout ſcilicet & comprehendit mores, & operationes humanas,de qua re tamen aliàs diſputatum eſt. Secunda quoq;,licet ſuſtentata non contineat manifeſtum errorem,ſatum tamẽ,vt patet confundit cum prouidentia, cum tamen aliud ſit ab ea, ſicut effectus alius eſt à cauſa ſua. Propter quod,& S. Thomas vbi ſupra ar.2.ad primum, vult ꝙ ſic loqui de ſato,non ſit loqui formaliter,ſed cauſaliter. Pro clara igitur notitia ſati, ſecundùm opinionem quam ſequimur,ſententia excutienda eſt magni Boetij.4.de conſolatione; qui ſati naturam hunc in modum diffinit.

Fatum eſt diſpoſitio, inhęrens mobilibus rebus: per quam,prouidentia Dei, ſuis quęq; nectit ordinibus;In qua diffinitione,ſingula ponderanda ſunt. Fatum,inquit,eſt diſpoſitio. Vbi ex

5:Methaphyſicę

A 5.Methaphyſicæ cap.de diſpoſitione, recolendum eſt, ꝙ diſpoſitio ſumi poteſt,& pro qualitate, ſecundùm ꝙ reperitur in prima illius ſpecie, & pro ſerie partium in toto quodammodo, & pro ordine,hoc eſt relatione,quæ ſeriem comitatur.In propoſito autem, meo iudicio, nulla harum acceptionum reiicienda eſt,eo ꝙ oībus modis pōt veritatem ſortiri.Siquidem & fatum in rebus, & certam videtur ponere qualitatem,& ſeriem,& ordinem, vt ex dicendis patebit.Sequitur, inhærens.Per quod innuitur,ꝙ eſt accidens.Siquidem inhærere accidentis proprium eſt: nec modo ſequitur ꝙ eſt accidens,ſed & ꝙ accidens eſt reale,& ob id ſuperadditum, & realiter diſtinctū ab eis,quibus ſuperadditum eſt.Nec mirum,cum & rei cuilibet,accidētia alia,& non pauca realiter inſint,ſuperaddantur,& diſtinguantur ab eis.Subditur,Mobilibus rebus.Per quod denotatur primò.ꝙ in eiuſmodi maximè reperitur, & percutitur pariter quorundam antiquorum poſitio,qui fatum remouebant maximè à mobilibus & corruptibilibus rebus. Denotatur ſecundò ꝙ fatum non ponit neceſsitatem in rebus,cum vnumquodq; recipiatur per modum recipientis.

Ergo fatum ,in mobilibus recipietur mobiliter, quod neceſsitatis poſitioni non conſonat,vt etiam ex eodem verbo S.Thomas 3.cōtra gen. vbi ſupra, animaduertit.Denotatur tertiò ꝙ reperiri habet in ſecundis cauſis,nam tales ſunt mobiles,cum ſint veluti inſtrumenta cauſæ primæ.Si
B quidem innuit ꝙ in eis eſt,ſecundùm ꝙ mobiles ſunt.Et intellige non ſolùm vt à prima cauſa mobiles ſunt,vt concauſante,ſed & maximè,vt moderante,ac prouidente. Et propter hoc,notāter non vſus eſt nomine cauſæ,ſed vſus eſt nomine rei,dicendo mobilibus rebus, & non mobilibus cauſis.Adiungitur,Per quam prouidentia Dei. Quo verbo,explicatur fatum rebus non adeſſe fortuitu,aut caſu.Item adeſſe propter bonum,adeſſe ſapienter & prouidè, immo adeſſe tanquā vnum de præcipuis prouidentiæ diuinæ effectibus. Subiicitur demum;ſuis quæq; nectit ordinibus.In qua re oſtenditur,connexionem rerum diſpoſitarum à prouidentia Dei,aliam proculdubio eſſe ab ea, quam ex ſuis propriis ſortiuntur ordinibus,de qua &c.12. legitur Methaphyſicæ, fore formalem effectum fati.

Ad cuius claram perceptionem,quia hinc maximè pēdet cognitio fati, conſiderandum eſt,ꝙ res vniuerſi ſecundùm ſe,ſimpliciter & abſolutè ſumptæ, vt philoſophus, vbi ſupra,docet, habēt tum adinuicem,tum ad principium primum, ordinē & connexionem, eo ꝙ ſuapte natura integrantes ſunt vniuerſum,non minori iunctura,quàm milites vel acies integrare ſolēt exercitum, aut membra aliquod corpus, maximè ſi vniuerſum, vt quidam dicunt, concipiatur veluti ma-
C gnum animal,cuius Deus veluti ſpiritus aut anima ſit: Propter quod explicatū eſt à philoſophis, ꝙ ordo & cōnexio rerum in vniuerſo,bonum illius eſt;& intelligitur de ordine,qui maximè eſt inter ſpecies,quæ & ordinantur vt numeri,vt in 8.dicitur Methaphyſicæ.Pręter autem hos ordines,qui poſſunt ipſarum appellari proprij,habent res vlteriori quodam vinculo reconnecti, nō reſpectu ſui præciſe & abſolutè,ſed in cōparatione ad effectus, quos cauſant.(Sunt enim naturę rerum ſic inſtitutæ,vt teſte Dionyſio,immo tota philoſophorum ſchola,quin & experiētia ipſa, nō ſolum ipſę ſint in vniuerſo,ſed vt & multorū effectuum cauſa ſint)& tale vinculum,nexus,ordo,vel diſpoſitio,non minus inſertus eſt ab authore naturæ,aut minori moderatione ac prouidētia ab eodem eſt cōſeruatus,q̄ duo ꝓcedentes.Et qm̄ plures etiam res cōtingit adinuicem iungi ad effectū eundē cauſandū,meritò fit, vt plures habeant etiā & adinuicē quodāmodo(vt adnouū effectū ſaltē concurrere habēt)colligari,ac necti.Ordo aūt ad cauſandos effectus,ſiquis rectè animaduerterit,inuenitur duplex:Alter eſt manifeſtus, vt qui reſpectu eſt effectuum, qui ſunt ſimpliciter neceſſarij,vel vt in pluribus neceſſarij,vel,vt cōiter accidit,liberi: Alter eſt latēs,hoc eſt occultus,vt qui eſt reſpectu effectuū fortuitorum,ac caſualiū:latens inq̄,& occultus, nō quidem prouiſori,moderatori, & vt ſic dixerim, inſertori, ſed cauſis,talibus effectibus applicatis,
D vel etiam applicādis.Talis ordo latens & occultus,pertinet propriè ad rationem fati,& quodammodo eius eſt formalis effectus: & de tali ordine,ſerie,vel cōnexione,intelligitur poſtrema particula diffinitionis prædictæ. Putādum.n.eſt,ꝙ prouiſor & moderator vniuerſi,latenter quidē res ordinet ad fortuitos,& caſuales effectus,præbendo illis quandam vim,quæ dicitur diſpoſitio;diſpoſitione accepta pro qualitate;vt ea mediante cōnectendo quodāmodo, & occulto ordine diſponendo,ac ordinando,& miro vinculo,res ſeu cauſas,quæ ex parte ſua per accidens,& præter intentionem ad huiuſmodi effectus concurrunt, colligando, præparet & diſponat. Propter quod,& ipſius reſpectu,nihil eſt, vt ſupra diximus,caſuale,nihil fortuitum,aut ſine cauſa per ſe: & ad hoc ſeruit exemplum Boetij de rege,& ſeruis ab eo miſsis &c. Difficultati ſatisfit,oſtendendo quo pacto fatum nō deſtruat contingentiam,nec imponat neceſsitatem:Quod & vnico manifeſtatur verbo, hoc ſcilicet, ꝙ fatum in actum exire non habet,niſi præuia cauſatione illius,

quod

quod cauſa ſecūda intēdit, propterea ꝙ, vt ex. 2. ſumitur phyſi. & 6. methaphyſi. fortuna & caſus B
cauſalitati annectuntur per ſe, ſicut etiam in pręcedentibus diximus. Quò fit, vt non inducatur à
fato, ſed ſupponatur ab eo libertas, neceſsitas, & contingentia. Et conſtat ꝙ per poſteram ſuper
uenientemq; facultatem, quæ (vt iterum dicam) & in actum non exit, niſi illarum præuiis exerci
tiis, nec habet, nec poteſt impediri, licet fieri poſsit, immò & fieri habeat ꝙ fortuitus, ſeu caſua-
lis effectus, qui futurus eſt, eueniat per ſe, & ex intentione, prout ab illa ſuo modo dependet. Si-
quidem naturæ author, hunc in modum prouidè ſapienterq; decreuit, vt non niſi pręuiis cauſali
tatibus cauſarum, cauſante fato, euidenter percipi valeat, fatum poſſe potius impediri, q̃ aliquid
ab illo neceſsitari. Videri (inquàm) impediri poſſe, non ꝙ fatum impediatur de facto, ſed ꝙ ſi im-
pedimentum contingeret, potius ex illius parte, cum poſterius ſit, videretur poſſe contingere. Et
cum dicitur, fatum communiter cõnotare ordinem neceſsitatem perſeitatem, &c. verè dicitur,
ſi verè intelligatur: quoniam non eſt intelligendum ſimpliciter, ſed quodammodo ex ſuppoſi-
tione, ſicut & verum eſt, cauſalitatibus rerum, ſiue ſecundarum cauſarum ſuppoſitis; ad quas etſi
non poteſt cogere, vt patet ex dictis, illis tamē in actu poſitis, fatales effectus infallanter eueniūt,
& euitari non poſſunt. Quare ſi res bene diſcutitur, neceſsitas, & inneuitabilitas, abſolutè loquē
do, non niſi ex ſuppoſitione ſumenda eſt &c. F

Ad remouendam ſecundam difficultatem, ferè eodem ordine, ſicut & in præmiſſa, proceden
dum eſt. Primò tangendus eſt difficultatis nodus. Secundò diſtinguendum eſt de duplici præſciē
tia Dei: Tertiò ſatisfaciendum eſt intento. Nodus difficultatis habetur ex hoc, ꝙ præſciētia ſonat
notitiam certam, & infallibilem alicuius rei, antequam illa fiat, vel appareat in rerum natura.
Propter quod videtur, ꝙ eſſe non poſsit, niſi reſpectu rei neceſſarię, aut illius, quam impoſsibile
ſit, aliter ſe habere. Et cum ſupponatur, præſcientiam Dei eſſe reſpectu omnium, ita vt nefas ſit
ſuſpicari Deum aliquam rem latère, aut eius cognitionem effugere, & id quidem ab initio & an-
te ſęcula, palam eſſe videtur nihil in vniuerſo reperiri, poſſe, quod ſit fortuitum, caſuale, aut quo-
uis modo contingens: ergo difficultas maximè in hoc ipſo conſiſtit, vt coniungamus pręſcientiā
Dei, & contingentiam rerum huius mundi. Hinc enim difficile eſt ſaluare libertatem humanā:
& quomodo non fruſtra nitamur ad bonum: quare non ſint vanæ leges; conſilia, admonitio-
nes, &c. Duplex ponitur ſine controuerſia præſcientia Dei, altera quæ a Scoto dicitur abſtra-
ctiua, vt patet in primo ſent. vbi loquitur de iſta materia, & à S. Thoma ſimplicis intelligentiæ, vt
habetur in 1. q. 14. ar. 12. Reliqua intuitiua dicitur à Scoto, & viſionis à S. Thoma. Quæ due præ- G
ſcientiæ, quantum in præſentia attinet, differunt ex quadruplici capite, Primum eſt ex parte co-
gnitionis, Secundum ex parte obiecti, Tertium ex parte modi, Quartum ex parte medij. In co-
gnitione quidem differunt, quia ſimplex intelligentia, merè naturalis cognitio eſt, vtpote præ-
ueniens omne opus voluntatis: notitia vero viſionis, cognitio eſt quodammodo libera, vt quę
non ſolum opus ſupponit volūtatis, ſed diuinam electionem, & vt omnes Theologi dicunt, ſim-
plici intelligentia eſt ſuapte natura poſterior. In obiecto differunt, quia præſciētia ſimplicis in-
telligentiæ, cadit ſupra totam latitudinem entitatum creabilium, ſeu quouis modo producibi-
lium, qualeſcunq; illæ ſint: vnde & cadit ſuper entitates infinitas, etiam ſi nunquàm ſint de facto
quouis modo futuræ: pręſcientia vero viſionis ſolummodo cadit ſuper latitudinem entitatum,
quæ aliquando ſunt de facto futuræ, ſiue ſint futuræ ſimpliciter, ſiue ſecundùm quid. In modo
differunt, quia præſcientia ſimplicis intelligētiæ, cadit ſuper res creabiles, ſeu quomodolibet pro-
ducibiles, tum ſecundùm ꝙ ſumuntur in ſe, tum ſecundùm ꝙ in propriis ſumuntur eſſe, vel exi-
ſtentiis & modis, ſine proprio tamē in eiſdem eſſe, actuali, vt ſic dixerim, exercitio: quia abſq; eo-
rum actuali poſitione in rerum natura, licet non abſq; eorum potētiali poſitione, vel exercitio,
ſaltem reſpectu multorum. Quo fit, vt eiuſmodi præcognitio, non prærequirat rerum compræ- H
ſentialitatem, poſitarum in rerum natura, extra cauſam ſuam: propter quod & nomen abſtracti-
uæ cognitionis, forſan apud Scotum accepit, & intelligētiæ ſimplicis apud diuum Thomā, quaſi,
notitia hæc contenta ſit naturæ cognoſcibilis ſimplicitate, non attentis, quæ ſuperuentura quo-
dammodo forēt, exercitio, ſcilicet actuali, in proprio eſſe, & poſitione, extra mentem & naturā
diuinam &c. præſcientia vero viſionis cadit ſuper res futuras, vel aliter producendas, vt dictis con
ditionibus veſtiuntur, vnde & compræſentialitatem illarum requirit, & poſitionem, & ipſius eſ-
ſe exercitium exigit, in propria ac reali natura, extra cauſam primam: propter quod non immeri
tò nomine intuitiuę cognitionis, aut viſionis exprimi potuit. Nec ſequitur, ꝙ propter hoc opus
ſit, res ponere ſimpliciter ab ęterno, aut ſimpliciter in eſſe proprio cōſtituere, aut in eſſe diminu-
to, quod à Scoto dicitur obiectiuum, primo diſt. 35. & 36. ſed bene opus eſt, illas ab ęterno fuiſſe,

A in proſpectu Dei, ſeu ſub intuitu & viſione eius: quod non eſt captu difficile, ſiquis aduertit ꝙ ſi
cut illa talis eſt perſpicaciæ, ꝙ non impeditur per diſtantiam ſecundùm locum, ita & talis compre
henſionis, ꝙ impediri non habet per diſtantiam ſecundùm tempus: & ſicut oē tempus contine-
tur mirum in modum à ſimplicisſima æternitate, immo & ab æternitatis nunc, quod penitus eſt
indiuiſibile; ita & quæcunq; fiunt in decurſu totius temporis, ſub ſimplicisſimo ac penitus indi
uiſibili comprehendnutur intuitu, ſeu viſione Dei, quæ menſuratur æternitate, ſeu æternitatis
nunc: propter quod & ab æterno omnia ſunt pręſentia, & nnda & aperta oculi eius. Et quæ facta
ſunt. & quę fiunt, & quæ in perpetuum futura ſunt; non exiſtentibus in æternitate præterito,
& futuro, aut vmbreculæ cuiuſcunq; veſtigio. In medio deniq; differunt, quia licet in vtraq; me
dinm ſeu ſi mauis, formale principium, quo exercetur cognitio, ſit eſſentia Dei; vt pertinet tñ
ad præſcientiam intelligētiæ ſimplicis, & maioris qnodammodo videtur ambitus, & nihil requi-
rit quouis modo extrinſecū, vt oīa repręſentet intelligibilia, quouis pacto repręſentabilia ſint,
vt verò ſpectat ad præſcientiam viſionis, limitatioris quodammodo videtur latitudinis, quemad-
modum & (ſua retenta proportione) de obiecto dictum eſt: & requirit repręſentādarum rerum
compręſentialitatē, vt illas repręſentare poſsit. Requirit inq̃, non ꝙ illi præbeant rationem, aut
B repræſentandi vim, ſed quia ſunt neceſſaria conditio, ſine qua repræſentari non poſſent. Nec ſe-
quitur ꝙ dinina cognitio pendeat quouis modo à rebus creatis, ſed bene ſequitur, ꝙ talis co-
gnitio, quæ diuina eſt viſio, exerceri non poſsit niſi coexiſtētibus, ac compræſentibus rebus crea-
tis, quæ videndæ ſunt: quod non eſſe inconueniens vnuſquiſq; poteſt agnoſcere, qui perſpexerit
id eſſe, de propria & eſſentiali ratione viſionis &c.

Satisfit his præmiſsis de facili, difficultati motæ, pro qua primù loquar ſub cōditione, deinde
loquar abſolutè. Snb conditione igitur loquendo, Dico ꝙ ſi aliqua præſcientia Dei, excluderet
contingētiam, aut poneret neceſsitatem, illa proculdubio foret præſcientia viſionis. Cōſtat hoc
quia talis, vt diximus eſt circa futura &c. Et certum eſt ꝙ contingentia, & neceſsitas, ob quas diffi
cultas introducta eſt, circa futura futurorumùe euentus attēdendę ſunt. Abſolutè autem dico ꝙ
præſcientia viſionis, & neceſſariorum & contingentium futurorū eſt: verùm ex natura ſua, non
ponit neceſsitatem, aut excludit contingentiam: ſed bene ex natura ſua, in rebus viſis ſtatum ſup
ponit neceſsitatis, eo ꝙ præſentiam earum ſupponit actualem. Cōſtat aūt ex calce primi perhier.
ꝙ res quantumcunq; in ſe ſit cōtingens, ex præſentialitate tñ ſua, modum cuiuſdam adipiſcitur
C neceſsitatis: propter quod dicitur eo loci, ꝙ Socrates ſedēs, neceſſariò ſedet: & propterea verum
eſt ſcientiam viſionis, infallibilem eſſe, & præuiſa à Deo, ineuitabiliter euenire, non quidē quia
præcognita aut præuiſa à Deo, ſed quia in eſſe in rerum natura ſunt poſita, & per hoc ſunt, vt ta-
ctum eſt, neceſsitatem, & infallibilitatem, ſeu ineuitabilitatem ſortita: in qua poſitione, vt dixi-
mus, ſunt præuiſa ab eo. Quam tñ poſitionem in natura rerum (de cōtingentibus loquor) neceſ-
ſarium non fuit illas habere, quippe quæ ad illam ſe contingenter habebant, fueruntq; hunc in
modum determinatæ, quia ſic placuit determinari, vel quia ſic determinari contigit, dum tñ
alia facerent, vel facere ex intentione inſtituerent. Ex his manifeſte patet, ꝙ diuina præuiſio, hoīs
non deſtruit libertatem, ſed Deus ab æterno videt, qnæ homo operaturus eſt ex libertate, & pro
pterea videt q̃ futura ſunt: & quia videt illa in facto eſſe, palam ꝙ fruſtrari, & falli non poteſt &c.
Nec obſtat, ꝙ illa Deus inſpiret, ꝙ ſolicitet fatum, ꝙ inclinent cœli, ꝙ concnpiſcentia prouocet,
vt homo ſic velit: qm̄ nullum horum, nec oīa ſimul, hoīs valēt ſubtrahere libertatem, ant illā vio
lenter cogere: propter quod & peccatores excuſari non poſſunt, ſi ſic volunt vel faciūt. Vndè &
Oſeę. 12. ſcriptum eſt: Perditio tua ex te Iſrael. Nec valet ſiquis obiiciat, ꝙ ſi peccauit quis, Deus ſic
voluiſſe videtur: quippe qui non impediuit, & tñ impedire potuit: qm̄ etſi impedire potuit, tñ
D impedire non debuit, quia aliàs non diſponeret vniuerſa ſuauiter, nec moueret ſicut amatū mo
uet amantem: & deniq; nec hoīem in manu dimiſiſſet ſui conſilij, nec maneret immobilis ordo
præfixus in vniuerſo. Satis proculdubio eſt, ꝙ Deus prouocet nos frequenter ad bonnm. Satis ꝙ
ſignauit ſuper nos lumen diuini vultus, & legem dedit, à qua nefas eſt declinare. Ad tertiam eua
cuandam difficultatem eàdem ferè via, ſed magis compendioſa, incedendum eſt. Primò ergo tan
genda ſunt verba diui Thomæ, quæ à pręmiſsis diſſonare videntur, vt nodns elnceat difficultatis:
Secundò modus adducendus eſt, quo cōiter difficultas euacuari ſolet: Tertiò explicādum eſt, qd
nobis occurrit in hac ipſa re. Verba S. Th. ſunt, quæ habentur 1. q. 115. ar. 6. & 6. Methaphy. lect. 4.
in quibus aſſerit cauſam contingentię, concurſum per accidens fore cauſarum: explicatque in 6.
concurſum huiuſmodi habere poſſe cauſam per ſe, aliquam ſcilicet ſuperioris ordinis, exemplū
ponens de duabus herbis concurrētibus ſimul ad floritionē: quarū concurſus reducēdus videtur

in talem virtutem cœleſtem. Et in prima parte, dicit non eſſe verum, concurſum cauſam habe- E
re, per ſe, intelligens dictum ſuum in Methaphyſica verificandũ partialiter ſiue indefinitè, & in
prima parte falſificandum vniuerſaliter & abſolutè, vt egregiè declarat Caietanus ibidem ar. 6.
in 3. annotatione. Quæ verba vt conſtat, repugnant determinatis, quia de contingentia, ſiue cau
ſali, ſiue effectuali loquendo (vt loqui in citatis locis S. Thomas videtur) nunq̃ pro cauſa reddi-
tus eſt dictus concurſus &c. Modus, quo cõiter enacuatur difficultas, a Caietano tangitur, immo
& ab eo inuentus videtur, & conſiſtit in diſtinctione de cauſa effectualis contingẽtiæ, dicendo ꝙ
poteſt cõſiderari, & tractari dupliciter: Vno modo ex parte radicis: Alio modo ex parte comple-
menti. Et ꝙ S. Th. in præmiſsis locis ex parte loquitur complementi cauſæ contingentiæ: Et ſub
di poteſt ꝙ nos in præcedentibus locuti ſumus ex parte radicis; & hoc pacto difficultas tollitur, &
non malè iudicio meo. Modus aũt qui mihi occurrit, etſi cum diſtinctione eſt, alia tñ ratione fit.
Dico ergo, ꝙ de cauſa effectualis contingentiæ, poſſumus loqui, vel ex parte radicis, vel ſi mauis
cauſantis cauſæ, vel ex parte conditionis neceſſariò requiſitę. Si loquimur primo modo, dicẽdũ
eſt prout ſuperius in ſecunda parte diximus: Si loquimur ſecundo modo, dicendum eſt vt S. Th.
docuit. Ratio quæ vrget ad hoc, eſt, quia concurſus rõnem cauſandi non videtur habere, cum vl-
tra rem concurrentem, ſolùm habeat importare reſpectum: Vnde ſicut approximatio ad cõbu- F
ſtionem nõ cõcurrit, niſi vti conditio, ſine qua non eſſet, ita & concurſus ad cauſandum effectum
per accidens & contingẽtẽ, eſt conditio, ſine qua non fieret. Nec valet ſiquis obiiciat ꝙ tũc S. Th.
non reddidiſſet cauſam, cum conditio extra genus ſit cauſæ. Non inq̃, valet, tum quia re vera cõ-
tingentia non habet cauſam per ſe, & ideo iure reddi non potuit, & ſat fuit cõditionem adduce-
re, ad quam (vt ſic loquar) magis eiuſmodi obligantur effectus, tum & melius, quia cauſam reddi
dit, quę poteſt adduci, cum dixerit cum Ariſt. cauſam eſſe, agẽtia vt in pluribus, ſecundùm ꝙ defi
cere habẽt in paucioribus. Quare o primo iure reddita cauſa, valuit ad cõditionem tranſire. Hacte-
nus, de tertia parte, & per hoc de tota quæſtione. Ad laudem Dei.

FINIS.

DE INFINITATE PRIMI MOTORIS IN OCTAVO PHYSICORVM INVENTI. G

QVÆSTIO QVARTA.

Quæritur, an Motor primus in 8. Phyſic. inueſtigatus, ſit vigoris infiniti.

IN hac quæſtione, quatuor agenda ſunt. Primò declarandus eſt titulus, & quidem
diffuſè, quoniam ex illius cognitione ferè omnia pendent. Secundò pertractan-
dum eſt negocium principale. Tertiò perſtringendæ ſunt nonnullæ difficultates
annexæ. Quartò obiiciendum eſt cõtra determinationem principalem, & ſimul
ſatisfaciendum obiectis.

Quo ad Titulum, attendẽda ſunt duo: Subiectũ ſcilicet, & Prędicatum. Subiectum eſt. Motor
primus in. 8. Phyſic. inuẽtus. Pro cuius declaratione, conſiderandum eſt, primò, ꝙ prima facie, ſa-
tis videtur obſcurum, quo pacto, hoc in loco primus motor accipiẽdus ſit, & id potiſsimum pro-
pter duo. Alterum eſt, quia licet ſatis ſit conſtans, ꝙ eſt motor cœleſtis, non ſolum quia illi corre
ſpondet primum mobile, quod indubiè eſt corpus cœleſte, ſed qa ille producit primum motum, H
qui vt habetur in eodem 8. à tex. 55. vſq; ad tex. 77. eſt circularis, qualis eſt motus cœleſtis; non ap
paret tñ an reſtringẽdus ſit ad motorem primi orbis, an extendendus ad totum genus motorum
cęleſtium, quemadmodum & per primum corpus nõnunq̃ intelligimus primum mobile abſolu
tè, nõnunq̃ totum globum cœleſtem, ſicut 1. cœli, tex. com. 12. & 13. intellexit phyloſ. Et quidem
ꝙ accipiendus ſit pro primi orbis motore, & rõ, & authoritas vrget. Ratio quidem, quia ille ma-
gis dignus eſt noĩe primi motoris, p̃ſertìm cum videatur motor totius: Authoritas vero, quia in
tex. 84. de primo motore in p̃cedentibus inueſtigato loquens, oñdit, ꝙ eſt in circunferẽtia primi
orbis, & in circulo æquinoctiali (vt cõiter dicitur) & maximè ex parte orientis. Conſtat aũt, ꝙ ta-
lis eſt motor primi cęli, & non totum genus motorum cęleſtium. In contrarium tñ eſt, qa Ariſt.
poſtq̃ oſtendit à tex. 21. vſq; ad 52. ꝙ deueniendum eſt ad primum mouẽs, quod ſe ipſum mouet,

& ꝙ

A & ꝙ diſtinguitur in duas partes, quarum vna eſt mouens, & alia mota, & ꝙ illa mouens eſt oĩno
immobilis (motu. ſ. phyſico) tam per ſe, q̃ per accidens, ſubdit in tex. 52. partem motam (quam cõ
ſtat eſſe motam per ſe) poſſe moueri per accidens, ad motum videlicet alterius orbis. Ex quibus
apparet, ꝙ per partem motam non intelligit primum corpus, ſeu primum orbem, q̃m ille non
poteſt rotari per accidens, ſed intelligit totum globum cœleſtem, qui ratione alicuius orbis par-
tialis (vel etiam plurium) poteſt rotari per accidens. Ergo ſequitur pariſormiter, ꝙ per primum
motorem intelligat totum genus motorum cœleſtium.

Reliqnum eſt q̃a ſiue vno modo ſiue alio, primus motor accipitur, nihilominus remanet non
facile dubium, propterea ꝙ non ſolùm primo orbi, ſed ſingulis cęlis duplex motor communiter
attribuitur: Coniunctus. ſ. & ſeparatus. Coniunctus, ſolet appellari anima, ſeparatus intelligẽtia.
Quò fit, vt & duplex genus conſtituatur motorum cęleſtium: Alterum coniunctorum: Alterum
ſeparatorum. Et ita dubium remanet, de quo motore, ſeu motorum genere intelligendum ſit.
Et quidem vtràq; ex parte ſunt motiua & rationes. Nam ꝙ intelligatur de motore coniuncto,
expreſſa probatur authoritate, & Ariſt. & S. Thomæ, & Commen. Ariſt. quidem, quia vult motõ
rem primum, (de quo ſermo) partem eſſe mouentis ſeipſum, ſicut anima pars eſt aĩalis, vt colligi
B tur à tex. 21. vſq; ad 45. octaui: S. Tho. vero, quia dicit 1. contra gen. cap. 13. ꝙ motor inueſtigatus in
octauo, non eſt primus motor abſolutè, ſeu (quod idem eſt) motor omnino ſeparatus, puta Deus
glorioſus, q̃a talis inueſtigatur in 12. Meth. ſed eſt motor coniũctus, qui eſt pars mouẽtis ſeipſum.
Commen. autem, quia idem innuit primò cęli com. 22. Quòd vero intelligatur de motore abſtra
cto, vel ſeparato, etiam eorundem põteſt authoritatibus ſuaderi. Siquidem Ariſt. in tex. 86. qui &
& vltimus eſt ipſius octaui) dicit expreſsè motorem illum, nec eſſe corporeum, nec ĩ magnitudi-
ne, eo ꝙ eſt infinitæ virtutis. Sanctus Thomas quoq; 1. contra gen. eo loco, qui ſupra, vult Deum
glorioſum eſſe motorem ſeparatum: & in calce octaui phyſicorum, loquens de motore in eodẽ
inuento dicit, ꝙ eſt Deus benedictus in ſæcula. Commentator etiam com. 84 octaui tractãs, quo
modo primus motor eſt in circunſerentia cęli, ſubiicit. Propter quod & omnes leges volunt
Deum habitare in cęlo. Alibi quoq; ſępe docet, intelligẽtias ſiue entia abſtracta & ſeparata eſſe,
probari non poſſe niſi à phyſico. Ergo motor ab eo inueſtigatus, eſt motor abſtractus, & non cõ-
iunctus. Hæc ſunt quæ obſcuritatem pariunt de acceptione primi motoris in octauo phyſico-
rum inuenti.

C Verùm ſi rem diligenter excutimus, nihil erit obſcurum. Et quod ꝓductum eſt, primo loco,
facile eſt videre, ꝙ etſi ùtraq; pars defendi forſitan poſſet, melius tñ eſt, ſi dicamus & quidem con
formiter ad Ariſto. ꝙ nomine primi motoris ſimpliciter & abſolutè vnus ac ſingularis motor in
ꝓpoſito accipiendus eſt, q & motor eſt totius, etſi cui certo mobili appropriandus eſt, indubiè ap
ꝓpriandus eſt mobili primo: Propter qđ & ritè in illius circunſerentia potiſsimũ collocatur, &
eſt à quo motus diurnus ꝓducitur. Nec obſtant, q̃ adducta ſunt in contrarium, ex. 52. tex. Tum q̃a
illa verba à philoſ. non videntur adducta, ad ꝓbandum ꝙ pars mota primi mouentis, poſsit mo-
ueri per accidens, ſed ad oſtendendum potius, ꝙ non repugnet (quodam per accidẽtalitatis mo-
do), aliqua ſemper moueri per accidẽs. Tum q̃a admiſſo eo ſenſu, qui agruendo acceptus eſt, etiã
non habetur intentum, q̃m ſicut oẽs cęli mouentur motu diurno, ita oẽs videntur eſſe pars pri-
mi mouentis, qui eſt vnus & ſingularis mouens, q̃m ille motor eſt totius, quemadmodum dictũ
eſt: Immo potius habetur opoſitum, puta ꝙ ille vnicus motor aliquam ſui partem, cui. ſ. coniun-
geretur ꝑ ſe primò, moueret ꝑ ſe: aliquam verò, cui. ſ. non coniungeretur ꝑ ſe primò, moueret
per accidens, ad cuius tñ motum ipſe non moueretur, Quòd verò ſecundò allatum eſt, etiam dif
ficile non eſt reſoluere. Et ſuppoſito (vt in tertia quæſtionis parte determinabitur) ꝙ cęlũ quod-
D libet duplici moueatur motore realiter diſtinctis, & ambobus iuxta numerum cęleſtium orbiũ
realiter multiplicatis: dicimus, ꝙ alterũ è duobꝰ oportet aſſerere, aut. ſ. ꝙ de vtroq; motore loqui-
tur Ariſt. in octauo, aut ꝙ ſolum loquitur de motore cõiuncto (ſiquidem ꝙ de penitus ſeparato
loqui non poſsit, verba & S. Th. & Com. ꝓſertim in 1. cęli videntur conuincere.) Si itaq; Ariſt. lo-
qui credimus de vtroq; motore, videntur oĩa conſonare, quoniam interpetrando dicta, nunc ꝓ
motore coniuncto, nunc pro ſeparato, cuncta ſaluantur, non ſolùm q̃ habentur ab Ariſto. ſed &
quæ habentur à S. Thoma, & Commentatore. Nam quando Ariſt. dicit ꝙ primus motor eſt pars
mouentis ſeipſum, intelligetur de primo motore coniuncto; q̃n dicit ꝙ nullo pacto eſt in magni
tudine, intelligetur de primo motore penitus ſeparato. Similiter quando S. Thomas dicit, quòd
ille eſt pars, & quòd eſt coniunctus, de motore intelliget, qui eſt anima, & quando dicit quòd eſt
Deus, de motore intelliget, qui eſt ſeparatus. Et cum dicit ꝙ in duodecimo Ariſtoteles ĩueſtigat

motorem alium,verum erit,q̃a ibi motorem inueſtigat ſolummodo ſeparatum, ſeu(vt melius) E
motorem ſeparatũ totius,q̃ eſt Deus,de quo poſtmodũ in tertia parte.Com.quoq; dicta,q̃ diſſo
nare videntur,eodem concilianda ſunt pacto,vt ex ſe ipſo liquet. Videtur proinde & talis inter
pretatio maximè congrua:Tum q̃a phyſicus inueſtigare non põt diſtinctionem vtriuſq; moto-
toris,cum illa non habeatur per principia phyſica,aut per motum naturalem p̃ciſè:Tum quia ſi
illud poſſet,non incongrueret de vtriſq; loq̃,perinde ac de vno, eo q̃ dicti duo motores videñt
vnum quodammodo integrare motorem,q̃ cauſa integra eſt motus ipſius cœli. Vnde & Com.
12.Meth.co.41.dicit,q̃ motus cęli à duplici conficit̃ motore,quorũ alter eſt motionis infinitæ,&
ẽ cauſa ꝑpetuitatis motus,alter vero finitæ,& ẽ cauſa determinatæ velocitatis eius: ille eſt ſepara
tus,& iſte coniunctus.Conſtat aũt,q̃ ſicut motus cęli integratur ex perpetuitate, & determinata
velocitate,ita & conuenienter motor illius ex duplici poteſt integrari motore.

Iſtum dicendi modum olim adinueneram , & ſatis videbatur quadrare: modo tñ magis mihi
probatur,quem immediatè ſubiicio,eo q̃ magis videtur conſonus ſniæ S.Th.& Com.Auerrois.
Vnde dicẽdum puto q̃ Ariſt.in octauo loquitur de motore cõiuncto præciſè , & illum primum
motorem appellat,qui aĩa eſt totius aliquo modo,licet non niſi per informationem,aĩa ſit mo-
bilis primi,vt in tertia parte manifeſtabitur:quare ad ea,q̃ videntur ſonare contrarium, reſpon- F
dendum eſt.Quando ergo dicitur,q̃ Ariſt.vult motorem non eſſe corporeum, aut in magnitu-
dine,dico q̃ verum eſt ad ſenſum quem intẽdit. Non enim intendit excludere informationem,
vel aĩationis actum ab eo,ſed extenſionem.Vnde idem eſt,ac ſi diceret,q̃ non eſt extenſus in cor
pore vel in magnitudine,cũ quo ſtat,q̃ ibi ſit,ſicut aĩa intellectiua eſt in homine.Vnde & S.Th.
1.con.gen.cap.20.dicit q̃ rõ Ariſtolis non concludit abſtractionem,& ſeparationem maiorem,
quàm ſit abſtractio , & ſeparatio animæ intellectiuæ , quatenus.ſ.talis eſt: Et hoc idem voluit
Com.1.de Cœlo com.22.Et qñ S.Thomas in fine octaui,de primo motore loquens dixit.Qui eſt
Deus benedictus,Reſpondetur quòd S.Thomas non protulit illa verba,quia motor ibidem in-
ueſtigatus eſſet Deus benedictus eſſentialiter,ſed quia Deus eſſet virtualiter,id eſt non q̃a Deus
eſſet ratione eſſentiæ,ſed ratione p̃ſtitæ ſibi virtutis.Nam ſicut ex dicẽdis patebit,motor de quo
loquitur eo loco,nõ agit infinitum motum virtute propria, ſed virtute diuina.Ergo cum ibi ſer
mo ſit quidem de motore coniuncto,ſed vt motum agit perpetuum,conſtat, q̃ non ſolùm abſq;
diſſonantia,ſed & maxima cum perſpicacia S.Th.potuit illa verba ꝓferre. Vel dicitur q̃ cum eſſe
primum motorem,& virtutis infinitæ,prædicata ſint ſimpliciter congruentia Deo , neceſſe eſt, G
vt cuicunq; verè tribuuntur,ex aliqua connexione,vel incluſione Dei tribuantur,propter quã
non inconuenit,ſi qñ Dei nomen recipiunt,quod & factum eſt in eo loco.Propter quod licet il-
le motor non ſit primus motor abſoluté,facile tñ per illum eſt ad primum motorem abſolutè de
duci:nec ea de ratione abſonum eſt,ſi quis rationibus Ariſto.in octauo poſitis,ad oſtendendum
Deum eſſe,aliqñ vti voluerit,non quod illę formaliter iſtud concludant,cum(vt dictum eſt)nõ
tranſcendant animam, ſed quia ad hoc virtualiter deducere poſſunt : quo quidem pacto & illis
nonnunq̃ vſus eſt S.Tho.Conſimiliter reſpondebitur ad dicta Commentatoris , q̃uis etiam addi
poſsit,q̃ illud,quod dixit Deum habitare in Cęlis,non cogit illum opinatum eſſe, motorem pri
mum in octauo inueſtigatum,Deum eſſe ſimpliciter & abſolutè,cum & conſuetum ſit apud Pe
ripateticos,etiam Cęli aĩam Deum appellari.Illud quoq;,quod tactum eſt de ipſius mente(phy-
ſicũ probare entia abſtracta,ſeu intelligentias eſſe)non intelligitur,q̃ phyſicus illud formaliter
concludat:ſed quia ex parte noſtri , ad illud probandum fundamenta neceſſaria ſubminiſtrat,
quemadmodum & aliàs manifeſtauimus &c.Hactenus de ſubiecto tituli, ſupereſt vt accedamus
ad prædicatum,quod quidem ſic dicit.

Habeat,virtutem motiuã,vigoris ĩfiniti.In quo ſingulæ particulæ adnotãdæ ſunt.Quò igitur H
ad particulam(Habeat)Adnotãdum eſt q̃ licet multis modis diſtingui poſſet, eo q̃ habere qua-
tuor modis dr̃ 5.Meth.tex.com.28.breuitatis tñ cauſa,aliis acceptionibus p̃termiſſis,dico,q̃ ſecũ-
do modo ibi poſito accipienda eſt:ſm.ſ.illum modum,quo ſubiectum habere dr̃ paſsionem,aut
ſubſtãtia proprium accidẽs. Quo pacto(ſi formaliter loquimur)dicit illud paſsiuum inexiſtere,
quo proprium inexiſtit accidens,quod & fundamẽtum eſt denominationis intrinſecæ,ſicut no-
tum eſt in Methaphyſicis.Ergo cum dictum eſt,habeat,ĩtelligitur eo modo,quo ſubiectum ſuæ
ſubſternitur paſsioni,& ſubſtãtia ꝓprio accidẽti,ſiue id verificetur in actu,ſiue verificetur in vir
tute.Quod ideo dixerim,q̃a duplex inuenitur opinio circa hoc,dum quidam volũt,q̃ virtus mo
tiua aĩæ cœleſtis,ab eius eſſentia realiter diſtincta nõ ſit,& p hoc q̃ illius nõ ſit actualiter ꝓpriũ
accidens,ſed virtualiter,hoc eſt q̃ perinde ſe habeat,ac ſi illius accidens proprium foret:quidam

vero

A verò ꝙ realiter diſtincta ſit, & per hoc ꝙ illius ſit proprium, & actualiter accidens, & hi quidem veritatem habent, vt alibi determinatum eſt. Quò ad particulam (Virtutem) Adnotãdum eſt, ꝙ virtus in ꝓpoſito non auditur pro habitu, qui bonum facit habentẽ, ſed auditur ꝓ vi, ſeu naturali potentia aliquid faciendi: ꝑꝑ quod accidens eſt poſitũ, nõ in prima, ſed in ſecunda ſpecie qualitatis. Quò ad particulam (motiuam) Adnotãdum eſt, ꝙ cum virtus motiua, virtus ſit, ad motum habitudinem habens, ſicut eſt multiplex motus, ita & motiua virtus multiplex eſt. Siquidem eſt motus localis, eſt motus alterationis, eſt motus augmẽti &c. Ergo erit & virtus motiua localiter, & virtus motiua alteratiuè, & virtus motiua augumẽtatiuè, &c. In ꝓpoſito aũt virtus motiua ſumitur pro motiua localiter. Et quidem merito, quia ſermo eſt de virtute motiua cœleſtis aĩæ, quam conſtat, per ſe primò, motiuam eſſe ſm locum. Dico per ſe primò, quia non incõuenit, illam ex conſequenti, mouere etiam ſm alterationem, & augumentum &c. Cum & alteratio & augmentum &c. ad motum conſequantur cęli. Item aĩaduertẽdum ꝙ in aĩa cęli, de qua ſermo, triplex virtus eſt, q̃ poteſt nuncupari motiua. ſ. intellectus practicus, voluntas, & potentia executiua: cũ oẽs effectiuè ad localem motum concurrant. Et intellectus quidem dirigendo; voluntas imperãdo, potentia executiua exequendo, & eliiciendo: Oportet. n. ꝙ per intellectum practicum, illa non
B ſolùm motum apprehendat, quem producere habet, & modum, quo ipſum ꝓducere debet, ſed & ꝙ ſm dictam apprehenſionem, illum, dum exequitur, reguler. Nec ſatis eſt, hũc in modum apprehendere, ſed neceſſe eſt, vt per voluntatem, quod apprehenſum eſt, imperet, eo tñ pacto, quo voluntati conuenit imperare. Nam vt S. Tho. docet. 16. q. primæ ſecundæ, Imperare propriè eſt intellectus, ꝑꝑ motionem tñ, q̃ ad imperium de neceſsitate concurrit, nõ raro attribuitur voluntati. Et tandem, vt per potentiam executiuam motum imperatum eliiciat, ac executioni tradat. Patet hæc ex ſe, exemplo domificatoris, & ſtatuifici. Exiſtẽte itaq;, in aĩa cœli, triplici virtute motiua: in pſenti ſermo non eſt, niſi de motiua executiuè. Rurſum conſiderandum, ꝙ motiua executiuè, habere poteſt ad localem motum, habitudinem triplicem, ſm ꝙ tria reperiuntur in eo: Nã in eo reperitur ſubſtãtia motus, puta vt ſic dicam Vbeitas, reperitur quantitas motus, puta Duratio, & reperitur velocitas motus, puta tanta cęleritas, quarum prima erit ad motus ſubſtantiam, ſecunda ad motus quantitatẽ, & tertia ad motus velocitatem: Et iuxta primã, virtus motiua, erit productiua motus; iuxta ſecundam erit quantificatiua motus, & iuxta tertiam erit velocitatiua motus. Ad pſens aũt virtus motiua executiuè, ſumẽda eſt ſecundùm oĩa hæc, ideſt & prout habet
C rationem productiui, & quantificatiui, & velocitatiui motus.

Quo ad particulam (Vigoris) Adnotandum eſt, ꝙ Vigor importare videtur, quandam perfectionem virtutis, puta efficaciam, & robur ad vigorãdum, & in plenitudine facultatis conſtituẽdum, vt validè producat operationem: vt patet (ſi nõ fallor) ex cõi oĩum acceptione. Ergo vigor, virtutis motiuæ, eſt perfectio, &, (vt ſic dicam) robuſtitas: qua quaſi formaliter conſtituitur valida, ad plenè mouendum. Etſi ea ſumitur ex parte, qua productiua eſt motus, valide conſtituitur ad plenè producendum motum: ſi ex ea, qua quantificatiua eius eſt, ad plenè quantificandum illũ: ſi ex parte, qua velocitatiua, ad plenè velocitãdum eũdem &c. Et ſcito ꝙ vigor virtuti alicui cõgruẽs, illi & ab intrinſeco, & ab extrinſeco, cõgruere põt: ſicut patet, de vigore naturalis caloris in aĩali, q̃ ſibi cõgruere habet ab intrinſeco, ex natura propria, & ab extrinſeco ex aſsiſtentia aĩæ: cuius eſt inſtrumentum ad generandum carnem &c. In propoſito itaq;, vigor virtuti motiuę attributus, ſumitur indiſtinctè: non ſolum, vt comprehendamus vigorem, illam validè conſtituẽtem, ad producendum, quantificandum, & velocitandum motum, ſed etiam comprehendamus illum, ſiue ſit ab intrinſeco, ſiue ab extrinſeco: qm̃ de his oĩbus agẽdum eſt. Quò ad particulam (Infiniti) Adnotandum, eſt ꝙ infinitum, vt conſtat, componitur ex, in, & finitum, & In, quidem
D idem eſt quod non: Finitũ vero idem ꝙ finem habẽs. Et quo ad non: vt cõiter dicunt logici, & rectè, accipi põt, & negatiuè purè, ſicut cũ exercet negãdi actum indifferẽter, & abſolutè: & negatiuè priuatiuè, vt cum exercet negãdi actum, nõ indifferẽter & abſolutè, ſed in ſubiecto apto nato: ꝑꝑ quod, & (vt dr̃) aptitudinem connotat in ſubiecto: Et q̃uis cum componitur cum finito, non nunq̃ vtroq; modo accipi conſueuerit: in pręſenti tñ nõ accipitur niſi negatiuè purè. Quo ad finitum, ſiue finem habens, cum finis accipiatur tripliciter, palam ꝙ & tribus modis intelligi poteſt. Finis enim aliqñ accipitur pro termino, vt finis vię, quo modo acceptus eſt. 5. Meth. tex. com. 22: aliqñ pro complemento, vt finis calcei aut pallij, & hoc pacto eſt in frequẽtiſsimo vſu: aliqñ pro cuius gratia aliquid fit, & ſic acceptus eſt 2. phyſi. & 5. Meth. cum tractatur de cauſis. Iuxta primã acceptionem, finitum dicitur terminatum, iuxta ſecũdam completum, iuxta tertiam ordinatum ad aliquid, cuius gratia eſt. Et in propoſito ſumitur primò modo: & ꝑpea idem eſt infinitũ quod

nō terminatum. Quibus ſi addideris, ꝙ particula infiniti, cum particula eſt aptanda, vigoris dire- E
ctè quidem, & per ſe, vt amborum genitiuus oſtēdit, manifeſtè concludes, ꝙ idem eſt dictu, vigo
ris infiniti, & vigoris non terminati. Vbi ꝓ meliori notitia conſideranda ſunt duo. Alterum eſt,
ꝙ infinitas, licet negatiuū quid formaliter ſonet, modum tñ quēdā circumloquitur poſitiuum,
vt ex dictis Caiet. 1. parte accipi pōt. q. 7. ar. 1. & in pſenti infinitas q̃ diſcutitur, cū formaliter infini
tas non ſit virtutis, ſed vigoris, non oportet, ꝙ ſi ponatur in virtute motiua, illam conſtituat illi-
mitatam in rōne motiuæ virtutis, maximè ſi talis vigoris infinitas, ex intrinſeco non ꝓueniat. Re-
liquum eſt ꝙ cū rō finiti & infiniti, ſeu quod idem eſt finitas & infinitas quātitati congruant, vt
primo phyſicorum dicitur tex. co. 15. neceſſe eſt, ꝙ ſi infinitas eſt attribuenda vigori, ꝙ illi ſm ali-
quam attribuatur quātitatem, q̃ ſit in illo reperta. In vigore autem duplicem reperire poſſumus,
quantitatem, eſſentialem ſcilicet & gradualem. Et eſſentialis quidem iuxta latitudinem attendi
tur prędicatorum eſſentialium (habet enim vigoris entitas, ſua prędicata quiditatiua) & iuxta
hanc latitudinem non eſt infinitus niſi ille forſan, qui virtutis eſt infinitæ quiditatiua infinita-
te, qualis eſt virtus diuina ſimpliciter & abſolutè. Gradualis vero iuxta latitudinē attenditur gra
duum intenſionalium, ſicut & quantitas gradualis albedinis, & cuius vis alterius conſimilis for-
mæ, & ſecundùm hanc quantitatem, vigor infinitatem ſortiri poteſt: & hanc diſcutimus in præ- F
ſenti. Hactenus de prædicato.

Ex his ergo diſcuſsis ac reſolutis, clarus eſt ſenſus tituli, Quęritur itaq;, an motor primus nō ab
ſolutè, ſed in 8. phyſi. inueſtigatus. Et per hoc an aīa primi orbis habeat actualiter vel virtualiter
iuxta ſenſum expoſitum, velut accidens ſibi proprium, virtutem ideſt vim & naturalem poteſta-
tē motiuam ſecundùm locum, non quidem quocunq;: qm̄ non directiuè, vel imperatiuè, ſed exe
cutiuè, & hoc tam ſecundùm habitudinem productiui, q̃ ſecundùm habitudinem quantificati-
ui, & velocitatiui motus, vigoris, hoc eſt roboris & perfectionis, ſiue ab intrinſeco, ſiue ab extrin
ſeco, infiniti, hoc eſt non terminati, & hoc ſecundùm latitudinem non eſſentialem ſed gradua-
lem, quod perinde eſt, an habeat totam latitudinem ſuorum graduum. Et id ſecundùm mentem
philoſophi. Et hæc de prima quæſtionis parte.

Quò ad negocium principale, pmittēdum eſt, ꝙ in hac q̃ſtionis parte, ordinem ſeruare nō poſ
ſumus, quē in conſimilibus, ſeruare ſolemus, (qm̄ primùm ſolemus aliorum opiniones adducere
ſuis cum fundamentis, impugnationibus, & fundamētorum euerſionibus; deinde rem determi-
nare iuxta ſuam ꝓpriam: ꝓpea ꝙ in hac re, circa negotium principale, nō videntur poſteriores G
aliquid determinaſſe, cum nullus pter S. Tho. diſtinctionem inter primum motorem inueſtiga-
tum in. 12. Meth. & inueſtigatum in 8. phyſi. (ni fallor) aīaduerterit, ſed ambos vnum & eundem
eſſe penitus ſuppoſuerint. Hoc præmiſſo rem accedentes, tres ponemus cōcluſiones ſuis cum pro
bationibus, & declarationibus. Et iſta ſit prima.

Primus motor in. 8. phyſi. inueſtigatus habet virtutem motiuam (ad ſenſum expreſſum in de
claratione tituli) quæ ſm ꝙ quantificatiua eſt motus, vigorem habet infinitum, non quidem ab
intrinſeco, ſed ab extrinſeco, à motore. ſ. primo ſimpliciter, & abſolutè: hoc eſt, à Deo benedicto,
primi orbis motore ſeparato pręſtitam, vel communicatam. Probatur & declaratur ſimiliter iſta
concluſio tribus fundamentis præmiſsis. Quorum primum eſt. Motor coniunctus, ſeu anima cę-
li, qualis eſt motor, de quo ſermo: habet ſe ad motorem ſepararum, ſicut inſtrumentalis motor
ad principalem motorem. Probatur hoc, tum ex communibus, tum ex ſpecialibus. Ex communi
bus quidem, quia regulariter tenetur, ꝙ omnis ſecundarius motor habet ſe ad primum motorē,
nō ſecus ac inſtrumētū eius. Et hoc haberi poteſt, non ſolùm paſsim à ſectatoribus Ariſt. & maxi
mè à S. Tho. ſed & ab ipſomet Ariſt. 8. phyſi. tex. com. 34. 35. & 36. Conſtat autem ꝙ anima & in-
telligentia, reſpectu motus cœli habent ſe, vt primarium & ſecundarium mouens. Ergo &c. Ex H
proprijs verò quia Com. 12. Meth. com. 44. loquēs de motore coniuncto, ſiue aīa ipſius cęli, vult,
ꝙ habeat ſe ad motorem ſeparatum, ſicut famulus, vel ſicut ſeruiens ei. Conſtat aūt ex Politicorū
primo, ꝙ ſeruus organum, ſeu inſtrumentum eſt dñi ſui. Ergo &c. Secundum eſt. Licet inſtrumē
tum ex propria virtute, quatenus res tali eſt, habere poſsit aliquam operationem, immò neceſſa
riò aliquā habere debeat, q̃ pṽia ſit operationi agentis principalis, quatenus tñ inſtrumētum eſt,
ꝓpria non operatur virtute, ſed virtute principalis agentis, quæ ſibi communicatur ab eo. Pro-
batur. Et quo ad primam partem, probatur, rōne & exemplo. Ratio eſt, q̄a non qdē ob aliud ne-
gant ſacri Theologi & S. Th. pſertim, creaturā poſſe inſtrumētaliter ad creādum concurrere, niſi
q̄a habere non pōt operationē in creatione præuiā. Cum. n. creatio ſit ex nihilo, palā ꝙ illi aliqd
non ſupponitur, in quod operationē præuiā exercere valeat. Exēplum eſt in arcu & cythara. Vbi

ſatis

A ſatis apparet, ꝙ operatio, puta motio arcus & fidium, q̃ operatio eſt inſtrumẽti, vt res eſt, ſaltem
naturaliter ꝑuia eſt melodiæ, q̃ operatio eſt inſtrumenti, vt inſtrumẽtum eſt. Nec obſtat ſi ex am-
bab⁹ ſit modulatio, qñ cum vna quodãmodo ſubſternatur alteri, motio. ſ. melodię, haud dubiũ,
ꝙ illa natura ꝓcedit: Vnde & eſſe põt motio, ſine hoc, ꝙ melodia ſequatur, &c. Quò ad ſecundã
partem ꝓbatur, rõne & authoritate. Rõ eſt, qa inſtrumentum quatenus inſtrumentum attinge-
re habet ad effectum principalis agentis: Ergo opus eſt, vt illius virtute ad illum attingat. Ante-
cedens notum conſequentia ꝓbatur. Quia effectus ille cum ſit proprius agenti principali, neceſ
ſe eſt, vt à quocunq; ꝓficiſcitur, principalis agentis virtute ꝓficiſcatur. Authoritas eſt S. Th. 4. cõ
tra gen. cap. 56. in fine, vbi hæc verba dicit. Inſtrumẽtum quatenus inſtrumentum, non operatur
virtute ꝓpria, ſed tñ virtute agẽtis principalis. Tertium eſt. Primus motor abſolutè, ſiue motor
primi orbis ſeparatus, eſt Deus benedictus, q ꝑ ſe primò ꝑpetuitatem diurni motus ꝓducit, in cu
ius ꝓductione vigore vtitur infinito. Hoc fundamentũ hẽt tres ptes. Prima eſt. Quòd motor pri-
mi orbis ſeparatus, eſt Deus. Et hæc ꝓbatur ad mentem Ariſt. ex ſnĩa S. Th. 1. contra gẽn. cap. 13. &
tertio eiuſdem cap 68. Poſſet & ꝓbari de facili ex dictis Com. 12. Meth. com, 41 & 44. ſed ꝑmiſſa
ſint ſatis. Secunda eſt. Quod ꝑ ſe primò perpetuitatem diurni motus ꝓducit. Et hæc declaratur,
B & probatur. Declaratur aduertendo duo. Primum eſt. Quòd ꝑ ſe primò ꝓducere, poteſt duob⁹
modis intelligi. Vno modo vt ꝑ ſe primò idem ſit ꝙ non per accidens, & independenter, adeo ꝙ
particula ꝑ ſe excludat ꝑ accidens, & particula primò excludat depẽdentiam. Et ſenſus eſt ꝙ pro-
ducit ꝑpetuitatẽ diurni motus, & ꝑ ſe, hoc eſt non per accidens, & primò hoc eſt non dependen-
do in tali ꝓductione, aut non mendicando, ſi mauis, talem productionẽ ab alio: Et hic ſenſus eſt
verus & recipiendus. Alio modo, vt ꝑ ſe primò idem ſonet, ac ſi dictum ſit ſm rõnem ꝓpriã ꝓdu
ctiuæ virtutis, de qua ſermo. Et hic quoq; ſenſus eſt verus & acceptãdus, & ponitur à Dño Caiet.
Pro cuius clariori notitia conſiderandum, ꝙ aliquid ꝓduci à quapiam ꝓductiua virtute contin-
git dupliciter. Vno modo rõne ſuę formalitatis, qua. ſ. virtus talis eſt: Alio modo rõne conditio-
nis eidem connexæ, ſiue neceſſaria ſiue contingens ſit dicta connexio. Ad inſinuandum ergo ꝙ
ſermò ſit de producente, ſiue ꝓductiua virtute ſm rõnem, qua virtus ꝓductiua eſt, & non ſm ali-
quam conditionem annexam, putat Dñs Caiet. apponendam eſſe particulã ꝑ ſe primò. Nã cum
perpetuitas motus, à ꝓducente motum ex duobus capitibus prouenire poſſit, aut. ſ. ex rõne virtu
tis productiuæ, ſiue quantificatiuæ motus, aut ex conditione, puta ex immobilitate annexa ꝓdu
C centi motum, vt patet ex his, q̃ traduntur in octauo, & primum quidem, in tex. 78. & 79. ſecun-
dum vero in tex. 85 Cum additur particula ꝑ ſe primò, denotatur ꝙ de producente ſm rationem
virtutis motiuæ, ſeu quantificatiuæ motus, vt ſic, ſermo eſt. Erit igitur ſenſus iuxta ꝑſentem do-
ctrinam: Quòd primus motor ſeparatus, q eſt Deus benedictus, producit perpetuitatem diurni
motus ꝑ ſe primò: hoc ẽ ſecundũ id, cui conuenit per ſe primò producere, hoc eſt non ſecundũ
conditionem annexam, puta immobilitatem, ſed ſecundùm rationem virtutis motiuæ, ſeu quan
tificatiuę &c. Hi duo ſenſus vel modi interpretandi ꝑ ſe primò ꝓducere, ſi perſpicaciter conſide
rentur, nõ ſunt prorſus diuerſi, ſed ſatis cognati, & poſſunt quodammodo coincidere, ꝓpea neu
ter dimittendus eſt. Secũdùm eſt. Quòd motus diurnus licet principaliter motus ſit primi orbis,
cõicatur tñ etiam oĩbus inferioribus cœlis, vt ſenſu manifeſtè conuincitur. Et licet perpetuitas
diurni motus cuiuſcũq; cęli ſit etiam à Deo benedicto per ſe primò, vt ex inferius manifeſtandis
apparet in ꝓpoſito tñ ſat ſit loqui de perpetuitate diurni motus primi mobilis. Probatio habetur
iſto pacto. Perpetuitas motus diurni effectus eſt nobiliſsimus, immo diuinus: Ergo cauſam habe-
re debet per ſe primò productiuam ſui, ſed illa eſt motor ſeparatus, qui eſt Deus: Ergo &c. Ante
cedens probatur. Et pro prima parte conuincitur ex hoc, ꝙ talem perpetuitatem maximè, conſe
D quitur generabilium & corruptibilium perpetuitas, quod eſt valde nobile, immo nobiliſsimum
eorum omnium, quæ in ſphęra actiuorum & paſsiuorum ſunt. Propter quod & oĩa in ea cõtẽta
pro viribus ad huiuſmodi perpetuitatẽ conantur, ac pro ea agunt quicquid agunt, vt dicit Com.
2. de Cęlo, com. 17. Quòd aũt ꝑpetuitatẽ primi & diurni motus, conſequatur maximè, generabi-
lium & corruptibilium perpetuitas, ex 8 phy. colligitur tex. 46. & 47. Pro ſecunda aũt parte ꝓ-
batur ex 2. de Cęlo tex. com. 17. Vbi dicitur ꝙ ſempiternitas eſt ꝓprium diuinitatis opus. Et S. Th.
dicit ibidem, ꝙ entia tñ videntur habere diuinitatis, quãtum habent & ꝑpetuitatis. Conſequen
tia ꝓbatur, qa maior ſemper eſt ſolicitudo naturę circa ea quæ nobiliora ſunt. Ergo cum multa
vilia & ignobilia habeant cãm ꝑ ſe primò, ſequitur &c. Confirmatur quia cum in motu diurno
ſit, tum determinata velocitas, tum perpetuitas eius, ſi illa, q̃ longè ignobilior eſt (vt & ſatentur
oẽs) cauſam habet ꝑ ſe primò, à fortiori, & hæc q̃ maximæ eſt ꝑſtatiæ, cauſam habet per ſe primò.

Confirmatur

Confirmatur adhuc, q̃a aut dicta ſempiternitas cauſatur per ſe primò, aut ꝑ accidẽs: vel ꝑ aliud. E
Si primum, habetur intentum. Si ſecundum, cum oẽ per accidẽs, vel ꝑ aliud, reducatur ad per ſe, vt patet 2. phyſi. tex. com. 33. & 8. tex. com. 39. neceſsè eſt, ꝙ illi tãdem cauſa aſsignetur per ſe: Sed illa non videt̃ aliud à primo motore ſeparato ſeu Deo benedicto, vt patet. Ergo &c. Multa adduci poſſent pro hac parte, ſed potes conſulere Caietanum in propria quæſtione.

Tertia pars eſt. In cuius productione vigore vtitur infinito. Et hæc declaranda & ꝓbanda eſt. Pro cuius declaratione conſiderandum, ꝙ perpetuitas diurni motus aliud nõ videtur importare, q̃ infinitam quantitatem durationis eius. Vbi ꝓ clara notitia aduertenda ſunt tria. Primum eſt, ꝙ quemadmodum habetur in tractatu de tpe, in motu duplex reperitur duratiua quantitas, intrinſeca. ſ. & extrinſeca. Intrinſeca eſt continuus fluxus, ꝓceſſus, vel exitus de potẽtia ad actum, & hæc idẽtificatur motui. Extrinſeca eſt ipſum tempus, quod (vt aliàs determinamus) eſt paſsio, ſeu accidens ſuperadditum motui, & realiter diſtinctum ab eo, In propoſito ſermo eſt, de duratiua quantitate motus intrinſeca, q̃ & ꝓpriè menſuratur duratione extrinſeca, q̃ tempus eſt. Secundũ eſt, quòd cum quantitas durationis reperiatur in quauis re durante, conſequens eſt vt reperiat̃ in Deo, in Angelis, ſeu (vt philoſophorum more loquamur) in intelligentiis, in motu & corruptibilibus &c Et in oĩbus ꝑdictis reperitur tum intrinſeca, tum extrinſeca, vt facilè patet. Nã in F
Deo, intrinſeca eſt, ſuę ſtabilitatis, ſuæq; vitæ interminabilis, penitus incorruptibilis ꝑmanentia: extrinſeca eſt æternitas ꝑfatæ ꝑmanẽtię adæquata menſura. In Angelis, intrinſeca eſt, ſuæ ſtabilitatis ſuæq; vitæ ꝑmanentia, in eſſentialibus quidem inuariabilis, ſed in accidentalibus & annexis variabilitati obnoxia: extrinſeca eſt æuum, de quo plura apud Theologos. In motu &c. intrinſeca eſt variabilis, ſeu continui exitus & fluxus, perſeuerantia & continuitas: extrinſeca eſt tẽpus, de quo loco ſuo. Ex quibus infero, ꝙ cum tres ſint ſpecies duratiuæ, quantitatis intrinſecæ, videlicet, Dei, Angelorum, & Motus &c. ad ꝑſens certum eſt, ꝙ nõ intelligimus de qualibet ſpecie, ſed de ſpecie quantitatis duratiuæ motus intrinſecæ: immò ꝙ plus eſt, motus localis & circularis. Tertium eſt ꝙ ſub ſpecie duratiuæ quãtitatis de qua ſermo, multa continentur indiuidua, q̃a cõtinetur duratiua quantitas motus diurni, motus menſtrui, motus annui, cẽtum annorum, & infiniti tpis, & hæc appellatur ꝑpertua. Quo fit vt perpetuitas motus, & quantitas duratiua infinita illius, idem penitus ſint: & cõſequenter ꝙ vnum indiuiduum ſit, ſub ſpecie quantitatis duratiuæ motus. Exemplum. Albedo eſt vna ſpecies, q̃ continet ſub ſe albedinem, vt quatuor, albedinem vt decem, albedinem vt centum, & albedinem infinitam. Ergò pariter dicẽdum eſt de quãtitate G
duratiua motus. Et ſicut albedo vt quatuor, & vt decem & vt cẽtum &c. differũt gradualiter, ita & duratio, ſeu quantitas duratiua motus diaria & mẽſtrua & annua &c. differũt gradualiter: hoc tñ excepto ꝙ in albedine, gradus ſunt ſm latitudinem intẽſiuam, & in quantitate duratiua motus, ſunt ſm latitudinem extenſiuam. Pro qua re vide. Dñm Caiet qui egregiè rem docet in hac q̃ſtione. Hæc pro declaratione ſatis. Probatio aũt, ꝙ infinito vtatur vigore, hoc modo conficitur. Si tantus vigor requiritur ad cauſandam tantam durationem per ſe primò, maior vigor requiretur ad cauſandam maiorem per ſe primò: ergo & infinitus ad cauſandam infinitam per ſe primò: ergo ad producendum perpetuitatem motus per ſe primò, neceſſe eſt, vt vtatur ꝓducens infinito vigore. Sed ſic eſt ꝙ tantus vigor requiritur ad cauſandum tantam durationem per ſe primò: Ergo &c. Oẽs conſequẽtiæ tenent per illam regulam. Sicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & infinitum ad infinitum. Quæ vt dicit S. Tho. 3. con. gen. cap. 138. ſimpliciter & per ſe veritatem habet in iis, q̃ ſe per ſe primò reſpiciunt. Antecedens primum, ſeu primi antecedentis poſitio, videtur per ſe nota. Siquidem ſine vigore q̃libet virtus inefficax eſt ad opus. Quare ſi virtus quantificatiua motus debet tantam durationem, aut motus duratiuam quantitatẽ ꝓducere, tñ ꝑrequirit vigorẽ, quanto opus habet vt ſit efficax ad ꝓducendum eum, ſequit̃, &c. Nam licet H
ſuapte natura virtus quantificatiua motus reſpiciat durationem, ſeu quantitatẽ duratiuam eius, vt producendum obiectum, non tñ poteſt exire in ꝓductionis actum, niſi ex efficacia per vigorẽ accepta. Hæc de probatione. His fundamẽtis ꝑmiſsis, ꝓbatur ſupradicta concluſio. Inſtrumentale mouens, quatenus inſtrumẽtale eſt, non agit ex virtute, vel vigore ꝓprio, ſed ex virtute vel vigore principalis agẽtis ſibi ꝑſtito, vel (ſi mauis) cõicato (Patet iſta ex fundamẽto ſecundo) Sed motor primus in octauo inueſtigatus, cum ſit aĩa primi Cęli, mouens eſt inſtrumentale reſpectu motoris abſolutè primi, ſiue motoris primi orbis ſeparati, q̃ Deus eſt benedictus, & mouens principale (Vt patet partim ex fundamento primo, & partim ex prima parte ſecũdi. Ergo motor primus in octauo inueſtigatus quatenus inſtrumentum eſt. aget nõ ex virtute, vel vigore proprio, ſed ex virtute, vel vigore mouentis principalis, id eſt Dei glorioſi, ſibi præſtito, vel (ſi mauis) cõicato.

Tunc

A Tunc vltra. Sed p̄dictus motor nõ habet rõnem inſtrumenti, quatenus inſtrumentum, niſi reſpe-
ctu producendæ ꝑpetuitatis motus, in qua principalis motor vigore vtitur infinito. Ergo ſequit̃
ꝙ dictus inſtrumentalis motor ex vigore aget infinito, non q̃dem ex intrinſecis emanãte, ſed ab
extrinſeco, hoc eſt à motore principali in illũ proficiſcẽte: & ꝓpterea ꝙ nõ aget vigore proprio, ſed
à Deo ſibi p̄ſtito, vel cõicato. Conſequentia nota eſt, ex habitis in tertio fundamento. Antecedẽs
aũt hoc pacto ꝓbatur. Cum enim in motu diurno, ſiue mobilis primi inueniantur duo (ꝑpetui-
tas. ſ. & determinata velocitas) & clarum ſit, ꝙ inſtrumẽtum non eſt, reſpectu velocitatis determi
natæ, cum in illam poſsit, immo & illam faciat ex facultate propria, ſicut haberi põt ex Commẽ.
12, Meth. com, 41. ergò relinquitur, vt reſpectu perpetuitatis inſtrumentum ſit. Et ſic probata eſt
concluſio quo ad omnes partes, vt facile eſt exercitatis animaduertere.

Sed circa p̄dicta nonnulli ſunt ſcrupuli. Et primus eſt, ꝙ non videtur motor in octauo inueſti-
gatus, cum ſit aĩa cẹli, & ꝑ hoc limitatæ eſſentiæ, & virtutis, etiam ab extrinſeco, & per cõicatio-
nem alterius, capax infiniti vigoris: Nec facilè concipi poteſt, quonam pacto vigor infinitus cõi-
cetur ſibi, an, ſcilicet ſucceſsiuè, cõicando partem poſt partem, an ſimul cõicando totum. Secun-
dus eſt. Quia cum dictum ſit, vigorem infinitum p̄dicto cõicari motori, vt cõcurrere inſtrumẽta-
B liter poſsit ad ꝓducendam perpetuitatem motus, & regulare ſit, ꝙ oẽ inſtrumẽtum, id, quod ab
agẽte recipit principali, ꝑ modũ recipit paſsionis inſtabilis & trãſeuntis, & per hoc mõ debili &
diminuto, quo fit vt ſimpliciter virtutẽ habere agentis principalis dici nõ poſsit; conſequẽs eſſe
videt̃, ꝙ motor ĩ octauo inueſtigatus, vigoris infiniti ſimpl̃r enũciari non debeat, ſed tñ aliquã cũ
additione, ſeu diminutione. Tertius eſt. Quia hactenus non apparet, an motor p̄dictus per vigo
rem infinitum ſibi cõicatum, attingere poſsit ad perpetuitatem quamcũq;, ſiue (quod idem repu-
to) ad perpetuitatem abſolutè ipſius motus, an ſolùm ad perpetuitatem aliquam partialem, puta
ad ꝑpetuitatem attẽtam penes magnitudinem, ſuper quam fit motus. Siquidem conſtat ꝙ perpe
tuitas, ſiue (quod idem eſt) infinitas motus dupliciter attẽdi poteſt. Et vno modo ex parte magni
tudinis infinitæ (ſi daretur) ipſius mobilis. Et alio modo ex parte ſpacij, ſeu magnitudinis, ſuper
quam fit motus: infinitæ quidem, non abſolutè, & vt quidam vocãt per ſe (quia nõ datur) ſed in
finitæ, per repetitionem, & quodam pacto per accidens, Et tñ non parui refert: immo magni eſt
diſcriminis, hoc aut illo modo, ad motus perpetuitatem attingere. Ad primum, vt eruatur, dici-
tur duobus modis. Et primo quidem, ꝙ vigor cẹli aĩæ cõicatus, cum vigor ſit Dei, quemadmodũ
pluries diximus, põt trifariam infinitus dici. Vno modo in latitudine entis, & hoc modo eſt ma-
C ximè infinitus, ſed ad p̄ſentem locum non pertinet, cum hac ſub rõne nõ cõicetur dictæ aĩæ, ſed
maneat in Deo ſolo, idem cum Deitate exiſtẽs, & ob id totam entis latitudinem poſsidens. Alio
modo in latitudine vigoris abſolutè, & hoc modo eſt ſimpliciter infinitus, & p̄ſenti quoq; loco
non congruit, nec cõicatur aĩæ cẹli. Siquidem cum vigor Dei abſolutè, vigor ſit diuinæ virtutis
abſolutè, & ob hoc virtutis, q̃ non ſolum extẽdit ſe ad mouendum, ſed creandum, conſeruandũ,
& quicquid libuerit, faciẽdum, vel producẽdum: q̃nquidem diuina virtus abſolutè virtus eſt oĩ-
potens, illimitata, & penitus infinita, non ſolum non cõicatur aĩæ primi cẹli, ſed nec forſan cõi-
cabilis eſt alicui creaturæ. Tertio modo in latitudine vigoris ad virtutem motiuam reſtricti, tam-
etſi reſpectu perpetuitatis motus, & hoc modo dicitur ĩfinitus, quia conſtat tota latitudine vigo-
ris ad mouẽdum coarctati. Et hoc q̃dem pacto pręſentis eſt inſtituti, & illius capax eſt aĩa cẹli; etſi
rectè intelligitur, nullum ſequitur inconueniens. Qua in re attẽdendum ꝙ ſi latitudo vigoris ad
virtutem motiuam reſtricti, vt ipſe infinitus ſit, innumerabilitatem exigit graduum, vt oẽs fateri
videntur, id tñ põt duobus modis contingere. Altero, vt innumerabilitas illa in eo inueniatur in
actu, ſeu (vt dicunt) per modum infiniti, ita vt numerãdo gradũ poſt gradum, nunq̃ veniri poſsit
ad finem, & hoc fortè non eſt neceſſarium. Reliquo, vt illa in eo inueniatur in virtute, ſiue per
D modum finiti, vt dicunt, adeo ꝙ opus non ſit gradum numerare poſt gradum, aut nunq̃ ad finẽ
ꝑtingere: quod perinde eſt, ꝙ eſſe in eo innumerabiles gradus ꝑ æqualẽtiam, eo ferè pacto, quo
ſolidi aut quadrãtes inueniũtur in aureo. Et hoc modo infinitum vigorem cõicari aĩæ cœli, non
ſolùm nõ inconuenit, ſed miro mõ conſenti. Secundo verò dicitur, & planius, ꝙ non inconuenit
vigorem aliquem infinitum, etiam ſi infinitus ſit in latitudine entis, cõicari, & virtuti & naturæ
finitæ. Ad cuius perceptionem conſiderandum eſt, ꝙ cum motor vigorem cõicãs, hoc in loco ſit
Deus, ſine aliqua controuerſia, dicere opus eſt, ꝙ vigor ille ĩ eo entitas ſit infinita, eo ꝙ quicquid
eſt in Deo, eſt Deus: & per hoc ipſum ens per eſſentiã, & conſequenter in entis latitudine infini
tũ. Et ideo ſicut non ĩconuenit, ꝙ Deus vniatur ſm ſe intellectui, & volũtati cẹleſtis aĩę, ſm ꝙ ars
vniuerſaliſsima eſt, immo & ſecũdùm ꝙ Deus eſt: ita non ĩconuenit, vt & vniatur potẽtiæ eiuſdẽ
motiuæ

motiuæ,ſm ꝙ vigoris rõnem habet. Nec obſtat limitatio naturæ,vel finitas potentiæ,aut capaci- E
tatis aïæ ad recipiendum infinitum,ſed ad recipiendum illud infinito modo,aut cum oĩmoda cõ
prehẽſione eius: quod qdẽ nos non dicimus, qm̃ nolumus ꝙ recipiatur adæquare. Ad illud quod
petebatur,an reciperetur ſucceſsiuè,vel ſimultaneè. Reſpondetur ꝙ recipitur ſimultaneè ſed cõ
ſeruatur cõtinuè:& per hoc nõ penitus ſine ſucceſsiua cõicatione. Ad ſcdm pariter dicitur duo-
bus modis. Et primò ꝙ admiſsis oĩbus,q̃ inducũtur, nihil aliud haberi poteſt ex eis, niſi ꝙ primus
motor in octauo inueſtigatus,dici non poteſt vigoris infiniti ſimpliciter,ſicut dici poteſt primus
motor abſolutè,qui Deus eſt: cum quo tñ ſtat ꝙ dici poſsit vigoris infiniti, ſicut inſtrumentum
vigorem recipiens infinitum. Nec procedit hoc contra intentionem phyloſ.in octauo, qm̃ cum
ibi non valuerit ad motorem peruenire penitus ſeparatum,aut primum ſimpliciter & abſolutè,
non potuit nec debuit, vt phyſicus loquẽs, exprimere quòd eſſet infiniti vigoris,motor ibidem
inuentus,veluti inſtrumentum: cum non poſſet, nec deberet,vt phyſicus præcisè,cuius inſtru-
mentum eſſet oſtendere &c. Secundò vero dicitur,ꝙ licet inſtrumentum corporale,virtutem rẽ
cipiat ab agente pincipali per modum paſsionis:non tñ id oportet de inſtrumento ſpũali, vel in-
tellectuali,cuiuſmodi motor eſt de quo loquimur. Et huius rõ eſt,quia ſicut non repugnat in- F
tellectuali naturæ ſm intellectum,ſuperiorem naturam recipere,non dico ſm illius eſſe diminu
tum,ſed ſm illius eſſe ſimpliciter & reale: Ita nec repugnat eidem ſecũdùm virtutem motiuam,
recipere vigorem ſuperioris & principalis agentis in illius eſſe ſimpliciter & reali. tametſi.nõ in
ea plenitudine & adæquatione,quibus eſt in principali agente &c. Ad tertiũ dicitur. Quòd mo-
tor de quo loquimur poſſet quidem per vigorem acceptum inſtrumentaliter producere ꝑpetui
tatem motus ſecundùm vtramq; infinitatis rationem,ſiue ſi mauis,ſecundum rõnem ꝑpetuitatis
motus abſolutè. Et rõ eſt. Quia ſi ꝑ eundemmet vigorem in vtranq; poteſt agens principale, vt
ex S.Th.haberi poteſt 8.phyſi.ſup tex.85,poterit pariter(ſuo modo tñ)& motor inſtrumentalis,
cum eundem vigorem habeat,vt ex præcedentibus liquet. Qua de re & conceditur ꝙ quantum
eſt ex parte vigoris,mouere poſſet,ſi daretur,etiam mobile infinitum.

Sed contra. In ſecundo cęli,tex.com.71.dicitur ꝙ ſi ſtella adderetur alicui errantium orbium,
primus motor,ſeu motor totius eſſet ĩ labore. Ex quo argumẽtari põt. Si adderetur ſtella, aliqua
eſſet excreſcentia orbis, ſi adderentur duæ adhuc eſſet excreſcentia orbis: Ergo ſi adderentur
vſq; in infinitum,excreſcentia orbis fieret infinita: Ergo ſi poſita excreſcentia ſtellæ,moueret cũ
labore, palã ꝙ poſita excreſcentia infinita non moueret aliquo pacto. Reſpondetur. Quòd dictũ G
Ariſt,verificari quidem habet de motore totius,qui aïa eſt:& ꝑ conſequens de motore,qui inuẽ
ſtigatus eſt in octauo, nõ tñ reſpectu inſtrumentalis operationis ſed ꝓpriæ,& operationis inſtru
mentali,ſuo modo,ꝓuiæ. Habet enim pſatus motor(vt diximus) operationem propriam,puta de
terminatam velocitatem,vt Com.dixit 12.Meth.com.41. Habet etiam inſtrumẽtalem, hoc eſt, ꝑ
petuitatem motus,& licet reſpectu primæ & ꝓpriæ eſſet in labore,reſpectu tñ inſtrumẽtalis in la
bore non eſſet. Vnde eorum verborum eſt ſenſus,ꝙ eſſet quidem in labore,ſi addita ſtella vellet
orbem eadẽ velocitate mouere: ꝙ intẽto non præiudicat. Et ꝙ iſta ſit mens philoſ. põt ex verbis
Com.haberi:& ibidem com.71.& 8.phyſi.com.79. Et cum dicitur ſi tanta excreſcentia tm̃ facit
laboris,ergo infinita faciet laborem infinitum & per hoc orbis nullo pacto mouebitur. Reſpõde
tur. Quòd ſi cõſideretur ille motor,vt res quædam,ſeu quod idem eſt,vt ex ꝓpria virtute aliquid
operans,aut mouens,vt ſic,dico quidem ꝙ nõ moueret,ꝓpea ꝙ non excederet, ſed excederetur
à reſiſtentia mobilis:ſed ſi conſideretur vt inſtrumentum,ſeu quod idem eſt, vt operans & mo-
uens ꝑ vigorem acceptum, vt ſic dico,ꝙ non repugnat ſibi producere talem perpetuitatem mo-
tus,& conſequenter nec mouere mobile infinitum. Abſolutè ergo non poſſet, vt inſtrumen-
tum tñ,non repugnat,eo ꝙ vigor illi cõicatus,quãtum ex ipſo eſt,ad illam ſe extẽdit. Rñdetur.2. H
ꝙ Ariſt.in pſatis verbis,ſecundi de cęlo non loquitur de motore ſeparato, aut de coniuncto, ſed
loqtur de corpe cęleſti: Vel ſi loquitur de motore cõiũcto, de illo loqtur,vt cęleſte corpus inclu
dit,hoc eſt,vt ex ambobus quodãmodo cõſtat,vnus motor. Ad cuius euidentiã conſiderãdũ eſt,
ꝙ non loquitur eo loci philoſ.de primo cœlo, ſed loqtur de orbe erratico, in quo.ſ.inueni ĩ pla-
neta. Quod qdem patet non ſolum ex tranſlatione nr̃a,& S.Th.in eo loco,ſed etiam ex eo,quod
phyloſ.ibi reſpondet ſecundæ quęſtioni,q̃ mota fuerat in tex.61.Cur.ſ.in octaua ſphera tot inue
niuntur ſtellæ,& in vnoquoque inferiorum orbium vna tm̃. Vnde & ibi aſsignat rõnem,ex mul
titudine ſpherarũ concurrentium ad motum cuiuſcunq; planetę,in earum vltima exiſtẽtis. Et di
cit,ꝙ oportet ſeruare exceſſum inter primã ſpherã pſati ordinis,& vltimam, ĩ qua planeta eſt: Et
ideo ꝙ ſi adderetur ſtella vltimæ ſphærę,præfatus nõ ſeruaretur ordo, qa virtus cuiuſlibet corpis
finiti

A finiti,ad aliud corpus comparata,finita eſt.Ex quo patet,ꝙ nō loqtur de motore primi orbis,nec
de motore p̄ſcindẽdo à corpe:qa ille labor eſſet p corpus motori coniunctum,& fortè non eſſet
ex parte aiæ.Vnde & in tex.Com.non legitur.Primus motor eſſet in labore,vt falſò cõiter allega
tur;ſed legitur,Primus orbis eſſet in labore.Ex quibus patet ꝙ illa obiectio nihil officit,immo ꝙ
ad rem non facit,qñquidẽ non de corpe,aut de motore aggregato ex corpe, diximus quòd poſ-
ſet in ꝑpetuitatem motus ex parte mobilis,qa non repugnaret ex parte vigoris ſibi p̄ſtiti,infini-
tum corpus mouere,ſi poſſet infinitum corpus dari,&c.Hæc de prima concluſione.

Secunda.Non eſt neceſſe primum motorem inueſtigatum in octauo, habere virtutem moti-
uam,vigorem habentem infinitum,ſibi à primo motore ſeparato cõicatum,ſecundùm ꝙ veloci
tatiui rationẽ habet.Hæc concluſio clara eſt ex dictis in titulo: vbi manifeſtauimus ꝙ motiua vir
tus,de qua ſermo,rationem habet,& quãtitatiui,& velocitatiui & ꝓductiui motus. Ergo ſenſus
eius eſt,ꝙ non eſſet neceſſe,ꝙ tali virtuti,prout habet rationem velocitatiui,vigor cõicetur infi
nitus,ſicut dictum eſt,eidem cõicari,prout quantificatiui rationem habet.Probatur aũt iſto pa-
cto.Neceſſarium non eſt ꝙ habeat talis motor vigorem ſibi cõicatum,quo nec vtitur, nec vti po
teſt: ſed nec vtitur nec vti poteſt infinito vigore ad velocitandum.Ergo &c.Maior nota,tum qa
B cõicaretur fruſtra,cum quia,non cõicaretur niſi prout rationem habet inſtrumenti,quã conſtat
actu non induere,niſi dum actu aſſumitur ad effectum.Minor manifeſtatur . Et ꝙ non vtatur de
facto,patet,quia eius motus non eſt infinitè velox : alioquin eſſet in non tpe. Quòd etiam non
vtatur de poſsibili,conuincitur,quia ſecundo de cœlo tex,com. . . Velocitas cęli determinata eſt,
& maior eſſe non poteſt.Hæc concluſio expreſſè accipitur à Com. in 8.phyſi.com.79.vbi habet
hæc verba.Potentiæ motiuæ dici poſſunt infinitæ,qa actio earum nunq̃ ceſſat,aut quia motio ea
rum tantæ eſt velocitatis,ꝙ non inuenitur magis.ſ.ꝙ illud,quod ab his mouetur, velocius moue-
tur,oĩ mobile.Quòd aũt aliqua potentia ſit motionis infinitę, ſm hũc modũ impoſsibile eſt,niſi
motus fieri poſſet in iſtãti.Et paulo poſt.Motores igiť ſiue materiales fuerint ſiue non,ideſt ſi fue
rint coniuncti,ſiue ſeparati,ſm hunc modum conueniunt in hoc,ꝙ motio eorum ſit finita.Item
ſecundo cęli com.71.vltra medium dicit.Dicamus ergo ꝙ corpa cęleſtia habent finitas potẽtias
in qualitate,& infinitas in tpe.ſ,ꝙ oẽ corpus cęleſte habet motum determinatum in velocitate,
& non poteſt moueri neq; tardius,neq; velocius.Idem quoq; com.63. Ex quibus patet quod di-
ximus.Vtrum aũt motor primi orbis ſeparatus poſsit velocitare motum , Com.videtur dicere ꝙ
C non,maximè in verbis ſupra inductis ex octauo . Sed intellige illud negari vel à Com.vel à quo-
uis alio ex Peripateticis,(ſi qs ſit,qui neget,)non quidẽ ex defectu vigoris exiſtentis in eo, ſed ex
impoſsibilitate effectus,q forte ꝓduci non poſſet,ſicut ex ſecundo cęli com.63.negatur ab Auer
roe primum motorem mouere poſſe infinitum corpus. Vnde & in 8.phyſic.com.4. dicit, quòd
ad impoſsibile nulla eſt potentia;immo & dicit,quod agens non poſſe agere aliquod impoſsibi-
le,nõ dicitur eius diminutio,ſed dicere ipſum poſſe facere ĩpoſsibile,eſt deceptio &c. Cũ aũt au
dis velocitatem motus in infinitũ,effectum eſſe impoſsibilem,de infinitate intellige Cathegore
maticè accepta,& non Sincathegorematicè ſumpta:qñquidem de potentia primi & ſeparati mo
toris abſoluta,poſſet quauis velocitate reperta , reperiri maior,& iterum maior,& ſic ĩ infinitũ,
tametſi non poſſet de potentia eiuſdem ordinaria, aut ꝙ idem eſt,ſtante ordine vniuerſi q nunc
eſt.Hæc diximus vt legentes intelligant.

Tertia concluſio.Non eſt neceſſe primum motorem inueſtigatum in octauo, habere virtutẽ
motiuam,habentẽ vigorem infinitum ſibi cõicatũ à primo motore ſeparato,ſm ꝙ ꝓductiui ſub
ſtãtiæ motus,rõnem habet.Hæc concluſio clara eſt,& ideo manifeſtatione alia non eſt opus.Pro
batur ergo & breuibus hunc in modum.Subſtãtia motus ꝓducibilis à tali virtute, eſt entitas vbi,
D ſed talis non requirit vigorem infinitum: Ergo non eſt neceſſe &c.Maior nota.Quia motus Cę
li motus eſt localis &c.Minor ꝓbatur,tum qa eſt entitas debilis , & quaſi minima,tùm quia vide-
mus ꝙ à multis ꝓducitur, in quibus vigor non eſt infinitus, cum ꝓducatur ab oĩ , quod ſm locũ
mouetur.Ergo &c.Et hæc de ſecunda quæſtionis parte.Hactenus de negotio principali.

Quo ad difficultates,licet poſſent quàmplures adduci,tres tñ in p̄ſentia ꝑſtringemus, q̃ & vi-
dentur p̄cipuæ,& negocio principali connexæ.Et prima eſt.An verũ ſit quòd in principio q̃ſtio
nis ſupponitur : Cœlum.ſ.eſſe aĩatũ aĩa informante, & eſſe illi formaliter largiẽte . Secunda eſt.
An verum ſit,quod pariter eodem in loco præaccipitur,Cęlum quodlibet à duobus moueri mo
toribus,realiter quidem diſtinctis , & ambobus iuxta numerum Orbium realiter multiplicatis.
Tertia eſt. An quemadmodum cõcluſum eſt primi Orbis motores,vigorem habere infinitũ,Se
paratum quidem principaliter,& ex propriis , Coniunctum vero vt inſtrumentum principalis,

 & ex commu-

& ex cõicatis ab eo:ita quoq; ſuo ordine dicendum ſit,& de motoribus cuiuſlibet inferiorũ Or- E
bium. Quò ad primam, vt expediatur paucis, Primò punctus ſtatuendus eſt difficultatis. Secũdò
determinanda eſt ad mentem Ariſt. Tertiò Theologorum ſñia attingenda eſt. Punctus difficul-
tatis conſiſtit in hoc. Cum.n.certum ſit ꝙ neceſſe eſt ponere motorẽ coniunctum corpi Cęleſti,
alioqn Cęlũ dici nõ poſſet mouere ſe ipſum, difficile eſt videre qualis ſit illa coniũctio. An.ſ.ad
modum motoris ꝑcisè, puta ſicut nauta vnitur naui,& figulus rotæ: An ꝑ modum motoris infor
mantis,& largientis eſſe, velut aĩa vnitur corpi,& forma materiæ,& in hoc difficultas tota conſi
ſtit. Qualis aũt mens fuerit Ariſt. circa id triplex inuenitur opinio. Vna eſt. Quòd coniũctio eſt
ad modum motoris ꝑcisè, & hanc ſñiam tenet Albertus.12.Meth.tract.2.cap.10. Eandem tenet
Scotus.2.diſt.14.q.1. Tenẽt & ex recẽtioribus multi. Inter quos eſt Mar. An. Zimara, q̃ diffuſam
in hac re,q̃ſtionem compoſuit,& q̃ dixit, ex ſubiungẽdis facile eſt diluere. Secũda eſt. Quòd con-
iunctio ꝑ informationem qdem eſt aliquo pacto, ſed nõ eſt per informationem ſimplr, eo ꝙ ſſa
tus motor non largitur Cęlo formaliter ꝑfectionem primam, hoc eſt non largitur eſſe ſubſtãtia-
le formaliter, ſed largitur ſolum ſecundas ꝑfectiones, puta quantitatem determinatam, figuram
ſphericam, motum &c. Et hæc opinio à nonnullis attributa eſt Com. & plenius à Soncino ponit
& declaratur.12.Meth.q.11.& meritò improbatur ab eo. Tertia eſt. Quòd coniunctio eſt per in- F
formationem ſimpliciter; adeò ꝙ ipſe motor eſſe largitur ſubſtãtiale formaliter, ad modum for-
mæ, Cęleſti corpi, Et hanc opinionem fore de mẽte Ariſt. S.Th. teſtatur.2. con.gen.cap.70. Vbi
contra Com. aſſumit ſubſtantiam intellectualem ad mẽtem Ariſt. vniri per informationem Cœ
lo; vt inde euidenter concludat, poſſe & in hoĩe ſimili modo contingere. Idem dicit & 2. de Cęlo
ſup tex.com.13. vbi habet ꝙ Plato & Ariſt. Cęlum poſuerunt aĩatum,& moueri non ſolum à mo
tore ſeparato, ſed coniuncto:& hoc ꝑp maiorẽ dignitatem Cęli. Et verè ſic tenuit, ſi non fallor;
licet forſitan ipſe,& rectè non putet id poſſe per demonſtrationem concludi. Nec quidem eius
dicta neceſsitatem habent. Et qm̃ hanc credimus mentem eſſe philoſ. tria ꝓ meliori illius notitia
ſubiicienda ſunt: Primò oſtendendum eſt, philoſ. ita ſenſiſſe. Secundò manifeſtenda latius eſt di-
cta poſitio. Tertiò ab obiectionibus defendenda eſt. Et quidẽ ꝙ philoſ. ita ſenſit, triplici ꝓbatur
ratione. Prima eſt. Ad mentem Ariſt. Cœlum eſt formaliter appetens & intelligẽs: Ergo Cęlum
eſt aĩatum aĩa informante: Ergo motoris coiunctio cum Cęleſti corpe, eſt per informationẽ ſim
pliciter. Antecedens expreſſe ſumitur. ex.12. Meth. tex.com.36. Et nihilominus clarè ad mentem
Ariſt. ponitur 2. de Cœlo,& à S.Th. vbi ſupra. Dixi formaliter appetens, & intelligens ad illum G
ſenſum, quo homo ſolet dici,& denominari formaliter appetens,& intelligẽs. Prima conſequẽ-
tia probatur. Et primò, Cęlum eſt formaliter appetens & intelligens: Ergo eſt exercens in ſe ope-
ra vitæ. Patet hoc, qa intelligere & appetere, ꝑſertim rõnali appetitu, cuiuſmodi ẽ appetere Cęli
vt in 12. vbi ſupra cõuincitur, ſunt oꝑationes vitæ; Ergo Cęlum hẽt in ſe per informationem prin
cipium vitæ formale. Probatur hoc,& qdẽ quòd ſequatur; Ergo habet in ſe per informationem
principium vitæ formale, ex eo conuincitur, qa ſemꝑ vniuſcuiuſq; operationis principium for-
ma eſt. Semper.n.exiſtimabitur aliqua ſpecies agẽs, vt dr̃ 3.phyſi.tex.c.17. Quòd vero ſequatur, ꝙ
tale principiũ in eo ſit per informationẽ, manifeſtatur ex hoc, ꝙ principiũ vitalis oꝑationis ſolã
aĩa eſt, vt habetur 2. de aĩa, tex. com. 24. Quam quidem aĩam conſtat actum eſſe corpis per infor
mationem, ſicut in eodem habetur tex.com.5. Secunda conſequentia, nota eſt ex terminis. Secũ-
dò ꝓbatur eadem conſequentia prima, ex eo ꝙ illa eſt S.Th. qſi contra Auer. arguit de vnitate in
tellectus. Argumentatur.n.ſic. Homo eſt formaliter intelligens, ſeu formaliter denominatur in
telligẽs: Ergo habet intellectiuam aĩam ſibi per informationem vnitam &c. Secunda rõ eſt. Ha-
bere dextrum,& habere ſiniſtrum ex natura rei, ita ꝓprium ẽ verè aĩatis, quòd non cõuenit aliis:
Sed Cęlum hẽt dextrum & ſiniſtrum ex natura rei: Ergo &c. Maior habetur ab Ariſt. in lib. de ꝓ H
greſſu aialium, ad quem ſe remittit 2. de cœlo, tex.com.7. Et minor ibidem ab Ariſt. ſubinfertur.
Et confirmatur quia deinde in tex.13. ex eo quidẽ ꝙ cœlum dextrum habet & ſiniſtrum, Cęlum
concludit aiatum, ergo &c. Tertia rõ eſt. Aĩa cœli, ſiue motor coniunctus vnitur, adunatur,& co
hęret ipſi materiæ cęli, maiori vnione & cõnexione quã formæ generabiles & corruptibiles ſuis
vniantur materiis, eo ꝙ non vnitur mediantibus dimenſionibus, ſicut vniuntur generabiles for
mæ &c. Ergo coniungitur non ſecundùm coniunctionem motoris ꝑcisè, ſed ſecundùm coniun-
ctionem motoris informantis &c. Antecedens eſt Auer. 2. de cęlo, com.3. Conſequẽtia ex eo no
ta eſt, ꝙ vnio ꝑ modũ motoris præcisè nõ fit niſi mediãtibus dimẽſionibus, ꝓpterea ꝙ vt.6. phyſi.
hẽtur tex.com.33. Oẽ quod mouetur, oportet eſſe quãtum, ſeu quod idẽ eſt, diuiſibile. Ergo &c.
Pro maiori aũt manifeſtatione opinionis huius, cuiuſmodi cõditionis cęli aĩa ſit, declarãdum eſt.

Vbi

A Vbi attendendum primùm q non eſt vegetatiua, cum nullum poſsit vegetatiuæ opus habere: non.n.pôt cœlum nutrire, non augere, aut ſibi ſimile gñare: deinde q non eſt ſenſitiua, cum nō poſsit habere ſenſus, & de exterioribus qdem patet, eo q organa non ſunt in corpe cœli, immo nec eſſe poſſunt, cum nullam habeat ſenſibilem qualitatem pter lucem: de interioribus verò vt puta fantaſia, ſicut Auic. putauit, qm tales non ſunt vbi non eſt motus factus ab exteriori ſenſu, ſed eſt ſolùm intellectiua: Vnde & Com. ſæpe dicit, q de viribus aïæ nihil habet pter intellectum & appetitum. Attendendum vlterius. Quòd aïa cęli partim conuenit cum aïa nr̃a, & partim diſconuenit ab ea. Conuenit qdem in tribus. Primò qa vtraq; eſſentialiter pars ſpeciei eſt; illa qdem ſpeciei cęleſtis, iſta vero ſpeciei humanę. Quo fit, vt quemadmodum aïa noſtra eſſentialiter pficitur ex vnione ad corpus humanum, ita aïa celi eſſentialiter pficitur, ex vnione ad corpus cęleſte. Secundò qa neutra de potentia materiæ eſt educta, ſed ùtraq; ab extrinſeco, ac deforis venit. Propter quod & neutra eſſe mendicat à corpe, eſſe inquā, exiſtentiæ, ſed ipſum ùtraq; cõicat corpori. Tertiò, quia neutra ſuo in corpe eſt extenſa, ſed ùtraq; ad ipſũ ſe indiuiſibiliter habet, qa ùtraq; eſt tota, in toto & tota in qualibet parte. Differunt verò etiam in tribus. Et primò, in gradu ſpecifico, eo q ſunt alterius ſpeciei. Nam licet ambo in gñe ſint intellectualium, differentia tñ

B conſtitutiua aïæ cęli, alia eſt à differentia conſtitutiua aïæ noſtræ: immo & ea longè nobilior eſt. Secundò, in modo intelligendi. Nam aïa noſtra cognitionem accipit à ſenſibus & non intelligit niſi p cõuerſionem ad fantaſmata: Aïa vero cęli, nec à ſenſibus accipit, nec fantaſmatibus vtitur, ſed itelligit per cõuerſionē ad ſuperiora, puta ad intelligentiā aſsiſtentē ſibi. Vtrum aũt cõuertēdo ſe ad intelligentiam, ſpeciem vel ſpecies ab ea recipiat, vel potius nuda eſſentia intelligentię, illius intellectui copuletur, ad duodecimum ptinet Math. De qua re eo loci ſatis. Secundum ni fallor dicerent Peripatetici. Tertiò, in modo aïandi. Nam aïatio ab aïa noſtra pueniens, aïatio eſt humana, aïationem continens vegetatiuæ & ſenſitiuæ. Aïatio aũt pueniens ab aïa cœli, eſt aïatio altior excellentior & nobiliori modo. Verùm cõtra hãc determinationē obiectiones ſunt multæ. Et primò. Quia ſi cęlum ponitur aïatum aïa informante, ſeqtur q illa moueretur ſaltem p accidens ad motum cęli: quod tñ falſum eſſe cõſtat, de motore cęlo coniuncto, ex his q̃ 8. phyſi. docet phyloſ. Secundò. Quia cum materia ſit propter formam, & ob id ppter operationem formę, & non è contra, palam q ſi aïa intellectiua vniretur cęlo, vniretur quidem aut pp intelligere, aut pp mouere, q̃ ſunt operationes eius: non primum, qa vnio per informationem ad corpus, vtilis

C non videtur ad intelligendum; nec ſecundum, qa inter mouens & motum ſufficit eſſe contactũ. Conſequentia nota eſt: qa alia operatio non poteſt facilè aſsignari, ergo &c. Tertiò qa S. Tho. expreſſe dicit de ſpi. Crea. ar. 6. q ad ſaluãdã intentionem Ariſt. videtur ſufficere, ſi cęli ponãtur aïati tñ mouente: Et in prima par. q. 70. ar. 3. videtur facere Ariſt. ſuæ opinionis, q cęlũ. ſ. animatum non ſit, anima dante eſſe: ergo &c. Multa alia poſſent adduci, ſed hæc, quia videntur potiſsima, ſint ſatis. Verùm ad hæc difficile non ē rñdere. Ad primã igitur obiectionem negãda eſt conſequentia. Nam vt docet S. Th. 2. diſt. 8. ar. 4. ad q. 4. & alibi. Anima non mouetur per accidēs, ad motum ſui corporis, niſi corpus ſecundùm totum, locum tranſmutet. Quod qnoq;. 8. phyſic. habetur tex. com. 51. Cum aũt cœlum non tranſmutet locum ſecundùm totum, ſed tñ ſecundùm partes: non ſequitur &c. Ad ſecundam dicitur primò, q vnio ad corpus, propter bonum eſt cęleſtis animæ, quia eſt pp complementum eius ſpecificum ſicut & vnio animæ noſtræ ad corpus humanum, propter complementum ſpecificum illius eſt: vt tradit S. Th. in q. de anima. q. prima ad 16. Dicitur ſecundò q talis vnio etiam eſt propter mouere, vt ſit mouere perfectius. Nam licet mouere, quatenus mouere eſt, non exigat maiorem vnionem q̃ illa ſit, quæ per contactum eſt, mouere tamen cœleſte, quatenus eſt cœleſte, quia mouere perfectiſsimum eſt, longè maiorem

D vnionem requirit. Immo cum ſit & mouere & moueri quodam pacto vitale, vt in octauo haberi poteſt à phĩloſ. & ab Auer. neceſſariò videtur exigere vnionem per modum animę: ppter quod & diceretur, q vniẽ non ppter mouere abſolutè, ſed ppter mouere vitale &c. Ad tertiã dr̃ Quod S. Tho. ptulit illa verba, attendens ad vim rõnum Ariſt. q̃ vt ſupra diximus demonſtratiuæ non ſunt: Vel dicatur q magis ſtandum eſt his, quæ dixit. 2. contra gen. quæ & poſterius ſcripſit. Ad illud aũt de prima parte ex. q. 70. dicitur q S. Tho. non ideo adducit Ariſt. quaſi ipſe illius ſit opinionis, quam ibi vti propriam tenet: ſed quia voluit ſibi de ipſius dictis ſeruire, ſicut aliàs facere ſolitus eſt. Nunc ſupereſt, vt paucis attingamus, quæ Theologi traderēt, in hac ipſa re. Imprimis quidem videntur perplexi, cum Origenes cœlos poſuerit animatos, Similiter & Hieronymus exponens illud eccleſiaſtes, luſtrans vniuerſa percircumitum pergit ſpũs, licet ſuper illud Moſis, Audite cœli quæ loquor, dicat q loquitur ſicut ad inanimata. Baſilius autem, & Damaſcenus,

cęlos aſſerunt aĩatos non eſſe: Auguſtinus vero in Enchiridio, cap. 42. 43. habere videtur ſub du- E
bio. Qua de re duo dicenda vidētur. Primum eſt. Quòd nõ repugnat Theologiæ ſacræ, vel docu-
mentis hactenus habitis à ſacroſancta Eccleſia, ſiquis cęlos verè poſuerit aĩatos. Secũdũ eſt. Quòd
magis videtur conſentaneum, ꝙ non aĩa informante, ſed ſolum aĩa aſsiſtente aĩati ſint. Primum
dictum patet, quia aliàs prædicti doctores in hac poſitione non viderētur catholici, quod hacte-
nus nullus dixit. Secũdũ ex eo conuincitur, quia illud eſt longè magis rõni cõſonum, vt habetur
à S. Thoma, prima parte, quæſtione 70. ar. 3. & alibi. Et hæc de prima difficultate.

Quo ad ſecundam; Primò oſtendendum eſt in quibus habent Peripatetici cõſentire, Secũdò
in quibus permittitur illis diſcordare: Tertiò quæ Ariſt. doctrinæ magis videantur cõgruere. Cõ
ſentire quidem neceſſe eſt peripateticos primùm in hoc, ꝙ quilibet orbis cęleſtis, ſiue quis eorũ
ſempiterna latio, ꝓprio habet gaudere motore immobili, ſeparato, ac ſempiterno: adeo ꝙ ſi cęle-
ſtes ſempiternæq; lationes ſunt vingintiſeptẽ, ſicut tenuit Eudoxus, qui primum mobile credẽs
octauam ſpheram, ſeu (quod idem eſt) orbem ſtelliſerum, poſuit ſub eo orbes viginti ſex, pro ſal-
uandis motibus diuerſis, & variis ſeptem planetarum apparentiis, vt conſtat. 12. Meth. erunt & vi
ginti ſeptem motores immobiles, ſempiterni ac ſeparati. Si aũt ſexaginta ſunt, vt eſt opinatus Ca
lippus, qui aſsignauit ſeptem planetis orbes quinquaginta nouẽ, & ſexageſimum, quem & ſtel- F
latum orbem dicimus, fecit primum mobile, vt videre licet in eodem loco: & motores erunt pa-
riter ſexaginta. Si vero ſunt quĩquaginta duo, vt ſortè credidit Ariſt. qui quinquaginta & vnum,
ſeptem deputauit planetis. & reliquum addidit pro primo mobili, quem & orbem ſtellatum eſſe
voluit; totidẽ quoq; motores eſſe dicẽdũ eſt. Si deniq; veluti Ptolomęus ſcribit, orbes planetarũ
connumeratis epicyclis, non ſunt niſi triginta, ſuper quos eſt non ſolum cęlum ſydereum, ſed &
aqueum, quem credidit primum mobile, erũt illi ſolum 32. Aut ſi placet vltra cęlum aqueum, vt
eſt de mente Alphõſi, & ferè oĩum Aſtrologorum recentium, alium orbem ponere, & illum pri
mum mobile nũcupare, cõſtat quod erunt triginta, & tres. Huius rei fundamẽtum eſt, qa Ariſt.
credidit cęleſtia ita fore diſpoſita, ac diſtributa, vt qlibet cęleſtis latio vẽdicaret ſibi certam ſpũa-
lem naturam, à qua proximè illa prodiret. Vnde & in tex. 43. & 44. 12. Metha. ſcribit, ꝙ nõ ſolum
tot ſunt illę ſubſtantiæ, ſed & rõnẽ ſubiicit: quia. ſ. neceſſe eſt, vt vna latio ab vna ꝓdeat intelligẽ-
tia. Conſentire habẽt rurſum, ꝙ quilibet orbis motor; immobilis, ſeparatus, ac ſempiternus, mo-
ueat ſuum orbem per modum rei amatæ, & intellectæ, immo & vt finis exiſtens ſuæ lationis, vt di
citur vbi ſupra tex. 44. Aliàs non eſſet motor prorſus immobilis, vt ibidem dicitur tex. 36. 37. 38. G
Conſentire habẽt tertiò, ꝙ cum orbis quilibet à motore immobili, ſeparato ac ſempiterno, mo
tus per modum amati & intellecti, habeat dictum motorem amare ac intelligere, neceſſe eſt, vt
claudat in ſe voluntatem, & intellectum: qm̃ vt patet, & Ariſt. explicat, intelligere horum eſt vo
luntabile, ideſt volũtate appetibile: & ob id neceſſe eſt, vt in orbe qui mouetur, ſit vel aĩa, vel ali-
qua intellectualis natura illi cõiuncta. Quod & Ariſt. explicat, & 12. Metha. tex: com. 39. & 8. phy
ſic. eo proceſſu, quo docet ꝙ oẽ, quod ſeipſum mouet, conſtat ex duabus partibus, quarum altera
eſt mouens, & reliqua eſt mota. Conſentire habent quartò, ꝙ motores immobiles, abſtracti ſem
piterni, mouẽtes vt finis ſuarum lationum, adinuicem iuxta orbium numerum ordinati ſunt: ita
tñ ꝙ primo mobili aſsignãdus eſt motor, qui Deus eſt bñdictus. Cõſtat hoc ex tex. cõ. . . 12 metha.
Propter ꝙ Auic. in hoc puncto, licet forſan in ſe verius dixerit, mentem philoſ. aſſecutus nõ fuit.
Ex quibus oĩbus, ſi recte perſpicitur, neceſſe eſt inferre, ꝙ oẽs Peripatetici conuenire habent in
hoc, quòd cęlum quodlibet, duplici quodammodo habet gaudere motore: nempe motore amã-
te & intelligente, & motore amato & intellecto. Ille eſt ita coniunctus vt pars iudicetur mouen-
tis ſeipſum. Iſte eſt adeo ſeparatus vt ad ipſum, motus nullo modo pertingat. Diſcordare illis per
mittitur, de motorum prædictorum diſtinctione: pp quod, & in ea re, diuerſæ illorum inueniun H
tur ſententiæ. Nam quidam volunt ꝙ diſtinguantur ſola diſtinctione rõnis, eò ꝙ putant vnum &
eundem motorem, ſecundùm rem, dici poſſe coniunctum & ſeparatum, partem mouentis ſeip-
ſum, & motorem quouis modo immobilem, ſiue ſub aliis terminis, aĩam & intelligentiam. Nec
inconuenit (inquiunt) vt idem ſit amans & amatum, intelligens & intellectum, quin & finis, &
& ordinatum ad finem, ſub diuerſis tñ reſpectibus, & rationibus. Quorum præcipuum eſt funda
mentum, quia Ariſt. docet 1. phyſic. tex. com. . . ꝙ natura ſemper quantum fieri poteſt ex paucio
ribus facit. Et ꝙ entia multiplicanda non ſunt ſine neceſsitate. Vidẽtur aũt oĩa ſaluari, & ſufficiẽ
tiſsimè cœleſtibus lationibus, ac toti vniuerſo prouideri, ex diſtinctione motorum ſecundùm rõ
nem. Ergo &c. Et hęc opinio, ſi non fallor magni videtur Alberti. 11: Meth. cap. 9. 10. 19. & 20. 2.
tract. qui & dicit ꝙ ſententia eſt magnorum Peripateticorum. Et eam ſequitur Elias Hebręus.

in.q.

A in q.de primo motore,in prima ſuppoſitione, qnam facit. Quidam realem diſtinctionẽ admittunt, at non reſpectu oĩum orbium,ſed ſolùm reſpectu mobilis primi, vel ſi reſpectu oĩum orbium,non tñ reſpectu oĩum eorum motuum,ſed tm̃ reſpectu motus diarij. Et fundamẽtum eſt, partim quia entia multiplicanda nõ ſunt ſine neceſsitate, partim qa putat Ariſt,vt diximus.Deũ glorioſum agere diurnum motum:addentes & rectè,ꝙ illum non vult agere immediatè, ſed aĩa mediante,ſeu (quod idem eſt)motore ipſi primo orbi coniuncto. Nec fas videtur eis,Deum ob ſuam maximam ꝑfectionem,aĩam facere,aut quouis pacto corpi formaliter copulare, & ea maximè copula,vt mouentis ſeipſum pars realiter ſit. Et hæc opinio,ni fallor,eſt Dñi Caiet.in.q.de infinitate primi motoris. Et a nonnullis dicitur eſſe Auer.ꝓpea ꝙ in 12.meth.co.41.dicit, Quòd motus primi cęli componitur ex duobus motoribus: altero qui eſt motionis finitæ, & reliquo q̃ eſt infinitæ. Et licet in eodẽ,co.44.reprehendat Auic.qui Deum priorem poſuit motore primi mobilis: Et com.38.dicat ꝙ Deus mouet primum mobile ſine medio: Non obſtat tñ, qm̃ ibi non loquitur de primo mobili pro corpe illo ꝓcisè,ſed ꝓ aggregato ex corpe & aĩa eius. Quidam realem diſtinctionem motorum admittunt,reſpectu oĩum orbium,ſed non admittunt multiplicationem realem oĩum inter ſe. Nam putant quidem motores coniunctos & realiter inter ſe diſtin

B gui, & realiter iuxta orbium numerum multiplicari, & ꝓter hæc realiter à motoribus ſeparatis differre,ſed motores ſeparatos inter ſe nõ credunt realiter diſtingui, & realiter multiplicari,ſed ſolùm diſtingui ac multiplicari ſm rõnem. Imaginantur.n.motorem ſeparatum reſpectu oĩum lationum,vnum eſſe ſm rem,ſed multiplicem ſm cõſiderationem,& illum Deum faciunt bñdictum: ꝓp quod dicunt,ꝙ cum ex ſua eminentiſsima perfectione contineat non ſolùm vim & artem cuiuſuolueris intelligentiæ,ſed & rerum oĩum,quę concipi poſſunt, facilè liquet ꝙ ipſe ſatis eſſe poteſt ꝓ quouis motu cœleſti. Ergo ſicut iuxta id,quod continet artem & rõnem motus diarij,motor ſeparatus dicitur primi orbis,ita & iuxta id, quod continet artem & rationem motus Saturni,motor ſeparatus dicitur ipſius Saturni,& ſic deinceps vſq; ad extremum orbem. Et fundamentum eſt,quia hoc pacto pntant oĩa,quæ tradit Ariſt.conſonare, ſi quis rectè ea põderet & diſcutiat, Et hæc opinio etiam multis videtur Auer.ꝓpea ꝙ 12.Metha.com.44.dicit: ꝙ aliud eſt, quod de primo motore intelligit motor primi mobilis, & aliud,quod (de eodẽ ſupple motore) intelligit motor Saturni. Ergo &c. Quidam motores coniunctos realiter inter ſe diſtingunt,realiterq; iuxta numerum orbium,illos multiplicant,ſed quoſdã motores ſeparatos realiter differre faciunt a coniunctis,& quoſdam non realiter differre ab eis. Siquidem concipiunt hi, ꝙ licet

C tot ſint motores ſeparati quot ſunt coniuncti,nihilominus ſicut inter orbes quidã ſunt principales,nempe habentes planetam,quidam ſubſeruientes,vt qui ordinati ſunt ad deferendũ planetã. vt in 12.Meth. Ariſt docet:ita neceſſe eſt,vt inter motores ſeparatos quidam ſint ꝓcipui,& qdam inſeruiẽtes ꝓcipuis. Ergo,dicunt iſti,octo erunt motores ſeparati,realiter à coniunctis diſtincti, ſcilicet Deus,q̃ motor eſt primi mobilis,& motores ſeptem ꝑfecti planetis,reliqui vero ſola rõne erunt à coniũctis diuiſi. Propterea ꝙ etſi computari debent inter motores abſtractos, ſm rem tñ latitudinem non exeunt ſubſeruientium,& per hoc nec eſſentiam ſimplr coniunctorum motorum. Et hæc opinio eſt Auic.vt colligit S.Tho.opus.15. Quidam demũ vtroſq; & realiter multiplicant,& realiter diſtingunt,tum ab inuicem,tum & inter ſe,ita ꝙ in vtroq; ordine, tot dicunt eſſe motores realiter diſtinctos,& realiter multiplicatos,quot orbes ſeu lationes inueniũtur in cœlo. Et qm̃ hanc opinionem credimus eſſe philoſ.vt expreſsè docet S.Tho.2.contra gen.cap... Et de ſpir.crea.ar.5.& 6.& de potẽ.q.6.ar.6. Et in opus.15. Et Auic.ĩ ſua Meth. tract 9.cap.3.circa finem,dicit ꝙ hæc eſt ſnĩa primi magiſtri(hoc eſt) Ariſt, Et illam tenuit Algazel; & Rabbi Iſaac, & Rabbi Moyſes, qui ſuo tpe fuerunt ſapientiſsimi, ſicut habetur ab Alberto.12.Metha.tract.2.

D cap.10.iccirco hanc declarabimus,& Ariſtotelis verbis conſonam oſtendemus. Pro declaratione attendendum,ꝙ cum motores abſtracti polleãt intellectu,non ſolùm ſpeculatiuo ſed practico, vtroq; propterea habeant & ſpeculationis, & artificij, haud dubium ꝙ non tm̃ concipi poſſunt vt intelligentiæ,ſed etiam vti opifices: vnde & vtroq; modo illis peripatetici fœlicitatẽ aſcribunt. Et ſpeculatiuam quidem in contemplatione primi entis, practicam vero in conſeruatione orbis inferioris,ſiue,vt verbis vtar Auerrois,in reducendo ad actum continuè,quæ ſunt in potẽtialitate materiæ. Verùm in præſenti vt res ſit perſpicua,ſatis eſt,vt magnus docet Albertus,ſi præ oculis ſtatuantur velut opifices. Et ob id ſatis eſt, ſi Deus ac reliqui,qui ſub ipſo ſunt,motores abſtracti concipiantur veluti artes quædam, connexæ tamen ac ſubordinatæ, non ſecus ac in artibus: quæ apud nos ſunt, ſuo modo conſpicere licet. Sicut enim,(exempli cauſa) videmus in ciuitate artem quandam eſſe ſupremam, puta Politicam, cui & reliquæ mirificè ſubordinantur

& connectūtur, inter quas & nōnullæ ſunt veluti arthitectonicæ, ſiue principales, nonnullæ velu E
ti inſeruientes ac illis ꝓximè obtemperantes, (quāquidem ſub politica, q̄ totius moderatrix eſt ci-
uitatis, imperatq; oībus artibus ī ciuitate repertis, ars ponitur militaris, domificatiua, ſcenoſacto
ria &c. & ſub his veluti ſub principalibus ponunť & aliæ ꝓximè ſeruiētes: vt ſub militari, eq̄ſtris,
haſtiluſoria, digladiatoria: ſub domificatiua, cementaria, lignaria, lateritia, ſub ſcenoſactoria, tex
trina, ſutoria, carpentaria:) ita & in regione cęleſti eſt ars ſup̄ma, q̄ eſt ars diuina, ars vniuerſaliſsi-
ma, non ſolum reliquas nectens & ordinās, ſed oībus imperās, ſingulas vti oīum ſūma, dirigēs &
& perficiēs, ſub qua veluti aliarum architectonicæ, vel principales, artes ſunt ſeptē planetarum,
& etiam ſuperiorum orbium, q ꝓximè inueniunť ſub primo, q̄bus inſeruiunt, q̄ reuoluentibus
ſpheris, aut ſi mauis ecentricis ac epicyclis, deputatę ſunt: ad eo ꝙ ſicuti in politicis ex oībus artibꝰ
ritè diſpoſitis nexis ac ordinatis, reſultat optimus ſtatus, rectaq; moderatio rerum ad rempublicā
pertinētium, ita ex ex oībus cęleſtibus artibus adinuicē ritè diſpoſitis, nexis, & ordinatis, optimꝰ
reſultat ſtatus, & moderatio motionum ad concentum cęlicum ſpectātium, & hoc ad commodū
oīum inferiorum. Et vt res ſane percipiatur, conſiderādum ꝙ etſi ſimulitudo ſatis ſine ſcrupulo
eſt, non obeſt tñ admonere, vt intelligať, ꝓut & debet, certa ſub ꝓportione. Siq̄dem in politicis F
artes ꝓculdubio ſunt accidentia, qm̄ habitus ſunt intellectus practici, & p hoc certū, ē ꝙ neq̄unt
in ſeipſis ſubſiſtere, & conſequēter nec tota ſpeciei ſuæ latitudine cōſtare, pp q̄d & abſonū non
eſt, ſi plurificētur ſingulę artes in ciuitate, & ſi ſint non ſolum multi rectores, multi milites, digla
diatores &c. ſed & alius ꝑſtantior alio, in eodē ordine artificij, Verùm in cęleſtibus, artes (de q̄bꝰ
eſt ſermo) ſunt ſubſtātię, & ſingulę ſubſiſtētes in ſe, & cum ſint ab oī materia ſeparatę, cōſtare q̄li
bet habet tota ſua latiudine. Quare ſicut non eſt niſi vnus Deus tm̄, ſeu (quod idē eſt) vnica ars di
uina, & vniuerſaliſsima, q̄ iuxta philoſ. primo aſcribiť mobili, ita nec niſi vna ars eſt Saturni, vna
Iouis, & ita de reliquis planetis q̄ artes ſunt veluti architectonicæ: & deniq;, & nō niſi vna cuiuis
reuoluentium ſphæræ, ſeu ecentricæ, vel epicyclo, q̄ artes ſunt veluti ſubminiſtræ Et ſi addis, ꝙ
cum huiuſmodi artes, vt diximus, ſubſiſtētes ſint immateriales, & conſtantes ſingulæ tota ſua lati
tudine, nequeūt non eſſe naturæ cōmpletæ, & perfectæ, & per hoc, nullo pacto corꝑi, vti formæ,
vnibiles; facilè apparere poterit, ꝙ neq̄unt quouis mō, apud Ariſt. inter aīas cęleſtes computari, q̄
vt patuit formæ cęleſtium corꝑum ſunt. Immo dubium eſſe nō poterit, ꝙ ab illis, & reali & eſſen
tiali differētia ſunt diſtinctæ, immo & ꝙ ſunt alterius quodāmodo gn̄is ab eis: cum eſſe realiter p
informationem vnibile corꝑi, & non eſſe realiter per informationem vnibile corꝑi, non ſpecifi G
cæ, ſed gn̄icæ differentiæ ſint. Pro conſonantia attendēdū, ꝙ ex tribus potiſsimū ſumi pōt. Primū
eſt, ꝙ cęli apud Ariſt. verè ſub aīati aīa informāte, ac eſſe vt forma ſubſtātialiter largiente, quēad-
modum priori difficultate monſtrauimus: Ex quo ꝑſpicuè ſequiť, ꝙ tot ſunt apud illum cęleſtes
animæ realiter inter ſe diſtinctæ, & multiplicatæ, quot ſunt cęleſtia corꝑa realiter inter ſe diſtin
cta, ac realiter abinuicē ſeparata; cum nulla ſubſtantialis forma, & maximè aīa, poſsit èadem nu-
mero, in diſtinctis ac realiter à ſeinuicē ſeparatis corꝑibus, ſubſtantialiter reperiri, & illa realiter
ac ſubſtātialiter informare. Secundum eſt, ꝙ nullus abſtractorum mouētium, de q̄bus eſt ſermo,
pōt in doctrina eiuſdem (cuiuoluerꝭ corꝑum per modum formæ ſubſtantialiter copulari, ſicut
mox in ꝑmiſsis attigimus, & nunc latius pateſacimus. Nam cum certum ſit ex 12. meth. tex. cō. 30.
ꝙ motores abſtracti ſunt, non ſolum actus penitus immateriales, ſed ſimplices, hoc eſt nō ſolū in
ſe ſunt materiæ impermixti, aut materiæ nullo modo vnibiles, ſed eouſq; oīs cōpoſitionis, & vnī
bilitatis incapaces, vt eorū q̄libet, ſit actus tm̄, ſeu actio pura (vt expſſe, & ibi, & ſup tex. 25. Com.
exprimit, & nos ſeq̄nti difficultate latè ꝓſequimur, & tutamur) palam eſt, ꝙ ſine cōtrouerſia erūt
in ſe naturæ cōpletæ, & pſectæ, quibus indubiè repugnat ſubſtātialiter per informationē eſſe vnī
biles, cum & indubiè nullus actus ſubſtātialiter p informationē vniri materiæ cuiuis valeat, qui H
ſubſtantialiter cōpoſiti pars eſſe non poſsit. & per hoc, q non ſit ſuapte natura complebilis & ſub
ſtantiabter perfectibilis, quod ꝓpria cōditio eſt actus partialis, q non niſi in cōpoſitione, ſuā ab-
ſolutionē accipit, vt conſtat de aīabus, & oībus, quas volueris, vnibilibus formis. Adde, ꝙ ex ſnīa
Ariſt. vniuerſum debet eſſe perſectum. & ꝓpea ꝙ in eo reperiri debēt non mō materiales naturæ
ſed & immateriales, & hæc maximè vtpote perſectiores, & tales de q̄bus aurhor rerum debet eſſe
magis ſolicitus, in q̄bus & ſuū opus potiſsimū lucet. Etſi inter materialia eſt tāta varietas, cur non
erit & inter immaterialia? Ergo ſi dantur intellectuales ſubſtātiæ, corꝑibus ſuapte natura vnibi-
les, q̄ nonnullum obtinēt immaterialitatis gradum, vt aīæ humanæ & cęleſtes, cur non dabuntur
& intellectuales ſubſtantiæ, ſuapte natura prorſus à corꝑibus ſeparatæ, & q̄bus repugnat illis ſub
ſtātialiter vti formas vniri? Et has, vt patuit philoſ. vocat, intelligentias, artes, motores abſtractos,

& quouis

A & quouis pacto immobiles. Dico oĩ pacto immobiles, qm̃ nec motu phyſico, q actus eſt entis im ꝑ
fecti, de quo in.3.phy. nec motu methaphyſico q actus eſt ꝑfecti, de quo ĩ 3. lib. de aĩa, vel ꝑ ſe, vel
per accidens moueri poſsibile eſt: qñquidẽ qlibet motus, neceſſariò actus eſt mobilis, & phyſicus
qdẽ materialiter, methaphyſicꝰ verò ſubiectiuẽ: q̃ nulli cõtingunt, niſi quodámodo ſit in potẽtia,
quod repugnat planè cuiuis actui puro. Tertium eſt, ꝙ motores abſtracti, immateriales, & prorſus immobiles, quos intelligẽtias arteſq; vocauimus, tot ſunt apud Ariſt. quot ſunt orbes & lationes cęleſtes; inter ſe nõ modo realiter diſtincti, & realiter iuxta orbium, lationũq; cœleſtium numerum multiplicati, ac diſtributi, ſed & ſpecie & natura diuerſi: nõ ſolum quia Deus, (qui apud Ariſt. Primus eſt oĩum abſtractorũ, & motor quodã pacto totius,) longè, immo iſinitè reliquos motores ſuperat & tranſcẽdit; ſed quia & alij inter ſe differunt, ſicut ſpecies differt à ſpecie, vt facile eſt aĩaduertere tum qa prorſus immateriales, tum quia ſubſiſtunt in ſua abſtractione, & gaudet qlibet tota ſuæ ſpeciei latitudine, vt notum eſt Peripateticis, & maximè in 12. meth. Et quidẽ ꝙ diſtinguantur ac iuxta numerũ orbiũ, & lationũ cęleſtium multiplicentur, ꝑſpicuè haberi põt à tex. 42. vſq; ad 48. Quòd vero cõſtẽnt ſinguli ſua ſpecie, facilè ex tex. trahitur. 49. & 52 ex qbus accipitur ꝙ numeralis multiplicatio aliunde nõ ſumitur, q̃ ex materia: & ꝙ inter intelligẽtias or
B do eſt ꝑ ſe, & ita per ſe, ꝙ ordini nõ admiſcetur ꝑ accidẽs. Quare nõ põt inter illas talis eſſe diſtinctio, qualis inter indiuida eiuſdẽ ſpeciei, diſtinctio eſt; cũ inter illa ordo nõ ſit ꝑ ſe, vt dr̃. 3. meth. tex. co, 11 ſed qualis eſt inter illa, q̃ differẽtium ſpecierũ ſunt. q̃ & ſe habent, vt numeri, & ordinantur ꝑ ſe, vt dr̃ 8. Meth. tex com. 10. Ex quibus haud difficilè eſt euincere poſtremam ſniam conſormem eſſe iis q̃ ſunt de mente philoſ. Nec ꝓpea entia multiplicantur ſine neceſsitate, cũ hæc nõ ſolum rerum ordini videantur congruere, ſed & rõni maximè conſentire. Nec in oĩbus requirenda eſt, acribologia mathematica, vt dr̃. 2. Meth. Et de ſupernis & ſeparatis, ad q̃ facile caligãt oculi nr̃i, mulutm eſt ꝓbabiliter dicere. Nec in his philoſophꝰ putat ſe demõſtrationes habere, vt ſatis docet. 12. Meth. tex. c. 48. Et licet natura ſemper quantum põt ex paucioribus faciat, id tñ maximè verum eſt, qñ ex paucioribus æquẽ, bene (vt dicunt) facere poteſt, ſicut facere poſſet ex pluribus. Et q̃uis forte res ſe aliter habeat, q̃uis & iuxta Theologos non deſint alij dicendi modi, & quidem magis ſolidi, magiſq; pro veritate tractandi, quia tñ ꝑſentis inſtituti eſt, Ariſt. mentem excutere, ideo viſum eſt, rem hunc in modum abſoluere, ad determinare.

Quò ad tertiam, explicanda ſunt tria Primum, eſt concluſio ad mentem Ariſt. Secundum eſt, concluſionis ꝓbatio, & elucidatio. Tertium eſt concluſionis conſenſus cũ cõcluſione q̃ videtur
C contraria. Concluſio eſt. Singuli motores orbium aliorum à primo, virtutẽ habẽt ad mouẽdum, q̃ eſt infiniti vigoris: & ſeparati qdẽ cum ſint prncipales ex intrinſecis ſuis, cõiuncti verò, cum inſtrumẽtales ſint, ex ſeparatorum cõione quẽadmodum (ꝓportione ſua) de motoribus primi mobilis ꝑoſtẽſum eſt. Probatio nõ eſt difficilis, ſi aduertimus, ꝙ licet lationes cęleſtes, q̃ à diaria aliæ ſunt, licet nõ ſint ſicut illa veloces, ſunt tñ ſicut illa, ꝑpetuę: patet hoc. 12. Met. tex. cõ. 43. Quare ſi ꝑpetuitas lationis diariæ, cãm ꝑexigit, vt dictum eſt, ꝓductiuã eius ꝑ ſe primò ꝑfecto haud diſsimili neceſsitate, & lationum ꝑpetuitates, q̃ in cęlis à diaria aliæ ſunt, cauſam exigent ꝓductiuam ſui ꝑ ſe primò: non. n. maior rõ eſt ibi q̃ hic. Et licet non inficior, diarium motum ꝑſtantiorẽ motibus aliis, & qa prior, & qa velocior, & qa ſimplicior, & qa indepẽdẽtior, & qa nobilioris orbis, & qa à ſupremis excellẽtiſsimiſq; motoribus, & ꝑſertim, qa à Deo optimo maximo; ꝑpetuitas tñ ſua, non ita ꝑſtat ꝑpetuitatibus aliis, vt vendicet ſibi ꝓductionis ſuę modum, proſus diuerſum ab ab eis: immo cum ꝑpetuitates lationum cęleſtium, ſi qs illas ĩ ſeipſis excutiat, vnius ſint rõnis, vel ſimpliciter, vel ſaltẽ ꝓportionaliter, ꝓculdubio inficiaretur quis ſine rõne, illas aut eodẽ modo, aut ꝓportionali ſaltẽ, ꝓduci debere. Et confirmatur. Quia aũt illis cãę aſsignãtur ꝑ ſe primò, hoc
D eſt, q̃ ſingulas non ꝓducãt ꝑ accidens, ſed ex ſua ꝓpria rõne, aut non aſsignãtur cãæ per ſe primò ſed ꝑ accidẽs & ex ꝓpria non eas ꝓducẽtes rõne: non hoc poſtremum, quia in cœleſtibus effectus poneretur ꝑ accidens, quod philoſ. ſemper abhorret: ergo primum, & habetur intentum. Q̃uo aũt motorum immobilitates, ad ꝑpetuitates harum lationum concurrant, ex iis, q̃ tertio loco, explicãda ſunt, manifeſtabitur: ſatis modo ꝙ his, q̃ dicimus, non ꝑiudicant. His aĩaduerſis, conficitur hoc pacto ꝓbatio. Perpetuitates lationum aliarum, à latione diurna, (puta Saturni, Iouis, & aliorum) cãm exigũt ſui ꝓductiuã per ſe primò: & principalẽ, q̃ motor eſt ſeparatus, & inſtrumẽtalem, q̃ motor eſt coniunctus: Ergo vtrunq; motorem exigunt vigoris infiniti, ſeparatum quidẽ ex ꝓpriis; coniunctum verò ex cõicatis ab illo &c. Antecedens, ſimul & conſequentia, euidentia ſunt, tum ex ſuperioribus tũ ex mox aĩaduerſis, vt nullus remaneat ſcrupulus. Cõfirmatur cõcluſio ex ꝓceſſu philoſ. 12. Meth. à tex. 30. vſq; ad. 43. in quo qdem. 43 ſic dicit. Videmus autem ꝑter

vniuerſi

vniuerſi ſimplicem lationem qua mouere dicimus primã & immobilem ſubſtantiã,alias lationes E
planetarum ſempiternas eſſe:ſempiternum.n.& inſtabile circulare corpus. Oſtenſum eſt aũt &
in phyſicis de his,neceſſe & harum vnãquãq; ab ĩmobili moueri ſecundùm ſe & ſempiterna : nã
aſtrorum natura ſubſtãtia q̃dã ens,& mouens ſempiternum,& prius eo quod mouetur, & prius
ſubſtantia,ſubſtantiã eſſe neceſſe eſt.Palã itaq; tot ſubſtãtias eſſe neceſſe eſt,natura ſempiternas,
& ĩmobiles ſecundùm ſe,& ſine magnitudine pp p̃dictam cãm,(qa.ſ.mouẽt motum infinitum,
ſeu quod idem eſt tpe infinito)Ergo ſi inde cõcluſum eſt,motorẽ primum vigoris infiniti, con
cludẽdũ ex eodẽ medio eſt,motores alios vigoris ĩfiniti. Verùm vt cõcluſio ſit magis dilucida, cõ
ſiderandum eſt:ꝙ etſi vigor infinitus ad ꝑpetuitatem concurrẽs lationis diariæ, & vigores infini
ti concurrentes ad perpetuitates lationum,q̃ ꝓpriæ ſunt inferioribus cęlis,ſunt quodã pacto pro
portionales,etſi & in hoc conueniunt,ꝙ perpetuitates lationum cãnt per ſe primò, & motoribꝰ
congruũt ſeparatis,& coniunctis,eo pacto,quo diximus;nihilominus quantum in p̃ſenti ſat eſt,
habent in tribus euidẽter differre. Primùm,in entitate:quia entitas vigoris motoris diurni,enti-
tas eſt motoris ſeparati,q Deus eſt:vnde & re ipſa Deus & Deitas eſt,qm̃ qcq̃d in Deo eſt,ſine du
bio Deꝰ & Deitas ẽ: entitas vero vigoris,motoris,ſiue Saturni,ſiue Iouis,ſiue cuiuſuis aliorũ,en-
titas eſt motoris ſeparati qui creatura eſt,vt in q̃ſtione de creatione cõuincimus:cõſtat aũt,vt ex F
12.meth.tex.25.& 30.facile eſt colligere,ꝙ qcq̃d in intelligentia eſt,ẽt alia à Deo, ipſa ĩtelligẽtię
ſubſtantia eſt:cum apud illum intelligentia actus purus ſit,vt & in ſuperioribus dictum eſt,& ali
bi diffuſe tractauimus. Ergo nulli dubium longè eminentioris ordinis eſſe in entitate, vigorem
motoris,lationis diurnæ,q̃ vigores motorũ lationum orbiũ aliorum:ſicut Deitas longe eminẽ-
tioris ordinis eſt,quauis intelligentia exiſtente ſub ea. Verùm etſi ita eſt, ꝙ vigor Dei,re ipſa eſt
Deus,& vigor intelligentiæ Saturni,ad mentem philoſ.re ipſa ſubſtantia eſt,motoris ſeparati Sa-
turni;vt vigores tñ,differe habent ſecundùm rõnem ſaltem,à Deitate & à motore ſeparato Satur
ni: quo fit vt vna met entitas,puta Deitas,alia & alia ratione vniri poſſit intellectui motoris pri-
mi orbis coniuncti,vt puta in rõne intelligibilis,ſeu vtiliſſimæ artis:(nam vtrunq; eſt verum,&
illud reſpectu ſpeculatiui,& iſtud reſpectu practici)& appetitui,ſeu voluntati in rõne boni, ſiue
(vt verbis vtar,in hac re,ipſius philoſ.)in rõne amati:& deniq; potentiæ,ſiue(quod idem eſt vir-
tuti motiuæ,in rõne vigoris.Idẽ,ſed ſua ꝓportione dicendũ eſt de motore ſeparato,& cõiuncto
Saturni,cõſequẽter de oĩbus inferioribus eius. Secũdò differre habẽt in efficacia:qa efficacia vigo
ris motoris ſeparati,lationis diurnę abſolutè ſumpta,ẽ oĩpotẽtia Dei,vt ex p̃cedẽtibꝰ patuit,id tñ G
nõ valẽs,quod ĩplicat cõtradictionẽ:efficacia aũt vigoris cuiuſuis motoris ſeparati,ꝓducentis aliũ
motũ,ẽt abſolutè ſumpta,nõ eſt oĩa potens,ſed certã ſortita eſt limitationẽ,maiorẽ tñ & minorẽ,
iuxta p̃ſtantiorẽ naturã,quã habet: cuius ſignum eſt,ꝙ & cęleſtes orbes excedũt ſeinuicẽ, tum in
nobilitate,tũ in vniuerſalitate effectuum. Tertiò differre habẽt,in infinitate,qa infinitas vigoris
motoris ſeparati,lationis diurnæ,infinitas eſt ſimpliciter,& in latitudine entis;infinitas verò mo
torũ lationũ aliarũ,infinitas eſt ſm qd,& in ſpecie determinata. Et rõ eſt,qa ĩfinitas vigoris illiꝰ,
infinitas eſt eſſe ſubſiſtẽtis in ſe, cum infinitas ſit deitatis,q̃ eſt ipſum eſſe in ſeipſo ſubſiſtẽs, & ob
id cõp̃hendẽs,ac ſimpliciſſimè cõtinẽs, qcq̃d in entis latitudine:intelligitur,ac continetur: infi
nitas aũt horũ,ĩfinitas eſt ꝓportionabiliter ſe habẽs ſuis eſſentijs:ergo cũ illæ infinitæ tñ ſint ſm
quid,& indeterminata ſpecie,eo ꝙ in ſe nõ cõtinẽt aggregatiuè, oẽs gradus entitatis ſimpliciter
reperibiles,ſed tñ oẽs gradus.& p̃fectiones reperibiles illis in ſpeciebus,in quibus ſunt,quẽad-
modũ & albedo ſi daretur ſeparata,& in ſe ſubſiſtẽs,non cõp̃henderet in ſe ſimpliciter oẽs gra
dus entitatis,quia non ſubſtantiã,non quãtitatẽ,ſed tñ reperibiles in latitudine ſpẽi albedinis,
quippe q̃ eſſet tñ albedo.tametſi illã nihil effugeret,quod ſpectare poſſet ad naturã,& p̃fectio-
nẽ albedinis:quare infinita eſſet nõ ſimpliciter,ſed ſm quid. Sed petis, An vigor infinitus hoc pa H
cto,tantæ ſit efficaciæ,ꝙ mouere poſſet infinitũ corpus,ſi dari contingeret? Rurſũ, An & veloci
tare valeret,ẽt motũ mobilis finiti,quod mouet.in infinitũ: non quidẽ cathegorematicè,ſed ſin
chategorematicè,loquẽdo abſolutè,& quantũ eſſet ex vi & natura vigoris? Ad primũ r̃ndeo,ꝙ
etſi forſan pars negatiua aliqbus placet,quã & ipſe quoq; nõ reſpuo;nõ video tñ cur & affirmati
ua ſanè ĩtellecta,ſuſtineri non poſſit,& maximè cũ ſpũalia,ac ſupioris ordĩs entia,trãſcẽdãt miro
mõ corpea,mãlia,& q̃ ordinis inferioris ſunt:puto tñ ꝙ ſermo ſit tutior,ſi infra latitudinẽ ſpẽi ꝓ
prij mobilis coarctaṙ,imo forte,ꝙ nõ eſt tutus niſi hoc pacto coarcteṙ. Crederem itaq;, cõſonũ ſcẽ
tię peripateticę, ꝙ motor ſeparatus,puta Saturni , per vigorẽ infinitũ(vt diximus)mouere qdẽ
poſſet mobile infinitum Saturni,ſi cõtingeret ipſum dari, tametſi mouere nõ poſſet mobile infi
nitũ Iouis,ſi illud cõtingeret reperiri;idq; potiſſimũ pp conſonantiã motoris vnius ſpeciei,cum

mobili

A mobili ſuæ ſpẽi,& diſſonãtiam cum mobili alterius ſpeciei:motor tñ Saturni cõiunctus, ſi mobile eſſet infinitum,neceſſariò,mea ſnĩa,foret alterius rõnis, q̃ nũc eſt,vt illi poſſet ꝓportionari,ac vti forma,aĩaue cõnecti. Ad ſcdm̃ quoq; affirmatiuam partem amplector,nõ dubitãs ꝙ mobilia, q̃ nũc mouent, ꝑ vigorem illum,vt diximus,mouere velocius poſſent,nõ ſolum q̃ nunc faciant, ſed & qua volueris velocitate cõceſſa:qđ tñ itelligo loquẽdo abſolutè,ſeu quãtum eſt ex parte vigoris infiniti,& ſimiliter quãtum eſſet ex parte motoris ſeparati:nõ tñ poſſent ſtante ordine vniuerſi,aut determinatione ſuæ volũtatis,à qua forſan crederẽt aliqui,illos ſe remouere nõ poſſe. Item,non intelligo id fieri poſſe ex parte motoris coniuncti, haud ignarus,ꝙ ſi adderetur ſtella, moueret ſuum mobile cum labore,prout & in ſuperioribus dictum eſt.Conſenſus concluſionis, q̃ videtur oppoſita,cõſenſus concluſionis eorum eſt,qui volunt ꝑpetuitates lationum cœleſtiũ, q̃ à diaria aliæ ſunt,nõ reduci in infinitates vigoris ſeparatorum mouẽtium,ſed reduci in immobilitates eorum:conantes rem pſuadere,ex hoc ꝙ 8.de phyſi.auditu,vtrunq; tradi videtur;dũ tex. 78.& 79.de primo motore loquẽs,qui mouet tꝑe ꝑpetuo, reducit illam potus ꝑpetuitatẽ in infinitatem vigoris,& tex,85.loquẽs,vt videtur de alijs,reducit eorum motuum ꝑpetuitates,in immobilitates abſtractorum mouẽtium,qm̃ ꝑpetuus inquit,motus eſt,quem facit motor immobi-
B lis: nam & idem manẽs idẽ,ſem ꝑ operatur idem,vt & Auic.docet. Vt ergo pſtetur quod diximus, attendendum,ꝙ etſi verum eſt ꝑpetuitatem motus cuiuſuis, poſſe in vtrũq; reduci,qm̃ vtrũq; re vera ad huiuſmodi ꝑpetuitatẽ neceſſarium eſt,non tñ verum eſt,in vtrũq; reduci vno & eodem mõ,ſed in infinitatem vigoris reduci debet,vt in cauſam ꝑ ſe primò,in immobilitatem aũt,vt in cõditionem,ſine qua non.Nam licet quis ꝑpetuitas lationis celeſtis, ꝑpetuitatem exigat in quouis ſuo motore,vt conſtat.12.Meth.tex.com.43.non tñ exigit vt ab illa,velut à cauſa per ſe primò depẽdeat,alias exigeret, quod eſſe nõ poteſt; ꝓpea ꝙ etſi perpetuitas cuiuſlibet lationis cęleſtis, habet vt ſibi congruat per ſe primò ꝓduci, non tñ habet perpetuitas cuiuſuis mouẽtis, vt poſsit per ſe primò producere,eo ꝙ extra latitudinẽ ꝓductiuæ virtutis ex ſua rõne eſt. Cum.n.nequeat cęleſtis motoris ſempiternitas,niſi aut extrinſecè,aut intrinſecè ſumi;indubiè,ſi neutra acceptione ꝓductiuã vim obtinet,manifeſtum erit quod dicimus. Ergo vt illã primò excutiamus extrinſecè,conſtat ꝙ hoc pacto ad genus habet pertinere menſuræ,nec aliud quidem eſt quã æuiternitas eius:quã & notum eſt non pertinere ad formã,ſed pertinere ad eſſe,cum & æuum eſſe æuiterni ſit, ſicut Theologi docent: & tñ cõfeſſum oĩbus eſt,ꝙ quicquid productiui vim obtinet,& maxi-
C mè primò & per ſe,ad formã neceſſe eſt ſpectet,qm̃ ſemper exiſtimabitur ſpecie: agens, vt dicitur.3.phy.tex.cõ.17.ſicut & quod ſpectat ad eſſe ad conditionem, vt cõiter dicitur, neceſſarium eſt pertineat,vnde & 1.Metha.actiones dictæ ſunt ſingularium,hoc eſt ſubſiſtentium, vt oẽs videntur intelligere:quanquàm etſi concederetur æuum perpetuitatem motus efficere,profectò non efficeret quæ eſt illi intrinſeca,ſed q̃ eſt illi extrinſeca,q̃ aliud q̃ tꝑs non eſt,quod palam intẽto non ꝓdeſſet,cum de extrinſeca ſermo ſit:præter id ꝙ falſum eſſet,ꝙ illa efficeretur ab ea, quoniam licet tempus ab æuo proficiſci iubeatur à Deo,vti Seuerinus dicit, id tamen verum non eſt effectiuè ſed exemplariter,vt & Theologi docent:quanquàm & ſi verum foret effectiuè, propoſitum non iuuaret,cum aliud ſit loq de æuo & tempore,& aliud de perpetuitatibus ſuis,cum formaliter ſaltem diſtinguantur ab eis, & cum dependentia effectiua tꝑis ab æuo, opus non eſt vt inferatur formaliter effectiua depẽdentia perpetuitatis à perpetuitate: Sed ad perpetuitatem veniẽdo intrinſecam,primò certum eſt ꝙ ad immobilitatem reducitur,immo ꝙ ipſam immobilitatem, ſeu immutabilitatem ſignificat,vt etiam Theologi tradunt:& conſtat immobilitatem ipſam aut negatiuam quid ſimpliciter eſſe(ſicut nonnulli aſſerere volũt,)aut ſi poſitiua res eſt, (vt veritas continet,)complexibilem per negatiuum fore,vt aliàs de vnitate, ac puncto diſputauimus,
D & ex vera ſentẽtia philoſophorũ concluſimus.Quare difficile non eſt agnoſcere,ꝙ ꝓducẽdi vim habere non poteſt: immo ſi perſpicacius aĩaduertitur,tm̃ abeſt, vt ad vim ꝓductiuam pertinere valeat, & maximè ad vim productiuam per ſe primò, quòd in vim potius paſsiuam cedere debeat Siquidem ſi negationes ad genus reducendę fuerint affirmationum,palã ꝙ immobilitas ad genus reducenda eſt mobilitatis,& ob id indubiè non ad genus effectiuũ,ſed paſsiuum, vt cuiq; facile liquet. Ergo nullo modo renuimus perpetuitates lationum cœleſtium reiciendas in immobilitates motorum,vti in conditiones ad producendum neceſſarias,ſed renuimus in illas reiiciẽdas eſſe vt in cauſam productiuam primò & per ſe. Quare ſi hunc ſenſum hæc admitit opinio, conſona eſſe poteſt,ſin minus,non eſt curandum de ea. Nec aliud quidem intẽlit philoſophus, quando in vtrunq; perpetuitatem reiicit,ſed docere ſtudet,perpetuitatem motus reducẽdam,vt in cauſam per ſe primò,in infinitatem vigoris,& vt in conditionem ſine qua non,in immobili-

tatem,

tatem mouentis: Siquidem certum eſt, ꝗ ſi motores non eſſet immobiles, nec eſſent perpetui, E
nec mouere poſſent tempore infinito &c.

Quo ad obiectiones, cõtra materiam principalem in.2.q.par.diſcuſſam obiicitur, & maximè contra concluſionem primã hunc in modum. Primò. Repugnat principiis ſciẽtiæ naturalis dari motorem, qui virtutem motiuã habeat vigoris infiniti, ergo non eſt dicendum motorem inueſtigatum in octauò eſſe talem. Conſequentia nota eſt. Antecedẽs ꝓbatur. Quia dato oppoſito ſequitur motus in inſtãti, quod eſt impoſsibile, & principiis ſcientiæ naturalis repugnans. Conſequẽtia ſic deducitur. Aut talis motor (ſi daretur) eſſet in corpore, aut eẽt ſeparatus à corpe: Si in corpe, perſpicua eſſet ſeqla ex iis, q̃ Ariſt. tradit in 8.tex.com.79. Si ſeparatus à corpe, aut moueret de neceſsitate naturæ, aut moueret libera voluntate. Si primum, haberetur intentum, aliàs virtus vigoris finiti poſſet pariter in eodem tpe mouere cum eo, quod dici non põt. Patet quod diximus, vtendo eodem argumentandi modo, quo vſus eſt Ariſt. eodem.79.tex.8. Si ſecundum inſertur nihilominus quod agendo liberè, facilè vti poterit (ſi voluerit) tota ſua virtute, & conſequenter, ꝗ vtendo illa, motus ſine dubio erit in inſtanti. Ad idem ſecundò obiicitur. Impoſsibile eſt dari mobile infinitum, ergo impoſsibile eſt motorem dari qui virtutem hẽat vigoris infiniti. Antecedens clarum eſt ex.3 phy. longo proceſſu. Conſequentia vero ex eo euidens eſt, quia correlatiua ſunt, quæ poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt, vt in prędicamentis habetur. Ad idem. F
obiicitur tertiò. Oĩ potentiæ actiuæ naturali correſpondere debet effectus aliquis naturalis, qui ſit manifeſtatiuus, vel declaratiuus talis potentiæ. Aliàs illa potentia fruſtra eſſet, cum q̃libet ꝓ ſuã operationem inſtituta ſit, vt hẽtur ſecundò de cœlo tex.com.17. ſed infra latitudinẽ rerum naturaliũ non apparet talis effectus, ergo &c. Minor ꝓbatur. Quia ſi aliquis appareret talis, ille maximè videretur perpetuitas motus, ſed illa nõ eſt huiuſmodi ergo &c. Aſſumptum patet, quia ex illa concludi creditur vigor dictæ potẽtiæ infinitus. Deſtructio ꝓbatur, quia fatemur ſolẽ & alia ſydera in gñationibus, & corruptionibus, perpetuitatẽ efficere, & tñ eorum nullum, vigorem infinitum concederemus habere. Ad idem obiicitur quartò, Illa concluſio ſupponit vnum falſum: ergo eſt falſa. Conſequentia nota eſt. Antecedens ꝓbatur. Supponit enim motorem ſeparatum, qui Deus eſt, effectiuè perpetuitatem diurnæ lationis ꝓducere, quod eſt falſum, ergo &c Et quidem ꝗ illud ſupponat, ꝓbatione nõ eget. Quòd vero ſit falſum, ex hoc manifeſtatur, ꝗ 12.meth. tex.com.36. docemur talem motorem mouere vt appetibile: Conſtat autem, ꝗ hoc pacto mouere, eſt mouere finaliter & non efficienter. Ad idem obiicitur quintò. Motor inueſtigatus in octauo, nec eſt finiti, nec infiniti vigoris: ergo concluſio malè poſita eſt. Conſequentia clara. Antecedens eſt Com. in 8.com,79. Verum haud difficilè eſt his obiectionibus ſatisfacere. Ad primam G
igitur negatur antecedens, & ad ꝓbationem negatur ſimiliter conſequentia. Et cum probatur, dicitur ꝗ motor verè ſeparatus, non eſt in corpore, & cum improbatur, reſpondetur tripliciter. primò dicẽdo ꝗ aſſumpta diſiunctio eſt inſufficiens, eo ꝗ poteſt dari tertium membrum, & dici ꝗ nec mouet de neceſsitate, nec libere, ſed altiori forſitan modo, puta modo diuino: quo ſtante nec motus ſequitur in inſtanti, nec aliquod, quod volueris inconueniẽs. Et hoc quidem dicere, nec repugnat rationi rectę, nec peripateticæ ſcholæ, vt latius manifeſtauimus in quæſtione de creatione, & in q̃ſtione de cõtingentia rerũ. Scdò admittẽdo ꝗ moueat de neceſsitate naturæ dicitur, ꝗ nõ ſeqtur ꝗ moueat in iſtanti: & id tribus de cauſis. Prima eſt, qa in motu, vti prorſus non poteſt oĩ vigore ſuo, non quidem ex defectu virtutis, ſed ex recipientis incapacitate: nec ſanè mirum, qñ virtus penitus incorpea alterius ordinis eſt à corpeis, nec datur corpus, quod adęquatè poſsit illius effectũ ſuſcipere. Secunda eſt, quia nõ mouet immediate, ſed mediãtè aĩa cœli, in qua & modificatur, & ob id motus nõ eſt ĩ inſtanti: & hæc ratio ex dictis ſumitur Com.12.met.cõ.41. Tertia eſt, qa conceſſo ꝗ toto vteretur vigore, & ageret, ſiue moueret immediatè, & motione ꝑ H
conſequẽs infinita; non inſerretur tñ ꝗ motione moueret ĩfinita cathegorematicè, ſed ſincathegorematicè, ex quo motus, vt patet nõ ſequitur ĩ inſtanti. Tertiò rñdetur admittẽdo ꝗ moueat liberè, & dicitur ꝗ non valet in hoc particulari effectu, q mouere eſt, vti tota ſua virtute, eo ꝗ effectus talis ſuapte natura infactibilis eſt. Ad ſecundam negaẽ conſequentia. Et ratio eſt, qa etſi mobile & motor ſunt adinuicem relatiua, & ſi poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimũt, mobile tñ infinitum, & motor infinitus relatiua non ſunt, ꝓpea ꝗ ſecũdùm finitatem, vel infinitatem non ponitur oppoſitio relatiua. Ergo ſicut non ſequitur, eſt pater ſenex, igitur eſt filius ſenex, ita nec valet. eſt motor infinitus, ergo eſt mobile infinitum. Ad tertiam, quicquid ſit de maiori, minor negãda eſt. Et admittitur ꝗ perpetuitas motus primò & per ſe producta, effectus eſt declaratiuus potẽtię vigoris ĩfiniti, vt ex dictis habetur: Et cũ inſtatur de Sole & aſtris, Dicitur ꝗ non ꝓducunt

in rebus

A in rebus infernis,ꝑpetuam generationem & corruptionem, niſi mediãte motu,ſeu ꝑpetuitate motus & ꝑ hoc non niſi madiante virtute motoris,ꝗ vigoris eſt infiniti,vt in præcedẽtibus dictũ eſt. Sed dicis.Sit calor vt decẽ,& à Deo manuteneaẽ ꝑpetuò;haud dubiũ ꝙ caleſaciet ꝑpetuò,& tñ nõ caleſaciet infinito vigore:ergo &c.Rñdetur,ꝙ caſu hoc poſito,ſi qd ſeqtur abſurditatis,nõ ſeqtur ex ordine,aut natura rei in ſe,ſed ex fictione caſus, quemadmodũ ſi fingeretur, ꝙ homo volet,concederetur conſequenter ꝙ haberet alas. At ſubiicis.Certum eſt ignẽ fore in ſua ſphera ꝑpetuũ,& maximè apud philoſ.certũ eſt,ꝙ non eſt infiniti caloris,cũ non habeat calorẽ in ſummo,vt Auer.dicit 2.de gñone com.21.Et tñ ẽt certum eſt,ꝙ aerẽ ſibi contiguũ caleſacit ꝑpetuo, vt dicitur in Meteoris ergo motus ꝑpetuus non infert mouẽtẽ infiniti vigoris.Rñdeo,ꝙ cum calefacere ignis,ſit opus naturæ,neceſſariò opus implicat intelligentiæ: ergo ꝙ ꝑpetuò caleſaciat, nõ in virtutẽ ignis eſt reducẽdum ꝓcisè,ſed & mouẽtis intelligẽtiæ. Et cõfirmaẽ,qaignis in ꝓpria ſphera,rotatur motu Cęli:ergo virtute intelligẽtiæ cęli;ergo cõputari põt inter inſtrumẽta ſeparati motoris,ergo & ꝑpetuitas huius motus,in cãm reduci põt ꝑ ſe primò. Ad quartum dr̃ ꝙ falſum eſt motorẽ primũ,Deum.ſ.bñdictum,aut ẽt motores alios ſeparatos,aliter non mouere ꝗ in gñe finalis cauſæ;Nec oppoſitum Ariſt.docet 12.meth.qppè q non dixit ꝙ mouẽt vt amata, cum

B particula excluſiua: Immo ex eo ꝙ à materia ſunt remoti,neceſſe eſt dicere,ꝙ ſi mouẽt finaliter, moueant etiam efficienter: quoniam in ſeparatis,finis,agens ſignificat, neceſſaria ſignificatione,vt Commentator dicit in lib.de ſubſtantia orbis cap.2. Et aliàs nos id ꝓſecuti ſumus diffusè. Vnde & Auer.12.meth.com.44.dicit ꝙ motor primus,& ſeparatus hẽt actionẽ nobiliſsimam, ꝗ eſt motus diurni ꝑpetuitas. Ad quintũ dicitur,ꝙ verba Com.non intelligũtur abſolutè,ſed comparatione,ſeu ꝓportione ad corpalia; & intẽdit,ꝙ virtus primi motoris,non eſt ita ꝓportionata mobili,vt iuxta finitatẽ,vel infinitatẽ illius iudicandã ſit,qm̃ eſt ſpũalis, & alterius ordinis in infinitate,& finitate à rebus corpeis: quare non vult excludere infinitatẽ ſed ꝓportionalem comparationem. Vnde & 12.meth.com.41.dicit,ꝙ motor ſeparatus eſt motionis infinitæ,quod perinde eſt,ac ſi diceret vigoris infiniti,vt in ꝓmiſsis oſtendimus. Et hæc ad obiectiones ſint ſatis, Et ita finis impoſitus eſt toti q̃ſtioni. In qua mentem quidem excuſsimus Ariſt. ſed non ſimplicem veritatem: qñquidem & indubium eſt, Deum bñdictum, fore vigoris, nedum infiniti, ſed maximè oĩpotentis: ex ꝓmiſsis tñ ſolidè non concluditur, cum ex ſalſa ꝓficiſcãtur hypoteſi, nimirum ex motus perpetuitate, quam conſtat eſſe confictam, cum nec mundus, nec motus ſint verè perpetui.

C *Expliciunt, Theoremata, Theologica Methaphyſica & naturalia, nec non quatuor quæſtiones, &c. Summa eruditione, nec minori perſpecuitate, tractata diſcuſſa & omni abſolutione, completa. In Communem doctorum vtilitatem. Per Reuerendiſs. P. & D. Iacobum Naclantum. Clugienſem Epiſcopum, Summum hac noſtra ætate & Theologum & Philoſophum ex ordine Prædicatorum Aſſumptum.*

REGISTRVM.

† †† a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x
Omnes ſunt Duerniones præter a & x quæ ſunt Terniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

L A

D

Impreſſum Venetiis, In officina Lucæ Antonij Iuntæ
Anno Dñi. M D LXVII.

Digitized by Google